C

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
55
10 K
119

V 6 85 f 2—

Auctor

DIALOGI SEX

CONTRA

SVMMI PONTIFICATVS, MONASTICAE VITAE, SANCTORVM, SACRARVM IMAGINVM OPPVGNATORES, ET PSEVDOMARTYRES:

Ab Alano Copo Londinenſi editi auctiores nonnullis in locis & caſtigatiores.

In quibus præterquam quòd nonnulla, quæ alij hactenus vel attigerunt leuiter, vel penitus omiſerunt, paullò vberius & plenius explicātur; Centurionū etiā Magdeburgenſiū, auctorum Apologiæ Anglicanæ, Pſeudomartyrologorum noſtri temporis, maximè verò Ioannis Foxi, & aliorum, qui adulterino Euangelio nomina dederunt, variæ fraudes, putidæ calumniæ, & inſignia in hiſtoriis Eccleſiæ contaminandis mendacia deteguntur:

Cum triplici indice, primo auctorum, altero capitum, tertio rerum & verborum.

PSALM. XXVII.

Vnum petij à Domino, hoc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ; vt videam voluntatem Domini, & viſitem templum eius.

Servitur ad Bibliothecam S.ti Francisci Transtiberim Almae Urbis

Ex testamento Ill.mi et R.mi Domini Oceanj Rinaldi

ANTVERPIÆ,

Ex officina Chriſtophori Plantini, Prototypographi Regij.

M. D. LXXIII.

CVM PRIVILEGIO.

V. L. L. J. J. A. N. C. D. G.

APPROBATIO.

Hi ſex Dialogi per Alanum Copum Anglum edendi, non eo ſolùm nomine, quòd pij, Catholici, docti, & elegantes ſint, ſed & hoc nomine multò magis cōmendandi, quòd & ad confirmandos pios in Catholica doctrina, & ad hæreticorum noſtri temporis ſycophantias, fraudes, & artes in corrumpēdis hiſtorijs cognoſcendas & conuincendas mirificè conducant.

Cunerus Petri de Brovvershauen, Paſtor S. Petri Louanij, 15. Kalend. Februarias, Anno 1565. ſtylo Romano.

SVMMA PRIVILEGII.

Regiæ Maieſtatis duplici Priuilegio conceſſum eſt Alano Copo Anglo, vt librum, cui titulus; *Dialogi ſex contra ſummi Pontificis, Sanctorum, Monaſticæ vitæ, Sacrarum Imaginum oppugnatores, & Pſeudomartyres*: à quo voluerit admiſſorū typographorum curet imprimendum: & vnicuique interdictum eiuſdem libri, citra ipſius Alani conſenſum, impreſſione, vel [illegible] diſtractione, ante ſexennium ab eo tempore quo primum excuſus fuerit, ſub pœna confiſcationis librorum, & mulcta vnius [illegible] Dialogo caroli, vt latius patet in vtroque diplomate Bruxellæ dato 20. Ianuarij.

Signat.

De Langhe.

REVERENDO IN CHRISTO PATRI D. IOANNI LENTALLERIO, COENOBIARCHÆ AQVISCINCTENSI ALANVS COPVS S. P. D.

CVM hi ſex Dialogi non dum omnibus ſuis partibus & numeris expleti, ſed ad exitum vtcunque perducti fuiſſent; viſi ſunt hominibus inſigni doctrina, & rara pietate prædictis non indigni, qui ad communem populi Christiani vtilitatem ederentur. Seriò igitur & diligenter mecum egerunt, vt, alijs ſtudijs intermiſſis, vellem in hanc curam incumbere. Ego verò, vt qui infirmitatis meæ optimè conſcius eram, ſtudioſè tergiuerſari cœpi. Sed illi (& inter illos vnus maximè, ſiue quia meliorem de ſtudijs meis opinionem, quàm cui ſuſtinēdæ vllo modo par eſſe poſsum, conceperat; ſiue quia id vtile eſſe, & reipublicæ Chriſtianæ expedire iudicarat; ſiue quia hoc pro ſuo in me, de quo optimè fuerat meritus, & hos Dialogos iure ſe impetraturum confideret) nō antè conquieuerunt, quàm alliciendo & vrgendo, huc me tandem victum, ſed inuitum tamen perpuliſſent, vt timidè & pedetentim ad eorum ſententiam deſcenderem. Itaque non tam voluntate & arbitratu meo, quàm illorum conſilio & impulſu, ne vllum orbi Chriſtiano commodum in me claudi videretur, ad horum Dialogorum editionem, rem ſanè, vt nūc ſunt tempora, periculoſam & inuidiæ plenam, me conuerti. Quos cum Cunero, S. Petri apud Louanienſes paſtori vigilantiſſimo, homini verè pio & ſacris litteris egregiè erudito, cōmunicaſſem; is me in hac cauſſa adhuc vacillantem ſuffragio ſuo confirmauit. Deinde verò, poſt-

quam imprimi cœpiſſent, Guilhelmus Lindanus, quem honoris cauſſa nomino, Ruremundēſis Epiſcopus, vir omni doctrina & virtute cumulatus, folijs, quæ tum fortè excuſa fuerant, perlegendis aliquid temporis, qua eſt humanitate, voluit impertire. Quæ cùm perlegiſſet, eam de ijs, quàm verè, tibi & alijs iudicandum relinquo, ſed tulit tamen ſententiam, quæ me reddidit ad hoc, quidquid eſt operis, publicandum multo ſanè quàm antè alacriorē. Sed quia iam inde à principio inuidos, & obtrectatores mihi non defuturos animo proſpiciebam, vel potius præſentes videre, & audire mihi videbar, qui, quòd ipſe neque vllius hominis odio, neque inanis gloriolæ ſtudio, ſed aperto, ſimplici, & beneuolo reipublicæ Chriſtianæ animo, licet minus fortaſſe prudenter, & parum feliciter eſſem aggreſſurus, ſiniſtrè interpretari, & aliorſum, atque ego ſacturus eſſem, accipere, vel potius abripere conniterentur: aliquis mihi patronus, & quaſi tutelaris quidam Deus neceſſariò adſciſcendus videbatur: qui hoc meum ſtudium & inſtitutum aduerſus quoſque id inuidioſè & iniuſtè reprehenderes nominis ſui auctoritate defenderet: cuiusque auſpicijs hi Dialogi tum gratiores bonis, tum ab iniquorum calumnijs tutiores in publicum prodirent. Amicis igitur hac de re mecum deliberantibus tu vnus inter multos occurrebas, ſiue argumentum operis, ſiue perſonæ tuæ dignitas ſpectetur, vt alia nunc omittā, maximè idoneus, cuius ductu, auſpicioq; exiret. Nam cui potius debet liber de religione inſcribi, quàm religionis antiſtiti? Cui Pontificatus Maximi, Cælitum, Imaginum, Monaſticæ vitæ aduerſus malè ſanos homines defenſio, & Pſeudomartyrij oppugnatio dicari, quàm ei, qui ſummi Pontificis, tanquam Dei in terris vocem, qua decet reuerentia, excipit, & veneratur? qui ſanctos, vt ciues cæli, communes humani generis cuſtodes, & precum adiutores agnoſcit, eorumq́ue opem venerabundus piè, nec fruſtra implorare ſolet? qui eum

ima-

imaginibus ſacris honorem tribuit, quem conſtat & cum perpetua Catholicæ Eccleſiæ conſuetudine, atque decretis optimè conſentire; & ab omni ſuperſtitionis ac idololatriæ labe abeſſe longiſſimè? qui Monaſticam vitam ſanctiſſimè colit ipſe Monachus, & Monachorum præfectus, ſed talis & talium, quales ſi ſæcula noſtra multos tuliſſent, florentiorem, credo, hodie haberemus Eccleſiam. qui denique vt veros Chriſti Martyres ſuſpicit & admiratur: ita eos qui falſa Martyrij ſpecie tum ſe, tum alios miſerè ſeducunt atque perdunt, odio habet & exſecratur? Quid præterea hîc dicã de eximia animi tui cùm in omnes alios bonarum artium ſtudioſos, tum maximè in ſacroſanctæ Theologiæ candidatos propenſione, atque liberalitate? qui pleno omnium iſtinc venientium ore prędicaris, Duacenſem Academiam, tanquam Atlas alter, humeris tuis fulcire & ſuſtinere? quid de tuis multis & magnis in homines noſtros, quibus vera religio prior & antiquior, quàm patria fuit, beneficijs? Qua virtutis, & bonitatis tuæ conſtanti atque perpetua fama, quæ omnes circumcirca peruolitat regiones, effectum eſt; vt, quem de facie non dum nouimus, ad te amandum colendumque ſtudio feramur incredibili. Magnes enim amoris virtus, & probitas eſt; qua qui excellunt, ad eos, etſi nunquam vidimus, ab ipſa natura diligẽdos, obſeruandosque impellimur. Hæc itaq; omnia cùm ſic in te vno, vt vix in quoquam fortaſſe alio, concurrant, præter illa quæ breuitatis ſtudio iam prætermitto; iuſtiſſimę certè mihi cauſſæ videntur, cur hi Dialogi in tuo potiſſimum nomine apparere debeant. Quare vt eos iam tibi officij gratiâ iure optimo inſcriptos, qua cetera ſoles omnia, velis humanitate accipere; nominis tui auctoritate maledicorũ voculas coercere; & cõmendatione tua apud optimos quoſque in gratia ponere; quantum rogari te pateris, tantum te rogo, atque etiam oro. Accepi, olim ſanctiſſimum Chriſti Martyrem, Thomam Cantua-

rienſem Archiepiſcopum, cum, vt rebus Eccleſiaſticis iniquitate quorundam in Anglia tum perturbatis, & ſaluti ſuæ conſuleret, finibus patriæ excedere cogeretur, ad cœnobium Aquiſcinctenſe diuertiſſe, & ibi omnia humanitatis officia in eum honorificè exceptum collata fuiſſe. Cuius tam liberalis hoſpitij, & erga peregrinū rebus tum aduerſis preſſum bonitatis recordatio, ſpem mihi maximam & certiſſimam facit, te hanc eius, qui ſumma obſeruantia te colit, & religionis ergô aliquid etiam perpeti didicit, lucubrationem ad te ſubmiſſè, licet aliquanto fortaſſe, quàm ſperabatur, ſerius venientem, blandè & amicè ſuſcepturum; atque in Bibliotheca tua locum ei aliquem, inter ſubſellia ſaltem inferiora, nō grauarè daturū. Quod ſi feceris, erit, cur eam in apertum retuliſſe, me nunquam pœniteat. Vale, & ſi nihil in me aliud, propenſum tamen ad rem Chriſtianam promouendam animum, qua eiuſmodi conatus ſoles, beneuolentia complectere. Antuerpiæ Kalend. Ianuarij, cIↃ. IↃ. LXVI.

AVCTO-

AVCTORIS PRÆFATIO AD LECTOREM.

ADmiraberis forſan, optime Lector, ad primum horum Dialogorum aſpectum, cur ego iam tandem poſt tot illuſtrium noſtri temporũ virorum in hoc genere ſcripta, quorum ſumma fuit doctrina, diligentia tanta, vt nihil ad eam addi poſſe videatur, eloquentia in quibuſdam non mediocris, & vita etiam magna dignitas: hunc mihi ſuperuacaneum, vt exiſtimari poteſt, laborem contra Eccleſiæ Catholicæ hoſtes, maximè verò Sanctorum & Imaginum oppugnatores, idq́; tam copioſa oratione ſcribendi impoſuerim. Quam ego te admirationem, poſt facti mei cauſſam redditam, & ipſorum Dialogorum lectionem non modò intermiſſurum, ſed & me vtilem, atque adeo neceſſariam Chriſti Eccleſiæ operam poſuiſſe iudicaturum pro tua æquitate confido. Nemo ferè nunc eſt rerum tam ignarus, vt neſciat hoc in more poſitum eſſe, inſtitutóque omnium hodie Euangelicorum, vt, dum Catholicam doctrinam ſubuertere conãtur, in duobus potiſſimum omnem ſuum laborem, partim in ſacræ Scripturæ & patrum teſtimonijs, partim in exemplis & hiſtorijs deprauandis conſumant. At quoniam ſacræ Scripturæ non in legendo, ſed intelligendo conſiſtunt, verum earum ſenſum, quẽ iſti ex ſe & ſuo ingenio, aut peruerſo potius ad praua dogmata mordicus retinenda ſtudio metiuntur, Catholici ex Eccleſiæ & patrũ inueterata & conſentiente auctoritate egregiè vindicarunt; eumq́; exemplis & hiſtorijs ex ſcripturis & probatis veterum monumentis deſumptis, velut illuſtri quadam acceſſione, confirmarunt. A rebus enim ſacris & Theologia diuelli hiſtoria non poteſt, ſine qua infans planè eſt Theologus: vt & hic dici poſſit, quod olim de naui reſpondit Iureconſultus: Si diuidas, perdes. *Quare nos multo rectiùs Theologo, quàm eam olim ſuo oratori Cicero, attribuemus. Et, ſi verũ dicere velimus, quid aliud ferè tota Scriptura eſt, quã perpetua quædam hiſtoria? vt prudenter quidem noſtri fecerint, qui ad controuerſorum hodie dogmatum explicationem hiſtorias quoque adhibuerint. Quod cũ Euangelici viderent, & illud præterea, huiuſmodi exempla ad perſuaſionem, excitandóſque ingenuorum hominum animos magnam vim habere, quaſi viuam quandam Scripturæ interpretationem; ad huiuſmodi ſe hiſtorias, quæ Catholicam veritatem valde illuſtrant, peruellendas, atque ſiniſtra & maligna quadam deprauatione contaminandas magno ſtudio contulerunt. Et hic quidem Magdeburgenſes, qui vniuerſam Eccleſiaſticam hiſtoriam ſpecioſo ſanè & glorioſo titulo, nec non vtiliſſimo illo quidem Eccleſiæ labore, ſi ad nihil aliud, quàm ad ſimplicem veritatem oculos animóſque*

Hiſtoriarum cognitio Theologo non modò vtilis, ſed etiam neceſſaria.

deflexiſſent,

deflexiſſent, contexendam ſuſcepêre, præ ceteris regnant. quippe qui ſub plauſibili Eccleſiaſticæ hiſtoriæ titulo magnam quandam non ſolum Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, ſed & Chriſtianæ fidei partem delere, & extinguere conantur. Neque hoc ideo quidem dico, quòd ego eos, quoties iuſtè aliquem hiſtoricum reprehendunt, reprehendere; aut quòd fidem meam pro omnibus, quæcunque Eccleſiaſtici ſcriptores, præſertim recentiores prodiderint, adſtringere velim. Quod autem ad me pertinet, vt non eò me profeciſſe ingenuè profiteor, quo mihi iudicis in eiuſmodi rebus perſonam ſumere debeam, & ne vellem quidem, etſi ampliſsimam hanc auctoritatem, & quaſi mandatam cognoſcendi iuriſdictionem haberem, quid quauis in re, in quouis hiſtorico pro vero amplectendum, aut pro falſo abijciendum ſit, pronuntiare: ita ſi Magdeburgenſes hanc ſibi, quam nemo detuliſſet, poteſtatem in profanis hiſtorijs arrogaſſent; non valde forſan cum eis contenderem. Nunc cùm in grauiſsimis Eccleſiæ monumentis, maximíque momenti rebus, tantum ſibi attribuerint, vt, dum maculas, quas Eccleſiæ hiſtoriam obſediſſe aiunt, detergere ſe profitentur, non vnius aut alterius auctoris, ſed omnium planè patrum fidem imminuere, & quæ ab omni ſemper Eccleſia pro certiſsimis & exploratiſsimis hiſtorijs habitæ ſunt, inter fabulas reijcere, quáſque elimare iactant, oblimare prorſus audeant; atque vniuerſum Eccleſiaſticæ hiſtoriæ corpus multis vndique rationibus fœdè cõtaminare, & quaſi vno obeliſco omnẽ illius auctoritatẽ transfodere: quis hoc pius æquo animo ferre poterit? aut quis omni, qua valet induſtria, tantæ audaciæ primo quoque tempore obuiam eundum non putabit? Hic enim quiddam multo admirabilius accidit, quàm in Dione Pruſæo, qui contra reliquorum ſcriptorum conſenſum, non Troianos à Græcis, ſed Græcos à Troianis victos fuiſſe tradidit. Atque vtinam non de re grauiore, quàm de bello Troiano, & ſimilibus hodie certaretur; in quibus nihil ex recta additur, nihil ex falſa opinione æternæ ſaluti detrahitur. At iſte in Eccleſiaſticis hiſtorijs error gignit falſam & adulterinam in homine Chriſtiano de Catholica & Chriſtiana veritate fidem, quæ cum ſempiternæ ſalutis diſpendio coniuncta eſt. Hiſtoria, *inquit Cicero*, teſtis eſt temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magiſtra vitæ, nuntia vetuſtatis: *Et*, Neſcire quid, antequam natus ſis, acciderit, nihil aliud eſſe *dicit*, quàm ſemper eſſe puerum. *Quæ tam ampla hiſtoriæ laus, cùm ad omnem humanam vitam, tam ciuilem quàm militarem, & ad omnia vetuſtatis de rebus olim geſtis monumenta, tum potiſsimum ad res Eccleſiaſticas eò magis porrigitur, quo earum cognitio cum his rebus coniunctior eſt, quæ aut ignorata, aut contemtæ æternam animæ ruinam, aut credita atque religioſè obſeruatæ, ſempiternam eiuſdem ſalutem pariunt. Eccleſiæ itaque ſacroſanctas hiſtorias cùm ab alijs, tum à Magdeburgenſibus nuper, iuſtiſsimo dolore accẽſi, fœdiſsimè corruptas*

querimur; & à nemine huic tanto malo fuiſſe hactenus occurſum dolemus. Hanc quaſi ſupremam manum ad abſolutam quandam quæſtionum, quæ hodie in controuerſia verſantur, pertractationē, poſt tantas vtrinque concertationes adbuc deeſſe credimus. Qua ego in parte vt pro ingenij mei, doctrinæque tenuitate laborantem Eccleſiam, quaſi pijſſimam matrem non omnino ingratus filius ſubleuarem, & afflictæ parenti aduerſus filios quidem eiuſdem matris, & confratres noſtros, ſed qui hoc tam honorato & dulci filiorum nomine, & ab omni ſimul ſe pietate, inſignibus in matrem contumelijs abdicarunt, ſuccurrerem; hos labores ſuſcepi, atque ex infinita quadam concertationum materia, certa mihi quædam capita ſelegi, per quæ Magdeburgenſium, & aliorum Euangelicorum in Eccleſiæ hiſtorijs contaminandis fraudem orbi teſtatam redderem. Sex itaque Dialogos aduerſus ſummi Pontificis, Diuorum & Imaginum calumniatores, atque Pſeudomartyres ἰσοεπῶς ferè contexuimus, in quibus vt Eccleſiaſticam Hierarchiam, ſacras Imagines, & Sanctorum res præclarè geſtas, atque illuſtria tam dum mortali vita fruerentur, quàm poſt eorum obitum miracula contra Magdeburgenſes & alios defendimus; ita Euangelicorum Pſeudomartyrium, eiuſdémque patronos oppugnamus. Quorum tibi lectio, vt ſperamus, nec inutilis, nec iniucunda futura eſt, propter plurima vel ab alijs hactenus non tractata, vel alio iam modo pro temporis, rerúmque varietate & ratione à nobis diſceptata; atque, ni fallimur, efficiet, vt, cur in hanc poſt alios arenam deſcenderimus, mirari deſinas. Quod vt non ægrè crediderim, ita non mihi ea res omnem ſimul timorem tam facilè diſcuſſerit. Iam enim non tam de tua admiratione, quàm de meo pudore ſolicitus ſum; ne tantis & tam arduis me rebus temerè, onerique longè imparem ingeſſiſſe videar. Scio enim iſta pro ſua magnitudine artificem longè præſtantiorem poſtulare; quíque pro Dei cauſſa, maiore ingenio, doctrina, prudentia, eloquentia, auctoritate, & dignitate decertet. Quæ in me partim nulla ſunt, partim admodum mediocria. Ceterum ne vel qualecunque talentum, quod ſupra mea merita Deus in me conferre dignatus eſt, cum inutili & parum frugi illo ſeruo illaudata pigritia defodere videar; hos meos labores cum Eccleſia Dei communicare non recuſaui: vt, quemadmodum in repub. malis moribus, aut morbis nouis pullulantibus noua leges, & noua remedia; ita & nouis iſtis in Eccleſia Dei malis graſſantibus, eo quidem, quē Deus ſtatuerit, euentu, optimo certè à me animo hæc quaſi ſalubris quædam medicina adhibeatur. Quod ſi hic interdum Euangelicorum fraudes & technas paullo acerbius, aſperiúſque inſectari tibi videbor; ne id cuiuſquam odio perſonæ factum exiſtimes (hæreſes enim, non homines, deteſtor) ſed iuſtiſſimum ex rerum indignitate dolorem eiuſmodi à me orationem extorſiſſe. Neque certè mirum tibi videri debet, me,

Auctoris propoſitū & inſtitutū.

Partitio totius operis in ſex Dialogos.

me, dum eorum libros euoluerim, quorum ſingulæ ferè paginæ omnibus calumnijs, contumelijs, maledictis, in Catholicam Eccleſiam, & ſanctiſſimos Patres oppletæ ſunt, aliquid etiam amarulentiæ inde nonnunquam contraxiſſe. Quo in genere ſi quid fortè peccaſſe viſus tibi fuero, mihi perſuadeo te id omne facilè condonaturum, ſi ſemel ad iſtorum ſcripta reſpexeris, qui in hoc maledicendi artificio primas ſuo iure ſemper tenuerunt, & adhuc etiam tenent: præ quibus Catholici tum, cùm maximè ſtomacho indulgent, modeſti ſanè videri poſſunt. Sed his de rebus vtere tuo iudicio: ego iam Deum ex animo precor, vt, ſedatis tandem Eccleſiæ tempeſtatibus, dulcem illam, veterémque animorum in religione concordiam nobis reddat; vt aliquis ſit tandem altercandi, & aduerſarios libros, qui totum orbem nimium impleuerunt, conficiendi finis: vtq́ue rectè credendo, & ſanctè viuendo Deum ita promereamur, vt cæleſti tandem illa patria felices perfruamur: quò non perueniunt niſi concordes. Hoc Deus Optimus Maximus pro ſua bonitate nobis omnibus largiatur. Amen.

INDEX.

INDEX AVCTORVM PER QVOS PROFECIMVS, QVOSQVE IN HIS DIALOGIS SEQVVTI SVMVS.

A

Abdias.
Ado Epiſcopus Viennenſis.
AElius Lampridius.
AEneas Siluius.
Agathias.
Albertus Crantzius.
Albinus ſiue Alcuinus.
Alexander Haleſius.
Alfonſus de Caſtro.
Alfonſus Vlloa.
Aloyſius Lippomanus Epiſcopus Veronēſis.
Amalarius.
Amatus Luſitanus.
Ambroſius Mediolanenſis Epiſcopus.
Anaſtaſius Bibliothecarius.
Andreas Hieroſolymitanus.
Annonius ſiue Aimoinus.
Antonius Cōſtantienſis Epiſcopus.
Appianus Alexādrinus.
Ariſtoteles.
Arnobius.
Athanaſius.
Athenæus.
Auguſtinus Anconitanus.
Auitus.
Aurelius Auguſtinus.
Aurelius Prudentius.

B

Baptiſta Fulgoſus.
Bartholomæus Camerarius.
Bartholomæus Ferrarius
Bartholomæ⁹ Latomus.
Baſilius Magnus.
Beda Venerabilis.
Bernardus..
Bernardus Bredenbachius.
Beſſarion Cardinalis.

C

Cælius Rhodiginus.
Canones Apoſtolorum.
Carolus Magnus.
Caſſiodorus.
Claudius Sanctesius.
Clemens Martyr Romanus.
Clemens Alexādrinus.
Clerici Turonenſes.
Concilia.
Cornelius Papa.
Cuthebertus Tonſtallus Epiſcopus Dunelmenſis.
Cyprianus.
Cyrillus Alexandrinus.
Cyrillus Hieroſolymitanus.
Cyrus Theodorus Prodromus.

D

Damianus à Goës.
Damaſus Papa.
Dion Caſſius.
Dionyſius Areopagita.
Dionyſius Corinthius.
Dorotheus Epiſcopus Tyri.

E

Effrem Diaconus.
Egeſippus.
Epiphanius Epiſcopus.
Epiphanius Scholaſticus.
Epiſtolæ patrum ſocietatis nominis Ieſu.
Eraſmus Roterodamus.
Euagrius Scholaſticus.
Euodius vel Eunodius.
Euſebius Pamphili Cæſarienſis.
Euthymius Zigabenus.

F

Flauius Blondus.
Fortunatus.
Franciſcus Balduinus.
Franciſcus Horantius.
Franciſcus Lopes.
Franciſcus Picus Mirandula.
Franciſcus Turrianus.
Fridericus Staphylus.

G

Gaſpar Cōtarenus Cardinalis.
Gaſpar Querhamerus Hallen-

Hallenſis.
Gaudentius.
Gaudentius Merula.
Gelaſius Papa.
Gennadius.
Gennadius Scholarius Conſtantinopolitanus Patriarcha.
Georgius Alexandrinus Patriarcha.
Georgius Cedrenus.
Georgius Pachymerus.
Germanus Brixius.
Gildas Britānus Sapiēs
Gonſaluus Ferdinādus.
Gordianus.
Gratianus.
Gregorius Papa.
Gregor. Nazianzenus.
Gregorius Nyſſenus.
Gregorius Turonenſis.
Guilhelmus Lindanus Epiſcopus Ruremūdenſis.
Guitmundus.

H

Hector Boëthius.
Hermānus Contractus.
Hermius Sozomenus.
Herricus.
Heſychius.
Hieronymus.
Hieronymus Oſorius.
Hilarius.
Hilduuinus.
Hugo S. Victoris.
Hugo Tigurinus Epiſc.

I

Iacobus frater Domini.
Iacobus Payua.
Ignatius Martyr.
Innocentius I. Papa.
Ioachimus Perionius.
Ioannes Auentinus.
Ioannes Baptiſta Egnatius.
Ioannes de Barres.
Ioannes Caſſianus.
Ioannes Cochlaus.
Ioannes Chryſoſtomus.
Ioannes Chriſtophorſonus Epiſcopus Ciceſtrienſis.
Ioannes Clymacus.
Ioannes Cuſpinianus.
Ioannes Damaſcenus.
Ioannes Diaconus.
Ioannes Guinathus.
Ioannes Haſſelius.
Ioannes Langus.
Ioannes Molanus.
Ioannes Nauclerus.
Ioannes Patriarcha Hieroſolymitanus.
Ioan. Picus Mirādula.
Ioannes Roffenſis.
Ioannes de Turre Cremata.
Ioannes Xiphilinus.
Ionas Aurelianēſis Epiſcopus.
Ioſephus.
Irenæus.
Iſidorus.
Iſidorus Sabinenſis.
Iulius Cæſar Scaliger.
Iulius Solinus.
Iuo Carnotenſis.
Iuſtinianus Imperator.
Iuſtinus Martyr.
Iuſtinus Hiſtoricus.

L

Lactantius Firmianus.
Laonicus Chalcocōdyla.
Laurentius Surius.
Leo primus Papa.
Leo nonus Papa.
Leonardus Chienſis.
Leontius.
Liberatus Archidiaconus
Lucianus Presbyter.
Ludouicus Lauaterus.

M

Marcellinus Ammianus.
Marcus Antonius Sabellicus.
M. Tullius Cicero.
Marianus Victorius.
Martianus Imperator.
Martinus Cromerus.
Matthæus Galenus Vveſtcapellius.
Matthæus VVeſtmonaſterius, cognomento Florilegus.
Matthias Caſtritius.
Matthias Michæus.
Maximus Epiſcopus.
Maximus Tyrius.
Melchior Canus Canarienſis Epiſcopus.
Metaphraſtes.
Michael Medina.
Michael Syngelus.

N

Nectarius Conſtantinopolitanus.

Nicephorus Calliſtus.
Nicephorus Conſtantinopolitanus.
Nicephorus Gregoras.
Nicetus Acominatus.
Nicolaus Baſelius.
Nicolaus Cuſanus.
Nicolaus Sanderus.
Nicolaus Villagagno.

O

Octauius Minutius Felix.
Oecumenius
Onufrius Panuinius.
Optatus Mileuitanus.
Origenes.
Otho Epiſcopus Friſingenſis.

P

Palladius.
Paſchaſinus.
Paſchaſius.
Paulinus Epiſcopus Nolanus.
Paulus Diaconus.
Paulus Grilandus.
Paulus Oroſius.
Paulus Aemilius.
Paulus Epiſcopus Burgēſis.
Paulus Iouius.
Petrus Crabbus.
Petrus Crinitus.
Petrus Galatinus.
Petrus Damianus Epiſcopus Hoſtienſis.
Petrus Fontidonius.
Petrus Gillius.
Petrus Martyr Anglerius,
Philaſtrius.
Philippus Commineus.
Philo Iudaeus.
Photius Conſtantinopolitanus.
Plinius.
Plutarchus.
Polydorus Virgilius.
Pomponius Mela.
Pontanus.
Poſſidonius vel Poſſidius.
Primaſius.
Procopius.
Proſper.
Pſellus.

R

Rabanus.
Raphael Volaterranus.
Reginaldus Polus Cardinalis.
Regino.
Reinerius.
Remundus Rufus.
Richardus S. Victoris.
Ruardus Tapperus.
Ruffinus.

S

Sigebertus.
Simeon Metaphraſtes.
Sixtus Martyr Papa.
Socrates Scholaſticus.
Sophronius Patriarcha Hieroſolymitanus.
Staniſlaus Hoſius Cardinalis.
Stephanus Gardinerus Epiſcopus Vinctonienſis.
Strabo.
Suidas.
Sulpicius Seuerus.
Syllueſter Giraldus Cambrienſis.

T

Tarracōnenſes Epiſcopi.
Tertullianus.
Teſtamentū vtrunque.
Tharaſius Epiſcopus.
Theodorus Balſamon.
Theodorus Lector.
Theodoretus.
Theophanes.
Theophylactus.
Titus Liuius.
Thomas Aquinas.
Thomas Caietanus.
Thomas Cāpegius Feltrenſis Epiſcopus.
Thomas Elyſius Neapolitanus.
Thomas Fazellus.
Thomas Morus.
Tripartita hiſtoria.

V

Valentinianus Imperator.
Victor Vticenſis.
Vincentius Belnacenſis.
Vincentius Lyrinenſis.
Vſuardus.
Vualefridus Strabo.
Vvandelbertus Prumienſis.
Vuitichundus.

Z

Zonaras.

NOMINA EORVM, QVI INANI PSEVDO-ÆVANGELII SPECIE CAPTI À CATHOLICÆ

Eccleſiæ caſtris defecerunt, quos in his Dialogis vel refellimus, vel vt teſtes contra ipſorum inter ſe non tam παράδοξα, quàm κακόδοξα citamus.

Andreas Oſiander.
Andreas Modreuius.
Auctores Apologiæ Anglicanæ.
Auctor Homiliarum Anglicarum.
Auctor libri contra Imagines qui Caroli Magni nomine circumfertur.
Bartholomæus Vueſthemerus.
Eli Phili.
Iacobus Andreas Smidelinus Goppingenſis.
Ioachimus Vveſtphalus.
Ioannes à Laſco.
Ioannes Balæus.
Ioannes Brentius.
Ioannes Caluinus.
Ioannes Criſpinus.
Ioannes Foxus.
Ioannes Huſſus.
Ioannes Oecolampadius.
Ioannes Sleidanus.
Ioannes Vuiclephus.
Ioannes Vuigandus.
Ioſias Simlerus.
Laurentius Humfredus.
Martinus Bucerus.
Martinus Lutherus.
Matthias Flaccus Illyricus.
Matthæus Iudex.
Philippus Melanchthon.
Petrus Dathenus.
Petrus Martyr.
Sebaſtianus Munſterus.
Theodorus Bibliander.
Tilemanus Heshuſius.
Vuolphangus Muſculus.

INDEX

DIALOGI PRIMI.

CAP. 1 Summa & ordo eorũ, de quibus in hiſce Dialogis diſſeritur. pag. 1.

2 Defenditur hiſtoria Gregorij Neocæſarienſis contra Magdeburgenſium calumnias. 8.

3 Retunditur Magdeburgenſiũ calumnia contra Theodoretum pro hiſtoria Marcelli Apameenſis; & eorũ fraudes in diſſimulanda ſimili ex Epiphanio hiſtoria de Ioſepho Confeſſore aperiuntur. 10

4 Proponuntur argumenta varia, quæ Magdeburgenſes contra Rom. Pontificis auctoritatem, præſertim ex hiſtoria ſextæ Carthaginenſis Synodi de Nicænis per eum canonibus deprauatis proferunt. Quibus additur, quod ijdẽ Magdeburgenſes aſſerunt, Rom. Pontificem nulli ex octo primis œcumenicis Synodis præſediſſe, niſi quod ſemel legati eius in Chalcedonenſi Synodo per fraudẽ huc irrepſerint. 13

5 Reſponderur ſupradictis Magdeburgenſium argumentis; & primam ſemper fuiſſe Romani Pontificis in generalibus Concilijs, & in alijs cauſſis Eccleſiaſticis auctoritatẽ, oſtẽditur. 17

6 Sozimum & alios Romanos Pontifices non corrupiſſe Nicænos canones, neque cauſſam fuiſſe cur corrumperent, cùm etiam ſine illis Africanos ex recentibus ipſorũ chirographis obſtrictos ita tenerẽt, vt tergiuerſari non poſſent. 27

7 Non fuiſſe vera, perfecta & ſincera Nicænorum canonum exemplaria è Græcia ad Africanos tranſmiſſa, ex multis, qui in eiſdem deſiderantur, canonibus oſtenditur. 30

8 Liberium Romanum Pontificem non fuiſſe Arrianum Apologiæ præterea Anglicanæ in Ioannẽ 23. & Ioannem 8. calumnia contunditur, ac vera Victoris Rom. Pontificis & Martyris hiſtoria explicatur. 35

9 Oſtẽditur ex vera Iulij apud Athanaſium Epiſtola, & alia Leonis primi, datam fuiſſe à Nicæna Synodo Epiſcopis vbicunque gentium damnatis ad Romanam ſedem appellandi facultatem. 42

10 Calumniæ Magdeburgenſium contra Leone & Gelaſium, Romanos Pontifices, deteguntur; & ſi quid in ſexta Carthaginenſi Synodo cõtra appellationes tranſmarinas ſtatutum fuerat, id non ad Epiſcoporum, ſed inferioris Cleri appellationes primùm oſtẽatur pertinere: deindequidquid hoc ipſum fuerit, id totum poſtea à Carthaginenſi Clero, imperante tum Iuſtiniano, fuiſſe reuocatum. 44

11 Inſignis Muſculi & Magdeburgenſium vel imperitia, vel impudentia, qui pro eo, quod Socrates & alij habent, non poſſe ſine Rom. Pontificis cõſenſu Synodum haberi; ſubſtituerunt non poſſe canonicè dedicari Eccleſias. 47

12 Primas Oecumenicas Synodos ſine conſenſu & auctoritate Rom. Pontificis non fuiſſe habitas: nec quicquã prodeſſe Euangelicis, quòd Imperatores olim Concilia coëgerint, & cur id hodie commodè fieri nequeat. 52

13 Non eſſe credibile Auguſtinum cum reliquis Patribus Africanis in ſexto Concilio Carthaginenſi ſic egiſſe, vt Magdeburgenſes ſcribunt. Præterea varia patrum illius ſæculi, quo habita eſt ſexta Carthaginenſis Synodus, præſertim Chryſoſtomi, Cyrilli, & Auguſtini proferuntur teſtimonia, quę Magdeburgenſes ne attingere quidẽ voluerunt. 59

14 Græcos Africanorum patrum canones corrupiſſe ex Auguſtino palam oſtenditur, &, ſi verè hæc ita geſta ſint in ſexta Carthaginenſi Synodo, vt Magdeburgenſes aiunt, non tamen maioris momenti eam eſſe oportere, quàm illam quæ olim ſub Cypriano Carthagini habita fuit. 68

15 Impudẽtia Magdeburgenſiũ & aliorum Euangelicorum, qui aut dubitãt, aut negant Petrum Apoſtolum fuiſſe Romæ, detegitur. 71

16 Inſignis & inaudita hactenus per omnem Eccleſiæ memoriam Magdeburgenſium cõtra Cornelium Romanum Pontificem & Martyrem calumnia: & aliud Petri Martyris in Stephanum Romanũ item Pontificem commentum exploditur. 73

17 Re-

17 Referuntur Lutheri, Magdeburgenſium, & Apologeticorũ contraria ex Cypriano verba & argumenta, quibus infirmare nituntur Romani Pontificis auctoritatem. 79
18 Loca Cypriani de Romanæ ſedis principatu breuiter perſtringuntur, & quædam Tertulliani eadem de re adhibentur teſtimonia. 82
19 Reſpondetur ad ſuperiora Lutheri, atque Magdeburgenſium ex Cypriano teſtimonia, & argumẽta contra Romani Pontificis primatum. 83
20 D. Petrum ceteris Apoſtolis & vniuerſæ Eccleſiæ fuiſſe à Chriſto præpoſitum; & in ea præfectura Romanum Pontificẽ Petro ſuccedere, ex Cypriano contra Apologeticos, & Magdeburgenſes oſtenditur: & ad idem probandum Anacleti & Leonis primi teſtimonia proferuntur: variæ item Magdeburgenſium fraudes in deprauãdo verborum Cypriani ſenſu deregũtur: & Monarchiæ Eccleſiæ Chriſti neceſſitas varijs modis probatur. 88
21 Apologetici ſuis ipſorum armis, quæ ex Cypriano contra ſummi Pontificis auctoritatem emendicarunt, proſternuntur. Vera Cypriani, Irenæi, & Optati ſententia de Petri & Romanæ ſedis principatu explicatur. Ad quam elucidandam ſceleratæ Magdeburgenſium deteguntur impoſturę; malitioſę & ineptæ conuellũtur interpretationes. Ambroſij, Hieronymi, Arnobij, Epiphanij, Victoris, Liberati teſtimonia quædam de primatu Petri proferũtur. Conſtantini factum in iudicio Milriadis contra Donatiſtas expẽditur; & diſcrimen ciuilis & Eccleſiaſtici principatus indicatur. 95
22 Reſpondetur ad Magdeburgenſium & Apologeticorũ in Anglia calũnias, quas ex ficta Vldarici Epiſtola de miſerabili quadam infantum cæde ad inuidiam Cælibatus proferunt. 105
23 Oſtẽditur ex patribus, qui circa Nicænæ Synodi tempora vixerunt, dubiam eſſe hiſtorię illius tam decantatæ apud Euãgelicos de Paphnutio fidem: & quanta Magdeburgẽſes perfidia, in recitanda quadã Epiphanij ſententia, vocẽ (canones) ſilẽtio inuoluerint. 116
24 Non eſſe contra verbum Dei, aut Apoſtolorũ canones, vt Magdeburgenſes, Balſamon, & alij Græci aſſerunt, perpetuam ex conſenſu coniugũ continentiam: lepida item refertur hiſtoria quo modo Balſamonis ambitionẽ eluſerit Imperator Iſaacius. 122

DIALOGI SECVNDI CAPITA.

1 Argumenta & calũniæ Magdeburgenſium, quibus in primis ſex Centurijs conantur Monaſticæ tum vitæ antiquitatem, tum hiſtoriæ veritatẽ conuellere. 126
2 Referuntur aliæ rationes & cõmenta Magdeburgenſium, quibus ipſum Monaſticæ vitæ inſtitutum conuellere & impietatis arguere nituntur. 131
3 Occurritur ſuperioribus Magdeburgenſium argumentis & calumnijs, toto reſponſo in quatuor partes diſtributo; & oſtenditur, vt cetera Chriſtianæ vitæ inſtituta, ita & vitam Monaſticam fuiſſe in veteri Teſtamento adumbratã, nec quarto ſæculo, ſed Apoſtolorum tempore incepiſſe. 136
4 Monaſticæ vitæ neque conſilia, neque exempla in nouo Teſtamento, imo neque præcepta, ſi non de ſuſcipiendis, certè de votis pręſtandis deeſſe: & Mariam Dei genitricem virginitatem vouiſſe: deque eiuſdem Præſentatione, quam Magdeburgenſes irrident. 142
5 Fruſtra à Magdeburgẽſibus aut negari libros, qui extant, eſſe Dionyſij Areopagitæ, aut quę de Monachis ſcribit, ab eis reprehendi. 145
6 Reſpondetur ad Magdeburgenſes, tum quòd ex Chryſoſtomo aſſerant, ne veſtigium quidẽ Monachi fuiſſe Pauli Apoſtoli tempore: tum quòd Ioannem Baptiſtam Eremitã fuiſſe negent. 147
7 Hiſtoriam Monaſticam à grauiſſimis, doctiſſimis, ſanctiſſimis, & antiquiſſimis patribus eſſe ſcriptam: quos vniuerſos conuicijs Magdeburgenſes lacerant. 151
8 Hilarij & Epiphanij teſtimonia, quę contra vitam Monaſticam à Magdeburgenſibus proferuntur, adeo nihil ei aduerſari, vt multo magis eam confirment:

me[illegible]at: Item aliæ quædam eorum fraudes aperiuntur. 154

9 Defenditur contra Magdeburgenſes Malchi, & in eo reliquorũ fere omnium Monachorum hiſtoria: & diſceptatur; An cõtra parentum conſenſum vita Monaſtica ſuſcipi poſſit. 157

10 Repelluntur Magdeburgenſium, & aliorum contra Romanum Pontificem calumniæ; & oſtenditur non per illos ſed per Euangelicos matrimonia rumpi, & non licere, dimiſſa propter fornicationem vxore, aliam ducere. 159

11 Referuntur variæ hiſtoriæ, & exempla perpetuæ mutuo coniugum inter ſe conſenſu continentiæ. 162

12 An liceat, relicta ſponſa, ingredi religionem. 166

13 Defenditur Malchus contra calumnias Magdeburgenſiũ propter furtum, quod ei obijciunt: Hiſtoria præterea Alexij, Pappulæ, & aliorum Monachorum ab eorundem calumnijs vindicatur. 169

14 Hiſtoria Malchi & aliorum Monachorum, quibus feræ aut pepercisse, aut obſequentes fuiſſe traduntur, defenditur: & Hieronymum vitam Pauli ſeriò ſcripſiſſe declaratur. 172

15 Excuſatur Malchus de cogitatione homicidij: & deteguntur Magdeburgenſium calumniç contra alios Monachos, quos ſui homicidas haberi volũt propter vitæ auſteritatem. 176

16 An vita Monaſtica ſit cultus Dei. 178

17 Oſtẽditur quãta fuerit Antonij, Pauli, Hilarionis, & Hieronymi in ſolitudine viuẽdi auſteritas; vt, ſi reliqui Monachi in iuſtam Magdeburgẽſium reprehenſionem incidant, neceſſe ſit & illos incidere. 180

18 Refutantur calũniæ Magdeburgenſium contra Simeonem de ipſius columna. 185

19 Scripturas quç à Magdeburgenſibus contra vitam Monaſticam proferũtur, nihil ei aduerſari. 188

20 Oſtenditur contra Magdeburgenſium calumnias, Antoniũ, & alios Monachos, quamuis in abditiſſima ſolitudine poſitos, plurimũ tamen rebus humanis profuiſſe: & defenditur factum Pioris contra corundẽ calumnias. 190

21 Cyprianum & Chryſoſtomum non permiſiſſe virginibus matrimonium poſt votum: nec quorundam vitia trahi debere ad totius vitæ Monaſticæ contumelioſam vituperationem. 195

22 Non laboraſſe hæreſi aliqua Monachos, quos Palladius celebrat: præterea Hellenis, Pachomij, Apellis, Mattij & aliorum Monachorum hiſtoriæ contra calumnias Magdeburgẽſium aſſeruntur. 197

23 Deteguntur calumniæ Magdeburgenſium contra Monachos, quaſi grauiora peccata leuius, leuiora grauius puniant. 202

24 Aperiuntur calumniæ Magdeburgenſium contra hiſtoriam Simeonis, qui Stultus dictus eſt; & multa oſtendũtur, quæ videntur à Prophetis abſurdè & ridiculè, imò impiè acta, ſi quis externam rerum faciem tantùm conſideret. 203

25 Calumniæ Magdeburgenſium contra Parroelum, Martium, & alios Monachos, atque in primis contra D. Benedictum. 205

26 Miracula Euchariſtiæ in carnẽ conuerſæ defenduntur contra Magdeburgenſes. 207

27 Caluini calumniæ contra priuatam Confeſſionem, quam ex Nectarij hiſtoria fruſtra oppugnat, confutantur: & oſtenditur, quàm peruerſè Sozomenum Muſculus in hac cauſſa ſit interpretatus. 210

28 Quanti faciant priuatã Confeſſionem noui in India Chriſtiani, & quædam miracula quç circa eandem obuenerunt, referuntur. 215

DIALOGI III. CAPITA.

1 Quænam potiſſimũ Magdeburgenſes & Apologetici in Anglia proferũt contra interceſſionẽ & inuocationem Sanctorum. 219

2 Ex ipſa Magdeburgenſium hiſtoria euidenter oſtenditur prioris Eccleſiæ ad 500. annos patres, idem de Sanctorum interceſſione & inuocatione ſenſiſſe,

ſiſſe, quod Catholica hodie ſentit Eccleſia. 221

3 Diſſipantur inſignes Magdeburgenſium calumniæ, quibus Cypriani, Origenis, Auguſtini, Chryſoſtomi, Ambroſij & aliorum patrum libros, vel ipſorum non eſſe genuinos, vel ſi ſint, corruptos eſſe contendunt. 222

4 In illis ſolum patribus quos Magdeburgenſes prætermiſere; quiq́ue intra primos quingentos à Chriſto nato annos ſcripſere; de fide primæ Eccleſiæ in hac inuocationis cauſſa, ampliſſima extare teſtimonia. 229

5 Theodoſius Imperator defenditur à calumnijs Magdeburgenſiũ, & teſtimonia Chalcedonenſis Synodi, & aliarum Oecumenicarum Synodorum citantur pro inuocatione Sanctorum. 231

6 Ambroſium, Epiphanium, Hieronymum, Cyrillum, Euſebium, atque Origenem, quos Magdeburgenſes & alij Euangelici contra Sanctorum opem & honorẽ citant, nihil pro eis facere. 235

7 Scripturas ſacras non prohibere Sanctorum inuocationem; & quare & quo modo Angeli ſe adorari prohibuerint; nec ideo reijciendã hãc inuocationem, quia in litteris ſacris nihil de ea præcipiatur; nec deeſſe tamẽ eius rei in Scripturis exempla. 237

8 Reſpondetur ad ea, quæ Apologetici in Anglia producũt cõtra Sanctorũ inuocationẽ & peculiares patronos. Fraus præterea corũ detegitur, qua citãt Bernardũ, nullo ipſi⁹ libro nominato. 242

9 Repelluntur Magdeburgenſium calumniæ contra Martyrũ hiſtorias, quas ideo ſuſpectas haberi volunt, quòd tradãt multos Martyrum nullo alio quàm gladij ſupplicio interfici potuiſſẽ. 246

10 Refutantur ea, quæ Magdeburgenſes obijciunt contra Sanctorum apparitiones. 248

11 Enumerantur patres quarti & quinti potiſſimum ſæculi, eorumq́; libri indicantur, in quibus mentio fit de apparitionibus Sanctorum. Reſpondetur pręterea nonnullis alijs Magdeburgẽſium contra eaſdem obiectis, partim ex Scripturis, partim aliunde ſumptis. 251

12 Recẽſentur Magdeburgenſiũ in ſex primis Centurijs obiecta tam contra Sanctorum poſt obitũ miracula, ad eorum ſiue ſepulcra, ſiue reliquias, ſiue alibi deſignata; quàm contra tranſlationes eorundem. 256

13 Reſpondetur ad argumenta Magdeburgenſium: & primùm fraudes & calumniæ eorum in hiſtoria Protaſij & Geruaſij; Nazarij & Celſi Martyrũ deſcribenda aperiuntur. 259

14 Aperiuntur aliç impudẽtiſſimæ Magdeburgenſium calumniæ contra reliquias Sanctorum. 262

15 Refutantur inſignes Magdeburgenſium calumniæ contra hiſtoriam & miracula Mamæ & Babylæ Martyrũ. 263

16 Repellũtur aliæ Magdeburgenſiũ calumniæ contra tranſlationes Sanctorum. 272

17 Inſignis Magdeburgenſium impoſtura detegitur, qua pro Eraſmo Gregoriũ ſuppoſuerunt: & duo ingẽtia mendacia, quorum altero negant in Auguſtino, aut Ambroſio voce Miſſæ extare, altero adfirmant Natalitia Martyrum à Montaniſtis in Eccleſiam fuiſſe inducta. 273

18 Non ideo aliquid in Catholica Eccleſia iam receptum, eſſe reprehendendum, quod idem olim in tẽplis Ethnicorum ſit vſitatum. 276

19 Quænam in Centurijs Magdeburgenſium Idola conſpiciantur. 278

20 Calumniæ Magdeburgenſium cõtra Theodoretum & patres Carthaginẽſes diſcutiuntur. 279

21 Magdeburgenſes, quæ cõtra Sanctos oblatrant, ab Ethnicis & veteribus hæreticis ſumſiſſe. Ex Cyrillo præterea atque Auguſtino oſtenditur, quare & quo modo Sanctos colamus: & varia patrũ teſtimonia de miraculis Sanctorũ poſt mortem indicantur. 281

22 Refutantur inſignes Caluini calumniæ contra miracula Ieremiæ prophetæ. Agitur præterea de miraculis veræ Eccleſiæ, quæ præſtigias Eccleſiæ adulterinæ obruunt. 285

23 Contra quos ſcripſerit D. Auguſtinus, cùm diceret contra Mirabiliarios [*tantos nos fecit Dominus*] nec ſenſiſſe eum de miraculis Catholicæ Eccleſiæ, ſiue alibi

alibi ad Martyrum ſepulcra editis, vt augeatur Caluinus. 283
24 Admirabilis Euphemiæ hiſtoria cõtra Magdeburgenſium calumnias defenditur: variæq; eorum fraudes aperiuntur. 292
25 Diſſipantur Magdeburgenſium calumniæ contra patres ſexti ſæculi, qui Sanctorum poſt mortẽ miracula deſcribunt. 295
26 Detegitur verſutia Magdeburgenſium, qui callidè ſibi cauent ab omni Sophronij & Procopij inſignium ſexto ſæculo ſcriptorum mentione, à quibus Sanctorum poſt obitum miracula, quæ tum temporis contigerũt, luculenter ſunt deſcripta. 299
27 Habere ſuos ſingulas nationes præcipuos quoſdam patronos & Diuos tutelares. 304
28 Specialia quædam Sanctorum miracula, quæ certis locis noſtra ætate cõtigerunt. 308
29 De miraculis Sanctorũ poſt eorum obitum in nouo orbe:& de prouidentia Dei, quæ non ea ſolùm, ſed & antiqua Sanctorum miracula atque hiſtorias in Latina Eccleſia vel nunquam antea cognitas, vel obliuione iam ſepultas nuper è Græcia nobis ſuppeditauit. 312
30 Solas Magdeburgenſium Centurias ſatis multa ſuppeditare ad Catholicã fidem confirmandã. Id quod oſtenditur ex patribus, quos ipſi contra ſe in cauſſa liberi arbitrij, & iuſtificationis noſtræ per fidẽ & opera allegant. 320

DIALOGI QVARTI CAPITA.

1. Proponuntur duo Euangelicorum contra Imagines obiecta, alterum de templis Adriani, quæ erant ſine ſimulacris; alterum de edicto Theodoſij, ne quis Imaginem Chriſti vel pingat vel ſculpat. Quibus additur ex Apologia Anglicana Theodoſiũ fuiſſe iudicem rerum Eccleſiaſticarum. 322
2 Tẽpla Adriani nihil adiuuare cauſſam Iconomachorũ. Inaudita Magdeburgenſiũ calumnia cõtra Imaginem Chriſti apud Paneadem exploditur:& factũ Theodoſij, quo Apologetici in Anglia contendunt, illum iudicẽ fuiſſe in rebus religionis, expenditur. 325
3 Quanti Conſtantinus Crucem fecerit, quamque admiranda Crucis fuerint illis temporibus miracula. Magdeburgenſium inſignis calumnia contra Helenam, quam fingunt non inueniſſe Crucem, & ſuperſtitioſam appellant propter Hieroſolymitanam profectionem. 327
4 Quàm longè Magdeburgenſes & Apologetici abſint a fide & religione Conſtantini Magni. Multæ cauſſę adferuntur, cur non ſit credibile Theodoſium talem legem ſanxiſſe, qualem Euangelici obtendunt. 332
5 Recenſentur ea, quæ potiſſimũ Magdeburgenſes in ſex primis Centurijs proferunt contra Chriſti Crucem & Imagines. 335
6 Ampliſſima patrum ad 600. à Chriſto annos teſtimonia de Cruce & eius virtute, quæ Magdeburgẽſes callidè ſuppreſſerunt. His additur ad nonnulla Magdeburgenſiũ argumenta reſponſio: vbi multæ obiter eorum fraudes & calumniæ deteguntur. 338
7 De Cruce & Imaginibus ſententia D. Auguſtini explicatur contra Magdeburgenſes, qui his de rebus illius teſtimonia partim pro ſe allegant, partim calumnioſè eludunt: & oſtẽditur, Imagines fuiſſe in Eccleſia ante Auguſtini tempora. 350
8 Oſtenditur malitioſa Magdeburgenſium fraus, qui ita rem tractant, quaſi ſexto potiſſimũ ſæculo patres falſa de Cruce, & Imaginũ miraculis ſcripſerint: cùm prorſus à primis quingentorum annorũ ſcriptoribus ea in re conuincantur erroris & mendacij. 354
9 De calumnijs & conuicijs Magdeburgenſium cõtra pias Catholicorum ad ſanctum Paſcha cæremonias. Coniecturæ adferuntur, quid horrẽda prodigia, cruces, & aliorũ paſſionis Chriſti inſignium in aëre noſtris temporibus viſa portenderint. 358
10 Quæ ſit longa littera apud Plautum; & quanti Crucem fecerint Arcadius & Honorius Imperatores, Theodoſij filij. 364

11 Oſtenditur edictū Theodoſij, quod Euangelici proferunt, adulteratum & vitiatum eſſe: deinde verum edictum apponitur. 365
12 Cuiuſmodi fuerint & qua vitæ turpitudine, ſiue principes, ſiue alij, qui Chriſti & Sanctorum Imagines inſectati ſunt. Inſignia Pantaleonis & VVeſthemeri mendacia notãtur & refelluntur. 369
13 Theodorum Laſcarim non fuiſſe eiectum Imperio, quòd in Concilio Lugdunẽſi Imagines reſtituere voluerat; & quid in eo Concilio inter Græcos & Latinos actum ſit, ex Græcorum hiſtorijs explicatur. 375
14 Summa Concilij ab Iconomachis Conſtantinopoli, imperante Conſtantino Copronymo, habiti explicatur. Definitio ſanctæ, magnę & vniuerſalis ſeptimæ Synodi. 377
15 Conuellitur Pſeudoſynodus Conſtantinopolitana ex actis Nicænæ ſecundæ Synodi in compendium contractis. Varia hic miracula, quæ fuerunt ad Crucem & Imagines edita, recenſentur. Synodus Nicæna ſecunda contra Pſeudoſynodum habita. 382
16 Recenſentur inſignia quædam noſtri temporis in Europa miracula, ad Crucem & Imagines edita. 393
17 Recenſentur miracula in nouo orbe ad Crucem & Imagines edita. 397
18 Argumenta Euangelicorum, quibus probare conantur, librum contra Imagines ſub Caroli Magni nomine, ſed falſò editum, eſſe ipſius verum & genuinum. Locus item Ambroſij affertur, quem Euangelicus in concione Anglicana Eccleſiaſtes contra adorationem Crucis citat. 400
19 Reſpondetur ad ea argumenta, quæ in priori capite ex Euangelicis ſumta ſunt; quibus illi contendunt, ſe conuiciſſe, eum, qui Caroli Magni nomine circumfertur, verum eſſe ipſius librum. Quibus interſeritur refutatio eorum, quæ ex Ambroſio & Gregorio contra Imaginum & Crucis adorationem allata ibidem ſunt. 404
20 Confutatio Magdeburg. & Ioannis Balæi & aliorum, qui faciũt Albinum ſiue Alcuinum, & Angliæ ad Alcuini tempora Epiſcopos, Iconomachos. 425
21 De Decalogo, & quæ atque quot ſint vtriuſque tabulæ præcepta: & calumnia contra Catholicos quaſi eum commacularint & mutilarint, deterſa. 428

DIALOGI QVINTI CAPITA.

1 Caluini argumenta contra Nicænam ſecũdam Synodum ex libro, qui Caroli Magni nomine circumfertur, vt ipſe Caluinus præ ſe fert, mutuata. 434
2 Caluinum, patribus, quorum auctoritate Nicæna Synodus nititur, prætermiſſis, in ipſos duntaxat Nicænos patres callidè & iniuſtè inuehere. Magna Latini & Græci ſermonis in Pſeudocarolo imperitia, multæ fraudes & calumniæ indicantur: à quibus longè abfuiſſe Carolum Magnum, eſt credibile. 436
3 Caluini diſſipantur calumniæ contra patres Nicænos de lucerna ſub modio. 440
4 Pſeudocaroli & Caluini variæ conteruntur calumniæ contra Epiſtolam Adriani Romani Pontificis. 442
5 Picturas eſſe libros rudis & imperitæ multitudinis: & quibus potiſſimũ de cauſſis in Eccleſia habeantur. 448
6 Repelluntur calumniæ Caluini tam contra Ioannem Legatũ, quàm Theodorum Epiſcopum: & confirmatur hiſtoria de adoratione imaginis Sanctiſſimæ Dei genitricis Mariæ. 451
7 Virgam à Iacob adoratam Crucis Chriſti & Imaginum adorationẽ præſignificaſſe: & quò omnis noſtra referatur adoratio. 453
8 Vetſum illum [*Adorate ſcabellum pedum eius*] appoſitè referri ad Imaginũ adorationem, oſtenditur contra Caluinũ: & Conſtantinum Conſtantiæ Epiſcopum verè dixiſſe, Iconomachos Samaritanis deteriores. 457
9 Impudentiſſima euentilatur Caluini calumnia contra Conſtantinum, & reliquos patres Nicænos, quibus inde inui-

inuidiam malitioſè c[illegible]nflare conatus eſt, quòd dixe[illegible]nt Latriam & ſacrificium Im[illegible]aginibus deberi; cùm ab ea impietate tam longè abfuerint, vt contrarium prorſus aſſeruerint. Laurentij Humfredi calumnia in Scholaſticos de Duliæ & Latriæ diſtinctione diſſipatur. 461

10 Conuicia, quibus Caluinus Nicænos patres conſectatur, in ipſum recidere: nec mirum eſſe, ſi eos maledictis inceſſat, cū in Nicænæ primę & aliarū Synodorū antiquiſſimos patres indignè & cōtumelioſè debacchetur. 467

11 Caluinum ineptè eodē in libro fingere, Romanos Pontifices à Carolo Magno propter Imagines oppugnari, & tamē ab eodem maximis poſſeſſionibus auctos, nec non ipſum Carolum ab eiſdem ad imperiū Occidentis cum iniuria Græcorum prouectum. Præpoſteram eſſe & inanem Caluini de Chilperico Francorū rege ab imperio per Romanum Pontificem deiecto querelam. 469

12 Qua potiſſimum de cauſſa auctores Apologiæ Anglicanæ falſam & adulterinam Caroli Synodum tanti faciant. 472

13 Synodos, quas Apologetici in Anglia ad ſuæ factionis patrocinium citant, nihil cum eis, ſed contra eos facere: & Apologeticos quædam de Synodo Francofordienſi, quorū nec Caluinus, nec Illyricus, nec Eli Phili, qui Pſeudocaroli librum primus euulgauit, mentionem vllam fecerunt, falſò aſſeruiſſe; nec vllum tamen auctorem, vnde ea acceperint, nominare. 474

14 Apologeticos in Anglia à Carolo, & vera Synodo Francofordienſi, non ſolùm in cauſſa Imaginum, ſed & in Romani Pontificis auctoritate, quam maximè deteſtantur, redargui. 476

15 Quamuis vera eſſent, quæ auctores Apologiæ Anglicanæ de Synodo Frācofordienſi temere aſſenerār, nihil tamen eorum factionem inde promoueri. 483

16 Reſpondetur ad canonem Eliberitanum, quem auctores Apologiæ Anglicanæ contra Imagines proferunt: & confutatur mendacium eorundem de numero patrum Tridentinorum. 484

17 Epiphanij, quòd auctores Apologiæ Anglicanæ contra Imagines proferūt, teſtimonium expenditur: & eundem Epiphanium omnia Apologiæ falſæ dogmata oppugnare & ſubuertere indicatur. 488

18 Confutantur variæ calumniæ, & mendacia Balæi cōtra D. Auguſtinum Anglorum Apoſtolum; & in primis de atroci cæde Monachorum. 491

19 Quantæ fidei ſit hiſtoria Galfridi Monumetenſis, ex qua potiſſimum Balæus & Magdeburgenſes in Auguſtinum Anglorum Apoſtolum, culpā cædis Monaſticæ conferunt. Veteres Britannos eam coluiſſe religionem, quam Euangelici iſti calumniantur. Mendacia Balæi contra D. Bonifacium Anglum, Germanorū Apoſtolum. 497

20 Repellitur calumnia Balæi & Magdeburg. contra Reſtitutum Londinenſem, & Hilarium Pictauienſem Epiſcopos: & oſtenditur nec Hilarium fuiſſe Luciferianum, nec vxore poſt Epiſcopatum aliquando vſum. 506

21 Epiphanium Imaginem Chriſti nō violaſſe, vt auctores Apologiæ Anglicanæ fingunt, eoſdemque locū Hieronymi corrupiſſe & deprauaſſe. 509

22 Hæreſes multæ & falſa dogmata Apologiæ Anglicanæ recēſentur. Recens Tridentinæ Synodi decretum de Imaginum cultu & ſanctorum Inuocatione recitatur. Apologiæ Eccleſiæ Anglicanæ auctores, dum in Imagines ex Epiphanio (vt videri volunt) temere inuehuntur & tragicè vociferantur, ſui officij erga Sereniſſimam Angliæ Reginam oblitos, eam præter fas & æquum, licet obliquè, non obſcurè tamen perſtrinxiſſe. 520

23 De ijs, qui nuper capitali ſupplicio affecti ſunt, quòd nullum Imaginibus honorem tribuendū pertinaciter defenderint: & de varijs eorum dictis ac factis. 525

24 Confutantur ea, quæ in ſuperiori capite de Pſeudomartyribus Iconomachorum dicta ſunt. 527

25 De pręclaris tam Martyribus, quàm

Confeſſoribus ſub Iconomachis, qui Pſeudomartyribus, quorum ſuprà mentio facta eſt, opponuntur; deque miraculis eorundem non modò dum viuerent, ſed etiam poſt obitum. 532

26 Ex Criſpino, Foxo, auctoribus Apologiæ Anglicanæ, & alijs Euangelicis breuiter commemorantur Pſeudomartyrum, qui peruerſæ religionis, id eſt, impietatis cauſſa ſupplicio mortis affecti ſunt, inſigniores dotes, miracula, viſiones, vaticinia, de quibus illi plurimū falsò gloriantur; & vt argumentis maximi momenti abutuntur ad fidem ſimplicioribus & incautis hominibus faciendam; illorum de rebus fidei dogmata eſſe vndiquaque vera. 535

DIALOGI SEXTI

CAPITA.

1. Non eſſe attendendum, quid, aut quàm fortiter; ſed quam ob cauſſam quis patiatur. Vera fortitudo in quo conſiſtat. 543

2 Tuteas mori potius nonnunquam voluiſſe, quàm ſuam ſuperſtitionē deſerere: & pro Martyribus celebrari à Foxo non ſolùm hæreticos, ſed & fures, ſacrilegos, reos Maieſtatis læſæ, aliasq; id genus Rerūpub. peſtes. 548

3 Non eſſe nouum & inſolens, vt hæretici vel pro fide Chriſti, vel pro ſua hæreſi moriantur: & cur plures hodie ſint Pſeudomartyres, quàm vllo antea ſæculo. Pſeudomartyres laudem veri Martyrij aucupari; vt ſolent ſæpe vitia virtutum quandam ſpeciem præ ſe ferre. 551

4 Hæreticos, licet pro Chriſto tormenta aut mortem patiantur, non tamen eſſe dicendos Martyres. 558

5 Qui ob hæreſim ſuam moriuntur, quod faciūt omnes noſtri hodie Pſeudomartyres, omnium mortalium maximè ſunt deteſtandi. 563

6 Hæretici cur ſuo iudicio damnati dicantur; & hæreticos ignorare ſe hæreticos eſſe; atque ideo hæreſim eſſe omnium malorum maximum. 565

7 Cur, qui in vno articulo fidei pertinaciter erret, ſit hæreticus, etiamſi reliquos omnes credat. 566

8 Cyprianum, licet grauiter errarit, non fuiſſe tamen hæreticum; & Cyprianum omnes iſtos hodie Pſeudomartyres, vt hæreticos dānare. 570

9 Pauca illa Apologeticorum verba [*omnem iam prope terrarum orbem aperire oculos ad adſpiciendam lucem*] tria inſignia mēdacia complecti. De admirabili Dei prouidentia, qui vt optimus paterfamilias pro grege aut demortuo, aut per Mahometanos & hæreticos imminuto, nouum orbem Chriſtianum ſubſtituerit. Multa memorabilia de pueris Indicis. 573

10 Apologeticos & alios Euangelicos temere mirari ſectam ſuā ita eſſe auctam, & fruſtra eos vagam, imperitamque multitudinem in argumentum veritatis arripere. Quibus additur cauſſa cur hodie ſecta ſit ita multiplicata. 578

11 Ruituram tempore hanc, quantumuis iam numeroſam ſectam Euangelicā, multosq; ab ea quotidie deficere; vt olim Auguſtinus à Manichæis, poſtquam nouem annis eorum hæreſi fuiſſet irretitus. 581

12 Pſeudomartyribus iſtis infiniti veteres Catholicæ Eccleſiæ Martyres opponuntur. Adrianum in Germanico ſuo Pſeudomartyrologio, fruſtra ad defenſionem falſorū Martyrum ſuorum ex Paulo, Irenæo, & veteribus Martyribus nonnulla arripere. 583

13 Nullo iure Martyrij pro Chriſto laudem Pſeudomartyres Euangelicos vindicare ſibi poſſe. An veteres Prophetæ occiſi, Machabæi, & Innocentes, quos Herodes interfecit, ſint dicendi Martyres. Triplex eſſe in Eccleſia Martyrium. 586

14 Plures veros Martyres recenti memoria à Canibalis fuiſſe deuoratos, quàm ſint omnes, quos ſectæ peperetunt. Ex horribili Lutheranorum atque Zuinglianorum inuicem, & Lutheranorum inter ſe, atque Zuinglianorum inter ſe diſſidio oſtenditur, neutros illorum eſſe Martyres; & primùm de ſola Zuinglianorū in cauſſa Euchariſtiæ inter ſe diſcordia. 588

15 Quanta ſit Apologeticorum impuden-

dentia, qui nullam, aut leuem inter Zuinglianos & Lutheranos diſcordiam fingunt. 596

16 De nouis & ante hac inauditis Faſtis à Foxo Pſeudomartyrum præcone inuentis & publicatis: in quibus nō modò Lutherani & Zuingliani, ſed alij etiam hæretici & malefici, veris Eccleſiæ Martyribus deletis, in eorum loca ſupponuntur: Zuinglianos item cum Lutheranis non conſiſtere, & alteros alteros viciſſim expungere; nec non & alios omnes maleficæ & hæreticæ factionis aſſeclas in Martyrū Calendarium iniuſtè intrudi, & proinde excludi debere oſtenditur. 600

17 Fabuloſa Foxi figmenta de cauſſa & circumſtantijs iuſti de Gulielmo Conbrigio hæretico ſumti ſupplicij exploduntur; & vera eiuſdem hiſtoria, bona fide explicatur 617

18 Lutheranos non eſſe veros Martyres, eò quòd Lutherus multas veteres hæreſes, in quibus & pro quibus pertinaciter ipſius aſſeclæ mori non reformidant, ex Orco reuocauerit. 624

19 Refelluntur Apologeticorū calumniæ, tum contra ſanctiſſimum & doctiſſimum virum, Staniſlaū Hoſium, quē ridicula metamorphoſi in Suencfeldianū transformare conantur: tum contra alios Catholicos, quos Scripturas ſacras libros hæreticorum appellare, & Lutherum falſò accuſare, quòd tumultui ruſticorum dederit occaſionem, ſcribunt. 627

20 Fruſtra Euāgelicos vociferari, ſcripturas à ſe ſtare, aut ſe non eſſe hæreticos; & quot qualesque hæreſes ſolus Lutherus excitarit. Quis nam ſit dicendus hæreticus ex Origenis ſententia. 631

21 Lutherum & omnes hæreticos affirmare, ſi Auguſtino credimus, Chriſtū in carne nō veniſſe; & licet infeſti ſint Zuinglianis Lutherani propter Eucha riſtiam, negare tamen & ipſos corpus Chriſti; dediſſeque Zuinglianis erroris ſui occaſionem. Lutheranos, qui obierunt, ne tranſſubſtantiationem Euchariſtię confiterentur, nō pro fide, ſed pro ſenſibus ſuis obijſſe. 636

22 In quibus Pſeudomartyrum & veterum hæreticorū mores atque facta conueniant. Apologeticorum in Catholicos de Origene corrupto calumnia retunditur. 642

23 Oſtenditur quàm longè abſint Euangelici Pſeudomartyres à Fructuoſi Martyris, & ſociorū eius exēplo. 648

24 Incredibile videri, Deum voluiſſe Euangelium ſuum, etiamſi obliuione ſepultum in deſuetudinem abijſſet, per iſtiuſmodi Euangelicos reſtituere: de quibus illud Euangelij dici poteſt; [*Ex fructibus eorum cognoſcetis eos.*] Licet Catholicorū ſæpe mores mali ſint; hoc tamen non ex doctrinæ genere, vt in Euangelicis, accidere. 649

25 Ex Eraſmo atque adeò Luthero oſtenditur, puriores eſſe Catholicorū, quàm Euangelicorum mores; eoſque eſſe ſolito longè deteriores. 654

26 Quàm falſè & ineptè, idque ad totius Calēdarij ſui ſubuerſionē, Foxus retulerit Eraſmum in factoſanctos illos ſuos Faſtos. 656

27 Ioannem Picum Mirandulam immeritò in Calendarium Foxi eſſe relatum; & totum iam Foxi Catalogum eſſe exinanitum, exactis inde Anabaptiſtis per Lutheranos & Zuinglianos, Zuinglianis verò per Lutheranos; vtriſque deniq; per Eraſmum & Picum Mirandulam. 659

28 Apologeticis eiulantibus de iniuſta Pſeudomartyrū ſuorum nece reſpondendum, quod Parmenianis olim reſpondit Auguſtinus: & in illis eſſe cor illud durum, quod deſcribit Bernardus. Verum Martyrium facere ex malo optimum; Pſeudomartyriū ex malo peſſimum. 663

29 Nulla eſſe vera miracula apud hæreticos; ſed ſolos Catholicos. Qualia cenſenda ſint veterum & recentium hæreticorum miracula. 665

30 Refelluntur, quæ de teſtimonio Academiæ Oxonienſis pro VVicleuo, & quæ de terræ motu atque fulmine, dum VVicleuus cauſſam ſuam coram Epiſcopis diceret, Foxus comminiſcitur. 668

31 Lutheri inſignis arrogantia, qui vatici-

ticinium de ſ…
con… quaſi Huſſo auctore,
gāt… & ſtupenda eiuſdem atr…
…a atque ſ…ultitia in actis VVorma-
…enſibus ſ…ribendis. Fruſtra Lutherū
Huſſo ta…tam tribuere, quem Zuin-
liani p… …tus ad ſe trahunt, vtpote ger-
… VVicleui diſcipulum, 670
…uſmodi fuerint viſiones Caro-
…ij, Zuinglij, & Cutheberti Sim-
…ſeudomartyris Anglici. 674
…viſionibus, ſpiritus afflatu, &
…utheri dotibus; & quā temere ei
…niū Sleidanus adſcripſerit. 676
…inſigni Sleidani fraude, & in
…ingratitudine, qui in ſua no-
…nporis hiſtoria nullam noui or-
…ntionem fecerit. Cuius tā per-
…ſilentij cauſſa oſtenditur. 681
…nſigni Sleidani mendacio, quo
…Oſiandrum viuo Luthero non
contradicere in cauſſa iuſtifi-
…s. 685
…iſior…ibus & donis Samuelis
…da…ij, de naue quam Foxus
…m ait ad incendium Gardi-
…admirandis Luſitanorum na-
…bus, atque infinito populo
…ecenti memoria ad Chriſti fi-
…uerſo. 687
…untur ea, quibus Foxus Mid-
…n & Cobhamum vates fuiſſe
Quàm ineptè idem Cobhami
…um cum Eliæ curru compara-
…ndaciū Philippi Melanchtho-
…Cheremone exploditur. 690
…futantur mendacia Criſpini de
…omartyribus, quos exectis lin-
…ſſe loquuros fingit. De qua re
…is veterum & Catholicæ Eccle-
…Martyrum hiſtoria narratur; &
…deburgenſium in eadem recen-
…a fraus detegitur. 693
39 De Georgio Bainamo, qui iactabat
…llos in igne dolores ſenſiſſe; &
…ſe nu… …dam anonymo, Pſeudomar-
alio …iu… … miraculoſo Ioannis Mar-
tyribus: de … qui hodie viuit, apud Fo-
beci Pſaltis, … deque Trigaleti & a-
…xum Martyrio: … viſionibus; & quo modo
…liorum falſis viſionibus; & quo modo
veræ viſiones à falſis diſcernātur. 695
40 Comparatio Foxi, qua Pſeudomar-
tyres ſuos cum veteribus Catholicæ
Eccleſiæ Martyribus confert, quā ini-
qua & falſa ſit, oſtenditur. 701
41 Neminem poſſe Martyrē eſſe, eius
ſiue fidei ſiue perfidiæ quam abnegat,
etiamſi propterea occidatur, quod ei
addictus aliquando fuerat. Imo verò
neque eum qui eandem retinet, ſi mo-
dò inuitus ad ſupplicium mortis ra-
piatur. Quibus nominibus aliquot è
Pſeudomartyrologio Foxi ſubducun-
tur, & nonnulla de Chriſtophoro Fa-
britio ſiue Fabro huc ſpectantia, com-
memorantur, qui Antuerpiæ, anno
1564. quarto die Octobris fuit com-
buſtus. 705
42 De martyrio Catholicorum tam in
Bohemia, quo tempore Huſſitarū ibi
ſecta cœpit virus ſuū diffundere, quā
noſtra memoria in nouo orbe. 718
43 Veros eſſe Martyres, qui pro Ro-
manæ Eccleſiæ primatu aſſerendo o-
beunt, eique Britanniam cumprimis
debere. 720
44 Nullos Euangelicos præter Foxum
& Apologeticos in Anglia agnoſcere
ciuilem magiſtratum pro capite Ec-
cleſiæ: imo Lutherum, Caluinum &
Magdeburgenſes eidem maximè ad-
uerſari. 729
45 De Ioāne Fiſchero Epiſcopo Roſ-
fenſi, Thoma Moro, Carthuſianis &
alijs ſanctiſſimis viris, qui pro Catho-
lica fide recens in Anglia morte occu-
buerunt: quiq; omnibus Pſeudomar-
tyribus non opponēdi modò, ſed præ-
ponendi etiam ſunt; quippe quibus ſi
non numero, quem Foxus data opera
verbis extenuat, certè bonitate cauſſæ
& merito longè præpondetant. 730
46 Duo teſtimonia Gregorij primi,
quibus demonſtratur veros Martyres
eſſe in ſola Catholica Eccleſia, peruer-
ſa Magdeburgēſium interpretatio al-
terius teſtimonij. 737
47 Explicatur qualis ſit Euāgelicæ Ec-
cleſiæ forma. Teſtimonia quædam D.
Auguſt. quibus mentes infirmiorum
& nutantium in periculoſis ſchiſma-
tum temporibus corroborentur. Ora-
tionibus magis, quàm diſceptationi-
bus contra hæreticos agendum. 738

FINIS.

DIALOGVS PRIMVS

CONTRA ECCLESIASTICÆ DE VITIS SANCTORVM HISTORIÆ, SVMMI PONTIFICATVS, ET SACRI CÆLIBATVS OPPVGNATORES.

PERSONÆ.

IRENÆVS Anglus: CRITOBVLVS Germanus.

Summa & ordo eorum, de quibus in hiſce Dialogis diſſeritur.

CAP. I. IRENÆVS.

QVID illud eſt, mi Critobule, quòd te tanta cum voluptate legentem video, vt intimam animi alacritatem indicet, & eloquatur exterior vultus tui habitus, non paullo quàm eſſe plærumque ſolet hilarior atque iucundior. Videri certe alicui poteris cæleſti aliquo numinis afflatu repente concitatus; prout affici ſolent ſubinde piæ mentes ſacrorum operum lectione, veluti facibus quibuſdam in amorem diuinum vſque eo inflammatæ, vt interior ille animi affectus in ipſum ſæpe corpus redundet. Id quod de S. Stephano produnt ſacræ litteræ; *In quem intuentes omnes, qui ſedebant in concilio, viderunt faciem eius tanquã faciem Angeli.* Et ego quidem ingentem hanc lætitiam animi tui in oculis, in ore, in fronte elucentem, eodem ex fonte deriuatam illuc exiſtimarem; niſi præſcirem huius fluminis riuulos exhilarare tantùm ciuitatem Dei, nec dimanare ſolere ad extraneos. Sed quid illud obſecro libri eſt, in cuius lectionem tam ſtudioſè incumbis? An is tibi fortè tanti gaudij materiam ſubiicit, vt continere illud non poſſis, quo minus ſe in vultũ transfundat? CRIT. Rectè tu quidem, Irenæe, diuinaſti. hinc enim omnis illa, quam præ me fero, lætitia. Hunc ego ſane librum, pro eo atque debeo, maximi facio; quem cum omni Crœſi alicuius vel Craſſi gaza libens non commutarim: nec tu eum (credo) etſi ſoleas noſtra faſtidire, facilè contemſeris. Me certè ita totum ad ſe rapuit; vt ignorem, an quicquam mihi multis his annis iucundius acciderit. Ex cuius lectione magis me iam tui, ac veſtrorum omnium pudet atque miſeret; qui

Vultus indicat animi affectum.

Act. 6.

Pſal. 45.

in tanta Euangelij renaſcentis luce, in ſuperiorem temporum te ignorantiæ veſtræ tenebris adhuc iaceatis; nec veritatem diuinitus patefactam atq; illuſtratam reſpicere in animum inducitis. IREN. Nihil ego a te inſolens audio; in huiuſmodi querelis detritus es: ad quas iam pridē aures meæ occalluēre: & noſti me tibi in familiari colloquio ſolitum eſſe illud Chriſti regerere; *Nolite flere ſuper me, ſed ſuper vos ipſas flete, & ſuper filios veſtros*: & præterea; te ac tuos ridiculè in eo facere, quòd cùm clariſſimis rebus tenebras obducatis, nec radios Catholicæ doctrinæ vndique his mille quingentis annis collucentis tenebricoſi ipſi homines ferre poſſitis, in acutiſſima oculorum acie, aut ipſo potius ſole tenebras cauſſemini; phreneticis non abſimiles, qui cùm omnium ſanorum iudicio minus ſani habeantur, ſuo ipſorum ſe ſolos ſapere, & ceteros inſanire putant. Sed dic tandem quis ille liber ſit, quis libri auctor, cuius ſic oblectaris lectione; vt inde immenſa quadam lætitiæ voluptate frui, & quodam modo beatus eſſe videaris. CRIT. Rem omnem tibi pro antiqua noſtra notitia, & inueterata iam diu inter nos amicitia liberè & ſimpliciter enarrabo. En igitur tibi præclaram ac nobilem illam Eccleſiæ Anglicanæ Apologiam: Cui vtinam tu tañtum tribueres, quantum illa meretur, & quantum abs te præ aliis vt tribuatur, ſuo quodam iure vindicare poteſt: quippe qui fueris non ſolùm in Britannia inſula educatus, ſed Londini etiam (quæ Angliæ metropolis eſt, & ſi Lelando Antiquario, atq, ei quidē Lōdinenſi, nec non aliis quibuſdam doctis hominibus contra nonnullorum ſententiam credimus, Trenouantum, vel Trinobantum olim dicebatur) natus. IREN. Non eſt, mi Critobule, cur hac de re ſis ſolicitus. Nam Apologia (cuius tu amore inſanire propemodum videris) iſta tantum apud me valet, quantum certe valere debet. Cui ego nihil, quod ſit tribuendum, adimo; nihil, quod ſit detrahendum, concedo. Omnia ex veritate, nō ex plauſibilibus humanæ ſapientiæ verbis æſtimo: omnia recta Catholicæ fidei regula metior, non flexuoſis & momentaneis incertarum opinionum commentis. Quod ſi meum de ea iudicium fortè requiras, nihil fere aliud habeo dicere quàm illud Poetæ: *Impia ſub dulci melle venena latent*. Sed perge ad reliqua. CRITOBVL. In Apologiæ igitur huius lectione dum ſerio verſarer; eaque (vt ſolet in cultiſſimo horto contingere) varias iucunditates ac amænitates ita ſuppeditaret, vt nullius vnquam hominis voluptarij nares tanta odorum, qui è floribus iucundiſſimis afflantur, ac animus meus lectiſſimarū ſentētiarū & hiſtoriarū ſuauitate perfunderetur: prouectus tandem ſum ad eum locum, vbi mentio Caroli Magni & Synodi in Germania iniecta eſt. Ibi vero gaudio quodam incredibili delibutus ſum. Atque hic interim tu ex inſperato aduenisti, cui, vt dicis & facilè credo,

animi

Veritas Euangelicorum in media luce, & propoſitorum de Catholicis iudicium.

Luc. 23.

Euangelici phreneticorum ſimiles.

Apologia Eccleſiæ Anglicanæ.

In comment. in Cygnea cantionem; Et in ſyllabo dictionis antiquarū T. Iouius in deſcriptione Britanniæ.

Ouidius

Apologia Anglicana venenum melle tinctum.

Carolus Magnus. Synodus Francofordienſis.

[ani]mi mei motū vultus ipſe detegit. IREN. Sed cur in hac potiſ-[ſi]mū h[iſt]oria acquieſcis? CRIT. Dicam; inter ceteros Eccleſiæ veſtrę cra[ſſo]s errores, peculiare quoddā ſemper odiū in ſuperſtitioſum & im[p]ium illū ſtatuarū veſtrarum cultū, quem Græci proprio nomine εἰδωλομανίαν vocant, ſcis me habuiſſe. Quare nihil ego vnquā lubentius homo Chriſtianus ac Germanus legēdo arripui, quàm tantum principem tam celebrē Imperatorem (cuius potiſſimum ductu maxima gentis noſtræ pars Chriſto initiata eſt) cū omnibus Germaniæ, Galliæ, ac Italiæ Epiſcopis tantæ turpitudini, ac hodie tā vſitatæ olim inter ipſa eius initia tā acriter ſe oppoſuiſſe. Nec ſine magna animi voluptate, pariq; fructu ſuccurrebat; iacere iā prorſus antiquas veſtras defenſiones, quæ ſynodo illa Nicæna Imaginibus veſtris dicata nitebantur: tum & illas, quibus ſolebatis ambitioſe ſatis, & nimis confidenter iactare non poſſe œcumenicam Synodum priuata aliqua infirmari. Poſtremo hic velut in ſpeculo conſpiciebam ſupinam ac intolerabilem quandam, neſcio, impetitiam dicam an perfidiam Catholicæ veſtrę, quā fingitis Eccleſiæ, ac Synodi iſtius Tridentinę. Quid enim boni ſperandum eſt, vel ab Eccleſia veſtra, vel à patribus iſtis Tridentinis? qui ſpecioſo quidem Synodi vocabulo nobis illudere; qui iſtos, quos commemoraui, & alios id genus errores in Germania ante octingentos pæne annos, tanta tam auguſti Imperatoris auctoritate, tanto tot ſanctiſſimorum doctiſſimorumque Præſulum conſenſu damnatos, & omnium ſibilis exploſos, non ita pridem indicto in Germaniæ etiam finibus & oppido imperij Concilio rurſus reuocare; pertinaciter tueri; & tanquā ſacroſancta orthodoxæ fidei dogmata orbi Chriſtiano proponere, vel potius obtrudere conantur. Gaudebam itaque oppreſſam ac tot ſæculis ſepultam veritatem, & antiquam fidei dignitatem tandem poſtliminio reſtitutam. Hanc verò hiſtoriam etſi apud noſtros ante legeram, quibus non ſine cauſſa plurimum tribuo: cùm tamen eandem tam eleganti ac facunda Apologia, totiusque Anglicanæ Eccleſiæ auctoritate conſignatam ac corroboratam viderem; & ad cauſſam tanti momenti tam aptè atque dexterè applicatam; mirificè, ſuprà quàm verbis dici poteſt, affectus ſum. Quare per veterem te amicitiam rogo, perque animæ tuæ ſalutem; vt vel tandem depoſita animi iſta pertinacia emolleſcas; & totum te ſincero diuini numinis cultui dedas; nec exploratæ ac patefactæ veritati aduerſari amplius iam ſciens & prudens velis. IREN. Ego certe ab ea nota, vt qui maxime, abeſſe videor; eamque in te & tuos potiſſimum cadere exiſtimo. CRIT. Hæc tu prepoſtero & præiudicato affectu dicis. Nam vt alia omittam certe in hac Imaginum cauſſa nihil habes, quo vel hiſcere deinceps poſſis; ita tibi hæc Caroli Synodus os obturat, vt vel ingratis taceas. IREN. Aliquid profectò diceres, ſi

Euangelicorum inſigne in Chriſti & Sanctorū Imagines odiū.

Nicæna Synodus fœunda de adorandis Imaginibus.

Frigida & inſana Euangelicorū in Catholicam Eccleſiam et Synodum Tridentinam calumnia.

hæc eſſet tam ſolida & vera, quàm eſſe tibi videtur hiſtoria. Crit. Quid ego audio? an aliquis vel leuiter dubitandi ea de re locus relictus eſt? præſertim poſt tam amplæ & illuſtris eccleſiæ teſtimonium? Iren. Vt ego quidē ſentio, nullus. Crit. Quo ergo illa tua? ſi vera eſſet hiſtoria. Iren. Nihil equidem dubito hanc non eſſe, vt tu tibi falſò perſuades, puram alicuius rei geſtæ hiſtoriam, ſed ab aliquo ſurreptitio potius nebulone & Iconomacho medius fidius inepto vel de induſtria confictam, vel ex opinionis errore fucata Caroli Magni perſonâ, & ſpecioſo ſynhodi titulo plauſibiliorem factam eſſe fabulam. Crit. Deú immortalem, quorſum iſta tendunt? quid ſibi volunt? Serióne hæc dicis, an ioco? Iren. Certè, vt hominem Chriſtianum & amicum decet, conſtanter & ſeriò: & valde quidem doleo te tam inani gaudio lactari; & præceptores tuos ita te ludificari, vt cogant te pro theſauro carbones amplecti; aut potius gladium tibi porrigere, non quo cauſſam tuam tuearis, ſed eam planè iugules. Proinde id te rogo, ne vel Apologeticis, popularibus quidem meis, ſed iſta iam à Catholica Eccleſia (quod doleo) defectione omnino tuis, vel aliis Euangelicis plus fidei de hac Carolina ſynhodo tribuas, quàm veritas ipſa concedit. Crit. Æquiſſima poſtulas. Quare ego te viciſſim rogo ſi vacet, vt veritatis indagandæ & pleniùs cognoſcendæ gratia aliquot mecum dies ponas in harum rerum diſceptatione. Quod ſi feceris, veriſimile eſt, vt alterutrum tandem conſequatur; vt vel ego in tuam, vel tu (quod potiùs credo) in meam ſententiam concedas. Iren. Vacat certè, vt nunquam magis. Quanquam vel in maximis meis negotiis aliquid temporis eſſem aucupaturus, quo poſſem tuæ hac in re voluntati ſatisfacere. Hanc ego diſceptationem & opto, & futuram ſpero animæ tuç fructuoſam. Id verò de meipſo profiteor, quo veritas vocat, & quam in partem rationum momenta præponderant, ab ea me ſemper ſtaturum. Sed quem diſceptandi modum rationemq́ue inibimus? Crit. Oportune id tu quidem admones. aliam enim quandam diſquiſitionem anteuertere illam Imaginū cauſſam debere arbitror; ne eò tandem, velimus nolimus, quaſi è medio curſu abrepti importunius feramur. Iren. Exſpecto quid velis: forſitan tamen ſubodoror. Crit. Omnis hic veſter de adorandis Imaginibus fœdus error ab alia idololatria, velut à fonte quodâm, illa, inquam, veſtra Sanctorum inuocatione; qua turpiter abiecto Chriſto, nouos ſequeſtres & mediatores conquiritis; à ſuperſtitioſo Reliquiarum cultu; à miraculis denique, quæ diuis poſt mortem falſo tribuitis, & eorum apparitionibus ferè dimanauit. Hic fons ſi ſemel veritatis & ſcripturarum ſole exſiccatus fuerit; exareſcent facilè ceteri omnes ſuperſtitionū riuuli. Quare poſtquam in hunc ſemel ſcopulum impegiſtis, totius poſtea [illegible]

miſerâ

Ficta de Carolo Magno & ſynodo Francofurdienſi [illegible].

Euangelicorum magiſtri abutuntur credulitate diſcipulorum ſuorum.

Ordo diſputationis.

Imaginū cultus vnde dimanauit.

Sanctorum inuocatio Euangelicis ſapit idololatriam, reliquiarum cultus ſuperſtitionem; miracula eorum, & poſt mortem apparitiones falſitatem.

miſerandum feciſtis naufragium. Sed has impoſturas, vt alij ex noſtris ſæpe magna cum laude, ita nuper omnium præſtantiſſime Magdeburgenſes, partim ex Dei verbo, partim ex reconditis & aureis Eccleſiæ hiſtorijs aperuerunt & ſubuerterunt. Quæ vt ſunt ampla ad laudem illorum, ita ſanè propter alias raras & eximias Eccleſiæ hiſtorias digni ſunt, quibus maxima quędam à bonis & doctis omnibus gratia merito apponatur. Quas ad Euangelicæ doctrinæ recens iam renatæ confirmationem, partim cum craſſis quibuſdam multorum ſeculorum tenebris circumfuſæ atq; occultatæ iacerent, in lucem primum vocarunt; partim cùm non modo rudes & impolitæ, ſed & adulterinæ, cõtaminatæ, atq; ſuppoſiticiæ eſſent, ab omni fuco vindicarunt, in priſtinum nitorem reſtituerunt; & ſine vlla veritatis labe aut macula mundas & elegantes reddiderunt. Quo illorum labore & induſtria factum eſt, vt fæce iam repurgata, ſordibus elutis, omniq; mendaciorum ſcoria excocta, velut ſpecioſum quoddam & pulcherrimum Eccleſiaſticæ hiſtoriæ corpus, in quo nullus næuus, nihil niſi (vt ita dicam) veritatis aurũ purum putum, ſummo artificio elaboratum, maxima cum voluptate noſtra, nec minore fructu habeamus. Omnes enim ferè apud recentiores iſtos veſtros ſcriptores patrum, ſiue Sanctorum ſiue aliorum hiſtoriæ non in ijs ſolùm, quę illis poſt obitum ridicule attribuitis; verùm & in ijs quæ ſuperſtites deſignaſſe fingitis, corruptiſſimæ & deprauatiſſimæ ſunt. Cùm itaque in effrenatam quandam & flagitioſam omnia corrumpendi licentiam paſſim effunderentur; & Eccleſiaſticæ hiſtoriæ auctoritatem ementientes fabulis vanis atq; inanibus miraculis omnia deformarent: eò res tandem turpitudinis recidit, vt defunctorum etiam ſtatuas, neſcio quibus nugis (quas miracula dicunt) ornare nullus pudor eſſet. Vnde factum eſt, vt ſenſim imprudentes homines ad earum etiam adorationem prolicerẽtur. Quare niſi ille tam turpis de adorandis Diuis; eorum Reliquijs; & ementitis, dum viuerent, & præſertim poſt mortem ipſorum miraculis, error primùm ex animo tuo euellatur, fruſtra videor laboraturus, vt te à ſtatuis tuis abducam. Quæ tamen prioribus illis de quibus dixi, velut columnis quibuſdam, quæ totam hanc mendaciorum ſtructuram ſuſtinent, euerſis, mox (vt vitis quæ natura caduca eſt, & niſi aliunde ſuſtineatur, in terram fertur) ſponte corruent. IREN. Quos tu mihi ſcopulos narras? Hactenus ego Sãctos, conciues iam angelorum & domeſticos Dei, noſtra poſt Chriſtum præſidia, non fidei Chriſtianæ ſcopulos ſum arbitratus: & honorem, quo eos afficimus, Deo gratum, non ab omni pietate alienam & abhorrentem eſſe idololatriam. In qua me ſentẽtia cum alia ſemper, tum nuper Magdeburgenſium tuorum in primis Centuriæ confirmarunt. Quorum tu hiſtoriam cur auream appelles nondum video, niſi ob

Eccleſiaſticam Magdeburgenſiũ ſuorum hiſtoriã, vel potius Eccleſiaſtica hiſtoria deprauationẽ, quantis laudibus efferant Euangelici.

Catholici eccleſiaſticarũ hiſtoriarũ ſcriptores iniuſte ab euangelicis ſugillantur.

id fortè,quod Germaniæ principes nimis multo auro inſignia mendacia redemerint. Sed ne præproperè videar,temereq; de rebus non dū plenè āte propoſitis iudicare;proferto tandē bellas & aureas iſtas hiſtorias;tū certius à me reſponſum auferes. C R I. Incipiam itaque; vt ordine in ſingulis diſpoſita progrediatur oratio,à Patrū & Sanctorū rebus in hac vita geſtis:deinde ad eorum,poſtquàm in cælum recepti ſunt, miracula abiturus. Sed id ante omnia mihi curæ erit, ne quid hic omittatur, quod ad oppugnandam Romani pontificis tyrannidem quoquo modo pertinere videbitur. In qua me materia dicturum ipſa copia obruit:ex qua ego pauca,ſed noſtro propoſito accōmodata,hinc inde carpam atq; colligam. En tibi igitur Ruffini & Nicephori de Gregorij Neocæſarieñſis miraculis: en Theodoreti de Marcello Apameenſi ſomnia & fabulas. Ecce tibi incognitā hactenus, ſed veriſſimā de Cornelio Romano Pontifice hiſtoriā,qui cœnam dominicam nefariè & horribiliter cōtaminauit,& pro Chriſti conuiuio caninū planè reddidit. Vnica certè ſextæ Carthaginenſis Synodi narratio,vt ea à Magdeburgenſibus noſtris explicatur & illuſtratur, Papatū penitus euertit. Quam Anglicana etiam Apologia attingit:& vt cætera multa id genus de Liberio Papa, Ioanne viceſimo tertio,& de alio nomine quidem Ioanne, ſed femina ſexum ementita contra Romani Pontificis errores, & quam ſibi inſolētiùs vindicat in omnibus,& ſuper omnes prærogatiuam, ſic & illā illuſtrem de Auguſtano Epiſcopo contra turpē veſtrum cœlibatū hiſtoriam eleganter & accommodatè applicat. Hāc alibi Illyricus diligenter pertractat, & Magdeburgenſes digniſſimā, quæ in Centurijs ſuis ſemel atq; iterum insereretur,eā cenſuerunt. In infinitatem quandā abiret oratio,ſi reliquas Eccleſiaſticæ hiſtoriæ labes & corruptelas à veſtris fœdè aſperſas, à noſtris diligenter purgatas & deterſas,vt rei magnitudo poſtulat,perſequerer, illa præſertim monaſticæ vitæ ludibria & portenta, quæ veſtri pro glorioſis miraculis hactenus venditarunt;nec nō & illa opinionū monſtra ac pernicioſa de adorandis imaginibus,de quibus dixi,& in quibus vos nimiū vobis placetis,deliramēta. Quæ & reliqua id genus innumera Magdeburgēſes noſtri narratione rerū cōtinua, & eleganti ſerie ad ſexcentos annos producta luculenter confutarunt. Vt itaq; cùm priora illa noſtrorū hominum totos hos quadraginta & amplius annos plurimùm,tū multò etiam magis recentia iſta Magdeburgenſium & Apologeticorum ſcripta me in religione, quam ex eorum fontibus hauſi, cōfirmant:ita omniū maximè animū meum aliud quiddam cōmouet,quod me non modò in hac, quam mihi iam indui, perſuaſione,ne ab ea vllius vnquam periculi metu deflectam, retinet,ſed etiā ſi non antè induiſſem,ad eā quā primùm inducēdam impelleret. I R E N. Mirum ni philtro quodā nuper captus ſis. Sed illud quid-

Magdeburgenſiū hiſtoria cur aurea appelletur.

Summa eorum, quæ partim ex Eccleſiaſtica Magdeburgenſiū hiſtoria, partim ex Apologia Anglicana, partim ex alijs aliorum angelicorum libris contra Catholicam Eccleſiam ventilantur, quibus in diſputationis progreſſu occurritur.

In catalogo teſt. verit. & Cent. 6. c. 7. col. 388. & cap. 10. col. 686.

quidquid ſit, explica. CRIT. Paucis itaque accipe. Nobile & tã frequens ex omni ordine, ætate, & ſexu noſtrorũ martyrium intelligo, qui non tam libris quã ſanguine ſuo hanc noſtram religionem conſignarut. E quibus nemo omnium eſt (quod ſcio) qui ſacroſanctam Romani veſtri Pontificis auctoritatem; qui Sanctorum inuocationem, ficticia eorum, poſtquàm obierunt, miracula, reliquiarum honoré; & ſacrilegum hunc cum primis ſtatuarum cultum, cum vitæ iactura non ſit deteſtatus. Quorum tam admirabilis ad martyrium obeundum ardor, ita animum meum totum occupat & inflammat, vt Deo propitio & ego vitã potiùs, quàm tã ſanctam perſuaſionem deponere malim. IREN. Niſi alia, mi Critobule, habeas religionis tuæ firmamenta, nõ eſt quod ego cauſæ meç diffidam; neque quod tu ita in oculis Magdeburgenſes tuos feras; vel, quaſi te ſingulari quadã rerum præſtantiũ cognitione, & raris ac peregrinis, (à nouis forſan inſulis allatis) diuitijs bearint, glorieris. Nõ eſt, quod Catholicorum condicionẽ deplores, aut eos nefariè circumuentos queraris. Tu potiùs tibijpſi caue, ac rebus tuis proſpice, qui in longè grauiſſimã captionem per veteratores iſtos incideris. Qui tibi pro veritate (qua homini nihil carius eſſe debet) notiſſima & impudentiſſima mendacia obiecère; dũ veras & ſinceras hiſtorias, leuiſſimè & pueriliter eleuant: falſas verò magna impudẽtia partim ab alijs arripiunt: partim multo maiori impudentia à ſe comminiſcuntur. Etſi enim magno tũ ſermonis cõpendio iſta perſtrinxeris: tamen (ni fallor) ſingula quo ſpectent, non ignoro. Atque ideò tantum mihi arrogo, vt magnam tibi per iſtos factam fraudẽ confidenter pronunciare auſim. Martyres verò iſti tui, quantiuis apud te pretij ſint; apud me certè nihil valebunt. Si enim doctrina omnis iſtorum contra Romani Pontificis dignitatem, contra Sanctorum, Crucis & Imaginum honorem in ſplendidis iſtis hiſtorijs à me ſemel (quod ſpero futurum) euerſa fuerit; quis quęſo veri martyrij locus iſtis relinquetur, qui in grauiſſimis & pro grauiſſimis erroribus mortẽ obierunt? Quanquam ſi veritas à te in his quæſtionibus, quas recenſui, & quç à nobis in hoc paucorum dierum colloquio agitabuntur, ſtaret: nihilo tamen magis iſti eſſent veri Martyres; cùm præter impias in his cõtrouerſijs opiniones, multa illi alia adulterina & pernicioſa contra Catholicam fidem dogmata perditè & obſtinatè moriendo defenderint. Sed de his ſuo loco & tempore, ſi neceſſe fuerit, videbimus. Tu verò interim, ne ego forſan aliorſum, quàm aut tu cogitas, aut res poſtulat, accipiam, præclaras iſtas tam præſtantium hiſtoriarum merces latius explica & euolue; vt certo & pleno obtutu, nec per tranſennam (quod dicitur) tanta ornamenta videamus.

Falſa martyrij ſpecie euangelici capiuntur.

Magdeburgenſes veteratores impudentiſſimis mendacijs credulos circumueniunt.

Qui in perfidia noui euangelij pertinaciter mortẽ oppetierunt, eos non eſſe martyres, ſed pſeudomartyres.

Defenditur hiſtoria Gregorij Neocæſarienſis contra Magdeburgenſium calumnias.

CAP. II. CRITOBVLVS.

LVBENS id quidem fecerim, vt quæ tu iam prima auditione facilè deprimi & extenuari à te poſſe exiſtimas, rebus à me vberius explicatis & attentius à te perpenſis, quantum ſit veritatis pondus, & quàm non ſine cauſſa tam prolixe Magdeburgenſes noſtros laudarim, vna mecum ingenuè confitearis. Quid ergo? tune ſuſcipies patrocinium Ruffini; qui auſus eſt ſub fuco Euſebiani interpretis Eccleſiaſticam eius hiſtoriam fœdare; & narrationes de Gregorio aſpergere *mendaces & ſuperſtitioſas, quales Monachorum ocioſum genus finxit*, quæ nec *in poſterioribus Euſebij editionibus*, nec *in Græco* vſquã exemplari conſpiciuntur: *Ut quod rupem ingentem precibus loco ſuo, in ſpacium ſacelli, mouerit: quod dæmonem in Apollinis ædem ſua præſentia fugatũ, per epiſtolã redire iuſſerit: quòd lacum in aridam conuerterit, &c. quibus tamẽ magis vana & nugoſa alia Nicephorus pro more ſuo adiecit libro ſexto, capite decimóſeptimo: nimirum quod æſtus & impetum Lyci fluminis, defixo in illud ſuo ſcipione, ſedarit: Iudæum mortuũ ſe ſimulantem, reuera mortuum fecerit: in arborem ſe ipſum conuerterit: peſtilentiã in fidelibus quibuſdam excitarit, & feminam defunctam ad vitã reuocarit.* IREN. Qui mendaces ac ſuperſtitioſas narrationes comminiſcuntur, eos ego ad monaſteria non ad ſaginam, ſed ad arctam diſciplinam amãdari optarem. Verùm enimuero nullam ego talem fœditatem, qualem tu ſomnias, in Ruffino agnoſco. CRITOB. Cernuntur ergo iſta apud Euſebium? IREN. Nec id dico; ſed fraudem & malitiam iſtorum aperio; qui imprudentibus lectoribus ad fidem hiſtoriæ totius extenuandam perſuaſum cupiunt, Ruffinum illa quaſi ex Euſebio recenſere; aut nullum extitiſſe grauiorem auctorem ante Nicephorum, qui hæc prodidiſſet. CRITOBVL. Sic accipio. IREN. Sed longè aberras. Ruffinus enim apertè profitetur hæc ab Euſebio prætermiſſa. CRITOBVL. Egreſſus eſt igitur Ruffinus fines ac limites interpretis. IREN. Nõ id iã diſceptatur, nec de fide officióue interpretis (in quo genere Ruffinus magis paraphraſten agit; & ſæpe nec verba, nec ſenſum appendit, ſed aliàs de ſuo addit, aliàs detrahit) ſed de ipſius hiſtoriæ veritate agitur. CRITOB. At iſta ſunt, ſi credimus Magdeburgẽſibus otioſi alicuius in monaſterio aliquo abdominis ſomnia. IRE. O teretes & religioſas Magdeburgenſium tuorum aures! Quibus illi, precor, argumentis huius hiſtoriæ vanitatẽ conuincunt? CRIT. Iam dixi. IRE. Atqui hoc ipſum, quod de Ruffino allatum eſt, certiſſimam rei veritatem arguit. CRIT. Mirum, ſi res ſic abeat. IRE. Sic abire neceſſe eſt. Miratur enim Ruffinus Gregorij illam per orbem vniuerſum celeberrimã hiſtoriam ab Euſebio prætermiſſam. Quare eam vt

Cent. 3. cap. 13. pa. 306.

Miracula Gregorij Neocæſarienſis.

Ruffinus à calumnia vindicatur.

Ruffinus paraphraſtes potiùs quàm interpres Euſebij.

Euſebius mentionem quidem facit de Gregorio lib. 7. c. 28. licet non de hiſtoria, quã Ruffinus recitat.

Ruffin. lib. 7. cap. 25.

eam, vt cognitu digniſſimam, vel alieno loco interponere magnum pu auit & per ę pretiú. Nec iá video cur, ſi ſolo Ruffino niteretur, fides hiſtoriç laboraret magis, quàm ſi ab Euſebio fuiſſet relata. Quo etſi fuerit tép re paullo inferior, & forſan eruditione; fidei tamen Catholicæ ſinceritate ac conſtantia multo fuit mea quidem ſententia ſuperior: etiamſi vento non tam ſecundo curſum ſemper tenuerit, quin interdum de via aliquantulum deflexiſſe ſit deprehenſus, maximè à D. Hieronymo ſcripta eius ſeueriori trutina examinante. CRIT. Habet quidé oratio tua aliquid ſimile veri, ſed aueo audire, an, ſepoſito nugatore illo Nicephoro, vlla ſint veterum monuméta de illa Ruffini ac Nicephori narratione. IRE. Sunt; & ea quidem tá firmæ auctoritatis, vt poſt Apoſtolica ſcripta, ne deſiderares quidem firmiora: [1]Hieronymi dico, [2]Baſilij, ac digni quidem tali fratre [3]Gregorij Niſſeni, à quo depromta ſunt, quę vel Ruffinus, vel Nicephorus narrat. Elegantiſſimo enim & docto opere omnes vitæ eius rationes perſequitur: ſtupéda verò Gregorij facta, tá certa apud omnem vetuſtatem habita ſunt, vt non alio ferè nomine quàm μεγάλω καὶ θαυματεργῶ, id eſt, *magni ac mirifici* deſignaretur. CRIT. Credidiſſem certè illam Nicephori orationé pręſertim de cópreſſo [4]*Lyci* fluminis nómini ſuo reſpondentis impetu, atque impreſſione, de Iudęo, deq; Gregorio in arboré transformato, ex fraude & mendacijs totam compoſitam fuiſſe. IRE. Imò non Nicephorus ſed Magdeburgenſes tui, toti à médacio contra verum ſtant. Gregorius enim Nyſſenus propter admiranda ſigna cum Moſe eum confert. Quorum alia recentia ſemper ac in oculis incurrentia; vt paludé in aridam terram; baculum verò in flumine ad ſiſtendam eius violentiam defixum, in frondeſcentem poſtea arborem conuerſum: alia non fictis quidem auditionibus, aut diſſeminato temerè vulgi rumore, ſed oculatorum teſtium totiuſque ciuitatis auctoritate per manus tradita, ſempiterna memoria remanſiſſe ad Gregorij vſque ætaté conſtat. Quę quidem Baſilius atque Gregorius ab ijs quoque, qui cum ipſo vixerant, accipere potuerunt, ſi vt Nicephorus refert, ad Diocletiani tempora peruenerat. CRIT. Sed non produxit vitam ad ea tempora, ſi credimus Magdeburgenſibus, qui ex[*] Baſilio oſtendunt eum ad extremam ætatem nó perueniſſe. IREN. Memini neque iam cogito hanc meam litem facere (in qua tamen fortè obtinerem) illud autem conſtantius dixerim, nihil effici contra Nicephorum ea collectione, cùm Baſilius ibi loquatur nó de Gregorio Thaumaturgo, aut eius annis, ſed de alio quodam Neocæſarienſi Epiſcopo Gregorij, alijs intercurrentibus, ſucceſſore recens demortuo cui vt alium ſufficiant, Neocæſarienſes cohortatur. Alioqui, vel ea ipſa epiſtola teſte, Gregorius non iá Diocletiani modò, ſed & poſteriora Baſilij tépora attigiſſet. CRIT. O ſupinam ac latam no-

Margin notes (left):

Tom. 1. concil. Synod. 7. act. 5. pag. 544. 545. 472. et act. 6. pag. 564. 581.

Cent. 3. cap. 13. pag. 166.

1 De ſcriptor. eccleſiaſt.
2 De ſpiritu ſancto. c. 29.
3 In vita eius.

Greg. Nyſſen. in vita Gregor. Neocaſar.

Nicep. lib. 3. c. 31.
Canon. 2. ſynod. ... in Trull.

Cent. 3. cap. 10. in vita Greg. Neocaſ. pa. 120.
* epiſt. 62. ad Neocaſ.

Margin notes (right):

Euſebij et Ruffini cóparatio.

Qui præter Ruffinú et Nicephorum de Gregorij Neocæſarienſis mirandis operibus ſcripſerunt.

Gregorius Neocæſarienſis cur ſit appellatus Thaumaturgus.
4. λύκος dicitur Latine lupus.

Sapina Magdeburgenſium negligentia.

tam noſtrorum negligentiam! IREN. Sic eſt; vt iam, ſi cætera nobis deficerent, vel hic fœdus iſtorũ error, quanta ſit beatorũ, quanta Gregorij noſtri etiam poſt mortem virtus, illuſtri potuerit eſſe documento. Qui cùm tam multi ſint, & meo iudicio non indocti; ſuo autem longè omnium doctiſſimi: quiq; cũ magno ſupercilio Catholicam Eccleſiam condemnent, eamq́, ſe poſt mille annos à ſuperſtitione ac idololatria vindicare, omniaq; in his hiſtorijs ad ſolius veritatis amuſſim exigere iactitent: tam ridiculè tamen hic allucinantur, vt eiuſmodi error, ne in vno quidẽ homine, qui ſolus hanc hiſtoriam concinnaret, foret vllo modo tolerabilis. Nunc vero cùm tot lyncei, non in tenebris, nec in re quidem ardua, ſed in aperta ac perſpicua luce offendant, & in tale mendacium incurrãt; quid aliud ſtatuendum, quàm beatum Gregoriũ (cuius laudibus ac operibus, aut potiùs ipſius Dei detrahũt, qui per eum diuinã ſuam vim ac poteſtatẽ mirificè exeruit) mirabiliter offudiſſe hanc eorũ oculis, mentiq́; tetram caliginem, nec minus ipſis turpem, quàm fuit illa olim Syris, qui Eliſeum; aut vt propius accedã, quàm fuit illa Ethnicis, 4. Reg. 6.
qui ipſum hunc Gregoriũ, de quo loquimur, comprehendere & de medio tollere contenderunt: vt non iam ſe Gregorius in arborem, ſed Magdeb. tuos in truncos ſenſu iudicioq́, carentes cõuertiſſe videatur. Ac certè ſi Ethnicorum ac Magdebur. tuorum in beatũ virum odium contendere inter ſe ac conferre velim; vereor ne maius iſtorũ & acerbius, quàm illorum videretur. Iſti enim cùm beati huius, ac aliorũ ſanctiſſimorum patrũ manibus giganteo quodam auſu, ac plus quàm Ethnico pugnare, & ſacroſanctam beati viri ac tãtorũ Dei operum memoriam abolere, nõ erubeſcunt. Habes iam igitur præter Ruffinum, illud tuum otioſum monachorũ genus, Baſilium dico cum fratre Nyſſeno ac Hieronymo, qui hanc huius viri memoriam ſuis ſcriptis perpetuitati conſecrarunt: ſed tales monachos vt iſti tui præclari Magd. vix vmbram quidem nominis ipſorum ferre potuerint; dum huius hiſtoriæ fidem eleuare conantur. Ad quorũ ter ſancta myſteria ſinceritatemq́; qua ſumma ſe in hoc opere vti clamitãt, intelligendã, aditum iam tibi ac ianuam pateſeci. Nolim verò meliora, aut ſinceriora de reliquis à te propoſitis exſpectes. Scire enim poteris ex vnguibus (quod dicitur) leonem.

Magdeburgenſes à Greg. Thaumaturgo in truncos conuerſi.

Magdeburgenſiũ giganteæ et plusquam Ethnica cum manibus Sanctorum pugna.

Retunditur Magdeburgenſium calumnia contra Theodoretum pro hiſtoria Marcelli Apameenſis, & eorum fraudes in diſſimulanda ſimili ex Epiphanio hiſtoria de Ioſepho Confeſſore aperiuntur.

CAP. III. CRITOBVLVS.

SED quid ſtatuis de illa* Theodoreti narratione quam his verbis referunt Magdeburgenſes: *Marcellus*, inquiunt, *Apameẽſis Epiſcopus, deſtructurus ſub imperio Theodoſij fanũ Iouis Apameæ, atrum dæmonis ſpectrum, vim ignis ſuppoſiti coërcens, ſic repulit. Iuſſit aquam afferri in vaſculo: qua*

* Lib. 5. cap. 21. Cent. 4. cap. 6. Col. 440.

culo: qua ſuppoſita ſacro altari ipſe in faciem humi proſtratus, Domino ſupplicauit, ne vlterius progredi dæmonis tyrannidem pateretur. Quod precatus, figura crucis aquam conſignauit, atq; ad flammā Diaconum aquā eam aſferre iuſsit, & adſpergere. Quo facto, contactus aqua impatiens dæmon aufugit. Hæc Magdeburgēſes. Quod Marcelli factum, vt alia id genus mendacij & ſuperſtitionis Magdeburgenſes videntur arguere; quaſi vel nihil tale à Marcello, vel, ſi quid tale, non ſic tamen geſtū fuiſſet; ſed poſtea à *recentioribus* potiùs ita confictū. Quin & ſollēnem illum Catholicę Eccleſię ritum aquā precibus & ſigno Crucis ad morbos & Dæmones abigendos conſecrandi, cū Apologeticis in Anglia irrident; nec Romano Pontifici ac Martyri Alexandro, ſed Ethnico alicui Pontifici tribuendum exiſtimant. IREN. Quid ego aliud ſtatuerem, quàm Magdeburgenſes tuos ſui ſemper eſſe ſimiles: nec, vt Comicus dixit, de bonis Græcis Latina facere non bona; ſed veras Chriſtiani populi hiſtorias, tā Græcas quàm Latinas, ab ipſis naſcentis Eccleſiæ & in ipſis principijs cōſcriptas, ſumma malitia in meras fabulas, nobili quadā rhetorica cōuertere. Alioqui à te quæro, quid ſequuti illud Marcelli factū aut negant, aut vt ſuperſtitioſum conuellunt? CRIT. Nihil illi quidē adferunt quod video, præter merā inficiationem. IREN. At ita cuiuis facile licet eſſe diſerto; neq; quicquā eſt in tota religione tam certū & exploratum; vt non facilè hac ratione liceat cuiuis infringere, aut eludere. CRIT. Sed imperitia credo magis, quā malitia adducti hoc faciūt. IREN. Tolerabilius hoc quidē foret: nūc verò oēm ſibi in poſterū veniæ ac fidei ſpē præciderūt. CRIT. Quare? IREN. Quia ſcientes ac prudētes, ac dolo malo, vt olim Dauus ille, omnia perturbāt; neq, ſimplici errore (qui tamē in tot & tātis viris, & tanta cauſſa vix eſſet ferendus) huc prolabūtur. CRIT. Quare? IREN. Quia ſi obſerues, hoc in more poſitū habēt, vt, ſi aliquid occurrat, quod cū noui iſtius Euāgelij placitis non ſatis conueniat, quodq; ſe deſperāt, vel leui ſuſpitione poſſe aſpergere; id perfidè contra hiſtoriæ & muneris ſui, imò cōtra Chriſtiani hominis officiū tegant ac diſſimulent: in alia verò, quæ quocunq; morſu arrodi à ſe poſſe putāt, rabiem ac dentes ſuos exerceāt. CRIT. Ceterū nihil hic tale accidiſſe puto. IREN. Maximè. Nā vt nihil iā de decreto illo Alexandri, deq, Marcelli facto, quæ iſti conuellūt, diſquirā; inſignē & indubitatā in hoc genere hiſtoriā Ioſephi præclari Confeſſoris (qui è tenebris Iudaicæ ſuperſtitionis ad Euangelij lucē, admiranda quadā Dei prouidētia ereptus eſt) inexpiabili ſilētio inuoluunt: vt vel ex eo ipſo vulgare illud prouerbiū verū eſſe videatur, quo dici ſolet, Dęmonē aquam ſacram odiſſe. Cuius vel mentionē, ſpiritus, qui iſtos inhabitat, è longinquo fugit. Quanquā & alia quædā concurrunt, cur hiſtoriæ huius, qua vix in toto eo ſæculo illuſtrior occurrit, ſcriptionē fugerint. CRIT. Quænam

Cent. 2. cap. 6. Col. 121.

Ritum aquæ precibus & ſigno Crucis ad morbos & Dæmones abigendos conſecrandi Magdeburgenſes & Apologetici in Anglia impiè irrident.

Dolus malus Magdeburgenſiū in Eccleſiaſticis hiſtoriis vel diſſimulandis vel depravandis.

Ioſephi Confeſſoris hiſtoriam cur Magd. diſſimularint.

Aqua ſacra.

Crucis ſignum. Panis azymus. Secundæ nuptiæ. Epiphanius de Ioſepho, quicū coniunctiſſimè vixit, teſtimoniū.

Queñã? IREN. Venerandú cú primis Crucis ſignú, quod Dęmones abhorrẽt, eos ab hu9 hiſtorię vera narratione coërcuit; tú in azymis, id eſt, non fermẽtatis panibus, Euchariſtiã conficiendã; nec poſſe in clerú allegi, qui defuncta vxore matrimoniú repetit; & alia id genus. Quę omnia, ac integrã Ioſephi hiſtoriã licet alieno propemodú loco Epiphanius, qui cú eo aliquãdo cõiunctiſſime vixit, luculẽter deſcribit. Sed iuuabit Epiphaniú aut Ioſephũ ipſú audire. Variatis aút nominibus & locis, eodẽ redit tota narratio, quo illa de Marcello; niſi quod ille Dæmonẽ, qui obſtiterat, ne tẽplum ſuum euerteretur,

Dæmonum eiectio per aſperſionẽ aquæ ſigno Crucis conſecratæ.

iſte Dominici tẽpli ſtructurã ſuis præſtigijs impedientẽ, aqua ſigno Crucis ac precibus cõſecrata eiecerit. Epiphanius itaq; poſtquã narraſſet Dæmoniacú quendã huiuſmodi aqua curatú, oſtendit eú aliã quandã, eãq; admirabilẽ Dæmonis vim repreſſiſſe. *In nomine*, inquit, IESV *Nazareni, quẽ crucifixerũt patres mei & omniũ horũ circumſtãtiũ, fiat virtus in hac aqua, ad reprobationem omnis incantationis ac magiæ, quã hi fecerunt, & ad efficaciã potentiæ ignis, ad perficiendum domũ Domini. Et ſic accepit aquam in manum, & de aqua ſingulos fornaces reſperſit, & diſſoluta ſunt incantamenta, & ignis coram omnibus emerſit. Turbæ verò præſentes, clamore edito; vnus Deus qui auxiliatur Chriſtianis, receſſerunt.* Sed de hac re tota, quam callidi veteratores ſe eludere nõ poſſe videbãt propter Epiphanij auctoritatẽ, apud bellos iſtos ſcriptores, ſummú ſilentium.

Lib. 1. tom. 2. hæreſ. 30.

Iano Cornario interprete.

Magdeburgenſium perfidũ ſilentiũ & fraus manifeſta.

CRIT. Iſta certe longè abſunt à fide ſinceri ſcriptoris, ſed aliquid obliuioni in tãto opere condonandú eſt. IREN. Facilè condonarem; niſi res ipſa manifeſtam fraudem clamaret. Nam ne Ioſephus obliuione, vt fit, excidiſſe illis videatur, de eo ſæpius mẽtionem ad alias cauſſas faciút, imò & huius de quo loquimur, in Tyberiade ędificati templi; vt nihil habeant quo ignorantiã prætexant.

Cent. 4. cap. 10. & 14. Col. 1195. & 1457.

CRIT. Hæc mihi fidem facere videntur, ea quoq; eſſe vera, quæ de decreto Alexandri, & facto Marcelli veteres tradút. IREN. Quid ni? quantúuis egregij iſti tui Centuriones pro ſolita ſua pietate, decretú illud Alexãdri de aqua luſtrali ad Dæmones profligãdos conſecrata nõ Alexãdro nec alicui Chriſtianorú Epiſcopo, ſed Ethnico potiùs Põtifici, qui adhuc Romæ collegia habebat, tribuendú putẽt. Iſtis igitur iudicibus nõ Marcellus modò & Alexãder, ſed & ipſi Apoſtoli nõ iã Chriſti, ſed Dæmonú ſunt Põtifices. Huiuſmodi enim oratio inter eas cõſtitutiones quę à Clemẽte cõſcriptæ ſunt, & Apoſtolicæ ſemper dictæ ſunt, reperitur. *Domine Sabaoth, Deus virtutũ, creator aquarũ, & dator olei miſericors et benigne, q dediſti aquã ad potũ et mũditiẽ, oleũ ad exhilarãdũ faciẽ in exultationẽ lætitiæ: ipſe quoq; nũc per Chriſtũ ſanctifica hanc aquã, et hoc oleũ in nomine eorũ, qui attulerunt, & da virtutẽ ſanitatis effectricẽ, ægritudinũ expultricẽ, Dæmonũ fugatricẽ, omnibus inſidiis aduerſariũ, per Chriſtũ, qui eſt ſpes noſtra, quocũ tibi gloria, honor, et cultus cũ ſancto Spiritu in ſecula, Amẽ.* Audiſti iã quid Theodoret9,

Cent. 2. cap. 6. Col. 128.

Lib. 8. c. 35.

Oratio ex Clemente Romano pro aqua ad Dæmones abigendos conſecranda.

quid

quid Epiphanius, quid Alexander Pontifex & Martyr, quid Clemens vir Apoſtolicus, de aquæ luſtralis vſu ſcri[illegible]ſerunt. Cuiuſmodi alia c[illegible] [illegible]rima, eaque clariſſima teſtimonia licet ab Apoſtolorum temporibus per ſexcentos ann[illegible]s ad quæ Magd. hiſtoriæ ſuę ſ[illegible]riem perduxere tam apud Græcos, quàm Latinos ſcri[illegible]tore[illegible] parata atque ob[illegible] Magdeburgenſium tamen tuorum ſpiritus ab omnibus h[illegible] fugit, & ea n[illegible] nominare quidem ſuſtinet. Quorum tamē ſi nihil hactenu[illegible] extitiſſet, vel noſtri temporis admiranda in hac p[illegible] exempla, aduerſus tetras ha[illegible] Magdeburgenſiū calumnias ſufficere deberent. Vt enim reliquas mundi partes prætermittā, in eo, quem nouum orbem diximus, traditur pat[illegible]es Societatis ſacroſancti nominis IESV per aquam luſtralem multa in ægrotos beneficia contuliſſe; quā cū potandam dediſſent muto, paralytico, & febricitanti, ille linguæ impedimentum, proximus paralyſin, tertius febrem depulit. Traditur, multas mulieres prius ſteriles, fœcundas factas, & immanem maris tempeſtatem tranquillatam. Sorices præter[illegible], qui omnia ſata miſere vaſtabant, à terris Chriſtianorum ſacra aqua conſperſis ad proximos gentilium agr[illegible]s fugatos. Quod cùm illi viderent, terraſque ſuas eorum multitudine grauius ſolito infeſtatas, valde aduerſus nouos Chriſtianos indignabantur, Deumque Chriſtianorum ipſorum idolis longè potentiorem confiteri coacti ſunt. Quare Chriſtiani cùm tanta ex vſu ſacræ aquæ beneficia percipiant, quoties in grauiores morbos incidunt, accerſunt mox aliquem ex patribus, vt ſacra aqua ab eis perfundantur, eorumque orationibus iuuentur. CRIT. Video aquam conſecratam maiora & certiora habere ex antiquitate præſidia, quàm hactenus putaram. Video primæ Eccleſiæ & noſtræ hodie in hoc genere miracula valde congruere. IREN. Hactenus bene; ſed perge.

Vide Epiſt. patrum ſocietatis IESV.

Proponuntur argumenta varia quæ Magdeburgen. contra Rom. Pontificis auctoritatem præſertim ex hiſtoria ſextæ Carthag. Synhodi de Nicænis per eū canonibus deprauatis proferunt. Quibus additur, quod ijdē Magd. aſſerūt, Rom. Pontificē nulli ex octo primis œcumenicis Synhodis præſediſſe, niſi quòd ſemel Legati eius in Chalcedonenſi Synhodo per fraudem huc irrepſerint. CAP. IIII. CRITOBVLVS.

AT ENIM inſignem quandam operam iſti in Nicæna prima ex ſexta Carthaginenſi Synhodo, ab intolerabili falſi iniuria vindicanda poſuerunt; ob quam laude, honore, ac præmiis ſunt decorandi. IREN. Per mihi mira hæc videntur. CRIT. Efficiam, ni fallor, mirari vt deſinas, & harum Synhodorum maieſtatem, quam Innocentius, Zozimus, Bonifacius, Celeſtinus, & alij Romani Pontifices imminuerunt (è quibus Zozimum Deus vt falſum teſtem poſt tres annos & nouem menſes extinxit) vt par eſt agnoſcas; & ſuam illis dignitatem, poſt tot ſæculorum decurſionem, patefacta iam, quæ

Cent. 4. c. 10. p[illegible] 1... & [illegible] 7. pa. 775.

quæ hactenus oppreſſa eſt, veritate reſtitutam mecum communiter gaudeas. IREN. Magnum certe mihi aliquid parere videris.

Rationes Magdeburgenſium & aliorũ, quib. inuiſtunetere conantur Romani Pontificis auctoritatem.

CRIT. Sanè aut ego mihi nimium blandior, aut hoc ipſum, quod dicis, tento; idque adeò perficiam. Primùm itaque conſtat, quòd Apologetici admonēt & ipſi canones teſtātur; Nicænam Synodum nullis huiuſmodi prærogatiuis, quibus ſe hodie ab omni antiquitate ornatam, & vnde omnia ad ſe reuocare poſſe iactat, Romanam ſedem amplificatam agnouiſſe; vſq; eò vt Alexandrinam & Antiochenam illi exæquet, neque quicquam aliud ei præ ceteris egregiĩ attribuat. *Apol. Angl.* *Cap. 6.*

1\. *Nicæna Synodus*

IREN. Perge; quamuis iam mihi videor ſenſus, mentemque tuam deguſtare. CRIT. Auſi tamen ſunt Romani tui, nō ita multo pòſt, idq; per ſpeciē Nicæni canonis, ex omnibus prouinciis Epiſcoporum à Synodo damnatorum prouocationes ad ſe rapere: ſed ampliſſima atq; ornatiſſima Carthaginenſis Synodus, cui Auguſtinus inter alios interfuit, huic tanto auſui interceſſit; & cùm illi canonem quendam commenticium apud ſe amplificandæ dignitatis ſuæ cauſſa natum proferrent, eiuſque apud Africanos obſeruationem vrgerent; prudenter illi domeſticum teſtimonium, vt ſuſpicioſum, & parum tanta in re firmũ arbitrati, ab Alexandrino & Conſtantinopolitano Epiſcopis, apud quos longè omnium ſinceriſſima exemplaria conſeruabantur; de quorum fide, ne tenuis quidem ſuſpicio iniici potuit, ſubſidium petunt. In quibus, vt & ex litteris Cyrilli Alexandrini, & Attici Conſtantinopolitani ad Africanos patres tranſmiſſis apparet, nullus huiuſmodi, qualem Romani proferebant, canon inerat. Quare patres omnes huiuſmodi appellationes communi decreto ſubmouebant. Neque Romano Pontifici quicquam iuris in Africanas Eccleſias ab eo tempore conceſſerunt.

2\. *5. Cent. Magdeb. p. 853. & 854. Illyr. in Catalog. & in libello de 6. Carth. Syn.* *Carthaginenſis Synodus. 6.* *Litteræ Cyrilli & Attici ad Africanos patres.*

Has autem Cyrilli & Attici litteras, ex quibus Romani veſtri Pontifices Nicænos canones ſumma perfidia nefariè commaculaſſe conuicti ſunt, non Magdeb. & Apologetici tantùm, ſed & reliqui noſtri homines, inter quos eſt Smidelinus, mirificè amplectuntur. Et licet ad centum poſtea integros annos immoderatā & laſciuientē illam Romanorum dominationem ea Synodus repreſſerit: paullo tamen poſt ad maiorem, & demum (obcæcatis prorſus reliquorum Epiſcoporum mentibus) ad hanc, quam hodie patimur tyrannidē erupit. *Nicæni canones deprauati.* *In refutatione Heſſ.*

3\. Sed iuuabit accuratiùs conſiderare alias fraudes & cuniculos, quibus confractam ab iſta Synodo tyrannidē, ſenſim poſtea inſtaurarunt atque renouarunt. Nā cùm dolerent Nicænos canones, quos Innocentius, Zozimus, Bonifacius, Cæleſtinus adulteraſſe conuicti ſunt, quaſi bolum è faucibus ereptos, eos quidē deinceps pro ſe allegare non ſunt auſi. Leo igitur poſtea & Gelaſius licet diabolica audacia ac impudentia, patres & canones iactent; callidè tamen Nicænos ſupprimunt, nec, quando aut à quibus alij cano-

Leo, & Gelaſius *Cent. 5. cap. 10 p. 1262. & 1274.*

[illegible] ſancti, oſtendunt. Quare variè & in contrarias plane ſententias illa agitant. Alij enim in patribus & canonibus Nicænis, alij in canonibus & patribus, quos alioqui ſigillatim non nominant, ne ſi [illegible] prodant: alij in conſuetudine, alij verò, quia cetera non ſatis firma videntur, in Chriſto & Petro Apoſtolo amplitudinis huius firmamentum conſtituunt. Et ſane quanto magis de reliquis quinti ſeculi patribus apud me cogito, tanto magis magisq́ confirmor, vt ea [illegible] credam, quę Magdeburgenſes de ſexta iſta Carthaginẽſi Synodo prodidere. Nam ſi ſeponas decretales epiſtolas, quæ iuſta ſuſpicione domeſticę fraudis obruũtur, & paucos huius ſæculi adulatores, Euagriũ dico, Victorem, & ſimiles; rara, aut nulla ſunt patrũ de Rom. Pontificis eximia præ aliis auctoritate, præſertim Chryſoſtomi, & Auguſtini, teſtimonia. Atq; hic recte quidem meo iudicio Magdeburgenſes obſeruarunt; nõ temerè iis credendũ, quæ Innocentius ſuæ amplitudinis glorioſus pręco effundit; cùm Auguſtinus qui toties de eo & eius ſcriptis meminit, hac tamẽ de re nullã mentionẽ facit. Quod ſi adhuc in tanto teſtimoniorum, & probationũ pondere hæreas, vtrum Romani Nicænos canones corruperint; id aliunde quoque oſtendam. Canonem enim quendam, quaſi ex Nicæni Concilij auctoritate in alia quidem & leuiori cauſſa, ſed quæ magis impotentem eorũ ad ſuæ ſedis dignitatẽ ampliandam ambitionem palam præſeferat, ſuppoſuerunt. Id quod ex ipſis Magdeburgenſibus certius perſpicies. * *Socrates*, inquiunt, *aſſerit canonem Eccleſiaſticũ iubere, ne qua canonice dedicetur Eccleſia ſine conſenſu Romani Epiſcopi. Quem vero intelligat canonẽ non facilè eſt intelligere: nã inter Nicænos nullus talis exſtat. Sed videtur Socrates ex epiſtola Iulij eam phraſim hauſiſſe Lib. 2. ca. 17. de quo nõ eſt mirũ ſi myſterij iniquitatis more, canones ſiui ipſi de ſuo iure mentitus eſt. Zozomenus Lib. 3. ca. 10. eandẽ hiſtoriã referens nõ meminit canonis de conſecrãdis templis cũ cõſenſu Romani Epiſcopi.* Hæc illi. At quis ferat talem Scyllam, talem Charybdin, quæ horrẽda quadã voragine aliorum omniũ per orbẽ Epiſcoporũ poteſtatem ita abſorbeat & exhauriat, vt ne in diſiunctiſſimis quidem orbis partibus vel Eccleſiam liceat niſi ex eius auctoritate dedicare. Quanquam & hic omnis dedicationum ritus ſuperſtitione non caret; vtpote qui à Iudæis ad nos deriuatus eſt. Et ſi nõ ignorem extare apud Gratianum, Nicænum (vt fingit) de tẽplis certo quodam ritu dedicandis canonẽ; ſed quem Magdeburgenſes vt Nicęnũ non recipiunt: cùm inter eos nõ recenſeatur, qui à Cõſtantinopoli & Alexandria in Africã trãſmiſſi ſunt. Illud iã mihi animaduerſione dignũ videtur quod Magdeburgenſes inter alia Africanorũ patrũ decreta, & hoc conſtitutũ obſeruãt, ne Romanus Epiſcopus vniuerſali appelletur. Quod tamẽ Petr⁹ ille, qui tomos Conciliorũ digeſſit, ſiue errore, ſiue fraude aliqua omnino prętermiſit. Illud etiã Illyricus

nuper

Patres.
Chryſoſtomus.
Auguſtinus.

Innocentius.

Corruptio Nicænorum canonum.

Canon Nicæna Synod. de dedicatione Eccleſiarũ.

Gratianus.

In proteſtat. contra Conc. Trident.

Nicolaus Cuſanus. Ius præſidendi Concilio Imperatori tribuitur.

7. nuper cum reliquis Auguſtanæ cõfeſſionis patronis ex Cuſano docuit, Cõcilijs præſidendi ius non Romano Pontifici, ſed Imperatori deberi: Neq; in vlla ex primis illis octo œcumenicis Synhodis extare aliquod exemplũ, quo Romanum Põtificem, aut eius Legatum præfuiſſe, cõſtare poſſit; niſi quod ſemel in Chalcedonenſi Synhodo, Imperatoris legatis abſentibus, huc ſe Romanus ingeſſerit. Et Magdeburgenſes plane docẽt, nec Celeſtinum Epheſinæ, nec Chalcedonenſi Leonem præfuiſſe, nec, qui præeſſent, præſcripſiſſe; ſed cũ ab Imperatoribus præſides antea conſtitutos intellexiſſent, his potiſſimum ſuas vices mandaſſe; atque ita ſenſim inoleuit communis iſte hodie error, quo creditur omnis hæc Conciliis præſidendi poteſtas fuiſſe penes ſolum Romanum Pontificem: Cuius auctoritatem hoc ſæculo multi adulatores nimium amplificabãt. Quæ fraus tantum tãdem valuit, vt poſt octo illas primas œcumenicas Synhodos, Imperatores ſuo iure prorſus ſint deturbati: quemadmodum

Cent. 5. c. 7. pag. 781.

Ius indicendi Concilia Imperatori adſcribitur.

8. & reliquo ſuo iure de Conciliis indicendis per eoſdem prorſus ſunt excluſi. Prima enim Concilia, Nicænum, Conſtantinopolitanum, Epheſinũ, atq; Calcedonenſe, conſtat non Romanos Epiſcopos, ſed Imperatores, Conſtantinum, vtroſque Theodoſios, atque Martianũ coegiſſe; quod Magdeburgenſes & poſt eos Apologetici tradunt. Et Magdeb. Gelaſium impudentiſſimi mendacij arguunt, quòd iactitat in Epiſtola ad Dardanos Romanam ſedem ſolam decreuiſſe, vt Chalcedonẽſis Synhodus fieret. Primã enim apud Nicęã œcumenicã Synodum [1] Ruffinus Conſtantinum Magnum; ſecundam verò Theodoſiũ apud Cõſtantinopolim coẽgiſſe ſcribit Theodoret [2]. Quin & [3] Leo à Theodoſio ſecũdo poſtulat, vt in Italia liceat ſibi Synhodum conuocare: Cumque [4] Martianus Chalcedonenſe Concilium indixiſſet: Leo egit, vt illud ad commodius, & oportunius tempus differretur, ſed impetrare non potuit. Quare non ſine cauſſa Apologetici vociferantur aduerſus Pium Pontificem, vt qui Tridentino Concilio cogendo magnã Imperatori Ferdinando fecerit iniuriam, quòd illius ſibi ius arrogarit, temereq; adſcripſerit. Neque admirandum, ſi iſti, & ſimiles errores de Romanæ ſedis dignitate ſenſim in orbem irrepſerint, cùm fortè ne illud quidem verum ſit, quod Romani Pontifices pro fundamento poteſtatis ſtatuunt: hanc uidelicet ſe amplitudinem à Petro, qui multis annis

1. Lib. 1. cap. 1.
2. Lib. 5. c. 9.
Cit. 4. p. 534. 535.
3. Epiſt. 24. & 25.
4. Cent. 5 pag. 785.

Vociferatio Apologeticorum in Anglia aduerſus Pium quartum Pont. maximum de indictione Concilij Tridentini.

9. Romanam Eccleſiam gubernauit, accepiſſe: cùm non deſint [e] multi etiã docti homines, qui libris editis aſſerant, Petrũ nunquam vidiſſe Romam: à qua ſententia non videntur Magdeburgẽſes omnino abhorrere. Neq; quidquam in Euangelicorum noſtrorum concionibus vſurpatius ferè eſt, quàm Petrũ nunquam fuiſſe Rom. Pontificem. Hæc, & alia id genus Illyricus in hiſce Centuriis, & antea peculiari quodam opere Venetorum Duci dicato.

Petrum Apoſtolum negatur vel Romæ fuiſſe, vel Romanum fuiſſe Epiſcopum.

e. In quibus eſt Vlricus Velenus. Cent. 1 lib. 2. cap. 10. pag. 562. Ioan. Francus in Chronolog.

Reſpon-

Reſpondetur ſupradictis Magdeburgenſium argumentis; & primam ſemper fuiſſe Romani Pontificis in generalibus Conciliis, & in aliis cauſis Eccleſiaſticis auctoritatem oſtenditur.

CAP. V. IRENAEVS.

SCIO veſtros de ſexta Carthaginenſi Synodo ſe magnificè iactare, ſed ſine cauſſâ, cùm ſint, quæ iſti afferunt, falſa, ementita, & plena erroris omnia. Id enim vt primùm dicã, quale illud, & quam turpe eſt, vel ad dicendum, vel ad cogitandum; aut Nicænam cum reliquis omnibus, aut reliquas œcumenicas Synodos cum Nicæna (quod neceſſe eſt, ſi iſta ſint vera) pugnare. Nam ſiue ſpectes Conſtantinopolitanam, quæ proxima ſucceſſit primæ Nicænæ; *ea Apoſtolicæ ſedi debitam reuerentiam exhibuit*, & Romanum Pontificem ſuperiorem Conſtantinopolitano agnouit; ſiue Epheſinam ordine tertiam, quo confluxerant ducenti fere Sacerdotes pæne ex maiori parte Metropolitani, & tantæ doctrinæ, vt ſinguli eorum prope de controuerſiis diſceptare valerent: hi omnes Cæleſtinum licet abſentem, cuius vices Cyrillus gerebat, cõſeſſus ſui præſidẽ ac caput, vt Chalcedonenſis Synodus, quæ paulo poſt ſequuta eſt, teſtatur, profeſſi ſunt: & ante Chalcedonenſem ipſa* Epheſina Synodus, idq́ue adeo in litteris ad Theodoſium & Valentinianum Imperatores miſſis. Vincentius certè Lirinenſis vir doctiſſimus non id modò oſtendit; Stephanum Rom. Pontificẽ præ cæteris Cypriani Synodo reſtitiſſe, dum ita de eo ſcribit: *Dignum, vt opinor, exiſtimãs, ſi reliquos omnes fidei deuotione tantum vinceret, quantum loci auctoritate ſuperabat*: Sed præterea cum librum ſuum triennio poſt hanc Synodum componeret, Cæleſtini auctoritatem tanquam ſingularem & maioris, quam quæuis alia eſſet, momenti, Neſtorianis & aliis Hæreticis opponit, *Romamque orbis caput* appellat. Et tota Epheſina Synodus, datis ad Neſtorium litteris, eum admonet, vt intra deliberandi tempus per litteras Cæleſtini illi datum maturè reſipiſcat. Et præſes Concilij Cyrillus iam ſententiam contra Neſtoriũ dictaturus, ad eam ſe ferendam tum neceſſitate canonum, tum Cæleſtini litteris coactum profitetur. Ex qua vel vicaria Cyrilli auctoritate valdè amplificata creditur Alexandrinæ ſedis dignitas, adeo vt Alexandrinus Epiſcopus iudex vniuerſi orbis appellaretur. Quod nec Græci diffitentur; vt meritò* Proſper ſcripſerit, *Cyrilli induſtria, ſed Cæleſtini auctoritate, Neſtorij errores fractos*. Qui alibi etiam non dubitauit affirmare; *Romam per Apoſtolici ſacerdotij principatum ampliorem factam eſſe arce religionis, quàm ſolio poteſtatis*: & ita canere;

Sedes Roma Petri, quæ paſtoralis honoris Facta caput mundo,
quicquid non poſſidet armis, Relligione tenet.

Quid verò aliud omnia Chalcedonenſis Synodi acta magis præſeferunt, quàm ſingularẽ quandam Romanæ ſedis præ aliis Epiſcopis dignitatẽ? In qua non ſemel, idq; ſurreptitio, vt iſti calũniantur,

Damaſus in Epiſt. ad vniuerſales Epiſc. ex tripartita hiſtor. lib. 9. cap. 15. & Theodoret. lib. 5 cap. 9. Chalcedon. Synodus. Act. 4 pag. 871.

** In relatione Synod. ad Imperator. quæ extat in ſanction. Eccleſiaſt. tom. rij. & tom. 1. Conciliorum edit. anno 1567. pag 69.*

Vincent Lyrin aduerſus profan. nouit.

Euagr. lib 1. cap. 4.

Balſamon in Nomocan. tit. 8. cap. 1. Niceph lib. 14 cap. 34.

** In Chron. De vocatione Gentium, lib 2. cap. 16 Libro de ingratis.*

Generalia cõcilia agnouiſſe Romani Pontificis primatum.

Conſtantinopolitana Synodus.

Epheſina Synodus.

Vincentius Lyrinenſis.

Roma orbis caput. Epheſina Synodus.

Proſperi de Romana ſedis dignitate ſententia.

Chalcedonenſis Synodus.

ſed continuato per omnes Cõcilij partes honore, illius vicarij præ-
ſederũt. ¹ Id quod ex ipſis actis apertiſſimè vbiq; conſpicitur. Quæ 1. *Act.* 1.
quidẽ eis prerogatiua delata eſt, licet vnus ex illis, nõ Epiſcopus, ſed
Presbyter tantùmodo fuerit. In hac Synodo reperies ² Dioſcorũ ex- 2. *Act.* 3.
auctoratũ, & anathemate inuſtũ, quòd auſus fuerat anathematis in *pag.* 847.
Leonẽ Pontificẽ ſẽtẽtiã dictare, & Synodũ ſine ipſius cõſenſu co-
gere: ³ quod neq; rite factũ eſt, nec fieri licuit. ⁴ In hac, *Romana Eccleſia* 3. *Act.* 1.
omniũ Eccleſiarũ caput appellatur. ⁵ In hac, audimus Leonẽ appellatũ *pag.* 741.
vniuerſalẽ Archiepiſcopũ, vniuerſalis Eccleſiæ Papã; vniuerſæ Eccleſiæ Epiſco- 4. *Act.* 1. *pag.* 740.
pum. Gregorius itaq; primus ſcribit, ab hac Synodo delatum fuiſſe 5. *Act.* 3.
Rom. Põtifici *vniuerſalis Epiſcopi* nomẽ; in qua etiã, (ſi S. Thomę cre- *pag.* 839.
dimus) nõ ſolum Rom. Põtifici ſub *œcumenici Epiſcopi* nomine à toto 840. 842.
Concilio acclamatũ eſt, ſed decretũ etiã, vt libera eſſet Epiſcopis ad 844. 858.
Rom. ſedẽ appellandi poteſtas. ⁶ In hac Synodo Rom. Põtificis Le- *Act.* 6. *pag.*
gati ſententiã cõtra Dioſcorũ ferũt, primiq; omniũ ſubſcribũt: *Et, 889. *et*
cum diſceptaretur, an Ibas inter Catholicos recẽſendus eſſet, Legati *Act.* 8 *pag.*
Rom. Põtificis primi (idq; ex antiquo, vt ibidẽ apparet more) ſen- 897.
tẽtiã pronũciãt: omnẽq; ab eo hæreſis notã abſtergũt. ⁷ Tota deniq; *Grego. Lib* 4 *epiſt* 32. & 36.
Synodus Leonẽ B. Petri interpretem omnib⁹ conſtitutũ, eiũq; licet *In opuſc. contra Græcorũ errores.*
abſentẽ, per Vicarios tamẽ & adfuiſſe, atq; adeo vt caput membris 6. *Act.* 3.
præfuiſſe; Imperatores verò ad eã ornandã pręſediſſe, ingenuè pro- *pag.* 847. &
fitetur. Quod ſi adhuc Apologetici & Magdeburg. tui reſiſtãt, & in 858.
tã clara tot Epiſcoporũ luce, qui Synodo interfuerãt, acquieſcere no- * *Act.* 10.
lint; ſed qua ſolent peruicacia, Imperatoribus iniuriã factã clamitẽt, *pag.* 910.
parati Cyrillũ & tot Patres reiicere, niſi Imperatoriũ aliquod apud 7. *Act.* 3.
extraordinariũ iſtorũ tribunal teſtimoniũ producatur: age parea- *pag.* 867.

Teſtimonia ſanctiſſimorum imperatorum, & acta omnium generaliũ Conciliorũ, ex quibus conſtat, principatum in rebus Eccleſiaſticis penes Rom. Pontificem ſemper fuiſſe.

mus iſtorũ importunitati, & per ipſos ſanctiſſimos Imperatores cõ-
tra iſtorũ mendacia Rom. Põtificis & aliorũ Epiſcoporũ innocẽtiã,
dignitatẽq; adſtruamus. Quã narrationẽ, vnde aptius quàm ab ipſa
prima omniũ Synodo, & tempore, & dignitate auſpicabimur, id eſt
Nicæna, & optimo Principe Conſtãtino? Qui ne ſedere quidem in
Synodo, niſi annuentibus Epiſcopis, voluit; qui modicam quãdam
ſibi, humilemq; ſedẽ parari curauit. Nũc igitur audi dignã tanto &
tã Catholico Principe, ad Epiſcopos in Synodo vocẽ: *Deus* (inquit) *Ruffinus lib.*
vos cõſtituit Sacerdotes, & poteſtatẽ vobis dedit de nobis quoq; iudicandi: & *Hiſtor. Eccle.*
ideo nos à vobis rectè iudicamur; Vos autẽ nõ poteſtis ab hominibus iudicari. 1. *cap.* 2.

Conſtantinus.

Theodoſius Magnus.

Proxima œcumenica Synodus, imperante pio Theodoſio, ſequuta
eſt. Quis autẽ per omnẽ Eccleſiæ memoriã eum illi Synodo præſe-
diſſe ſcripſit? certè nullus. Hãc excepit Epheſina (cuius auctores Iu- *In edicto*
ſtinianus appellat Cælestinũ & Cyrillũ) ſub imperio alterius Theo- *Iuſtin. tom.*

Theodoſius Iunior.

doſij: qui tãtũ abeſt, vt ſe loco motũ per fraudes Cęleſtini, aut quid- 1. *concil.*
quã de iure ſuo imminutũ queratur, aut ſe cauſſis, iudiciiſq; Eccleſi-
aſticis immiſcuerit; vt potiùs Cãdidianũ comitẽ quẽ illuc miſerat, ſo-
ciò admonuerit, ne ſe quęſtionib⁹ de rebus religionis interponeret.

Illicitum

Illicitum eſt (inquit) *eum, qui nō ſit ex ordine ſanctiſſimorum Epiſcoporum Eccleſiaſticis immiſceri tractatibus*. Chalcedonēſi quidē, quæ proxima fuit, interfuit Martianus; ſed quo modo, & quare interfuerit, ipſe explicuit; cùm *ſe Cōſtantini exemplo adeſſe doceret ad cōfirmandam fidem, non ad virtutem oſtendendam*; non vt ferret de fide legem; ſed vt latam à Patribus, pro auctoritatis ſuæ magnitudine obſeruandam vbiq; curaret. Et præſidem quidem concilio præſcripſiſſe Martianū, nemo vnquam prodidit: præſcripſiſſe verò Leonē, à multis proditur. Imò quos præſcripſerit litteris, non ſolùm ad Synodum, ſed & ad Martianū miſſis oſtēdit. Ac quemadmodū totius eū Synodi caput ipſa Synodus, licet abſentē; ita & Martianus ipſe abſq; dubio agnouit. Quod cùm ex aliis, tum vel ex eo apparet, quòd non ſolū Synodus; ſed & Martianus eum rogarit, vt Synodi decreta confirmaret: quod & Leo fecit. Quòd ſi adhuc Magdeburgenſes & Apologetici repugnent, ipſum Martianū, ampliſſimum cōtra ipſos teſtem, aduocabimus; qui publico quodam edicto Cęleſtinum cōtra iſtorum calumnias purgat: quo, omni imperio denūciatur, apud Epheſum Neſtorij errorem euerſum fuiſſe, *præſidentibus ibidem Cæleſtino Romanæ vrbis, & Cyrillo Alexādrinæ ciuitatis, Epiſcopis*. Cui Synodo eos pręſediſſe Iuſtinianus quoque Imperator fatetur; nec aut in quinta œcumenica Synodo, eo imperante, habita, aliquod ſibi ſuffragij ius vindicauit; aut quicquā de iure Martiani Imperatoris in Chalcedonēſe, vel Theodoſij Iunioris in Epheſina, detractum, queritur. Atq; hæc nobis Synodus demonſtrauit & oſtendit, non modò inter Romanos & reliquos Epiſcopos; verùmetiā inter Epiſcopos ac Ciuilem Magiſtratū in Concilio præſentem, euidens diſcrimen: cùm illi ad ſuffragia ferenda & ſententias dicendas, hic ad Conciliū ornādum, atq; ſi opus fuerit, defendendū, & ad actiones Synodi ita moderandas, vt ea tumultu vacet ac ſeditione, intereſſe ſoleat. Quod vt in reliqua ſemper republica, ita vel maxime hîc Principes pręſtare deberēt. Cùm enim ſumma hominis felicitas in ſuauiſſima diuinę Maieſtatis cōtemplatione ponatur, ad eamq; ſine recta fide & vera pietate nullus cuiquā aditus pateat: certè ne quid his vnquam derogetur; néue ſancta illorum ſtudia, qui ad alterutrā harū confirmādam, vel promouendam cogitationes ſuas conferunt, vllo modo retardentur, aut interrumpantur; cùm aliàs ſemper, quātum in ipſis eſt, Principes viri proſpicere debent, tum potiſſimū quidem in huiuſmodi œcumenicis Synodis: quę nō aliis ferè de cauſſis, auſpice Spiritu ſancto, coeūt, quā vt certiſſimas Chriſtianę fidei rationes quā fieri poteſt diligētiſſimè & religioſiſſimè inueſtigatas in mediū proferāt; aut collapſā morū diſciplinā reſtituāt: vt, vtraq; & rite credēdi, & viuendi bene via cōmōſtrata, facilior inde nobis ad Deū intuendū præbeatur adſcēſus. Et cùm nos iubeat Paulus pro illis orare, qui nobis pręſunt, vt eorū opera tranquillā & quietam vitā agamus; debēt certè & noſtræ pro

Marginal notes (left): 6. Satis euidenter diſtin. 96. — Liberatus in Breuiar. cap. 13. — Epiſt. 49. & 47. — Epiſtola 59. — Vide Chalcedon. Concil. Act. 3 pag. 866. — Vide edictum Iuſtin. contra eos qui tria capitula defendunt, tom. 1. Cōcil. pag. 1069. — 1. Timoth. 2.

Marginal notes (right): Martianus quomodo, & quare interfuerit Concilio Chalcedonenſi. — Quæ ſint partes Epiſcoporū, quæ Ciuilis Magiſtratus in Conciliis.

Principibus preces, & Principum quoque ad ſanctorũ Epiſcoporũ defenſionem, quietemq; ſtudia excitari, his præſertim temporibus, in quibus illi, relictis gregibus ſuis, ex longinquo maximis impẽſis atque laboribus ad huiuſmodi Synodos, res diuinas meditaturi, intimaq; arcanæ veritatis myſteria omni cura atq; ſolicitudine peruestigaturi confluunt. Quod vt proprium ipſorum eſt in difficillimis Chriſtianæ reipublicæ temporibus, errorũ atq; hæreſum tempeſtate iactatis: ita ſane nõ decet Ciuiles Principes voce atq; ſuffragiis ea in re illis præire; ſed quod illis credendum SpiritusSanctus dictauerit, religioſè exſequi, & omnia impedimenta vndecunque obiecta, vel obiicienda, periculaque (qualia Tridentinis Patribus ante paucos annos * Mauricius & ſocij eius intentaſſe feruntur) pro principali ſua auctoritate atque poteſtate diſcutere atq; ſubmouere.

Vide concil. Florent ſeſ. vltima, pag. 472. col. 1.

** Staphyl. in defenſio. ſua aduerſus Flaccum Illyricũ: Fonsidonium in oratione aduerſus Ioan. Fabricium, Montanum: & Laurent. Surius in hiſtor. ad annũ 1552.*

Vnde mirari ſatis non poſſum, cur Apologetici in Anglia tui animũ induxerint, ciuili magiſtratui, idque ex Socratis teſtimonio, qui ne mentionem quidem huius Concilij facit, neceſſaria in Synodis ſuffragia tribuere. Nec Iuuenalem quidem ac Thalaſſium ille pro hæreticis damnauit, aut de gradu aliter deiiciendos ſtatuit, quàm ex Concilij decreto. In quo Apologetici falluntur; cùm eos à Leone Romano Pontifice & Synodo ad Epiſcopatum atque ſuffragia ferenda repoſitos conſtet.

Apologeticorum in Anglia ad confirmationem erroris ſui emẽtitum ex Socrate teſtimonium.

Apologiæ Anglicanæ error.

Allegant Socratem lib. 5 cap. 10. in Apologia Anglicana.

Tanta verò fuit apud hãc totam Synodum Romanæ Maieſtatis amplitudo, vt ea, quæ decreuerat de prærogatiua Conſtantinopolitanæ ſedis, cui (quòd ibi Imperatores Imperij ſedem domiciliumque collocaſſent) proximum Romanę locũ (Anthiochena & Alexandrina in ordinem redactis) deferebat, parum habere firmitatis putaret, niſi Romani Pontificis cõſenſu accedente: quem, vt decreto illi honorarium ſuum arbitrium adiungeret, multis & ſupplicibus verbis orabat.[1] Nec tamen id ab eo extorquere poterat, cùm reliqua omnia probaſſet; ne veteris Eccleſiæ cõſuetudinis infirmandę, ac canonum violandorum occaſionem præbere videretur.[2] Quin eouſque temerarios Anatholij Conſtantinopolitani conatus fregit, vt ille vltro cederet, & culpam immoderatæ ambitionis fateretur, ac deprecaretur. Quid igitur mentis, aut pudoris in Illyrico tuo fuit, cùm tam inſigniter de his duabus Synodis mentiri iſtis verbis non erubeſceret? *Archiepiſcopi*, inquit, *Conſtantinopolitani, vt teſtantur hiſtorici, aliquamdiu vſurparunt ſibi primatũ, comprobante tertia & quarta vniuerſali Synodo.* Iam ſi te ad quintam œcumenicam[3] Synodum conuertas, eiuſque acta animo, cogitationeq; peragrare ac percurrere velis, reperies omnia ſimilia: Iuſtinianum videlicet Siciliæ Epiſcopum Petrum Antiochenum, hominem hæreticum, amicè admonentem, vt maturè in viam, & ad Catholicam fidem redeat: fore enim alioqui, vt propediem à Felice Romano Epiſcopatus dignitate moueretur. Quod paulo poſt, vti ille dixerat, ita factum eſt. Menam prętерea Conſtantinopolitanum ex præ-

Act. 4. Euagr. lib. 2. cap 4 & 17 Niceph. lib. 15. cap. 30. Act. 3. pag. 868.

1. Act. vlt. Leo epiſt. 59 & 61. ad Iuuenalem Hieroſolymitanum & ceteros Chalcedon. Synodi Epiſcop.

2. Leo epiſt. 71. ad Anatolium.

3. Tom. 2. Concil in quinta Synodo. pag. 13.

Illyr. in catal.

Conſtantinopolitana ſecunda Synodus, œcumenica quinta.

Act. 4. pag. 87.

ex præſcripto ac autoritate Agapeti Romani Anthimum Conſtantinopolitanum hæreticorum ducem dignitate exegiſſe. Eundem itidem exclamantem, *ſe quos Romana ſedes damnaret, damnare; quos probaret, probare.* Habita eſt eodem tempore Synodus Mopſueſtena; quæ cum ad Vigilium Romanũ Pontificem ſcriberet, his inter alia

Cent. 6. cap. 9. pag. 543

verbis, quæ Magdeb. etiam tui citant, vſa eſt. *Decebat, cũ primã ſacerdotis dignitatẽ ſortiti eſtis, ea, quæ ad ſanctarũ Eccleſiarũ ſtatũ reſpiciũt, maniſeſta veſtra diuinitus honorata beatitudini fieri.* Nec à prioribus, ſexta illa, quæ Conſtantinopoli in Trullo habita eſt, diſſidet; in qua per-

Conſtantinopolitana tertia, œcumenica ſexta Synodus.

longa Agathonis Papę, & totius Romanę Synodi (cui ex Anglia

Tom. 2. Cõ. Act. 4. Synod. 6. pag 306.

VVilfridus Eboracenſis interfuit) epiſtola recitata eſt, quæ ſingulares Romanæ ſedis pręrogatiuas cõtinet. An quiſquã pedem ſupploſit? an inclamauit? an verbo, an nutu reſtitit? Quid multa? tantum id quidem aberat, vt Agathonis illa epiſtolâ, quaſi egregia præ ceteris auctoritate & ſingulari aduerſus Monothelitas pręiudicio vniuerſa Synodus niteretur; & Conſtantinus Imperator, qui Synodo interfuit, ad eam epiſtolam reſcribens, Agathonem velut *Petri vniuerſalis paſtorum Principis* ſucceſſorem; eius verò litteras, vt antiquis

Conſtantinus quartus, ſiue vt quibuſdã placet, quintus.

Act. 18 pag 410.

Synodorum decretis quàm maximè conſentaneas, atque *ipſius* adeo *Petri vocem* amplecteretur, ſuſpiceret, admiraretur. Cuius auctoritatem, non verbis modò, ſed ipſo facto, quod potentius eſt, tota

Act. 17.

Synodus comprobauit; cum Vicarij eius, & primum cenſidendi, eumdemq; ſubſcribendi locum ante Conſtantinopolitanum, reliquoſq; Epiſcopos; poſtremum verò Conſtantinus Imperator locũ

Act. 18. pag. 401

ſortiretur. vt nõ parum mirer, quid Apologetici tui velint, qui Ciuili magiſtratui, nõ neceſſaria modò ad religionem conſtituendã ac definiendam ſuffragia, ſed Principem quendam ſuffragij locum tri-

Apologia Aug. cana.

buant; cùm magnũ atq; manifeſtũ poſitũ ſit hic diſcrimẽ. Epiſcopi enim ad neceſſariam cauſſæ definitionẽ; Conſtãtinus verò ad fidei ſuæ explicationem & definitionis corroborationem, atque delendã hæreſeos maculam, quę iam inde ab Heraclio, imperio inhęſerat,

Aliud eſſe Epiſcoporum, aliud Ciuilis Magiſtratus partes in Concilio.

ſubſcripſit. Quare duplices ſunt ſubſignationes Epiſcoporum, pri-

Act. 17. & 18.

mæ ad eam ipſam definitionem, abſente Conſtantino; ſecundę poſtea, eo præſente, atque ob eam, quam dixi, cauſſam, ſubſcribente.

Duplices fuiſſe ſubſignationes Epiſcoporum in Concilio ſexto, & quare.

His & reliquis id genus de prærogatiua Romani Pontificis teſtimoniis ſeptima ac octaua œcumenica Synodus abundat. In ſeptima enim non modo recitata eſt epiſtola Adriani primi Pontifi-

Septima œcumenica Synodus.

Act. 2. pag. 483. & 485.

cis Romani, quæ *Romam per totum terrarum orbem primatum obtinere teſtatur, & omnium Eccleſiarum caput* conſtituit, & in qua fatetur, ſe non fuiſſe Synodo conſenſurum, niſi intellexiſſet Taraſij in Catholica fide aſſerenda conſtantiam ac firmitatem: verumetiam Pſeudoſynodus illa Iconomachorum (quæ ſibi œcu-

Act. 6. pag. 532.

menicæ titulum inſolenter arrogabat) reiecta eſt, quia de Synodorum more, nulla Romani Pontificis auctoritate munita eſſet.

 Illam

Illam prætereà Synodum Romani Pontificis agnouiſſe prærogatiuam, vt cetera deſint, hoc vnum in primis argumento eſſe poteſt, quod eius Legatis licet non Epiſcopis, ſed tantùm presbyteris primùm conſidendi, & decretis ſubſcribendi locum detulerit. Imperatoris certè in hac Synodo & controuerſia definienda auctoritatem nullam legimus: quemadmodum nec in octaua œcumenica, cui Adriani ſecundi Legati præfuerunt, & Photium Conſtantinopolitanum Epiſcopatu mouerunt. In qua Donatus Oſtienſis Epiſcopus primus omnium ad hanc formam ſubſcripſit. *Ego* (inquit) *Donatus Dei gratia Epiſcopus Oſtienſis Eccleſiæ, locum obtinens Domini mei Adriani vniuerſalis Papæ omnia, quæ ſuperius leguntur, huic ſanctæ & vniuerſali Synodo præſidens ad voluntatem eiuſdem eximij Præſulis promulgaui, & manu propria ſubſcripſi.* Poſt quem ſubſcribunt Conſtantinopolitanus, & Legati Alexandrinæ, Antiochenæ, & Hieroſolymitanæ ciuitatis Epiſcoporum, Quorum quilibet ita ſubſcripſit; *concordans & definiens*; præſente quidē tum Baſilio Imperatore, ſed adeo nihil de iure ſuo ſibi detractum expoſtulante, vt & verbis, & factis, publicè (quaſi exorituros aliquādo Magdeburgenſes tuos repreſſurus) Romani & aliorum Epiſcoporum prærogatiuam confirmarit. Verbis quidem; quibus piè ac prudenter cauſſarum Eccleſiaſticarum iudicium, definitionemque ad ſolos ſpectare Epiſcopos palam profitebatur: factis; cùm poſt illos quos diximus, ſubſcribens, ſanctam ſe & vniuerſalem Synodum, & quæ ab ipſa definita erant *ſuſcipere*, & *conſentiendo* nō (vt Epiſcopi) definiendo *ſubſcribere* teſtaretur. Et interim non pudet Magdeburgēſes & Apologeticos tuos in Conciliis ſummam rerum definiendarum auctoritatem ad Imperatores reiicere, & prima Catholicis Concilia, quaſi à ſe ſtarent, obiicere? Et Euangelicos tuos, paucula verba, quæ ex Cuſani libris malo (vt videri poteſt) dolo ſunt aucupati, contra tantam auctoritatum lucem obtrudere, & ſuffragij dandi principatum Ciuili magiſtratui in Epiſcoporum Synodo deferre? Sed quod ad Cuſanum attinet, qualiſqualis fuerit, non poteſt certè tot Patrum luminibus obſtruere; nec, cùm vnus ſit, tot catafractorum equitum vim & impreſſionem ſuſtinere. Eum egregiè doctum & valde acutum hominem fuiſſe exiſtimo, ſed in hac primatus cauſſa, eodem, quo multi illius temporis viri, & in iis æqualis eius Æneas Syluius, errore implicatum. Verum Æneas (qui poſtea ad ſummum Pontificatum euectus, Pij nomen accepit) cum progreſſu ætatis ad rem plenius intelligendam, adhibuiſſet tempus & diligentiam, veritatem, quæ eum fugerat, edoctus, errorem ſuum candidè agnouit, piè correxit, & publicè reuocauit. Quod facilè & de Cuſano crediderim: atque hoc ipſum & Illyricum ſenſiſſe, quippe qui ei inconſtantiam obiiciat, hoc eſt, vt ego quidem interpretor, quia reſipuit cum Ænea Syluio, cuius coætaneus fuit. Neque verò hic idem

Act. 4. pag. 503.

Octaua Synodus.

Act. 4. & vltim. de quibus videto tom. 4. concil. à Laurēt. Surio 1567. edit. pag. 539. & 543.

Baſilius Imperator verbis & factis publicè in Concilio Romani & aliorum Epiſcoporum prærogatiuā cōfirmauit.

Cauſſarū Eccleſiaſticarum iudicium ad ſolos pertinere Epiſcopos.

Impudētia Magdeburgenſiū & Apologeticorum in Anglia, qui Imperatoribus ſummam rerum definiendarū in Conciliis auctoritatem, contra omnia Concilia tribuunt.

Cuſani ſentētia de iure concilij indicendi expenditur.

De ſectis, pag. 91.

Tom. 3. cōcil. in edit. Colonienſi. 1567. pag. 593. & 543.

hic idem Nicolaus Cuſanus, ſi omnia eius verba diligenter vndiq; attendas, perinde in Euangelicos inclinatione voluntatis propẽdet, ac ipſi videri eum volunt. Nam alicubi ſcribit, *ſe non credere, abſurdum eſſe illud dictum, quod etiam propter curam commiſſam cuſtodiendæ fidei ſacro imperio, ipſe Imperator, negligente aut contradicente Romano Pontifice, imminente magno vniuerſali turbationis Eccleſiæ periculo, præceptiuè poſſet Synodum indicere ad prouidendum fluctuanti Eccleſiæ*: alibi verò, vbi deſcribit modum & ordinem, quem antiquitas in Concilijs ſequuta eſt, tradit; *generalia Concilia de conſenſu Romani Pontificis & aliorum Patriarcharum fuiſſe coacta*; poſtea addit; *Laicos & Principes nihil definitiuè dixiſſe, ſed ſolicitando, exhortando, & dirigendo,* vel, vt Campegius legit, *aſſiſtendo interfuiſſe*: denique in hæc verba; *Vltimo ſubſcriptio adnectebatur, quæ varia quoad ordinem inuenitur; ſicut et ſeſſionis ordo in aliis & aliis Conciliis. Poſt Vicarios Patriarchalium ſedium, ſubſcripſerunt ſe in octaua Synodo Baſilius & Conſtantinus; deinde Epiſcopi alij, &c.* Ex quibus Cuſani verbis, tria contra Illyricum & Auguſtanæ confeſſionis patronos eliciuntur: primùm, ius con-

Libro 3. de concordantia Cathol. cap. 6.

Euangelici teſtimonio Cuſani, quem pro ſe citant, iugulantur.

Libro 2. de concordantia cathol. cap. 6

Laicos & Principes nihil vnquã definiuiſſe in Conciliis.

Tria ex Cuſani verbis eliciũtur contra errores Euangelicorũ.

1. uocandi Concilij ad Imperatorem præcipuè, propriè, & (vt Iuriſperiti loquuntur) regulariter non pertinere, ſed extraordinaria quadã ratione; nempe cũ eiuſmodi inciderit, quæ legem non habet, neceſſitas, vt aliter reipublicæ Chriſtianæ ruituræ ſuccurri non poſſit:
2. deinde, Laicos & Principes nihil definiuiſſe in Conciliis: po-
3. ſtremo; Imperatores poſt Vicarios Patriarcharum in octaua ſaltem Synodo ſubſcripſiſſe. Sed quid hæc tantùm commemoro, cùm nihil fere in Religione habeat Cuſanus cum Euangelicis commune, vt illi eum à ſe ſtare in hac cauſſa glorientur? Quod autem dixerit, *Imperatores de conſenſu Romani Pontificis Concilia indixiſſe*; id ſi referatur (vt referri certè poteſt, & forte etiam debet) ad ea tempora, in quibus Hæretici rebelles iuſſu Romani Pontificis non fuiſſent in Synodum coituri, vel ad eam acceſſuri; nihil ſanè pro Euangelicis, nihil contra Catholicos facit. Libẽter enim fatemur, & vltro concedimus Imperatores quandoque in huiuſmodi anguſtiis & difficultatibus rerum, auctoritate, cõſenſu, precibus Romani Pontificis inductos Concilia coëgiſſe, ac eiſdem interfuiſſe; non vt quicquam definirent, ſed vt effrenem hæreticorum ferociam præſentia ſua reprimerent, &, ne aliquis importunitate & audacia Laicorum turbulentus motus oriretur, prouiderent. Imo & illud non diffitemur, fieri poſſe vt alicui fortè Synodo dicantur aliquando præſediſſe; quod non eſt ſimpliciter accipiendum; ſed quoad ea, quæ ad eorum officium ſpectabant, hoc eſt, vt darent operam, vt omnia in Concilio tranquillè, quietè, pacatè agerentur, ne quis oriretur tumultus, vel ſi exortus fuiſſet, vt quam primùm compeſceretur. Hæ namque partes ſunt Imperatorum. Atq; hanc fuiſſe Cuſani ſentẽtiam, doctis quibuſdã

Cuſani ſententia explicatur.

Quo in ſenſu Imperatores dicantur Concilia coëgiſſe, ac eis præfuiſſe.

Imperatoris in Concilio officium.

 viris

viris placere video. Quod ſi ita ſit,tum fruſtra à Cuſano ſubſidiũ petunt Euangelici; ſin verò nõ ſit,tum æquum certe eſt,vt Cuſanũ licet doctum;vnum tamen hominẽ,& eum quidẽ recentiorem potius in hac cauſſa deſeramus,quam quos recenſui,tot,tam ſanctos, tam antiquos patres, In quorum numero nemo eſt,quemadmodũ nec Catholicorũ vnquã fuit,qui ferẽdũ putauerit,vt Laicus aliquis licet in altiſſimo dignitatis gradu cõſtitutus primũ de religione diſſerẽdi locũ in Synodo Epiſcoporũ obtineat.Quę certe nihil minus quã Epiſcoporũ Synodus dicenda eſt,ſi dicendæ ſentẽtiæ in Eccleſiaſticis cauſſis definiendis ſit Imperator Princeps,aut Rex. Qua de re Athanaſij te ſententiã ſcire cũ primis cuperem. *Qua fronte*,inquit, *cõuentũ,Synodũ appellare audẽt,cui comes præſedit?* & alibi. *Quãdo,inquit, à condito æuo auditum eſt?quãdo iudicium Eccleſiæ auctoritatẽ ſuã ab Imperatore accepit?aut quãdo vnquam hoc pro iudicio agnitũ eſt? Plurimæ antehac Synodi fuere,multa iudicia Eccleſiæ habita ſunt;ſed neque patres iſtiuſmodi res Principi perſuadere conati ſunt,nec Princeps ſe in rebus Eccleſiaſticis curioſum præbuit.* Conſtantiũ deniq;,qui hoc ſibi arrogarat Antichriſti imaginẽ induiſſe ſcribit.Nec te iam quicquã mouere debet Africana illa Synodus,quod,vt volunt Magdeburgenſes Romano Põtifici vniuerſalis Epiſcopi nomẽ ademit;quod ei in Chalcedonẽſi illa Synodo,totius orbis cõſenſu tributũ eſt: quando quidem nihil huiuſmodi vel in mentẽ vnquã illis patribus veniſſe credendũ eſt. Neq; enim de aliis ibi,quã Africæ primatibus agitur.Et vt maximè egiſſent de Rom.Põtifice,quomodo priuata vnius prouincię Synodus œcumenicę pręiudicaret?Synodi itaq; iſta ſunt verba: *Primæ ſedis Epiſcopus nõ appelletur Princeps Sacerdotũ vel ſummus ſacerdos,aut aliquid huiuſmodi,ſed tantũ primæ ſedis Epiſcopus.* Quod aũt in decretis ſequitur, *vniuerſalis autẽ,nec etiam Rom. Pontifex appelletur*,à Gratiano, vt apparet,aſſutũ eſt. Ea enim clauſula in ipſis canonibus nõ modò apud Latinos,ſed & Gręcos deſideratur:vt iam Magdeb. tu accuſationẽ ſuam non aduerſus Petrũ,ſed Gręcos,infeſtiſſimos Rom. Eccleſiæ hoſtes inſtituãt,cur eam clauſulã prętermiſerint: atq; de iſtis quoq; querantur,quod adulãdi ſtudio hęc Rom. Põtificis auribus dederint. Imo de ſe potius,quã de probo illo viro Petro Crabbo queratũr;quippe qui eadem omnino canonis verba, quæ ille nulla mentione de vniuerſali Epiſcopo facta,recitat:Vt vel hinc appareat, nihil aliud eos quã meras calũnias Petro ſtruere,& in idẽ,quod illi obiectãt,ſi quod eſſet vitiũ, incidere.His etiam accedit quod apud Iuonem,& Iuone antiquiorem Burcardũ,qui in canonib⁹ colligẽdis pręclarã ante Gratianũ operam poſuerũt, nulla iſtius appẽdicis veſtigia exſtẽt.Ego tibi certè,ni fallor,firma à primis octo œcumenicis Synodis pręſidia,& lõge ab omni adulatione & vanitate remota propoſui, vt iam nõ ſit mihi neceſſe, deſcẽdere ad poſteriora Innocentij tertij tempora,ſub quo in Lateranẽſi Synodo Metropolitani ſeptua-

Thom. Campegius de autoritate ſacrorũ concil. cap. 17.

Athanaſij præclara in Principes ſententia, qui ſe rebus Eccleſiaſticis ſe immiſerint, & ius ſibi Concilio præſidendi arrogant.

Apologia 2. contra Arianos

Epiſt. ad ſolitariam vitam agentes.

Africanam Synodum vniuerſalis Epiſcopi nomen Romano Pontifici non ademiſſe.

Cent. 4. cap. 7. pag. 554

Carthag. 3. cap. 26.

Gratianus notatur.

Apud Balſ. in concilio Carthagin. can. 42.

Petrus Crabbus conciliorũ collector à Magdeburgenſium calumnia vindicatur.

Cent. 4. cap. 9. pag. 868

Iuo cap. 57. part. 5. Burcard lib. 1. cap. 3.

Vide acta dictorum Conciliorum. Lateranen cap. 5. Constantien seſſ. 8. Baſilė. seſſ. 25. Florent. seſſ. ult.

Concilium Lateranenſe, Constantienſe, Baſilienſe, Florentinum.

ſe; tuaginta, Epiſcopi quadringēti, cum patriarchis Cōſtantinopolitano ac Hieroſolymitano interfuerāt; multòq; minus ad Conſtantienſe, Baſilienſe, & Florentinū Conciliū, in quo Græci cum Armenijs ſingularem Rom. Pontificis poteſtatem agnouere. Nunc itaq; tecum diſpice, an velis Nicænam ita eſſe primam, vt reliquas omnes abſorbeat, ac deprimat, aut ceteræ illam abrogent; an potius eam ita cōmodè interpretari, quod neceſſariū eſt, ne vel annuēdo, vel abnuēdo, vllis reſponſi tui anguſtijs cōſtringaris. CRIT. Ego verò multò malim cōmodam, ſi id fieri poſſet, interpretationē aptari: nec id ſanè fiere poſſe valde diffiderē, niſi illę ipſę, quib⁹ niteris, Chalcedonēſis ac Synodus in Trullo me prorſus à tua ſententia auocarēt. Vtraq; enim ad paria priuilegia Romanā & Conſtātinopolitanā ſedē reuocat, nec aliquid prætereа egregiū Romano defert. IREN. Hæc tota tua ratio à canonibus ſextæ Synodi pendet, de quibus nō ignoro quantum tui cōtra Rom. Pontificē ſe venditent, dū eum ad æqualitatē cū alijs conantur reuocare & cōiugatis ſacerdotiū ita deferre, ne vxores abdicēt. Sed Cadmea planè victoria eſt, qua pl⁹ accipitur, quā datur detrimenti. Nā vt à poſtremo primū incipiā, quātulū queſo eſt illud, vnde veſtri iuuantur? Sacerdotibus enim omnis matrimonij ſpes præciditur, & Epiſcopo etiam ea, quā ante ordinationem duxerat, in monaſterium abripitur, & Monachi vxores ducentes, non modo Eccleſiaſticis, ſed ciuilibus etiam pœnis in adulteros conſtitutis coercētur. Quod ſi Iouiniani Imperatoris capitalis illa, alięque leges contra eos, qui ſacras virgines ſub matrimonij ſpecie ſacrilegè violant, hodie obtinuiſſent, nunquam Apoſtolus veſter Lutherus, aut eius diſcipuli tā præcipites ad tam inceſtas nuptias conuolaſſent. Nec tamen te iſtis canonibus plus, quam par eſt, tribuere velim. Neque enim ſunt canones ſextæ Synodi, quos illa nullos tulit, in ſola Monothelitarum condemnatione acquieſcens, nec ijdem patres poſt quadriennium (vt quidam aſſerunt) redierunt, ad hos canones edēdos; nec ſi rediſſent, idem, ſed aliud Concilium haberi deberet. Redierunt quidem multi patres, ſed viceſimo ſeptimo poſt āno, quādo hi canones nemine Romani Pontificis vices obtinente, præſcripti ſunt. Nam ad hunc annū hos canones Theophanes Græcus, ac Anaſtaſius Romanus Bibliothecarius illorum temporum homines, perſpicuè referunt, & poſt eos Iuo. Quamuis, neſcio qua ratione, in Iuonem vtrumq; irrepſit manifeſto, et ſecum pugnāte diſſidio. Quare nec alij ex iſtis hodie canonibus obtinent, quàm quos poſtea Romanus Pontifex aut aliæ poſtea œcumenicæ Synodi ratos eſſe voluere. Miſſos certè eſſe ad Sergium à Iuſti, & ab eo reiectos ſcribit Iuo, tum deinde ad Ioannem ſeptimum, vt quos vellet, probaret, quos nollet, induceret. At ego iam à præclaris iſtis canonum auctoribus quęro; quo modo aut cum Nicenis, aut ſecum iſti canones cohęreant,

Can. 13. — *De canonibus ſextæ Synodi.*

Canones quidā ſexti concilij cōtra Dalilam Euangelicorum.

Can 6. can. 12. & Can 48.

L Si quis. C de Epiſ. & cler. *Can. 44.*

Iouiniani Imperatoris lex capitalis in violatores ſacrarū virginum ſub ſpecie matrimonij.

Sexta Synodus nullos tulit canones.

Quarta parte ca. 78. & 121.

Canones qui ſextæ Synodi perhibētur, quo tēpore & qua auctoritate fuerint editi.

Can 6. — *Iuo.*

qui

Canones ſextæ Synodi Chalcedonenſis neque cum Nicænis, neque ſecum cohærere.

Quid & qui Eccleſiaſticæ hiſtoriæ ſcriptores & œcumenica Concilia de æqualitate Romani & Conſtantinopolitani Pontificis memoriæ tradiderunt.

qui Romanum cum Conſtantinopolitano coæquant, & tamen illum poſt illum proximum eſſe volunt? Vbi illa, quæſo, exæquatio in Nicænis canonibus? Quis præterea non videt iſta nimium inter ſe diuulſa, diſiuncta, ac ridicula; æqualem eſſe, & tamen poſteriorẽ eſſe? Atque ideo vetuſti auctores nihil de iſta æqualitate meminerunt. Ruffinus verò & Theodoretus nihil omnino de vlla Conſtant. Præſulis prærogatiua attingere videntur. Reliqui autem Eccleſiaſticæ hiſtoriæ ſcriptores, vt Socrates, Sozomenus, Liberatus, Euagrius, & omnium recentiſſimus Nicephorus, recenſent quidẽ eam, ſed non æquant: verùm proximum Romano locum tribuunt: quemadmodum & tertius canõ Conſtantinopolitanus ſub Theodoſio. Sed nec vllo ea de re canone cautum eſt à patribus Chalcedonenſibus; licet, contradicentibus Rom. Pontificis Legatis, huiuſmodi eum priuilegio ornare conati ſint, vt poſt Romam, in omnibus & per omnia primam, ſecunda eſſet Conſtantinopolis. Prima, quod ſcio, ex omnibus Synodis ſexta illa huius æqualitatis meminit. Quanquam non vera & œcumenica illa Synodus, ſed alia, quæ poſtea, vt diximus, eò confluxit: quæ œcumenicæ Synodi nunquam habuit auctoritatem. Nec in vlla poſtea œcumenica (quantũ adhuc reperio) quicquam de iſta æqualitate ſancitum, aut ab vllo vetuſto & grauiore auctore proditum eſt. Quî enim huiuſmodi quicquam proderetur, cum apertè id honorem Petro à Chriſto ipſo datum reuelleret, quem toti Eccleſiæ præfecit? Vt quantumuis Conſtantinopolitanus Epiſcopus Alexandrino, Antiocheno, Hieroſolymitano, aut æquaretur, aut præponeretur (quorum priuilegia humano magis, quam diuino iure nituntur) infra tamen Petrũ & eius ſucceſſores, vel Chriſti ipſius firmiſſimo decreto ſe redigendum cognoſceret. Quanquam ægrè vel proximum locum importuna ſua ambitione, aut ſingulari quodam Imperatorum ſuffragio & patrocinio conſequuti ſunt. Nam & quæ Conſtantinopoli geſta ſunt Damaſus, & quæ Chalcedoni Legati Leonis primùm, tum ipſe Leo, reſciderunt, Anatholiumque eò (vt diximus) hic redegit, vt ambitionis ſuæ culpam agnoſceret: eiuſque in decretis Nicænis fortiter aſſerendis conſtantia Martianus Imperator (quamuis alioqui ad Conſtantinopolitanum amplificandum propenſiſſimus) laudaret. Poſtea Iuſtiniano & alijs Imperatoribus ad Conſtantinopolitani Epiſcopi dignitatem ampliandam, euehendamque magno conamine incumbentibus Romani Pontifices ceſſere, & proximas ei honoris partes deferri paſſi ſunt. Nõ ignoro tamẽ, vt Magdeburgẽſes adferunt, Sozomenũ affirmare paribus honoribus atque priuilegijs ornatam Conſtantinopolim, atque Romam; quod & Nicephorus tradit.[a] Sed illa æqualitas ad profanos & ciuiles, non Eccleſiaſticos honores ſpectat. Vt fruſtra Foxus tuus ſe cruciet & contendat, non tam μετὰ ἐκείνην. quam ὡς ἐκείνην legendum. Sed

Socr. li. 5. c. 8. Sozo. li. 7. c. 9. Liberatus in Breuiario cap. 13. Euagr. lib. 2. ca. 4. & 16. Niceph. libro 12. c. 13. lib. 15. c. 7. & fin.

Seſſ. 16. Can. 36.

Chal Synod. Act. 16 pag. 940. Leo Epiſt. 53 ad Anatoliũ 55. ad Pulcheriã 71 ad Anatoliũ 59. ad Martianum.

Cent. 4. c. 7. pagin. 553. Sozo. libro 7. capite 9. Nicephorus lib. 12. cap. 13.

In remonſt. te in Eccleſ. in ſupplicatione ad proceres Angliæ pag. 247.

Iuſtiniani de primatu Rom. Pon. teſtimonia, quibus oſtenditur, Nicænos canones eidem primas detuliſſe.

Cod. de ſumma Trinit. ac de fide Cath. In Nouell. vt Romana Eccleſia conſtit. 10. apud Holoand.

In nouella cō ſtit. 131. apud Haloandrum, & in vulg. collat. 2. tit. 4. & collat. 2. tit. 4.

ne ego in re nimiũ manifeſta ſuperuacaneā operā ponere videar, vt iſta omnia vana ac commenticia oſtendam, vnius duntaxat hominis teſtimonio vtar, ſed eius, qui, vt ille ait, futurus eſt πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων. Is igitur eſt Iuſtinianus Imperator qui *Ioannem caput omnium Eccleſiarum* appellat; cuius ſe Eccleſiæ amplitudini augendæ ſtudere dicit. Ad hæc, *Summi*, inquit, *Pontificatus apicem apud Romam eſſe, nemo eſt qui dubitet*. Sed, vt ad id, quod hanc omnem quæſtionem abrumpit, accedam: Iuſtinianus ſtatuit, vt canones Nicæni, Conſtantinopolitani, Epheſini, ac Chalcedonenſes, vicem legum obtinerent: & *vt ſecundum eorum definitiones, ſanctiſſimus veteris Romæ Papa, ſit primus omnium ſacerdotum*; & in magni beneficij loco, proque magno patriæ ſuæ ornamento ducit, ſi illius Epiſcopus Legati Romani auctoritate perpetuò fungeretur. Quo vno Iuſtiniani teſtimonio Apologetici tui mirum in modum percelluntur; non eò ſolùm, quòd hanc prærogatiuam à Phoca Imperatore, Bonifacio importunè ambienti indulgenter conceſſam narrent: ſed etiam quod Nicænos canones nihil egregium Romano Pontifici detuliſſe contendant, & neſcio quam exæquationem ſomnient, quam ne verba quidem canonum patiuntur. Quorum omnis ſenſus huc potiſſimum recidit, vt non modo Romano Pontifici, ſed Alexandrino, Antioch. ac Hieroſol. Epiſcopis conſuetudines integræ ac illæſæ conſeruentur, quaſi ex edicto illo prætorio, *vt poſſidetis, ita poſſideatis*. Hoc addo amplius, ſi doctiſſimi & diligentiſſimi hominis interpretationem ſequamur, non aliam eſſe ſuperiorum Epiſcoporum iuriſdictionem, quàm quantam & qualem eis olim Romanus Pontifex attribuit. Non itaque exæquantur, ſed ſua ſingulis antiqua iura illibata conſeruantur. Tantum enim meo iudicio valent illa τὰ ἀρχαῖα κρατείτω. Atque ideo Hieronymus aſſerit patres Nicænos proſpexiſſe, ne Hieroſolymitanæ ſedis amplificatio antiquam Metropolis Cæſareæ, videlicet, dignitatē tolleret. Iſtam vero iſtorum æqualitatē Lutherus ipſe, ſed alio errore reijcit; quippe qui faſces iſtos ſupremæ Maieſtatis, ab Hieroſolymitano potiſſimùm, vindicandos aſſerat. Neque enim vir ille bonus, ac minimè inuidus, quis eam capiat valde curat; modo ſuam Romano prærogatiuam præripiat.

Apologia Anglicana duplici nomine conuincitur ex teſtimonio Iuſtiniani Imper.

Quis ſit verus ſenſus canonis Nicænæ Synodi, quo Euangelici abutuntur, ad exæquationem Romani & Cōſtantinopolitani Pontificis.

Turrianus in dogm. charact. libro 3.

Can. 7.

Hiero. contra Ioā. Hieroſ.

Lutherus alio errore reijcit æqualitatem Romani & Conſtantinopolitani Præſulis.

Propter ſeptimum canonē Nicæn.

Zozimum & alios Romanos Epiſcopos non corrupiſſe Nicænos canones, neque cauſſam fuiſſe cur corrumperent, cùm etiam ſine illis Africanos ex recentibus ipſorum chirographis obſtrictos ita tenerent, vt tergiuerſari non poſſent.

CAP. VI. CRITOBVLVS.

NEQVE ego iam tecum amplius de iſta æqualitate contendam, nec grauatē feram, quoties coitur in Synodum Pontifici

ci Romano primas dari : ſuffragij prærogatiuam ei deſero,atque hic me plane ſuccumbere fateor. Sed Sozimi accuſatio de corruptis canonibus integra adhuc eſt, & ſuis viribus nititur; quod augendæ dominationis ſuæ cauſſa ementitum quêdam canonem protulerit,quaſi ex eo liceret Epiſcopis vbiuis gentium à Synodo ſua damnatis,Romam prouocare. IREN. Omnis itaque noſtra quæſtio in eo vertitur, an in falſi crimen Sozimus inciderit. CRIT. Sic eſt;Sozimi te pudorem,ac ſociorum eius purgare velim. IREN. Perfacile id quidem mihi erit, vt & reliquorum Innocentij,Celeſtini,Bonifacij,quos nobis Illyricus tuus, ac ſcitè, vt putat,Sceleſtos,Nocentios,ac Maleſacios reddit.Næ ille fallitur, ſi cuiquam prudenti, nedum illuſtriſſimis Duci ac Senatui Veneto, hac ſua maledicẽtia,ac veteratoriis artibus ad veritatem opprimendam illudi poſſe ſperet. Ceterum ipſa Africana Synodus horum Pontificum pudorem aſſerat; *Domino*, inquit,*beatiſſimo & venerabiliſſimo fratri Bonifacio*; rurſus, *Domino dilectiſſimo & honorabili fratri Celeſtino*. Innocentium verò *ſanctum* Papam appellat, nec minus honorate paſſim patres de ipſis loquuntur. Auguſtinus præterea, quem tu huic Concilio interfuiſſe dicis,Innocẽtium non Nocentium, ſed *ſanctum & beatæ memoriæ Papam*; Sozimum verò *beatiſſimum & venerabilem Papam* appellat. CRIT. At hoc ipſo Romanorum crimẽ exaggeratur. Quantò enim honorificentius Africani de illis aut ſenſerint,aut loquuti fuerint;tantò ſane turpius fuit iſtis,tot,& tantos patres fictis atq; ementitis canonibus circumuenire voluiſſe. IREN. Quos tu mihi fictos canones narras?Quod crimen nec patres ipſi,nec quiſquam ab omni memoria ante iſtos homines natos,& recentiores Græcos illis obiecit. CRIT. Extare ergo inter Nicænos hunc canonem exiſtimas? IREN. An hodie exſtet,aut vnquam exſtiterit,non iam decerno,nec multùm moror.At iſti viri boni,ſiue exſtiterit,ſiue non exſtiterit,falsò innocentes homines,falſi inſimulant. CRIT. Quare? IREN.Quia ſi ad æquitatis ac iuris patrocinium nos referamus,falſi crimen dolum malum perſequitur,& cum perſona ,vt cetera crimina,extinguitur,nec memoriam onerat. Onus prætrea dolũ probandi ad ipſum accuſatorẽ reijcitur; vt iam,quæ ſint tuæ partes intelligas. CRIT. Iuris iam me cautionibus implicatum video; nec ego alia ratione falſi accuſationem probare poſſum , quàm quod iſte Canon inter Nicænos non exſtet. IREN.Finge verò,nec exſtare,nec exſtitiſſe vnquam : non tamen ſtatim iſti in falſi crimen incidunt. Ineſt enim vſitata illa in cautionibus ac conditionibus formula, *ſi ſciens*, *ſi dolo malo*. Quod ſi iſtis quo doli mali accuſationẽ perficiãt,deſit(vt certè deeſt) mihi ſane,quo ſuſpitionem ab eis remoueam,multa ſuppetunt. Quorum vel ſanè dignitatis magnitudo hanc omnem repellit; vt, quæ in archiuis Eccleſiæ ſe reperiſſe dixerint, ita ſane reperiſſe à deceſſoribus

Illyrici exetranda in ſũmũ Pôtificem maledicentia.

Africanæ Synodi honorifica de Bonifacio, Celeſtino, Innocentio, Roman. Pontif. mentio.

Auguſtini de Innocentio & Sozimo elogia.

Illyri. conſer. libellũ, quem appel. Inſtor. certam. inter Roman. Pont. & ſextã carthag. Syn. quam dedicauit Duci ac Senat. Veneto, ex qua nos aliquot eius argumẽta depromſimus

1. Vide Act. concil. e Græco conerſ. per Gẽtian. Heruet. pag. 385

2. Aug. cont. Pelag. de gratia Chriſti libro 2. cap. 2. li. 1. cap. 30 7. 8. 17. lib. 1 cõt. Iulian. Epiſ. 90 & 92.

Sozimus & alij Pontifices liberantur à falſi crimine, quod illis imponitur ob ementitos canones Nicænos.

deceſſorib' relicta, nō ab ipſis flagitioſè cōficta credamus. Verùenimuerò Africanos ad victoriā ac veritatē cōtra ipſos obtinendā ita irretitos habēt, vt ſe honeſtè explicare nequeāt. Habita eſt enim frequētiſſima atq; œcumenica, ex omni orbe Epiſcoporū Synodus ſub Cōſtātio & Conſtāte Sardicę, quæ Epiſcopis à ſua domi Synodo dānatis Romā prouocādi poteſtatē dedit. Cui ne fortè Apologetici quaſi ſine Britannorum ſuffragio habitæ aduerſentur, præter Ægypti, Libyæ, Pētapolis, Paleſtinæ, Arabiæ, Iſauriæ, Cypri, Pāphiliæ, Lyciæ, Galaciæ, Daciæ, Myſiæ, Thraciæ, Dardaniæ, Macedoniæ, Epiri, Theſſaliæ, Achaiæ, Cretæ, Dalmaciæ, Siſię, Pannoniarum, Norici, Italiæ, Piceni, Thuſciæ, Campaniæ, Calabriæ, Apuliæ, Brutij, Siciliæ, Sardiniæ, Hiſpaniarum, & Galliarum Pontifices, & Britanniæ quoque Epiſcopos interfuiſſe conſtat. Africanos verò ita premit, vt nullum habeāt ſubterfugium. Trecentos enim circiter Epiſcopos huic Synodo interfuiſſe & ſubſignaſſe conſtat; quorum quadraginta fere Sardicam ex Africa confluxerunt. Nec Africanos modo, ſed & reliquum omnem orbem illius Synodi decreta conſtringunt. Dixit enim omnis Synodus: *vniuerſa, quæ conſtituta ſunt, Catholica Eccleſia in vniuerſo orbe diffuſa cuſtodiat.* Tribus vero canonibus hæc tam ampla & memorabilis Synodus Rom. Pontificis, de qua agimus, in probandis vel reijciendis totius orbis Epiſcoporum appellationibus auctoritatem agnouit & confirmauit. Eodem & ille alius ſpectat, quo cauetur, ne preſbyteri & diaconi ex alijs vndique regionibus confluentes Theſſalonicam, diutius ibi hærerent, ſed negotijs expeditis domum quam citiſſimè reuerterentur. Ob eam verò cauſſam magna illuc cleri multitudo concurrebat, quod Theſſalonicenſis Epiſcopus à more per manus deducto Romani Pontificis in illis regionibus legatū viceſque ageret. Quæ licet ita certa & teſtata ſint, audent tamen Magdeburgenſes adfirmare Sardicenſem Synodum Romani primatus ignaram fuiſſe, atq; ad id probandum canonem quendam ab Arianis Antiochiæ, & alium, ut aiunt, ſimilem Sardicæ conditum (qui nihil omnino facit contra Romani Pontificis auctoritatem) & leuiuſcula illa argumenta; quod Synodus Sardicenſis Iulium amicum & collegam appellarit, proferre. Omni enim probatorum & Catholicorum patrum præſidio nudati, præclarum ſcilicet ſibi ab hæreticis auxilium accerſunt, qui canones ad infringēdam Apoſtolicæ ſedis auctoritatem ediderint, atque adeo Iulium anathemate percuſſerint. Sed neminem impium hoc, iniuſtum, & inane iſtorum fulmen terrere debet, qui meminerit eos vel Arianos fuiſſe vel Dioſcoro poſtea Alexādrino inſtar grauiſſimi criminis ſimilem in Leonem audaciam in Chalcedonenſi Synodo obiectam fuiſſe, eumq; ob eam potiſſimum cauſſam exauctoratū. Iam ſi huc aggregemus decretales Damaſi ad Stephanū Archiepiſcopū & eiuſdem Stephani & trium Africanorum Conciliorum ad Damaſum

Sardic. Con. Can. 3. 4. 7. — *Sardicenſis Cōcilij canonib' Romam prouocādi facultas Epiſcopis data.*

Theod li. 2. cap 8.

Athan. Apol 2. contra Arianos circa principium Socrat. libro 2. cap. 2.

can. 21.

Can. 3. 4. 7.

Leo Epi. 84.

Cent 4. ca. 7 pag 552. & 553. — *Inſulſa & pueriliа Magd. cōtra Rom. Pont. auctoritatem argumenta.*

Pasg. lib. 2. capite. 4. Chal. Syn. Act. 3. pag. 847.

maſum epiſtolas;in quibus Romani Pontificis amplitudinem,vt egregiam & eminentem præ alijs Eccleſijs (præſertim in eo quod iam in dubium vocari fingunt,in ſexta Africana Synodo) perſpicuè agnoſcunt & venerantur; multò magis mirabeiis hoſce ſextæ Synodi patres,non ſolùm à totius reliquæ Eccleſiæ, ſed à tam recentibus & calentibus adhuc maiorum ſuorum inſtitutis tam citò receſsiſſe; Vt enim nihil dicam, vel de illis Damaſi litteris,quibus Ariminenſis Synodi acta ideo potiſſimum irrita decernit, quod Romani Pontificis, cuius ſententiam cum primis exſpectandam dicit,conſenſus defuerat;vel illis,illius ad Africanos litteris, quæ Romanæ Eccleſiæ maieſtatem & prærogatiuam ſingularem grauiter aſſerunt: Africani certè patres vltro profitentur, neminem Epiſcopum,quantumuis diſiunctum,niſi conſulto Romano Pontifice de ſede deturbandum,omneſque grauiores cauſſas ad eius cognitionem reuocandas. CRIT. Sardicenſis quidem Synodus valde me premit,cuius auctoritatem quomodo excutiam, nihil adhuc habeo. Sed Damaſi & aliorum illæ epiſtolæ minus me ſollicitum tenent, quas corruptas & adulterinas eſſe, vel ex eo conſtat, quòd de Cęna Domini parum religioſè loquatur ſubornatus iſte Damaſus: cùm aſſerat Sacerdotes corpus Chriſti ſacro ore conficere. IREN. O egregium acumen, quo & Hieronymi quoque ſcripta, qui iiſdem verbis vtitur,ſunt inducenda. Abſit vt de his quidquam ſiniſtrũ loquar,qui Apoſtolico gradui ſuccedentes, Chriſti corpus ſacro ore conficiunt,per quos & nos Chriſtiani ſumus: qui claues regni cælorũ habẽtes,quodam modo ante iudicij diem iudicãt:qui ſponſam Domini ſobria caſtitate conſeruãt. Sed quid ego hic Hieronymum appello? quin Chriſtum ipſum potius; qui cùm ore ſacro corpus ſuum confecerit, eandem in Apoſtolos & reliquos ſacerdotes poteſtatem transfudit. Itaque faceſſant iam non Damaſo (ſi quid huiuſmodi ſcribat) ſed Chriſto potiùs ipſi negotium. Cadunt ergo cauſſa Africani tui,vel ipſis chirographis,quibus ita implicantur,vt neceſſe ſit illis,huiuſmodi appellationem ratam habere. Atque iſta, vt nihil præterea adijciam, Romanos Pontifices ſatis à falſo & dolo malo purgant. Quibus nemo omnium hominũ ineptiſſimus ac turpiſſimus vteretur,qui aliam rectam atque expeditam,ſaluo pudore,defenſionem haberet.

Africanos patres omnes grauiores cauſſas ad Romanum Pont. referendas cenſuiſſe.

Theodoret. li. 2. capu. 22. Tom. 1. Cõc. pag. 384.

Damaſi epiſtolæ à calumnia Magdeburgenſium vindicantur.

Cent. 4. cap. 7. pag. 581.

Hieronymus.

Ad Heliod. de laude ſolitariæ vitæ.

Non fuiſſe vera, perfecta, & ſincera Nicænorum canonum exemplaria è Græcia ad Africanos tranſmiſſa, ex multis, qui in eiſdem deſiderantur, canonibus oſtenditur.

CAP. VII. CRITOBVLVS.

VERISIMILIA quidem dicis,ſed interim ab omni Nicæni Concilij præſidio excluſi ſunt. IREN. Cur ita exiſtimas? CRIT. Propter vera atque ſincera exemplaria Conſtantinopoli,atq; Alexandria in Africã allata,quæ nullũ huiuſmodi canonẽ cõplectũtur.

Iren.

IREN. Nullos ergo alios canones admittis? CRIT. Nolo mihi plus tribuere, aut ſapientior videri patribus iſtis, qui his canonibus quaſi defenſionis ſuæ fundamento innixi ſunt. IREN. Verum enimuero an ſolis Carthaginenſibus tantum deferendum putas, vt præ illis reliquorum totius Eccleſiæ patrum contemtui habeatur auctoritas? Plures certè fuiſſe quàm viginti canones Nicænos teſtatur mille circiter hinc annos Dionyſius ille Abbas Romanus, qui cognominatur exiguus, homo Magdeburgenſium etiam teſtimonio vtriuſque linguę peritiſſimus. Quod & Iſidorus Hiſpalenſis ingenuè fatetur, atq; hoc ipſum quibuſdā canonibus, qui in illis non exſtant, propoſitis, verum eſſe demonſtrat. Si igitur veſtros ſequamur, reijciẽdum eſt quod ſcripſit Ambroſius, cum quo ſentire videtur Baſilius: à patribus Nicænis conſtitutum, *ne bigamus in clerum adſciſcatur*. Sed ſcio veſtros potiùs, quàm vt id obtineret, & vel vnica Dalila ſpoliarentur, clamaturos Ambroſium quoque cum Baſilio canones conſpurcaſſe. Reijciendū præterea quod Auguſtinus tradit, poſt mortem quidem Cypriani, ſed tamen antequam ipſe naſceretur, œcumenico *& plenario orbis concilio* definitum (cui ſi tum vixiſſet, Cyprianum ceſſurum exiſtimat) ne ſcilicet hæretici ad Eccleſiam redeuntes nouo baptiſmo perfundantur. Quod de alia Synodo quàm Nicęna, vt commodè accipiatur, adhuc quidem non video. Nam Auguſtinus eo ipſo tempore mortem obijt, quo Epheſum eſt accitus, vbi tertia œcumenica Synodus fuit celebrata. Conſtantinopolitanum verò concilium primum tum habitum eſt, quum Auguſtinus ſex & viginti circiter ãnos eſſet natus. Quare ad Nicænū primū verba Auguſtini videntur mihi referēda. At in Nicænis, quib⁹ hodie vtimur, canonib⁹ nihil hac de re ſancitū legitur. Cauetur ſane verbis diſertis, vt Paulianiſtæ ſiue Pauliciani & Cataphryges de integro aqua ſalutari expiẽtur, & vt Cathari reſipiſcẽtes impoſitis in eos manibus, in ordine cleri conſiſtāt. At enim cū alijs hæreticis quo modo ſit agēdū, nihil omnino ibi decernitur. Vrget tamē Auguſt. & vehemẽter quidē vrget Donatiſtas hoc tanquā certo & infrāgibili (vt Senecę verbo vtar) quodq; ipſi inficiari nō poſſet, *vniuerſalis & plenarij totius orbis cõcilij* teſtimonio. Quod, quātum ego videre poſſū, ex iſtis, quos hodie habemus, canonibus nō adeo liquet, vt omnē quæſtionis dubitationē (quod Auguſt. aſſerit) præcidat. Reijciendum etiam, quod idem Auguſtinus ſcribit; ex Nicænorum canonū præſcripto interdictum eſſe Epiſcopo de alio, quādiu ipſe viuit, ordinando, qui pari ſecū iure & auctoritate eidē Eccleſię præſideat, ne duo cõiũctim ſint vni⁹ ciuitatis Epiſcopi. Quod cū ipſe Epiſcopus deſignaretur, ignorauit; ſed poſtea tamē didicit, & huius Nicæni canonis in ſui ordinatione rationē nō fuiſſe habitā acerbè dolẽterq; tulit. Ceterū cū exẽplaria è Gręcia, vt ferūt, allata (cū quib⁹ vel Magdeburgẽſiū iudicio, quæ Africani domi habebāt,

quorum

Pag 43. V. 2

In ſua Nicænorum Canonum interpretatione.

Cent 6. cap. 10. pag. 768

Tom. 1. concil. pag. 4.

Amb. Epiſt. 82.

In nouel. Inſtit. conſtit. 123. vbi idem recitatur ex baſil.

Multi canones Nicæni partim ex patribus, partim ex Concilijs recẽſentur, qui in exẽplaribus è Græcia in Aſi tranſmiſſis non apparent.

Cent. 4. cap. 7 pag. 581. Ad Helvid. & Lucif. ſolitar. in vita.

Libera in breuiar. ca. 5

Aug. de bap. cõtra Donat. lib. 1 cap. & 7. 18. lib. 2. cap. 4. 7. 9. Aug. epiſt. 110. Poſsid. in vita Aug. cap. 8.

interpretatione ſua deprauatam longè ante Caluinum Oecolampadius, & ipſe quidem Sacramentariorum ſatrapa non ignobilis, in ſuæ impietatis cõfirmationẽ, ſed ſine cauſſa, citauit. Quin & alterũ de Baptiſmo canonem, quẽ idem Oecolãpadius non latinè modo, ſed græcè etiam recitatum, ad hæreſim ſuã inſinuandam maiori conatu, quam ſucceſſu, detorquet: in quónam, quæſo, horum viginti Nicænorum capitũ, quę ſola probat Illyricus, lynceis oculis ſuis inueniet? verba autem Canonis hæc ſunt; *Baptiſma noſtrum oculis non ſenſus, ſed mentis conſiderandum eſt. Aquam vides? Conſidera diuinam vim, quæ in aquis latet. Nos enim Spiritu Sancto, & igni baptizari tradũt ſacra eloquia. Nam in fide eius qui baptizat, & eius qui per ſanctam inuocationẽ baptizatur, aquas cogita plenas ſanctificatione ſpiritus & ignis diuini. Ipſe enim, inquit, baptizabit in Spiritu Sancto & igni. Itaq; deſcendit quidem is, qui baptizatur, peccatis obnoxius, & corruptionis ſeruitute illaqueatus: aſcendit autem ab ea ſeruitute & peccatis liber, filius Dei, & hæres gratiæ eiuſdem factus atq; cohæres Chriſti, ipſum indutus Chriſtum: ſicut ſcriptum eſt: Quotquot baptizati eſtis in Chriſtum, Chriſtum induiſtis.* Illud item quæro, ad quemnam iſtorum Canonum referatur; quod *perſonæ accuſantium tales eſſe debeant, quarum fides, conuerſatio & vita probabilis ſit, & abſq; reprehenſione, imo in quas nulla ſiniſtra cadat ſuſpicio.* Quod quidem propter hominum genus valde improbum, & in alijs exagitandis vexandiſq; perquàm moleſtum atq; acerbum, *fuit ab omnibus, in Nicæna Synodo, præſente tum Athanaſio, definitũ*; ſed poſtea fraude quorundam, *inſidijs*, & malis artibus, quemadmodũ & *alia cõplura*, vt teſtatur Felix II. *deletum*. Verùm quia hæc manifeſti mendacij Illyricum palam coarguunt, iccirco ea à Felice nunquam eſſe profecta, animoſè quidem ſatis iactitat, ſed argumentis tamen non niſi futilibus, & plane friuolis hoc ipſum probat, quemadmodũ demõſtratu non eſſet difficile, ſi res ea huius eſſet loci & temporis. Poſtremo vt quàm ridicula ſit iſta de numero Nicænorum Canonum Illyricana collectio, intelligatur; ſimus iterum Ariani; cum Iudæis quoq; Paſcha celebremus, quia neq; *de Arianiſmi condẽnatione*, neq; *de feſto Paſchatis ritè obſeruãdo*, quicquã eſt inter viginti illos, quos Africani & Illyricus nobis proponunt, canones definitum: cùm tamen ob *has duas cauſſas*, vel ſolas vel maxime, ipſarum etiam Magdeburgenſium confeſſione, *Synodus conuenerit*. Quod autem attinet ad decretum Nicęni Concilij de Paſchatis celebratione, cuius frequẽs apud veteres fit mentio; placet, cęteris in pręſentia breuitatis cauſſa omiſſis, quid Zonaras hac de re ſcriptũ reliquerit, ſuis ipſius verbis cõmemorare: τοῦτο δὲ, καὶ ἐν Ἀντιοχείᾳ σύνοδος ἐν πρώτῳ κανόνι διετάξατο, λέγουσα τῆς ἐν Νικαίᾳ πρώτης συνόδου ὅρον εἶναι, περὶ τῆς ἑορτῆς τοῦ 14.
πάσχα. εἰ καὶ μὴ εὑρίσκεται ἐν τοῖς κανόσι τοῖς ἐν Νικαίᾳ συνόδου τοιοῦτος κανών. 15.
Quod ſic Latinè explicari poteſt; *Hoc autem & Synodus Antiochena canone primo edixit, aſſerens in primo Concilio Nicæno decretũ eſſe de feſto*

Margin notes:

Oecolampadius in Dial.

Vide Cuthebert. Tonſt. de veritate corporis Chriſti. Lib. 1.

11.

Lucæ 3.

Galat. 3.

12.

Felix in reſcripto ſiue Epiſt. 1. ad Athanaſ. & Epiſco. in Synod. Alexandri tom. 1. Concil.

Canonẽ Paſchatis obſeruãdi ex Theophilo notauit Iſidorus tom. 1. concil. pag. 4. Cent. 4. cap. 9 pag 628.

Nulla mentio neq; de celebratione Paſchatis, neq; de condemnatione hæreſis Arianæ fit in Nicænis canonibus qui extant; cum tamẽ his è cauſis Synodus potiſſimum coacta fuerit.

Zonaras in 7 canon. Apoſt.

Paſchatis; quamuis canon iſte non inueniatur inter canones Nicenæ Synodi. Quomodo igitur aut Illyricus, aut alij Euangelici iſtos canones à Græcia in Africam tranſmiſſos pro certis, exploratis, atque integris Nicenę Synodi canonibus iactare poterunt; cùm tot, & inter ea præcipua totius Synodi capita apud Illyricum omnino deſint? Ego ſanè non poſſum adhuc à me ipſo impetrare, vt ita credam, quantumuis Cyrillus & Atticus (vt iſti quidem aiunt) hos vt ſolos, & integros canones magnificis verbis amplectātur. Et dubitationē de narrationis fide aliquā illud mihi mouet, quòd Cyrillus ad Eccleſiaſticam hiſtoriam, quæ huiuſmodi canones complecteretur, Africanos remittat. Nam vt nihil opus erat, illuc eos reiicere, cùm profiteatur ſe ex primo, nullæque ſuſpitioni obnoxio exemplari ad ſummam fidem canones deſcripſiſſe: ita dum Africanos eò ablegat, totam rem magis impeditam & perplexam reddit. Nam vt de Socrate, Theodoreto, Sozomeno eum ſenſiſſe non eſt credibile; cùm quod incertum ſit, an, eo viuo, illorum hiſtoria ſit edita; tum quòd huiuſmodi canones non appareant in eorum libris, quemadmodū nec in Euſebio: ita quidem, ſi de Ruffini hiſtoria, quæ nominatim eos complectitur, & quam forſan legit Cyrillus, ſenſerit, ſibi ipſi fidem magis detrahit; cùm canones apud Ruffinum, & ordine, & numero, & rebus ipſis diſſideant ab iis, quos ſolummodo ex Cyrilli & Attici auctoritate Africani amplectuntur. Quanquam neſcio, quomodo, & hîc quoque non cohæreat Græcorum narratio. Nam Marcus ille Epheſinus, acerrimus Romanę Eccleſiæ oppugnator, ait; Africanos non ad Cyrillum & Atticum, ſed Cyrillum & Proclum pro his canonibus miſiſſe, & quæſtionem in eo poſitam fuiſſe; an Nicæni canones Romanum Pontificem œcumenicum appellent. CRITOB. Video certè iam noſtros debere nouam quandam rationem ac reſponſum meditari, nec nimium hic hærere. IREN. Id magis dixeris, ſi reliqua ſimiliter cogites: plagas enim ipſi contra ſe texuerunt. Nam ſi iſtos ſolos canones vrgeant, Dalilis ſuis excident: euanuit enim præclarus iſte, ac memorabilis Paphnutij canon de Dalilis cum ſacerdotio retinendis. CRIT. Quantum video, non multum noſtri promerêre, dum iſta præſidiá excogitarunt. IREN. Multa iam alia præterea occurrunt, cur non modo Sozimum ac ſocios à falſo liberem; verùm etiam cauſſam, cur hodie iſta Nicęna exemplaria ſint tam mutilata, ac manca, probabiliter oſtendam. CRIT. Nihil mihi gratius acciderit. IREN. Illud ergo antiquum, *cui bono*, ad mentem reuocare debes, ac virum quidem iuſtum, impunè peccandi occaſione data, abſtinere tamen; improbos verò facilè illam arripere. Arianos præterea permultos annos Conſtantinopoli, ac Alexandriæ omnibus etiam Imperij viribus ad improbitatem ſuam propugnandam armatos, dominatos fuiſſe; qui capitali odio, qui ferro, qui flamma

in Ca-

Euſeb. de vita Conſtant. lib 3 ca. 13. et 17.

Epiph. lib 3 tom 2, hæreſ. 70.

Cent 4. cap. 9 pag 862.

Narrationē illā ex Cyrillo & Attico de integris canonibus Nicænis non vſquequaque veram videri.

Ibidem, & pag 861.

Ibidem, pag. 861.

Ruffin lib. 1 cap. 6. Eccle. hiſtoria.

Vide Concil. Florent. ſeſſ. 20. pag. 440.

Magdeburgēſes plagas contra ſe texuiſſe.

Cauſſa cur exēplaria Nicæna hodie ſint mutila & decurtata: quæ eadem cauſſa Sozimū ac alios Rom. Pontifices à falſi ſuſpiciōe liberat.

Arianorū in Catholicos & Nicænā Synod. ingens odium.

In Catholicos homines graſſati ſunt: quibus nihil vnquam inuidioſius, quàm Nicænæ Synodi, & Romani Pontificis nomen. Quis igitur dubitet, eorum vngues in Nicænis illis exemplaribus fœdandis hæſiſſe, quorum cruentis manibus tot Catholici acerbiſſimis ſuppliciis crudeliſſimè ſunt excarnificati? vt non ſit credibile Nicænis eos canonibus peperciſſe, qui vitæ Catholicorum & diuinis ſcripturis, quas igni abſumebant, haud pepercerant. At Romæ, cuius nullus vnquã Epiſcopus eam hæreſim propugnauit, vera atque incontaminata exemplaria conſeruata fuiſſe, non veri modò ſimile, ſed veriſſimum videtur.

Athanaſ. de perſecution. ad Orthodoxos.

Liberium Romanum Pontificem non fuiſſe Arianum. Apologia præterea Anglicana in Ioannem 23. & Ioannem 8. calumnia contunditur, ac vera Victoris, Romani Pontificis & Martyris, hiſtoria explicatur.

CAP. VIII. CRITOBVLVS.

HÆC certè ad perſuaſionem mihi ſatis accommodata viderentur, niſi me Angli aliò auocarent, qui tradũt Liberium Romanum Pontificem ad Arianos defeciſſe, vt nihil hic dicam de Ioanne Romano Pontifice, qui de immortalitate animarum impiè ac nefariè ſenſit; nec de ſtupendo illo Dei iudicio, quo feminam ſexũ ementitam illi ſedi illuſiſſe paſſus eſt. IREN. Sed quibus iſti auctorum teſtimoniis ſua muniunt? CRIT. Nullis quidem, quod memini; neque neceſſe puto, cùm ſint certè omnia manifeſta, atq; explorata. IREN. Atqui ego magis puto, hoc totum ſilentium à fraude, mala mente, ac mendacij conſcientia profectum. De femina illa tua, ſiue verum, ſiue falſum ſit; non ita multum moror. Quæſtio enim facti eſt, quod dicitur, & non iuris: facti verò ignorantia culpâ vacat, & in prudentiſſimum cadere poteſt; vt mirum ſit prudentes iſtos homines, acerbi conuicij cauſſã, id, quod nec ſapientiſſimi vitare poſſunt, obiicere; & quod, ſi aliqua ineſſet culpa, ad noſtros hodie Pontifices nihil pertineret. Sed non tam expecto ab iſtis modeſtiam, ſed veritatem requiro. Expediant ergo mihi aliquem notæ & probatæ fidei auctorem, qui intra totos quadringentos poſtea annos hoc ita factum ſcripſerit. qualem vt non nego exſtare poſſe; ita certè cum magna diligentia, in quoſcunq; incidere potui, perċurriſſem (qui ſane vniuerſi rem tam memorabilem nunquam ſilentio inuoluiſſent) ne tenue quidem huius rei veſtigium inuenio: vt totum hoc quicquid ſit, à recentioribus atque obſcuris, nec inuicem conſentientibus, nec ita magni iudicij ſcriptoribus, idq; ex fama & incertis auditionibus profectũ videatur. CRIT. Certè inter alios Sigebertus ac Martinus ille, homines Romanæ ſedi addictiſſimi, iſta pro veris tradidêre, & reliqui poſt eos paſſim. Et, ſi tibi homini Latino Latini tamen non ſatisfaciant; adiungemus in ſubſidium & Græciam, quæ de hac hiſtoria nõ reticuit.

Apologetici cum nullis auctorum teſtimonium confirment, quæ de Ioanne femina tam confidenter exprobrant.

Quæ de Ioanne femina feruntur, etiamſi vera forent, non eſſe aliquem ad imminuendam Romani Pontificis auctoritatem, momenti.

Nullus fide dignus ſcriptor & vicinus illorum temporũ adhuc proferri potuit, qui mentionem de Ioãne femina fecerit.

Qui priores de Ioane femina fabulã ſcripſerunt ſuis inſeruerint. Sigebertus. Martinus.

Sed quid auctoribus ſcriptiſque hanc rem aſtruere conamur, cùm oculis manibuſq; certa quædam huius hiſtoriæ monumenta, & veſtigia ſuppetant? Conſeruatur enim Romæ meretricis huius ſtatua, & ſedes quædam Pontificia, in qua per foramen eligendi Pontificis virilia contrectantur, ne oculi rurſus fallantur. IREN. Totius huius rei curam ad Romanos reiicio, qui certiora nobis prodant. Audiui certè ſæpe viros graues, & doctos, & qui Romæ diu ſunt verſati, qui hæc omnia ad egregias fabulas referũt. Neque ego hic quicquam dico de hermaphroditis & ἀνδρογύνοις de quibus veterum libri pleni ſunt. Et ne à noſtri temporis memoria longiùs abeam, non ignoro monumẽtis literarum eſſe traditum, mulierem quandam nomine Æmiliam, Antonio Spenſæ ciui Ebulano nuptã, poſt duodecimum à nuptiis annum in virũ tranſiiſſe; vxorem ſibi, reddita dote ex iuſſu Regis Siciliarum Ferdinãdi, adſciuiſſe; & filios demum habuiſſe. Legi etiam alterã mulierem, vbi puerũ peperiſſet, in marem fuiſſe mutatam. Hic tu fortaſſe, vt ex fœminis mares aliquando fieri naturæ benignitate mihi concedas; at contra tamen viros in mulieres vnquam tranſire, id verò cum quibuſdã omnino & conſtanter pernegabis. De quo certè non eſt conſilium diſputationem nunc aliquam tecum inſtituendi; quia in quamcunq; partẽ res ſtatuatur, parum referre puto. Nec enim hæc, quæ de mutatione ſexus obiter dicta ſunt, pro eiuſmodi haberi volo, in quibus cardo rei conſiſtat. Nam minuta ſunt illa quidem, fateor, ſed nõ omnino tamen à re aliena, nec ita leuia, quin, ſi detur talem aliquando Pontificem fuiſſe, alicuius poſſint eſſe momenti ad facti ignominiam atq; dedecus vel omnino delendum, vel quodam certè modo minuendum. Atque hunc quidem in finem à me proponuntur. Quamquã nõ ignoro momos quoſdã temerarios, hæc ſi audierint, riſu excepturos, & occaſionem hinc intempeſtiue capturos futiliter neſcio quid more ſuo garriendi de aliqua Metamorphoſi Ouidiana. Sed ſinamus iſtos Mirmillones verſari in arena ſua, hoc eſt, in mẽdacibus fabulis, & figmentis ſiue Poëticis, ſiue, quod horrendũ eſt, Antichriſtianis, quibus nimis quàm impiè ſibi placẽt & applaudunt; ſinamus inquã iſtos irriſores, nonóſq; Luciani diſcipulos, & ipſos quidem omnium maximè irridendos; niſi malis deplorandos; ſibi Sardonium ſuum riſum ridere. Illis verò qui contendunt maris in fœminæ conuerſionem ex eo genere eſſe, quod fieri non poteſt, ſatis erit in præſentia, Magni Auſonij teſtimoniũ opponere. Illius enim hæc carmina ſunt:

Valle Banæ res nota, & vix credenda Poëtis,
  Sed quæ de vera promitur hiſtoria.
Femineam ſpeciem conuertit maſculus ales,
  Pauoque de Paua conſtitit ante oculos.

Et paulo poſt:

Plinius libro 7. cap. 3. & 4. Gelius libr. 9. cap. 4. Amat. Luſit. cent. 2. conſult. curat. 39. Gaudentius Merula libr. 1. memorabilium, cap. 3.

Hermaphroditi.

Inſignes hiſtoriæ de mutatione ſexus.

Circiter annũ Chriſti 1496. vt apparet ex continuatione temporũ addita ad Chronicõ Euſebij.

Nec ſatis antiquum quod Campana in Beneuento
Vnus Epheborum virgo repente fuit.

Vtcunque ſit, veteres & proximi quiq; huic ſæculo auctores, nihil de hac femina meminerunt, imò nec de Ioanne aliquo, hoc ſaltem loco qui octauus diceretur: id eſt, inter Leonem & Benedictum; quo quidem ſolet collocari. Nec ratio temporis, aut anni Pontificum id patiuntur; ſi verum calculũ ſequamur. Nec ego iſtos à Sigeberto quidquam iuuari arbitror. Antiquiora enim Sigeberti exemplaria nullam huiuſmodi narrationem complectuntur: quorum è numero eſt exemplar manuſcriptum cœnobij Gemblacenſis, quemadmodũ me certiorem dudũ fecit vir vt doctiſſimus, ita diligentiſſimus * Ioannes Molanus Louanienſis, & ipſe quidem huius rei teſtis oculatus. Cuius exemplaris fides tanto plus in hac cauſa quam alterius cuiuſcunq; valere debet, quãto veriſimilius eſt, illud, ſi nõ auctoris autographum, at ex eodem ſaltem fuiſſe deſcriptum: quandoquidem Sigebertus ipſe fuit monaſterij Gemblacenſis alumnus. Et quo magis ſit credibile, fabulam iſtam à recentiore aliquo in quibuſdam exemplaribus fuiſſe inſertam; negari certe nõ poteſt, quin illius hiſtoriæ multa alia adſciticia & planè vana ex, neſcio cuius, Galfridi Monumetenſis libro ſint adſperſa. De Martino minus laboro, à quo (niſi mea me coniectura fallat) hæc omnis fabula prodiit, homine non ſatis circumſpecti in hiſtoriis accuratè excutiendis iudicij. Quod in plurimis, ſi neceſſe foret, facilè oſtenderem. Quanquam nec ipſe, nec alij ferè poſt eum, vt veram hiſtoriam atq; exploratam, ſed quaſi ab incerto rumore, aut ſcripto acceptam referunt. Ad quam ego totam euertendam multa adferre poſſem, ſi luberet diligentiùs eam expendere: nulla enim ferè fabulæ pars cohæret. Et futile omnino eſt illud Balæi tui commentum; Ludouicum Imperatorem, ab hac femina imperio inauguratum fuiſſe. Neque memini quicquam de iſta femina à quoquam Græcorum proditum, niſi à ſolo Laonico Chalcondyla; qui recens ſcripſit, nempe poſt captam à Turcis Conſtantinopolim; & quæ ſcripſit in hac re, à noſtris lacunis hauſit. Quare cùm iſta meliore fide non nitantur, non ſatis perpenſo iudicio Apologetici ea cum rebus religionis noſtræ coniunxere; aut illam, ſi quæ ſit, feminæ ſtatuam iactant. Quæ qua fide aut fronte faciant, ipſi viderint, qui poſt incenſas Chriſti & Sanctorum Imagines, hanc tantoperè exoſculantur. Qui cùm toti ſint in calumnia Romano Pontifici ſtruenda; interim quid domi, aut quàm flagitioſè agatur, nihil penſi habent; & longè atrocius peccant, quàm Ioannes quem iſti feminam dicunt, peccarit; cùm inceſtas Sacerdotũ & Monachorũ nuptias palàm tueantur. Quantũ verò fidei Chalcondylę tũ in hoc, tum in aliis ſit tribuendum, vel hinc conijcito, quod de noſtra Britannia, & aliis vicinis regionibus tã flagitioſè & apertè mentiatur.

Sigeberti hiſtoria corrupta.

Ioannes Molanus.

** Hic edidit Martyrologium Vſuardi cum multis additionibus & ãnotationibus. anno 1558. Louanij.*

Quid hiſtoriæ Martini Poloni tribuendum ſit, qui prim⁹ huius fabulæ auctor fuiſſe creditur.

Venerũt nuper ad manus meas annotationes in Platinam doctiſſimi viri Onuphrij Panuinij, qui hanc de Ioanne femina fabulam penitus explodit. Ad quem te, cãdide Lector, remitto.

Laonicus Chalcondyla recens ſcriptor ſolus ex omnibus Græcis mentionem facit de Ioãne femina.

Chalcõdyla flagitioſum & impudens de Britannia & vicinis regionibus mendacium.

Chalc. lib. 2 edition. 316.

Ait enim

Ait enim per vniuerſam inſulam hunc moré receptũ eſſe; vt, quum quis primùm amici domum vocatus ingreditur, mox cum vxore eius concumbat, vt deinde lautius hoſpitio excipiatur: In peregrinationibus quoque ſollemne eſſe, vt amici vxoribus vtãtur mutuis. Quæ licet ſint abſurdiſſimè & mendaciſſimè conficta, haud puduit tamen nuper typographum quendam iſtis non diſſimilia, & ex hoc ipſo fortaſsè fonte hauſta ineptè effutire. Sed bene ſe res habet, quòd & iſte hæc ibi effuderit, vbi totus eſt in defenſione patris (vt quibuſdam placet) mendaciorum, ſiue (vt alijs videtur) eius, quem omnis antiquitas mendacij coarguit. Vnde minus mirum ſit, cum fabulis tam mendacibus niti; præſertim cùm, ſi nõ ſit, quemadmodũ Laonicus (vt Poëtico verbo vtar) Graiugena, at Græculus tamen eſt, καὶ οὕτω σφόδρα ἑλληνίζει, vt, ſi in media Græcia natus fuiſſet, non potuerit decãtatam iam pridem Græcorum vanitatem, ſcriptis interdũ ſuis & typis magis repræſentare. Imò cuiuſmodi typographus eſt, vt ſiue conſideres locũ vbi ſedem fixit, reipub. Chriſtianę ſentinam, ſiue libros quos de religione in officina ſua cudit pernicioſiſſimos, ſiue fidem quam profitetur deteſtabilẽ, nemo bonus, nemo catholicè & orthodoxè Chriſtianus fidem ſit ei habiturus. Quod licet verè, dolenter tamen ſcribo, propter hominis in Græca Latinaque lingua doctrinam, & peritam in rebus typographicis diligẽtiam: quibus ſi bene vteretur, poſſet de Eccleſia Catholica cum primis bene mereri. Sed quoniam his nunc abutitur ad ſuam & aliorum perniciem, nõ immerito damnata eſt illius memoria, in regionibus iis vbi orthodoxa viget religio. Verùm vt reuertar, vnde paululum digreſſus ſum, hanc de Ioanne fabulam potius, quàm certam hiſtoriam poſt exortas graues illas inter ſedem Romanam, & Imperium contentiones, ad illius ſedis odium confictam exiſtimo. Ac deinde temerè aut à Martino ſcriptã, aut illi poſtea adſperſam. CRIT. Hãc mihi iam de Ioanne narrationẽ ſuſpectã plane, & Chalcondylę (à quo illam ſumpſimus) fidem leuiſſimã reddidiſti. Nuptias verò iſtas, quas tu improbas, ex Scripturis & Patribus, tueri ſe poſſe ſperant. IREN. De nuptiis illis nolo hoc loco iam tecum cõtendere: hoc tantùm dixerim cum Virgilio, *Coniugium vocat, hoc prætexit crimine culpam.* Vides igitur in recenti Chalcondyla id quoque locum habere, quod ille olim de antiqua Græcia ſcripſit:

——Et quicquid Græcia mendax
Audet in hiſtoria.

QVARE de his rebus maiorem in tuis Apologeticis & in Sleidano illo veſtro, cum in reliquis multis, tum in hac hiſtoria cautionem & prudentiam deſidero. Qui ex Gallico quodam, eoque ignobili incertique auctoris libro, quaſi aduerſus Pontificios mercatores conſcripto, eâdem, quâ multa id genus, vanitate veluti inſignem quandam mendaciorum vendendorum mercaturam proponit.

Henricus Steph. in Apolog. pro Herodoto.

Multò turpius & abſurdius eſt feminæ ſummã rerũ Eccleſiaſticarum poteſtatem ſcientes & prudentes (quod Apologetici in Anglia fecerunt) de induſtria obtrudere, quàm fortuitò per ignorantiã deferre.

Iuuenalis Satyr. 10.

Libro 9.

Sit tamen, ſi velint (quoniam non eſt id quidem fortaſſis ex eo genere, quod fieri non poteſt) verum Quid eſt cur tam tragicè vociferētur,& quaſi cælum & terram miſceant? Ego verò te rogo, vtrum turpius, feminam, quæ ſe tamen pro viro gerit, ſexumque tegit,quæque ab omnibus pro viro habetur; an eam potius, quæ ſexum nihil diſſimulat, pro Pontifice ac ſupremo Eccleſiæ capite habere? CRIT. Iſtud certè illo infinitis partibus ſceleratius eſt. IREN. At hoc egēre egregij iſtius tuæ Apologiæ artifices, qui feminam in Eccleſiæ præſidem vltrò aſciuēre,eique Eccleſiaſticarum cauſſarum arbitrium detulēre. Quare cum Romanorum in facto, quod prudentiſſimos fallere potuit, cuius tolerabilis eſt ignorantia(ſi tamen aliquando factum eſt) imprudentiam taxandam exiſtimant, ſibi omnem veniæ ſpem præripiunt, qui ſcientes & prudentes in eundem ſcopulum clara in luce, certiore turpitudine incurrunt. CRIT. Huius rei cogitatio ſæpius animum meum vehementer torquet: & hic illud forſan Virgilij de Apologia iſta dici poterit:

Apologetici in eo turpiſſimè offendunt. quod Romana Eccleſia vituperatur.

Virgilius Aeneid. 4.

Huic vni forſan potui ſuccumbere culpæ.

Cùm enim mihi Angli,cetera egregij ac ſuſpiciendi videantur, eoque magis, quo propius ad Caluini,communis noſtri præceptoris dogmata, hoc eſt, ad ipſam veritatem accedunt; id mihi ſolum valde diſplicuit, quòd tantam labem renaſcenti Euãgelio inuri patiantur, vt ciuili magiſtratui,atque adeo feminæ primarium rerum Eccleſiaſticarum arbitrium tribuant. Cuius rei indignitate commotus Caluinus noſter, ita in Henricum Regem Angliæ exarſit, atque ita eum ſcriptis exagitauit,vt neminem vnquam Papam acerbius. IREN. Memini; ſed nos iam ad Ioannem Romanum Pontificem conuertamur, quem iſti aiunt, impiè de animarum immortalitate ſenſiſſe. Sed miror iſtos vel Balæum ſuum domi non conſuluiſſe. Ex quo, & ſe erraſſe, ac Ioannem calumniatos (quippe qui nunquam de animarum immortalitate impiè ſenſerat) & eum,quemcunque aliquando tueretur errorem (ſi tamen verum ſit, in eo eum errore verſatum) reuocaſſe facile intelligerent. Ita neque eius,neque cuiuſcunque Romani aliquando Pontificis error fidem Chriſti infirmabit; qui promiſit Petro: *tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ Inferi non præualebunt aduerſus eam.* Singulari enim Dei bonitate factum eſt, vt aut nullus hactenus ex ea ſede Epiſcopus aliquid contra fidem commiſerit, ſiue in grauem aliquem errorem, vel hæreſim lapſus ſit; aut eum cum Petro & Marcellino pœnitentia non diluerit, ac deteſerit; aut certè non habuerit reliquæ Eccleſiæ Romanæ, Conciliique ſui Eccleſiaſtici conſenſum; ſed ſibi ſoli illum errorem retinuerit, non edicto, legéque publica ita credendum ſancierit. Quanquam

In cap. 1. Oſeæ,et Amos cap. 7

Caluinus in Henricū octauū Angliæ Regem acriter inuehitur, propter eū, quem ſibi vindicauerat,Eccleſiæ Anglicanæ principatum.

De ſcriptoribus Britannicis Cent 5. & De act. Rom. Pont. in Ioan 23.

Apologeticorum in Ioannem 23. calumnia.

Chriſtianus Maſſæus Chronic. lib. 18.

Matth. 16.

Petrus et Marcellinus non tam in fide errarunt, quàm in moribus peccarunt: in eo ſcilicet, quòd fidem, de qua minimè dubitabant, & quam ſine errore cognouerunt, per timorem humanum negabant. Certè Petrus non fidem Chriſti, ſed Chriſtum, ſalua fide, negauit. Quod ſi obtinemus, vt neceſſe eſt; cur tantam diuini beneficij magnitudinem, non grati exoſculamur potius, quàm quod facimus, quotidianis, falſiſque doctrinæ corruptæ conuiciis matrem, ac radicem noſtræ religionis miſerè lapidamus?

Liberius Papa ab hæreſeos nota, quā Apologetici ei iniuſtam exprobrant, aſſeritur.

Liberij verò cauſſam non ſatis attentè aut acutè iſti diſcernunt. Magno ille certè, atque exaggerato virtutibus animo Conſtantij furoribus ſe obiecit. Quare exarſit aduerſus eum Conſtantius, & in exſilium aſportari iuſſit; poſt biennium deinde reuocatus eſt, non quià ad Arianos defecit, vt iſti aiunt, ſed ad preces matronarum Romanarum, & quia res ob eius deſiderium Romæ ad ſeditionem, & motum tendebant.

Sulpit Seuer. in ſacra hiſtor lib. 2. Socrat. lib. 2 cap. 37. Theodoretus lib. 2. ca. 17 Zozom. Lib. 4. cap. 15.

Locus ex D. Hieronymo cōtra Liberium.

CRITOBVLVS. At Hieronymus eum exſilij tædio fractum, in hæreticam prauitatem ſubſcripſiſſe ſcribit. IRENÆVS. Potuit iſta Hieronymus longè gentium poſitus auditione ac rumoribus incertis accepiſſe.

Infirmatio eiuſdem.

Et forſan ſi Hieronymus hodie viueret, eo ſe modo excuſaret, quo ſe in eodem libro excuſauit, quod multorum ſcriptorum non meminerit. *Et quod aliis, inquit, forſan, notum, mihi in hoc terrarum angulo fuerit ignotum.* Poterant & Ariani ſuo more iſta lucubrationibus eius aſperſiſſe. Nec eſt, quòd vnus reliquorum numero præponderet; cùm præſertim Ruffinus eius æqualis non audeat pronuntiare, eum Arianiſmo ſubſcripſiſſe.

Vide Hieronym in præfat de ſcriptoribus illuſtr.

Lib. 1. cap. 17. Eccleſi. hiſtor.

Ruffinus.

Athanaſius.

Sed quid coniecturas ſequimur? omnem hunc ſcrupulum Athanaſius prorſus eximit, qui hanc ſubſcriptionem non ad fidei cauſſam, ſed ad conſenſum, quo confirmauit exauctorationem ipſius Athanaſij in Synodo Arianorum refert. Quod ipſum vi illata, & per tormenta, non libera voluntate feciſſe, fatetur Athanaſius.

Athanaſ. ad ſolitar. vitā agentes & Apologia 2. contra Arian.

Baſilius. Epiphanius. Ambroſius. Optatus. Auguſtinus.

A fide verò non deflexiſſe eum, Baſilij, Epiphanij, atque Ambroſij ſcripta, qui eum beatum ſæpe appellant; Optati & Auguſtini, qui inter Catholicos ſedis Romanæ eum ſucceſſores recenſent, teſtimonia;

Baſil. Epiſt. 27. Ambr. lib 3. de virginibus. Epiphan. lib. 3. tom. 1. hæreſ. 75. Optatus contra Donatiſt. libro 2. Aug. Epiſt. 165 ad Generoſum. tom. 2.

Macedoniani.

tum Macedoniani ſatis oſtendunt: quos Catholicæ ac Nicænæ poſtea fidei copulauit ac coniunxit, quam ipſe conſtanter ad mortem retinuit: vt, etiamſi violento illorum temporum æſtu ablatus, reclamante conſcientia, calamo magis quàm animo hæreticorum ſententiæ ſuffragatus ſit (quod morum potiùs eſt vitium quàm error fidei) pænitentiâ tamen poſtea cum Petro actâ, feliciter obierit.

Socrat lib. 4 ca 11. & 12

Romanæ ſedis prærogatiua & felicitas eſt ſingularis, nulla vnquam fuiſſe hæreſeos labe infectam.

Libenter enim hanc Romanæ ſedis prærogatiuam non, vt Apologetici tui, irridemus (*ſi Eccleſia*, inquiunt, *Romana errare non poteſt, felicitatem eius maiorem eſſe oportet, quàm iſtorum prudentiam*) ſed grati ac beneuoli amplectimur. Felicitatem quidem iſtam fatemur, & agnoſcimus; non illam

Apologia Anglica.

non illam quam Epicurei, neſcio quibus aſtris ac fato alligatam; ſed neque humana vlla prudentia partam; verùm à Chriſti ipſius oraculo pendentem; *Super hanc*, inquit, *Petram ædificabo Eccleſiam meam.* Hanc felicitatem cum gratijs, quantas mens noſtra capere poteſt maximas, amplectimur; qua factum eſt, vt cùm Alexandrina, Antiochena, Hieroſolymitana, Conſtantinopolitana ac aliæ Apoſtolicæ ſedes varijs hęreſibus, quaſi vaſtis tempeſtatibus ſæpius ſint iactatæ, illęque omnes hodie ſub Turcis, & alijs id genus hominibus à Chriſto alienis, ignobilem ſeruitutem ſeruiant: ſola Roma ſumma Dei benignitate, nunquam hactenus vel vnum apicem contra rectam, & Catholicam fidem promulgarit; neque illos Turcicę ſeruitutis aculeos ſenſerit. Quod enim ante mille ducentos annos ſcripſit Theodoretus; hoc & nos hodie verè pronunciare poſſumus: *Tenet*, inquit, *iſta ſedes gubernacula regendarum cunctis orbis Eccleſiarum, cum propter alia; tum quia ſemper hæretici fætoris exors permanſit; neque vllus vnquam qui contraria ſentiret, in ea ſedit; quin potius Apoſtolicam gratiam inuiolatam cuſtodiuit.* Hanc felicitatem qui vel nō agnoſcunt, vel, vt iſti tui, irrident, omnium hominum ſunt infeliciſſimi, & erga diuina Chriſtianæ reipublicæ, ac ſalutis ſuæ commoda diuinitus oblata ingratiſſimi. CRIT. Videris mihi ex ſuperiore iſta tua oratione, præter alia ſentire, Nicænos patres honorificentius de Romana, quam alijs ſedibus ſenſiſſe, & eorum canones huius ipſorum iudicij teſtes, fraude atque inſidijs Arianorum abolitos atque è medio ſublatos eſſe. IREN. Ita ſanè mihi videtur. Neque tamen neceſſe patribus fuit, nouum aliquod de eius ſedis auctoritate decretum promulgare, quæ toti orbi erat teſtatiſſima. Quare & hanc, de qua agimus, appellationum prærogatiuam, generali illa cautione, de ſuo ſingulis Patriarchis iure conſeruando cum reliquis priuilegijs, ſignificaſſe videntur. Nam & ante hanc Synodum, cùm Paulus Antiochenus à Synodo Epiſcoporum damnatus eſſet, atq; exauctoratus: neque tamē ſententiæ parere vellet, ſed Epiſcopatū retineret, re ad Imperatorē Aurelianū relata, is, licet à noſtra religione abhorrēs, mandauit, vt cui Romanus cū Italis eū Epiſcopatū mādaret, is demum pro legitimo Epiſcopo haberetur. Atq; ita Paul⁹ exact⁹ eſt; vt nihil hic de Victore Romano Pōtifice dicā, qui (licet Irenæ⁹ & alij intercederēt) Aſianas Eccleſias anathemate deuouit: adeo ne Ethnici quidē, hāc Romanę ſedis prærogatiuam, quam belli iſti Theologi neſcire ſe fingunt, ignorabant. Quā nec Marcellinus poſtea licet paganus reticuit: qui fatetur, Athanaſio ab Arianorum frequenti Synodo Epiſcopatu moto, non tamen Conſtantium Imperatorem acquieuiſſe; ſed enixè cum Liberio Romano egiſſe, vt is pro auctoritate, qua æternæ vrbis Epiſcopi potiores erant, Synodi iudicium ratum haberet: adeo ſe nihil Conſtantius profeciſſe tot Epiſcoporum calculis putabat, ſolo Liberio renten-

Ad Renatum presbyterum ex collegio Cardinalium.

Theodoreti teſtimonio Romana ſedes ſemper fuit hæretici fætoris expers.

Euſeb l.7 c. 26. apud Ruffin. Græci l.7.c.30. & in Chriſtophor. ſ. in carpen. 24. Lib. 5. c 24.

Aurelianus Imperator licet à religione Chriſtiana abhorrēs agnouit Romani Pontificis prærogatiuam, quam Apologetici & alij neſcire ſe fingunt.

Victor.

Marcellinus.

Rerum Rom. lib. 15.

Conſtantius Imperator.

tente. Quare non ferēs voluntati eum ſuæ obnitentem, in exſilium abduci iuſſit. Qua vna hiſtoria, vt quaſi vna fidelia duos parietes dealbem, vtrunque eorum, quæ diximus, euincitur: amandationem Liberij in exſilium à cauſſa fidei non pendère, ſed ab Athanaſij exauctoratione; eamque in Epiſcopo per Synodum factam, non ſatis firmam eo prouocante, niſi Romani Pontificis auctoritas adiungatur. CRIT. Cetera non valde inficior, niſi quod Victoris exēplum cauſſam tuam infirmat; quo noſtri pro ſe plurimum vtuntur: vt vel hinc oſtendant in remotas Eccleſias nullam habuiſſe illis tēporibus Romanum Pontificem auctoritatem. IREN. Sed iſti fallunt & falluntur, nec ſatis accuratè cauſſam iſtā cognoſcunt. Noſti enim, in quouis tribunali declinationis fori exceptionem, aliarum omnium primam & principem. Quam, ſi Irenæus, aut Aſiani Victori oppoſuiſſent (quod certè feciſſent, ſi ea ſuppeditaſſet) non prorſus à cauſſa aliena tui loquerentur. Iam non de iuriſdictione, quæ nulla eſſet; ſed de ea ex æquitate moderanda agebatur: nec debere Romanum Pontificem poteſtatis ſuæ amplitudine abuti cōtra eos, qui licet à reliqua pęne Eccleſia in Paſchatis obſeruatione recederēt; morem tamen à maioribus, atq; adeo Apoſtolis relictum tuerentur. CRIT. Veriſimilia ſunt, quæ dicis.

Victoris Romani Pontificis & Martyris hiſtoria contra Euangelicos explicatur.

Oſtenditur ex vera Iulij apud Athanaſium Epiſtola, & alia Leonis primi, datam fuiſſe à Nicæna Synodo Epiſcopis vbicunque gentium damnatis ad Romanam ſedem appellandi facultatem.

CAP. IX. IRENÆVS.

Georg. Alexandr. Archiepiſc. in vita Ioā. Chryſo.

SED quid hic tantas moras nectimus? cùm Innocentius vnus ex ijs, quos iſti falſi crimine inceſſunt, Arcadium Imperatorem Conſtantinopoli degentem cum vxore, propter Chryſoſtomi exſilium, ſacris abſtentum denunciarit. Neque hactenus quiſquam veterum, cum auctoritatis ſuæ fines egreſſum memoriæ prodidit. Quid in re manifeſta tergiuerſamur? cùm conſtet, Iulium Romanum Pontificem, ad quem propter ſedis dignitatem omnium iura pertinebant, Athanaſium, Paulum, Marcellum, alioſque quos Arianorum Synodus Epiſcopatu deturbarat, in integrum, prouocatione ab eis interpoſita, reſtituiſſe? CRIT. Non poſſum contradicere. Neque iam dicam dolo malo (id enim improbè dicerem) nec tamen ſine culpa, Romanos canonem Nicænum, qualis nunquam exſtitit, aut quem certè probare non potuerunt, recitaſſe meritò dixerim. Simplicius, atque candidius egiſſent, ſi ab ęquitate, à mente, à ſententia patrum, vſuque veteris Eccleſię, non conceptis verbis canonis, de quo non conſtaret, niterentur. IREN. Quaſi vero Iulius, cùm Athanaſium reponeret in ſedem, aut ignorarit; aut non perſpicuè ſcripſerit, Nicęnis canonibus cautum; *Epiſcopum à ſua Synodo damnatum ad maiorem prouocare poſſe.* Et quæ eſt illa maior, ſi non ſit Romana? CRIT. At vbi hæc Iulius ſcripſit?

Arcadio Imperatori factis interdixit Innocentius.

Epiſcopi ab Ariana Synodo loco moti, Iulium Rom. Pontificem appellantes ab eodem reſtituuntur.

Athan. Apolog. 2. cōtra Arian. Sozom. l. 3. cap. 8.

Canon Nicænus de appellationibus.

IREN.

IREN. Certè in Epiſtola ad Orientales. CRIT. Tandem quod exſpectabam, quantumuis compreſſum, erupit: venimus iam ad totius quæſtionis ſummam. Hic verò quaſi ἐν ἀκμῇ ad frigidam & commenticiam, quales reliquæ ſunt, Decretalem Epiſtolam reijcimur. IREN. Scio veſtros illas Romanorum Pontificum epiſtolas magno ſupercilio reijcere & aſpernari; de quibus iam tecum diſceptationem inſtituere non cogito; nec neceſſe habeo, cùm iam à te ſim conſequutus, quod volo. CRIT. Quid hoc eſt? IREN. Athanaſio priſtinum ſuum honorem & gradum, quo motus eſt, Iulium reddidiſſe. CRIT. Fateor. IREN. Neque oſtendiſſe quenquā vnquam patrum, hac eum in re iuriſdictionis ſuæ modū exceſſiſſe. *Athanaſius legitimæ ſuæ authoritati reſtitutus.*

CRIT. Id etiam concedo. IREN. Sed non caruiſſet reprehéſione, ſi aliquid contra canones Nicænos aut veteris Eccleſiæ morem egiſſet. *Athan. apolog. 2.* Atque hoc eius factum, iudiciumque contra Arianos, quos ex vltimo pęne oriente Romam euocauit numeroſa illa (de qua dixi) Sardicenſis Synodus adeò non reprehendit, quaſi Ariani ab extraneo iudice, & quem, reiectione interpoſita, legitimè fugere potuiſſent, acceſſiti forêt; vt magnam potius illis culpam adſcribat, quod iudicio non ſteterint. CRIT. Ita credo; nec id iā amplius quęro, ſed vt ex ipſa Iulij epiſtola húc eſſe Nicænum canonem demonſtres: quod vtique tibi & tuis fuerit palmarium. IREN. Ego certè tibi nihil niſi ex certo, atque explorato ipſius Athanaſij libro hac de re proferam: auſculta igitur. *Apologia 2. contra Arian. Petr. Nanio interprete.* Habetur Iulij epiſtola apud Athanaſium, pro Athanaſio ad Arianos; quæ inter alia hæc cōplectitur: *Quid, inquit, actum eſt dignū offenſa? aut qua in re vobis, quibus ſcripſi, cauſſā ſuccenſionis præbui? An quia adhortati vos ſumus, vt ad Synodum occurreretis? Atqui illud potius cum gaudio excipi oportuit. Qui enim benè ſētiūt, de ijs quæ egerūt, & in quib⁹ ipſi (vt aiūt) iudices fuere, nō indignāter ferre ſolēt, ſi quod ab ipſis iudicatū eſt, ab alijs excutiatur; quippe qui ſecuri ſint, ea, quæ ipſi iuſtè iudicauerūt, iniuſta nunquā fieri poſſe. Quocirca Epiſcopi in magna Synodo Nicæa cōgregati nō ſine Dei cōſilio permiſerūt, priorū Synodi acta in alia Synodo examinari; vt & illi qui iudices erāt, præ oculis habētes ſecūdū de ea ipſa re iudiciū futurū, cū omni diligētia cauſā expéderēt; & illi qui ſētentiā acceperāt, certò agnoſcerēt, ſe non per ſimultatē priorū iudicū, ſed iure & meritò cōdēnatos eſſe. Quod ſi iſtiuſmodi cōſuetudo olim fuit, eiuſq; memoria renouata eſt, & ſcripto prodita in magna Synodo, eaq; apud vos valere nō ſinitis; rem profectò indecorā facitis. Morem enim, qui ſemel in Eccleſia obtinuit, & à Synodo confirmatus eſt, iniquum eſt à paucis abrogari.* Adijcit deinde poſtea & alia quædam: *Si Athanaſius, Marcellus & alij, vt dicitis, omnino in culpa fuerunt; oportuit ſecundū canonem, & nō iſto modo iudicium fieri; oportuit ſcribere omnibus nobis, vt ita ab omnibus, quod iuſtū eſſet, decerneretur. Epiſcopi enim erāt, & non vulgares Eccleſiæ, quæ iſta patiebātur; ſed quam ipſi Apoſtoli ſua met opera ad fidem inſtruxerant. Cur igitur & in primis de Alexandrina ciui-*

Iulij & 306. in Synodo Rom. Epiſcoporū ex Athanaſij Epiſtola, quæ docet Nicæno Concilio fuiſſe cautū, ne Epiſcopus præter ſententiam Romani Pont. ſede ſua exigatur.

tate nihil nobis ſcribere voluiſtis? An ignari eſtis,hanc conſuetudinē eſſe, vt primùm nobis ſcribatur; vt hinc, quod iuſtum eſt, definiri poſſet? Quapropter, ſi iſtic huiuſmodi ſuſpicio in Epiſcopum concepta fuerat; id huc ad noſtram Eccleſiam referri oportuit. Nunc autem nos, quos certiores minimè fecerunt, poſtquam iam egerint, quod libuit, ſuffragatores ſuæ damnationis,cui non interfuimus,eſſe volunt. Non ita ſe habent Pauli ordinationes,non ita patres docuerunt,ſed faſtus iſte,& nouum ſtudium eſt: obſecro vos,cum alacritate audite; pro publico bono iſta ſcribo. Quæ enim accepimus à beato Petro Apoſtolo,ea vobis ſignifico,non ſcripturus alioqui, quæ nota apud vos eſſe arbitror,niſi facta ipſa nos conturbaſſent. Hactenus Iulius.Nec tamē hæc Epiſtola à Iulio ſolo,ſed à Synodo Romana,cui interfuerāt ex varijs omnibus nationibus Epiſcopi trecēti ſex,miſſa eſt. In qua illud primùm animaduertendum in Synodo Nicæna conſtitutum, *vt à Synodo damnatus,maiorem Synodum poſſit appellare.* Atq; ubi quęſo inter illa tua exemplaria,tam certę atque exploratæ fidei, quæ Carthaginenſes tantopere vrgebant, iſte canon? Iam vbi ille alter,de quo Iulius loquitur, & qui totā noſtram quęſtionem abſoluit,ne præter ſententiam Romani Pontificis Epiſcopus ſede exigatur?quem in primis conſulendum ſtatuit canon? Hunc denique apparet vetuſtiſſimum,& à primæ Eccleſiæ origine, atque adeo Petro & Paulo morem deductum: vt meritò poſtea doctiſſimus & ſanctiſſimus ille Romanus Epiſcopus Leo primus ad Theodoſium Imperatorem ſcribens,Flauianum Conſtantinopolitanum,qui ab hæreticis,& Pſeudoſynodo Epheſina oppreſſus Romam prouocauerat,ita appellantem audiendum ex Nicænis decretis aſſeruerit. Ad eundem etiam Leonē, licet in perdita cauſſa, prouocauit prius & Eutyches, à Flauiano & Conſtantinopolitana Synodo iniuſtiſſimè damnatus calumniæ.

Canones duo Nicæni, de Romanæ ſedis ſuper alias auctoritate: qui inter eos, quos Euangelici ſolos amplectuntur, non extant.

Epiſt. 25.

Leonis primi teſtimonio cauō Nicænum de appellationibus comprobatur.

Leo epiſt. 7. ad Theodoſium Imperatorem.

Calumniæ Magdeburgen. contra Leonem & Gelaſium Romanos Pontifices deteguntur,& ſi quid in ſexta Carthaginenſi Synodo contra appellationes tranſmarinas ſtatutum fuerat,id non ad Epiſcoporum, ſed inferioris Cleri appellationes, primùm oſtēditur pertinere: deinde quicquid hoc ipſum fuerit,id totum poſtea à Carthaginenſi Clero, imperante tum Iuſtiniano,fuiſſe reuocatum.

CAP. X. CRITOBVLVS.

PRÆCLARA quidem ſunt hæc & euidentia,ſi modo ſint vera,antiquitatis teſtimonia, quæ Magdeburgenſes noſtros vel non vidiſſe,vel ſilentio præteriſſe miror. Sed hic malè facio, qui ſic interrūpo curſum orationis tuæ. Adde proin quæ dicturus eras; nunc arrigo tibi aures. IREN. Nulla eſt igitur Leonis, Gelaſij & aliorum Romanorum Pontificum diabolica,vt Magdeburgenſes tui garriunt,impudentia,qui partim à ſuperiorum temporum ſcriptis, partim à deceſſoribus ſuis per manus tradita;&, quod potiſſimum eſt,à tota ante ſe Catholica Eccleſia credita,ſimili quoque fide poſteris

Magdeburgēſiū impudentes in Leonem, Gelaſium & alios Romanos Pontifices calumniæ

ſteris ſuis conſignarūt: ſed tuorum potius Magdeburgenſium, qui ſcribunt poſt ſextam iſtam Synodum, nec Leonem, nec alium quē-

Leo.

quam Romanorum Pontificum auſum fuiſſe Nicænos amplius canones pro ſe allegare; cum præter alios, mox ab ipſa Synodo, Leo

Leo epiſt. 10 ad Viennenſis Epiſcop. per Campaniam &c. quæ eſt 1. & cap. 5. Cent. 5. cap. 10 pagina 1259.

vir omnium ſæculorum iudicio ſanctiſſimus, & doctiſſimus id fecerit. Qui tum aliorum, tum Innocentij, contra quem iſti adeo rixātur, decreta, quod ipſi Magdeburgenſes fatentur, confirmat: & Epiſcoporum quamuis longiſſimè diſiunctorum, ad Romanam ſedem prouocationem ex Nicænis canonibus (quam iſti in Innocētio ſententiam exſecrantur) legitimam eſſe, vt diximus, oſtendit. De quibus mirum eſt, iſtos tantas lites ciere; quaſi illis ſublatis, aut infirmatis tolleretur & debilitaretur omnis Romani Pontificis auctoritas: cùm aliūde ſatis conſtet, antiquæ Eccleſiæ etiam ante Nicænam Synodum regulam & canonem fuiſſe, vt de deijciendis Epiſcopis, aliaque grauiores cauſſæ, præſertim recens excitæ contra fidem diſceptationes ad illius potiſſimum ſedis cognitionem referrentur. Atque, hoc eſt, quod nos Catholici à veſtris Euangelicis potiſſimùm poſtulamus, ne contra illius ſedis auctoritatem, religionē veterem inuertant, néue poteſtatem diuinitus illi attributam intercipiant. Quam ingenuè fatemur à Chriſto, illis verbis: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*, Petro promiſſam, eamque promiſſionem verè repræſentatam, & ad rem collatam cùm diceret: *Paſce oues meas*: vt ridicula planè ſit Magdeburgenſium tuorū Rhetorica, quaſi Romani Pontifices in contrarias ſententias ſcindātur, quòd alij in aſſerenda ſedis illius auctoritate iure diuino, alij conſuetudine, alij Nicęnis & aliorum patrum canonibus, nitantur, cùm conſtet Eccleſiæ conſuetudinem, eiuſdem eſſe cum lege ſcripta auctoritatis; &, ſi quid in ea perplexi & impediti occurrat, optimam illius interpretem. Neque vel cogitari poſſe quicquam firmius illis patrum decretis, quæ cum ſcripturis ſint cōſentanea, vſu quoque & moribus totius Eccleſiæ vim ſuam obtineant. Quam conſuetudinem in hac noſtra quęſtione de Romani Pontificis prærogatiua, videtur Iulius canonem Eccleſiaſticum appellare, ab ipſis Apoſtolis non tam ſcriptum, quàm per manus traditum, & à Nicæna, atque alijs poſtea Synodis confirmatū. Fundamentum verò totius huius auctoritatis, cum alij patres, tum Leo in Chriſti verbis collocat; vt quicquid ſit amplitudinis, quod in ea ſede Nicæni patres agnouerint, quaſi à Chriſto profectum & à prima Eccleſia continuato fluxu ad ſe deriuatum, religioſè & ipſi quoq; conſeruarint. Quare & hæc habentur apud Leonem: *Cum de ordinationibus*, inquit, *ſacerdotum quædam apud vos illicitè vſurpata crebrior ad nos commeantium ſermo perferret; ratio pietatis exegit, vt pro ſolicitudine, quam vniuerſæ Eccleſiæ, ex diuina inſtitutione dependimus, rerum fidem ſtuderemus agnoſcere, vicem curæ noſtræ proficiſcenti à nobis fratri, & conſacerdoti noſtro Potentio*

Catholici quid potiſſimum ab Euangelicis poſtulent.

Clariſſima quibus verbis Petro primatum promiſerit & promiſſum dederit.

Cent. 4. c. 7 pag 580.

Ridicula Magdeburgenſium Rhetorica.

Conſuetudo Eccleſiæ eſt eiuſdē cū lege ſcripta auctoritatis, & optima illius interpres.

Epiſt. 87 ad Epiſc. Africanos per Mauritaniam Cæſarienſ. conſtitutos cap. 1.

* alias impenſi. [?]

** alias iniungentes.*

*tentio * delegantes,&c.* Vides vnde ſe muniat Leo, idque apud ipſos Africanos Epiſcopos & tam recens à graui illa & tam atroci, quam iſti comminiſcuntur, digladiatione. Quî igitur fieri poteſt, vt hoc iſtorum non dicam verum, ſed aliquo modo credibile videatur cõmentum. Cernis enim quantumuis à Synodo iſta Carthaginenſi decretũ ſit, ne Romanus Põtifex Legatos vllos in Africam ad cauſſas audiendas mitteret: miſſum tamen hunc à Leone Potentium. Quare vt iſta omnia; ius diuinum, conſuetudinem, Nicænos patres, & canones Catholici arbitrantur ad ſtabiliendam Rom. Pontificis dignitatẽ concurrere: ita ſane ego arbitror, nec Carthaginẽſes eam patres ad hanc quam iſti iactãt, rationẽ vnquã imminuiſſe. Quanquam renouatum fortè ab eis eſt Concilij Mileuitani, non ita diu ante habiti, decretum, quo cautum erat; ne Preſbytero, Diacono, aut alijs, qui inferioris grad⁹ clerici eſſẽt, prouocatio extra Africã daretur. Quam tamen vt Epiſcopo non præcluſerunt (quẽadmodum Carthaginenſes patres viſi ſunt precluſiſſe) ita nec omnem prorſus prouocationem ſubmouiſſe ſextam iſtam Synodum apparet, quod facultatem œcumenicam Synodum appellandi de iniuria querentibus non intercipiat. Quæ cùm ægrè & multis ſæpe ſæculis vix coeat; atque adeo tarda ab ea remedia petantur; neq; eã cogi niſi ob grauiſſimas communeſq; cauſſas par ſit; æquiſſima ſemper habita eſt ad totius Eccleſiæ præſidẽ eorum appellatio, quorum cauſſæ domi tam commodè componi non potuere. Quam vt à priuatis perſonis, leuioribuſq; in cauſſis paſſim & ſine delectu interpoſitam fortè patres iſti non probarunt: ita omnẽ prorſus ſuſtuliſſe non crediderim. Illud autem ſatis apparet, nec potuiſſe iſtam priuatam Synodum, ad ſuperioris poteſtatis iura infringẽda quicquam legitimè ſancire, nec Eccleſię poſtea vſu illius decretũ fuiſſe comprobatum; & quicquid illud demum fuerat, quod ad præiudicium Romanæ ſedis cõſtituerit, ab Eulalio Carthaginẽſi Epiſcopo & alijs Africanis, imperãte Iuſtiniano, per pænitenciã reſciſſũ. Quod cùm Illyricus non ignoret, clamat tamen Romanum Pontificem partim excommunicationibus & minis, partim blandicüs eum huc perpuliſſe: ſed non alia auctoritate quàm quia, αὐτὸς ἔφα. Eodem modo clamat Iacobus Beurlinus Eulalij Romani Põtificis impietate & tyrannide, vt palinodiam caneret, fuiſſe coactum: ſed non alio hoc probat, neque probare poteſt, quàm ſe ipſo teſte. Neque tamen interim vllos in Africa Catholicos Epiſcopos hanc Romanæ ſedis amplitudinẽ agnoſcere noluiſſe, ab vllis probatis ſcriptoribus proditum eſt. Id ſatis conſtat, paullo poſt Auguſtini mortem, tota fere Africa per Alanos, Gothos, & Vandalos, qui fœdiſſima Arianorũ hæreſi contaminati erãt, oppreſſa, exactiſq; Catholicis ſolos Arianos Epiſcopos regnaſſe: quos ſolos iam in Africa patronos Illyric⁹ habet. Catholici enim Epiſcopi in grauiſſima adeo illa

Canõ Mileuitani Cõc. quo clerici prohibentur extra Africam appelare.

Canon. 22.

Aequiſſima cur ſemper habita ſit appellatio ad Rom. Pontificẽ.

Sexta Carthag. Syn. quoad interdictionem tranſmarinarũ appellationum renouatio.

Tom. 1 concil. In catalogo teſtiũ veritatis pagina 55.

Illyricus.

Iacobus Beurlinus.

Contra aſſertion. l. 1 & 3 Sati.

Nulli in Africa Catholici Epiſcopi Romanæ ſedis prærogatiuã vnquam agnoſcere recuſarunt.

Victor. lib. 2 de perſecutione Vandalica.

ſua

ſua iactatione atque tẽpeſtate, cum alijs in rebus, tum vel in eo ſuũ erga ſedem illam obſequium atque obſeruantiam ſatis teſtati ſunt; quòd laceſſiti ab Arianis ad publicas de fide diſceptationes, illas nõ niſi interueniente Romanæ, vt primę, ſedis auctoritate, & Romani Pontificis Legatis præſentibus, obeundas aſſeruerint.

Inſignis Muſculi & Magdeburgẽſium, vel imperitia, vel impudẽtia, qui pro eo, quod Socrates & alij habent; non poſſe ſine Romani Pontificis conſenſu Synodum haberi; ſubſtituerunt, non poſſe: canonicè dedicari Eccleſias.

CAP. XI. CRITOBVLVS.

VETEREM fuiſſe, & forſan Nicænum, aut ab eis probatum hunc de Romani Pontificis poteſtate canonem, iam haud ægrè admiſerim. Atqui vt in re tã graui & tanti momenti; vtpote, cùm de Epiſcopo de ſede ſua extu[r]bando, deque fide communi per hæreticos iactata atq; agitata, firmè conſtituenda agebatur, veteres ad Romanæ ſedis tanquam eminẽtem & ſingularem quandam auctoritatem confugiſſe, mihi iam ſatis probabile videtur: ita immoderatam illam eorum ambitionem, qua Epiſcopos etiam longiſſimè ſemotos Eccleſiam, niſi ipſorũ auctoritate interpoſita, dedicare non ſunt paſſi, nunquam equidem probarim. Nec tu forſan quicquam habes, quo eos purges; niſi fortè adulterinum illum canonem, qui quaſi falſo quodam ſplendore obiecto Socratis oculos perſtrinxit; quamuis cautior in ea re credenda fuerit Sozomenus. IRENÆ. Non Socratis, ſed tui, Magdeburgẽſiũ & Muſculi oculi vano iſto ſplendore perſtricti ſunt. Quanquã tu facilẽ apud me & Deũ, vt ſpero, ſi maturè reſipiſcas, veniã inueneris; qui nõ tã malitia quàm pręcipiti quadã credulitate qua ſtatim omnia pręceptorũ tuorũ dictata auidè arripis, huc prolapſus videris. At Magdeburgẽſes & Muſcul⁹ nõ errore, ſed deplorata malitia ad iſta mẽdacia & cõuicia prorũpunt; nec tam inani & falſa quadam lucis imagine oculorum acies illis perſtringitur, quàm in clariſſima luce hebes ſimulatur; vtpote qui, clauſis ſponte oculis, eam non ſolùm videre ipſi nolunt, ſed & alijs eripere ſtudioſè conantur. Nam nec Sozomenus, nec Socrates illis quos citaſti, locis vllum de Eccleſiarum dedicatione canonem commemorat. Iſte canon non Romæ apud Iulium Pontificem, ſed in officina pręclara Muſculi cuſus eſt. CRIT. Iſta mihi planè admirabilia ſunt, & penè incredibilia. IREN. Exſpecta parũ: pręſtãtiſſima fabulę pars adhuc ſupereſt; ex qua intelliges quã egregij hiſtriones ſint Magdeburgẽſes tui. CRIT. Neſcio, quò ſpectes. IREN. Audi igitur. Vt ergo affirmo, nullã eſſe ibidẽ huiuſmodi canonis mentionẽ: ita ſ[i]nè contẽdo, id, quod tã accuratè hodie quæſiuimus, & tandẽ in ipſa Iulij Epiſtola quaſi anxiè quæſitam prædam inuenimus, ibi reperiri. Vterque enim tã Socrates, quàm Sozo-

De Eccleſiarum dedicatione.

Magdeburgenſium & Muſculi deplorata malitia.

Muſcul⁹ in peruerſa ſua Socratis tranſlatione architectus eſt Canonis ſuppoſititij de conſecratione Eccleſiarum.

Magdeburgenſes quàm egregij ſint hiſtriones.

Socrates.

Sozomenus. Sozomenus de Athanaſio & ſocijs, quos Epiſcopatu Ariani deiecerant, per Iulium in integrum reſtitutis, & Synodo Arianorum per eundem infirmata, quod contra canones ſine illius auctoritate coierit, diſertè teſtatur. Atque hic, vt dixi, malitia Magdeburgenſium erumpit: qui licet tam atrociter contra Romanos Pontifices inuehantur, quod canones Nicænos adulterarint, & ex Iulij epiſtola nouam ſibi auctoritatem attribuerint: hic tamen (tanta eſt vis veritatis) apertè ſe produnt, & Iulium ipſum conuicijs impetunt; quod canonem ad dignitatem ſuæ ſedis amplificandam commentus ſit. Quem tamen, ne eo prolato ſtatim cauſſa caderent, proferre nolunt; ſed ſuppreſſa veritate, neſcio quid ex Socrate de templis cõſecrandis impudentiſſimè effutiunt. Nam non ſolum Græca, quæ hodie exſtant, exemplaria manifeſtè oſtendunt, [1] Socratem & [2] Sozomenum non de illo dedicationum, ſed de illo alio canone agere; *Ne ſine Romani Pontificis conſenſu firma ſint Concilia*: verùm & [3] vetus illa mille plus minus abhinc annos Eccleſiaſticę hiſtorię tranſlatio. Quod enim Socrates Grecè ſcripſit; ἐκκλησιαστικοῦ κανόνος κελεύοντος, μὴ δεῖν παρὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου ῥώμης κανονίζειν τὰς ἐκκλησίας: hoc Epiphanius Scholaſticus ſic Latinè reddidit; *Cùm vtiq; Eccleſiaſtica regula iubeat, nõ oportere præter ſententiã Rom. Põtificis Cõcilia celebrari*. Sed Muſculus, & poſt eum Magdeburgenſes tui vltima illa verba, κανονίζειν τὰς ἐκκλησίας, in hunc modum peruerterunt potiùs, quàm trãſtulerunt; *canonice dedicari Eccleſias*. Cuius interpretationis aliam, opinor, cauſſam afferre nequeunt, quàm malam ipſorum mentem, malum animum. Neque enim aliquo exemplo, & probati auctoris, ſiue interpretis teſtimonio demonſtrari, credo, poteſt; κανονίζειν idem valere, quod *canonicè dedicari*. Ego certè, quamuis non indiligenter hoc ipſum quæſierim; quærendo tamen inueſtigare nondum potui. Quod autem is ſit verus horum verborum, κανονίζειν τὰς ἐκκλησίας, ſenſus, quem Epiphanius expreſſit, Caſſiodorus approbauit, orbis Chriſtianus iam diu recepit, præter alia multa, id etiam argumento eſſe poteſt, quòd in Chalcedonẽſi Concilio, in eãdem ſententiam eadem dicendi formula habeatur. Ibi enim ſic legitur, κεκανονισμένας σύνοδοι, id eſt, doctiſſimo viro Gentiano Herueto interprete, *Synodi Canonibus conſtitutæ*. Quem locum ſi quis Muſculi tui veſtigijs inſiſtens, ita intepretaretur, *Synodi Canonicè dedicatæ*; nõne ineptè faceret? nonne ſuam vel imperitiam, vel perfidiam inde proderet? Quid quæſo intereſt; vtrum dicas κανονίζειν τὰς ἐκκλησίας, an κανονίζειν τὰς συνόδους? An non ἐκκλησία ſignificat etiam cõciliũ, quem admodum & σύνοδος? Quid, quum Iulius Romanus Pontifex ad Epiſcopos orientis ſcripſerit; *in antiquis decretum fuiſſe ſtatutis, non oportere præter ſententiam Romani Pontificis concilia celebrari*; nonne Socrates videri poteſt hanc Iulij ſententiam, cuius hoc ipſo in loco mentionẽ facit, eiſdem, quæ iam recitaui, verbis Græce expreſſiſſe?

Magdeburgenſes produnt animi ſui prauitatem.

1 lib. 2. c. 8. & 17.
2 lib. 3. c. 8. 10. 11.
3. Tripartit. hiſtor. l. 4. c. 9. 15. 19.

can. 29.

Κεκανονισμένας σύνοδοι. Gentianus Heruetus.

Nice-

Nicephorus certè eandem ſententiã ſic effert; ἐκκλησιαστικοῦ κανόνος κελεύοντος μὴ δεῖν εἶναι γνώμης ἄνευ τοῦ Ῥωμαίων ἡγεμόνος, τὰς ἐκκλησίας συνοδικῶς κανονίζεσθαι. Quæ Nicephori verba ſic vertit vir Græcè doctus Ioannes Langus; *Quum quidem Eccleſiaſtico Canone ſancitum ſit, non oportere Eccleſias citra Romani Epiſcopi ſententiam in Synodis quidquã ſtatuere.* Sed vt res hæc multorum ſuffragijs ſit teſtatior, iuuabit interpretationẽ verborũ Socratis exquiſitiſſimã, quã ſanctiſſimæ vir memoriæ, & magnũ Angliæ noſtræ decus, Ioannes Chriſtophorſonus Epiſcopus Ciceſtriẽſis omniũ feliciſſimè elaborauit, coronidis vice adijcere. Sic igitur ille; *cùm canon Eccleſiaſticus iubeat, nõ oportere abſque ſententia Epiſcopi Romani decreta Eccleſiis ſancire.* Siue ergo cum veteri interprete vertamus *concilia celebrare*; ſiue ad imitationem Herueti, *Canones conſtituere Synodis*, ſiue cũ Lango, *Eccleſias quidquã ſtatuere*, ſiue cũ Chriſtophorſono, *decreta Eccleſiis ſancire*, omnia hæc eodem tendunt, in idem ferè recidunt. At Muſculi tui illud, *Canonicè dedicari Eccleſias*, quàm eſt cum ab his omnibus diuerſum, tum à Græcorum verborum ſenſu alienum? In quo, eo maiorem meretur reprehenſionem, quòd cùm teſtatus ſit, *ſe non mutaſſe quicquã, ſed omnia bona fide ſic vertiſſe, vt reperit:* hic tamen tã à veteri interpretatione, quàm Græci exemplaris fide non fortuito, ſed de induſtria fallendi animo, & Romanæ ſedis odio aberraſſe videtur.

Ioannes Lãgus.

Socrates li. 2. c. 8. & 17.

Ioãnes Chriſtophorſonus Epiſcopus Ciceſtriẽſis.

In epiſt. ad Eduar. 6. Angliarum regẽ.

CRITOBVLVS. Id ego vt credam, in animum inducere non poſſum: ſed potius mihi perſuadeo, eum in Græco forte exemplari legiſſe, ἐγκαινίζειν τὰς ἐκκλησίας. quod quid aliud eſt, quã dedicare & conſecrare tẽpla? Sic enim legitur in libro tertio Regum: καὶ ἐνεκαίνισε τὸν οἶκον κυρίου ὁ βασιλεύς. quod eſt; *Et dedicauit domum*, ſiue vt vulgata habet editio, *templum Domini Rex.* IREN. Multum tibi debet Muſculus, quem tanto ſtudio defendere conaris: ſed conatui tuo in tam mala cauſſa non poteſt reſpondere euentus. Nã licet hoc abs te ingenioſè & acutè ſit excogitatũ, tamẽ nec Græcũ exẽplar hactenus vllũ eiuſmodi quod ſcio, proferri potuit: nec Muſculi interpretatio cũ eo vſquequaq; cohæret. Illud quippe verbũ *canonicè* arguit eũ κανονίζειν potius quã ἐγκαινίζειν legiſſe. ſed ſiue hoc ſiue illud legerit, culpa vacare nõ poteſt. nã ſi hoc; cur de ſuo addit illud *canonicè*? ſi illud; cur alienũ falſo affingit ſenſum? Viderit igitur Muſculus, qui in peruerſa ſua trãſlatione huius canonis architectus eſt, & Magdeburgẽſes, qui eius veſtigijs inſiſtũt, quo ore Rom. Põtifices homines innocẽtiſſimos & ſanctiſſimos ob violatos illos canones inceſſant, cùm ipſi in illud crimẽ, quod innocẽtiſſimis obijciũt, manifeſtè incidãt. Cernis itaq; doctorũ tuorũ proiectam impudẽtiam: iam perſpice craſſam ſtupiditatem. Ipſi enim in eadem alibi Centuria non de Eccleſijs dedicandis, ſed de Romanorum Pontificum illa prærogatiua, qua Epiſcoporum cauſſas ex remotiſſimis prouincijs ad ſuum tribunal reuocabant, Socratem & Sozomenũ

Cap. 8.

Inſignis Magdeburgẽſium ſtupiditas.

Cent. 4. cap. 7 pag. 531. & 535.

agere, palam oſtendunt. Imo eodem omnino folio, quo fingunt Iulium canonem de dedicandis Eccleſijs pro amplianda ſua auctoritate ſibi commentum; idque ex ipſius Socratis teſtimonio libro ſecundo capite 17. ipſi palam ex eiuſdem Socratis commemorato libro & capite docent, Socratem egiſſe de canone Eccleſiaſtico; quo Iulius decreta Synodi Antiochenæ, ſe non conſulto, habita infirmabat. Atqui poſtquam monſtra, quæ deuincerent, ingenioſè ſibi finxerunt; tum magno impetu formidandam illam Herculis clauam, per ſolitam ſuam dialecticam contorquent, vt illam Socratis & Sozomeni narrationē confringant. *Sed Theodoretus* inquiūt *non facit huiuſmodi applicationem libro 2. capite 4. & Ruffinus hæc omnia de Iulio ſilentio præterit.* Quaſi verò tam præciſa Ruffini narratio omnia Iulij acta, quem vix nominat, complectatur: aut quaſi Theodoretus non eo ipſo capite apertè aſſerat, Iulium Eccleſiaſticam legem ſequutum, Arianos, qui Athanaſium exauctorauerant, Romam euocaſſe: Aut quaſi ampliſſima illa, de qua dixi, Sardicenſis Synodus, ex eiuſdem Theodoreti narratione non damnet eoſdem Arianos vt calumniatores, quòd Romam à Iulio accerſiti non cōparuerint: Aut quaſi idem Ariminēſis Synodi decreta nullius fuiſſe momenti non oſtendat, quod Romani Pontificis (*cuius ſententia ante omnia exploranda fuerat*) conſenſus adhibitus non fuiſſet; quod antea attigimus: Aut quaſi eiuſdem Theodoreti, de ampliſſima hac Romanorum Pontificum auctoritate & priuilegijs frequentiora alibi non conſpiciantur teſtimonia. Extant enim duæ eius Epiſtolæ, altera ad Leonē Romanum Epiſcopum; altera ad Renatum Romanæ vrbis Presbyterum. In illa *conuenire* dicit, *vt primas per omnia Leo teneat; eius quippe ſedem* πολλοῖς πλεονεκτήμασι, *id eſt, multis prærogatiuis, ſiue priuilegijs eſſe ornatam*, eamque multis prærogatiuis, & priuilegijs amplificatam ait. In hac eiuſdem ſedis in omnes *totius orbis Eccleſias* latiſſimè patentem auctoritatem; neque eam vnquam à recta fide deflexiſſe fatetur. Et cùm ipſe Eccleſia ſua fuiſſet eiectus, Romam prouocauit; vt iam non vocis ſolùm ſuffragio, ſed & factis hanc Romani Pontificis prærogatiuam confirmarit. Atq, hæc quidem de Theodoreto: qui his ipſis temporibus; quibus iſti fingunt Cyrillum, & Atticum Africanis patribus è Græcia ſignificaſſe, nihil de eiuſmodi Romanorum Pontificum priuilegio in Nicænis canonibus conſpici potuiſſe; hoc ipſum priuilegium homo Græcus ex lege Eccleſiaſtica illis attribuit. Qui ſiue de Nicænis, ſiue alijs Eccleſiæ canonibus his verbis ſenſerit, ad rem ipſam nihil certè refert. Atque ideo Magdeburgenſes lectori perſuadere conantur, nihil huius rei in Theodoreto cerni. Sed, vt conſpicis, apertiſſimi mendacij conuincuntur. Iam vt nihil impudentius quàm veteres auctores commaculare, & nouos poſt 1300. ferè annos canones comminiſci; ita ſanè nihil ſtupidi-

Cent. 4. cap. 7. pag. 531.

Theod. li. 2. cap. 22.

Theodoreti de primatu Rom. Pontificum teſtimonia.

Magdeburgenſium mendacium apertiſſimum.

pidius, quàm eos comminiſci, à quibus adeo nihil iuuentur, vt multò facilius proſternantur. Si enim ex tam veteri Eccleſiæ canone, tanta fuerat Romani Pontificis amplitudo, vt reliqui per orbem latiſſimè diffuſi Epiſcopi, ne Eccleſiam quidem, niſi illius auctoritate intercurrente, conſecrare potuerint; quis crediderit eos Epiſcopum de ſede mouere, graues de religione controuerſias iure explicare & definire, non dicam contra illius ſedis, ſed citra ipſius conſenſum vnquã potuiſſe? Iã cur non ſit ille, quem Gratianus profert (quando Eccleſia ſemel dedicata iterum ſit dedicanda) Nicænus canon, nihil idoneum adferunt Magdeburgenſes, niſi quod lectori perſuaſum cupiunt; illius ſæculi patres ad nouum quendam Iudaiſmum inclinaſſe, quod κακοζηλίᾳ ſine verbo Dei huiuſmodi cæremonias inuexerint. Quod ſi verum ſit, iam non ſolùm Baſilius, Ambroſius, qui hos ritus probant, & Athanaſius, qui ſuo ſæculo nullum fuiſſe Chriſtianorum ad templa non conſecrata acceſſum commemorat; verùm etiam celeberrimus ille primus Imperator Conſtantinus, cum omnibus illis Macedoniæ, Myſiæ, Perſidis, Thraciæ, Ciliciæ, Cappadociæ, Syriæ, Meſopotamiæ, Arabiæ, Paleſtinæ, Ægypti, Libyæ, Thebaidis, alijſque Epiſcopis, qui frequentiſſimo conuentu templum Hieroſolymitanum, ex Conſtantini voluntate & iuſſu, ſolemni ritu dedicarunt, & reliqui ab eo tempore Epiſcopi & Chriſtiani, qui hunc ritum religioſè conſeruarunt, ad veteres Iudæorũ ſuperſtitiones degenerarunt. Quod quid aliud eſt, quam ſi diceres Synagogam hactenus perduraſſe, & Chriſti Eccleſiam penitus fuiſſe obrutam. Huic verò dedicationi, vt cõſtat patres aliquot Nicænos interfuiſſe; ita & illum eos canonem edidiſſe credibile eſt. Quẽ nõ domi apud ſe natum Gratianus protulit, ſed à maioribus acceptum bona fide ad poſteros tranſmiſit. Multos enim alios eſſe canones Nicænos, quàm quos Africanos patres iſti ſolummodo agnouiſſe aiunt, iam ſatis demonſtraui. Neque tu tamen vnquam exiſtimaris iſtos, qui propter Nicænos hos canones corruptos, vt fingunt, à Romanis Põtificibus, omnia cõmiſcent, & eorũ dignitatem intemperanter & contumelioſè proſcindunt; quicquam ex animo agere, aut veros canones Nicænos magni facere: cùm conſtet factionis totius ducem adfirmare, neſcio quid veneni in voce ὁμοούσιος ſubeſſe; & Philippũ Melanchthonem Nicænos patres, vt imperitos, & parum cautos propter canones pænitentiales, quos dicit eſſe extra ſcripturam, & ſemina multarum ſuperſtitioſarum opinionum; atq; Brentium eoſdem Nicænos patres, quaſi legitimam militiã damnarent, falſò notare: vt hic nihil dicam, 14. Nicænum canonem apud totum Euangelicum gregem ſqualere: apud Zuinglianos quidem, quòd veritatem corporis Chriſti in Euchariſtia aſſerat: apud Lutheranos verò, quòd de ſacrificio eiuſdẽ corporis teſtetur. Quare Euã-

Ca. Eccleſiis ſemel de conſecrat. diſtinctione 1.

Cent 4. c. 6. p 408. 409

Baſil. Pſal. 114 & de 40. Martyr.

Amb lib. 1. Epiſt 5. ad Felicem.

Athan Apolog ad Conſtant.

Euſeb lib. 4. de vita Conſtant.

Luther contra Latomum.

Lib de Eccl.

contra Petrum Soto.

Ex Gratiano canon Nicænus de conſecratione Eccleſiarum.

Ritus Eccleſiar. dedicandarum contra calumnias Magdeburgẽſium defenditur.

Hieroſolymitani templi celebris ex Conſtantini Magni voluntate dedicatio.

Gratianus.

Nicæni Canones quàm male audiãt apud Euangelicos.

Lutherus.

Melanchthon.

Brentius.

gelici tui, qui canones Nicęnos tantopere vrgent, milites mihi imitari videntur, qui, dum clam aliquid contra aduerſarios moliri, eoſque circumuenire conantur; fumum excitare ſolent, quo illis ad tempus lucem eripiant. Sed iſte tuorum fumus citò euaneſcet, & Catholicæ veritatis lumen, velint, nolint, radios ſuos, quibus iſtæ tenebræ diſſipentur, longè lateque emittet. Habet enim & ſemper habuit contra mendacium ſuos Eccleſiaſticorum dogmatum veritas vindices. Quæ licet ad tempus conticeſcere, & ab aduerſarijs opprimi videatur; emergit tamen, & ſe tandem prodit, claráq; ſuam vocem, vt etiam multa poſt ſæcula exaudiatur, emittit. Quò enim magis premitur, eò ſe tandem illuſtrius erigit in morem palmæ, quæ adeo oneri non ſuccumbit, vt in contrarium potius nitatur; & ferri, quod dum tunditur, ſplendeſcit.

Vis veritatis inuicta.

Primas œcumenicas Synodos ſine conſenſu, & auctoritate Rom. Pôtificis nô fuiſſe habitas: nec quicquã prodeſſe Euãngelicis, quod Imperatores olim Concilia coegerint; & cur id hodie cômodè fieri non poſſit.

CAP. XII. CRITOBVLVS.

TV MIHI iam hactenus ex Iulij Epiſtola, & Socratis atque Sozomeni narratione, Romanæ ſedis illam, pro qua hodie tanta inter nos contentione decertatum eſt, prærogatiuam, veteréq; Eccleſiæ de eadem canonem dilucidè probaſti. Nec ego vnquã crediſſem noſtros tã fœdè veterũ ſcripta côtaminaſſe; quos quo modo excuſem, quantumuis in eos propendeam, nihil reperio. Illud tamen, quod ex Magdeburgenſibus & Apologeticis docui, verum videtur: primis videlicet Eccleſiæ temporibus Imperatorum auctoritate œcumenica Côcilia coijſſe. Quod cùm ita hodie nô fiat, videtur cum Imperatorum noſtrorum quadam iniuria, & veteris illorum poteſtatis imminutione (de qua iſti queruntur) coniunctum. IREN. Rebus ita, vt dixi, conſtitutis, id eſt, cùm conſtet, Romanos Pontifices œcumenicis Synodis præſediſſe; nec eas aut olim coactas, aut cogi poſſe ſine eorum auctoritate; & Epiſcopos ſolos, non ciuilem magiſtratum ſuffragij dicendæq; in Synodo ſententię ius habere, non tam magni momenti res eſt, atq; eam Magdeburg. & Apologetici faciunt, vter ſuas in œcumenico Concilio olim cogendo partes interpoſuerit, Rom. Pontifex; an Imperator. Quod vt per litteras Imperatorum ad aliquot ſęcula coijſſe nô negamus; ita Epiſcoporũ & Rom. potiſſimùm Pôtificis (vt par erat) conſenſũ interueniſſe côcrêdimus. Quod ita eſſe, in Nicęna Synodo ipſius acta, & Damaſus in vita Syluestri, & ipſi Magdeburgêſes ſatis oſtendunt. Et licet Reginonem atque alios qui Nicænam primã Synodum à Syluestro conuocatam fuiſſe ſcribũt, Magdeburgêſes *aulæ Pontificiæ aſſeclas & Gnatones* appellent: non ignorant tamen ſextam œcumenicam Synodum agnouiſſe, Nicænam non ſolùm Conſtantini, ſed etiam Syluestri auctoritate coactam; vt vt id in deſcriben-

In Nicæna Syn. Romani Pontificis interueniſſe conſenſum.

Cent. 4. cap. 9. col. 617.

ſcribendis tam Nicænæ quàm ſextæ Synodi actis ſuo more (quantum iam memini) diſſimulant. Conſtantinopolitani autem in Trullo concilij verba, quæ huc ſpectant, hæc ſunt: *Arius diuiſor atque partitor Trinitatis inſurgebat; & continuò Conſtantinus ſemper Auguſtus, & Sylueſter laudabilis, magnã atq; inſignẽ in Nicæa Synodũ cõgregabant.* Nec ea, quæ ex Leone & Theodoreto in contrarium adferunt, his quicquam aduerſantur. fatentur enim Magdeburgenſes, Epiſcopos illos, qui Conſtantinopolim conuenerunt, Romam litteris Imperatoris Theodoſij ad habendam Synodum, quam Damaſus cogebat, accitos. Cuius Synodi caput, non Imperatorem, ſed Damaſum patres his verbis agnoſcunt: *Poſtquã*, inquiũt, *vos Romam cogentes Dei voluntate Synodum, pro fraterna caritate tanquam membra veſtra, nos quoque litteris ſumma pietate Imperatoris acceſſiuiſtis, &c.* Et ſine cauſſa tam acerbè in Gelaſium ſanctum atq; doctũ Põtificẽ inuehuntur. Quàuis enim non diffitemur Leonem Rom. Pontificem, pro Synodo habenda Theodoſium atq; Martianum interpellaſſe; nec coijſſe illis tẽporib9 œcumenica Cõcilia, niſi ex præcepto Imperatorũ: non tamen dicimus, aut nullas fuiſſe Romani Põtificis hic partes, aut nullã eũ auctoritatẽ interpoſuiſſe. Scribit enim Leo ad hũc modũ: *Dedimus*, inquit, *litteras ad fratres & Coepiſcopos Tarraconenſes, Carthaginenſes, Luſitanos, atque Gallicos, eiſq; Concilium Synodi generalis indiximus.* Quin & alibi cũ Rom. Põtificis conſenſu œcumenicas Synodos conuocari affirmat. Illa verò quam iam recitauimus, Leonis auctoritas, illud quoq; Magdeburgenſiũ commentum, quo poſt ſextam Carthaginenſem Synodum omnem Rom. Pontificum in Africa auctoritatem abolitam fingunt, confringit. Sed iam hanc ipſorum calumniam, vel ex ipſa Chalcedonenſi Synodo, in qua potiſſimũ defenſionem ſuam cõtra Gelaſium conſtituunt; & propter quam tam aſperè cõtra eũ vociferantur, propulſabimus: Et, ſi aliæ (vt ſolẽt) probationes nihil apud eos poterint, per Valẽtinianum Imperatorem atque adeo Martianum, cui tantã per Leonem iniuriam irrogatam clamitant, Leoni & Gelaſio patrocinabimur. Exſtant enim vtriuſq; ad Leonem litteræ, in quibus eum honorificè, vt omnium Epiſcoporum primũ ſalutãt, & eo potiſſimum auctore Synodum coire cupiũt. Exſtat & alia ad eum Martiani Epiſtola, qua inter alia de Epiſcopis in œcumenicã Synodum conuocandis agit; *vt quæ*, inquiens, *Chriſtianæ religioni & fidei proſint, ſicut ſanctitas veſtra ſecundũ Eccleſiaſticas regulas definierit, ſua diſpoſitione declarent.* Alibi verò Valentinianus & Martianus Imperatores Chalcedonem innumerabiles pænè ſacerdotes cõueniſſe aiunt, & de fide ex auctoritate beatiſſimi Leonis Papæ diligẽter inquiſiſſe. Quo non poteris amplius huius, de qua agimus, rei confirmandæ teſtimonium deſiderare. Neq; huic Leonis auctoritati quicquam detrahit, quòd pio Imperatori, qui Synodum ſtatum

Marginal notes (left): In acclamatione ſermone 18. — Theodoret. lib. 5. ca. 9. — Epiſt 93. ad Turibium cap. 17. — Epiſt 61. ad Iuuenal. Hieroſolymitanũ Epiſc. & ceteros epiſcopos in Synodo Chalcedonenſi. — Tom. 1. Cõcil. pagina 733. — Act. 3 pagin 8 5.

Marginal notes (right): Nicæna Synod. à Sylueſtro & Conſtantino cõuocata. — Damaſum, non Imperatorẽ præſidem fuiſſe Cõcilij Romani. — Gelaſius iniuſtè à Magdeburgẽſibus reprehẽſus. — Leonem interpoſuiſſe ſuam auctoritatẽ in Chalcedonenſi Synodo. — Magdeburgenſium commentum de abolita Romani Pontificis in Africa poſt ſextã Carthaginẽſẽ Synodum auctoritate. — Ex litteris Valẽtiniani & Martiani Chalcedonenſem Synodũ Leone Rom. Põtifice auctore coiſſe oſtenditur.

tim repræſentari cuperet, ceſſerit; quàm ipſe potius ad aliud tempus prorogari mallet: Vt iam non in Gelaſio, ſed Magdeburgenſibus potiùs impudentiſſimum illud, quod ei obiectant, mendacium hæreat. Qui certè vnam illam Gelaſij ſententiam, qua multa eorum mendacia iugulat; quaque Romanum ſæpe Epiſcopum, etiam ſine Synodo Epiſcopos à Synodo damnatos, vt Athanaſium, Chryſoſtomum, Flauianum, & alios reſtituiſſe; & Romanam ſolam ſedem, non conſentiendo, Epheſinæ Synodi acta euertiſſe; & auctoritate quoque ſua, vt Chalcedonenſis Synodus haberetur, ſolam decreuiſſe affirmat; nullo modo ferre potuerunt; ſolius enim Romanæ ſedis auctoritate ea Synodus conuênit. Sed cùm litteras Martiani interueniſſe compertum ſit; illa voce, quæ multitudinem vel ſocietatem excludit, non Martiani, ſed aliorum Epiſcoporum auctoritas ſecluſa videtur. Quam non fuiſſe interpoſitam, præſertim Apoſtolicarum & principalium ſedium, vt Alexandrinæ, Antiochenæ, Hieroſolymitanæ, atque Epheſinę, ex actis Synodi conſtat. Chalcedonenſis enim Synodus aduerſus harum potiſſimùm ſedium Epiſcopos, qui in Epheſina Synodo, Flauianum virum ſanctum oppreſſerant, coacta eſt. Vt itaque Romana ſola ſedes, quia actis Epheſinis noluit conſentire, illius Synodi acta euertit; ita (ob eam quam dixi cauſſam, & quia nulla œcumenica Synodus citra eius conſenſum haberi poteſt) ſua potiſſimùm auctoritate Concilium Chalcedonenſe coegit. Neq; Martiani certè, aut aliorũ Imperatorũ auctoritas ita vnquam interpoſita eſt, vt aliquam ſibi ſententiæ in quæſtionibus fidei dicendæ poteſtatem attribuerent; ſed ad ſecuritatem potius Epiſcoporum, qui tam remotas prouincias obire cogerentur; & quia ex Senatusconſulto, & veteri imperij edicto, neque collegia, neque frequentes hominum conuentus, niſi Principũ præeunte auctoritate, ne fortè ſub eo prætextu aliquid damni Reipublicæ daretur, inſtitui olim poteruit. Solebant etiam tum temporis Imperatores eò illuſtriſſimos aliquot aulæ ſuæ homines qui diligenter proſpicerent, ne quid per tumultum ibi fieret, amandare: & ipſi decreta Conciliorum ciuilibus pœnis aduerſus contumaces defendere. Quæ omnia commodiſſimè & ad ſummam Epiſcoporum ſecuritatem, atque totius Reipublicæ Chriſtianæ vtilitatem, cùm vni Romanum imperium pareret, illis temporibus expediebantur. Nunc verò imperio ita hodie ſciſſo & dilacerato, omnes hæ commoditates ferè interciderũt. Vnde factum eſt, vt Reipublicæ immutata ratione & indicendi quoque Concilij per Imperatorem ratio non ſine cauſſa ſit immutata. Et cautio, quam Apologetici adhibent, vt reges vno conſenſu illud indicant, propter crebra bella, naturaleq; diſſẽtiẽdi pronitatẽ, multaſq; alias ob cauſſas talis eſt, vt ſi eò redigamur, nulla aut parua ſpes œcume-

Vna Gelaſij ſentẽtia multa Magdeburgenſium mendacia iugulat.

Vide 1. tom. Conc. Epiſtolam Gelaſij ad Epiſcopos Dardaniæ pagina 960.

Chalcedon. Syn. Act. 1. pag. 830.

Imperatores cur olim interpoſuerint ſuam in Cõcilijs auctoritatem.

Ratio indicendi Concilij cur ſit immutata

Apologeticorum in Angliæ cautio de indictione Conciliorum callida & iniuſta.

nici vllius vnquã Cõcilij ſuperſit. Atq; hoc eſt forſan, quod Apologetici in primis cupiunt, cùm ex œcumenicis Synodis certò futurã videãt lætã Catholicæ Eccleſiæ victoriã, & triſtẽ ſectæ ſuæ Euãgelicæ ruinã. Res ergo ipſa & tẽporũ neceſſitas hanc curam ad vnum reuocat, cui omnes & poſſint & debeant parere, & is hodie in his paruis Imperij reliquijs, aut Rom. Põtifex, aut certe nullꝰ eſt. Nam cùm præter ſingularẽ illã ſuam in vniuerſum orbẽ auctoritatẽ totiꝰ Occidẽtis ille ſit, & ſemper fuerit Patriarcha: ratio poſtulare videtur, vt citra illius cõſenſum nulla in Europa œcumenica Synodꝰ aut haberi, aut rata eſſe debeat. Ita aut nulla, aut quãtula quæſo iam eſt Cæſaris iniuria; ſi Romanus potiſſimùm Pontifex maiorum more ſe hic interponat. quam, ſi tamen aliqua aliquando iniuria fuit, iam olim tam inueterata conſuetudo, cuius ille præſcriptione tutus eſt, penitus aboleuit.

Concil. indicẽdi poteſtatẽ hodie penes Rom. Pontificem eſſe ſine vlla Cæſaris iniuria.

Iniquè igitur faciunt Apologetici, qui mero illius ſedis, & Catholicæ veritatis odio, nulloque Cæſaris ſtudio (hanc enim reliquis regibus poteſtatem, perindè ac Cæſari tribuunt) Romanum dũtaxat Pontificem ab hac eadem, quam ſolus optimo ſibi iure vindicare poteſt, iuriſdictionis prærogatiua ſubmouent. Qua in re licet regibus gratificari videri velint; caueant tamen, ne, dum hanc rationem ſequuntur, vt; quia hæc poteſtas ante mille annos Imperatoribus competebat, Romanum Pontificem ea excludendũ putent; Reginæ quoque noſtræ & aliorum Regum, qui olim Romano imperio ſuberant, ius grauius, quam putarint, conuellant. Neque enim multi, credo, principes tales aduocatos habere deſiderant.

Apologetici eorum odium in ſedem Apoſtolicam.

Apologetici dum per fas & nefas ſuam Rom. Pontifice auctoritatẽ eripere conatur, Regum etiã iura tacitè conuellunt.

Sed vt verè, quod ſentio, & quod res eſt, dicam; iſti nec Ferdinandi, nec aliorum Regum, ſed ſuam, & hæreſeos ſolius cauſſam his rationibus promouendam ſuſcepere. Neque hæc differunt; quod vllam Tridentinæ Synodi, ſi eam Carolus aut Ferdinandus indixiſſet, maiorem rationem eſſent habituri; ſed vt Romanos Pontifices Cæſari, & regibus inuidioſos faciant, atque ita aditum ſibi quendam ad hæreſes ſuas propagandas, veteri Eccleſiæ diſciplina ſemel perturbata, faciliorẽ comparent. Neque dubium eſt, quin ſimili contemtu patrum horum decreta reijcerent, quantumuis à Concilio promulgãdo Romanus Pontifex abſtinuiſſet, illudque omne munus Cæſari permiſiſſet: quippe qui Nicænæ, Epheſinæ, & Chalcedonenſis Synodi, canones (in quibus Synodis Imperatorum auctoritatem viguiſſe clamitant) non modo violant, ſed & violandos docent, & acerbis conuicijs lacerãt. Atque vtinã apud iſtos præclara illa Martiani vox aliquid obtineret; *Iniuriam, inquit, facit iudicio reuerendiſſimæ Synodi, ſi quis ſemel iudicata, aut rectè diſpoſita, reuoluere, ac publicè diſputare contenderit.* Obſeruent itaque primùm, quæ ſanctæ vel à veteribus, vel à Tridentina nuper Synodo decreta ſunt; & illuſtriſſimæ memoriæ Caroli atque religioſiſſimi quoque ipſius fratris Ferdinandi:

Apologetici quid moliantur, dum Cæſari & alijs Regibus ius Cõcilij indicendi deferunt.

Martiani Imperatoris vox præclara de concil.

L. nemo co. de ſumma Trinitate.

præclara exempla in hac Synodo colenda imitentur: & tum,ſi velint,de Iure Imperatoris diſſerant; & de iniuria quoque,ſi quã probare potuerint, illi facta querantur. Quam ſi probarent (quod nunquam credo futurum eſt)nihil dubito tam pium Imperatorem paci potius & vtilitati Eccleſiæ,quàm ſuo honori, qui nunquam, aut niſi leuiter certè hac in re imminui poteſt,conſulturum: & recordaturum cùm cetera, tum & illud; Romani Pontificis potiſſimum beneficio,hoc,quod hodie reſtat, Imperium in Germaniam olim perueniſſe.Nec dubito eum,etiamſi Conciliũ ex more veterũ indiceret,nihil ea in re ſine Romani Pontificis conſenſu acturum; & tam æquis auribus Romanum Epiſcopum hodie auditurũ, atq; audiuit olim pius & celeberrimus Martianus Leonem illũ ſanctũ Pontificem, qui non ſolùm miſit qui Epheſinæ Synodo præſiderent,ſed Martiano etiam quos præfeciſſet, datis ad ipſum litteris ſignificauit: denique,vt ſanctus ille Pontifex de Martiano ſcribit,*non conuocaturum Concilium, niſi beatiſſimi Petri iure atque honore ſaluo*.Sed nos iam ad Nicænos noſtros canones,propter quos omnia iſta agitantur, reuertamur. Cùm itaque ex tantis & tam amplis teſtimonijs tot Nicænos canones deeſſe; & ex ijſdem canonibus Epiſcopis Romam prouocandi ex omni prouincia poteſtatem datam docuerimus; quid obſtat, quin credamus Sardicenſem Synodum illum ſuum canonẽ ab eis habuiſſe? cùm præſertim & reliquorum patrum monumenta, & Eccleſiæ ſemper vſus, id ita perpetuò obſeruatum teſtentur. Imò quid obſtat, quin verus ſit Nicænus canon, non ille modò, quem iſti in epiſtola Iulij non ferunt; ſed vnus etiam alter, qui hactenus deſideratus eſt; quique multo ampliora Rom. Põtifici defert: quẽ his nobis verbis vir quidã doctiſſimus nuper exhibuit. *Vt autem cunctis ditionis ſuæ nationibus imperat Patriarcha, & leges indicit; & vt à principio Petrus Chriſti vicarius religioni, Eccleſiis, ceterisq; ad Chriſtum rebus pertinẽtibus præfectus, principum Chriſtianorum, prouinciarũ, & omnium gentiũ Dominus & rector erat; ita ille cuius principatus Roma eſt, Petro ſimilis, & auctoritate par, patriarcharum omnium dominatum & principatum obtinet. Huic ſanctioni ſi quis repugnauerit, & obſiſtere auſus fuerit; totius Synodi decreto anathemati ſubijcitur.* Quid igitur iã Magdeburgẽſes & Apologetici ex iſta ſua cõtra Nicænos canones oblatratione aliud quàm anathema, idque à Nicænis patribus ſibi acquiſierint? Qui quo magis poſt 1300. ferè annos eorum auctoritatem & memoriã obliterare conãtur; eo illi illuſtriores quotidie reddũtur, cùm & Arabicè cõſcripti nuper reperti ſint, in quibus ea continentur, propter quæ iſti Epiſtolã Iulij commenticiam eſſe volunt. En igitur tibi tandem illum, quẽ tam anxiè quæſiuimus, Nicænum canonem. Iã demum intelligis, quò ſpectãt illa, τὰ ἀρχαῖα κρατείτω: *Vetera*, inquiũt patres, *obtineãt*. qui de his & alijs id genus Romanæ ſedis priuilegijs ſine dubio

Epiſt 47. & 49. ad Martianum.

De canonibus Nicænis.

Francis. Tur. Dogm. charact. lib. 3.

Can 44. Nicæni Concilij de Romani Pontificis principatu.

Turrianus lib. 3 Dog. Charact.

ea accipi voluère. Quæ quidem priuilegia, cum propter beatorũ Apoſtolorum Petri & Pauli reuerentiam, tum propter illam, quam dixi, Chriſti promiſſionem, erant in vniuerſo orbe Chriſtiano tam certa, tam firma, ac inuiolata, vt ab eorum firmitate reliquis quoq; Epiſcopis ſua conſeruanda, præſertim Alexandrino, Antiocheno, atque Hieroſolymitano, Nicæni patres conſtituerint. Atque hìc opportunum erit ſexti canonis Nicæni verba eo modo in medium afferre, quo ſunt è Græco in Latinum non heri, aut nudiuſtertius, ſed circiter mille abhinc annos, à Dionyſio, de quo ante mentionem iniecimus, Abbate, *Scytha quidem natione* (vt Caſſiodori verbis vtar) *ſed moribus Romano, in vtraque lingua tam bene docto, vt quoſcunq; libros Græcos in manibus acciperet, Latinè ſine offenſione tranſcurreret; iterumq; Latinos Attico ſermone legeret, vt crederes hoc eſſe conſcriptum, quod os eius inoffenſa velocitate fundebat*. Fuit præterea in illo *cum ſapientia magna ſimplicitas, cum doctrina humilitas, cum facundia loquendi parcitas*. Harum igitur virtutũ & literarũ nomine maiorem fidem illius interpretatio meretur; quę quidem ad rem, de qua agimus, illuſtrandam plurimũ valet. Canon enim ille vulgo ſextus, ſed in hac Dionyſij interpretatione decimus, cui titulus eſt inſcriptus; DE PRIMATV ROMANÆ ECCLESIÆ; his verbis exprimitur: ECCLESIA ROMANA SEMPER HABVIT PRIMATVM. *Teneat autem & Aegyptus Libyæ & Pentapolis; ita & Epiſcopus Alexandriæ harum omnium habeat poteſtatem; quoniam & Romano Epiſcopo hæc eſt conſuetudo. Similiter autem et qui in Antiochia conſtitutus eſt. Itaque & in ceteris prouinciis priuilegia ſalua ſint Eccleſiarum.* Hic velim animaduertas diſertè affirmari *Eccleſiam*, ſed quam? *Romanam*; & eam quidem habuiſſe, ſed quid? *Primatum*. At quam diu? *Semper*. Verũ hic fortaſſe quæres, vbi deliteat hæc Nicænorum canonum interpretatio tam antiqua, vnde eam ſim nactus. Iſtum ſane theſaurũ è tenebris nuper primus eruit vir præclarè doctus, ad inſtaurandã veterum Theologorũ Bibliothecã natus, Iacobus Pamelius, quem vt is mecum, qua eſt humanitate, ſponte ſua communicauit; ita ego nunc libentiſſimè tecum: vt hinc etiam intelligas alia fuiſſe Nicæni Concilij, quàm nunc vulgo circũferuntur exemplaria, eaque ab his tum in ordine, tum in numero canonũ diuerſa. Nam in hac Dionyſij interpretatione recenſentur canones quadraginta ſeptẽ; quorum viginti in Gręcis tum exẽplaribus defuiſſe, teſtãtur hęc ibidem verba, quæ canonem viceſimũ ſeptimum conſequuntur: *Item quæ in Græcis non habentur, ſed in Latinis codicibus reperiũtur*. In horũ autem ſerie canones triceſimus, & triceſimus quartus inſcribuntur, alter DE APPELLATIONIBVS AD EPISCOPVM ROMANVM: alter, DE RETRACTANDA SYNODO PROVINCIALI PER VICARIOS EPISCOPI VRBIS ROMÆ, SI FVERIT APPELLATVM. Sed illud tamen hic non reticebo, quæ in Græcis

D 5 deſide-

Priuilegia Apoſtolicæ ſedis quã firma olim habita fuerint.

Ep. 7.

Caſſiodor. libro inſtitut. diuin. lect. cap. 23.

deſiderantur, ea conuenire cum canonibus Concilij Sardicenſis. Vnde ſuſpicari quiſpiam poſſet canones duarũ Synodorum, Nicęnę videlicet, & Sardicenſis incuria ſcriptoris imprudenter in vnũ confundi. Sed huic videtur obſtare clauſula in extremo quadraginta ſeptem canonum appoſita, quæ teſtatur, CANONES SIVE DECRETA CONCILII NICÆNI, nulla omnino Sardicenſis mentione facta, ibi terminari. Atque hinc fortaſſis non abſurdè quis exiſtimauerit, canones vtriuſq; concilij olim inſtar vnius fuiſſe habitos; vel, quod veriſimilius mihi videtur, in Sardicenſi Concilio ea Nicænarum conſtitutionũ capita, quæ rabies hæreticorũ in pleriſque exemplaribus eraſit, & deleuit, quaſi ſub incudem fuiſſe reuocata; et ne in deſuetudinem atq; obliuionem penitus abirent, nouis ſuffragijs confirmata. Quorum ſiue hoc, ſiue illud quis admiſerit; Romani certè Pontifices vtroque nomine ab omni, quod Magdeburgenſes nefariè illis intentant, mendacij crimine vindicantur. Codex verò, in quo hæc Nicæni Concilij interpretatio deſcripta eſt, in Bibliotheca D. Vedaſti Atrebatenſi ſeruatur, qui eam antiquitatis ſpeciem refert, vt cenſeatur ab illis, qui iudicare de eo poſſunt, annis abhinc plus minus octingentis fuiſſe exaratus. Et vt hæc Dionyſij interpretatio maiorem apud te habeat auctoritatem nulli obnoxia ſuſpicioni, ſcito illum ipſum ſextũ canonẽ à Paſchaſino, qui Leonis primi in Chalcedonenſi Synodo Vicarius fuit, eiſdem quaſi verbis eſſe citatum. *Trecentorum decem & octo*, inquit, *Sanctorum Patrum Canon ſextus* : QVOD ECCLESIA ROMANA SEMPER HABVIT PRIMATVM. *Teneat autem & Aegyptus &c.* *Chalcedon. Concil. act. 16. pag. 938 col. 1. & 2.* Quem primatus honorẽ reliqui in eadem Synodo patres Epiſcopo Romano delatum palam conteſtātur. Caue verò ne hoc, quod de Atrebatenſi codice retulimus, reſciſcat Illyricus tuus, ſi illũ ames; quia verendum eſt, ne animi dolore contabeſcat, & à deliratione, qua ſemper ferè hactenus laborauit, ad deliquium ſiue defectionẽ animæ, à Græcis συγκοπὴν appellatam, progreſſum faciat, eò quòd has antiquitatis reliquias, ne in Catholicorũ manus vnquam veniirent, non interceperit, quemadmodũ aliquot alias, & in primis illas Concilij Francofordienſis de imaginibus, quas audio eum vel ſceleratè aboleuiſſe, vel malignè ſupprimere, ne ſi in publicum aliquando proferrentur, non ab eo deprauatæ, ſed quales reperit, ipſius perfidia & impietas orbi terrarum iam diu nimium nota magis innoteſceret. Caueant igitur omnes Bibliothecarũ præfecti ab iſtiuſmodi harpyis rapacibus, quæ vnguibus ſuis aduncis in rariſſima quæq; inuolare, eaq; diripere, vel immundo ſaltem cõtactu ſuo fædare ſolent. Famelicæ ſunt, & proinde ingluuiem ſuam inexplebilem vt via compendiaria ſatient, huiuſmodi libros reconditos non exſcribunt, ſed exſcindũt, & Bibliothecas non poliũt, ſed ſpoliant, ne quid theſaurorum reconditorum, quantũ in ipſis eſt, ſuperſit,

peſſit, quibus Eccleſia Catholica iuuari poſſit & ornari, quam ipſi modis omnibus deformare moliuntur. Sed vt reuertar ad propoſitum, vides rem iam eò eſſe deductam, vt nemo veritatis ſtudioſis inficiari poſſit, Romanum Pontificem tum aliunde, tum Nicænæ & Sardicenſis Synodi conſenſu, ita omnibus aliis Patriarchis nedum Conſtātinopolitano, eſſe præpoſitum, vt nullus eorum, hac ex parte, cum ipſo conferri poſſit. Cęcutiunt igitur Apologetici in meridie, dū, neſcio quam, æqualitatem excogitant. Aut ergo illum ſuū canonem Sardicenſes à Nicænis, quod veriſimile eſt, mutuati ſunt, eundemq; (vt fit) renouarunt, aut certè ſi verbis, non mente tamen, ac ſententia patrū Nicænorum hac in re deficimur. Sic vndique Carthaginenſes patres conſtringuntur, vt elabi nullo modo poſſint. Quod ſi nec iſta præfractis hominibus ſatisfaciant, ſaltem id ab eis, quod ratio poſtulat, impetremus; ne plus Carthaginenſi Synodo, quàm reliquo orbi tribuant. Quam vt ſe finibus ſuis contineret, & quantūuis ampla, in rebus tamen perplexis in Apoſtolicę & Romanæ ſedis iudicio potiſſimùm acquieſceret, ſi non antiqua Eccleſiæ (de qua diximus) regula, quæ ſtatuit; ne præter Romanæ ſedis auctoritatē, rata ſint Concilia; certè vel fœdus ille totius Africanæ, ac frequētiſſimæ Synodi (cui B. Martyr Cyprianus interfuit) error admonere graui atq; domeſtico documēto abundè debuiſſet. Nam & hanc Synodū, ſi iſta ad hunc modum egerit, graui errore implicatam fuiſſe nihil dubito.

Non plus tribuendum Carthaginenſi Synodo, quàm reliquo orbi Christiano.

Gratianus lib. 5. cap. 10

Non eſſe credibile Auguſtinum cum reliquis patribus Africanis in ſexto Concilio Carthaginenſi ſic egiſſe, vt Magdeburgēſes ſcribūt. Praterea varia patrū illius ſaculi, quo habita eſt ſexta Carthaginēſis Synodus, præſertim Chryſoſtomi, Cyrilli, & Auguſtini proferūtur teſtimonia, quæ Magdeburgēſes ne attingere quidem voluerunt.

CAP. XIII. CRITOBVLVS.

VIDERIS mihi huius Concilij actiones in dubium ac incertum reuocare. IREN. Certè, vt, quod ſentio, apud te liberè profitear, Punicam licet alioqui famoſam non habeo ſuſpectam, ſed Græcam illā potiùs fidem atque leuitatem. Et vereor, ne hic quoq; illud, quod prius recenſui, obtineat.

Punica fides famoſa.

Græca fides ſuſpecta ſuper crimine falſi in hiſtoria Carthag. Concilij deſcribenda.

——*Et quicquid Græcia mendax Audet in hiſtoria.*

nē ue hanc de Nicænis canonibus narrationem, tanquam bellam fabulam Africanæ Synodo attexuerit. Quis enim vnquam crederet ducentos & amplius patres (tot enim ei Concilio interfuiſſe iſti aſſerunt) & inter eos Auguſtinum, aut tam negligentes, vt illam Iulij (de qua ex Athanaſio diximus) Epiſtolam, ac Synodum totam Sardicenſem, cui tot Africani patres ſuum ſymbolum dederunt, recēti & viuā adhuc eius memoria ignorarint; aut tam pueriles fuiſſe, vt cætera omnia tantæ, quanta maxima poteſt eſſe in Eccleſia, auctoritatis,

Rationes tantū non neceſſaria, quibus oſtenditur veriſimile non eſſe Aug. & patres Africanos in Concil. Carthag. Pontificis Romani auctoritatem ſic imminuiſſe, vt Magdeburg. aſſerūt.

auctoritatis,non ob aliud reiecerint,quàm quòd eadem certis verbis per canones Nicænos non ſint cauta ac prouiſa? quaſi totam Eccleſiæ auctoritatem in Nicænos illos canones, velut formulam quandā concludi oporteat; qua qui cadat,cauſſa quoq;,vt olim antiquo iure,cadere debeat.Quis iam ferat craſſiſſimę ignorātię illam vocem in tot & tantis patribus,qua clamant;in nulla vnquam patrū Synodo conſtitutū, vt talem ſibi Romanus Pontifex auctoritatem aſſumeret? Vbi illa Auguſtini & reliquorū prudentia,qui Conſtantinopolitana & Alexandrina illa exemplaria pro puris & ſinceris, quibus nihil deeſſet,exoſculātur? Quæ mutilata ac quaſi decurtata fuiſſe res ipſa clamat,atque ipſa Africana Synodus docet ex canone illo; Ne quis niſi ieiunus ſacrificet. Cur non ſua lege ſuiſq; verbis Auguſtinus conſtringeretur? Is in alia cauſſa ad Iulianū ſcribens, apud quem voluit Innocentij auctoritatem (ſub quo hæc quęſtio agitata eſt) eſſe grauem; *Quid potuit*, inquit, *vir ille ſanctus Africanis reſpondere Concilijs, niſi quod antiquitus Apoſtolica ſedes & Romana cum cæteris tenet perſeueranter Eccleſia*? Quid faceret, quid diceret Auguſtinus, ſi hæc eius verba Iulianus ad Innocentium de eo, quod in præſenti Nicænorū canonum cauſſa ei obiicitur, falſi crimine purgandū retorqueret? An Innocentius illic Innocentius fuit, hic verò nocens & improbus redditus eſt? Certè cùm doctiſſimi quique ex omni Græcia, & inter eos Beſſarion Concilio Florentino interfuiſſent, & inter alia ad ſuam ipſorum fraudem & improba corrūpendi patres conſilia tegenda iactarent Nicænū canonem per Romanos Pontifices deprauatum: Ioannes vir doctiſſimus reſpōdit, nullum eos vnquā eius criminis fide dignū teſtē proferre potuiſſe; fuiſſeq; illos quos ab Oriēte acceperāt,canones mācos,mutilatos, atque corruptos,idq; ipſos Africanos ſatis cognouiſſe. CRIT. Si mihi iam probares Africanos his temporibus patres, tam ſplēdidè de Romani Pontificis auctoritate ſenſiſſe,quàm illi, quos hactenus recitaſti, maximè Auguſtinus:nihil ſupereſſe videretur,quin exiſtimarem hanc Synodū(vt olim ceſſit illa Cypriani)tam illuſtri totius orbis auctoritati cedere debere; aut potius iſta, quę iam magnificè à Magdeburgenſibus & Apologeticis de Synodo iſta venditantur, non omnino ſiniſtra aliqua fraudis alicuius opinione carere. Sed, vt credo,nullam præ alijs Epiſcopis pręrogatiuam Romano Pontifici Auguſtinus defert. Nihil enim huiuſmodi ex Auguſtino proferunt Magdeburgenſes: verū ex aliis hoc quinto ſæculo ſcriptoribus,plurima;quos vt adulatores,ſicut diximus,reiiciunt. IREN. Reiiciunt quidem,vt dicis, ſed cur optimi & ſinceri ſcriptores, cur ſanctiſſimi Epiſcopi, cur deniq; principes viri ad gratiam Romanorum Pontificū turpiter mentirentur; nihil iſti quidem dicūt,nec dicere poſſunt: Alioqui eadem ſunt Socrates,Sozomenus, Theodoretus,homines Græci, & Chalcedonenſis Synodus(de quibus iam diximus

In epiſt. Synodi Africanæ ad Caleſtinũ.

Conſtantinop. & Alexandrina Nicænorum canonū exēplaria fuiſſe mutila.

Carthag. cōc. 3. canone 4. Apud Balſamonem canon. 51.

Auguſtini de Innocentio teſtimonium.

Lib 1. cōtra Iulianum. cap. 2 in editione Lugdunenſi anno Do. 1562 tom. 7.

Concilium Florentinum. Beſſarion.

Seſ. 20. pag. 441.

Nullus fide dignus ſcriptor vnquā tradidit Nicænos canones à Romano Pontifice fuiſſe corruptos.

Cent 5 cap. 7 pag 774. & 775.

iam diximus) cur [1] Euagrius homo Grecus, & tam longè remotus in eadem Synodo deſcribenda cum mendacio & veritatis iniuria eis adularetur? Cur [2] Turibius, vel (vt in quibuſdam libris legitur) Turbius Aſturienſis, cur [3] Tarraconenſes Epiſcopi, cur Synodus [4] Vaſenſis, cur deniq; [5] Galla Placidia, cur [6] Valentinianus Imperator, & alij, quorum ipſi teſtimonia contra ſe producunt, paraſitos ſe Romanorũ Pontificum tam indignè facerent? Qua nobili Dialectica non ſolùm huius ſæculi patrum, ſed & ſuperiorũ quaſi vno ad omnia reſponſo defuncti poſſent teſtimonia obruere. Sed vt hos prætermittam; an & reliqui quoq; quinti ſæculi Patres beneuolentiam eorum turpi aſſentatione colligere voluerunt? atq; inter eos Græciæ lumen Chryſoſtomus? qui ait, *patrem vnigeniti Hieremiam; Chriſtum verò vniuerſo terrarũ orbi Petrum præpoſuiſſe.* Quem *paſtorem* & *caput* Eccleſiæ, *magiſtrum totius orbis, os Apoſtolorum, atque principem,* & totius conſortij verticem appellat; & ab eodem Iacobum iuſtũ Hieroſolymis Epiſcopum fuiſſe deſignatum ſcribit: vt quod [2] alij Petro, Iacobo, & Ioanni; id [3] Chryſoſtomus ſoli Petro, vt aliorum principi, tribuat. CRIT. Sed non fuit (niſi ego valdè fallor) Chryſoſtomi ea mens, is animus, vt hãc tam amplam Petri poteſtatem ad cæteros quoque Romanos Epiſcopos delatam iudicaret. [4] Imo nec ſoli Petro, ſed & reliquis Apoſtolis, Paulo præſertim, totum orbem eſſe commiſſum aſſerit. [5] Ambroſius certè de Petro & Paulo diſſerens, quem cui præferat, neſcit; vt qui ſint, quemadmodũ ille ſcribit, æquales. IREN. Hanc tuam orationem Chryſoſtomus nõ verbis modò (quæ iam audiſti) ſed & factis refutauit. Neq; enim ſolius Petri, ſed ſucceſſorum etiam eius, & cum primis Innocentij [6] (quem iſti Nicænos canones, quaſi ſacras Eccleſiæ tabulas adulteraſſe fingunt) in totum vndique orbem latè diffuſam auctoritatem agnouit: cùm ab eodem poſtularet, vt ille pro dignitatis ſuæ amplitudine, ſimul eum in ſedem, à qua iniuſtè deiectus fuerat, reponeret, ſimul aduerſarios eius, qui hanc illi iniuriam intulerant, anathemati ſubiiceret. Quod Chryſoſtomi votum nõ fuiſſe irritum, paullò pòſt euentus comprobauit. [7] Reſcidit enim Innocẽtius, quidquid aduerſus Chryſoſtomũ Theophilus, totius huius turbæ choragus egerat. Quem vnà cum Arſacio, qui in locũ Chryſoſtomi ſuffectus eſt, exauctorauit: nec eos modò, ſed Arcadium quoq; Imperatorem & coniugem, quòd Chryſoſtomũ in exilium ablegaſſent, anathemate deuouit. Atque hîc tu inter alia animaduerte, [8] quòd eundem Theophilum Innocentius ad œcumenicam Synodum, vt iuxta Nicænos canones actorũ ſuorum rationem redderet, euocauit. Quod argumento eſſe poteſt, tum Romani Pontificis auctoritatem non fuiſſe per decreta Nicæna, vt iſti fingũt, in ordinem redactam; tum plures extitiſſe canones Nicænos, quàm quos iſti prætendunt. Neque verò diffitemur reliquis Apoſtolis,

& Paulo

1 Libro 2. cap. 16.
2 Epiſt. Leonis 9.
3 Epiſt. ad Hilarium.
4 Can. 4.
5 Epiſtol. ad Pulcheriam & ad Theodoſium.
6 Epiſtol. ad Theodoſium.
Cent. 5. cap. 7. pag. 774. & 779.
In Matth. Homil. 55. & vlt. in Ioannem.
2 Euſeb. li. 2. cap. 1. & 23.
3 Homil. vltim. in Ioan.
4 Hom. 2. de laud. Paul. Homil. 18. ad Rom. & Homil. vlt. in Ioannem.
5 Serm. 66.
6 Cent. 5. cap. 7. pag. 775.
7 Pallad. in vita Chryſ. Nicephor. lib. 13. cap. 32. & 34.
8 Pallad. in vita Chryſoſtom.

Euagrius.
Patres quinti ſæculi.
Chryſoſtomi de Romani Pontificis principatu teſtimonia.
Obiicitur.
Ambroſius.
Refutatur.
Canon Nicænus.

& Paulo vniuerſum orbem fuiſſe cōmiſſum. Quod vt ita eſſet, illorum ten p rũ ratio, & prima naſcētis fidei incunabula omnino flagitabant. Sed vt hoc, ſingularem Petri ci. in alios, tu in ipſos, quorum erat caput, Apoſtolos auctoritatem nihil imminuit: ita nec illud Ambroſij, qui Petrum & Paulu, *aquales* quidam facit *meritu* (hac enim voce vtitur) non autoritate. Aperte ſanè ibidem fatetur, vtrũque *percepiſſe claues*, ſed Paulum *Scientia*, Petrum verò *Potentia*. Hîc verò diſſimulare non poſſum, Oecolāpadium, vt veriſimile eſt, Romanæ ſedis odio adductũ, ea, quæ ex Chryſoſtomi in Ioannem cõmentariis recenſuimus, in interpretatione Theophylacti (qui vt in aliis ferè, ita & hîc Chryſoſtomũ ſequitur) de industria prætermiſiſſe. Nam quod cauſatur, ea ſe in ſuo exemplari non reperiſſe, haud difficulter crederem ita eſſe, ſi ea aut in aliis non apparerent, aut ſi nō conſtaret ſummo in eā ſedē odio atq; inuidia Oecolampadium flagraſſe, & in Græcorũ ſcriptis transferendis non bona ſemper fide verſatũ eſſe. CRIT. Indignũ certè facinus. Verũ enimuero cupidè Cyrilli de Romanę ſedis auctoritate ſententiam (quoniā & ille partes ſuas egit in hac ſexta Carthaginenſi Synodo) audirē. IREN. Imo iam hodie audiſti, cũ tibi Epheſinam Synodũ proferrem. Cyrillus enim non modò adfuit, ſed & præfuit rebus omnibus, Cæleſtini abſentis vicariũ, vt dixi, munus ſuſtinēs. Ex qua occaſione factũ eſt, vt Alexandrinus poſtea Epiſcopus *iudex vniuerſi orbis* diceretur: qua de re aliquā antea mentionē fecimus. Sententiam verò, quā in Synodo viuę vocis ſuffragio pręſens probauit, poſtea ſcriptis quoq; confirmauit, & ad poſteritatē tranſmiſit. In quibus Petrũ *principem & caput* Apoſtolorũ appellat. Alibi verò: *Nulli*, inquit, *alij*, *quā Petro*, *Chriſtus*, *quod ſuũ eſt plenũ*, *ſed ipſi ſoli dedit*. Et rurſus, *Pedes Chriſti humanitas eſt*, *ſcilicet ipſe homo*, *cui tota Trinitas pleniſſimā dedit poteſtatē*, *quem vnus trium aſſumpſit in vnitatem perſona*, *tranſuexit ad Patrē ſuper omnem principatũ & poteſtatem*, *vt adorent eum omnes angeli Dei*, *quem totũ dimiſit per ſacramentum & poteſtatē Petro & Eccleſia eius*. Ad hęc: *Petro*, inquit, *omnes iure diuino caput inclināt*, *& primates mundi tanquā ipſi Domino Ieſu obediunt*. Præterea; *debemus*, inquit, *nos*, *vt qui membra ſimus*, *capiti noſtro Pontifici Romano*, *& Apoſtolica ſedi adhærere: ad nos pertinet inde quid credendum*, *quid opinādum*, *quid tenendũ ſit quærere*; *quoniā ſolius Pontificis ſit arguere*, *corrigere*, *increpare*, *ratum facere*, *diſponere*, *ſoluere & ligare*. Vides igitur nihil opus fuiſſe Romanis Epiſcopis ad Nicænos canones, quaſi ad vnicũ præſidium confugere; multoque minus eoſdem nefariè conſpurcare, & corrũpere pro ſua dignitate amplianda; cùm diuino iure ſit ea ſatis confirmata. Vides ridiculā & ſtupidam plane eſſe Magdeburgenſium tuorum, atque Africanorum, (ſi res ita geſta eſt, vt Magdeburgenſes tui præ ſe ferunt) collectionem; qua Nicænos Canones per Cyrillum Romanis ereptos tanto pere gl rientur: qui vltro illis ampliora defert ex

Sermon. 68.

Oecolāpadius.

Cyrilli de Rom. Pontificũ auctoritate teſtimonia.

Niceph lib. 14. cap. 34.

Lib. 11. in Ioannē. cap. 64. in illa verba: Tu verò conuerſus. Luc. 22.

Cyrillus in libro Theſaurum.

ſacrarũ

ſacrarum ſcripturarũ auctoritate, quam quicquid eſt, quod illi ex Nicæni canonibus ſibi vindicabant. Quod ſi reſpondeas, hanc hodie Cyrilli auctoritatem in libris noſtris non apparere; certè vt aliorum, ita & Cyrilli libri, & vt ex aliorum quæ exſtant ſcriptis multa, ita & in Cyrilli quædam deſiderantur; quæ nobis partim edax vetuſtas, & varij humani caſus, partim maligna hominum ingenia eripuerunt. Cuius rei ſi non aliud, illud certè nobis fidem certiſſimam poteſt facere; quod cùm hodie quatuordecim tantùm Theſaurorum libri vulgo circumferantur; apud [1] veteres tamen trigeſimus ſecundus recenſeatur. Ab hæreticis verò hos [2] Cyrilli libros mutilatos, & quæ in eis ad Romani Pontificis auctoritatem pertinebant, quemadmodum & quę in cõmentariis Theophylacti ſuper Ioannem, & quædam in Concilio Chalcedonenſi, eraſa fuiſſe docti conqueruntur. Nec ſolùm Latini hanc eius auctoritatem, ac inter alios doctiſſimus ille Cardinalis [3] Ioannes de Turre Cremata, qui Baſilienſi Concilio interfuit, & ante eum [4] Auguſtinus Anconitanus, & [5] Thomas Aquinas principes ſuæ ætatis Theologorum libris ſuis inſeruerũt; ſed etiam Gręci in Ferrarienſi Concilio vltro Cæleſtinum, de quo diximus, Epheſinæ Synodo per Cyrillũ pręſediſſe faſſi ſunt, & cum Latinis de Romani Pontificis amplitudine conuenerunt. Et cùm Andreas Coloſſenſis Epiſcopus Cyrillum in Theſauris Romani Pontificis auctoritatem plurimum extuliſſe diceret, nemo omnium ei refragatus eſt. Imo Gennadius Scholarius patriarcha Conſtãtinopolitanus, qui interfuit etiam in Synodo Florentina, in opere quod Græcè pro Latinis contra Græcos ſcripſit de quinque capitibus (è quibus vnum eſt, de primatu ſummi Pontificis) eadem, etiamſi fortè non omnia, quæ iam adduxi, ex Cyrillo citat teſtimonia. Quæ Græcus ipſe contra Græcos nunquam fuiſſet Grecè prolaturus, niſi compertum ei fuiſſet, ea in Cyrilli libris reperiri; ne cauſſam bonam, quam tuendam ſuſceperat, ſuſpicioſo vel falſo teſtimonio deteriorem redderet. Sed tam ſplendidum veritatis lumen per Cyrillum & Chryſoſtomum è Græcia hoc tempore affulgens, caligantes & luſcioſi tui Magdeburgenſes videre non potuerunt: Adeo oculos in ſola Africa defixerũt; in ea tantúmodo, vt olim Donatiſtæ propter Anabaptiſmum, ita iam odio Romanæ ſedis Eccleſiã concluſam ementientes: Et cũ reliqui omnes ſcriptores, patres, Epiſcopi, turpiter ſe hoc ſæculo ad Romani Pontificis pedes abieciſſent, perq; omnia aſſentari ſibi imperaſſent; ſolũ Auguſtinum cum Africana ſua Synodo nihil ad gratiam & volũtatem eorũ aſſentatoriè ſtatuiſſe, aut ſcripſiſſe. Sed amabo te? quid eſt cur Auguſtinus, aut alij hoc ſæculo Africani à maioribus ſuis, pręſerti n Tertulliano & Cypriano, (vt nihil de reliquis dicã) degenerarint? An & illos quoq; ad iſtam aſſentationem eruditos clamabũt? Romanæ certè ſedis dignitatem nemo ex

Cyrilli libri ab hæreticis mutilati.

Trigeſimus ſecũdus liber Theſaurorum Cyrilli citatus in ſexta Synodo.

Ioan. de Turre Cremata.

Auguſtinus Anconitanus.

Thomas Aquinas.

concilium Ferrarienſe.

Gennadius Scholarius.

1 Syn. ſext. Act. 10. Tom. 2 Concil. pag. 338

2 Mel. Iuer. Can. de locis Theolog. lib. 6 cap. 5. Greg. lib. 5 epiſt. 14. ad Nauſem comitem

3 In ſumma de Eccl. & in apparatu ſuper decreto canonum Græcorũ in Concil. Florẽtino.

4 In lib. 6. de poteſtate Eccleſiaſtica

5 In opuſc. [illegible] errores Græcorum. Vide lib. 5 7 [illegible] 8. pag. 381. 401. 402. 408.

nemo ex omnibus patribus plenius, aut luculẽtius vno Auguſtino explicat: neque eam quiſquam magnificentius ornat, aut magis ab iſta, quam iſti ei tribuunt in Carthaginenſi Synodo, ſentẽtia diſſidet. Quare cùm Pelagium & Cęleſtium aliquot in Africa Synodi damnaſſent; non tamen ab his, ſed ab *Innocentio & Sozimo illos toto orbe Chriſtiano damnatos* ſcribit. Quaſi Africanorum ſolius Africæ terminis; Romanæ verò ſedis poteſtas non aliis quàm totius orbis Chriſtiani finibus circumſcriberetur. Ac propterea Auguſtinus non Africanas Synodos, ſed Apoſtolicę ſedis litteras, ſententiamq; potiſſimùm eis proponit, quos, ne in errorem inciderent, aut munire, aut iam lapſos emendare cupiebat. Auguſtinus eſt qui ſcribit; *Non debere nos dubitare eius Eccleſiæ gremio condere, quæ vſq; ad confeſſionem generis humani ab Apoſtolica ſede per ſucceſſiones Epiſcoporum, fruſtra hæreticis circumlatrantibus, & partim plebis ipſius iudicio, partim Conciliorum grauitate, partim etiam miraculorum maieſtate damnatis, culmen auctoritatis obtinuit. Cui nolle primas dare, vel ſummæ profectò impietatis eſt, vel præcipitis arrogantiæ.* Et ne dubites eum de Romana Petri cathedra ſentire; audi quid in eandem ſentẽtiam alio loco ſcribat: *Multa,* inquit, *in Eccleſiæ gremio me iuſtiſſimè tenent. Tenet conſenſio populorum atque gentium: tenet auctoritas miraculis inchoata, ſpe nutrita, caritate aucta, vetuſtate firmata: Tenet ab ipſa ſede Petri Apoſtoli, cui paſcendas oues poſt reſurrectionem ſuam Dominus cõmendauit, vſque ad præſentem Epiſcopatum ſucceſſio ſacerdotum: Tenet poſtremò ipſum Catholicæ nomen, quod non ſine cauſſa inter multas hæreſes ſic iſta Eccleſia ſola obtinuit; vt cùm omnes hæretici ſe Catholicos dici velint; quærenti tamen peregrino alicui vbi ad Catholicam conueniatur, nullus hæreticorum vel Baſilicam ſuam vel domum audeat oſtendere.* In qua Petri ſede Anaſtaſiũ & alios ſuo tempore Romanos Pontifices ſediſſe affirmat. *Cathedra,* inquit, *quid tibi fecit Eccleſia Romana, in qua Petrus ſedit, & in qua hodie Anaſtaſius ſedet?* Cui nos frementibus quamuis Magdeburgenſibus & Apologeticis tuis, fidenter addimus: In qua poſt 1562. annos Pius quartus iam ſedet. Audi iam alia Auguſtini teſtimonia. *Quod ſi* inquit, *nullo modo rectè dici poteſt Eccleſia in qua ſchiſma eſt, reſtat vt quoniam Eccleſia nulla eſſe non poteſt, ea ſit, quam in ſedis Apoſtolicæ per ſucceſſiones Epiſcoporum radice conſtitutam hominum nullorum malorũ malitia, etiamſi nota excludi non poſſit, ſed pro temporis ratione toleranda iudicetur, vllo modo valeat extinguere.* Auguſtinus eſt qui de ſchiſmaticis ſcribit, *Aduerſus auctoritatem illarum Eccleſiarum, quæ ab Apoſtolica ſede Epiſtolas accipere meruerunt, temere credendo, immaniſſimum ſchiſmatis crimen à ſe propulſare non potuerunt.* Auguſtinus eſt, qui ſcribit ſe & alios Africæ Epiſcopos auctoritate, atque mandato Sozimi Romani Pontificis apud Cæſaream Mauritaniæ ad Synodum conueniſſe. Auguſtinus eſt, qui Donatiſtas & alios hæreticos auctoritate Romanorum Pontificum Petro ſuccedentium quaſi ſingulari & egregia

Auguſtini de Romanæ ſedis auctoritate ſententia.

Epiſt. 157. ad Optatum. tom. 2.

De vtilit. credend. cap. 17. tom. 6.

Cõtra Manichæi Epiſtolã, quam Fundamenti vocãt. cap. 4. tom. 6

Lib. 2. cõtra litteras Petiliani. cap. 51 tom. 7.

Cauſſa 24. quæſt. 1. cap. Pudenda.

Cauſſa 24. quæſt. 1. cap. Schiſma. & Epiſt. 157. tom. 2.

Epiſt. 165. tom. 2.

egregia premit. Eſt etiam & hoc Auguſtini teſtimonium; *Saluator*, inquit, *cùm pro ſe & pro Petro dari iubet didrachma, pro omnibus exſol-uiſſe videtur: quia ſicut in Saluatore erant omnes cauſſæ magiſterij; ita & poſt Saluatorem in Petro omnes continentur. Ipſum enim conſtituit eſſe caput eorum, vt paſtor eſſet gregis Dominici.* Auguſtinus eſt, qui ſcribit: *Numerate Sacerdotes vel ab ipſa Petri ſede; & in ordine illo patrum, quis cui ſucceſſit, videte. Ipſa eſt Petra, quam non vincunt ſuperbæ Inferorum portæ.* Auguſtinus eſt, qui tradit, *peſtilentiæ eſſe Cathedram, quæ perturbat huius ſedis ordinem, traditionemq́; corrumpit.* Auguſtinus eſt, qui ſcribit: *Vereri debeo, ne in Petrum contumelioſus exiſtam. Quis enim neſcit illum Apoſtolatus principatum cuilibet Epiſcopatui præferendũ? Sed etſi diſtat, cathedrarum gratia, vna tamen eſt Martyrij gloria.* Auguſtinus eſt, qui Bonifacium *celſiore ſpeculæ paſtoralis faſtigio praeminere*, & hęc ad eum inter alia ſcribit: *Hæc ergo ad tuam potiſſimum dirigere ſanctitatem, non tam diſcenda quàm examinanda: & vbi forſan aliquid diſplicuerit, emendanda curauimus.* Auguſtinus eſt, qui hunc ipſum, de quo agimus, Innocentium Cypriano (de quo diximus) & Irenæo Lugdunenſi Epiſcopo, aliiſque Epiſcopis propter ſedis dignitatem præponit. Cùm enim Irenæum, Cyprianum, Hilarium, alioſque Epiſcopos commemoraſſet, eorumq́; auctoritate Iulianũ Pelagianũ preſſiſſet; mox infert: *Cum his*, inquit, *Innocentius Romanus Pontifex conſedit, etſi poſterior tempore, prior loco.* Auguſtinus denique eſt, qui inter reliquas Epiſtolas ſuas, & eas inſeruit litteras, quas ipſe & alij Africani patres ad hunc Innocentiũ miſerant, rogantes, vt, quæ ipſi in duabus Synodis contra Pelagium & Celeſtium conſtituiſſent, Apoſtolica ſua auctoritate rata haberet, & confirmaret. Quibus & ipſius Innocentij ad Africanos reſponſum addidit, in quo ita effertur Romanæ ſedis amplitudo, vt nullibi magnificentius. Ibi Innocentius id palam profitetur, quod nos hodie tam ſollicitè inueſtigamus, & quod tam pręfractè Magdeburgenſes inficiantur. Affirmat enim patres non tam humana, quàm diuina decreuiſſe ſententia, vt in grauiſſimis cauſſis Eccleſiæ Romanæ ſemper fides conſulatur; & in rebus de fide controuerſis nihil vel in remotiſſimis prouinciis definiatur, niſi ex eius auctoritate, ad quam omnium Eccleſiarum ſolicitudo pertineret: & hanc regulam toto ſemper orbe ſeruatam fuiſſe; eamque iam ipſos Africanos in Romana ſede conſulenda ſequutos. CRIT. Quantum ex his teſtimoniis intelligo, vix quiſquã ex patribus, plus Romano defert Pontifici, quàm Auguſtinus. Quæ, miror, ſi ſint Auguſtini; cùm Magdeburgenſes, etſi multorum huius ſæculi patrũ ſententias recitent, & ſimul reiiciant, quaſi ab adulatoribus prolatas; de his tamen, quę à te recenſentur, quantumuis ſint ampla & numeroſa, ne voculã quidem interſerant. De illis autem, quæ ex Innocentio recitas, meminerunt; ſed ita, vt apertè mentiri eum vociferentur. IREN. Pulchrè ſcilicet. Sed

Auguſtin. in quæſt. veter. & noui teſt. quæſt. 75. tom. 4.

In [illegible] contra epiſtolam Donati tom. 7. De [illegible] veteri & noui teſt. quæſt. 110 tom. 4. De [illegible] contra Donat. lib. 2 cap. 1 tom. 7. Contra duas Epiſtolas Pelagian. lib. 1. ca. 1. tom. 7.

Lib. 1. contra Iulian. cap. 2. tom. 7.

Auguſtini & Africanorũ literæ ad Innocentium.

Epiſtol. 90. 91. 92. 93. tom. 2.

Innocentij reſponſum ad Africanos.

[illegible] 5. cap. [illegible] 774 [illegible]

E

cedo

Epiſtola Innocentij ad Africanos à Magdeburgenſium calumnia vindicatur.

cedo num quiſquam per omnẽ Eccleſiæ memoriam ante iſtos admirabiles Centuriones hoc Innocentij reſponſum vitio ei vertcrit? CRIT. Non memini. IREN. Minime gentium. Nam & hic quoque illud Auguſtini locũ habere debet, quod de eodem Innocentio alibi tradidit, & iam à me anteà audiſti. *Quid potuit vir ille ſanctus Africanus reſpondere Eccleſiis, niſi quod antiquitus Apoſtolica ſedes, & Romana cum ceteris tenet perſeueranter Eccleſia?* Satis id vident iſti quoque boni viri, atq; ideo malunt vtramq; Innocentij Epiſtolam videri potius adulterinam & ſuppoſititiam. Sed hic contra tantam iſtorum impudẽtiam Auguſtinum firmũ habemus teſtem, vt prius pro Epiſtola Iulij Athanaſium. Nam tantum abeſt, vt has Innocentij Epiſtolas ille alicubi peruellat, vt potius tanquam ſuorum librorum ornamentum, & Chriſtianæ fidei contra hæreticos ſingulare præſidium libris ſuis adiecerit. Nec id ſolùm; verùm palam ita de illis alibi conteſtatus ſit: *Ad omnia*, inquit, *ille nobis reſcripſit, quomodo fas erat, atq; oportebat Apoſtolicæ ſedis Antiſtitem*. Quod vt Auguſtinus de his epiſtolis iudicat, ita certè, ſi hodie viueret, de illa etiam Innocentij ad Victritium Epiſtola iudicaret; quam iſti nobiles cenſores & Centuriones flagellant, & quaſi ſpuriam reiiciunt, propter ineptas (vt ſomniant) ſcripturæ accommodationes. Sic de his quæ Innocentius, quæq; Celeſtinus nec vnquam cogitarunt, atrociſſimum perfidiæ & falſi crimen illis iſti obiiciunt; iis interim, quæ verè & piè ſcripſerunt, fidem detrahentes. Sic & Celeſtini Epiſtolam nobis auferunt & irrident: quam tamen eum ſcripſiſſe Vincentius Lirinenſis triennio poſt, aut circiter profitetur. Affirmo itaque contra egregios iſtos tuos Centuriones piè cum primis ſcripſiſſe Celeſtinum, *deſinat inceſſere nouitas vetuſtatem*. Quibus verbis non tam Pelagianos, quàm Magdeburgenſes tuos inceſſere videtur. Affirmo eum ſcripſiſſe, *non debere diſcipulũ eſſe ſuper magiſtrũ: nec debere ſibi quenquam ad iniuriam doctorũ, vindicare doctrinã*: iſtamq; reprehenſionem in Magdeburgenſes tuos potiſſimũ cadere. Qui ad ſummã patrum & totius Eccleſiæ contumeliam, cùm tacere debuiſſent, aut diſcere, magiſteriũ ſibi ad omnia Eccleſiæ decreta reſcindenda inſolenter arrogarunt; & patres omnes, ſanctiſſimoſque martyres, quotquot ſexcentis & amplius annis in Eccleſia eminuerunt, antequã Magdeburgum Chriſtum profiteretur; omnes deniq; illos, à quibus religione Chriſtianâ primũ imbuti ſunt, ſummo ſupercilio contemnũt, &, quod execrabilius eſt, inter Idololatras reiiciunt. Audiãt & Apologetici tui à Celeſtino illam vocem: *deſinat vetuſtatem inceſſere nouitas*. Et iam non nobis, ſed ſibi ipſis, illa ſua occinat; *Cur ad antiquarũ Eccleſiarũ ſimilitudinem non redimus?* Neque enim Catholicorũ, ſed ipſorũ culpa fit, quod hodie illud à tot Epiſcopis & catholicis patribus, nullo (vt ſcribunt) refragante, pronũciatum eſt; ἔθη ἀρχαῖα κρατείτω, non audiatur. Recenſui iam tibi pri-

Cent. 5. cap. 7. pag. 788

Epiſt. 106. ad Paulinũ.

Celeſtini Epiſtolam quam Vincentius Lirinẽſis agnoſcit, Magdeburgẽſes fictitiam haberi volunt.

Cent. 5. cap. 7. pag 788. Vincent. Lirinen. contra profan. nouit.

In Epiſt. ad Epiſcopos Galliæ.

Apologetici in Anglia ſimulãt ſe vetuſtatis ſtudioſos, cũ eam maximè oppugnant.

marum Synodorum auctoritatem, & Iulij per Athanaſium, Innocentij per Auguſtinum ſententiã. Ex quibus facilè intelligere licet, quæ ſit patrũ, quæ ſit Eccleſiæ regula in Romano Pontifice in cauſſis arduis conſulendo; quanta ſit eiuſdem amplitudo in Epiſcoporũ ex omni orbe prouocationibus recipiendis. Quas recipi debere, nõ ſolũ canon ille Sardicenſis (de quo diximus) ſed & receptas fuiſſe, controuerſia illa Cęciliani notiſſima omnibus oſtendit. Quem Auguſtinus ſecũdũ Numidiæ Primatus, & ſeptuaginta Epiſcoporũ, qui eum damnauerant, iudiciũ meritò, vt ſuſpectum, recuſaſſe ſcribit: cùm eſſet paratus aliorũ collegarum tranſmarinorũ, pręſertim apoſtolicę ſedis iudicium excipere, & inſtitutæ accuſationi reſpondere. Quare vt tandem hanc de Carthaginenſi Synodo diſputationẽ expediam; nihilo certius Magdeburgenſes & Apologetici adulteratorũ Nicænorum canonũ Sozimum & alios deferunt; quàm olim eundẽ SozimũCeleſtius accuſauit; quaſi credi oportere pręcepiſſet, ſine vllo vitio peccati originalis hominẽ naſci. Quem contra Celeſtium defendit Auguſtinus, nec quicquam huiuſmodi à Sozimo profectum aſſerit: Sozimi quoque, ſi hodie viueret, patrocinium contra iſtos arrepturus, & Magdeburgenſes tuos interrogaturus, è quibus annalibus tam atrox diuinitus è medio ſublati Sozimi propter falſi crimen iudicium deprompſerint, quem ipſe ſuis ſcriptis *beatum* appellaſſet. Quibus ſi deſtituerentur, quod certum eſt, quo demum Angelo admonente ad tam arcana & hominibus hactenus abſtruſa Dei iudicia penetrarint: nec eum modò & ſe purgaturus eſſet; ſed omnia iſtorum contra Catholicam fidem mendacia, quanta poſſet doctrinæ ingenijq́ue vi labefactaturus, & iſtos tuos Apologeticos, alioſque Caluini diſcipulos non multò meliore loco, quàm Pelagianos habiturus. Qui iam viderint, quomodo ſe ab illo Africanorum anathemate expedire valeant: *Quicunque, inquiunt, negant paruulos per Baptiſmum Chriſti à perditione liberari, & ſalutem percipere ſempiternã; anathema ſit.* Quod qui negat, eum *totam damnare Eccleſiam*, aſſerit D. Auguſtinus. Iſti verò infantes, etiamſi nunquam baptizentur, ad populum Dei pertinere, & ſalutem percipere ſempiternã affirmant. Imo iam clamaret Auguſtinus cum ſociis, Africanorũ quoq; canones ab Apologeticis deprauatos. Qui ex ipſorũ Concilio contendunt, nihil præter canonicas Scripturas in ſacro cœtu legendũ; cùm hęc ſint canonis verba; *Item placuit, vt præter Scripturas canonicas, nihil in Eccleſia legatur ſub nomine diuinarum Scripturarum. Liceat autem legi paſſiones martyrũ, cùm anniuerſarij eorum dies celebrantur.* Quæ tamen in iſtorum Eccleſiis non leguntur. Imo nec inter canonicas ſcripturas referunt aliquot libros, quos nobis hi patres vt canonicos commendant. Illam autem appendicem de *paſſionibus martyrũ*, Magdeburgenſes quoq; pro ſua ſolita fide prętermittunt. Quos etiam ijdem patres de falſo deferrent

Epiſt. 162. tom. 2

Talis eſt Magdeburgenſium, & Apologeticorum in Sozimũ de Nicænis canonib⁹ corruptis accuſatio, qualis fuit illa olim Celeſtij in eundem de negatione peccati originalis.

Commentum Magdeburgenſium de morte Sozimi.

Africanorum anathema in Caluinicolas negãtes baptiſmi neceßitatem.

Concil. Carthag. in epiſt. ad Innocent. tom. 1. Concil.

Epiſtol. 28. quæ eſt ad Hieronym.

Africanorũ canones deprauati ab Apologeticis.

Carthag. 3. cap. 47.

Magdeburgenſes Africanorum canones contemnunt.

Cent. 4. cap. 9. pag. 869.

Canones Africanorũ patrum à Magdeburgẽſibus & aliis Euangelicis cõculcantur.

deferrent, propter (*vniuerſalis*) vocem, quam de ſuo (vt dixi) Africanorum Canoni adiiciunt. Nihil hic dico, quàm ſacroſancta ſit iſtis Euangelicis, aliorum canonũ, quos patres Africani ſancierunt, auctoritas; quibus chriſmatis vſum amplectuntur; quibus puellarum virginitatem Deo illibatam conſeruandam conſecrãt; quibus ſacerdotibus etiam prioris matrimonij vſu interdicũt; quibus nihil aliud in Miſſa offerendum ſtatuunt, quàm ipſe Dominus tradidit; hoc eſt, panem & vinum aqua mixtum. Qui, cùm omnes cum Africanorum, tum totius veteris Eccleſiæ canones ſummo ſacrilegio reſcindant & conuellant; noui Euangelij ſui maieſtatem ſatis defenſam putant; ſi ſanctiſſimos Pontifices, propter Nicænos canones adulteratos, à quo crimine, vel cogitatione longiſſimè abfuerunt, petulanti lingua & grauiſſimis conuiciis exagitent. Quorum omnium mendacia, vel ſolus Auguſtinus (ni fallor) abundè refellit. Quare nec vnum ex tot illius teſtimoniis cauti iſti homines, in Centurias iſtas referre voluerunt.

Carthag. 1. cap. 2. 3. Carthag. 3. cap. 24.

Græcos Africanorũ patrum canones corrupiſſe ex Auguſtino palam oſtẽditur: &, ſi vera hæc ita geſta ſint in ſexta Carthaginenſi Synodo, vt Magdeburgenſes aiunt, non tamen maioris momenti eã eſſe oportere quàm illam, quæ olim ſub Cypriano Carthagine habita fuit.

CAP. XIIII. CRITOBVLVS.

HÆC vt tibi ſic eſſe concedam; quid inde colligis? IREN. Suſpitioſè itaque mihi iſta de ſexta Carthaginenſi Synodo ſcripta videntur, non ob eas modò cauſſas quas recenſui; verùm & alias quaſdam. Quæ enim apud noſtros Latinos in varias Synodos ſub Syricio, Anaſtaſio, Innocentio, Sozimo, Bonifacio, & Celeſtino diſtrahuntur; ea apud Græcos in vnam conſtringuntur. cuius & protaſis ab iſta cum Romano concertatione ducitur; & cataſtrophe in eandem deſinit. Interſeruntur canones, qui nec eundem locum & ordinem cum noſtris Latinis, nec apud Balſamonem cum exemplari Pariſienſi Græcorum canonum retinent. Verùm enimuero quanta fide, iſta nobis Græci protulerint, vnico exemplo (nolo enim iam reliquas ſuſpicionum latebras peragrare) ſatis erit oſtendiſſe. Inter alia igitur ab Africanis patribus ita edicitur: *Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt: Omnibus placet, vt Epiſcopi presbyteri, Diaconi, vel qui Sacramenta contrectant, pudicitiæ cuſtodes etiam ab vxoribus ſe abſtineant. Ab omnibus dictum eſt: Placet vt in omnibus, & ab omnibus pudicitia cuſtodiatur, qui altario deſeruiunt.* Ac rurſus; *Præterea cùm de quorundam Clericorũ quamuis erga proprias vxores incontinẽtia referretur; placuit, Epiſcopos, & presbyteros & Diaconos ſecundũ propria ſtatuta etiam ab vxoribus continere.* Quæ verba iſti Græcè reddidêre, κατ' τοὺς ἰδίους ὅρους, & Balſamon interpretatur, *tempore vicis ſuæ.*

Exemplũ perfidiæ Græcorũ in canonibus Africanis deprauandis.

Concil. 2. Carthag. cap. 2.

Cõc. 5. Carthag. cap. 3.

Quæ

Vide canon. 13. ſexta Synod. & 4. caput Synod. Carthag. & Balſam. ibidem.

Quæ certè interpretatio nec ex verbis, nec ex mente patrum, nec ex Eccleſiaſtica illius temporis conſuetudine ſumi potuit: nec ex vllis vnquam veterum probatis monumentis conſtat, aut Africanam, aut reliquam Occidentis Eccleſiam per Iudaicas iſtas vices ſacra celebraſſe, & per illa media interualla liberis procreandis operam dediſſe. Et Balſamon ipſe fatetur, vbi non ſunt huiuſmodi vices, ſed quotidie ſacris ſacerdotes operantur, ſubmotum eſſe omnem coniugij vſum. Conſtat verò Græcos recentiores per interualla temporum rebus diuinis vacaſſe. Quod cùm non itidem in Latina Eccleſia fiat, nec Balſamone iudice noſtri excuſantur, qui rebus matrimonij ſtudent. Verùm vt quod agendum eſt, agam; & apertè oſtendam confictum & adulteratũ, aut peruerſa & malitioſa interpretatione deformatum eſſe per Grçcos hunc Africanorũ canonem, quamuis nihil iam dixerim de reliquis quarti & quinti poſt Chriſtum ſæculi patrum teſtimoniis, quæ abunde ſuppetunt; certè ſolus Auguſtinus (quẽ huic Synodo iſti interfuiſſe aſſerũt) ad omnes iſtas fraudes & adulterinũ iſtud decretum detegẽdum atq; peruellendum ſuffecerit. Diligenter itaq; aduerte, quid ille ſcribat: *Si licet & bonũ eſt nubere, cur ſacerdotibus non licet vxores habere, id eſt, vt ordinatis iam non licet cõuenire? Quis neſciat vnumquodq; ſuã legẽ habere? Eſt enim quod omnino generaliter omnibus non licet: eſt item quod aliis licet, & aliis non licet: & eſt quod aliquando licet & aliquando nõ licet. Fornicari omnibus ſemper non licet, negotiari aliquando licet, aliquando non licet. Antequam enim Eccleſiaſticus quis ſit, licet ei negotiari: facto iam nõ licet. Et Chriſtiano cum vxore ſua conuenire, aliquando licet, aliquando nõ licet. Propter dies enim Proceſſionis aliquando non licet conuenire; quia etiam à licitis abſtinendum eſt, vt facilius impetrari poſſit, quod poſtulatur.* vnde Apoſtolus; *ex conſenſu* (ait) *abſtinendum ad tempus vt vacetur orationi. Nam ſecundum legem in ieiunio cædi & iurgari non licet, poſtea licet: quia maior reuerẽtia debetur Dei cauſſis. Nunquid omne quod ante ceteros licet, ante Imperatorem licet? Quanto magis in Dei cauſſis? Ac per hoc Antiſtitem eius puriorem ceteris eſſe oportet; ipſius enim perſonam habere videtur: eſt enim vicarius eius, vt quod ceteris licet, illi non liceat; quia neceſſe habeat quotidie Chriſti vicem agere, aut orare pro populo, aut offerre, aut tingere.* Hæc & alia in hunc ſenſum Auguſtinus. & alibi: *Cùm* (inquit) *à feminis vtique carnem habentibus tantam flagitant caſtitatem, vt quando ab vxoribus diutiſſimè peregrinantur, velint eas ab adulterino cõcubitu incontaminatas feruorem tranſire iuuentutis: & plurimæ pudiciſſimè tranſigũt, & maximè Syræ, quarum mariti negotiandi quæſtibus occupati, iuuenes adoleſcentulas deſerunt; vt vix aliquando ſenes ad aniculas reuertantur: eo ipſo euidentius conuincũt nõ eſſe impoſſibile, quod ſe nõ poſſe cauſſantur. Vnde iſtos, qui virilem excellentiã non putant niſi peccandi licentiã, quando terremus ne adulterinis coniugiis hæredo pereãt in æternũ; ſolemus eis proponere etiam continentiam Clericorũ, qui plerunq; ad eandem ſarcinam*

Balſamon.

Auguſtini de cælibatu ſacerdotum teſtimonia.

In lib. quæſt. vet. & noui teſt. quæſt. 127. tom. 4

1. Corint. 7.

Libro 2. ad Pollentiũ, de adult. coniug. cap. 20. tom. 6.

Ex priorib⁹ Auguſtini teſtimonijs quatuor cõtra Euangelicos notanda.

ſubeundam capiuntur inuiti, eamq́; ſuſceptam vſque ad debitum finem, Domino adiuuante, perducunt: dicimus ergo eis; Quid ſi & vos ad hoc ſubeundum populorum violentia caperemini? Nonne ſuſceptum caſtè cuſtodiretis officium? repente conuerſi ad impetrandas vires à Domino, de quibus nunquã cogitaſtis? E quibus Auguſtini teſtimonijs quatuor aduerſus Euangelicos tuos inſigniter tibi animaduertenda propono. Primũ quidem non licere marito, licet vxorem adulterã dimiſerit, eâ viuâ matrimoniũ ſine adulterij nota repetere. Euertitur deinde impudentiſſimum & turpiſſimũ Lutheri dogma, quo ſtatuit non poſſe nos magis muliere, quàm cibo carere, atque ideo cælibatus Eccleſiaſtici legem, vt impoſſibilem, reiiciendam. Proximum eſt illud ipſum, de quo agitur, nõ licere initiato ſemel in ſacerdotem, priore coniugio vti. Poſtemò iſtud adeò eſſe verum, vt quamuis inuitus (quod nonnunquam olim accidit) in clerum cooptaretur, eâdem perpetuæ continentiæ lege aſtringeretur. Fictum eſt igitur à Græculis tuis & ementitum iſtud Africanorũ, quaſi de Iudaico quodã ſacerdotio decretum; cùm Auguſtinus continenter abſtinendum ſacerdoti, cauſſaſque ſimul doceat; nempe, quòd neceſſe habeat quotidie orare pro populo, offerre, aut tingere. Habes igitur Africani decreti ſincerum & incorruptũ interpretem Auguſtinum, non ſolùm Africanæ, ſed totius Catholicæ illo ſeculo Eccleſiæ ſingulare ornamentũ. Quem potius audire debes, quàm cõmentitium iſtum Græcorũ canonem; qui non eſt editus (vt ego certè iudico) quo tempore reliqui, quos dicimus ſextæ in Trullo Synodi, canones; ſed ab impuris hominibus longè pòſt adiectus. Quo quidem, illi Africanorum decreto alienum plane ſenſum (vt ex Auguſtino intelligis) turpiter appoſuerunt; vtpote cui (etiamſi Auguſtinus ſententiam ſuam non interponeret) ipſa patrum verba repugnant. Quod facile iudicabis, ſi antecedentia canonis verba, iis quæ diximus, ad hunc modũ attexas; *Aurelius Epiſcopus dixit: Quum in præterito Concilio de continentia, & caſtitatis moderamine tractaretur, gradus iſti tres conſcriptione quadam caſtitatis per conſecrationes annexi ſunt: Epiſcopos, inquam, Presbyteros, & Diaconos: ita placuit, vt condecet, ſacroſanctos Antiſtites, & Dei ſacerdotes, necnon & Leuitas, vel qui ſacramentis diuinis inſeruiunt, continẽtes eſſe in omnibus, quò poſſint ſimpliciter, quod à Deo poſtulant, impetrare; vt quod Apoſtoli docuerunt, & ipſa ſeruauit antiquitas, nos quoq; cuſtodiamus. Ab vniuerſis Epiſcopis dictũ eſt: Omnibus placet, vt Epiſcopi, Presbyteri, & Diaconi, vel qui ſacramenta contrectant, pudicitiæ cuſtodes, etiam ab vxoribus ſe abſtineant. Ab omnibus dictũ eſt: Placet, vt in omnibus & ab omnibus pudicitia cuſtodiatur qui altari deſeruiũt.* Non igitur iſta nobis à Carthaginẽſibus, aut antiquis Græcorum patribus, ſed à mollibus & eneruatis iſtis Græculis poſt multa retro ſecula philoſophia manaſſe videtur: à quibus forſan conficta eſt omnis iſta de corruptis canonibus Nicænis tragœdia.

Græci ſenſum canoni ſecundo Carthaginenſis Cõcil. 2. affixerunt verbis canonis repugnãtẽ.

Concil. Carthag. 2. can. 2.

Atqui

Atqui ſi verè hæc ad hunc modũ acta ſint (quod ne adhuc credam, multa concurrunt) certè nihil plus ponderis habent, quàm quę in illa Africana Synodo ad tempora Cypriani Martyris agitata ſunt. De qua ita Vincentius Lirinenſis ſcribit; *Poſtremo*, inquit, *Africani concilij ſiue decreti, quæ vires? donante Deo, nullæ: ſed vniuerſa tanquam ſomnia, tanquã fabulæ, tanquam ſuperflua, abolita, antiquata, calcata ſunt.* Quod & de hac Carthaginenſi Synodo quatenus ad hanc controuerſiam pertinet, pronunciare licebit. Eat iam Illyricus, ſi velit, & quantum velit elaboret, vt decretales illas Romanorum Pontificum epiſtolas adulterinas probet; quòd ſingularia quædam illi ſedi priuilegia deferãt; & cogitet, ſe, cũ omnia ſurſum deorſum miſcuerit, nihil profeciſſe; niſi Auguſtini Epiſtolas, & Athanaſij Apologiam abolere ſe poſſe ſperet.

Act. Concil. tom. 1.

Aduerſ. prophan. hæreſ. nouit.

Vincentij Lirinenſis teſtimonium de Africana Synodo, cui interfuit Cyprianus.

Impudentia Magdeburgenſium & aliorũ Euangelicorũ, qui aut dubitant, aut negant, Petrum Apoſtolũ fuiſſe Romæ, detegitur.

CAP. XV. CRITOBVLVS.

ILLYRICVM videris mihi traducere, qui ſi iam adeſſet, non dubito, quin par pari eſſet relaturus. IREN. Illyricus tuus, cùm in libris ſuis ad aliorum perniciem deliret, iniquo animo ferre nõ debet, ſi deliramenta eius coarguantur. Cuius inſcitiam, aut perfidiam potius, & impietatem, vt iſta, quæ oſtendimus, ſatis; ita meo quidem iudicio, nihil magis prodit, quàm quod odio Romanæ Eccleſiæ, & principatus Petro detrahendi cauſſa lectorem, ſi non perſuaſum, ſuſpenſum certè relinquere conatur, & hærentem animo; an Petrus vnquam Romę fuerit. Neque multum referre exiſtimat, quid in quamlibet partem credas: cùm haud ignoret non [1] Egeſippum modo, [2] Irenæum, [3] Origenem, [4] Dionyſium Corinthium, [5] Euſebium, [6] Optatum, [7] Damaſum, Hieronymum, [8] Ambroſium, & alios multos patres, quorum hac ipſa de re teſtimonia recitat, & à quibus aperti mendacij conuincitur: ſed omnes propemodũ ſcriptores tam Græcos, quàm Latinos, qui paulò vberiùs cauſſas Eccleſiaſticas pertractarũt, Petrum, vt Romanum Epiſcopũ agnoſcere; nec quenquam ex eis id inficiari. Neque enim vnquam vel leuiſſimam falſi ſuſpicionem hæc narratio habuit ante [10] Velenium, [11] Balæum, [12] Ioannem Funccium, & [13] Magdeburgenſes, aliosque tuos Euangelicos. At his paucis annis, multorum libri & conciones nihil confidentius iactant, quàm Petrum Romam nunquam vidiſſe, Quorũ neſcio ridenda magis, an lacrymis deplorãda ſit inſania. Certè ſi quis eorum Iulium Cæſarem, aut alios quoſdam celebres Principes, Romæ nunquam imperaſſe in tanta omnium hiſtoriarum luce ſerio ſcriberet; Helleboro enim omnes purgandum clamarent. Quæ certè hiſtoriarum lux præ tot

1 Lib 3. c. 2.
2 Lib 3. ca. 1. & 3.
3 Tom. 3. in Geneſ.
4 In Eccleſ. hiſt. Euſeb. lib 2. c. 25.
5 Libro 3. Eccleſ. hiſt. ca. 2. & 25.
6 Lib. 2 cõtra Parmen.
7 In Pontific.
8 De viris illuſt. & ad Damaſ.
9 In orat. contra Auxentium.
10 In diſ. Petrum non fuiſſe Romæ.
11 In Cent. de ſcriptorib. Brit.
12 In Chronol.
13 Cent. 1 lib. 2 ca. 10 pag. 561.

Nulli vnquam Eccleſiaſtici ſcriptores negarunt, ſed plerique omnes agnouerũt Petrũ Romanũ Epiſcopum.

Qui primi in dubiũ vocarint vel negarint Romanum Petri Epiſcopatum.

Martyrum, tot Epiſcoporũ, tot Sacerdotum, tot Imperatorum, tot denique omnium ordinum hominũ ampliſſimis de Romano Petri Pontificatu teſtimoniis, tenebræ quodãmodo videri poterit. Sed ea tamen omnia totius Catholicæ Eccleſiæ ab Apoſtolorum ætate ad noſtra vſque tempora conſenſus longè ſuperat. Verùmenimuero, quandoquidem hanc Veleni inſaniam doctiſſimus Epiſcopus, & ſanctiſſimus noſtri temporis Martyr, & ſingulare Britanniç noſtrç ornamentũ Ioannes Roffenſis peculiari libello penitus cõfregit; nolo hic longius immorari, ſed ad eum te potius remitto. Sed hic operæ pretium erit animaduertere quoſdam eſſe ex Euãgelicç iſtius ſectç magiſtris tuis, qui, ne videãtur omnẽ prorſus, vt ſuperiores illi, exuiſſe pudorem; Petrum fuiſſe Romæ propter veterũ ſcriptorũ conſenſum apertè negare non audent: ſed eũ illic Epiſcopum præſertim tam diu, quàm fertur, fuiſſe: id quidem inficiari non verentur. Inter quos principem quendam locum, & iure quidem ſuo obtinet Caluinus tuus. Cuius futiles in re tam manifeſta ineptias hoc loco recenſere, & cõfutare non eſt neceſſe; prçſertim cùm ipſæ partim ſponte ſua ſine cuiuſquã impulſu corruant, partim à viris excellenti doctrina præditis iam pridẽ ſint diſſipatæ. Illud autem ſilentio hic prætetire non poſſum, quod Caluini tui prodit leuitatem & inconſtantiam. Is enim in famoſa illa ſua Chriſtianæ (ſi Deo placet) religionis inſtitutione ſcripſit, ſe propter conſentiens antiquitatis hac de re teſtimonium non pugnare, quin Petrus fuerit Romæ mortuus. In quo multum illi ſcilicet debet antiquitas quòd homo alioqui pugnæ auidus, opinione ſcientiæ inflatus, veritatis opprimendæ ſtudio inſanus, tandem aliquando de faſtu & furore ſuo aliquid dignatus ſit remittere, & contra omnes antiquos Eccleſiæ ſcriptores non pugnare. Sed non ſic diu conquieuit, nec potuit ſe continere & diſſimulare naturam ſuam, quin ad ingenium rediret, & antiquum obtineret. Quare poſtea alibi in hæc verba erupit; *niſi maria & terras momento tranſuolauerit Petrus, procul ab Italia mortuum eſſe conſtat.* Vides igitur quàm mutabilis ſit veterator iſte, & inconſtans. Vides in quam, nõ dico diuerſas, ſed cõtrarias formas Proteus iſte ſe vertat. Quid proinde huic fidei in ceteris ſit tribuendum, qui tam pugnantia loquitur in re perſpicua, tibi etiam atque etiam cogitandum relinquo. Neque verò hoc nouum, aut rarum eſt in Euangelicis tuis. Nam manifeſta negare, abſurda aſſerere, ſibi contradicere, & quiduis potiùs comminiſci, quàm veritati cedere, proprium ſemper fuit hominum, nihil aliud quàm ab aliis diſſentire affectantium. Minus ergo mirum eſt, quòd Caluinus, Magdeburgenſes, & alij huius notæ homines, dum in id ſolùm incumbunt, ne quid cũ Eccleſia Catholica, & Romana ſede ac fide habeant commune; ipſi & ab aliis omnibus, & inter ſe plærunque diſſideant. Quod cùm ita ſit, dolendũ

S. Ioan. Roffenſis Martyr ſcripſit contra Velenum: Petrum fuiſſe Romæ.

Lindan. lib. 4. Panopl. cap. 82. Horant. lib. 6. Cathol. locor. cap. 12.

Caluini inconſtantia.

Libro 4. cap. 6. ſect. 15.

In Epiſt. D. Petri. Vide Balduinũ in præfat. in Optatũ, Pariſiis editum anno 1563. in 8.

dolendum ſanè eſt,eos tam occæcatos eſſe,quamuis ſibi videantur omnium hominum perſpicaciſſimi,vt,in quo maximè ad ſuam ipſorum perniciem(niſi reſipuerint)offendant,hoc ipſum vel non videant,vel,quod deterius eſt,videre nolint. Cuius rei licet multa vndique,& eheu nimis multa occurrant documenta; nullũ tamen ferè illuſtrius eſt,opinor,& certius,quàm id de quo nunc agitur. Quod cùm tam apertum ſit,vt nemo niſi planè impudens inficiari id velit; nolo diutius in re tam aperta operã ponere non neceſſariã. Id interim te ſcire volo, Satanã in Romano Petri Põtificatu euertendo adeo ſudare; quòd videat firmiſſimam fidei Catholicæ auctoritaté ab eius ſucceſſione peti; vt iam oſtendimus ex Auguſtino. Quo genere diſſerendi cùm alij multi, tum & Irenæus Apoſtolorũ temporibus propinquus contra ſui ſæculi hæreticos vſus eſt.

Inſignis & inaudita hactenus per omnem Eccleſiæ memoriam Magdeburgenſium contra Cornelium Romanum Pontificem & Martyrem calumnia; & aliud Petri Martyris in Stephanum Romanũ item Pontificem commentum exploditur.

Cap. XVI. Critobvlvs.

Aliam tu mihi hodie hiſtoriarum iſtarum faciem ſpeciemq; reddidiſti,quàm Cẽturiæ noſtræ. Magnas igitur tibi cùm de ceteris,tum de Athanaſio & Auguſtino gratias ago. Nunc verò de Africana Synodo vix ego tam magnificè ac ſolitus ſum ſentio,multaque certè de tota hac Romani Pontificis prærogatiua, magnificentius ſentirem, niſi huc me quaſi properantem beatus Martyr Cyprianus aliò vocaret. Cuius egregia veſtigia in Romani Pontificis tyrannide debilitanda & confringenda ſexta illa Carthaginenſis Synodus ſequuta forſan eſt.Qui adeo Romanam iſtã maieſtatem non agnoſcit,vt in Cornelium & Stephanum;in illum quidem,quòd inexpiabili quodam flagitio cœnam Dominicam corrũperet:in vtrumque verò acerbiſſimè inuehatur,quod iſtã hodie tam tritam in rapiendis ad ſe Epiſcoporum longè diſſitorum appellationibus poteſtaté,contra ius & fas vſurpare conatus ſit. Quæ nos iam fuſius explicabimus. Et Cornelij quidẽ tã grande crimen,tum quòd longè præponderare videtur,tum quòd eius rei narrationem polliciti ſumus;primo ſi placeat loco ante oculos, quaſi in tabula ſubijciemus:deinde ad impotentem iſtorum ambitionẽ Cypriani tum claue aperiendam,tum claua contundendam ibimus. Iren. Totus ad auditionem nefarij illius criminis,quod Cornelio intentant,pendeo. Quare illud ante omnia,tum quæcunque libuerit ex Cypriano ad infirmandam,vt tu putas, Romanæ ſedis auctoritaté accommodata liberè expedito. Crit. Accipe igitur illã contra Cornelium Magdeburgenſium criminationem,ab ipſo Cypriano

Summa accuſationis in Cornelium & Stephanum Rom. Pontifices.

petitã. A quo beato Martyre cùm contra Rom. veſtros Põtifices tã firmũ & certũ habeamus teſtimonium: veſtri certè iſtam Magdeburgenſium querelam, tanto teſte nitentem, iuſtiſſimam eſſe inſitiari nunquam poterint. De Cornelio itaque Magdeburgenſes noſtri nouam planè & hactenus mihi incognitam hiſtoriam proferunt. Quorum tibi ad maiorem fidem verba recitabo. *Poteſt*, inquiunt, *ex Cypriani libro 2. Epiſt. 3. ad Cornelium, apertè colligi cùm tempore Cornelij, tum ante eum Romanos, aut etiam Italicos & alios Epiſcopos ex nouella inſtitutione in adminiſtratione Cenæ Dominicæ non ſequutos eſſe inſtitutionem Chriſti, ſed plebi in calice tantùm aquam porrexiſſe, & non vinum ſeu ſanguinem Domini, ea forte ſuperſtitione, qua poſtea calicis vſus Laicis præreptus eſt. Nam Cyprianus ea de re monet Cornelium, ſe diuinitus admonitũ eſſe in adminiſtratione Cenæ nihil aliud fieri debere, quàm quod Chriſtus in prima inſtitutione feciſſet, & id prolixe multis ſcripturæ locis propugnat, & hortatur eũ, vt huiuſmodi abuſum ſcribendo ad collegas abroget, & promiſit ſe quoq; ea de re ad collegas literas facturũ. Quod ſi iſtius nouellæ inſtitutionis auctores fuerint Romani Epiſcopi, vt omnino videtur, indicium eſt myſterium iniquitatis in ea Eccleſia, vt in aliis rebus, ita & in Cenæ Dominicæ deprauatione maturè laboraſſe cœpiſſe, ſed ſubinde ab aliis piis impeditũ eſſe, donec iuſto Dei iudicio et conceſſu panã iuant.* Hæc illi.

Magdeburgenſium de Cornelio commentũ.

Cent. 3. cap. 6. & 7. pag. 145. 152. 165.

Quã cenæ deprauationẽ his præterea in tertia Centuria Cornelio adſcribũt. Quo vitio & Stephanus eiuſdem tẽporis Pontifex laboraſſe videtur, quantũ ex Petro Martyre colligo. Illã enim Cypriani ſententiã: *conſuetudo ſine veritate vetuſtas erroris eſt*: qua conatur Petrus probare ſcripturã, non conſuetudinẽ ſequendã, à Cypriano cõtra Aquarios detortã ſcribit. Conſtat certè conatũ Cyprianum illis verbis Stephanum Rom. Pontificem oppugnare. Martyr verò, vt Aquarios, id eſt, ſola aqua vtentes; ita & qui vinũ aqua temperant, ſimiliter damnat; cũ nec præceptu, nec exemplũ aliquod Chriſti in Scripturis vllu habeant: omnemq; huiuſmodi traditionẽ cõtemnit, quãtumuis (vt vos dicitis) à patribus agnitã, & lõgiſſima cõſuetudine inueteratã. De quibus illud Melãchthoni noſtro tã celebre occinit: *ſine cauſſa me colũt, mandata et doctrinas hominũ docentes.* Et ne nimiũ vel reliquis tuis (quod ſoles) doctoribus tribuas, Ambroſius quoq; in eodẽ, quod dicitur, cum Cornelio luto hæſit; vt in margine commemoratæ ad Cornelium Epiſtolæ annotatur. Quis igitur valde dubitarit, iſtos, qui Chriſti maieſtatem adeo violarint, & ſacroſanctam eius Cenam commenticiis atque execrandis ſuis cæremoniis ita fœdarint; in alienam adeo auctoritatem, atque iuriſdictionem impotenter inuolaſſe, eáque ad ſe callidis & nefariis machinationibus deriuaſſe. IREN. Et iſta quoque tam nobilibus Centuriis digna ſunt. Et notã quidem hanc eſſe hiſtoriam, quippe quæ iam primũ in mẽdaciorum iſta Magdeburgenſiũ officina nata ſit, vt non nego: ita vel propter eam ſolã tam impudentes homines ab om-

Petri Martyris de Stephano mendacium.

Petrus Martyr obiect. 13. contra Vuint.

Vide Epiſt. Cypriani ad Pompeium contra Stephanum.

Ambroſius eiuſdem cũ Cornelio criminis inſimulatur.

Obiect. 13. 132. 178. contra Vuint.

Eſaiæ 29.

Vide edit. Baſil.

ab omnibus pijs planè conſpuẽdos exiſtimo. Quod tã inſigne mẽdacium vetus iſtorum & inſaturabile cõtra Rom. ſedem odium illis expreſſit. Primum enim, quis vnquam in animum induceret, vt credat tam pium, tam doctũ Epiſcopum, tam ſanctũ Martyrem, ac fuit Cornelius, Chriſti tam auguſtum inſtitutum tam turpiter cõtaminare; & quaſi ſupremas eius tabulas tam nefariè cõuellere vnquam voluiſſe? Et cùm Chriſtus in nuptiali conuiuio generoſum vinum pro aqua ſubſtituerit, iſtum in tãto Chriſti conuiuio aquam pro vino ſubijcere voluiſſe? Aut quomodo iſta Cypriani narratio cum immenſis illis laudibus, quibus Cornelium ille in cælũ effert, conſiſtere poſſe videatur? Mirum nihil huiuſmodi de aliquo deceſſore, vel ſucceſſore Cornelij, vel de ipſo Cornelio ãte egregias iſtas Centurias vſpiam alibi proditum. Nulla enim huiuſmodi contra Cornelium accuſatio (mitto iuſta) verùm ante hoc tẽpus ne fando quidem audita eſt. Alexander certè Romanus Pontifex & Chriſti Martyr, cùm hanc alicubi corruptelam irrepſiſſe vidiſſet, ante tempora Cypriani edixit, vt in ſacrificio Sacerdotes calicẽ aqua temperarent. Quod tamen præclari iſti Rhetores partim negant, partim hoc omne miſcendi calicem inſtitutum ab eo primùm manaſſe videri volunt. Cùm tamen appareat illo ſæculo eam conſuetudinẽ in Eccleſia vſurpatiſſimã fuiſſe; Romæ quidem, & in Italia, vt teſtatur non modò Alexander, ſed & Iuſtinus Martyr, qui Sacerdotes Chriſti exemplo calicem diluiſſe docet: In Gallia, vt indicat Irenæus: Alexandriæ & in reliquo Oriente, vt demonſtrat Clemens Alexandrinus. Atque eundem Apoſtolorum etiam temporibus, miſcẽdi calicis vſum frequentiſſimum fuiſſe Romæ, & in alijs Eccleſijs ab ipſius Chriſti exemplo deriuatum, Clemens ille alter, vir apoſtolicus ſatis oſtẽdit. Id quod ſuo ſæculo obſeruaſſe in miſcẽdo calice, & Euangelicæ veritatis, ac Dominicæ traditionis rationem tenuiſſe, omnes ferè per orbem Epiſcopos Cyprianus fatetur, licet ab ea quidam humana & nouella inſtitutione deceſſiſſent. Quod quidem Cyprianum de Roma, quam *radicem & matricem Catholicæ Eccleſiæ* appellat, *nec aliquam ad eam vnquam perfidiã acceſſiſſe* ſcribit, & ad cuius exemplum reliquas omnes Eccleſias Irenæus *propter principaliorem poteſtatẽ* reuocat; aut de Cornelio tam amplo Martyre ſenſiſſe certè temere iudicare non debemus. Et miror ſane, ſi aut Ambroſius aut quiſquã alius in Italia Epiſcop⁹ ſola aqua in ſacrificio vſus ſit: cùm præter Alexãdrum Martyrẽ (de quo diximus) Iuli⁹ Romanus Põtifex ad Ambroſij tempora cauerit, ne quiſquã calice vtatur in ſacrificio niſi aqua temperato. Quod Iulij decretum, præſertim cùm pro ſe habeat Chriſti, totiuſq; veteris Eccleſiæ exẽpla, improbè faciunt Apologetici tui prætergrediẽdo; & aliud eius decretũ ad id, de quo ille nũquã ſenſit, trahẽdo: & Catholicis ad inuidiã objiciendo; propterea quòd Sacerdotes panẽ diuidant, & in

calicem

Margin (left): *Li. 4. Epi. 2.* — *In 1. decret. Epiſtola.* — *Cent 2. c. 6. & p. 114 & 131.* — *In Apol. 2.* — *Li. 4. c. 57.* — *Li. 2 pæd. cap 2.* — *Lib. 8. conſtit. Apoſt. c. 17.* — *Li. 2. Epi. 3.* — *Li. 4. Epi. 8* — *Li. 3 ca. 3.* — *c. cum omne crimẽ diſtinct. 2. de cõſecrat.*

Margin (right): *Cornel. à Magdeburgenſium calumnia vindicatur.* — *Cornelium Cyprianus laudibus extollit.* — *Magdeburgẽſes primi omnium auctores accuſationis cõtra Cornelium.* — *Alexãdri decretum de calice aqua temperãdo.* — *Conſuetudo antiqua Eccleſiæ in calice aqua miſcendo.* — *Ambroſius à calumnia defenditur.* — *Apolog. Angl.*

calicem immergant: cùm illud Iulij edictum eò ſpectet, ne Sacer-
dotes panem intinctum populo diſtribuant; non autem ne eò ipſi
intingant & poſtea ſumant. Nec iſta quidem de aqua ſola oblata

Amb. lib. 4. de ſacr. c. 4. lib. 5. cap. 1. Hier. c. 14. in Mat. Auguſt ca. 75. de dogmat. Eccl. Tom. 3. Iacob. chry. ſoſt Tom. 5. & Baſil. in Liturg. Theod. dial. 1. Carthag. Cōcilium 3. can. 24.

ſuſpitio vel leuiſſimè Ambroſium attingit. Quo modo enim ille
vel à ſuperioribus, vel à ſui ſæculi patribus, vel à ſeipſo, qui cali-
cem miſcendum apertis verbis docet, tam leuiter & ridiculè rece-
deret? Et nos interim à ſurrepticia neſcio cuius ad marginem libri
affixa calumnia ſtolidè pendebimus, & tantam tanto patri, tantam

Myſteria fabulæ Magdeburgica de Cornelio.

tanto Martyri impietatis notam tam impudenter irrogabimus? Sed
ne te in tam ieiuna, & proiecta calumnia diutius ſuſpenſum teneã,
iam ſacroſancta huius fabulæ myſteria aperiam. Nõ eſt itaque Cy-

Epiſtolam Cyp. ad Cæciliũ Magdeburgenſes cõtra omnium exemplarium fidẽ inuertunt ad Cornelium.

priani illa ad Cornelium, vt nugantur nobiles iſti Centuriones, ſed
ad Cęciliũ ſcripta Epiſtola: quẽ & alibi ſæpe inter reliquos in Afri-
ca collegas nominat. Qui & Synodo illi de baptizatis ab hęreticis
iterum perfundendis cum Cypriano interfuit. Eam in Africa alicu-
bi corruptelam fuiſſe ex eadem Epiſtola ſatis colligi poteſt. Quam
ad Cæcilium, & non Cornelium ſcriptam, omnia (in quæ hactenus
incidere potui) Cypriani exemplaria; omnes cum veteres, tum re-
centes ſcriptores teſtantur. Neque aut Eraſmus, aut quiſquam
(quod ſcio) aliud vnquam obſeruauit. Et, vt, quàm impudens ſit
hoc commentum, magis intelligas, ne ipſi quidem noſtri Ariſtar-
chi vllum veterem aut nouum, bonum aut malum ſcriptorem no-
minant; quem in hac calumnia præeuntem ſequantur. Sed quor-
ſum ego ad teſtes contra eos prouoco? Cùm ſuis ipſi teſtimonijs

Magdeburgenſes ſuo ipſorum teſtimonio cõuincũtur manifeſtæ fraudis, & perfidiæ in iis quæ contra Cornelium ex Cypriano torquent.

centonum & mendaciorum iſtorum architecti miſerè concidant;
ſententiamque aduerſus ſe dictent; & totã hanc fabulã quò ſpectet,
id eſt, ad Vatinianum quoddam in Romanos Pontifices odium, ad
putidam & conclamatam impudentiam, palam aperiant. Nã cùm
ter in tertia Centuria, hoc eſt, quoties de iſta Cenæ deprauatione
queruntur, hanc Epiſtolam ad Cornelium miſſam quaſi cenæ pro-
fanatæ, auctorẽ calũnientur; repẽtè quaſi ſui obliti, aut beato po-

Cent. 3. c. 6. pag. 132.

tius Cornelio Martyre, vt olim Syros Eliſeo, noua quadã eos cę-
citate perfundente, in eodem ipſi capite, ſe & malignitatem ſuam
produnt; eamque Epiſtolam non ad Cornelium, ſed ad Cæcilium
ſcriptam indicant. Sic veritas quantumuis compreſſa, vel inuitis
mendacij auctoribus erũpit, vt vel me tacente, ipſi à ſe miſerè con-
ficiantur. Nec dubites quin quæ de poculo per Romanos Pontifi-
ces erepto vociferantur; eadem vanitate garriant. Quod aliàs for-
ſan vberius explicabimus. Quare ſi velis Eccleſiæ hiſtorias ſingula-
ri & exquiſita fide deinceps deſcriptas; habes quibus hoc negotiũ
mandare poteris. Habes enim egregiæ cuiuſdam Eccleſiaſticarum
hiſtoriarum exædificationis per Magdeburgẽſes tuos aliquot exẽ-
pla. Venio nunc ad Martyrem tuum; qui certè non tam aperta fron
te calũniatur; nec ſcio calumniandi libidine, an errore aliquo, in
hoc

hoc contra Stephanum mendacium impegerit. Neque enim, vt ille fingit, eam ſentẽtiã contra Aquarios, ſed cõtra Stephanum Romanum Pontificem, quòd iteratum baptiſmum improbaret, Cyprianus profert. Nec ſcio quo conſilio Martyr duas ſententias, quarum altera contra Stephanum, altera contra Aquarios, in illa ad Cæcilii Epiſtola ſcripta eſt, quaſi ex vna contra Aquarios Cypriani Epiſtola recitat; niſi & Stephanum quoque Aquarium indicari voluerit. Illud certius ſcio, nihil eſſe in toto Cypriano, quod magis Martyrem & alios tuos Euangelicos labefactet, quàm illæ labefactant Epiſtolæ, ex quibus Martyr iſta contra Catholicos teſtimonia decerpit; quaſi à ſolis ſcripturis, & nulla Eccleſiæ conſuetudine toti pendêre debeamus. Illa enim contra Aquarios Epiſtola, duo quædam Martyris, & aliorum contra Catholicam doctrinam fundamenta euertit. Alterum, quo ſtatuunt nihil in Sacramentis, nihil in omni denique Eccleſia retinendum, de quo non apertè in ſcripturis caueatur. At Iuſtinus, Cyprianus, Irenæus, apertè profitentur, ex Chriſti inſtituto calicem miſcendum, licet de ea re in ſcripturis nihil appareat. Alterũ eſt inuicta illa (vt putãt) Zuinglianorũ claua, & cõtra Euchariſtiã aſſertio, qua volunt propter analogiã ſignificationis, naturas rerũ integras in Euchariſtia manere: cùm tamẽ cõſtet, naturã aquę penitus mutari, nec minus tamẽ quàm prius ſignificare. Quod iſti in pane & vino tranſmutatis nullo modo ferre poſſunt. Atqui quod ad illam contra Stephanum Epiſtolam pertinet, cùm Cyprianus in ea, & alibi ſæpe contra Stephanum & alios Romanos Pontifices illas tam vſitatas Martyri & alijs Euangelicis voces identidem repetat; *conſuetudinem impedire non debere, quo minus vincat veritas; nec cõſuetudine præſcribendum, ſed ratione vincendum.* Hæc inquam, & alia ſimilia cùm frequenter repetat cum ſuis Africanis, totieſq; veritatẽ & verbũ Dei vincere debere inclamet; & nihilominus ſuccubuerit, totiuſq; poſtea Eccleſię conſenſu error Africanorũ ſit reiectus: hæc, inquam, cùm tãto Martyri ita acciderint; ſperabit Pſeudomartyr poſſe ſe aut gregales ſuos, his ipſis vocibus à Cypriano emendicatis, Catholicæ Eccleſiæ, & Romani Pontificis auctoritatem obruere? Et cùm tantus vir cum tali Synodo cauſſa ceciderit, diuinis (vt ipſe putabat) ſcripturis tam inſtructa, qui ſe Romano Pontifici oppoſuit; num iſti arbitrantur cauſſam ſuã meliorem; cùm infinitis partibus ſit deterior? Voluit (credo) Deus per beatum Martyrem Cyprianum, & illius Synodum orbi oſtẽdere, ne ſe deinceps Epiſcopus, cuiuſcunque aut doctrinæ, aut ſanctimoniæ; ne vlla præterea quantumuis ampla prouincia plus ſibi in intelligendis ſcripturis arroget, quàm reliqua cum Romano Pontifice Eccleſia; eumque demum ſcripturæ intellectum ratum fore; cui ille honorarium ſuum calculum adiecerit. Voluit certè, ne conſuetudines, quæ ex Apoſtolica traditione venerunt (qualem Auguſti-

nus

Petri Martyris in Stephanum Romanum Pontificẽ mendaciũ refellitur.

Cyprianus duo Euangelica ſcta fundamenta euertit in Epiſtola ad Cæcilium.

Epiſt. ad Pompeium et Quintum.

nus iſtam, quam Cyprianus improbauit, fuiſſe meritò putauit: vt ſunt multæ aliæ, quæ per vniuerſam Eccleſiam ſeruantur, nullis tamen litteris comprehenſæ) quaſi aut contra ſcripturas, aut ſcripturis deſtitutæ, vel ab ampliſſimis & ſanctiſſimis vnius prouinciæ Epiſcopis reſcindatur. Id fortè callidus iſte homo perſpiciẽs, noluit nominare Stephanũ, tãtæ plagæ acceptæ memor, ſed fingit eã, quã recitaui, ſententiam contra Stephanum & alios Aquarios dictatã. Cõtra quos reliqua quidẽ, quæ adfert, ex Cypriano dicta ſũt, & inter alia illud, quod tu tãtopere modò iactabas: *ſine cauſſa me colunt, mandata & doctrinas hominũ docẽtes.* Quod totũ non in noſtros, ſed in ipſum Martyrem, & reliquos tuos Pſeudoeuangelicos recidit. Cùm enim Petrus aſſerat patres ſine Chriſti aut exemplo, aut præcepto calicẽ aqua tẽperare; quid ad hæc Cyprianus? *Admonitos,* inquit, *nos ſcias vt in calice offerendo Dominica traditio ſeruetur; neq; aliud fiat à nobis, quàm quod pro nobis Dominus prior fecit; vt calix qui in cõmemorationem Domini offertur, miſtꝰ vino offeratur.* Rurſ9; *Calicẽ,* inquit, *docuit Dominus exẽplo magiſterij ſui, vini et aquæ coniunctione miſceri.* Ac deinde: *Quod ſi et à Domino præcipitur, et ab Apoſtolo eius hoc idẽ cõfirmatur et traditur; vt quotieſcũq; biberimus in cõmemoratiõe Domini hoc faciamus, quod fecit et Dominus; inuenitur nõ obſeruari à nobis quod mãdatũ eſt, niſi eadem quæ Dominus, fecit, nos quoq; faciamus; et calicẽ pari ratione miſcẽtes à diuino magiſterio nõ recedamꝰ.* Ac poſtea; *Et viderit frater chariſſime, ſi quis de anteceſſoribus noſtris vel ignorãter, vel ſimpliciter nõ hoc obſeruauit, vel tenuit; quod nos facere Dominus exẽplo & magiſterio ſuo docuit: poteſt ſimplicitati eius de indulgẽtia Domini venia concedi; nobis verò nõ poterit ignoſci, qui nunc à Domino admoniti & inſtructi ſumus, vt calicẽ Dominicũ vino miſtũ ſecundum quod Dominus obtulit, offeramus.* Hæc Cyprianus. Ecce verò iã quibus titulis & quã ſplẽdidis Martyrẽ, & Apologeticos, alioſq; tuos Euãgelicos, qui calicẽ non miſcent, honeſtet. Quos fures & adulteros appellat, quoſq; dicit *ſermones Domini abijcere & diſciplinã Dominicã contemnere; nec terrena, ſed ſpiritalia furta & adulteria cõmittere, & de veritate Euãgelica Domini noſtri verba & facta furari; corrũpere, & adulterare præcepta diuina.* Et ne nimius ſim, illã Martyris & Melãchthonis tui decãtatã cãtionem *ſine cauſſa me colunt, mandata & doctrinas hominũ docẽtes;* cõtra ipſos & reliquos Euãgelicos intonat. Et deinde: *reijcitis* inquit, *mandatũ Dei, vt traditionẽ veſtram ſtatuatis.* Atq; hæc Cyprianus aduerſus eos, qui calicẽ aqua nõ tẽperãt. At enim quid ille diceret, quid faceret, ſi hodie viueret contra veſtros, qui non tantùm aquam è ſacrificio, ſed & ipſum Chriſti ſacrificium, altariaque ipſa abſtulere? Quantum & quã execrãdum illis ſacrilegium impingeret? Et iuuat hic aliam Magdeburgenſium fraudem conſiderare. Qui cùm vererentur, ne ex hac Cypriani auctoritate Euchariſtiæ oblationem agnoſceremus, cùm aduerſus eos ſcribat, qui ſola aqua ſacrificabant, ita rem agitant;

Teſtimoniũ Cypriani contra Petrum Martyrem & Euangelicos qui aſſerunt ſine Chriſti aut exẽplo, aut præcepto calicem aqua temperari.

Quibus titulis Cyprianus Euãgelicos ornet quòd calicem non miſceant.

Obiect. 15. pag. 67.

Eſaia. 29.

Obiect. 152 pag. 178. Epiſt. 3. l. 2.

Matth. 15.

quaſi

1. Cor. 3. c. 4. pag. 8.

quaſi loqueretur non de aqua in ſacrificio adhibēda, ſed plebi porrigenda. At aliàs cùm negare non poſſent, Cyprianum de ſacrificio loqui; ſententiam tamen illius malitioſa interpretatione ſic peruertunt: *lib, 2. Epiſtola tertia, cœnam oblationem & ſacrificiū vocat, ideò quòd Chriſtus obtulerit, nō quòd nos offeramus*: cùm Cyprianus his clariſſimis verbis vtatur. *Si Ieſus Chriſtus Domin⁹ & Deus noſter ipſe eſt ſumm⁹ ſacerdos Dei patris, & ſacrificiū Deo patri ſeipſum prim⁹ obtulit; & hoc fieri in ſui cōmemoratione̅ præcepit; vtique ille ſacerdos vice Chriſti verè fungitur, qui id quod Chriſtus fecit imitatur. Et ſacrificiū verū & plenū tūc offert in Eccleſia Deo patri, ſi ſic incipiat offerre ſecundū quod ipſum Chriſtū videat obtuliſſe.* Sed iſta nos ad aliud tēpus & locū accuratí⁹ diſcutiēda relinquamus. Illud iam tandē à Magdeburgēſibus rogo, cùm ipſi fateantur, Cyprianum multis ſcripturis prolixè probare calicem miſcendum; cur id hodie Euangelici melius non obſeruent? vnde, cùm iſta ex Cypriano proferant, non iam Cornelium, ad quem nihil pertinent, ſed totam Euangelicorū ſcholam criminari videntur.

Cent. 3. c. 4. p. 83. & 59

Epiſt. 3. li. 2. ex edit. Morelij 1563.

Magdeburgēſiū malitioſa verborum Cypr. de ſacrificio Eucha. iſtius interpretatio.

Referuntur Lutheri, Magdeburgenſium & Apologeticorum corraſa ex Cypriano verba & argumenta, quibus infirmare nituntur Romani Pontificis auctoritatem.

CAP. XVII. CRITOBVLVS.

ITA ME Deus amet, euidentes ſunt iſtæ & tetrę contra Cornelium & Stephanum calumniæ. Noſtros iā video ſuis armis, quibus ſperabant ſe veſtra caſtra euerſuros, turpiter cecidiſſe: vt, niſi cetera ſolidiora ſint (quod puto) temerè in hanc cauſſam deſcendiſſe videar. Age igitur ne ex hoc tam felici ſucceſſu nimium inſoleſcas; nō ſic te abire ſinā; ſed nouas ex præſidijs Cypriani cohortes in prœlium deducam. Nam in Cornelij, Stephani, atque Romanorum adeo hodie Pontificum immoderatam ambitionem, & tyrannicā auctoritatem Lutherus, Magdeburgenſes, & Apologetici aciem Cypriani copijs inſtructam certatim erigunt. IREN. An tu iam aliquod iuſtum aut validum ex Cypriano ſubſidium, aut Magdeburgenſibus tuis, qui ſcientes & prudentes flagitioſè Cornelium tam innocentē & ſanctū hominē, tantum Pontificem, tantū Martyrem, horrendis criminibus Cypriani nomine ei intentatis onerarint, aut reliquis tuis Euangelicis, ſupereſſe arbitraris? Sed deſcende tandem in aciem, profer bellas iſtas, & orbi hactenus incognitas probationes. CRIT. Multiplices illæ quidem ſunt, & magni, vt mihi quidem videntur, momenti. Audi itaq; primùm nō tam Cypriani, quàm frequentiſſimæ Epiſcoporum in Africa Synodi ſententiam. Quæ, quantum ego video, parum aut nihil à ſextæ illius Carthaginenſis Synodi calculo, atque iudicio diſſidet. *Neque enim, aiunt, quiſquam noſtrum Epiſcopum ſe Epiſcoporum cōſtituit;*

Locus Cypriani ex quo Lutherus omnes Epiſcopos æquales inter ſe & pares eſſe contendit.

aut

aut tyrannico terrore ad obſequendi neceſſitatem collegas ſuos adigit; quan-
do habeat omnis Epiſcopus pro licentia libertatis, & poteſtatis ſuæ arbitrium *In ſententiis*
proprium, tamq; iudicari ab alio non poſſit, quàm nec ipſe poteſt alterum iu- *Epiſc. de hæ-*
dicare. Sed exſpectemus vniuerſi iudicium Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui *reticis bapti-*
vnus & ſolus habet poteſtatem, & præponendi nos in Eccleſia ſuæ guberna- *zandis ex*
tione, & de actu noſtro iudicandi. Ex qua Cypriani auctoritate quaſi *editione Mo-*
in re expeditiſſima Lutherus pronunciat omnes Epiſcopos æqua- *relij.*
les & pares; neque eſſe vnum aliquem, qui reliquis omnibus, tan-
Magdeburgenſium ex Cypriano verba & argumenta côtra Roman. Pontificis auctoritatem. quam Epiſcoporum Epiſcopus emineat. Nunc reliqua quæ Mag- *cent. 3. c. 7.*
deburgenſes, vt optimi diſcipuli ad optimi præceptoris ſui lectiſſi- *pag. 170. &*
mam ſententiam confirmandam ex Cypriano collegêre, quanto *171.*
poterimus compendio perſtringamus. Cyprianus itaque nec Cor-
nelium, nec Lucium, nec Stephanum Romanos Pontifices Papæ, *Lib 1. Epiſt.*
1. aut alijs glorioſis aut ambitioſis titulis; ſed fratres, collegas, & Coe- *3 & 4 li 3*
piſcopos appellat. Imo Romani potiùs eum Papam appellant. Et *Epiſtol. 1.*
2. licet de fide ſua ſuperbè glorientur; tamen proprio ore fatentur Cy- *& 2.*
prianum non ideo Romam ſcripſiſſe de lapſorum ratione; quòd ag- *Li. 2. epiſt.*
noſceret eos iudices, ſed quòd cuperet eos côſiliorum ſuorû par- *7.*
ticipes inueniri, & approbatores. et ſe cum Cypriano nullo alio iu-
re, quàm eadem cenſuræ & diſciplinæ conſenſione ſociatos eſſe.
3. Romanos verò Epiſcopos Cyprianus ob varias cauſſas ſeuerè ob- *Li. 1. Epiſt.*
iurgat: Cornelium quidem ob quinque Epiſcopos in Africa excô- *3 & 4.*
municatos: Stephanum ob Baſilidem & Martialem in Hiſpania E-
piſcopatu motos; qui Romam conuolauerant, & Epiſcoporum cô-
tra ſe iudicium Romani Epiſcopi auctoritate reſcindere conaban-
4. tur. Et docet, vbi crimen admiſſum, ibi cauſſam audiendâ: nec mi-
norem eſſe Africanorû Epiſcoporum, qui Epiſcopos cômemo-
ratos excommunicauerant, quàm Romanorum Pontificum aucto
ritatem: proinde remittêdos eſſe ad Africanorum Epiſcoporû cog-
nitionem: nec reſtituendos in integrum Martialem, atque Baſilidê,
quantumuis pro illis deprecante Stephano; nec vllo modo, aut in
cuiuſquam gratiam diſciplinam Eccleſiaſticam conuellendam. Cy- *In Epiſt. ad*
prianus præterea *haud obſcurè perſtringit Stephanum, quòd inſolenter &* *Quintum*
5. *arroganter & contumaciter adeo prauam conſuetudinem defendat, vt etiâ* *& Pompeiû.*
Marcionis baptiſmo, & Valentini, & Apellis, & ceterorum blaſphemantiû
in Deum patrem contendat filios naſci; & illic in nomine Ieſu Chriſti dicat
6. *remiſſionem peccatorum dari; vbi blaſphematur in patrem, & in Dominum*
Ieſum Chriſtum. Et opponit ei exemplum Petri, quod Paulo de circumciſio-
ne diſceptâte, ſe non vindicarit; aut aliquid inſolenter, aut arroganter aſſum-
pſerit; nec dixerit ſe primatum tenere, & obtemperari à nouellis & poſteris
ſibi potius oportere: quo nô modò Stephano, ſed etiam Petro primatus adimi-
tur. Quemadmodum etiam facit tractatu tertio de ſimplicitate prælatorum,
7. *vbi inquit: hoc erant vtique ceteri Apoſtoli, quod fuit Petrus, pari conſortio*
præditi & honoris, & poteſtatis: ſed exordium ab vnitate proficiſcitur, vt Ec-

cleſia vna monſtretur. Et poſtremò in vtraq, epiſtola oſtēdit,ſe cum ſuis collegis in Stephani ſententiam nullo modo concedere: ſed diuerſam, & tamen religioſam & legitimā,& ſalutarem fidei & Eccleſiæ Catholicæ congruētē, & ſuorū anteceſſorum ſequi ſententiā et conſuetudinē. Quidquod non ſolum Africa,ſed vniuerſus ſe orbis Romanis hoc tempore Pōtificibus oppoſuit;vt eius in aliorum Epiſcoporum auctoritate imminuenda inſolentiam reprimeret.

Cent 3 c 7. pag 176. li.1 epiſt.3.

Statutum eſt enim *ab omnibus in vniuerſo mundo Epiſcopis*,vt Cyprianus teſtatur,*ne liceat ad Romanū Epiſcopum, aut ad quemuis alium appellare.* Nec ſine cauſſa ceteri Epiſcopi ad repellendas Romanorum Pontificum immodicam ambitionem,atque iniurias,tam ſalutare decretum ſanciuere. Hoc enim & ſuperiore ſæculo myſterium iniquitatis, de quo Apocalypſis, magis ac magis cępit ſe exerere.

Cent 3 c 7 pag.168. Apoc. 17.

Quemadmodum enim antè Victor Aſianas Eccleſias à ſe de Paſchatis ritu diſſentientes excommunicare præſumpſit; ita iam *Stephanus excommunicationem Heleno, & Firmiliano, & cunctis per Ciliciam, & Cappadociam, atque Galatiam, & vniuerſis conterminis gentibus minatus eſt;propterea quòd hæreticos rebaptizarent. Verùm is conatus non placuit Dionyſio Alexandrino, & alijs pijs doctoribus, vt Euſebius indicat.* Habes iam à noſtris Magdeburgenſibus quid Cyprianus de Romani Pontificis auctoritate iudicarit,varia & certiſſima documenta.

Lib 7.c.5.

Decretaliū Epiſtolarum fidē & auctoritatē quibus verbis eleuare conentur Magdeburgēſes.

Sed diuerſam conſociationis formam Epiſtolæ decretales Romanorum Pontificum deſcribunt, quod Eccleſia Romana ſit caput et mater omnium aliarum iure diuino: & quòd nunquā errarit,nec errare poſſit;quòd nō liceat alijs ab ea diſſentire;et quòd ad eam ſit appellādū:et quòd iudicia Epiſcoporum maioresq́; Eccleſiæ cauſſæ ab ea ſola & non ab alia debeant decidi:quēadmodū ex Zepherini prima & ſecunda,& Calixti prima & ſecunda,et Fabiani prima,& Stephani, et Lucij,& Sixti ſecundi prima,& Felicis prima,Epiſtolis quibus tanquā domeſticis, et planè ſuſpectis,& fraude ſubornatis teſtibus fides habēda nō eſt.

Cent.3 c.7. pag.173.

Apologetici in Anglia quibus Cypriani verbis Romanum Pontificē oppugnēt, & eū officij ſui, vt graues cenſores,admonere videri velint.

Hæc, & iiſdem verbis ferè Magdeburgenſes. Eandem Cypriani auctoritatē,quòd omnes Apoſtoli fuerint Petro pares atq, æquales: & quòd vnus ſit Epiſcopatus,cuius in ſolidū pars à ſingulis tenetur, tanquam firmiſſimam ad Romanorum iſtam monarchiā concutiendam atq; euertendam, Apologetici quoq; protulere. Et ex eodē Cypriano Papam grauiſſimè admonēt, *vt ſi velit ipſos ſecum in gratiam redire,ipſe prius cum Deo in gratiam redeat.* Hinc enim,aiunt, *ſchiſmata*,vt inquit Cyprianus,*oriuntur;quia caput non quæritur, & ad fontem ſacrarū ſcripturarum non reditur,et cæleſtis magiſtri præcepta nō ſeruantur. Non pax ea eſt*,inquiunt,*ſed bellum;nec Eccleſia iungitur, qui ab Euangelio ſeparatur:* Chriſtum itaque ſolum ſecundum Euangelia, non Romanum Pontificem pro capite Eccleſiæ agnoſcendū. Quæ & ſimiles Cypriani ſententiæ,ſic primatum iſtum oppugnāt, vt nihil magis. Adeò certè altè animo meo inſident, pectuſq; meū totū ita occupant; vt ægrè ab Apologeticorum tam limato atq; Magde-

Apologia Anglicana Eccleſiæ.

burgenſ. tam polito hac in re iudicio diuelli poſſe mihi videar. Quod ſi Cyprianũ quoq; illis eripere poſſis, nullo deinceps apud me loco erit ſexta iſta Carthaginẽſis Synodus; nihilq; propius futurũ eſt; quàm vt ego propediem, totus in tuam ſententiam abeam. Quare id à te poſtulo, vt mihi de Cypriano vberius ſatisfacias.

Loca Cypriani de Romanæ ſedis principatu breuiter perſtringuntur, & quædam Tertulliani eadem de re adhibentur teſtimonia.

CAP. XVIII. IRENÆVS.

VIDEO Lutherum, Magdeburgenſes, Apologeticos, quaſi leuis armaturæ equites, vexillum præclari imperatoris Cypriani, acie iam inclinata, ſubito attollentes, neſcio quos tibi animos reddidiſſe: vt quamuis planè euerſus, pugnam nec ſine aliqua vincendi fiducia renoues; & vltro, Cypriani velut ductu & auſpicijs, in noſtra rurſus caſtra irrumpas. Sed tui te commilitones fefellerunt. Vt enim ſolent ſeditioſi atque factioſi ciues, tumultu ſemel aduerſus rempublicam per ipſos excitato, egregios aliquos in republica viros, duces ſibi, cùm eos non habeant, fingere; aut ſi fortè apud ſe habeãt ſubita & improuiſa impreſſione captos, inuitos atq; reluctãtes ſecum ad factionẽ promouendã retinere: ita tibi planè per iſtos accidiſſe videtur. Neque enim iſtius hodie tam turbulentæ contra Eccleſiæ principem, eiuſque vnitatem ſeditionis auctor, aut certè fautor eſt Cyprianus: cuius omnes pæne labores & ſcripta in paranda & conſeruanda vnitate, dum viueret, ponebantur. Qui; miror, ſi vel à tot & tantis, quos memorauimus, tum ex Africa, tum aliunde patribus; vel à Tertulliano, quem Magiſtrum appellare ſolebat, & ſine cuius lectione nullam diem præterire paſſus eſt, in hac cauſſa diſſentiret. Ille enim *ſoli Petro claues commiſſas; & Eccleſiam ſuper ipſum exſtructam dicere videtur*: Id quod Magdeburgenſes fatentur. Et aduerſus hæreticos, Romanæ potiſſimum Eccleſiæ auctoritate pugnat; traditque Romanum Epiſcopum, poſtquam Montani prophetias damnaſſet, Aſiæ, & Phrygiæ Eccleſijs pacem intuliſſe. Et alibi; *Si Italiæ* (inquit) *adiaces, habes Romam, vnde nobis quoque auctoritas præſto ſtatuta eſt: felix Eccleſia cui totam doctrinam Apoſtoli cum ſanguine ſuo profuderunt*. Adeo verò Cyprianus nec à præceptoris, nec à reliquorum patrum ſenſu iudicioque hic diſſidet; vt in efferẽda Romanæ ſedis dignitate, vix quiſquam aut copioſior, aut illuſtrior ſit. [1] Cyprianus enim eſt, qui aſſerit Chriſtum, *ſuper Petrum Eccleſiam ſuam fundaſſe, & ſuper illum vnum ædificaſſe*. [2] Cyprianus eſt qui Romanam Eccleſiã *Catholicæ Eccleſiæ matricem & radicem* appellat; [3] Petri præterea *Cathedram, atque Eccleſiã principalem, vnde ſacerdotalis vnitas exorta eſt*. [4] Cyprianus, vel certè Cornelius Cypriano lõgè *cariſſimus ſummoq́ue, vt Cyprianus ſcribit, virtutis & fidei teſtimonio prædicandus, affirmat vnũ Deum eſſe, vnũ Chriſtũ eſſe Dominum noſtrum, vnum Spiritum ſanctum, vnum in Catholica Eccle-*

Cyprianus auctor ſemper & fautor vnitatis nõ diſſidet vel à Tertulliano magiſtro ſuo, vel ab alijs patribus in Rom. ſedis auctoritate aſſerenda.

Tertulliani de Romani Pontificis primatu teſtimonia.

Cypriani teſtimonia de Rom. ſedis principatu.

Li de pudicitia.

Cent. 3. c. 4. col. 84.

Aduerſ. Marcionem & Praxeam.

Aduerſ. eundem Praxeã

De præſcript. aduerſus hæretices.

1 li. 1 epi. 3 et li. 4. epi. 9 & in epi. ad Quirinũ ſiue Quintum: et de vnitate Eccleſiæ. & ſermo. de bono patientiæ. et ad Iulianũ

2 epi. 8. li. 4

3 epi. 3 li. 1.

4. Li. 3. epi 11.

ſia

5 Li. 4. Epi. 8. *ſia Epiſcopum eſſe debere.* Si[5] Cypriano credimus;qui cum Cornelio
6 Li. 4. Epi. 2. Romano Pontifice *cõmunicabat, in Catholica Eccleſia vnitate pariter
& caritate* communicabat. [6] Si Cypriano credimus; *à Chriſto vna
Eccleſia per totum mundum in multa membra diuiſa eſt: item Epi-*
7 Li. 1. Epi. 8. *ſcopatus vnus Epiſcoporum multorum concordi numeroſitate diffuſus.*[7] Cy-
prianus eſt,qui aſſerit; *Deus vnus eſt,& Chriſtus vnus,et vna Eccleſia,
et Cathedra vna ſuper petram Domini voce fundata. Aliud altare conſtitui,*
8 Li. 1. Epi. 3. *aut ſacerdotium nouum fieri præter vnum altare,et vnum ſacerdotium non
poteſt.* Et[8] alibi; *Non aliunde hæreſes obortæ ſunt,aut nata ſchiſmata, quàm
inde quod Sacerdoti Dei non obtẽperatur; nec vnus in Eccleſia ad tempus
Sacerdos,et ad tẽpus iudex vice Chriſti cogitatur. Cui ſi ſecundũ magiſteria
diuina obtẽperaret fraternitas vniuerſa; nemo aduerſus Sacerdotũ collegiũ
quicquã moueret: nemo poſt Diuinũ iudiciũ,poſt populi ſuffragiũ,poſt Coepi
ſcoporũ cõſenſũ,iudicẽ ſe iã non Epiſcopi,ſed Dei faceret: nemo diſſidio vni-
tatis Chriſti Eccleſiã ſcinderet: nemo ſibi placẽs ac tumẽs,ſeorſum foris hæ-*
9 Li. 3. Epi. 13. *reſim nouã conderet.* [9] Cyprianus eſt,qui Stephanum Rom. Pontifi-
cẽ hortatur;vt miſſis ad Galliæ Epiſcopos litteris,Marciano Arela
tẽſi Epiſcopo hæreſiarcha exauctorato, alius in locum eius ſuffice-
10 Li. 1. Epiſt. 3. retur. [10] Cyprianus deniq; eſt, *qui Romanos eos eſſe* aſſerit, *ad quos per-
fidia habere non poſſit acceſſum.* Atq; iſta Cypriani teſtimonia, quãuis
Petri & Romanæ ſedis prærogatiuã apertè,validèq; corroborent;
neq; quicquã ſit in toto Cypriano,quod his aduerſetur: ſi quid ta-
men prima fronte (vt fit) aduerſari videretur; rationis & æquitatis
eſſet, eã potius interpretationẽ amplecti,in qua omnia bellè cum
Catholica fide, & ipſo Cypriano congruerent; quàm illam quæ &
Catholicæ fidei aduerſaretur,et ipſumquoq; Cyprianũ implacabili
ſecũ diſſidio confligantẽ pariter obrueret. Quod neceſſe eſt eueni-
re,ſi iſtos præclaros Theologos ſequamur. In quorum argumen-
tis, quantũ ſit ponderis aut momenti,accuratiùs iam diſpiciamus.

Ex contemptu ſummi Sacerdotis orta ſunt hæreſes, & nata ſchiſmata.

Ad Romanos perfidia acceſſum habere nequit.

*Reſpondetur ad ſuperiora Lutheri,atque Magdeburgenſium ex Cypria-
no teſtimonia & argumenta contra Romani Pontificis primatum.*

Cap. XIX. Critobvlvs.

QVID tibi neſcio; mihi certè plus ponderis videntur habere,
quàm quod tu facilè ſuſtinere poſſis. Sed virium tuarum periculũ
facito. IREN. Illud itaque in primis admiror, quid ſibi velint,
aut quò ſpectent Magdeburgẽſes, quòd vel de Cypriano mẽtian-
tur,quaſi Stephanũ Rom. Pontificem tã odioſè laceraret; quòd *in-
ſolenter et arrogãter,et cõtumaciter prauã conſuetudinẽ defenderet* (quib9
aduerſ eiũ verbis,quãtũ ego adhuc video,nõ vtitur) vel quòd au-
deãt illis Cypriani ſcriptis,quæ ſola inter reliqua ei9 opera Eccleſia
ſẽper dãnauit,ad Rom. Põtificatus principatum labefactandũ ab-
uti,eorum auctoritate niti,& tanta denique contentione iactare.
Niſi fortè quemadmodum Apoſtolus eorum Lutherus; ita ipſi
quoque Romanæ ſedis odio,hæreticos baptiſmo iterum expian-

Magdeburgenſes de Cypriano mentiuntur.

Magdeburgenſes ijs Cypriani ſcriptis,quæ Eccleſia nõ approbauit,ad tollendã Romani Põtificis auctoritatem abutuntur.

dos cum Cypriano existiment: aut certè lectoribus (quod videtur) persuasum cupiant, tales fuisse Stephanum & alios Romanos Episcopos: quales eos Cyprianus opinionis errore seduct⁹ minus vere depingit. Qua de re cùm in criminatione Magdeburgensium cõtra Corneliũ retundẽda iam nonnihil dixerimus; non est quòd hic repetamus. Sed donemus Euangelicis tuis hanc illius ſcriptorum partem,

Locus quem ex Cypriano mutilatum Euãgelici citant, nõ pro eis, ſed contra eos facit ſi totus & integer ſumatur.

in qua Lutherus & Magdeburgẽſes ſingulare quoddam cauſſæ ſuæ præſidiũ conſtituunt; nulla hęreſi, nullo errore fædatam. Res adhuc omnis in tuto eſt. Neq; Catholici, ſed Euãgelici tui ex ea ipſa Cypriani auctoritate, ſi totã & integrã receẽſeas, proſternuntur. *Non eſt* (inquit) *de conſuetudine præſcribendum, ſed ratione vincendũ. Nam nec Petrus, quem primùm Dominus elegit, & ſuper quem ædificauit Eccleſiam ſuam, cùm ſecum Paulus de circumciſione poſtmodùm diſceptaret; vindicauit ſibi aliquid inſolenter, aut arroganter aſſumpſit; vt diceret ſe primatum tenere, et obtẽperari à nouellis et poſteris ſibi potius oportere. Nec deſpexit Paulum, quòd Eccleſiæ prius perſecutor fuiſſet, ſed cõſiliũ veritatis adminiſtrationi legitimæ, quã Paulus vindicabat, facilè cõſenſit; documentũ ſcilicet nobis & concordiæ et patientiæ tribuens, vt nõ pertinaciter noſtra amemus; ſed quæ aliquando à fratribus, & collegis noſtris vtiliter & ſalubriter ſuggerũtur, ſi ſint vera et legitima, ipſa potius noſtra ducamus.*

Petrum primum Chriſtus elegit.

Cyprianus ad Quintũ de hæreticis baptizãdis. ex editione Morelij.

Quid de Petri prærogatiua apertius dici potuit, quàm vt diceret, Chriſtũ eũ *primum elegiſſe, & ſuper eum Eccleſiã ſuam ædificaſſe*? Quid eſt primum eligere, niſi ceteris præpoſuiſſe? Neq; enim ad tempus vel ſuſceptæ fidei, vel inuitationis ad Apoſtolatum referri poteſt; cùm Andreas frater prior in Chriſtum crediderit, & ad Apoſtolatum vterque ſimul vocatus fuerit. Id quod Euangeliſtæ teſtantur, & Magdeburgenſes ipſi agnoſcunt. Hic ergò locus principatũ Petri manifeſtè aſtruit. Qui tamen in eo non conſiſtit, vt vel ille Pauli, vel Stephanus Cypriani, vel ceteri aliorum Epiſcoporũ vera et legitima cõſilia principatus huius inflati tumore reſpuerent.

Quo in ſenſu ſit accipiendũ illud Cypriani: Petrũ primum Dominus elegit.

Ioan. 1. Matth. 4. Marc. 1. Luc. 5.

Cent. 1. li. 2 cap. 10 col. 549 et 564 & Cent. 2. cap. 7. col. 245.

Sed neq; illa altera Cypriani & Synodi illius ſententia, quam tantopere Lutherus amplectitur, quamuis fuiſſet in longè meliore cauſſa dictata; hunc principatum quicquã imminuiſſet. Quæ enim tradit ea Synodus cum Cypriano; Epiſcopum de Epiſcopo cognitionem habere non poſſe, ſed Epiſcopi cauſſam ad Chriſtum ſolũ reiiciendam, vt ab eo cognoſcatur: in his cauſſis obtinet, quæ adhuc totius Eccleſiæ iudicio non ſunt cõſtitutæ, & definitæ, ſed dubiæ adhuc & controuerſæ probabili in vtramque partem diſputatione vltro citroq; agitãtur. In quem ſenſum Auguſtinus, hæc Cypriani verba & refert, & interpretatur: alioqui hæretici & apoſtatæ Epiſcopi liberè in Eccleſiam graſſabuntur. Cuiuſmodi Cyprianum cum ſocijs exauctoraſſe, alioſque in eorum locum ſubſtituiſſe conſtat. Atque ob hanc cauſſam, re adhuc tota Eccleſiæ iudicio non plenè explicata: neque Irenæus in Paſchatis ritu; neque Dionyſius

Reſpõdetur ad locum Cypriani, quo Lutherus probare ſibi viſus eſt omnes Epiſcopos eſſe pares.

In quibus cauſſis verũ ſit illud Cypr. & Carthaginẽſis Synodi Epiſcopum de Epiſcopo cognitionem habere non poſſe.

Li. 2. de baptiſmo ca. 2. li. 3. ca. 3. li. 6. cap. 7.

Li. 1. epi. 4.

nyſius in hæreticis rebaptizandis errrâtes per anathema ab Eccleſia diuelli Romanorũ Pontificũ cenſura, æquo animo paſſus eſt. Vnde perſpicuum eſt, eos non dediſſe vitio Romanis Pontificibus, quòd iuriſdictionẽ, quam nullam haberent in remotas Eccleſias; ſed quòd legitimam alioqui poteſtatem non ſatis conſideratè, nec ſatis ex æquo & bono exercerẽt. Atq; huc etiam tota illa Cypriani ſententia reſpicit: qui licet à Romanis & alijs Epiſcopis in re grauiſſima diſſentiret; non tamen vnitatem pacis, & mutuam cõmunionem reſcidit. Quæ animi eius moderatio effecit, vt erraſſe ſemper potius, quàm hæreticus fuiſſe ſit iudicatus. Quare & his verbis Africana Synodus vtitur: *Supereſt*, inquit, *vt de hac ipſa re, quid ſinguli ſentiamus, proferamus; neminem iudicantes, aut à iure communionis aliquẽ, ſi diuerſum ſenſerit, amouentes.* Quocirca, vt iſta hactenus nihil, ita non magis cetera, quæ ab iſtis pari fide atque iudicio coaceruantur, obfutura ſunt. Inter quæ illud quæſo quàm leue eſt, quod ex titulis & Epiſcoporum inſcriptionibus, & ſimilibus argumẽta nobis texunt. Quaſi verò aut Papa, quatenus homo Chriſtianus, non ſit non ſolum Epiſcoporum, ſed Chriſtianorum omnium frater; aut quaſi Papa & Epiſcopi ex ipſa ſacerdotali ordinatione nõ ſint omnes ſacerdotes; aut in Epiſcopali non ſint omnes Epiſcopi deſignati; vt meritò ſe inuicem collegas, & Coepiſcopos appellare poſſint. Hieronymus Petri & Damaſi cathedrã alijs omnibus præfert: Ægypti tamen Epiſcopos collegas eius vocat. Ambroſius Romanũ Pontificem *totius Eccleſiæ Dei rectorem*: eundem tamen & *fratrẽ* appellat. Papæ verò nomen vt Cypriano tributum, non facit eum Petri ſucceſſorem; ita cùm Romano Pontifici aliud inditur, ſuam illi dignitatem haud detrahit. Quæ non in nominibus, ſed re ipſa conſideratur. Quanquam Papæ nomen, alijs etiam olim Epiſcopis cõmune, ad ſingularem Romani Põtificis dignitatem demonſtrandam, Chriſtiani orbis vetuſtiſſimo vſu, ad eum ferè ſolum poſtea tranſijt. At aiunt Magdeburgenſes, Romani ipſi non ſolũ Cyprianũ Papam appellant, verùm id etiam vltrò fatentur; Cyprianum eos pro iudicibus in fidei controuerſia non agnouiſſe, quantumuis ſe ſuperbè de fide ſua venditent. Sed quando tandem modum iſti aliquem ſuis vel mendacijs, vel fraudibus imponent? Quid enim illi de ſua fide dixerunt, quod nõ prius, non ſolùm Cyprianus, ſed Paulus ipſe Apoſtolus dixerit: *Veſtra*, inquit, *fides in vniuerſo mundo annũciatur.* Magdeburgenſes potius arrogãter faciunt, qui veræ fidei laudẽ, quam illis Paulus, Cyprianus, & alij poſtea ſemper patres omni Eccleſiæ memoria tribuerunt; inueterato illius ſedis & Catholicæ fidei, quæ ibi ſemper eminuit, & hodie eminet, odio, detrahere, poſt mille quingentos annos inuidioſè conãtur. Fraudes verò iſtorum in eo hic verſantur: quòd nõ Romanus Põtifex, ſed ſolus Clerus Romanus, ex morte & martyrio Fabiani, paſtore deſtitutus, has

Lib. 2. Epi. 1

In ſententiis Carthagen. Synodi.

Ad Damaſ.

1. Tim. 3.

epiſt. 78. lib. 10.

Cent. 3 c. 7. pag. 170.

Li. 1. Epi. 3.

Rom. 1.

Dionyſius Alexandrinus

Quid vitio verterint Romanis Pontificibus.

Cyprianus licet errarit, cum nunquam tamẽ pro hæretico ſit habitus.

Reſpondetur ad leuiuſcula illa, quæ ex titulis et inſcriptionibus Magdeburgenſes congeſſerunt, argumenta.

Hieronymus.

Ambroſius.

Oppoſitio Magdeburgenſium.

Demolitio.

Fraudes Magdeburgenſium.

litteras ad Cyprianum, de lapſis recipiendis, vel non recipiendis eum conſulens, conſcripſerit. Nemo enim adhuc in locum Fabiani ſuffectus erat, vt apparet ex litteris Romani Cleri, & ipſius Cypriani. Quare non eſt mirum, ſi ſolius cleri, qui paſtore careret, iudicium ad tantam cauſſam & deliberationem definiendam ſufficere non crederet: ſed plenam cauſſæ cognitionem ad nouum paſtorem reijceret: cuius iudicium non ſolùm Romanus Clerus, ſed & Cyprianus ſequuturus videretur. Ille quidem, dum ita ſcriberet, *Quanquam*, inquit, *differendæ huius rei neceſſitas maior incumbat, quibus poſt exceſſum nobiliſſimæ memoriæ viri Fabiani, nondũ eſt Epiſcopus propter rerum & temporum difficultates conſtitutus; qui omnia iſta moderetur; & eorum, qui lapſi ſunt, poſſit cum auctoritate, & cum conſilio habere rationem.* Cyprianus verò dum, quæ ipſe cum ſua Synodo Africana decerneret de lapſorum pœnitentia, ad Romanũ Pontificem comprobanda tranſmitteret, in hæc verba ſcribens: *Ac ſi minus ſufficiens Epiſcoporum in Africa numerus videbitur, etiam Romã ſuper hac re ſcripſimus ad Cornelium, collegam noſtrum; qui & ipſe, cum plurimis Coëpiſcopis habito conſilio, in eandem nobiſcũ ſententiam, pari grauitate & ſalubri moderatione conſenſit.* Sed nõ tulit æquo animo, aiunt, Cyprianus prouocationes Epiſcoporũ ex Africa ad Romanum Põtificem interpoſitas: fateor. Atqui nec hodie multi pij viri, omnes appellationes, quæ Romam promiſcuè deferuntur, probant. Non; quòd nullam eas audiendi poteſtatem habeat Romanus Pontifex; ſed, quòd omnia ad ædificationem fieri debeant; debeatq; ille ex æquo & bono, & ad totius Chriſtianæ reipublicæ ſummam vtilitatem, amplitudinem iuriſdictionis ſuæ moderari; neque ſine magna cauſſa, reliquorum Epiſcoporum auctoritatem imminuere; neque Epiſcoporum iuſtas, ſed iniuſtas ſententias reſcindere. Certè quorum appellationes improbat Cyprianus, erant ab Epiſcoporum Synodo, poſt accuratam cauſſæ cognitionem damnati. Qui grauiſſimis & manifeſtis, propriaque confeſſione detecti, idololatriæ, & alijs criminibus implicati fuerant: vt iuſtiſſimè ille, tam iniuſtã appellationem damnarit; poſtularitque cauſſam in Africam, vbi crimen admiſſum erat, referri. Quod certè ſiue ab Africanis tantùm, vt videtur, ſiue *ab omnibus in vniuerſo mundo Epiſcopis*, vt iſti ad conciliandam Romano Pontifici inuidiam de ſuo (vt ſolent) adijciunt, conſtitutum fuerit; non ita multum intereſt: cùm non omnem Romanis Pontificibus in omnibus appellationibus recipiendis; ſed ex ea, de qua dixi, cauſſa, facultatem adimat. Iniuſtam enim, non iuſtam appellationem reſcindit. Id quod ipſe ſatis his verbis indicare videtur: *Neque reſcindere ordinationem iure perfectam poteſt, quod Baſilides poſt crimina ſua detecta, & conſcientiam etiam propria confeſſione nudatam, Romã pergens, Stephanum collegam noſtrum longè poſitum, & geſtæ rei & veritatis*

Cyprianus Romani non Pontificis, ſed Cleri Pontifice destituti iudicio minus fidendum putauit.

Li.2. Epi.7

Li.4. Epi.2.

Obiectio Magdeburgenſium.

Reſponſio.

Huiuſmodi appellationes ad Romanum Pontificem improbauit Cyprianus, & cum eo Africani patres.

Li.1. Epi.4.

veritatis ignarum feſellit; vt ambiret reponi ſe iniuſtè in Epiſcopatum, de quo fuerat iuſtè depoſitus. Hæc eò pertinent, vt Baſilidis non tã abolita ſint, quàm cumulata delicta: vt ad ſuperiora peccata eius, etiam fallaciæ & circũuentionis crimina acceſſerint. Neque enim tam culpandus eſt ille, cui negligenter obreptum eſt, quàm hic execrandus, qui fraudulenter obrepſit. Vides hic non id à Cypriano dici, Stephanum nullam Epiſcoporũ in Africa ordinationẽ; ſed iuſtè factam, interpoſita prouocatione, reſcindere non poſſe: quod facilè fatemur. Neq; enim debuit dignitatis illius amplitudo ad iniuſtitiæ, ſed iuſtitiæ potius patrociniũ valere. In hunc itaq; aut ſimilẽ huic ſenſum, quidquid vel Africani, vel alij vnquã Epiſcopi de ſubmouendis appellationibus ſanxerint, accipiendum videtur. Quanquam, vt dixi, vox illa [*omnibus nobis*] de Africanis ſolis accipienda eſt; de quibus prius in eadem Epiſtola: *Quod vtiq; de omnium noſtrorum conſilio placuit ſcribere, vt erroris, &c.* Quare iam integra Cypriani verba, vt tota res melius intelligatur, recenſebimus. *Nã cùm ſtatutum ſit omnibus nobis, et æquũ ſit pariter & iuſtum, vt vniuſcuiuſque cauſſa illic audiatur, vbi eſt crimen admiſſum; & ſingulis paſtoribus portio gregis ſit adſcripta, quam regat vnuſquiſq; et gubernet: oportet vtique eos quibus præſumus, non circũcurſare, nec Epiſcoporum cõcordiam cohærẽtẽ ſua ſubdola & fallaci temeritate collidere, ſed agere illic cauſſam, vbi & accuſatores habere & teſtes ſui criminis poßint.* Quibus verbis non omnem appellationem ad Romanos Pontifices, ſed eam ſubmouere videtur, qua perditi & deſperati homines ob grauiſſima & manifeſta crimina à Synodo damnati (inter quos Priuatus nonaginta Epiſcoporũ ſententia condemnatus eſt) Romanos Pontifices ad reſcindenda tot Epiſcoporum æquiſſima iudicia callidè circumuenire conati ſunt. hoc eſt ergò quod Africani conſtituerunt. Sed vbi interim præclari iſti legiſlatores nouum hunc ſuum totius mundi Epiſcoporum canonem, vel in Cypriano, vel quacũq; vnquam Synodo, aut patre inuenêre? Qui certè noua iſta Magdeburgenſium prudentia ſatis dignus; totius verò mundi, aut infima quauis Synodo, aut homine quouis, qui vel micam ſalis haberet, indignus eſt. Vt enim ab iſtis nomothetis contextus eſt, vt vides, non ſolùm ad Romanum Põtificem, ſed omnem prorſus, poſt ſententiam ſemel latam, prouocationem tollit. Nulla enim æquitate, nulla moderatione nouum hoc Magdeburgenſium decretum tẽperatur. Abſolutè dicitur, *ab omnibus in vniuerſo mũdo Epiſcopis ſtatutum, ne liceat ad Romanũ Pontificẽ, vel quemuis alium appellare.* Quo nihil magis ridiculũ, ineptũ, iniuſtũ dici aut fingi poteſt. Quid enim hoc eſſet aliud, quàm iniquè oppreſſis omnem auxilij & remedij ſpem præcidere, & impotentem quandam tyrannidem in Eccleſiam importare? Tales ſcilicet nobis Magdeburgenſes canones de ſuo edũt, qui iuſtiſſimos Catholicæ Eccleſiæ canones vbique exagitãt. Tales iſti nobis integerrimi homines ex Cypria-

Canon iniquus contra appellationes in Magdeburgenſium officina cuſus.

 no

Magdeburgenſes canones ſuos cōmētitios Cypriano perfidè adſeribunt.

no,de quibus ille ne per ſomniū quidem vnquam cogitauit ,domi ſuæ canones architectantur;qui tam tumultuoſè eo nomine cęlum & terram miſcent; quod Romani Pontifices Nicænos canones (quod nunquam probabunt)ſceleratè corruperint. Qui vt nullum talem apud Cyprianum canonem,ita nec illud, quod maximè cupiunt,apud eum reperiunt; non minorem videlicet eſſe Africanorum,quàm Romanorum Pontificum auctoritatem. Quo modo enim id diceret,qui in eadem Epiſtola ſcripſiſſet, *Romam eſſe Petri cathedram,atque Eccleſiam principalē,vnde vnitas Sacerdotalis exorta eſt?* Epi.3.lib.2. Sed ex quibus Cypriani verbis id conſequi putant,quod nimis cō fidenter aſſerunt Magdeburgenſes; ea ad ſchiſmaticos Epiſcopos potius referenda videntur, qui ſuam factionem numero & auctoritate Catholicis,à quibus anathemate deuoti ſunt, ſuperiorem, atque ideo paucorum ſe conſpiratione iniuſtè premi querebantur. Nam cùm dixiſſet;*niſi paucis & perditis minor videtur eſſe auctoritas Epiſcoporum in Africa conſtitutorum,qui iam de illis iudicauerunt; & eorum conſcientiam multis delictorum laqueis vinctam ,iudicij ſui nuper grauitate damnarunt:* mox ſubijcit;*Si eorum qui de illis priore anno iudicauerūt,numerus cum presbyteris & Diaconis computetur;plures tum adfuerunt in iudicio & cognitione,quàm ſunt ijdē iſti, qui cum Fortunato videntur nunc eſſe coniuncti.* De qua re & antè in eadē Epiſtola dixerat, quo modo videlicet ſchiſmatici Fortunatum illum Pſeudoepiſcopum factum à viginti quinque ſuæ factionis Epiſcopis falſo iactarent. Quare et hæc addit:*Et tamen ad decipiendas aures ſimpliciū & abſentium,mendacio numerus inflatur: quaſi & ſi verus hic eſſet numerus, aut ab hæreticis Eccleſia,aut iniuſtis iuſtitia vincatur.* Ceterùm vtcunq; iſta de Epiſcoporum appellationibus ſe habeant,aut qualecunque ſit Cypriani de his iudicium(quod quidam,quātum ego adhuc cerno,non valde ab Eccleſiæ iudicio, vſuque abhorret) certè ſi quid in eius ſententijs perplexius, durius, aut alienius cerni videatur, illius mihi quamuis certam ſententiam totius Eccleſiæ tam inueteratæ conſuetudini cedere;& reliqua candidè potius ex Eccleſiæ vſu atque auctoritate,quàm contra eam ſiniſtrè & malignè accipi debere iudico. Sed non eſt hæc appellationum cauſſa, quæ omnes has turbas in Eccleſia hodie excitat. Quæ ab alia potius, in qua caput totius controuerſiæ ponitur,pendet.

Magdeburgenſes perfidè verba Cypriano affingūt de Romanorū & Africanorum Pontificum æqualitate, quæ nuſquā in eo reperiuntur.

Cypriani verba contra ſchiſmaticos in Africa Epiſcopos Magdeburgenſes torquēt ad minuēdā Romani Pōtificis amplitudinem.

Ad catholicæ Eccleſiæ normā ſingula in Cypriano expendenda.

D.Petrum ceteris Apoſtolis & vniuerſæ Eccleſiæ fuiſſe à Chriſto præpoſitum;& in ea præfectura Romanum Pontificem Petro ſuccedere,ex Cypriano contra Apologeticos, & Magdeburgenſes oſtenditur:& ad idem probandū Anacleti & Leonis primi teſtimonia proferuntur.Variæ item Magdeburgēſiū fraudes in deprauādo verborum Cypriani ſenſu deteguntur: & monarchiæ Eccleſiæ Chriſti neceſſitas varijs modis probatur.

CAP. XX. CRITOBVLVS.

QVIDNAM eſt illud aliud, in quo totius controuerſiæ cardo vertitur? IREN. Nempe hoc, quod & veſtri Euangelici acerrimè omnium infitiantur; & nos Catholici firmiter aſſerimus, & omnino contendimus; Chriſtum videlicet ſuæ vniuerſæ Eccleſiæ ſolum Petrum præfeciſſe: in cuius vicariam poteſtatem Romani Pontifices ſuccedunt. Vnam eſſe Chriſti Eccleſiam, quæ & ſecum & cum ſuo paſtore potiſſimum in fide conſentiat, cum quo et reliqua membra congruere debeant, omnis humana & diuina ratio poſtulat. Quare in rebus fidei controuerſis, & eius dogmatis ſanciendis, nihil eſt citra eius conſenſum, vel certè nihil omnino contra eius ſententiam conſtituendum. Cui doctrinæ nihil eſt, vel in Cypriano, vel in ceteris patribus, quod repugnet. Quod te ſatis ex iis, quæ narraui, perſpicere arbitror. De quo capite quàm egregiè ſenſerit Cyprianus, abunde intelligis. Qui licet ceteros Apoſtolos Petro æquales, in eo tamē inferiores facit, quòd vt reliquam Eccleſiam, ita & ipſos Chriſtus quaſi ſummo totius Eccleſiæ paſtori ſubiecerit. Quod vnum nobis ad id, quod volumus, obtinendum ſatis eſt. CRIT. Et mihi quidē ſatis eſſet, ſi tam facilè probares, quàm id magna fiducia dicis. Et ſi enim vt, quod res eſt, candidè atq; ingenuè apud te explicem, multa tu mihi receuſueris, quibus ea, quæ ex Cypriano Magdeburgenſes oppoſuerant, commodè ſatis (quod hactenus nunquam futurum credideram) refutaris; vt iam Cyprianus magis à te, quàm contra te ſtare videatur: hanc tamen omnem tuam interpretationem Magdeburgenſes conuellere probabiliter videntur. Illud verò prorſus nec intelligo, nec credo, Cyprianum eodem, quo Apoſtolos Petro pares conſtituit, loco; Petro quoque inferiores adfirmare. Quod mihi nec ille docere, nec dicere vlla ratione poſſe videtur: cùm ex diametro iſta inuicem aduerſari videantur. Has verò dubitationes ſi dexterè ſemel amoliri poteris; nihil video quin Cyprianus totus tuus ſit; nihilq; in ſexta illa Carthaginenſi Synodo, aut Nicænis canonibus, quos noſtri corruptos tam atrociter clamitant, ſupereſſe, vnde ſe multum deinceps venditent. En tibi igitur à Magdeburgenſibus illam, quam commemorauimus, idque ex ipſorum verbis, Cypriani luculentam interpretationem. *Quod verò Cyprianus libro primo, Epiſtola tertia, Romanam Eccleſiam cathedram Petri, & Eccleſiam principalem appellat, vnde ſacerdotalis exorta ſit vnitas: eo ſenſu dicitur, quòd Romana Eccleſia alias ſit hortata ad conſociationem mutuā; & quòd in ea re præ ceteris laborarit; non quòd iure aliquo diuino prima, & caput aliarū ſit conſtituta. Nam Epiſcoporū Africanorum non vult minorem eſſe auctoritatem, quàm Romanorum: & communi Epiſcoporum ſtatuto cautum eſſe oſtendit, ne in vnius prouinciæ Eccleſia excommunicati, circumcurſent ad alias: Nec illo Romanæ Eccleſiæ ſeu Epiſcopo Romano primatum aliquem attribuit, quod ſcribit libro quarto,*

Aſſertio Catholicorum contra ſectam de primatu Petri. & Romanæ ſedis ſuper vniuerſam Eccleſiam auctoritate.

Gloſſema Magdeburgenſium corrūpens textū & deprauans ſenſum Cypriani in iis, quæ ſcripſerat de primatu Petri, & Romana ſede.

cent. 3. cap. 7. pag. 172

capite octauo, Nos ſingulis nauigantibus ne cum vllo ſcandalo nauigarent, rationem reddidiſſe ſcimus,& hortatos eſſe, vt Eccleſiæ Catholicæ matricem & radicem agnoſcerent, & tenerent. Nam ſeipſum ibidem declarat, quod de Eccleſiæ vnitate & caritate intelligi velit. inquit enim; Ideo litteras communicatorias & ordinationem Cornelij approbantes ſerius ſcriptas eſſe; vt re melius cognita, per omnes omnino in iſta prouincia poſitos litteræ fierent, ſicut fiunt; vt vniuerſi collegæ noſtri & communicationem tuam, id eſt, Catholicæ Eccleſiæ vnitatem pariter & caritatem probarent firmiter, & tenerent. Nam conſociationem illam omnium Eccleſiarum,& Epiſcoporum in conſenſione doctrinæ & diſciplinæ Eccleſiaſticæ, vocat vnitatem. Eius autem vnitatis matricem & radicem appellat mutuam communicationem, quæ fiebat per litteras communicatorias; quas ſtatim vno aliquo legitimè vocato & ordinato Epiſcopo in loco illuſtriori ſibi inuicem mittere ſolebant, eius ordinationem probantes aut improbantes: vt patet ex hac Epiſtola,& ex multis aliis: & præcipuè ex libro 4. Epiſtola 2. vbi dicit; Cornelium Epiſcopum factum eſſe iudicio Dei, & Coepiſcoporum teſtimonio; quorum numerus vniuerſus per totum mundum concordi vnanimitate conſenſerit. Si verò iſta aliorum Epiſcoporũ ad Cornelium aſſociatio ei primatũ attribuere videatur: tum eadem quoq; ratione Cypriano primatũ aſſereret. dicit enim in libro 4. Epiſt. 9. Eccleſias vniuerſas per totum mundũ ſecum vnitatis vinculo eſſe copulatas. Crebræ ſunt voces apud Cyprianũ, vnum Deum eſſe, & vnum Chriſtum,& vnam Eccleſiam,& cathedrã vnam ſuper petram Domini voce fundatam; aliud altare conſtitui, aut ſacerdotium nouum fieri non poſſe. lib. 1. Epiſt. octaua. Et Maximus,& Vrbanus, & Sidonius in formula reuocationis dicunt; vnum Epiſcopum in Catholica Eccleſia eſſe debere, lib. 3. Epiſtola 11. Et Cornelius in Epiſtola ad Fabium dicit: Nouatum ignoraſſe vnum Epiſcopum in Eccleſia Catholica eſſe debere; referente Euſebio libro ſexto, cap. 43. Sed hæc & ſimilia in hanc ſententiam dicuntur: Omnes Eccleſias conſentientes in vera doctrina pro vna Eccleſia; & omnes Epiſcopos pro vno haberi; & ab vno diſſentientes, ab omnibus diſſentire: nec poſſe in vna Eccleſia, vero & legitimo Epiſcopo ordinato, eodem Epiſcopo adhuc ſuperſtite, alium ordinari: patet id ex Cypriani libro 4. Epiſt. 2. cuius verba adſcribimus. Cùm ſit à Chriſto vna Eccleſia per totum mundum, in multa membra diuiſa; item Epiſcopatus vnus Epiſcoporũ multorum concordi numeroſitate diffuſus; ille (intelligit Nouatianũ, qui Romæ à ſchiſmaticis contra Cornelium Epiſcopus ordinatus erat) poſt Dei traditionem; poſt connexam & vbicunq; coniunctam Eccleſiæ Catholicæ vnitatem, humanã conetur Eccleſiã facere,& per plurimas ciuitates nouos Apoſtolos ſuos mittat, vt quædam recentia inſtitutionis ſuæ fundamenta conſtituat. Hæc Magdeburgenſes.

IREN. Cypriani illam auctoritatem, in qua ſuum Apologetici noſtrates & Magdeburgenſes tui præſidium collocant, non acciſam & per fruſta diſcerptam, non mancam & mutilatam, vt illi; ſed plenã atq; integram recenſebimus: eamque, vt tuæ voluntati plenius ſatisfaciam, vtque ſuo (quod dicitur) gladio aduerſarios iugulem,

Cypriani locus quo Apologetici & Magdeburgẽſes potiſſimum nituntur per ſum̃a diſcerpto; primum integer recitatur, deinde fuſius contra eos explicatur.

De vnitate Eccleſiæ ex editione P. Manutij.

aliquanto vberius explicabimus. Ad hunc itaq; modum inter alia Cyprianus: *Videns* (inquit) *inimicus idola derelicta, et per nimiũ credentiũ populum ſedes ſuas ac templa deſerta, excogitauit nouã fraudem; vt ſub ipſo Chriſtiani nominis titulo fallat incautos. Hæreſes inuenit & ſchiſmata, quibus ſubuerteret fidem, veritatem corrumperet, ſcinderet vnitatẽ. Quos detinere non poteſt in viæ veteris cæcitate; circumſcribit & decipit noui itineris errore. Rapit de ipſa Eccleſia homines, & dũ ſibi appropinquaſſe iam lumini, atq; euaſiſſe ſæculi noctẽ videntur; alias neſcientibus tenebras rurſus infundit; vt cum Euangelio Chriſti, & cum obſeruatione eius, & lege nõ ſtantes, Chriſtianos ſe vocent; et ambulantes in tenebris, habere ſe lumen exiſtimẽt, blandiente aduerſario atq; fallente; qui ſecundum Apoſtoli vocem transfigurat ſe velut angelũ lucis: et miniſtros ſubornat ſuos velut miniſtros iuſtitiæ, aſſerẽtes noctẽ pro die; interitum pro ſalute; deſperationẽ ſub obtentu ſpei; perfidiam ſub prætextu fidei; Antichriſtum ſub vocabulo Chriſti; vt, dũ veriſimilia mentiuntur, veritatẽ ſubtilitate fruſtrentur.*

Miniſtri à Diabolo ſubornati.

Hoc eò fit, fratres dilectiſſimi, dum ad veritatis originẽ non reditur; nec caput quæritur; nec magiſtri cæleſtis doctrina ſeruatur. Quæ ſi quis conſideret et examinet, tractatu longo, atq; argumentis opus non eſt. Probatio eſt ad fidem facilis compendio veritatis. Lo-

Matth. 16. *quitur Dominus ad Petrũ: Ego tibi dico, inquit, quia tu es Petrus, & ſuper iſtam petrã ædificabo Eccleſiam meã, & portæ inferorum non vincent eam. Tibi dabo claues regni cælorum, & quæ ligaueris ſuper terram, erunt ligata & in cælis: et quæcunq; ſolueris ſuper terrã, erunt ſoluta & in cælis. Et eidem poſt reſurrectionẽ ſuam dicit: Paſce oues meas. Super illum vnũ ædificat Eccleſiam ſuam, & illi paſcendas mandat oues ſuas.*

Eccleſia ſuper vnum Petrum ædificata.

Et quamuis Apoſtolis omnibus poſt reſurrectionẽ ſuam parem poteſtatem tribuat, & dicat: Sicut miſit me pater, & ego mitto vos; accipite ſpiritũ ſanctum: Si cui remiſeritis peccata, remittentur illi: ſi cui tenueritis, tenebuntur: tamen vt vnitatẽ manifeſtaret, vnam Cathedram conſtituit, et vnitatis eiuſdem originẽ ab vno incipientem ſua auctoritate diſpoſuit. Hoc erant vtiq; & ceteri apoſtoli, quod fuit & Petrus, pari conſortio præditi, et honoris, et poteſtatis; ſed exordium ab vnitate proficiſcitur, & primatus Petro datur, vt vna Chriſti Eccleſia et Cathedra vna mõſtretur.

Primatus Petro datur.

Et mox; *Quam vnitatẽ firmiter tenere et vindicare debemus, maximè Epiſcopi, qui in Eccleſia præſidemus; vt Epiſcopatũ quoq; ipſum vnum atq; indiuiſum probemus. Nemo fraternitatẽ mendacio fallat; nemo fidei veritatem perfida præuaricatione corrũpat. Epiſcopatus vnus eſt, cuius à ſingulis in ſolidum pars tenetur.*

Epiſcopatus vnus.

Eccleſia vna.

Eccleſia vna eſt, quæ in multitudinem latiùs incremento fœcunditatis extenditur: quo modo ſolis multi radij, ſed lumen vnum: et rami arboris multi, ſed arbor vna tenaci radice fundata. Et cùm de fonte vno plurimi riui defluunt, numeroſitas licet diffuſa videatur exundantis copiæ largitate; vnitas tamen ſeruatur in origine. Auelle radiũ ſolis à corpore, diuiſionem lucis vnitas non capit. Ab arbore frange ramum, fractus germinare non poterit. A fonte præſcide riuum, præciſus areſcet. Sic & Eccleſia Domini luce perfuſa, per orbem totum radios ſuos porrigit; vnum tamen lumen eſt, quod vbique diffunditur, nec vnitas corporis ſeparatur:

ramos

ramos ſuos in vniuerſam terram copia vbertatis extendit: profluentes largiter riuos latius expandit; vnum tamen caput eſt, & origo vna, & vna mater fœcunditatis ſucceßibus copioſa. Obſeruat hic Cyprianus ex Euãgelio varias clauium tum promiſſiones, tum repræſentationes; alteras ad Petrum & reliquos apoſtolos promiſcuè; alteras ad Petrum ſolum pertinentes.

Claues aliter promiſſa, & repræſentata Petro, quàm cæteris Apoſtolis.

Communes illæ promiſſiones ſunt apud Matthæum, Marcum, Ioannem. Peculiares Petro factæ apud Matthæũ & Ioannem. Quas ſi diligenter vel ex Cypriano, vel ex Euangelio conſideres; videbis conditionem Petri à reliquorum Apoſtolorũ longè ſeiunctam, non ob ea ſolum Chriſti verba, quibus dixit: *Petre, oraui pro te, ne fides tua deficiat: & tu cõuerſus confirma fratres tuos.* & de didrachmate ſoluendo: *ſolue*, inquit, *pro me & te*; & ſimilia (quę abſque dubio principatum quendam Petri demonſtrant): ſed ob ea potiſſimum, quæ hîc Cyprianus magno compendio perſtringit.

Matth. 18. Marc. vlt. Ioann 20. Matth 16. Ioan. 21. Luc. 22.

Diſsimilis conditio Petri & aliorum Apoſtolorum.

Plenior eſt enim Chriſti & promiſſio, & repræſentatio, quæ Petro facta eſt: promiſſio quidem; non tantùm quòd ſoli Petro dictũ ſit: *Quæcunq; ſolueris, aut ligaris in cælis* (quæ vox ſingulari numero concepta eſt, cũ ad omnes promiſcuè Apoſtolos loqueretur, quod diligenter notauit Origenes) ſed quòd ſoli Petro dictũ ſit à Chriſto, ſe Eccleſiam ſuam ſuper eum ædificaturum, aduerſus quam portæ inferorũ nihil valerent. Quas *portas* antiqui patres *hæreſes* appellãt. Iam Apoſtolis ligandi & ſoluendi poteſtas promiſſa eſt; Petro ſoli cælorũ, quæ latiùs patent, claues.

Promiſſio Chriſti plenior facta Petro quàm aliis Apoſtolis.

Tractatu ſiue homil. 6. in Matthæum.

Portæ inferorum hæreſes.

Epiphan. in Anchorato.

Videamus iam, quibus verbis vel erga Apoſtolos, vel erga Petrũ ſolũ vſus ſit Chriſtus; cùm hãc ſuam promiſſionem poſt reſurrectionẽ ad rem conferret. Petro quidem, & reliquis Apoſtolis miracula edendi, doctrinam Chriſtianã per totum orbem propagandi, remittendi & retinẽdi peccata, & ſacerdotij quoque ordinandi poteſtatem dedit. Atque hic quidem, vt Cyprianus ait, omnes Apoſtoli pares ſunt. Sed nulli niſi ſoli Petro *agnos & oues paſcendi* (quibus verbis totus Chriſti grex Petro creditus eſt, idque præſentibus ipſis Apoſtolis) poteſtatem dedit. Quę vox non ſolùm docendi, quod commune erat omnibus apoſtolis munus, ſed regendi atque gubernandi auctoritatem complectitur. Vt quemadmodum Apoſtolis reliquos, ita ipſos Petro, tanquam primo ſecundum ſe Eccleſiæ præſidi, Chriſtus ſubiecerit, niſi fortè ipſos neq; inter *agnos*, neque *oues* Chriſti (quæ voces totum gregem indicant) recenſeas.

Quæ ſint à Chriſto omnibus promiſcuè Apoſtolis collata.

Quid ſoli Petro tributum, cuius merito præſes fuerit & paſtor vniuerſi gregis Chriſti, & perinde Apoſtolorum.

Et hoc eſt, quod alibi Cyprianus affirmat, vt diximus; Petrum à Chriſto primum electum, & quod hic adiicit: *Vnitatis originem ab vno incipientem ſua auctoritate diſpoſuit.* Et ne ſe mnies Chriſtum eſſe illum vnum (quanquam ille angularis ſit lapis, & per ſe id habeat, quod Petrus ipſius beneficio) mox addit: *hoc erãt vtique et ceteri Apoſtoli, quod Petrus.* Quibus verbis ne videretur prærogatiuam omnem Petro denegare; hęc ibi ſtatim adiungit: *ſed exordium ab vnitate proficiſcitur, et Primatus Petro datur.* Eſt itaq; Chriſtus ſummus

Vnitatis origo ab vno Petro incipiẽs Chriſti auctoritate inſtituta.

Chriſtus ſummus paſtor, caputq; Eccleſiæ: & ſub Chriſto ex Chriſti inſtitutione Petrus.

ſummus paſtor, & ſummum Eccleſiæ ſuæ caput. Sed quemadmodum Chriſtus eſt, qui ſolus baptizat, ſolus remittit peccata, ſolus eſt ſacerdos, cuius virtute corpus ſuum in altari conſecratur & offertur; & ea tamen omnia per ſuos aſpectabiles miniſtros, nõ aſpectabili modo, operatur: ita licet ſolus hanc Eccleſiam apparente forma conſtantem, ipſe ab omni oculorum ſenſu remotus gubernet; per miniſtros tamen oculis ſubiectos eam gubernat. Quibus omnibus Petrum, Petrique ſucceſſores præfecit. Quam Petri prærogatiuam non euertit; quod reliqui Apoſtoli eodem honoris & poteſtatis conſortio præditi erant: cum apoſtolis cetera paribus, ſolus Petrus, vt totius Eccleſiæ caput, quod niſi vnum eſſe poteſt, præficeretur. Quod Cyprianus his ibi verbis apertè indicat: *ſed exordium ab vnitate proficiſcitur, et primatus Petro datur, vt vna Chriſti Eccleſia, et cathedra vna monſtretur.* Quam Cypriani ſententiã alijs verbis extulit Anacletus Romanus Pontifex. Nam & *inter Apoſtolos*, inquit, *fuit diſcretio poteſtatis, licet omnes eſſent Apoſtoli: Petro tamen à Domino eſt conceſſum, & ipſi inter ſe id ipſum voluerũt, vt reliquis omnibus præeſſet Apoſtolis, & Cephas, id eſt, caput et principium teneret Apoſtolatus. Qui & eandem formam ſuis ſucceſſoribus, et reliquis Apoſtolis Epiſcopis tenendam tradiderũt.* Sed quoniam noui iſti cenſores, has & huiuſmodi Decretales Romanorum Põtificum Epiſtolas, ſubornatas & ſuppoſiticias clamitant; adhibeamus ſanctiſſimi & doctiſſimi illius Epiſcopi Leonis, quod eius eſſe iſti negare non poſſunt, teſtimonium. *Huius*, inquit, *muneris ſacramentum ita Dominus ad omnium Apoſtolorum officium pertinere voluit, vt in beatiſſimo Petro, Apoſtolorum omnium ſummo, principaliter collocaret; vt ab ipſo, quaſi à quodam capite, dona ſua velut in corpus omne diffunderet, vt exortem ſe myſterij intelligeret eſſe diuini, qui auſus fuiſſet à Petri ſoliditate recedere.* Idem præterea; *De toto*, inquit, *mundo Petrus eligitur, qui & vniuerſarum gentium vocationi, et omnibus Apoſtolis, cunctisq́; Eccleſiæ partibus præponatur; vt, quamuis in populo Dei multi Sacerdotes ſint, multiq; paſtores; omnes tamen propriè regat Petrus, quos & principaliter regit Chriſtus.* Et rurſus: *Primus eſt*, inquit, *in confeſſione Domini, qui primus eſt in Apoſtolica dignitate.* Deinde paullò põſt addit; *propter quod dicitur beatiſſimo Petro; tibi dabo claues regni cælorum, &c. Tranſiuit quidẽ in alios Apoſtolos vis poteſtatis iſtius, & ad omnes Eccleſiæ principes decreti huius conſtitutio commeauit; ſed non fruſtra vni commendatur, quod omnibus intimatur. Petro enim ideo hoc ſingulariter creditur, quia cunctis Eccleſiæ rectoribus Petri forma præponitur.* Et ad Anaſtaſium Epiſcopum Theſſalonicenſem: *Quoniam ſicut præceſſores mei præceſſoribus tuis, ita etiam ego dilectioni tuæ, priorũ ſequutus exemplum, vices mei moderaminis delegaui; vt curam, quam vniuerſis Eccleſiis principaliter ex diuina inſtitutione debemus, imitator noſtræ manſuetudinis effectus, adiuuares.* Et poſtea: *Nec enim poterit vnitatis noſtræ firma eſſe compago, niſi nos ad inſeparabilem ſoliditatem vinculum caritatis adſtrinxerit: quia ſicut in*

Apoſtoli pari conſortio honoris & poteſtatis, licet dicantur præditi; Petrus tamen Apoſtolorum princeps fuit.

Ab Anacleto Cypriani ſententia alijs verbis expreſſa.

Anaclet. Epiſt. 3. & Deſtinction. 22. cap. 2.

Leonis primi teſtimonia de primatu Petri; quibus ſententia Cypriani explicatur.

Leo epiſt. 89 ad Viennenſes.

Petrus Apoſtolorum omnium ſummus.

Sermon. 3. in anniuerſario.

Petrus primus in dignitate Apoſtolatus.

Epiſt. 84. in edit. Colon. 1561. et in qua baſilam alia, ſed in tom. 1 concil. 82 cap. 1.

Cap. 11.

ſicut in vno corpore multa membra habemus; omnia autem membra non eundem actum habent; ita multi vnum corpus ſumus in Chriſto: ſinguli autem, alter alterius membra. Hæc connexio totius quidem corporis vnanimitatem requirit, ſed præcipuè exigit concordiam Sacerdotum. Quibus cùm ſit dignitas communis, non eſt tamen ordo generalis: quoniam & inter beatiſsimos Apoſtolos, in ſimilitudine honoris fuit quædam diſcretio poteſtatis: & cùm omnium par eſſet electio; vni tamen datum eſt, vt ceteris præemineret. De qua forma Epiſcoporum quoque eſt orta diſtinctio: & magna diſpoſitione prouiſum eſt, ne omnes ſibi omnia vindicarent; ſed eſſent in ſingulis prouinciis ſinguli, quorum inter fratres haberetur prima ſententia: & rurſus quidam, in maioribus vrbibus conſtituti, ſolicitudinem ſuſciperent ampliorem, per quos ad vnam Petri ſedem vniuerſalis Eccleſiæ cura conflueret, & nihil vſquam à ſuo capite diſsideret.* Hæc Leo luculentus Cypriani quaſi interpres. Cum quo nos capite & Eccleſiæ origine Cyprianus, vt coniunctos in fide & vnitate ſenſus teneamus ſolicitè, tota hac pulcherrima de vnitate oratione, idque eleganti à rebus naturalibus, ſole, arbore, atque fonte ducta ſimilitudine hortatur. Neque iſta ſolùm, ſed & reliqua omnia rerum terreſtrium, & cæleſtium exempla, ad vnam quandam in vniuerſis rebus originem, principatumque nos deducũt. In homine certè, quem μικρὸν κόσμον appellant, omnia corporis membra ad vnum capitis imperium reguntur. Et eam demùm optimè conſtitutam rempublicam philoſophi definiunt, quæ ab vno principe adminiſtratur. Vnde & Homerus οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω. Et eo demùm tempore Chriſtus naſci dignatus eſt; quo, vnius ſolius imperio Romanus orbis gubernabatur. Si, dimiſſis Philoſophis, etetrum Iudæorum rempublicam à Deo inſtitutam conſideremus, quæ ſine controuerſia typus noſtræ fuit; vnus Pontifex ceteris omnibus Sacerdotibus præerat; cui non paruiſſe capitale fuit. Si inferiora iſta nihil nos moueant; quid dicemus ad primum illud, vt philoſophi appellant, mobile, quod ſuo curſu ſolem, lunam, ſtellaſque ſecum trahit? Id denique in rebus naturalibus veriſſimum eſſe cõſtat, vt quo quidq; ſuperius, & eminentius ſit, eo magis ad hanc vnitatem tendat: vt rectè Cyprianus Epiſcopatũ (quo in Eccleſia Chriſti nihil eſt maius, aut auguſtius) vnum eſſe in tota Eccleſia propter vnitatem Apoſtolicæ cathedræ adfirmarit. Sed altius adhuc erigamur. Inter tot Angelorum millia, ſinguli ſuos ordines, & ſinguli ordines ſuos principes habent. Atq; ita tandem omnia, & cæleſtia, & terreſtria ad vnum in cælis principem & Deum reuocantur. Quid ergo? cùm omnia in hac vniuerſitate rerum; ſiue in cælo, ſiue in terra ad originem & caput quoddam rediganrur; ſolam Chriſti Eccleſiam, quam ſuo ſanguine expiauit, & quam optimo & pulcherrimo ordine conſtat eſſe diſpoſitam, tanti boni expertem, & ἀκέφαλον faciemus? Et cùm ſingulæ

Inter Apoſtolos in ſimilitudine honoris fuit diſcretio poteſtatis.

**In quibuſdã exemplaribus ſic legitur: Quibus etſi dignitas non ſit communis eſt tamen ordo generalis.*

In vna Petri ſede vniuerſalis Eccleſiæ cura.

Omnia in rerũ vniuerſitate nos admonent vnum principatum.

Corpus humanum.

Reſpub. quæ optima.

Ariſtot. lib. 8 ethic. cap. 10. & 12. metaph. in fine vltimi capitis. Homerus Iliad. lib. 2.

Natiuitas Chriſti

Iudæorum reſpub.

Deut. 17.

Corpora cæleſtia.

Ariſt. 8. Phyſic.

Vnus tm in tota Eccleſia Epiſcopatus.

D. Thom 3 part ſumma q. 188 articul. 1. & 2.

Cũ in vnoquoque genere rerum ſit aliquid primum, et præcipuum; abſurdum eſt ſtatuere corpus Chriſti Eccleſiaſticum truncum & ἀκέφαλον.

ſingulæ familiæ ſuos dominos; ſingulæ reſpublicæ ſuos Reges; ſingulæ Diœceſes ſuos habeant Epiſcopos; tota Eccleſia ſuo in terris capite carebit? Vbi eſt ergo illud in Eccleſia vel philoſophis tam tritum: bonum commune & latè patens, præſtantius & diuinius eſſe, quàm quod in arctum, anguſtumque concluditur? Solem, ſolem certè mundo potiùs, quàm hunc tam pulchrum & neceſſarium ordinem Eccleſiæ eripi patiemur; quo omnia gradatim & ordinatim ad Petri in terris cathedram, tum ad Chriſtum ipſum, & Deum denique Patrem, tam in terris quàm in cælis ſummum principem decurrunt. Quem vnitatis ordinem in Eccleſia expreſſiſſe videtur ſanctiſſimus Chriſti Martyr, Ignatius; dum ita ſcribit: *Principes obediant Cæſari; Milites Principibus; Diaconi Presbyteris ſacrorum præfectis: Presbyteri, Diaconi, & reliquus Clerus vna cum omni populo, & militibus, & principibus, & Cæſare, ipſi Epiſcopo; Epiſcopus Chriſto, ſicut Chriſtus Patri; & ita vnitas per omnia ſeruatur.* Abſit verò vt vel alios patres, vel Cyprianum certè, tanti & tam ſpecioſi boni perturbatorem faciamus.

Epiſt. ad Philadelphenſes.

Ordo vnitatis Eccleſiaſticæ.

Apologetici ſuis ipſorum armis, quæ ex Cypriano contra ſummi Pontificis auctoritatē emendicarunt, proſternuntur. Vera Cypriani, Irenæi, & Optati ſententia de Petri & Romanæ ſedis principatu explicatur. Ad quam elucidandam ſceleratæ Magdeburgenſium deteguntur impoſturæ; malitioſæ & ineptæ conuelluntur interpretationes. Ambroſij, Hieronymi, Arnobij, Epiphanij, Victoris, Liberati teſtimonia quædam de primatu Petri proferuntur. Conſtantini factum in iudicio Miltiadis contra Donatiſtas expenditur: & diſcrimen ciuilis & Eccleſiaſtici principatus indicatur.

CAP. XXI. CRITOBVLVS.

EGO tam graue crimen non auſim tanto Martyri intentare; nec Magdeburgenſes, aut Apologetici quicquam huiuſmodi diſertis verbis Cypriano obiiciunt, licet ex eius ſententia doceant, omnes Apoſtolos Petro fuiſſe æquales. Quod quia ego Cyprianū verè ſentire puto; & tu ex eo conſequi vis Eccleſiaſticæ vnitatis perturbationem; libenter eſſem auditurus, qua ratione Cyprianus noxæ eximatur. IREN. Eum Magdeburgenſes & Apologetici licet tacitè & obliquo ductu, reum tamen huius criminis fecerunt. A qua iſtorum criminatione Cyprianum longiſſimè abeſſe, vel hic ſolus locus, vnde iſti ſe munire volūt, apertè oſtēdit. Qui præter cetera, omnia ſchiſmata, omnes hæreſes, hinc naſci demonſtrat, quod *ad veritatis originē, ad caput nō reditur, & cæleſtis magiſtri præcepta nō ſeruantur.* Quæ ſit illa veritatis origo, quod caput, quæ cæleſtis magiſtri doctri-

Apologetici & Magd. abutuntur Cypriani teſtimonio ad perturbandum ordinē Eccleſiæ cōtra ipſius verba & verborum ſenſum.

Hæreſes & ſchiſmata vnde oriantur.

Quæſit veritatis origo, quod caput, quæ cæleſtis magiſtri doctrina, apud Cyprianum.

doctrina; mox explicat, vt Chriſto videlicet credamus in iis, quæ Petro promiſit; quòd ſuper eum eſſet Eccleſiam ædificaturus, aduerſus quam inferorum portæ non præualerent; quòdque ei oues ſuas paſcendas crediturus eſſet: vt denique credamus vnam Eccleſiam, quæ ab vno paſtore Petro regitur; à quo Eccleſię ſuę vnitatem Chriſtus incipere voluit. Quemadmodum enim ab initio Deus ad propagandam hominum ſocietatem, vnum non plures Adamos creauit (idque ad commendandam Eccleſiæ ſuæ, vt ait Auguſtinus, vnitatem) ita ad eandem vnitatem non modò ſignificandam per Petrum, ſed in eo, vt in capite, à reliquis membris ſeruãdam; vnum toti Eccleſiæ, atque adeo ipſis apoſtolis, alioqui paribus, vel ipſo Cypriano teſte, præpoſuit. Quare miror auſos Apologeticos, has Cypriani auctoritates, à quibus prorſus euertũtur, pro ſe proferre; aut iubere Papam *redire in gratiam cum Deo, & Euangelio*; quaſi ex hoc principatu, quem ex Euangelio ſibi vindicat, à Deo diſſideat; cùm Cyprianus apertè fateatur eos à Deo & Eccleſia alienos, qui hoc caput non quærũt. Aut qua fronte pacem crepant; qui pacis ipſius fontem, Petri videlicet cathedram, vnitatis originem obruunt. Aut quo modo tam ſtudioſè vnam illam ex diuerſis libris Cypriani ſententiam conſarcinarunt, vt ſeipſos elidant? Neque enim in Papam, ſed in ipſos appoſitiſſimè, ea Cypriani vox congruit: *Non pax ea eſt, ſed bellum; non Eccleſiæ iungitur, qui ab Euangelio ſeparatur.* In ipſos enim & reliquos Euangelicos, qui exomologeſin iuſtamq; pro peccatis pænitentiam ſuſtulerunt, ea Cypriani ſententia non minus, quàm aduerſus illius temporis ſchiſmaticos torquetur. *Contra Euangelij,* inquit, *vigorem, cõtra Domini ac Dei vocem temeritate quorũdam laxatur incautis communicatio. Irrita & falſa pax, periculoſa dantibus, & nihil accipientibus profutura. Non quærũt ſanitatis patientiam, nec veram de ſatisfactione medicinam. Pænitentia de peccatoribus excluſa eſt; grauiſsimi extremiq; delicti memoria ſublata eſt.* Et mox: *Ante expiata delicta, ante exomologeſin factam criminis, ante purgatã conſcientiam ſacrificio & manu Sacerdotis, ante offenſam placatam indignantis Domini, & minãtis, pacem putant eſſe, quam quidam verbis fallacibus vindicant. Non eſt pax illa, ſed bellum: nec Eccleſia iungitur, qui ab Euangelio ſeparatur.* An nõ Lutheri & Apologeticorum Eccleſiam graphicè hic Cyprianus deſcribit? Niſi quòd iſti illis ſchiſmaticis ſint eò deteriores; quòd & ſacrificium quoque ſuſtulerint. Quare Cyprianum mihi videntur non ob aliud nominaſſe, quàm vt ſe ſuamque doctrinam orbi palàm traducant. Si enim Cyprianum non deformatum & mutilatum, ſed integrum protuliſſent; ipſi ſe & ſuum hoc nouum Euangelium, quod per Cyprianum ſtatuere & ſtabilire conati ſunt, ſtatim euertiſſent. Quanquam vel ex vna Cypriani ſententia ſe planè proſternunt; qua ille (vt dixi) docet, hinc potiſſimum ſchiſmata & hæreſes excitari, quòd ad *caput & originem Eccleſiæ non reditur.* Quam

Auguſtinus.

De ciuit. Dei lib. 22. cap. 17. tom. 5.

Prima enim pars ex lib. de vnitate Eccleſiæ. ſecunda, ex orat. de lapſ.

Apologetici ſuis ex Cypriano telis confodiũtur.

Exomologeſis.

Eccleſia Apologeticorum in Anglia, & aliorum vbiq; Euangelicorum graphica ex Cypriano deſcriptio.

Apologetici & alij hodie Euangelici deteriores ſchiſmaticis.

Origo ſchiſmatum & hæreſeon vnde. Cyprianus.

Contra Lucifer. circa medium.

Quam ſententiam Hieronymus aliis poſtea verbis ad hunc modum reddidit: *Salus*, inquit, *Eccleſiæ in ſummi Sacerdotis dignitate pendet. Cui ſi non exſors quædam ab omnibus, & eminens detur poteſtas, tot in Eccleſiis efficientur ſchiſmata, quot Sacerdotes.* Vnde cùm iam Apologetici totius ſuæ miſeriæ, & mali, ſchiſmatum videlicet & hæreſeon, quæ tam late in Anglia hodie (cuius ſine gemitu & lacrymis meminiſſe non poſſum) dominantur, fontem vltro aperuerint; neceſſe habent, niſi pro deploratis apud Deum & homines haberi velint; ad caput, quod primum ſub Henrico octauo iniuſte abiecerunt; & ad quod ſub regina poſtea ſanctiſſimæ memoriæ Maria, ſumma Dei & piorû omnium voluntate, ſummoq; totius Angliæ bono, honorifica Romam vſque, teſtandæ obedientiæ cauſſa, legatione miſſa rediere; quodque propter eû, quem ſibi opinionis errore finxerunt, principatum, non ſine leuitatis nota & perfidiæ infamia nuper rurſus excuſſere; per ſalubrem pænitentiam, vel ipſo Cypriano admonente, reuerti. Neque ſperent ſe poſſe diu, tam miſere emendicatis à Cypriano ſententiarum fruſtis, tamque peruerſe contra illius mentem detortis, orbi illudere. Simili quoque fraude, & Magdeburgenſes hic lectores circumueniunt. Illi enim licet de vnitate hac à Petro mentionem faciant, callide tamen id faciunt: quaſi illa vnitas non in Petro, vt capite, conſiſtat, ſed monſtretur & ſignificetur tantum. Atque ideo præcedentem illam clauſulam; *tamen vt vnitatem manifeſtaret, vnitatis eiuſdem originem ab vno incipientem ſua auctoritate diſpoſuit*; Euangelicorû more reſciderunt. Quos in eadem Cyprianus oratione ita depingit: *Corruptores*, inquit, *Euangelij, atque interpretes falſi, extrema ponunt, & ſuperiora prætereunt, partis memores, & partem ſubdolè comprimentes. Vt ipſi ab Eccleſia ſciſſi ſunt; ita capituli vnius ſententiam ſcindunt.* Nec erit iam difficile reliquis Magdeburgenſium calumniis reſpôdere: In quibus frigidiſſimû eſt illud illorum commentû; quo noua quadam à ſe nô à Cypriano petita interpretatione; Romanâ Eccleſiâ Petri Cathedram, & principalem Eccleſiam, vnde Sacerdotalis vnitas orta eſt, dici volunt; quia ſingularem quandam illa præ ceteris operam, in pace Eccleſiæ reſarcienda, vnitateque tuenda poſuerit: Cùm Cyprianus manifeſte dicat; Chriſtum *Eccleſiam ſuper Petrum fundaſſe; & eum primum elegiſſe; & ab eo vno, vnitatem Eccleſiæ ſua auctoritate diſpoſuiſſe.* Quanquam hæc Cypriani auctoritas Magdeburgenſibus vel inuitis id expreſſit, quod aliâs negant: quippe qui Romanos Pontifices aliâs vt negligentes, & oſcitantes reprehendere ſolent. Quare eo illam ſenſu Cyprianus principalem Eccleſiam; quo eam Catholicæ Eccleſiæ radicem & matricem, quo caput, quo originem appellat: id eſt, non propter litteras illas communicatorias, ſed quia in ea Chriſtus Petrum, vnitatis originem, conſtituerit. Atque ideo, qui cum ea ſede communicabant, cum Catholica ſem-

Hieronymus.

Schiſmata & hæreſes vnde in Anglia nata.

Magdeburgenſium vulpina fraus in Cypriani verbis partim malitioſe interpretandis, partim perfide truncandis.

Magdeburgenſium ex Cypria. deſcriptio.

Magdeburgenſiû petulantia verborum Cypriani interpretatio ad imminuendam Romanæ ſedis auctoritatem.

Cap. 3. & 7. p. 172. & Cap. 4. & 10. pag. 219.

Cyprianus quo ſenſu dixerit, Romanam Eccleſiam eſſe Petri Cathedram, et principalem Eccleſiam contra gloſſema Magdeburgenſium.

per Eccleſia communicaſſe, & qui cum Catholica Eccleſia cōmunicabant, cum ea ſemper communicaſſe dicebantur. Atq; hac ratione, non ea quā fingunt Magdeburgenſes *vnum altare, vnū Sacerdotium, vnus Epiſcopus, vna deniq; Eccleſia* dicitur. Nō negamus vnitatem in doctrinę quoq; conſenſu, & illis cōmunicatorius litteris conſiſtere; ſed hactenus, quatenus omnia ad primā illā originem, quod neceſſe eſt, referantur: Alioqui ingens ille tot Epiſcoporum in Ariana fide olim conſenſus Eccleſiam Catholicam conſtituiſſet. Sed id nomen nunquam potuit obtinere; quia Romani Pontifices cum illis nūquam communicabant. Cum quibus qui rationes fidei coniunctas habebant, Catholici; qui diſſociatas, ſchiſmatici & hæretici ſemper ſunt habiti. *Ad hāc enim Eccleſiā, vt Irenęus ſcribit, propter potentiorem principalitatem, neceſſe eſt omnem conuenire Eccleſiā; hoc eſt, eos, qui ſunt vndecunq; fideles: in qua ſemper ab his qui ſunt vndiq; ſeruata eſt ea, quæ eſt ab Apoſtolis traditio*: Vt vel hinc quo ſenſu eam principalem Eccleſiam Cyprianus vocet, facile contra Magdeburgenſium ſomnia conſpiciatur. Quod cum illi viderent, miris eam ſententiā modis verſant. Primùm enim neſcio quam dubitationē lectoribus, quaſi corrupta forent exemplaria, lubentes iniicerent: tum de conſenſu in doctrina ab Apoſtolis tradita loquutum eum, aiunt. Quod fatemur: ſed ita, vt ideo doctrinam illam fuiſſe Apoſtolicam probet; quòd eam Romana ſemper ſedes ſeruarit; & propterea ab aliis omnibus tenendam. Quare, cū ne hoc quidem illis effugium ſatis tutū videretur; pro pręclara noui huius Centuriatus prærogatiua, totum hoc Irenæi dictum inter peculiares & incommodas illius ſententias, erroreſque conſtituunt. In quo tamen tolerabiliores aliis quibuſdā Euangelicis videntur; qui id ita ab Irenæo ſcriptum exiſtimant, quòd Roma eſſet Romani Imperij ſedes & domicilium. Quod perinde ferè eſt, ac ſi iuberet Irenæus, homines idolis ſeruire; quia monarchæ Imperij illa tum colerēt. Nec minus certè ſcita eſt Angli illius interpretatio, qui ex eo Petri loco: *regem honorificate*; quemlibet in ſua republica regem, Eccleſię quoq; caput conſtituit. Cui Rhetori Nero, qui Romanis tum imperabat, multū debet. Nos verò ex Cypriano adfirmamus, Chriſtum conſtituiſſe Petrum Eccleſiæ ſuæ caput; atq; ideo ad Romanam eius ſedem, tanquam ad originem & matricem ceteras Eccleſias concurrere debere. Quare illi ſe potiſſimum Cathedræ conſociari dicit Hieronymus. Et eius æqualis Ambroſius Damaſum *totius Eccleſiæ Dei rectorem*, * vt diximus, appellat; & cū Catholicis eos Epiſcopis communicare dicit. qui cum Eccleſia Romana communicant. In quem ſenſum Cyprianus *communionem cum Cornelio, Catholicæ Eccleſiæ cōmunionē appellat*. Quòd ſi adhuc aliquid ſcrupuli ſubeſſe videatur, quā interpretationem Cypriani verba habere debeant; cum facile omnē eximet Optatus, vnus ex antiquiſſimis, doctiſſimis

Catholici qui ſemper ſint habiti, qui heretici & ſchiſmatici

Irenæi de Romana ſedis primatu teſtimonium.

Magdeburgenſium & Smidelini varia artes in eludenda potius quàm interpretanda Irenæi ſententia.

Angli cuiuſdam inepta interpretatio in illa verba Petri: Regē honorificate.

Hieronymus.

Ambroſius.

Lib. 3. ca. 3

Cent. 2. c. 4. pag. 6. 4.

Cent. 2. c. 4. p. 55. & 64

Andr. Smidelin. contra Hoſiū indef. Prolegomen. breuiq.

1. Pet. 2.

Sampſon de primatu.

Ad Damaſ.

1 Tim. 3.

De Obitu Satyr.

* cap. 19.

ctiſſimis,& ſanctiſſimis Africæ Epiſcopis. Ex cuius ego te fontibus potius, quã ex Magd. lacunis, verum & germanũ Cypriani ſenſum haurire cuperem. Qui contra Donatiſtas ſcribens; *Petro primo Cathedram Epiſcopalem eſſe collatam*, ait, *in qua ſederit omnium Apoſtolorũ caput Petrus; inde & Cephas appellatus eſt; in quo vno Cathedræ vnitas ab omnibus ſeruaretur; ne ceteri Apoſtoli ſingulas ſibi quiſque defenderent: vt iam ſchiſmaticus & peccator eſſet, qui contra ſingularem Cathedram, alterã collocaret. Ergo Cathedra vnica, quæ eſt prima de dotibus, ſedit prior Petrus.* Mox enumerat omnes Romanos Epiſcopos ad ſua tẽpora, & inter eos Liberium. Ex qua eius ſententia, & illud quod prius admonuimus Liberium; neutiquam fuiſſe Arianum: & illud potiſſimum, de quo agitur, intelligere licet; Cathedram Petri & eius ſucceſſorum non exæquatam cum Alexandrina, Antiochena, & Hieroſolymitana ſede, vt iſti ex Nicænis canonibus falſò contendũt; ſed *ſingularem* fuiſſe, & *vnicam*. Et ante Optatũ Arnobius, & ipſe Afer, *Petrum Epiſcoporum Epiſcopũ* appellauit. Quibus ſane verbis, nihil aliud ſignificauit, quàm totius eum orbis Epiſcopũ fuiſſe. Quam eius auctoritatem Magd. eludere conantur; quòd Petrum, & non Romanos Epiſcopos ita nominet. Quaſi vero Petrus nõ fuerit Romanus Epiſcopus, aut quaſi eo defuncto, extincta fuerit ſimul tanta Romanæ ſedis poteſtas. Quòd ſi quicquã dubij de Arnobij ſententia ſupereſſet; id certe omne Optatus luculẽter explicat; dum non modo *Petrũ Apoſtolorũ omniũ*, atque ita ceterorũ *Epiſcoporũ caput*, ſed & *ipſam Romanam ſedem, vnicam & ſingularem* conſtituit. Quod eius reſponſum, ad illas etiam Magdeburgenſiũ cõtra Epiphanij ſententiam calumnias conuellẽdas accõmodamus, qua Petrũ *Primum Apoſtolorum* appellat. Quod Magdeburgenſes perſonale Petri beneficium eſſe, nec perſonam eius egredi volunt. Quaſi tota Eccleſia ſimul cũ Petro interierit; aut hodie nõ habeat idem, quod habuit, Petro viuo, id eſt Romanũ Põtificem caput: aut quaſi Petro hanc Chriſtus propter ſe, & non propter Eccleſiam prærogatiuam dederit. Epiphanius certe *ſuper Petrum Eccleſiam fundatam*, ait, *aduerſus quam portæ inferorum*, id eſt, *hæreſes & hæreſiarchæ non præualerent.* Quam totam eius ſententiam iſti lectori callidè eripiunt: & contendunt nullam habuiſſe in Ægypto auctoritatẽ Romanũ Pontificem: quòd Alexandrinus Epiſcopus totius Ægypti, & finitimarũ regionum fuerit adminiſtrator. Quod leuiſſimum ſanè argumentum eſt: quo perinde probare poterunt Archiepiſcopum non eſſe Epiſcopis, aut ipſum Alexandrinum Patriarcham Epiſcopis ſuis non fuiſſe ſuperiorem: cùm quilibet Epiſcopus totam ſuam diœceſim gubernet. Vt enim hoc non efficit, quin Epiſcopi Archiepiſcopo & Patriarchæ; ita multo minus, quin ſummo omnium Patriarchæ, id eſt, Romano Pontifici ſubſint. Cuius poteſtas vt in omnem, quacunque patet, Eccleſiam diffunditur; ita aliarum

Lib. 2.

Optati de principatu Petri teſtimonia.

In Pſal. 106. et 138.

Arnobius.

Cent. 4 c. 7. pag. 554.

Cent 4. c. 7. pag 558.

In anchorato & 2. 1. 59. & 2. 2. 68.

Eccleſiarum legitimam auctoritatem nihil imminuit: cùm ſe Romanus Epiſcopus non, niſi ex euidenti & vrgenti cauſſa, interponat. Sed vt ad Optatum redeam: iſte ſanè Optati locus Magdeburgenſes tuos plurimum torquet: vt, quo modo ſe expediant, plane neſcire videantur. Confugiunt tamen eò, vt aſſerant, Optatum nihil de Romanorum Pontificum in alias Eccleſias auctoritate, ſed contra Donatiſtas de legitima ad miniſterium ordinatione, & conſenſu in vera doctrina agere; quibus Donatiſtæ deſtituebantur: Appellare verò Siricium Romanum Pontificem, *ſocium ſuum*, & omnes Epiſcopos, *principes atq; apices*. His addũt eundem Optatum, & deinde Auguſtinũ oſtendere poſt iudicium Miliadis Papæ, Synodũ iuſſu Conſtantini Magni Arelatenſem, & ipſum deinde Conſtantinũ de eorũ cauſſa cognouiſſe. Sed quid quæſo hic eſt, in quo iidem Magdeburgenſes, & alii Euangelici non perinde euertuntur, atque ipſi Donatiſtæ? Quæ enim apud illos magis, quàm apud Donatiſtas legitima Sacerdotij ordinatio cernitur? Vbi eſt piorum in omni orbe, & Romani præſertim Epiſcopi cum illorum doctrina conſenſus? Quid itaque obiicit Donatiſtis Optatus, quod non æquè in Euangelicos hodie quadret? Quo modo ſe excuſare poterunt, qui altare contra altare, & alteram Cathedram cõtra ſingularem Cathedram collocaſſe videntur? quanquam & ipſa etiam altaria demoliti ſunt. In euertenda verò ſingulari, & vnica illa Cathedra omnes ſuos labores ponunt. Adeo autem Magdeburgenſes Siricium ſocium ſuum eſſe nolunt; vt eum cum Auguſtino, Ambroſio, atque Hieronymo in Iouiniani ſui gratiam inter hæreticos reiicere, parum vereantur. Si itaque de legitima ordinatione & doctrinæ ſolùm conſenſu agatur; quis non videt, non minus Magdeburgenſes, quàm Donatiſtas percelli? Sed iam quàm ridiculum, & quàm ineptum eſt iſtud iſtorum commentum, nihil hic agi de reliqua Romani Pontificis in alios poteſtate. An qui *caput fuit omnium Apoſtolorum*, non fuit & reliquæ Eccleſiæ caput? An qui caput totius Eccleſiæ eſt, nullo in alias Eccleſias iure vtitur? Quorſum iam illæ voces ſpectant, quibus *ſingularem, & vnicam Cathedram Romæ* conſtituit? vnica certe eſt, quòd reliquæ omnes Eccleſiæ in eadem doctrinæ vnitate cum hac Eccleſia cohęrere debeant. Singularis verò propter principatum, quem Chriſtus Petro & ſucceſſoribus eius dedit: quem propterea *ſolum* * Optatus *claues accepiſſe* dicit. Nec quicquam Siricii poteſtati detrahit, quòd ſocium eum appellet Optatus. Fuit enim in doctrina, non dignitate ſocius. Quanquam vt & in dignitate ſocius dicatur, ſingularẽ eius dignitatem non tollit; neque æqualitatem conſtituit, vt iam ex * Ambroſio & Hieronymo oſtendimus. Alioqui ſi rem ipſam ſemper ex huiuſmodi titulis, & appellationibus æſtimare velimus; erit iam non quilibet modò Epiſcopus, ſed & quiuis è populo Imperator,

Cent. 4. c. 7. pag. 556.

Magdeburgenſium in Optati ſententiam ineptum gloſſema. & eorundem ridicula contra primatum collectiones.

Cent. 4. c. 3. pag. 586. 587. 588

Quæ Optatus Donatiſtis obiicit de illegitima Sacerdotij ordinatione & doctrinæ conſenſu, in Magdeburgenſes etiam conueniunt.

Siricius, Auguſtinus, & alij Eccleſiæ patres Magdeburgenſibus tantum non hæretici.

Cent. 4. pag. 381.

Romana Cathedra vnica, & ſingularis.

Magdeburgenſium inepta ex Optato collectiones diſſipantur

* Lib. 1. cõtra Parmenian.

* Cap. 19.

perindo

perinde atque Conſtantinus Magnus; proptérea quòd ille ſuis literis Epiſcopos & populum, conſeruos ſuos vocarit. Neque quicquam obſtat, quòd Optatus Epiſcopos principes, & apices appellet; ne vnus aliquis ſit, qui inter eos emineat, & omnibus præſit.

Socrat lib. 1. c. 7 & 9. & Tripar. hiſt. lib. 1. cap. 20

Conſtantini factum in iudicio Miltiadis contra Donatiſtas expenditur.

Sed nec Conſtantini factum ſummam illam Romani Pontificis ita auctoritatem imminuit; vt quicquam inde ſolidi argumenti duci debeat. Qui ſe non fuiſſe Epiſcoporum iudicem, plane profeſſus eſt; vt iam * demonſtrauimus: & quicquid ille fecit in hac Donatiſtarum cauſſa, id eum importunis ipſorum clamoribus, tumultibus, querelis, precibus victum; & ingenti quodam tollendi ſchiſmatis & peruicaciç hæreticorum contúdendæ ſtudio feciſſe cõſtat. Quòd verò poſt cauſſam à Miltiade, aliis ei adiunctis, cognitam, rurſus de eâdem Arelatenſis Synhodus cognorit; nihil illius dignitatem infringit; niſi prius conſtiterit id iniſtè factum fuiſſe: præſertim cum Auguſtinus ſcribat; Conſtantinum *Arelatenſe iudicium; aliorum ſcilicet Epiſcoporum dediſſe, non quia iam neceſſe erat, ſed Donatiſtarum peruerſitatibus cedentem, & omni modo cupientem tantam impudentiam cohibere.* Deinde verò non video, quid hoc de Romani Pontificis iuriſdictione deroget, ſi ipſe paci Eccleſiaſticæ conſultum cupiens, aliquid de ſuo iure ad tempus remittat; nec repugnet, quo minus ad eam, quam ipſe de cauſſa cognita tulit ſententiam, Synhodi examen & iudicium accedat. Quanquam nec hoc Conſtantini extraordinarium factum ad exemplum trahendum eſt; quemadmodum nec illud, quòd ipſe cauſſæ cognitioni ſe interpoſuit. Quod Imperatorem propter eam, quam dixi, cauſſam feciſſe, certum eſt. Neque enim poſſe eum, qui ſacris non ſit initiatus, Eccleſiaſticæ cauſſæ eſſe iudicem, patres palam conteſtantur, id quod * iam recenſuimus Nec id vel ipſe Conſtantinus ignorauit; cum indignabundus poſt ſententiam à Miltiade latam Donatiſtis reſcripſerit: *ô rabida furoris audacia; ſicut in cauſſis gentilium fieri ſolet, appellationem interpoſuerunt.* Et rurſus; *Petitis à me in ſæculo iudicium, cum ego ipſe Chriſti iudicium exſpectem*; & veniam illius facti ſui ab Epiſcopis petendam cenſuerit. Præterea, quod ad hãc hiſtoriam iudicij inter Cæcilianum & Donatú pertinet; illud imprimis animaduertendum cenſeo, non Cæcilianum Catholicum, licet in Synhodo quadam Carthaginenſi inique damnatum, cum abſens eſſet; ſed Donatiſtás hæreticos cauſſam ad Conſtantinum retuliſſe. Quod cùm odioſe, & præter conſuetudinem Eccleſiæ feciſſent, in Cæcilianum, quo inuidiam ei conflarent hoc factum transferre impudenter conati ſunt; vt ex libello illorum, quem Optatus recitat, Imperatori oblató conſtat. Imperator verò cauſſam, nec fori ſui, nec iuriſdictionis agnoſcens; eam bis à ſe reiecit: primùm ad Miltiadem & Epiſcopos Italiæ, quibus (quoniam Donatiſtæ id efflagitabant) aliquot Galliæ Antiſtites, & in iis

Auguſtinus.

Epiſt. 162. tom. 2.

** Cap. 5.*

*Athanaſ. in Epiſt. ad ſolit. vit. agē. Amb. lib. 5. Epiſt. 32. * Cap. 5. Optat. li. 1. contra Parm.*

Aug. Epiſt. 162 tom. 2.

Donatiſtarum impudentia.

 Marinus

Marinus Arelatenſis, adiuncti ſunt: deinde ad Concilium frequens Epiſcoporum, vnde multis cauſſis Eccleſiaſticis iudicaret, Arelati coactum. Quibus cum Donatiſtæ non acquieſcerent, licet poſterior cauſſæ cognitio importunitati eorum extra ordinem fuiſſet conceſſa; Conſtantinus tandem quaſi inuitus cognitionem ſuſcepit, poſtea eius facti *veniam*, vt dixi, & teſtatur Auguſtinus, *à ſanctis Antiſtitibus petiturus*. Hæc igitur hiſtoria, ſi omnes eius partes diligenter conſiderentur, nihil, vt vides, ſummum Pontificatū labefactat; licet præter Magdeburgenſes Caluinus tuus eâ, tanquam præcipuo quodam ariete ad ſubuertendum æneum Pontificij apicis murum nitatur: ſed quàm in eo parum profecerit, & quanta perfidia in huius hiſtoriæ explicatione ſit verſatus; primò [1] Franciſcus Turrianus, vir Græco & Latine doctiſſimus; deinde [2] Franciſcus Balduinus iuris cognitione clarus; denique [3] Franciſcus Horantius ſummus Theologus, diligenter & copioſè declararunt. Habes itaque ampliſſimum ex ipſa Africa Cypriani interpretem, quid ſibi velit; cùm Romanam Eccleſiam *principalem*; cùm *radicem*; cùm *matricem*; cùm *vnitatis originem* appellat; cùm dicit *vnum ſacerdotium, vnum in Catholica Eccleſia Epiſcopatum*; cùm aſſerit inde ſchiſmata & hæreſes oriri, quòd vni Sacerdoti, tanquam Chriſto, ad tempus non pareatur: *vnam eſſe Cathedram Petri, quæ eſt principalis; vnum Sacerdotium; vnum Epiſcopatum* propter vnitatem totius cum ſua origine: & huius Epiſcopatus quenlibet Epiſcopum *in ſolidum partem tenere*. Neque enim, vt Hieronymus ait, vel Eugubinus vel Rhegienſis epiſcopus, minus eſt Epiſcopus, quàm Romanus, *eiuſdem omnes ſacerdotij, eiuſdem meriti*: totus tamen hic Epiſcopatus vnus eſt, quamdiu cum ſuo capite & origine cohæret. Alioqui nulla eſt vnitas, ſed ea prorſus intercidit; vt ramus ab arbore fractus non germinat, & riuus à fonte præciſus areſcit. *Eccleſia*, inquit Cyprianus, *vna eſt, quæ vna intus eſſe & foris non poteſt. Nam ſi apud Nouatianum eſt, apud Cornelium non fuit. Quod ſi apud Cornelium fuit, qui Epiſcopo Fabiano legitima ordinatione ſucceſſit; Nouatianus in Eccleſia non eſt.* Quam iſti ſententiam Cypriani, licet ei cum Irenæo, Optato, Auguſtino, & alijs patribus communem, tanquam falſam reijciunt; propterea quòd ipſi, & Apologetici, alijque Lutheri & Zuinglij diſcipuli, radices & origines legitimæ ſucceſſionis in Eccleſia ſua nullas oſtendere poſſint. Et Apologetici, manentibus veris paſtoribus in Eccleſia Dei, ſuccedanea ordinatione præſidentibus, nemini (vt olim Nouatianus) ſuccedentes, à ſeipſis inceperunt. Nulla certè res Euangelicos magis pungit & lancinat, quàm illa Catholicorum interrogatio, qua ab eis poſtulatur, vt Eccleſiarum ſuarum Apoſtolicam & continuatam ſucceſſionem explicent. Cùm enim vitio creati ſint vniuerſi, imò ipſi ſe adoptarint; de ſucceſſione ſua interrogati,

Epiſt. 162. tom. 2.

Turrianus. Balduinus. Horantius.

1 Li. 3. dog. charact.
2 In Epi. lo. an. Lucanio. ſiue Caluino, præfixa Optato.
3 Lib. 6. locorū Catholi. cap. 14.

Hieronymus. Ad Euagriū

Cyprianus. Li. 1. Epi. 6.

Magdeburgenſes Apologetici, & alij hodie Euangelici nullas poſſunt oſtēdere radices & origines legitimæ ſucceſſionis in Eccleſiis ſuis.

gati,

ti, nullo ſe modo expedire poſſunt : adeo vt in celeberrimo illo nuper Poſiaco conuentu, hic quaſi ore obſtructo plane obmutuerint. Sed nos exploratè cognitam habemus, & expeditè proferimus ; Catholicæ noſtræ Eccleſiæ originem ; & ad hæc tempora nunquam interturbatam ſucceſſionem agnoſcimus, & vnitatem in doctrinæ conſenſu ; ſed eo conſenſu, qui cum radice & matrice hac coniunctus vnitatem Eccleſiæ Catholicæ efficit. Atque eo ſenſu Romanam Eccleſiam Cyprianus *radicem & matricem* appellat ; quantumuis iſti hic callidè alio hæc verba deriuare conantur. In quibus ego ſanè confutandis fine cauſſa tam multus ſum ; cùm ipſi, vt ego nihil eos impellam, turpiter per ſe cócidant. Audi enim iam ipſos, cótra ſe ſententiam his alibi verbis pronunciantes : *Libro*, inquiunt, *quarto, Epiſtola octaua nominatim ait, idq; fine vllo fundamento ſacra ſcriptura Romanam Eccleſiam ab omnibus alijs pro matrice & radice Catholicæ Eccleſiæ agnoſcendam*. Quis ferret iſtorum Theologorum tantam inconſtantiam ? Alibi fatentur, ſed falsò, Cyprianum hanc vnitatis matricem & radicem, mutuam communicationem per communicatorias litteras ; alibi verò, quod res eſt, ipſam Romanam Eccleſiam appellare. Quod cùm negare non poſſunt, ex noua iſta quaſi de cælo nuper auctoritate delapſa, magno ſupercilio, ſine ſcripturæ fundamento, id ita à Cypriano dici nugantur : cùm diſertè ille adfirmet hanc vnitatis originem à Petro incipientem Chriſtum ſua auctoritate conſtituiſſe ; & ex ſcripturis ſacris probationes, quibus Petrum Eccleſiæ vniuerſæ præfectum docet, deſumat. Neque vt iſti ineptè argutantur ; ideo Romanam ſedem primam dicimus, quia aliæ Eccleſiæ cum ea conſociantur ; ſed ideo alias ei cohærere, quia ipſa à Chriſto prima ſit conſtituta ; ne alioqui ab ea diſſidentes, inter ſchiſmaticas reiicerentur : vt fruſtra hunc primatum in Cyprianum quoque deriuare conentur ; quòd vniuerſi per orbem epiſcopi cum eo coniungerentur. Quod ideo ille dixit, quia ipſe cum Romana ſede conſociatus erat ; cum qua & reliqui omnes Catholici per orbem Epiſcopi copulati fuerant. Quam Cypriani coniunctionem non reſcidit illud ipſius cú Stephano diſſidium ; quoniam, vt oſtendi, in communione ſemper Romanæ Eccleſiæ manſit ; neque pacem cum ea abrupit, vt Nouatianus & alij hæretici. Nec negamus Cyprianum ſentire, vnum debere eſſe in vna Eccleſia Epiſcopum ; & proinde Cornelio ſemel legitimè ordinato, Nouatianum fruſtra ſibi Romanum Epiſcopatum vindicare conatum. Sed ſciendum, repulſum ab epiſcopatu Nouatianú ; ſchiſma primú ab Eccleſia feciſſe, dum nollet cum Cornelio & ei cohærentibus communicare ; & quia ſchiſma, vt rectè excitatum videatur, ſolet hæreſim parere, mox & hęreſim (cuius auctor Nouatus) cóſtituiſſe ; qua dicebat cú lapſis non cómunicandum ; atq; ideo ſe

Marginal notes: Beza. — Poſiacus conuentus. — Magdeburgenſium inconſtantia. — Cent. 3. c. 4. pag. 85. — Magdeburgenſium in Cyprianum calumnia diſſipatur. — Cum Romana cui alia Eccleſia coniuncta. — Explicatio verború Cypriani. — Nouatianus quatenus hæreticus, quatenus ſchiſmaticus. — Hieronym. in Catalog. ſcriptor. Eccleſiaſt.

ſe Cornelij & aliorum, qui lapſos reciperent, communionem ac ſocietatem refugere. Quatenus itaque ſeorſim communicabat, ſchiſmaticus; quatenus nouum illud dogma commentus eſt, hæreticus fuit. Vtraque verò, id eſt, tam ſchiſmata, quàm hæreſes hinc naſci fatetur Cyprianus; quòd *vnus in Eccleſia ad tẽpus Sacerdos, & ad tempus iudex vice Chriſti non cogitatur; quodq́, ei vniuerſa fraternitas non obtemperat; quod caput non quæritur; quod vt à Petro inciperet, Chriſtus ſua auctoritate diſpoſuit*. propter quam cum Petro vnitatem *vnus ſit Epiſcopatus, vna denique Eccleſia*. Vnde iam nihil Decretales Epiſtolæ (quas iſti tanto contemtu faſtidiunt) conſtituiſſe videntur; quod vel à reliquorum patrum, vel ab ipſius Cypriani ſententia ſit alienum. Etiam Magdeburgenſes, non illos modo, quos diximus eos reieciſſe, vt turpes aſſentatores: ſed & ipſa Africæ lumina (cuius patres in hac cauſſa potiſſimũ ſuſpicere videri volunt) vt Gnatonica Romani Pontificis mancipia repudiant: Auguſtinũ inquam, Optatum, Tertullianum; atque adeo ipſum Cyprianum: quæ nota non minus in eos cadit, quàm in Victorẽ pium illum, & doctum in Africa paullo poſt Auguſtini tempora Epiſcopum, & confeſſorem. Quem iſti aſſentatorem faciunt, quòd *Romanam Eccleſiam omnium aliarum caput*, & in rebus religionis controuerſæ conſtituendis, eius potiſſimum ſedis auctoritatem ſpectandam ſcripſerat. Liberatũ quoq;, ſi velint, Carthaginenſem illũ Archidiaconũ inter ſordidos hos adulatores reponant, qui de Siluerio Pontifice verba Epiſcopi Pataræ ad Imperatorem referens, hoc diſcrimen inter reges & Romanos Pontifices ponit, vt *multos eſſe dicat in hoc mundo reges, et non eſſe vnum, ſicut ille Papa eſt ſuper Eccleſiam mundi totius à ſua ſede expulſus*. Quæ apud Liberatum ſententia, vt eſt per ſe inſignis & illuſtris, ita multo illuſtrior redditur, ſi quis originẽ ipſam Pontificalis auctoritatis conſideret; quanteque diſcrimine illa à reliquis mundi magiſtratibus ſecernatur. Ciuilis enim omnis poteſtas à voluntate atque cõſenſu liberæ multitudinis, quæ communibus ſuffragiis quoſdã ſibi homines virtutis laude claros præfecit, orta eſt: vt non ſit mirũ ſi totius quoque multitudinis in ſuos principes ſuperſit aliqua auctoritas. Quam illi certe ampliorem nõ habent, quàm quę à multitudine delata eſt. Sed longe aliud eſt in Pontificia hac auctoritate, quæ non à multitudinis primum conſenſu atque ſuffragiis, ſed à Chriſto ipſo inſtituta & diſpoſita eſt. Hactenus verò hodie homines interueniunt, ſeq; interponunt, vt ſuis eum nobis ſuffragiis deſignent, qui tantam auctoritatem diuinitus ordinatam exerceat. Ipſa vero huius amplitudinis origo à Chriſti ipſius ordinatione, cùm Petro diceret: *paſce oues meas*; profluxit. Quæ ratio facit, vt minor & anguſtior ſit reliquæ Eccleſiæ, atq; adeò œcumenici Concilij auctoritas, quàm Põtificis: neq; vlla ſit in Põtificem rite ordinatum Eccleſiæ poteſtas: neq; poſſit errare

Pontifex

Schiſmatum et hæreſeon origo.

Lib. 1. Epiſt. 3.

Decretales Epiſtolæ conſentientes cum doctrina patrum.

In Victorem Magdeburgenſium calumnia.

Cent. 5 c. 7 pag. 774.

In Breuiario cap. 22.

Ex Liberato inſigne de Romani Pontificis amplitudine teſtimonium.

Origo diſſimilis Pontificiæ et ciuilis auctoritatis.

Poteſtas ſummi Pontificis diuinitus inſtituta.

Ioan. 20.

Pōtifex in rebus Eccleſiæ definiendis propter Chriſti promiſſum; quòd portæ inferorum nihil valerent aduerſus Eccleſiam ſuper Petrum fundatam.

Reſpondetur ad Magdeburgenſium, & Apologeticorũ in Anglia calumnias, quas ex ficta Vldarici Epiſtola de miſerabili quadam infantium cæde, ad inuidiam cœlibatus proferunt.

CAP. XXII. CRITOBVLVS.

EIVSMODI tu mihi hodie non aliorum modò patrum; ſed & ipſorum Africanorum Liberati, Victoris, Auguſtini, Optati, Tertulliani, atque ipſius etiam Cypriani ſententias propoſuiſti, vt ſexta illa tam celebris apud noſtros Carthaginenſis Synodus, & noſtrorum omnis de corruptis Nicęnis canonibus tanta contentio parum me moueat. Vnum tamen eſt, & illud quidē maximi ponderis, in quo videris voluiſſe mea ſimplicitate abuti. Quod occaſionem mihi non iniuſtā præbet de fide tua aliis in rebus dubitādi. Quare niſi hac ex parte ſincerè egiſſe te mecum intellexero, quicquid in poſterum diſſerueris, id ego ſemper ſuſpectum habebo; etiamſi nihil tum occurrat, quod reſpondeam. IREN. Audiam quæſo quid illud ſit: nullius enim rei ſum mihi conſcius. CRIT. Annon ex Cypriano multa accuratè diſceptaſti de Petri primatu? IREN. Quid tum? CRIT. Dicam: verba illa PRIMATVS PETRO DATVR: et iſta: SVPER ILLVM VNVM ÆDIFICAT ECCLESIAM SVAM, ET ILLI OVES PASCENDAS MANDAT: quæ omnium ſunt clariſſima, & maxime efficacia ad aſſerendā Petri præ aliis Apoſtolis dignitatem, perinde atque Cypriani genuina eſſent, confidenter ſatis, ſed non minus fraudulenter interſeruiſti. Nam ea in his Cypriani libris, quos mihi videre contigit, nuſquam reperiuntur. IREN. Non eſt noſtri moris & conſuetudinis, quenquam de induſtria fallere, & in falſi crimen, maximè vbi agitur de rebus ſeriis, prudentes & ſcientes incurrere: Sed ea ſanè propria eſt ſcholæ veſtræ gloria. Lege ſi placet Cyprianum de vnitate Eccleſiæ typis Pauli Manutij elegantioribus impreſſum, & intelliges me nihil de meo addidiſſe, nihil niſi puta puta Cypriani verba tibi retuliſſe. CRIT. Libri Romæ editi non carent ſuſpitione, præſertim in quibus agitur de Eccleſiaſtica hierarchia. IREN. At hactenus quantum ego intelligere potui, ea vana ſuſpicio doctorum duntaxat tuorum fuit; quandoquidem nulla exſtent veſtigia iſtiuſmodi fraudis in codicibus Romæ impreſſis. Vtinam omnes typographi Germani, & Geneuenſes, vel ij ſaltem, quibus illi exemplaria ſua accepta referunt, eſſent hac ex parte nullius criminis magis conſcij. Certè non tam frequens eſſet multorum querela de libris qui Geneuæ & in Germania edūtur manifeſtò corruptis. Hæc autem Cypriani

opera Romæ excuſa, è vetuſtiſſimis codicibus, quorũ vnus Eccleſiæ Veronenſis fertur nongentorum ferè annorum, fuerunt emẽdata. Sed ne vllius calumniæ locus ſuperſit, nihil certè, quantum ad rem præſentem pertinet, habet Romana Manutij editio, quod non reperiatur in aliis exemplaribus partim impreſſis, partim ſcriptis tum in Gallia, tum in ipſa Germania, addo etiam in Anglia noſtra. Nam hic locus; DOMINVS SVPER ILLVM VNVM ÆDIFICAT ECCLESIAM SVAM etc. habetur non ſolùm in editione Colonienſi, Grauij ſtudio correcta, ſed in duobus etiam vetuſtiſſimis libris, vt teſtatur Morelius ſinceriſſimus & idem Græcè doctiſſimus typographus (qui niſi Cypriano edendo intempeſtiuè fuiſſet immortuus, optimè de repub. Chriſtiana præclariſſimis Eccleſiæ tam Græcis quàm Latinis ſcriptoribus emittendis videbatur meriturus) necnon in manu ſcriptis & antiquis exemplaribus vel omnibus, vel pleriſque, vt nihil interim dicam de [a] Gratiano, apud quem eodem modo citatur. Quidquod ipſe [b] Cyprianus alibi nõ diſſimili oratione vtitur, aſſerens; ECCLESIAM, QVÆ VNA EST, SVPER VNVM, QVI ET CLAVES EIVS ACCEPIT, DOMINI VOCE FVNDATAM ESSE. Illis item verbis, PRIMATVS PETRO DATVR, codex etiam ſcriptus ſuffragatur. Cuius rei teſtis, ſiue doctrinam, ſiue ſanctimoniam, ſiue dignitatem ſpectes, omni exceptione maior eſt, Staniſlaus Hoſius S.R.E. Cardinalis & epiſcopus Varmienſis, vniuerſo Chriſtiano orbi propter has excellẽtes dotes iam pridem notiſſimus. Huic accedit cõſenſus veterum in Gallia Belgica exemplariũ. Sed hæc omnia luculentius ediſſerit vir omni laude dignus Iacobus Pamelius in exquiſitiſſimis ſuis in Cyprianũ annotationibus, quibus iſta accepta ſunt referenda. CRIT. Verũ enimuerò Auguſtanus noſter Epiſcopus te ita implicatum, puto, habet, vt nunquam temet cõmodè explicare valeas. Cuius tragica hiſtoria oſtendit, ex veſtro cœlibatu incredibilem vitæ & morum impuritatem, ac horrenda flagitia conſecuta. Dic igitur, quid de ea ſentias. IREN. Nihil ego de ea ſentio, niſi vt dignum eſt. CRIT. Gaudeo certè, vel hic te aſſenſorem habere. IREN. Mane vir bone, ne nimiũ properes; neq; fruſtra inani gaudio te lactes. CRIT. Quid iſtuc eſt? IREN. Ego certè de ea nihil, niſi quod dignum eſt, cenſeo; vt de reliquis etiam Apologeticorum tuorum de cœlibatu teſtimoniis. Qualia ſi vel vnus aliquis fortè Catholicus ex veſtrorum ſectariorum libris tam falſò protuliſſet, omnium ſibilis explodendum eum cenſeretis. Nunc verò auctorum numerus, dignitatis eorum, ac doctrinæ, (quibus ſibi nimium placent) opinio, nonne in illis hoc crimen mirum in modum exaggerant? Quàm enim turpe, tot Argos Chryſoſtomi, qui fatetur morem, quo mariti ab initio in Epiſcopos adſciſcebantur, ſuo iam tempore ſublatum;

Marian. Victor. in annotat ſuis in Catalogum ſcriptor Eccleſiaſtic. D. Hieronymi.

a 24 queſt. 1 cap. loquitur

b In libello ad Iubaian. de hæretic. baptiſmate.

In confeſſ. catholica cap. 26

Chryſoſtomus homil 2. de patientia Iob.

Apologetici in Anglia.

Sozo-

Sozomeni de Spiridione, Nazianzeni de patre ſuo teſtimoniis, quę nuſquam exſtant (quæ ſi dixiſſent & patribus, & Paulo, & ſibi ipſi aduerſarentur) ad Sacerdotum ſcortationes ſtabiliendas, ſine vllo pudore abuti? Quam flagitioſa illa vox, qua legem de cœlibatu doctrinam Dæmoniorum appellant? Quid ſtultius & impudentius, quàm Æneæ Pij, nec ætate adhuc ſatis, nec rerum Eccleſiaſticarum vſu confirmati dictum arripere, eundé ætate & iudicia prouectum contemnere? Exciderant ei neſcio quę contra Eugenium Pontificem, quæ poſtea maturiore ætate atque conſilio reuocauit. Quanquam boni iſti viri, qui ante aliquot annos Baſileæ eius opera impreſſere, & illius contra Eugenium ſcripta admirandis annotationibus, non dicã illuſtrarunt, ſed ex prauis deteriora reddiderunt; miro artificio ad marginem aſpergentes, quæ ex contextu nũquam colliguntur, hanc eius, qua ſe apud Eugenium purgauit, orationẽ ſuppreſſerunt; & cùm ad multos alios, tũ ad euidentem illius errorẽ contiẽt (niſi forte non viderint) quo ille quandã Conſtantinopolitanam Synodũ inter eas ponit, quas Gregorius primus, vt quatuor Euãgelia, exoſculatur: quę tamen habita eſt poſt mortem Gregorij ducẽtis quinquaginta & amplius annis.

Anno 1551 apud Hẽricũ Petr. — *Aeneæ Sylu. opera Baſileæ nuper parum integra fide edita.* — *Aeneæ Syluij manifeſtus error.*

CRIT. Imo nõ iuuenis, et cetera adhuc imperitus, ſed Papa creatus, hanc Prouerbij loco ſolebat vſurpare ſententiam; *Sacerdotibus magna ratione olim ademptum coniugium, maiore reſtituendum.* IREN. Sit ita, ſi velis: At certè, quicquid dixit Pius, nec dixit, nec ſenſit, licere ſacerdotũ matrimonium contrahere; ſed hoc tantũ quaſi ad conſultationẽ Eccleſiæ poſuit, vt ſi expediret cõiugio implicitos, nullo continentię futurę voto interpoſito, in Clerũ allegi. Quod ſi ex iuſta cauſſa, atq; Eccleſiæ auctoritate fieret, nemo, credo, pius improbaret: dũmodò cũ Sacerdotes inaugurati fuerint, iuxta Pauli conſilium ſint tanquã nõ habentes; & tantũ curã earũ, vt ſororũ, nõ vxorũ gerãt. Sed quis interim iſtis tuis Apologeticis aures occluſit, vt nõ eundẽ Piũ alibi clamantẽ audiãt; *Non errauit Eccleſia primitiua, quæ ſacerdotibus permiſit vxores; nec errat moderna, quæ ſacerdotibus vxores ſubtrahit; imo & noſtros ſacerdotes apud Deum mereri, quòd vxoribus careãt.* Cur nõ & hic quoq; illud illius locũ habeat? *Quæ ſcripſimus olim iuuenes, contemnite, ô mortales, atq; reſpuite: Sequimini quę nunc dicimus; & ſeni magis, quã iuueni credite; nec priuatũ hominem pluris facite, quã Põtificem. Aeneam reijcite, Pium ſuſcipite. Illud gentile nomẽ parentes indidere naſcenti; hoc Chriſtianũ in Apoſtolatu ſuſcepimus.* Hęc, & aliã id genus mihi Pius Apologeticorũ tuorũ auribus, ſed, vt apparet, ſurdis intonare videtur. Inter has igitur tã illuſtres cõtra cęlibatũ Eccleſiaſticũ narrationes inſeritur, & eluceet, vt Cynoſura quędã, Auguſtanus tuus. Nec poteſt non hic aliquid eximium latere, vt ſibi omnia bellè reſpondeãt. Sed ne inter ipſa orationis exordia errare, & vagari extra cauſſam cogamur, id à te primũ quæro: cuias fuerit iſte Epiſcopus.

Vlricus in catal. — *Vide Pium, epiſt. 130.* — *Vide Turrianum libro 2. charact. dogmat.* — *Lib. 1. epiſt. 130.* — *Lib. 1. epiſt. 395.* — *Aeneæ Syluij ſententia de cõiugio Sacerdotũ.* — *Pij 2. verba reuocantis ea, quæ minus conſiderate cõtra ſedem Apoſtolicã olim ſcripſerat.*

Nam

Nam non memini, me aliquem huius nominis aut ſcriptorem, aut Epiſcopum aliquādo legiſſe; qualem certè (quod mirum eſt) nec Geſnerus in tota Bibliotheca recenſet. CRIT. Facile credo: neq; enim, vt tu exiſtimas, hominis, ſed loci nomen vox illa denotat. IREN. Atque hinc ne hilo quidem ſum certior, cum multæ fuerint eius nominis ciuitates. nec ego ſanè cum Ioſepho aut Daniele abdita præſagire poſſum. CRIT. Age, nolo te hic diutius ſuſpēſum tenere: de *Auguſta* illa loquor, quæ olim Vindelica, hodiè Rhetica ciuitas eſt, toto orbe terrarum notiſſima; quæ etiam ab incolis *Auſpurgum* dicitur. IREN. Iam intelligo ciuitatem, nihil tamen in tanta Epiſcoporum copia ſum aſſequutus. CRIT. Demiror tuam tarditatem! Diuum intelligo *Vldaricum*, qui & *Vdalricus*, *Hulderic9*, atque *Vlricus* à quibuſdam dicitur. IREN. Ohe iam tandē incipio ſapere, & intelligere bellam iſtam Rhetoricam, & nouam Grammaticam. Ad quā vt ego iſtos percurioſius reuocare nolim; ita eos ad modeſtorum & ſobriorum hominum officium quàm maxime reuocare cuperem; vt, abiecta tandem iſta effrænata mentiendi licentia, non à vanitate, & ſomniis, ſed à probatis & certis ſcriptoribus, probationū ſibi ſubſidia acceſſant. Nam cùm multa à tuis præceptoribus vana hactenus acceperis, principem quendā locum Auguſtanus tuus meritò obtinet: vt tam vana hiſtoria meritò Auguſtanæ confeſſioni antè triginta annos contra fidem Catholicam editæ, ancillari debeat. Interim verò doleo amplius quā verbis conſequi poſſum, tantam ignominiam ſanctiſſimi Epiſcopi manibus per iſtos homines inuſtam; qui nobilem hanc ciuitatem olim alia longe, quàm noui iſti Auguſtani confeſſores, religione, alia viuendi ratione, alia Eccleſiæ diſciplina (vt nihil dicam de miris per eum ſignis editis) illuſtrauit. Atque vtinam tandem miſericors Deus Auguſtanos ciues, omnemque Germaniam veſtram, imo & Britanniam noſtram illuminare dignetur; vt Ægyptiacas iſtas tenebras, quibus hodie per iſtiuſmodi præſtigiatores toti offunduntur (de quibus tamen, quaſi de inſolita quadam Euangelij luce, ſe venditant) tandem excuterent. Quod aliquando futurum non diffido. CRIT. Papæ: quas tu mihi occinis tenebras; quam caliginem; An eā poſſe te putas huius hiſtoriæ obſcurare & obruere veritatem? Quam nobis ſummā fide [1] Illyricus, [2] Vueſthemerus, [3] Balæus, & poſt omnes [4] Magdeburgēſes prodidere, qui ſi tibi ſatis graues teſtes non videntur; noſti nuper inter [5] Orthodoxographa Baſileæ excuſam. IREN. Scio: & quiſquis imprimendam curauit, ille ſanè aut fallit, aut fallitur. Singulare verò quiddā eſſe Illyrico tuo non grauatè patiar; quodque egregium quendam locum in Centuriis habeat. CRIT. Certè quicquid iſtud eſt, ipſius D. Vldarici epiſtola eſt, ad Nicolaum primum Romanū Pontificem ſcripta. IREN. Neq; ego id diffiteor, ſi vel mortui accipiūr, vel

Auguſta, ſiue Auſpurgum.

Euangelicorum commentum de ficta quadā D. Vldarici contra cælibatum Epiſtola conuellitur & diſſipatur.

Auctoris votū.

1 In catal.
2 In locis cōmunibus.
3 De act. Rom. Pon.
4 Cent. 6. cap. 7. & 10 pag. 388. & 686.
5 Apud Henricum Petr. anno 1555.

vel non nati, ſcribunt Epiſtolas. Quod veſtris forſan facile & credibile videbitur, qui, quos volunt, è cælo ad inferos deturbant; & quos volunt, inferis ereptos in cęlo collocant. CRIT. Quid? mortuus ne fuit Nicolaus, antequàm S. Vldaricus Auguſtæ Epiſcopus crearetur? IREN. Fuit. CRIT. Nunquam ſane putaram. Sed ſit ita; quid tum? An non potuit Vldaricus ante Epiſcopatum ſuú Nicolao hanc epiſtolam ſcribere? IREN. Non potuit: nam cum ann. Chriſti 925. ſi credimus Nauclero, vel 924 vt placet Eghardo, Contracto, & Vrſpergẽſi, (niſi Munſterus me fallit) Vldaricus fuerit Præſul ordinatus; & annos quinquaginta Eccleſiam ſuá gubernarit; non video certè, qua ratione potuerit ad Nicolaum primum ſcribere; qui diem ſuum obierat quinquaginta ſex annos, priuſquam ille in ordinem Epiſcoporum eſſet adſcriptus, niſi fortè ad tuendum præceptorum tuorum commenta, fingere tibi volueris, vixiſſe Vldaricum centum & ſex annos poſt hanc tam grandem cenſoria quadam grauitate contra cœlibatum Epiſtolam ad Nicolaum ſcriptam. In quo me tibi aſſenſorem non habebis, neq; pręceptores tuos, ſi ipſi conſentire ſibi velint: quippe qui has litteras non Vldarico, tum adoleſcenti, ſed Epiſcopo tribuant; imo ipſe in epiſtola ſe Epiſcopum vocat. Et certè Munſterus ſcribit, eum, vt ijs ſuis verbis vtar, *Auguſtẽſem Eccleſiã 50. perpetuis annis adminiſtraſſe tanto Zelo, vt Romano Pontifici Sacerdotibus ſuæ diœceſis legitimas vxores adimere volenti, non ſtatim acquieuerit.* Quibus verbis ſignificare videtur, Vldaricum, cùm Epiſcopus eſſet, apud Nicolaum Pontificẽ (quod fieri non potuiſſe docui) Sacerdotalis coniugij cauſſam egiſſe: tum non pręfractè eam defendiſſe, ſed Pontificis ſententię, licet non ſtatim, acquieuiſſe. Quod ſi ita res ſe habuerit, Vldaricus cœlibatui Sacerdotum non erat perinde infeſtus: vt eum fuiſſe videri volunt Euangelici. CRIT. Quæ in cauſſa eſſe iam dixiſti, quamobrẽ Vldaricus iſtius epiſtolæ auctor eſſe non potuit, ea ſanè non parui forent momenti, ſi modò de eorum veritate conſtaret. At cùm tota vis orationis tuæ pendeat ab ætate Vldarici, in qua definiẽda licet auctoritate nitaris, & teſtimonio aliquot hiſtoricorũ: in ea tamen nondum mihi ſatisfeciſti; quia chronicon Auguſtanũ; natiuo Germanorũ idiomate conſcriptum, cui plus fidei hac in re tribuendum eſt quàm aliis, de ratione temporis abs te inita viginti annos ſubtrahit: vt non neceſſe ſit (quod tu tantopere, ſed fruſtra, vrges) Vldaricum vixiſſe centũ & ſex annos, poſtquam hãc texuiſſet epiſtolam. Nam vt chronicon illud teſtatur, Epiſcopus Auguſtanus creatus eſt anno ab ortu Chriſti nongenteſimo tertio. IREN. Etſi æquum videri poteſt, vt in re dubia quatuor teſtes, quorum ſpectata fides non eſt, vni, eique adeo obſcuro, vt nomẽ ipſius ignoretur, pręponderent: nolo tamen de eo tecum contendere. Verùm vt intelligas quàm parum in hac cauſſa adhuc profe-

Nauclet. in chron. aſſi-mon generat. 31.

Libro 3. Coſmo-graph.

ceris, do tibi, in ratione annorum priores teſtes aliquantum de via deflexiſſe, hunc tuum rem acu tetigiſſe. At nihilominus ipſius etiã teſtimonio conuincam, tantum abeſſe à vero, Vldaricum iſtarum litterarum architectum fuiſſe, vt nihil poſſit magis eſſe repugnans. Nam idem, ſi credendum ſit Matthiæ Caſtritio Darmſtatino, prodit Vldaricum vixiſſe annos octoginta tres, Epiſcopum autẽ fuiſſe quinquaginta annis. Vnde, ſi præſulis Auguſtani munus ſubiit anno Chriſti nongenteſimo tertio, conſequitur, eum has non potuiſſe exarare litteras; niſi ſcripſerit eas triennio, vel antequam ipſemet in lucem fuerat editus, vel poſtquam Nicolaus mortem obierat. Nicolaus enim ex hac vita migrauit anno à virginis partu, vt indicat Onuphrius Panninius, octingẽteſimo ſexageſimo ſeptimo. Crit. Sed quid ſtatuis de illa parte Epiſtolæ, quę Gregoriũ primum attingit? An cenſes eũ non reperiſſe Romæ ſexies mille capita infantum in piſcina, quos ipſi parentes horrendo ſcelere è medio ſuſtulerãt, propter eum ad quem Gregorius eoſdem coëgerat cœlibatum? Cuius quidẽ poſtea edicti magna Gregorium pœnitẽtia cepit, ob eamq; cauſſam illud poſtea reſcidit. Non cõſternaris animo, non totus exhorreſcis ad hanc tragœdiam? Ego certè iſta vix ſine pallore ac tremore commemorare poſſum pro tanta rei atrocitate. Iren. Et ego me ſanè vix à lacrymis temperare poſſum. Crit. Rectè facis, cũ indoleſcas tãto ſceleri. Iren. Nõ equidẽ eò dixi, me pæne illacrymare, quòd iſti tragœdiæ, quam tui vigilantes ſomniant, quicquã ingemiſcam (neq; enim ſatis adhuc mecũ ſtatui, lacrymis an riſu magis iſta ſint digna) verum iſtorum impudenti vanitati ingemiſco. Extant enim Ioannis Romani Pontificis de vita Diui Gregorii, & præterea Auguſtæ Diui Vldarici ſcripta, inter quę ne veſtigium quidem aliquod huius mendacij. Crit. Quod de ſcriptis Vldarici tã cõſtanter affirmas, vnde quęſo habes? An ipſe vnquam Auguſtæ verſatus es, huius rei exquirẽdæ gratia? Iren. Fateor me ibi nunquam fuiſſe. Ab aliis tradita non mihi comperta narro: ſed tamen, quibus hæc accepta refero, eiuſmodi ſunt, vt meritò his fidem habere debeam; præſertim cùm ad hanc rem plenè cognoſcendam, opportunitate loci inuitati, adhibuerint tempus & diligentiam: ac proinde, non priuato aliquo colloquio, ſed libris publicè contra Euangelicos tuos editis, rem ſic habere teſtati ſint. Quibus eò plus fidei tribuo, quod nemo tuæ factionis hactenus, quãrum intelligo, eos hac in re mendacij arguere potuerit. Quòd ſi, vt numerum & nomina eorum edam, poſtulas: duo ſunt; alter Faber Auguſtanus, alter Fredericus Staphilus, quorum vtrunque non niſi honoris cauſſa nomino. Poſterioris verò, quibus Illyricum tuum pungit, verba, quia hanc rem paucis expediunt, & dilucidè explicãt, non grauabor recitare. Auſculta igitur: *Hiſtoriam, inquit, refert Illyricus, cuius auctorem fecit Sanctum Vlricum, Epiſco-*

De heroicis virtutibus princip. German. lib. 4. cap. 10.

In ſua ad Plat. nam appoſito Pontific. Romanorũ indice.

Epiſcopum Auguſtanum, de repertis neſcio vbinam ad monialium cœnobia infantum multis capitibus. Similem hiſtoriam à Luthero narratā audiui. In monumentis autem S. Vlrici ſcio non reperiri; cùm in Cœnobio eo, in quo corpus eiuſdē S. Antiſtitis ſupereſt Auguſtæ, iſtius hiſtoriæ nulla ſyllaba extet vſquā, haud dubiè ſi alicubi, certè hoc in loco, vbi & vixit, & exceſſit vita, cæteraq; illius omnia reperiūtur, & hoc reperiēdū quoq;. Nec cauſſa probabilis vlla eſt, cur nobis fragmētū cuiuſdā Vlrici obtrudatur pro S. Vlrici Epiſcopi Auguſtani opere: ſed aut eſſe huius legitimè probet Illyricus, aut commentitiū hominis ignoti, atq; incerti figmētum fateatur eſſe: quādo, vnde prodierit illa fabula, pro certo ſit compertum antea nemini; niſi hoc tempore res iſta audita. Abs te, Illyrice, tuìque ſimilibus inuentum quoddam eſſe, potiùs homines cordati crediderint; quemadmodum enucleata iſtius hiſtoria aniles nugas refutauit D. Faber Auguſtanus: dum ex collatione temporū oſtendit, nec D. Vlricum vixiſſe vllius ætate Nicolai Pontificis, ſicut tu aſſeueraſti, nec vllum tale cœnobium, quod tu fingis, eſſe in rerum natura, ſed vel abs te confictam fabulam eſſe, vel ab alio nebulone quopiam. Verùm licet Illyrico, in vſum Eccleſiaſtici operis ſui id genus hiſtorias comminiſci; cùm veritas deſit, vt veriſimilitudinem mentiatur conficta ſpecies veri: qua ſibi perſuadeat Lutherum eſſe tertium, ſe quartum Heliam: nobiſq; liceat illud viciſſim Ennij occinere: Quam ſimilis ſimia eſt turpiſſima beſtia nobis.

Reſponſ. ad nouellas diſſerit quo ... Cath. eſſe falſo ... Vlricum.

Hęc Staphilus. In quibus, pręter alia hoc inprimis animaduertēdū cenſeo; neminem ex veteribus, huius Epiſtolæ mentionē vel leuiſſimā iniicere. CRIT. At certè Æneas ille Pius, Romanus veſter Pontifex, in quadā ſua peregrinatione ſcribit; D. Vldaricū Romano Pontifici in hac cauſſa ſe oppoſuiſſe. IREN. Primùm verò cōſtat, Æneam non eſſe ſcriptorem veterem, ſed recentiorē. deinde cùm is inter perpetuas peregrinationes, ac legationes quaſi conſenuerit; cur non oſtendit nobis Illyricus, quęnā fuerit iſta peregrinatio? cur non edit librum certū Pij, vbi hæc ſcripta reperiantur? Aut fallor, aut aliquid doli mali ſubeſt; & ideo locū nominare non audet. Veriſimile enim eſt Pium hác Vldarici epiſtolam, vel vt ſubditiciam, vel certè vt ineptam, falſam, & parum Catholicam reiicere. Imo aut fallor, aut hoc ipſum omnino eſt, quod coēgit Illyricū in hac narratione, quaſi in incerta, atq; inſtabili, neſcio qua peregrinatione ita iactari, vt nullū certū & ſolidū, vbi cōſiſtit, locū repetire potuerit. Hoc illud eſt, quod huiuſmodi ambagibus nos eludere voluit, ad tam ignotam Pij peregrinationē lectorem amandādo. Sed hic multò Foxus noſtras ſinceriùs agit, qui apertè atq; ingenuè fatetur Pium hūc in deſcriptione Germaniæ, vbi agitur de ciuitate Auguſtana, iſtas, quas in manibus habemus Vldarici, eiuſdē ciuitatis Epiſcopi, literas cōuellere atq; exagitare. Hoc, hoc, inquā, eſt, quod ita vrebat Illyricū, vt nec tacere, nec veritatē tamē palam enūtiare voluerit. Et cogitét iam Apologetici in Anglia veſtri, quale poſuerint Sacerdotaliū nuptiarū in eiuſmodi teſtimonio firmamentum; quod, ſi

Illyricus in catalogo teſtium ...

Aeneas Sylvius.

Vide acta et monument Angl. pag. 385. col. 1.

Foxus.

Apologetici in Anglia.

quod ſi aliquando inconſulte ab eo fuerit dictū, conſultius poſtea
Apologetici in Anglia.
erat reuocatum. Et illud quidem, qualecunq; demū exiſtimandum erit, non ad ſequētes initiatorū, ſed præcedentes initiandorū tantūmodo nuptias; & ita nihil ad hāc cauſam, quæ tantis hodie ſtudijs, & contentionibus, tamq; infami turpitudine pro aſſerendo Sacerdotū & Monachorū inceſtu iactatur, pertinere videtur. Solas enim inaugurandorū nuptias, eaſq; ante ordinationē factas, hæc Vldarici ſiue vera, ſiue cōficta Epiſtola videtur propugnare. Vtcunque ſit, nihil mihi huiuſmodi adhuc in Pio legiſſe cōtigit; etiāſi anxie locum hūc
An Gregorius legem tulerit de cœlibatu, vel ſemel latam abrogauerit.
conquiſierim. Illud verò ego à te lubens diſcerem, quam Gregorius de cœlibatu legem tulerit? eandemque poſtea ex pœnitentia induxerit? Crit. Miror ſane noſtros homines, tantæ lectionis, tam exquiſitè doctos, tam perſpicaces, iſtud nobis non illuſtrare. Ego vero, vt nihil mihi arrogo præ tantis luminibus: quia tamen ſæpe etiam olitor, vt prouerbio dicitur, valde opportuna loquutus eſt; coniectura me id augurari poſſe puto. Etſi enim raro ad veſtros doctores diuerto; nuper tamen, ita, vt fit, incidi in Gregorium; in quo memini me legiſſe, cum, habito Romæ quinquaginta octo Epiſcoporum Concilio, anathema dictaſſe Presbyteris, ac Diaconis; qui ad matrimonium conuolarent; aut ſi quis Monacham, *Libro 11. Epiſtolarū.*
quæ Dei ancilla dicitur, in coniugem aſciſceret. Iren. Sed hæc facile reiiciuntur. Neq; enim hoc primus ſtatuit Gregorius; ſed per
Matrimonium interdictum Presbyteris & Diaconis.
omnē prius Græcam ac Latinam Eccleſiā vetitū fuit. neq; Vldaricus huiuſmodi matrimonia probat. Et quando mihi probabis hoc anathema aut Gregorium, aut ex ſucceſſoribus quenquam reſcidiſſe. *Concil. Chalcedonenſ. Canon. 15.*
Crit. Video me aliquātū aberraſſe; ſed redeo in viā. Neſcio enim quo modo, quod voluerā dicere, mihi exciderit. Hoc eſt ergo quod conſtanter affirmo; eum Hypodiaconos, qui prius liberi erāt, & ſoluti ab hoc iugo, ad cælibatum coegiſſe; dū lege lata caueret, ne quis in poſterum fieret Hypodiaconus; niſi qui cælibem ſe vitā
Hypodiaconis cœlibatus indictus à Gregorio.
acturum promitteret. Hinc credo, totam hāc tragœdiā, ac miſerum infanticidiū ſequutū: vt non ſine cauſa, quod temere cōſtituerit, cōſultius reuocarit. Iren. Magnā certe tibi præceptores tui gratiā debēt; qui tā neceſſario tēpore ſuppetias illis tuleris. Edictum enim illud Gregorij, vt ne quis ad Hypodiaconorū numerū adſcriberetur, niſi caſtitatis perpetuæ ſponſionē faceret, agnoſco; quod eum poſtea
Nuptiæ Subdiaconis ante Gregorij primi tempora interdictæ, nec poſtea vnquam permiſſa.
infirmaſſe, ſi docueris; aliquē forte tibi aditum ad reliquā hiſtoriā quodam modo probabilem faciendā, muniuiſſe videberis. Crit. Id certe non memini; nec auſim pronunciare. Iren. Neque ſane tui præceptores vnquā id oſtenderint. Nam nec à Gregorio, nec à quoquam alio Romano Pontifice reuocatum tam ipſius Gregorij ſcripta, quàm totius occidētalis Eccleſiæ vſus, ab eo vſq; tempore perſpicuè docēt. Illud te ex Gregorio facile meminiſſe poſſe puto, Romæ quidē ante eius tēpora receptū, ne in Hypodiaconos

cooptarentur

cooptarentur, niſi qui continentiã profiterentur. Quod ante Gregorium centũ quadraginta annis obſeruatum fuiſſe, ex Leone primo apparet: qui de his Hypodiaconis ita ſcripſit: *vt qui habent*, inquit, *ſint tanquã non habẽtes; & qui non habent, permaneant ſingulares.* Quod cum in Sicilia non ſimiliter obtineret, vt ibi quoque obſeruaretur, edicto Gregorius ſanxit. Totus verò huius Gregorianæ pœnitentiæ figmentum, videtur hinc natum; quòd, cùm ante illa tẽpora Hypodiaconi Siciliæ cælibatum non vouiſſent; ab Epiſcopis tamen ex conſtitutione Pelagij Pontificis, vel vxoribus abſtinere, vel a miniſterijs Eccleſiæ temperare cogerentur, quod his verbis vetuit Gregorius. *Quod mihi durum atque incompetens*, inquit, *videtur, vt qui vſum continentiæ non inuenit, neque caſtitatem promiſit, compellatur a ſua vxore ſeparari; atque per hoc, quod abſit, in deteri cadat; vnde videtur mihi, vt a præſenti die Epiſcopis omnibus dicatur; vt nullum Subdiaconum facere præſumant, niſi qui ſe victurum caſte promiſerit.* Hæc Gregorius. Mirari interim poteris Balæi mirã impudentiã, qui auſus eſt Nicolaũ primum *immanẽ beſtiã* appellare, quòd primus Sacerdotes ad cœlibatum coegerit. Quod ex ijs, quæ narraui, luculẽtũ mendaciũ deprehenditur. Mirari etiam poteris, quo modo ſoli Hypodiaconi, aut tam pauci, quibus Gregorius Pontifex fuit, annis tam ſalaces, vt tot millia procrearint; aut tam crudeles, vt tot millia infantum, tam horribili cæde ſuſtulerint; aut tam ambitioſi, vt potius quàm Hypodiaconatu carere vellent, immani ſe parricidio obſtringerent, aut tam ſtolidi, vt ex Sicilia, miſera necatorũ infantum corpora ad vnam Romanam piſcinam detulerint; aut omnes poſtea ſcriptores tam obliuioſi facti ſint, vt nemo rem tã atrocem litteris mandaret. Quæ hodie etiam ſempiternis tenebris obruta iacuiſſet, niſi Nicolaus Romanus, aut iamdudum mortuus, aut à Diuo Vldarico nondum nato, iſtam admirabilẽ Epiſtolam accepiſſet. Sed ficta huiuſmodi ſolent nobis Euangelici in Veneris ſuæ gratiam, præter & contra omnem fidem, interdum obtrudere miracula: cùm, quæ à ſanctis patribus ſupra communis naturæ vires, ſingulari Dei beneficio, mirabiliter geſta ſint, impiè contemnere & irridere ſoleant. CRIT. Si hæc ita ſint, piget ac pudet me meæ inſcitiæ ac temerariæ credulitatis. IREN. Sed iam, omiſſa eorum vanitate, accipe doctorum tuorum parem prudentiam; qui ſi iſta vera eſſent, plane conciderent. Seuere enim hæc Epiſtola interdicit, ne Sacerdos aut Monachus matrimonium ineat, quales Apoſtatas appellat. Concedit verò pro ſua benignitate, vt vxores ante Sacerdotiũ acceptæ, ſimul cum Sacerdotio retineãtur. Quod cùm videret Balæus, quem ex eius libris fraterculum fuiſſe, & poſtea è clauſtro ad inceſtum prorupiſſe intelligo, veritus credo, ne ipſum Vldaricum apoſtaſiæ ſuæ teſtem haberet, hanc hiſtoriam ſatis habuit attingere, & proinde ſtatim abiecta, tanquam canis in Nilo

Leo 1. Epiſt. 4. Epiſt 84 c. 4

Leo.

Diſt. 32 c. 17 q. 2. cap. multorũ Gregor. Epiſt. 34 lib. 3.

Gregorius.

Epiſt. 42 lib. 1

Balæus de act. Põtificum in Nicolao primo.

Balæi impudentia.

Fabula de cæde infantiũ tã abſurda, vt ipſa ſibi fidem abroget.

Vldarici Epiſtola & præcipua quædam Euãgelicorum placita ex diametro repugnant.

Balæus.

H bibens

Illyricus. *Weſthemerus.*

bibens, fugit. Illyricus verò ac Weſthemerus, quaſi noui Atlantes omne hoc impudentiæ onus ſuſtinét, perq; vniuerſam hanc varia atque impudentem hiſtoriam, quæ nō ſolùm impuram iſtam doctrinam, ſed & ipſum totius huius noui Euangelij fundamentum penitus euertit, longa oratione peragrant. Nam ſi hanc Epiſtolam adeo ſuſpiciant, neceſſe eſt, non ſolùm fœda iſta Sacerdotum & Monachorum adulteria, quibus maximè nij velamen, hac etiam Vldarici Epiſtola reclamante, obducunt, reſcindere: ſed & Romanum Pontificem, vt ſummæ ſedis Epiſcopum, vt omnium Epiſcoporum patrem, vt vniuerſalis Eccleſiæ caput, vt Apoſtolicum deniq́ue ſuſpicere & venerari. Sed potius quàm eò redigi velint, ſcio, vltro proſilient, & aduerſus Vldaricum ſuum, quaſi egregium impoſtorem, & inſignem Antichriſti patronum, acriter vociferaturi ſunt. CRIT. Verum enimuerò ſi cuidam ex noſtratibus fidē adhibere velimus, non ſolùm Sacerdotes, ſed & *Monachi ſancti Huldrici anno Domini* 870. *vxores ſemper ducebant vſque ad tēpora Hildebrādi, qui nuptias prohibebat.* IREN. Non ignoro hæc te à Balæo ſumpſiſſe, ſed nullo ille iſta vel ex Vdalrici epiſtola, vel aliunde ſumpto teſtimonio confirmat Imo hæc ipſa Vdalrici epiſtola iſti mēdacio palā his verbis aduerſatur. *Nam illud,* inquit, *Apoſtolicum; vnuſquiſque ſuam habeat vxorem; nullum excipit verè, niſi profeſſorem continentiæ, vel eum, qui de continuanda in Domino virginitate præfixit. Quod nihilominus tuam, pater venerande, condecet ſtrenuitatem, vt omnem, qui tibi manu vel ore votum faciens continentiæ, poſtea voluerit apoſtatare, aut ad votum exequendum ex debito conſtringas, aut ab omni ordine canonica auctoritate deponas, & hoc vt viriliter implere ſufficias, me omneſq́; mei ordinis viros adiutores habebis non pigros.* Expediat verò iam nobis Balæus tuus, quinam illi ſint, quos *Diui Vldarici Monachos* appellat. Expediat & illud, qua ratione *Diui Vldarici Auguſtenſis Epiſcopi Monachos anno* 870. nominet, cùm totis 50. poſtea annis huic adhuc ſedi non præſederit. Iam quàm effrictafronte, quamq́ue conclamata impudentia hos Auguſtenſis Epiſcopi Monachos vel ad Hildebrandi tempora vxoribus coniunctos, vel ab eis per eum diſiunctos confingit. Quo nihil aut vanius, aut turpius dici poterit. Neque enim illa tempora vllis tam inceſtis nuptijs conſpurcata fuerant. Sacerdotes verò aliquot vxoribus, neque ijs tamen, quas poſt ſacram initiationem, ſed quas antea ſibi adſciuerant, alicubi adhærebant. Atque ad hos potiſſimùm Hildebrandi prohibitio pertinebat: Quos vel miniſterijs vel vxoribus carere voluit. Sed vt liberalius cum Balæo agamus; donemus non ſacerdotes ſolùm, idq́ue poſt initiationem, neque illos modò, quos alieniſſimo certè tempore *Auguſtinenſis Epiſcopi Monachos* comminiſcitur, ſed & alios alicubi Monachos inijſſe. Quid inde ſolidi colliget Balæus? An hæc tam

Cent. 2. de Scrip. Brit. pag. 102.

pauca

pauca, tam rara, tam recentia, eademq; fœdiſſima turpiſſimorum hominum exempla plus momenti & ponderis apud pium & prudentem hominem habitura ſperabit, quàm totius ab omni antea atque poſt a temporum memoria caſtiſſimam, & ſanctiſſimam Catholicæ Eccleſiæ cõſuetudinẽ & diſciplinam? Imo quàm ſacroſanctas Dei Scripturas, quæ vota Deo nuncupata ſanctè reddi iubent, eosque, qui ea violant, paſſim exſecrantur. CRITOBVL. Video hoc omne Vldaricianæ Epiſtolæ propugnaculum leue & valde infirmum: et qualecunque demum ſit, à veſtris potius quàm à noſtris partibus ſtare. IRENÆVS. Hæc itaque de Auguſtana fabula ſatis, & fortaſſe nimium multa videri poſſunt. Ego vero timeo, ne tui mihi, ſi iſta reſciſcant, ſubiraſcantur; quòd reconditos ipſorum faſtos, vt olim Cneus Flauius ſcriba, euulgarim. CRITOBVL. Nolim te hic ſolicitum eſſe. noſti enim fidem ac taciturnitatem meam. Atqui cuiuſcunque ſit hiſtoria, hactenus certè probanda videtur, ne lege cælibatus initiandi teneantur; in quo videntur mihi veſtri Pontifices culpa non carere. IRENÆVS. Nemo initiari cogitur. at ſi ſe ſacris ſponte addicere velit, vxorem prius conſentientem dimittere debet. CRITOBVLVS. Id quidem ſatis iniquum videtur; & decretis planè Nicænis ac ſanctiſſimo confeſſori Paphnutio aduerſari; de quibus noſtri glorioſe triumphant.

IRENÆVS. At edant illi canonem illum Nicænum; & prætera ſecum diſpiciant; an inter eos recenſeatur, quos Carthaginenſes probarunt. CRITOBVLVS. Noſti vtriuſque noſtrum conſenſu hanc rationem fuiſſe dudum exploſam. Satis eſt in rebus à noſtris temporibus tam remotis, & tot aduerſariorum, vt dixiſti, inſidijs appetitis, alios probatos auctores, in quos iuſta ſuſpitio non cadat, proferre. IRENÆVS. An vllos mihi vnquam proferent, per quos non grauiori ſtatim vulnere concident; quàm ſit, quod aduerſarijs infligunt? Omnes enim vno ore iam inauguratis Sacerdotio omnem matrimonij ſpem apertè adimunt: fruſtraque tui hodie nobis illam de præeunte matrimonio quæſtionem mouent; cùm quicquid neceſſitas primis Eccleſiæ temporibus aliter extorſerit, hodie non ferè recipiatur, niſi virgines, aut, demortua vna vxore, deinceps ſe continentes. Iſtos verò quam frontem habere dixeris, qui, abiecto etiam religioſæ profeſſionis ſuæ habitu; deinde orthodoxa & Catholica fide, poſtquã ſe iſtis inceſtis coniunctionibus, quibus Monachi Monachas ſibi copulant, fœdarũt, tũ demum de eadem forma pari grauitate libere id quoq; diſputant; putãtes ſe defendi et protegi poſſe vmbra Paphnutij, qui cœlebs per totã vitam fuit, & hunc eſſe antiquã Eccleſiæ regulã profitetur, ne, qui cœlebs ad Clerum peruenit, vxorem ſibi adſciſcat. CRIT. Sic ita;

Euangelici inceſtas ſuas nuptias fruſtra conãtur defendere auctoritate Paphnutij.

Cælibatum Sacerdotum in Eccleſia Occidentali optime congruit cum decreto C. Nicæn.

ſed miror Romanum Pontificem,ac reliquos Occidentis Epiſcopos à Decretis Nicænis ex illa alia parte receſſiſſe. IREN. Neutiquam ſanè receſſere; ſed ea accuratè conſeruant:cùm eos,qui cælibes Clero admoti ſunt, ex ſententia patrum eorundem,ita permanere cogunt. CRIT. At illis temporibus etiam matrimonio cõiuncti allegebantur: nec tamen vxores abijcere ſunt coacti. IREN. Quod neceſſitas temporum,in magna raritate idoneorum hominum expreſſit, non eſt iam ad conſequentiam producendum.Neq; patres vllam Eccleſiæ neceſſitatem impoſuere,vt maritos aſſumeret. Quare cùm huiuſmodi non adſciſcat,& ab alijs continentiam exigat;neutram in partem quicquam cõmittitur contra ſententiã Nicænorum patrum. Quanquam, neſcio quo modo, in dubium mihi venit fides huius de Paphnutio hiſtoriæ;ſunt enim quæ ſuſpicionem aliquam important,eam eſſe Arianorum, aut impudicorũ hominum commentum.

*Oſtenditur ex patribus,qui circa Nicenæ Synodi tempora vixerunt, dubiam eſſe hiſtoriæ illius tam decantatæ apud Euangelicos de Paphnutio fidem:& quanta Magdeburgenſes perfidia in recitanda quadam Epiphanij ſententia, vocem (*canones*) ſilentio inuoluerint.*

CAP. XXIII. CRITOBVLVS.

QVID te impellit,vt ita pronuncies? IREN. Non pronuncio,mi Critobule;neque iſta vt certa,ſed quaſi in deliberatione,ac cogitatione pono. Multa verò mihi hanc ſuſpicionem afferunt:primum, quòd ipſa acta Nicæna, vnde certam totius huius rei notitiam colligeremus, nuſquã appareãt:deinde, quòd tota hæc res à Socrate & Sozomeno pendeat. Quorum alter Nouatianus videtur;alter Theodorum Mopſueſtienſem, à quinta Synodo damnatum, magnis laudibus extulit, & in multis verum non ſcripſiſſe arguitur. Ego tamen nec Socrati, nec Sozomeno, in reliqua hiſtoria, fidem auctoritatémue, niſi quatenus maiòra rationum momenta aliunde acceſſerint,detractam volo. hic igitur ſic ſtatuo; aut illis aut alijs probatioribus ſcriptoribus fidem nos derogare oportere; præſertim Epiphanio, qui quantum tempore & auctoritate, tantum etiam veritate in hac cauſſa videtur illis præponderare.

Hiſtoria de Paphnutio cur ſuſpicioſa.

Socrates et Sozomenus ſuſpecta in hiſtoria fidei.

Niceph. li.6 c.37. li 9.c. 13.

Gregor. primus lib.6 Epiſt.31.

CRIT. Videtur itaque tibi Socratis narratio non cohærere cũ Epiphanio? IREN. Maximé. Socrates enim refert,quoſdam ex Nicænis patribus nouam quandam in Eccleſia legem introducere conatos (eiſque reſtitiſſe Paphnutium) ne Sacerdotes, quas ante duxerant,vxoribus vterentur. Epiphanius verò, id omnino ita ex Eccleſiæ canone fieri debere oſtendit.Is itaque perſpicuè narrat,

Epiphanius aduerſatur narrationi Socratis de lege cælibatus.

Li.1.tom.2. hæreſ 25 contra Nicolaitas.

Deo ad-

Li. 1. tom. 2. hæreſ. 25. contra Nicolaitas.

Deo addictos (cuiuſmodi in primis Eccleſiæ tẽporibus erant Apoſtoli, et reliqui Chriſti diſcipuli) ab vxoribus pri⁹ ductis poſtea abſtinuiſſe. Quod cùm aliquamdiu Nicolaus vnus ex primis Diaconis obſeruaſſet, & incontinẽtiæ tandẽ magnitudine victus ſuccubuiſſet; et, vt eius verbis vtar, *tanquã canis ad vomitũ* rediſſet, ad deteriora prolapſus, id alijs quoq; faciendũ affirmauit; et lõgius impudentia prouectus, cõmunionem quandã vxorum, et primam de Sacerdotum incontinẽtia hæreſim ibi inuexit. Sed audiamus Epiphaniũ omnẽ hanc quæſtionem aliter, ac iſti volunt, & Socrates ſcribit, explicantem: *Re vera*, inquit, *non ſuſcipit ſancta Dei prædicatio, poſt Chriſti aduentũ*, eos, qui à *nuptijs, mortua ipſorum vxore, ſecũdis nuptijs coniuncti ſunt, propter excellentẽ Sacerdotij honorem ac dignitatẽ. Et hæc certò ſancta Dei Eccleſia cum ſinceritate obſeruat. Sed et adhuc viuentem, et liberos gignentẽ, vnius vxoris virũ non ſuſcipit; ſed eum, qui ſe ab vna continuit, aut in viduitate vixit, Diaconum, et Presbyterũ, & Epiſcopum, et Hypodiaconum; maximè, vbi ſinceri ſunt canones Eccleſiaſtici. At dices mihi, omnino in quibuſdã locis adhuc liberos gignere et Presbyteros, & Diaconos, & Hypodiaconos. At hoc non eſt iuxta canonẽ, ſed iuxta hominum mẽtẽ, quæ per tempus elanguit, et propter multitudinem, cùm non inueniretur miniſteriũ. Nam, quod decentius eſt, id ſemper Eccleſia per Spiritum ſanctũ bene diſpoſita videns, ſtatuit apparare; vt cultus diuini indiſtracti perficerẽtur, et ſpiritales neceſſitates cum omni beneuola cõſcientia peragerentur.* Hæc & alia in hunc ſenſum Epiphanius. Cùm itaq; ille ex canone Eccleſiæ Sacerdotes, poſt initiationem, à prioribus vxoribus abſtinere debere contendat; neceſſe eſt, hunc canonem, aut eſſe Nicænum, aut certè prioris Eccleſiæ, quorum vtrumq; omnẽ fidem Socrati adimit: cùm nemo prudens credere velit, Nicænos patres aut ſibi, aut prioris Eccleſiæ ſcitis, aduerſari voluiſſe. Quare cũ hac Epiphanij auctoritate valdè ſe premi Illyricus, ac reliqui conuaſatores iſti, et nouarum hiſtoriarũ architecti viderent: recitant quidẽ iſtam, idque ex Iani Cornarij interpretatione, Epiphanij auctoritatem; ſed dolo malo vocem illã [*canones*] exploſere: ne inde fateri cogerentur, et agnoſcere, aut Nicæna, aut antiquiora Eccleſiæ decreta, etiam priores iſtorũ Dalilas prorſus excuſſiſſe. Quare nõ videtur ſatis cõſiſtere Socratis de Paphnutio narratio. A quo eam Sozomenus & ceteri, qui inſequuti ſunt, accepiſſe videntur. Ruffinus certè, qui honorifice de eo ſcribit, quãtiſq; ſignis & miraculis enituerit, quantumq; ſua præſentia Concilij Nicænũ honeſtarit, oſtendit, nihil de hac hiſtoria meminit. Euſebi⁹ præterea, qui huic Synodo interfuit & multa de ea ſcribit; de hac hiſtoria nihil omnino habet; imo penitus ei cõtradicere videtur: *Oportet, dicit ſermo diuinus, Epiſcopũ vnius vxoris virũ eſſe, verũtamẽ eos, qui ſacrati ſunt, itaq; in Dei miniſterio, cultuq; occupati, continere deinceps ſeipſos à commercio vxoris decet.* Id ita eſſe Arelatẽſis ſecũda Synodus, circa Nicæ-

Nicolai Diaconi impia dogmata.

Li. 2. tom. 1. hæreſ. 59. Vide eundẽ lib. 3. in cõpendiaria doctrina fidei Catholicæ la no Cornario interprete.

Epiphanij teſtimonium de Eccleſiaſtica ſui temporis conſuetudine in cælibatu clericorum.

Vnius vxoris vir.

Obijcitur.

Refutatur.

Magdeburgenſium manifeſta fraus, & perſidia in verbis Epiphanij non prætermittenda.

Cent. 4. c. 4. pag. 303.

Ruffinus.

Lib. 1. hiſt. Eccleſiaſt. cap. 4.

Euſebius.

De demonſtr. Euang. lib. 1. ca. 9.

næ tempora habita, ſatis oſtendit. Quæ adfirmat, *neminē in coniugij*
Arelatenſis Synodus ſecunda. *vinculo poſitum ad Sacerdotiū aſſumi poſſe, niſi conuerſione prius promiſſa.* Canon. 2.
& mox adijcit: *Si quis,* inquit, *de Clericis à gradu Diaconatus in ſolatio* Canon. 3.
ſuo mulierem præter auiā, matrē, ſororem, filiam, neptē, vel conuerſam ſecū
vxorem habere præſumſerit, à cōmunione alienus habeatur. Ante quā Sy-
nodū, et etiam Nicænā, patres Cōcilij Elibertini in Hiſpania ita de-
Elibertinum Concilium. creuerunt: *Placuit in totum prohibere Epiſcopis, Presbyteris, Diaconis, ac*
Hypodiaconis poſitis in miniſterio, abſtinere ſe à coniugibus ſuis, et non ge- Canon. 33.
nerare filios. Quod quicūq; fecerit, ab honore Clericatus exterminetur. Suc-
Hieronymus. cedat iam Hieronymus; *Si Laicus,* inquit, *et quicunq; fidelis orare nō po-* Contra Iouinianum li. 1
teſt, niſi careat officio coniugali; Sacerdoti, cui ſemper pro populo offerenda
ſunt ſacrificia, ſemper orandū eſt: ſi ſēper orādū eſt; ergò ſemper carendū ma- In Apologet.
trimonio. Et alibi; *Quòd ſi indignè,* inquit, *accipiūt mariti, nō imbui tr aſcan* pro libris aduerſus Iouinianum.
tur, ſed Scripturis ſanctis; imo Epiſcopis, Presbyteris, et Diaconis, et vniuerſo
choro Sacerdotali, et Leuitico; qui ſe nouerūt hoſtias offerre nō poſſe, ſi operi ſer
uiant coniugali. In Sacerdotis enim vxore illa Hieronymi ad Paulinū Epiſt. 13.
verba locū habere deberēt; *Sanctā cōſeruā tuā, et tecū Domino militātē.*
Atq; illa eius ad Luciniū; *Habes tecū, prius carne, nūc ſpiritu ſociā de cō-*
iuge germanā. Idē rurſus; *Quid facient Orientis Eccleſiæ? quid Aegypti,* Contra Vigilant.
et ſedis Apoſtolicæ? quæ aut virgines Clericos accipiunt, aut cōtinentes, aut, ſi
Sixtus. *vxores habuerint, mariti eſſe deſiſtunt.* In quā ſenſum et Sixtus Martyr
ante Hieronymū ſcripſit. Ad hæc *Apoſtoli,* inquit * Hieronymus, *vel* Lib. 6. de caſtitate, vt teſtatur Frāciſcus Turrianus, in lib. 2. de dogmat. charact.
Hieronymus. *virgines fuerūt, vel poſt nuptias continētes: Epiſcopi, Presbyteri, ac Diaco-*
ni aut virgines eligūtur, aut vidui, aut in æternū certe pudici. Quam qui-
dē ſententiā, ſaltē de Epiſcopo, nec Iouinian⁹ ſūm⁹ Magdeburgēſiū
patriarcha; vt ex ipſo Hieronymo apparet, negauit. *Certe,* inquit, *cō-*
Ambroſius. *fiteris non poſſe eſſe Epiſcopū qui in Epiſcopatu filios faciat.* Eadē ſcribit * In Apolog. ad Pammachium.
Ambroſi⁹; *Veterib⁹,* inquit, *idcirco cōceſſū eſt, Leuitis, aut Sacerdotib⁹, v-*
xores ad vſū habere, quia multū tēporis otio vacabāt à miniſterio aut Sacer- 1 Hieron. li 1 contra Iouinian. tom. 2.
dotio. multitudo enim erat Sacerdotū, et magna copia Leuitarū, et vn⁹ quiſq;
certo tēpore ſeruiebat diuinis cæremonijs; etc. Nūc autē ſeptē Diaconos eſſe In Epi 1. ad Timoth. c. 3.
oportet, et aliquātos Presbyteros, vt bini ſint per Eccleſias, et vnus in ciuitate
Epiſcopus, ac per hoc omnes à cōuētu feminæ abſtinere debere: quia neceſſe
eſt, eos quotidie præſto eſſe in Eccleſia, &c. Omni enim hebdomada offerēdū
eſt, etiāſi nō quotidie peregrinis, incolis tamē vel bis in hebdomada, &c. Si
plebeis hominibus orationis cauſſa ad tēpus abſtinere ſe præcepit, vt vacent Cap. 22.
orationi; quāto magis Leuitis aut Sacerdotibus, quos die, noctuq; pro plebe
ſibi commiſſa oportet orare? mundiores ergò eſſe debēt ceteris, quia actores Homil. 2. de patientia Iob.
Chryſoſtomus. *Dei ſunt; etc.* Chryſoſtomus prætereà ait, *Oportere Sacerdotē omni ca-*
ſtitate eſſe ornatū; nec alios Epiſcopos ſuo ſæculo allegi ſolitos, quā Nouel.
qui vxore carerēt; * vt iā oſtēdimus. quod nō ita multò pòſt edicto Inſtit. 6. et 123 apud Holand. et in vulg. collat. 6.
Iuſtinianus. cauit Iuſtinian⁹. Quiuis verò mariti olim allegerētur in Clerū, &
cū vxoribus vnis in ædibus verſarētur: nō aliter tamē verſabantur,
quàm cum matribus, filiabus, et ſororib⁹. Quod vel ex edicto Im-

Heronij & Theodoſij conſtitutiones.

L. nunquid Cod. de Epiſcopis, & Clericis.

peratorũ Honorij, et Theodoſij apparet: quò cũ extraneas omnes fœminas remouiſſent; *Concedimus tamẽ, inquiunt, facultatẽ eis, vt matres, filias, atq; germanas intra domorũ ſuarũ ſepta contineant. In his enim nihil ſæui criminis exiſtimari fœdus naturale permittit. Illas etiam non relinqui, caſtitatis hortatur affectio, quæ ante Sacerdotiũ maritorũ, legitimum meruere coniugiũ. Neq; enim Clericis incõpetenter adiunctæ ſunt, quæ dignos ſacerdotio viros ſua cõuerſatione fecerunt.* Quæ ideo ab illis Imperatoribus dicta ſunt; quia non aliter maritus ad Sacerdotium perducebatur, quàm ſi cũ vxoris conſenſu, * vt Hieronymus oſtendit, æternæ ſe pudicitiæ ex voto conſecraret, & vxorẽ in ſororẽ conuerteret.

*Ad finẽ Apolog. pro libris aduerſ. Iouinianum.

Concilium Turonenſe. 1.

Can. 1. et 2.

Canon. 3.

Nicæni canones.

Id quod præter commemorata, Turonicũ quoq; Concilium præcipit, &, ni fallor, ipſi quoq; Nicæni canones: quibus cauetur, ne Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi mulieres ſecum retineant, præter matrẽ, ſororẽ, materterã, et ſimiles, quæ ſuſpitione non laborant. Quã cautionẽ etiã aduerſus mulieres, quæ ſuſpitione laborãt, porrigi * quidã putant. Et videtur Baſilius Nicænos canones in eam ſententiã interpretari, aduerſus presbyterũ quendam, qui vxorem ſecũ retinebat: quã ab eo in monaſteriũ abduci voluit. Quod indicat, non de quauis muliere, quæ ſimpliciter ſine aliquo crimine cũ eo cohabitabat, ſed de vxore Baſilium ſenſiſſe: alioqui, cur in monaſterium ſine cauſſa detruderetur. Quod in vxore, qua cõſentiẽte, maritus in Clerũ cooptatus erat, tolerabile fuit. Vtcunque ſit, præter commemoratos & alij quoque patres abundè nobis ſuffragentur.

*Vide Franciſ. Turrian. dogmatica tract. lib. 2. et Baſil. ad iunct. Nicæn. can. Pharg.

Baſilius.

Origenes.

Hom. 23. in Numer.

E quibus Origenes ait: *Vereor dicere aliquid, quod ex ſermonibus Apoſtoli Pauli datur intelligi; ne fortè videar aliquos contriſtare. Nã ſi oratio iuſti, ſicut incẽſum offertur cõſpectui Domini; et eleuatio manuum eius, ſicut ſacrificium eſt veſpertinũ: dicit autẽ Apoſtolus iis qui in coniugio ſunt; Nolite fraudare inuicẽ, niſi forte ex cõſenſu ad tẽpus, vt vacetis orationi: certũ eſt, quia impeditur ſacrificiũ indeſinẽs iis qui neceſſitatibus cõiugalibus ſeruiunt. Vnde videtur, quòd illius ſolius ſit, offerre ſacrificiũ indeſinens, qui indeſinẽti, et perpetua ſe deuouet caſtitati.*

Siricij & Innocentij Decreta.

1. Cor. 7.

In Epiſt. ad Victricium.

Extant præterea aliorum Rom. Pontificũ, Siricij, et eius poſt Anaſtaſiũ ſucceſſoris Innocẽtij (de quo diximus) hac de re Decreta. *Si Paulus,* inquit, *ad Corinthios ſcripſit: abſtinete vos ad tẽpus, &c. et hoc vtiq; Laicis præcepit; multo magis Sacerdotes, quib⁹ et orãdi et ſacrificãdi iuge officiũ eſt, ſemper debẽt ab huiuſmodi cõſortio abſtinere.* Sed quid ad hæc Magdeburgẽſes tui: Has et ſimiles Innocentij, ac aliorum Pontificũ Epiſtolas, quaſi ſpurias, & parum germanas, temereq́ue eis adſcriptas explodũt, cùm ob alia multa, quæ ipſi à ſe fingunt; tum quòd *plenæ ſint ineptiis ſacræ Scripturæ accõmodatæ illis.* Inter quas & hanc, quam ex Innocentio protulimus, & illam: *Sancti eſtote, quia ego ſanctus ſum,* irrident.

Magdeburgenſium futiles calumniæ in Siricij & Innocentij Epiſtolas repelluntur.

Cent. 5. c. 7. pag. 787.

Moſes.

Leuit. 20.

Exod. 19.

Dauid.

Sed illi potius non cum Siricio & Innocentio, ſed cum Moſe expoſtulent, qui, vt Scripturæ tradunt, ob eandem cauſſam populum ſanctificauit; & cum Dauide, qui ſuos ſanctos appellat:

 imo

imo & cum Græcis ipſis, quos ſolos in hac impudicitiæ ſchola magiſtros ſequuntur; qui in Liturgijs ſuis; *Sancta ſanctis*, ad hunc ſenſum interpretantur. Atq; eadē auctoritate, qua Siricij & Innocētij Decreta, poterunt Origenis, Euſebij, Synodi Arelatēſis, & Elibertinæ, Hieronymi, Ambroſij, Epiphanij, Auguſtini, & Africanorū, aliorumq́; patrū teſtimonia, quæ recitauimus, reijcere; et impudenter clamare, ab eis neutiquā ſcripta. Quod quia, licet impudētiſſimi, non audent; ab hoc cōſilio depulſi, aliâ rem aggrediūtur, & eò conuolant; vt cælibatus et continētiæ quas afferunt, cauſſas finxiſſe eos clamitent. Nā et ipſi hęc Euſebij, Hieronymi, & Ambroſij teſtimonia recēſent, ſed illo, vt dixim⁹, præclaro effugio eludere ſe poſſe, ſtolidè exiſtimāt. Tū & aliud pari impudentia cōminiſcuntur; quarto primū poſt Chriſtū ſeculo, *ſuperſtitione quadā hominū magis, et nouis opinionib⁹ ex iniquitatis myſterio natis, quàm aut vero iudicio, aut neceſſitate irrepſiſſe in Eccleſiā, maximè verò Occidētalē, traditiones de cōdicionibus eorū, qui Eccleſiaſticis muneribus præeſſent; nimirum vt qui, vel nunquā coniuges fuiſſent, vel qui fuiſſent, vxoribus repudiatis, Sacerdotijs fungerentur.* Et Paphnutiū, licet acriter contēdiſſet, vt côiugio prius inito liberè vterentur, idq; apud Nicænam Synodū obtinuiſſet; *in aliorū* tamen *gratiam permiſiſſe; vt, quicunq; in Sacerdotum ordinem legerentur, ſi coniuges nondum eſſent, ne ducerent vxores; ſicut narrat*, inquiūt, *Sozomenus*. Imò Sozomenus non *in aliorum* id *gratiam* Paphnutiū, quaſi conniuentē indulſiſſe; ſed id ita faciendū vltro *ex veteri Eccleſiæ traditione* aſſeruiſſe ſcribit. Neq; credibile certè eſt, ſi eius de maritis Sacerdotibus ſententiam Nicæna Synodus, vt iſti aiunt, probaſſet; voluiſſe nō ſolum Latinos in Hiſpania, Gallia, Africa, & ipſos Romanos Epiſcopos in Italia; verùm etiam Epiphaniū, & reliquos in Græcia patres, recenti et calenti adhuc tantæ Synodi memoria, eius ſe canonibus opponere. Cùm itaque tota hæc hiſtoria à ſolo Socrate pendeat (Sozomenus enim eam ab eo mutuatur) nemo tam obtuſæ & craſſæ naris erit, præter Magd. tuos, qui Socratē Epiphanio, et Africanis (quos iſti ſolos in oculis tum habent, cùm Romani Pontificis auctoritatem conuellere nitūtur) ceteris patribus ſit antepoſiturus. Et mira certè eſt hic metamorphoſis. Nā cùm Socrates & Sozomenus alibi ſæpe apud eos malè audiant, & vileſcant; vtpote quos totius ſuperſtitionis mācipia (Sozomenū maximè) faciunt: iam repente ita eoſdem efferunt, vt præ illis non modò Origenes, Euſebius, Hieronymus, Ambroſius, Auguſtinus, ſed & Innocentius Romanus Pontifex (cuius tamen ceteris omnibus teſtimoniū propter eminentē loci auctoritatē mai⁹, ſi Auguſtino credimus, pōdus habere debet) pro hominibus ſuperſtitioſis, & nullius iudicij habendi ſiūt: quippe qui ſequantur nouas opiniones ex myſterio iniquitatis natas. Vides igitur tandē, aut nullam, aut fragilem certè atque infirmam eſſe hanc omnem

Theod. Balſamo, in c. 3. Carthagin. Concilij 2.

Magdeburgenſium inſulſa in patres calumnia.

Cent. 4. c. 7. pa. 486. & 487.

Impudēs Magdeburgēſium cōmentum.

Cent. 4. c. 7. pag. 486.

Cent. 4. c. 7. pag. 486.

Magdeburgenſium de Sozomeno mendacium.

Lib. 1. c. 23.

Socrates auctor hiſtoriæ de Paphnutio.

omnem de Paphnutio narrationem; & quæ, vel ipſo Sozomeno teſte, iſtos Veneris amiſſos omnino ſingulares: vtpote quâ ſemel initiatis omnis in matrimonij ſpes abrumpitur. Sed ſic Paphnutij hiſtoria ex illa alia quoque parte, quæ Sacerdotes ante maritos reſpicit, veraciter non potius ſit tum commodè, atq; dexterè, vt res, & æquitas poſtulat, interpretanda? Vt intelligatur nō ibi agi de omnibus promiſcuè maritis in Clerum allectis; quiq; ordinationis tempore continentiam profeſſi ſunt (nam de his ſenſiſſe Synodum abſurdiſſimum eſt iudicare) ſed de illis alijs, qui ante Synodum ſic Clero ſunt adiuncti, vt aut nulla Epiſcopi de ipſorum perpetua in poſterum ex vxorum voluntate continentia præceſſerit ſtipulatio; aut illi eam, ſi quæ præceſſerit, tamen non habuerint; & nihilominus tamen vel propter Epiſcoporum incuriam, vel Sacerdotum idoneorum primis illis temporibus raritatem, in Sacerdotium adſciti ſint. Quos ab vſu coniugij inuitos noluit fortè Synodus arceri, ea ratione, quam poſtea Gregorius primus ſequutus eſt in Hypodiaconis illis, de quibus diximus. Quod vt ita ſit; quid hoc facit contra receptum iam Eccleſiæ morem, quæ maritos ſuperſtite vxore, aut certè, niſi promiſſa cum vxoris conſenſu continentia, Sacerdotio non admouet? Id iam ſanè certiſſimū eſt ex ijs, quæ diximus, totius Occidentis Sacerdotes (quos nos reſpicere maximè debemus, & non Orientem, vel propter eminentem Romanæ in eo Eccleſiæ auctoritatē: vel quòd in eo, & non in Oriente, qui toties, tan iſque erroribus ictus eſt, nati ſumus) à prioris coniugij vſu ſemper ſe continuiſſe: vt minus, quid in Oriente fecerint, laborare debeamus. Quanquam ex ijs, quæ recitauimus, patrum teſtimonijs, in omni pæne Oriente id factitatum eſſe conſtat. Vbi, quod continentia iſta non ſit tam accuratè ſeruata; contra primæ Eccleſiæ conſuetudinem, & contra Canones id factum Epiphanius, vnus ex illuſtribus Græcorum patribus, oſtendit. A quo non diſſentiunt Africani patres, qui tradunt & Apoſtolos docuiſſe, & antiquitatem id ſeruaſſe. Vtcunque ſit, fruſtra & ridiculè, & cum internecione impuri ſui Euangelij de Paphnutio doctores tui gloriantur: quem non habent Patronum, ſed Nicolaum illum potius, de quo diximus, & Arianos, quos Paphnutius indicta Synodo acerrime oppugnauit. Fuere enim Ariani potiſſimum, nō Catholici, Nicolai huius egregij imitatores. Qui cùm poſtea ad Catholicam fidem reuerterentur, vxores, quas ante Sacerdotium acceperant, abdicare cogebantur. Quare Illyricus, quantum velit, præclarum ſuũ ducē Nicolaum (vereor enim, ne Paphnutius, ſi hodie viueret, valdè ei iraſceretur) iactet, & magnis, vt ſolet, lateribus Sozimum, & alios falſi inſimulet; ſummamq́ue ſuam, & ſuorum fidem in hac hiſtoria conſarcinãda prædicet, qui nobis tam ſincere Epiphanium ac alias hiſtorias recenſet: Verum

Sententia Paphnutij commoda & idonea interpretatio.

Conſuetudo Occidentis potius quàm Orientis attendenda nobis in cælibatu clericorum.

Cælibatus olim vbique fere receptus in Oriente.

Epiphanius.

Africani patres.

Quos patronos habeant Magdeburgenſes in oppugnatione cælibatus.

Conc. Tol. 3. ca. 5.

Nicolaus. Ariani.

miſereat me magis Vueſthemeri tui, ac Petri Martyris, quàm vt illis inuideam tam amplum & auguſtum teſtem. Qui hunc nobis Nicolaum, vt protomartyris Stephani præclarũ collegam, vt egregium quendam ducem pro ſacris iſtis Sacerdotum hymenæis proponunt.

Non eſſe contra verbum Dei, aut Apoſtolorum canones, vt Magdeburgenſes, Balſamon, & alij Græci aſſerunt, perpetuam ex conſenſu coniugum continentiam. Lepida item refertur hiſtoria, quo modo Balſamonis ambitionem eluſerit Imperator Iſaacius.

Cap. XXIIII. Critobvlvs.

Nihil iam video, vnde multum hæſitarem, niſi quòd Balſamon vir doctiſſimus, atque adeo ipſi canones in Trullo editi ſeuerè prohibeant; ne Presbyter, aut Diaconus vxorem abijciat, & in eo non tam ſuo nitantur, quàm [1] Apoſtolorũ iudicio, imo ipſius [2] Chriſti dicentis; *quos Deus coniunxit, homo non ſeparet*: hac tamen cautione habita, vt dixi, ex patribus Carthaginẽſibus, vt miniſterij tempore, quàm fieri poterit caſtiſſimè verſentur. Iren. Credideram tibi iam prius abundè de canonibus in Trullo & ſexta Carthaginenſi Synodo ſatisfactum; vt non neceſſe haberemus eodem deuolui. Crit. Non tam eorum iam vrgeo, quàm Chriſti, Apoſtolorum, ac Balſamonis auctoritatem. Nã Balſamon vehemẽter in Latinam Eccleſiam propter hanc cauſſam inuehitur. Ex quo facilè apparet, hunc vſum in Græcia ab ipſa ſexta Synodo ad vltima Conſtantinopolitani Imperij tempora perduraſſe. Iren. Perdurarit ſanè ſi velis. Cur me ad Græciã ſexcẽtos iã prope annos ab Eccleſia diuulſam, et cui hodie (atque vtinam non propter iſtos & alios errores) Turcæ dominantur, inque mediam Turciam ad puriorem fidem ex eius fontibus hauriendam relegas? Cur Græciam, quæ toties, & tam grauiter in fide lapſa eſt, homo Latinus adeo amplecteri? cui ego rectè, quod Auguſtinus olim Iuliano Pelagiano, qui ab Occidentalium ſententia ad Orientales prouocabat, quodque iam ante recenſui, dixerim: *Quid*, inquit, *reſpõdit Innocentius, quòd non Apoſtolica ſedes perſeueranter tenuit?* Hæc quidem Auguſtinus de Innocentij contra Pelagium reſponſo. Innocentius verò ad Exuperium, ſanctum illum & celebrem Toloſanum Epiſcopum ſcripſerat; ne Sacerdotes aut Leuitæ vxoribus vterẽtur, & abolitas iam eſſe Iudaicas illas miniſterij vices. Quare non itidem & hic illud Auguſtini obtineat? Quid potuit S. Exuperio vir ille ſanctus reſpõdere, niſi quod antiquitus Apoſtolica ſedes, & Rom. cũ ceteris tenet perſeueranter Eccleſia? At noſtri hodie Orientẽ & Græciã reſpiciunt, præ quibus Roma illis ſordeſcit. Audiant igitur rurſus

Marginal notes (left): *Balſamon.* — *Ad Græciam et Orientem non tam reſpiciendum nobis eſt in cauſſa religionis quam ad Romã, et Occidentem.* — *Auguſtinus.* — *Innocentius.*

Marginal notes (right): *Can. 13. Sexta Synodi generalis.* — [1] *Can Apoſto 5. in Græca editione, in Latina 6.* — [2] *Matt. 19. Marc. 10.* — *Baſil Cõcil. pag. 75. Col. 2.* — *Lib. 1. contra Iulianum tom. 7.* — *Tom. 1. Cõc.*

Lib. 1. contra Iulianū. *Augustinus.*

rurſus eundē: *Non eſt, inquit, Iuliane, cur prouoces ad Orientis Antiſtites, quia & ipſi vtiq; Chriſtiani ſunt, et vtriuſq; partis terrarū fides iſta vna eſt: ſed te Occidētalis terra generauit, Occidētalis regenerauit Eccleſia. Quid ei quæris inferre, quod in ea non inueniſti, quādo in eius mēbra veniſti?* Quòd ſi iſti à Græcis, tanquā delicijs ſuis auelli ſe ægrè patiantur; cur magis ipſi; noua, mollis, delicata, atque effeminata, quàm antiqua illa maſcula, et fortis Græcia, quæ neutiquā huiuſmodi voluptatibus elanguit, placere debeat? Nīne non prudēs exiſtimabit Carthaginenſes patres aliud ſenſiſſe, quàm ſanctū eodē tempore Innocentiū, ac reliquam Romanam Eccleſiā. Sed illos (vt dixi) iſta Græcia artificioſè deprauauit. Nec eſt, quod ſcrupulū tibi canones Apoſtolorum moueāt: inter quos extare, qui vetet, ne Presbyter vxorē abijciat, de quo Græculi et doctores tui mirificè exultant, nō ignoro: quē tamen miror iſtos tantoperè obtrudere, quibus reliqui nullius momenti ſunt. Cur enim illum nō obſeruant: Ne quis poſt baptiſmū duplici cōiugio implicatus ad Clerū adſciſcatur: & hunc, Ne, qui cælebs peruenit ad Clerum, vxorem ducat, niſi ſoli lectores & cantores: aut alium; Ne quadrageſimæ ieiunium quis violet? Quos vt Eccleſia Catholica non infringit; ita nec eundem, quem iſti tantoperè amplectuntur. Neque enim abijcit vxorem, qui, ea conſentiente, iuri matrimonij renuntiat: Alioqui, ex præcepto Pauli ad tempus ab officio coniugū abſtinentes, vt orationi vacēt, abijcere ſe inuicē dicētur. Neq; de hoc vſu ſenſiſſe Apoſtolos iā antea ex Epiphanio manifeſtè docuimus: licet eos huc inuitos noui noſtri Nicolaitæ trahere velint. Curā ergò vxoris, & liberorum inſtituendorū, ac alendorum dimittere propter Chriſtū prohibemur, cū ſit, teſte Paulo, infideli deterior, qui eā abijcit. Alioqui dicant mihi, cur edicto ſuo iubeant Epiſcopū priorē vxorem abdicare; eāq; in monaſterium ingredi, procul ab Epiſcopi habitatione extructum. CRIT. Atqui nō ſeparatur, niſi ex ſuo conſenſu, nec niſi ea conſentiente, vt Balſamon tradit, maritus in Epiſcopum adſciſcitur. Quocirca non videtur aliqua ei iniuria irrogari. IREN. Quare ergo queruntur Græculi de Romanis, apud quos aut mariti non ordinantur, aut deſinunt vxorū conſenſu eſſe mariti? Quanquā maritos ordinari Epiſcopos etiam ſuo tempore in Græcia deſitum oſtendit Chryſoſtomus, & poſtea canones ſequutus, huiuſmodi ordinari Iuſtinianus vetuit. CRIT. At communē iſtum cōſenſum ad perpetuā caſtitatem verbo Dei repugnare, arbitrantur Magdeburgenſes. IREN. Scio: ſed ſi ſapis, Auguſtino magis, quàm illis, aut Græculis tuis aures accommodaueris, qui occinunt, illud Chriſti infirmari; *quos Deus coniunxit, homo non ſeparet.* Is itaq; ita ſcribit: *Beatiora ſanè coniugia iudicāda ſunt, quæ ſiue filijs procreandis, ſiue etiā iſta terrena prole contempta, continentiā inter ſe pari cōſēſu ſeruare potuerint: quod neq; cōtra illud præceptū fit; quo*

Dominus

Margin notes (left): *Soc. lib. 5. cap 22.* — *Can. 5. vel alias 6.* — *Can. 17.* — *Can. 26.* — *Can 68. vel alias 69* — *Cap. 48.* — *Con. Vigilant.* — *Homil. 2. in Iob.* — *Nouell. 6. et 123.* — *Cont. 5. c. 4 pag. 5 8.*

Margin notes (right): *Græcia antiqua & noua quàm diſsimiles inter ſe.* — *Canones Apoſtolorum.* — *Canon Apoſtolorum de vxore Presbyteris non abijcienda hodie non violatur.* — *Sexta Synodus generalis in Trullo.* — *Hieronymus.* — *Chryſoſtomus* — *Iuſtinianus.* — *Auguſtinus.*

Dominus dimitti coniugem vetat. Non enim dimittit, qui cum ea non carnaliter, ſed ſpiritaliter viuit; & illud ſeruatur, quod per Apoſtolū dicitur: Reliquū eſt, vt qui habent vxores, quaſi non habentes ſint. Hæc Auguſtinus. Iā alios patres de coniugum ex mutuo conſenſu continētia, & Gregoriū in primis Romanum audiamus. Docet ſanè, inuito altero ex coniugibus, nō licere alteri eam viuendi rationem profiteri, quæ ſit à coniugio aliena; ſed hæc mox adiungit; *Si verò vtriſq; conuenit, continentem vitam ducere, hoc quis audeat accuſare? Duobus enim modis ſancti viri etiam à licitis ſolēt abſtinere: aliquādo, vt merita ſibi apud omnipotentē Deū augeant; aliquādo verò, vt anteacta vita culpas detergant. Proinde cùm boni coniuges, aut meritū augere deſiderant, aut anteacta vita culpas delere; vt ſe ad continentiā aſtringant, et meliorē vitā appetant, licet.* At Gregorium quamuis ſanctiſſimum hominem, & nihil hic, niſi quod cum veritate ſit omnino coniunctum, loquentē, Magdeburgenſes pro inſito in Rom. Pōtifices et Monachos odio, nō audiūt: imò hanc Gregorij ſententiā neſcio quo næuo deformatā clamitant. Sed Paulinū, credo, ſanctiſſimū & doctiſſimū Nolæ Epiſcopum audient; qui huiuſmodi cōiugum continentiā, miſſa ad Aprū Epiſtola, plurimum laudat. At illi neque raræ virtutes & doctrina, neque rarior pietas, qua ex Senatore clariſſimo, ingentibus prædijs ad pauperum vſus dimiſſis; vt Chriſtum expeditè ſequeretur, ad ſummam ſe pauperiem, vitæq; auſteritatem demiſit; neque reliquæ laudes, quas Hieronymus, Auguſtinus, & reliqui affatim in eum congerunt, quicquam ſuffragantur, quin à Cēturionibus noſtris vapulet. Quare & huius ſententiam, ſi ob nihil aliud, vel quia Monachus erat, reijciūt. Sed tibi cogitandū relinquo, vtrum plus fidei tribuendum ſit Gregorio et Paulino, conſentientibus cum Auguſtino & Hieronymo, alijſque Eccleſiæ Catholicæ patribus, quàm Centurionibus iſtis, nulla alia re magis quàm hac ingenti mendaciorū ſtrue, & Lutheranæ fæcis propagatione, orbi Chriſtiano notis. Quibus iā in hac cauſſa ſatis abundè reſponſum eſt, et eadem opera Græcis etiam tuis. Nam Balſamonem, licet virum certè doctum, minus moror, vel quia odio, magis quàm veritate, contra Romanam Eccleſiam pugnat; vel quia pro augenda ſua dignitate canones figere, ac refigere ſolitus ſit: qua tamen in re Iſaacius Angelus Græcus imperator egregiè coruum deluſit hiantem. CRITOB. Nolo iam tibi amplius de Synodo Carthaginenſi, aut ſexta, moleſtus eſſe. De Balſamone tamen quò ſpectes, audire geſtio. IREN. Dicā: fuit ad eius tēpora Nicetas, vir ſanè eloquens et doctus, atq; hiſtoriarū ſcriptor. Is itaq; tradit, Iſaaciū cogitaſſe, Doſitheum quendam Hieroſolymitanū Epiſcopum ad ſedē Conſtantinopolitanā transferre. Sed videbat obſtare propoſito ſuo canonē quendā Eccleſiaſticum, qui tū apud Græcos vigebat. Quare Balſamonem hunc cōuenit, aut potius calidè

Margin notes:

Li. 1. de ſermone Dom. in monte. ca. 25 tom. 4

Epi. 195. ad Ediciam tomo ſecundo.

Gregorius.

Li. 9. epi. 39

Cent. 6 c. 4. pa. 288.

Paulinus.

Epiſt. 3. ad Aprum.

Cent. 5. c. 4 pag. 519. & ca. 10. pag. 1289.

Balſamoni quid tribuendum.

Hiſtoria facetæ quomodo Iſaacius imperator ludificauerit Balſamonem et artem illam alia arte illuſerit.

Nicetas in Iſaacio Angelo pa. 206

dè circumuenit. Deplorat apud eum bonorum & doctorum virorum penuriam: non ignorare tamē ſe, Balſamonem pro iuris diuini, ac humani conſultiſſimo haberi, & proinde ſe iam animo Conſtantinopolis ſedem ei deſpōdiſſe: dolere verò, quòd cogitationes perficere non poſſet; propterea quòd Antiochena, quaſi altera cōiuge præuentus eſſet. Quod impedimentum ſi pro prudentia ſua tolleret, rem omnem ex animi ſententia confectum iri. Balſamon lætus recipit in ſe totius negotij huius curam. Poſtridie habita frequenti Epiſcoporum Synodo, ita ſurſum ac deorſum hāc quęſtionem, & canones agitauit, vt omnes Epiſcopos ad ſuam ſententiam traheret. Mox renunciatur ex communi ſententia patrum, canones de transferendis Epiſcopis nihil obſtare, quo minus quis ab vno Epiſcopatu ad alium tranſeat. Rex voto potitus, non Balſamonem, ſed Doſitheum transferendum, & Conſtantinopolitanæ ſędis dignitate ornandum pronūciat. Nec multò certè meliore fide arbitror Balſamonem, & reliquos Græcos in tractandis his Africanorum patrum, & ſextæ Synodi Carthaginenſis canonibus eſſe verſatos. Ad quos Magdeburgenſes, tanquam ad tutiſſimam & inexpugnabilem quandam defenſionis ſuæ arcem, confugiunt. Quam ita, ni fallimur, concuſſimus atque labefactauimus; vt nec Africani, aut Nicæni patres, nec reliqua, quæ de Cornelio, Liberio, Ioanne vigeſimo tertio, & illo alio Ioanne, ad Rom. Pontificis auctoritatem infirmandam attuliſti, quicquam vel Magdeburgenſibus, vel Apologeticis proſint. Illas præterea Magdeburgenſium tuorum contra illuſtria Gregorij Neocæſarienſis, & Marcelli Apameenſis miracula, & Apologeticorū tuorum de cōficta infantum cæde calumnias abūde iam diſſipauimus. Tu, ſi quid tibi præterea in hoc genere dicendū occurrat, in medium, quicquid id ſit, proferto. CRIT. Etſi de his, quæ hodie in diſceptationem vocata ſunt, parum me felicem ſucceſſum habuiſſe video: ſpero tamen in reliquis meliorem. Ea enim mihi iam potiſſimùm ſuperſunt, quibus Monachorum veſtrorum hiſtoriam maioribus viribus, melioreq;, vt mihi quidem perſuadeo, fortuna expugnem. Cui fortè & ex Caluino noſtro inſignem illam de Nectario hiſtoriam ſubijciā; qua priuata veſtra Confeſſio penitus aboletur. Sed quoniam vberior eſt iſtarum rerum narratio, quàm vt paucis expediri poſſit; eā, ſi lubet, in craſtinam auroram differamus. IREN. Placet: & tum nos, vt ſperamus, ſanctos Monachos, & priuatam quoq; Cōfeſſionem à tuorum Euangelicorum calumnijs liberabimus.

Vide quid ambitio & lucri ſpes faciat.

Summa eorum quæ in hoc primo dialogo diſputata ſunt.

FINIS PRIMI DIALOGI.

DIALOGVS SECVNDVS CONTRA ECCLESIASTICÆ DE SANCTORVM MONACHORVM VITIS HISTORIÆ ET PRIVATÆ CONFESSIONIS CALVMNIATORES.

Argumenta, & calumnia Magdeburgenſium, quibus in primis ſex Centurÿs conantur Monaſtica tum vitæ antiquitatem, tum hiſtoriæ veritatem conuellere.

CAP. I. CRITOBVLVS.

HERI neſcio quo incredibili contra exſpectationem meam euêtu, omnia mihi ſic aduerſa accidêre, vt tota iam huius noſtræ inchoatæ diſputationis victoria ad te inclinatura videatur, niſi fortè inopinatus, qui tibi ex noua Magdeburgenſium impreſſione nunc caſus imminet, iſtam omnem mox victoriam, aut eripuerit, aut ſaltem corruperit. Quod vt fiat, opto; & futurum ſpero, vt inde ego ſi nō victor, non tamen omnino victus abeam, & tu victoriæ huius partem, vel inuitus mecum aliquam communicare cogaris. IREN. Explica igitur, optime Imperator, acies tuas; & quanta poteris arte, inſtrue, ac corrobora, in campum deſcende, manus conſere, vt experiamur, an vires toties heri debilitatas, & ſpem victoriæ toties fractam, iſto tuo, neſcio quo, ſubſidiario milite potueris redintegrare. CRIT. Ne igitur longius abeam; noſti ex ijs, quæ diſſerenda propoſui, præter alia adhuc nonnulla, Monachorum etiam inſtituta & miracula ſupereſſe. Quorum ego te cauſſam, hominē pium, prudentem, & doctum poſt Magdeburgenſium noſtrorū Centurias editas ſuſcipere nolle; aut ſi volueris, ſuſtinere nō poſſe arbitror. Quare in re tam aperta, noli te pertinacem propoſiti defenſorem oſtendere: ſed veritati potius cede, & hic ſaltem tuā, & tuorum culpā latam agnoſce. IREN. Monachi nihil meo quidem præſidio, aut defenſione egent; qui vel me tacente rerum ſuarum dignitatem ſatis contra Magdeburgenſium tuorum inſignia mendacia, & impotentes calumnias aſſerent. Sed tamen; quoniam huc me inſtituti noſtri ratio vocat; & hoc quoque tedium, quod Magdeburgenſes tui nobis crearunt, æquo animo deuorabimus & ſanctiſſimæ diſciplinæ, atque præſtantium Dei donorum patrocinium lubenti animo arripiemus. CRIT. Sed tu vide ne

Ingreſſio in diſputationem de Monaſtica vita

parum

parum candidè, aut prudenter Magdeburgenſes noſtros reprehendas, & tuorum potius inſignia mendacia ad calculum reuoca, in quibus illud eminet, quòd ſuperſtitioſum hoc vitæ genus ad A-
1. Ch. 1. li. 2. c. 6. pag. 506. poſtolica tempora referre non vereantur. [1] Qua tamen in re Chriſti, & Apoſtolorum præcepto, conſilio, atque exēplo prorſus deſtituuntur. Quare hîc excluſi, à ſola Maria virgine ſe aliquod ſibi Maria virgo.
ſubſidium comparaſſe, ſtolidè putant; quam fingunt ex apocrypho illo Iacobi Protoeuangelio *triennem (non aliter quàm Monialē* Protoeuangelium Iacobi.
2. Cent. 1. li. 1. c. 10. pa. 356. *iam ſub Papatu) in templum introductam, & ibi enutritam:* atque ab initio, cùm eſſet Ioſepho deſponſata, cum eo conueniſſe, vt eam inuiolatam conſeruaret. Quæ, & alia multa, *Nicephorus arripuit, &* Nicephorus.
coacervauit: ſatis quidē temerè. Verùm iſtas luſiones de coniugio Monachatū reſipiētes, Euangeliſtæ ignorant. et certò affirmāt, Mariam Ioſepho in coniugem fuiſſe deſponſatā. Vnde liquidò conſtat, ita vtrumque fuiſſe affectum, vt ſtatuto tēpore, more aliorū coniugū voluerint liberos, dāte Deo, procreare: alioqui et Euāgeliſtæ, certiſſimi rerū taliū teſtes, aliter fuiſſent locuti.
3. In vita Matthæi. Iam ex alio apocrypho libro, & conficta [3] Abdiæ hiſtoria, idq; nō Hiſtoria Abdiæ
ſine Matthei Apoſtoli teſtimonio, Ephigeniam Deo virginitatem Ephigenia.
4. Cent. 1. li. 2. c. 10. pa. 57?. ex voto conſecraſſe; [4] nec licere virgini, quæ ſe Deo ſemel deuouerat, in matrimonium coire differunt: quod nuſquam habet Euāgelium. Quare Euangelio plane repugnāte, ſuperſtitioſius ille veſter
5. Li. 2. Ep. 20. [5] Gregorius, Monachū qui è Monaſterio fugerat, & legitimā ſibi Gregor. Magdeburgenſibus, eſt ſuperſtitioſior.
vxorem adſciuerat, ab ea diſiunxit, & [6] *contra Dei verbum in Mona-*
6. Cent. 6. c. 6. p. 365. *ſteriū iuſsit retrudi.* Arripiunt verò ſibi & Eremitæ veſtri Ioan. Baptiſtam quaſi ducem & principem ſuæ ſuperſtitionis. Licet enim Ioan. Baptiſta.
7. Cēt. 1. li. 1. c. 10. pa. 547. [7] *Lucas puerū cōmemoret in deſertis vſque ad tempus ſuæ oſtenſionis permanſiſſe: id tamen nequaquam de aliquo antro, omnino ab hominum conuerſatione remoto, accipiendum eſt: quaſi ibi velut vrſus & miſanthropos delituiſſet, ab omni humanitate alienus; ſicut poſterioribus temporibus Eremitæ, & id genus homines, ſuperſtitioſos ſibi finxerunt cultus. Sed in œconomia ſuorum parentum eſt educatus, qui habitarunt in loco ad regionē mōtoſam ſito, qua vulgo deſertum vocabatur. ſicut etiam nunc vulgo loquimur, ad ſyluā Hercinā habitare,* am Hartze vvohnen: *hoc eſt in oppidis prope montes habitationem ſuā habere. Ita poſtea in deſerto baptizat, hoc eſt in locis prope Iordanem, vbi non procul montes aberant; ac paſsim tamē oppida ac pagi erant. Præterea addit Euangeliſta, eum creuiſſe, ac confortatum eſſe ſpiritu: quibus verbis, velut punctis, indicat eum in primis annis fideliter in ſacra doctrina imbutum, & feliciter in ea progreſſum eſſe, ita vt egregium pietatis ſpecimen de ſe præberet.* Neque ſanè ad totos trecentos annos
reperiuntur apud probatos auctores, quòd Chriſtiani ſe in loca ſoli- Eremitarum & Monachorum
8. Cēt. 2. c. 7. pa. 124. taria abdiderint. Vnde apparet non fuiſſe Eremitas, aut ſi fuerint, origo quando & vnde nata ſit
[8] *Propter neceſsitatem, & non opinionem, ſiue ſuperſtitionē potius excellen-* Magdeburgenſium
9. Lib. 10. c. 22. *tis cuiuſdam cultus diuini fuiſſe. Idem & de Monachatu dici poteſt, cum* ſententia.
nullus fide dignus teſtis, niſi Epiſtola Decretales Pontificū, & Vincētius, qui

in

in Alexandriã Aegypti mentionem monaſterij facit, vbi fabulam, ſeu Legẽdam Eugeniæ recitat. Verũ vtrum ſuſpectorum teſtium aſſertio, plus quàm verorum ſilentium et præteritio, quin etiam contradictio valeat, prudẽs facilè iudicabit. Sed hic forſan Dionyſium, Pauli diſcipulum, contra nos teſtem accerſes, qui in hunc modum ſcripſiſſe traditur: ¹ *Sacerdos ſtat ante diuinum altare; precationem, quæ Monachos attingit, recitans & pronuncians. Is autem qui conſecratur & initiatur, ſtat poſt Sacerdotem, nec vtrumque genu flectit, nec alterum, nec caput habet ſuppoſitum diuinis libris: ſed tantum præſto eſt Sacerdoti, qui myſticam precationem in ipſo recitat. Sacerdos verò ea perfecta, cùm ad eum, qui initiatur, venit; illum rogat primùm, num remittat nuncium non ſolùm diuidui, diſtinctiuè vitiis, verùm etiam viſionibus: deinde perfectiſſimam ei vitam exponit, hoc pro teſtimonio dicens; eum mediam vitam ſuperare, ac tranſilire oportere. Quæ vbi omnia is, qui initiatur, continenter profeſſus eſt ſe eſſe facturum; Sacerdos ſigno crucis eum conſignatum tondet, appellans tres perſonas diuinæ beatitudinis. omniq́; veſte detracta, eum alia induit, & cum aliis ſanctis viris, qui adſunt, cùm eum ſalutauit, participem facit diuinorũ myſteriorũ.* Hactenus ex commenticio Dionyſio.¹¹ Sunt enim *ſuperſtitioſa, nec conſentanea ſacris litteris, nec obſeruationi puriorũ Eccleſiæ.* Nec hos qui hodie circumferuntur eſſe Dionyſij Areopagitæ libros, Laurentius Valla, & Eraſmus varijs argumẽtis, & Magdeburgenſes vel ex eo, quod iam agimus, oſtendunt.¹² *In primis, inquiunt, de Monachis traditio, quos Pauli tempore nondum fuiſſe conſtat, ſuſpecta eſt; quorum vt originem minimè indicat, ita nec Apoſtolicè ſentit, quòd eorum ordinem, vt ſublimiorem & excellentiorem reliquis commendet.* quin potius audimus ¹³ Chryſoſtomum illuſtre Eccleſiæ ornamẽtum, *qui fatetur Apoſtolorum tempore ne veſtigiũ quidem Monachi fuiſſe.* Quod ſi iam mihi Paulum Eremitã ex Hieronymo obijcias, id te ſcire velim, Hieronymum non ſeriò hic verſatum, ¹⁴ ſed *ingenij exercitandi gratia in eo argumento luſiſſe*: veruntamen non diffiteor, quarto poſt Chriſtũ ſæculo, & poſterioribus, Monachos & Eremitas, ¹⁵ *partim ex obſcuratione doctrinæ de iuſtificatione, & veris cultibus Dei*; partim *ex praua Eſſenorum æmulatione*, longè latéq́; per omnem orbem propagatos; planè *contra* illud *Chriſti verbum*; ¹⁶ *fruſtra me colunt mandatis hominũ.* ¹⁷ *item, de cellis ac deſertis locis religionis ergò vitandis.* Quare cùm hoc genus vitæ; & ἐθελοθρησκεία verbo Dei aduerſetur, dignos ſe fruct⁹ peperit; quos nos iam ordine ſubijciemus. ¹ Vita enim iſta Monaſtica, quæ quarto, vt diximus, *ſæculo parũ piè cœpit, variis apparitionibus & illuſionibus diabolicis occaſionem dedit: quas pro rebus mirabilibus ætas poſterior celebrauit* ² *Sic Sozomenus narrat Apellem quendam Monachum circa Achorim in Monaſterijs Aegypti multa edidiſſe miracula; & aliquando cùm noctu operas fabriles feciſſet, ſpectrum Dæmonis forma pulchræ & exornatæ mulieris ei apparuiſſe, & ad libidinem incitaſſe. Sed illum candens ferrum ex camino arreptum, in faciem Dæmonis impegiſſe, atque ita* ſpectrum

Dionyſij Areopagitæ de Monaſtica confectatione ſui temporis teſtimonium.

De Eccleſiaſtica hierarchia.

Dionyſij Areopagitæ libros eos eſſe quos eius nomine Eccleſia recipit negát Magdeburgenſes cum aliis.

Chryſoſtomus.

Paulus Eremita.

Apelles.

11. Cent. 4. c. 6. p. 467

12. Cent. 1 lib. 2 c. 10. pag. 625.

13. In c. 11 ad Hebr. Ho 25. tom. 4.

Cent. 1. li. 2 c. 6. p. 506.

14. Cent. 4. cap. 10. pa. 1316. & 1217.

15 Cent 5. c. 6. p. 700.

16. Mat. 15

17. Mat. 24

1 Cent. 4 c. 13 p. 1452.

2. Li. 6 c 28

ſpectrum illud fugiſſe, & ſtridore, & lamentatione ſuum dolorem teſtatum fuiſſe. Simile & illud eſt, quod [3] *idem nugatur Piammonem Monachum, cùm ſacra adminiſtraſſet, vidiſſe Angelum ad menſam aſtare, & eos, qui ex Monachis adeſſent, in librum annotare, abſentes verò expungere. Sed quis non olfaciat hæc fabulis, quàm veritati ſimiliora eſſe;* [4] Vt & illud de Marco, qui *Macario familiaris fuit: qui de eo retulit, nunquam ſcilicet eum, à ſe Presbytero panem aut calicem Domini ad menſam ſacram accepiſſe: ſed ab Angelo, cuius ſe manum ad iuncturam vſque conſpicere Macarius dixerit*[5]. Sic Pachomius Monaſticas leges:[6] Sic Ephrem, qui à puero in eremo educatus eſt, ab Angelo librum accepit. Fuit & *Helles miraculis clarus*, ſi Sozomeno credimus, *quorum tamen nullum retulit, præter ridiculũ, & præſtigiatorium illud, quod ignẽ in ſinu, ſine combuſtione veſtimenti, geſtauerit.* [7] Accedat huc Barlaam Eremitæ, & Ioſiphat filij Regis Auenniri Indiæ *hiſtoria plena ineptiſſimis nugis*, & vanis miraculis. Quam tamen Ioan. Damaſcenus peculiari libello narrat. Sed Magdeburgenſes noſtri, quia apud vetuſtiores nulla horum fiat mentio, illaocioſa, & indigna relatu iudicauere. [9] Quibus addi poſſunt & ea, quæ ex Ruffino miracula de Macario narrantur, quæ omnem fidem excedere videntur. [10] Narrationes vero de Maria Ægyptiaca, *non fabulis ſolùm, verùm & erroribus plenæ ſunt: vt quod beneficio Mariæ virginis ad meliorem vitam conuerſa, oraculis admonita, ac per omnem vitam gubernata, ac protecta ſit. In quam ſententiam habentur quædam precatiunculæ, quæ, Chriſti merito excluſo, ipſam etiam ſalutem acceptam referunt diuæ virgini fabulis vero monaſticis ſimilia vehementer videntur illa, quòd alimentum ei in deſerto ad annos. 17. præbuerint panes duo dimidiati; quòd Iordanem pedibus ſiccis tranſierit; quòd inter orandum, intra terram & cælũ cubitali ſublata altitudine à Sozimo viſa ſit; quòd leonis immaniſſimi miniſterio tandem ſepulta ſit.* Verùm enimuero iſta quantumuis manifeſta mendacia, & Diabolicæ præſtigiæ, nihil fere ſunt præ iis, quę de Monachis quinti & ſexti ſæculi, vani & ſuperſtitioſi ſcriptores commenti ſunt. *Serenum itaque*[1] *Caſſianus continentiæ & caſtitatis dono, vltra quàm credi propemodum fas eſt, commendat: atque vt commendationi ſuæ fidem faciat, annectit fabulam verius quàm hiſtoriam, commemorans quonam pacto donum caſtitatis ipſi contigerit: Videlicet ob aſſiduitatem precum, quibus interpellare apud Deum pro iſta virtute obtinenda nunquam ceſſarit, nocturna aliquando viſione angelum quendam aperta ſibi aluo, ignitam carnis portiunculam viſceribus euulſam, quam ſtrumam ipſe appellat, exemiſſe; atque inde factum, vt deinceps ne minimas quidem carnis titillationes ſenſerit.* Audi iam Alexij fabulam quam in hunc modum magnó compendio Magdeburgenſes recenſent. [2] *Alexius Euſemiani, ſiue Epiphanij & Aglaiæ filius, prima nuptiarum nocte, virginitatis amore, & (vt videri volebat) pro Chriſto ſponſam ſuam deſeruit; & ſponte exilium eligens, per annos. 17. peregrinatus eſt, hominumq́;*

3 Li. 6. c. 29
4 Sozom. lib. 6. c. 29. Cẽt 4. c. 10 pag. 1326.
5 Sozom. lib 3. cap. 14. Cent 4. c. 6 pag. 472.
6 Cent. 4. c. 10 p 1007
7 Li 6 c. 28 Cẽt. 4 c 10 pag. 1325.
8 Cent. 4. c. 10 p 1295
9 Ibidem p. 1308.
10 Ibidem p. 1334.
1 Collat. 7. cap 2 Cent 5. ca. 10. p. 1450
2 Cent. 5. c. 10 p 1472

Piammon. Marcus. Pachomius. Ephrem. Helles. Barlaam. Ioſaphat. Macarius. Maria Ægyptiaca. De Monachis quinti & ſexti ſæculi. Serenus. Alexius

eleemoſynis vixit. In Edeſſa Syriæ ab imagine virginis Mariæ proditus, ad parentes rediit; in quorum ædibus ſimiliter annos 17. ſpecie mendici, vt ignotus, aliorum mendicorũ more eleemoſynas ac ſtipem accepit, quorum magnam turbam parentes in propriis ædibus ob filij abſentiam alebant. Moriturus, vitæ ſuæ totius narrationem in charta complexus eſt; ex qua, ipſo iam defuncto, innotuit parentibus, tanto temporis curriculo ſe proprium filium aluiſſe. Ea vero hiſtoria multa fabuloſa congerit, vt gentilitas olim de Vlyſſe: & videri poſſit ad ſimilitudinem ipſius eſſe efficta. Hanc ſiue hiſtoriam, ſiue fabulam, plenam monſtroſitatis & impietatis, aperte contra 1. 4. 6. & 7. Decalogi præceptum impingentem, poſterior ætas propter opinionem electiciorum operum probauit. In his vero vanis, ac ficticiis Monachorũ miraculis recenſendis multus eſt, & facundus præ ceteris vterque Gregorius, Romanus & Turonenſis. [1] Iſte itaque mirificè effert Patroclum, Caluppanem; Martium, Senoch, Venantium, Eparchium, Sequanum, Genofeuam, & Monegundem, [2] Eremitam denique *qui multis annis in lignea olla coxit cibum ſuum, igne non deuorante, aut conſumente materiam ligni*: vt meritè hic exclament Magdeburgenſes, *ô credulos & ſtupidos homines!* In primis verò Gregorius Romanus hîc, quaſi in ſua arena verſatur, & totus ad Monachorum huiuſmodi præſtigias celebrandas effunditur: è quibus nos iam aliquas recenſebimus. [3] Apud eum igitur Monachi de arboribus ſuſpenſi, poſt mortem auditi ſunt clare pſallere: Antonio, Merulo, & Iohanni, Monachis viſione ſignificatur, vt *præpararent ſe ad migrationem ex hac vita. Merulo affirmat coronam ex albis & fragrantibus floribus contextam, de cælo in caput poſitam, cùm iam ſpiritum efflaret; Iohanni ægrotanti ſenem quendam apparuiſſe, eiq́ dixiſſe: ſurge, hac vice nõ migrabis, ſed aliquanto poſt.* [4] *Pertinet & hoc miraculum ad confirmationem monaſticæ ſuperſtitionis, quod dialogorum libro. 2. cap. 24. com: memorat de Monacho, qui ad parentes ſine benedictione clauſtra Monaſterij exierat, quòd eodem die ſit mortuus. Cumque eſſet ſepultus, poſtero die corpus eius extra ſepulchrum proiectum eſt inuentum. Huc etiam illud miraculum ſpectat, quod eodem lib. ca. 25, annotat de monacho, qui inuitus retinebatur in monaſterio, & ſerio inſtabat, vt facultas diſcedendi ſibi concederetur. Dimiſſus enim à Benedicto in via obuiam habuit draconem, aperto ore eum inuadentem & aggredientem: ac tremens & palpitans, cùm auxilium Monachorum inclamaret, in Monaſterium eſt reductus.* Deque alio *Monacho volente deſerere Monaſticam vitam, & clam ſeſe è monaſterio proripere, cui canis ater venerit obuiam ipſum dilaniaturus; qui vere fuit diabolus ſine omni dubitatione.* [5] *Recitat & fabulam de vrſo, qui precibus Florentij Monachi ouium cuſtos eſt factus; ac poſteaquàm à Monachis quibuſdam ex inuidia occiſus eſſet, elephantiaſi hos eſſe percuſſos.* In primis vero, in Benedicto ornãdo totus eſt, & multarum rerum mirabilium ab eo geſtarum meminit, quas cùm plenæ ſint ſuperſtitione, Magdeburgenſes ne relatu quidem

dignas

Gregorius Turonenſis.

Eremitæ cuiuſdam miraculum

Ex Greg. Rom. Pontifice recenſentur mirabilia quædam de Monachis.

Monachi poſt mortem canentes.

Antonius.

Merulus.

Iohannes.

Monachus clauſtra monaſterij exiens.

Monachus volens deſerere Monaſticã vitam.

Florentius.

[1] Cent. 6. c. 10. pa. 771. 772. 774. & c. 13. pa. 814.

[2] Cent. 6. c. 13. pa. 814

[3] Dialo. li. 4 cap. 21. cent 6. ca. 13. pa. 818.

[4] Ibidem. p. 819.

[5] Ibidem. cap. 6. 817.

dignas iudicauere. [1] Qui tamen inter alia miracula, quę ſuperſtitionem & idololatriam redolét, & illud recenſent ex Gregorio; quo modo, *Benedictio iubente, vas vitreum continens pauxillum olei foras proiectum in ſaxa, non eſt confractum. Vide*, inquiunt, *miraculum ingens.* [2] Huius diſcipulus fuit Gordianus, qui in patrem Benedictum, *non in Deum & Filium eius Chriſtum, omnem ſuam fiduciam, ſpem, & deuotionem collocauit, vt teſtatur Leo Hoſtien.* Ad hanc autem formam pertinent miracula, quæ Turonenſis de hoc Gregorio, & Iohannes Diaconus referunt: [3] Ille, quod *Gregorius nocte ad preces faciendas ſolitus ſit ſurgere, inſciis omnibus, & quòd ei oſtium baptiſterij diuinitus ſit apertum, ac audita voces pſallentium trium horarum ſpatio.* [4] Iſte vero refert *Angelum à Gregorio, ipſo tamen primum ignorante, ſuſceptum hoſpitio: qui poſtea aperiens ſeſe, promiſerit ei propter liberalitatem, quam erga egenos & pauperes exercebat, Pontificatum omnipotentis Dei nomine. En præmium ampliſſimum.* Imo [5] & *Chriſtum in forma peregrini veniſſe ad Gregorium, cui cum aquam fundere vellet ad lauandas manus, euanuerit; eademq́; nocte per viſionem ei dixerit: Ceteris diebus me in membris meis, heſterno autem die me in memetipſo ſuſcepiſti.* [6] Cuiuſmodi quiddam eſt, quod Gregorius de Martyrio Monacho ſcripſit, cum videlicet in ſpecie leproſi Chriſtum ipſum geſtaſſe, ac tum demum agnitum, cum *de collo eius deſiliens in ſpecie ea apparuit, qua recognoſci ſolet ab hominibus redemtor generis humani, Chriſtus.* Sed quorſum ego iſta proſequor, quæ infinita ſunt; quorum tamen plurima, quæ ſexto ſæculo ſcribuntur, [7] Magdeburgenſes ſpeciali titulo his verbis complectuntur: *De miraculis ſuperſtitionem & idololatriam redolentibus*; qualia iſta eſſe omnia, quæ recenſui, Magdeburgenſes noſtri obſeruarunt; nec tu, credo, negaris. A qua ſententia, ſi quis forte te ſcrupulus adhuc retrahat; eum omnem facile abieceris, ſi Monachorum actiones, vitæque rationem piè, ac prudenter expenderis. Quæ res cùm in immenſum pateat, ego ex Magdeburgenſibus, quæ ad hanc rem maximè facient, delibabo.

Marginal notes: 1 Ibidem. — 2 Cent. 6. c. 10. pa. 768 — 3. Cent 6. c. 13. pa. 811. — 4 Cent. 6. c. 13 p. 821. — 5 Ibidem p. 820. — 6 Homil. 39 ſuper Euangelia. Cēt. 6. c. 10. pag. 756. — 7. Cēt 6. c. 13. p. 806.

Benedictus. — Gordianus. — Gregorius Romanus Pontifex — Martyrius.

Referuntur aliæ rationes, & commenta Magdeburgenſium, quibus ipſum Monaſtice vitæ inſtitutum conuellere & impietatis arguere nituntur.

CAP. II. IRENÆVS.

AGE igitur Critobule, quod feliciter, vt tibi quidem videris, incepiſti gnauiter perfice. Quæ hactenus dixiſti, probe teneo omnia; nunc ad ea, quæ dicturus es, animum intendo. CRIT. Bene facis. Vt ergo inſtitutam de ſuperſtitioſo Monaſticæ vitæ cultu diſputationem perſequar, hic ante omnia admonendum te cenſeo, ne ſcriptis, quæ circumferuntur de Antonio, Paulo,

Hilarione, & multis aliis temerè credas, quaſi a certa auctoritate
profectis. Noſti eos omnium ex hoc grege eſſe celeberrimos. Sed
quid ſi, quæ de his traduntur, nullam, aut paruam fidem merean-
De Antonij vita hiſtoria.
tur? Detraximus iam vobis Paulum. [1] Quid ſi nec illa de vita An-
tonij, quæ Athanaſium auctorem ſibi vindicat, ſit genuina illius 1 Cent. 4. c.
narratio? [2] Neque enim dubitatione res illa caret, & multa, quæ 10 p. 1306
de Hilarione traduntur, fabuloſa videntur. Malchum præterea vo 2 ibidem p. 1296.
Hilarion. Malchus.
bis aut auferam; aut maxima tũ veſtra, tum omnium Monachorũ
turpitudine veſter erit. [3] In eius enim vita ſcribenda Hieronymus 3 ibidem p.
Hieronymum quo animo Malchi vitam ſcripſiſſe velint Magdeburgenſes.
periclitandi ingenij, & literariæ velitationis cauſſa, proluſit. Hoc 1303.
veſtri ſuo more non animaduertentes, quaſi rem ſeriam, & ex hiſto-
riæ fide traditã arripiunt, nobilis Rhetoris artificium ignorantes.
Quòd ſi vos Malchum non ſic dimittetis; nec narrationis iſtius
auctoritatẽ imminui patiemini; maneat ille quidem veſter, ſed ita,
vt in illo vno reliquos omnes Monachorum greges graphice de-
Crimina Malcho à Magdeburgenſibus obiecta
pictos intelligas. [1] *Nam parentibus non præſtitit obedientiam, contra* 1 ibidem p.
mandatum Dei; Honora patrem & matrem. Præceptis hominum & vita 1304.
1 *Monaſtica, fruſtra Deum coluit. Interficere ſeipſum in animo habuit, contra* Matth. 15.
2 *mandatum Dei, Non occides. Matrimonium ſecundum doctrinam Dæmo-* 1. Tim. 4.
3 *niorum contempſit. Furtum commiſit, contra præceptum Dei; Non facias* Exod. 20
4 *furtum.* Quare ſi ab iſta hiſtoria diuelli nolueris; en tibi in ea, quaſi
5 in ſpeculo reliquos tuos Monachos expreſſos, & repræſentatos;
Calumnia Magdeburgenſium, quibus nomen Monachi in cõmune odium orbis terræ vocare moliuntur.
quos nos iam, hæc Malchi veluti lineamenta ſequentes, ſuis co lo-
ribus depingemus. Id igitur in vniuerſum omnibus cum Mal-
cho commune eſt, quòd cum eo fruſtra Deum ex mandatis homi-
num colant; & matrimonium contemnentes, doctrinam Dæmo-
niorum amplectantur. E quibus plurimi ex eadem etiam cauſſa,
1 impingunt contra illud Dei mandatum, de honore parentibus
2 præſtando. Cuius rei triſtia vbique exempla in iſto grege, nec mi-
3 nus in feminis, quàm viris occurrunt: [2] Inter quas eſt Euphraſia 2 Cent. 4 c.
illa, quæ à parentibus nobili cuidam iuueni patricij ordinis deſpõ- 10. p. 1333
Euphraſia.
ſata; eo relicto, Monaſterium ingreſſa eſt; nec vel Theodoſij Im-
peratoris auctoritate, vel ampliſſimis promiſſis ad eum redire vo-
luit. Sic [3] Leobardus, & Pappula, ille *contra voluntatem parentum,* 3 Cent 6 c.
Leobardus. Pappula.
rupta promiſſione honeſtæ puellæ facta de coniugio, Monaſterium in- 6 pag 354.
greſſus eſt; Iſta à parentibus in habitu virili fugiens, in Monaſte-
rio virorum 30. annos vixit, *contra 4. præceptum.* [4] Ad hanc ſuper- Cent 6 cap. 10. col 777
ſtitioſam caſtitatem pertinet illa Gregorij Turonenſis narratio; 4 Cent. 6. c.
qui tradit, *Aruerni virum quendam cum puella, quam duxerat, caſte* 13. p. 815.
vixiſſe per omnem vitam; nec eam vnquam cognouiſſe: puellam autem
mortuã cùm ſepeliretur, ſublatis in cælum manibus, in hæc verba prorupiſſe:
Viri cuiuſdã perpetua cũ vxore caſtitas.
Gratias ago tibi omnipotens conditor, quod hanc puellam, ſicut eam mihi
tradidiſti, impollutam, & ab omni voluptatis contagio puram, ita tibi reſti-
tuo. Illa vero ſubridens, ait; Sile vir Dei, quia non eſt neceſſe proloqui ibidẽ p. 816
noſtrum

noſtrum, nemine interrogante, ſecretum. O præſtigias, quibus contra verbũ
Dei, coniugij vſus ſancitur. vt eſt ille malus ſpiritus ſemper contrarius or-
dinationi diuinæ. [1] Ingeltrudes vero filiam Berthegundem a marito Ingeltrudes.
1 Cent. 6. c. 6. p. 356. abductam in Monaſterio ponere voluit, quamuis prohibente Gre
gorio Turonenſi; quod tandem perfecit. O beſtiam immanem, o
2 Cent. 1. li. 2. c. 12 pag. 647. Euam Diabolo obſeſſam! [2] Audent tamen Petrus de Natalibus & Vin-
centius, & alij Legendarum (vt vocant) ſcriptores, præclaram marty-
rem Theclã Pauli diſcipulam hac infamia aſpergere; quaſi Iconij à Thecla.
Paulo conuerſa, ſponſo Thamiro renunciauerit datam connubij fidem, &
profeſſa ſit virginitatem; & eam ob cauſſam à matre accuſatam, & vna
cum Paulo in carcerem ductam. Verum hæc Monachorum fabulas redolẽt,
& probatorum & antiquorum auctorum teſtimonio deſtituuntur, & à do-
ctrina Pauli alieniſſima ſunt, qui matrimonium ſolus nuſquam docuit, ſed
1 Corint. 7. & 11. contrarium affirmauit. Quemadmodum itaq; ceteri Malchum in Homicidium
ſuperſtitioſa illa caſtitate; ita in homicidio, ſed alia ratione imitati 4
ſunt. [3] Immodicis enim ieiuniis, & vigiliis vſq; adeo ſe nõ nulli afflixerũt, Ieiunia et vigilia Monachorũ.
3 Cent. 5. 6 pa. 716. vt propriorum ſæpius facti ſint homicidæ corporum (vide quid faciant tra-
ditiones humanæ, & ſuperſtitio; vt etiam homines fiant parricidæ proprij cor
Matth. 4. poris, contra quintũ præceptum: item, Non tentabis Deum: item, non eſt re-
Rom. 14. gnum Dei eſca & potus: item, Habe honorem corpori.) Ita Abbas Moyſes
4 Collat. 2. cap. 17. Eremita ſolitudinis Scythiæ apud [4] Caſſianum de ſeipſo inquit; frequenter
ſe edendi appetitum prorſus amiſiſſe, ita vt toto biduo, aut triduo, ne memo-
ria quidem cibi mentem illius interpellarit. Item ſomnum ab ipſius oculis Moyſis Eremitæ mira abſtinentia & vigilia.
pluribus diebus depulſum; adeo vt neceſſe habuerit, precibus Domino ſuppli-
5 Sozom. li. 6. cap. 34. care, pro immittẽdo vel exigui temporis ſomno. [5] Sic Batthæus tantæ abſti-
Cent 4. ca. 10 p 1299. nentiæ fuit, tamq; frequenter ieiunans, vt ex eius dentibus vermiculi ſca- Batthæus.
turierint. De hoc iudicandum eſt iuxta dictum Pauli: In ſuperſtitione & hu-
Coloſſ. 2. militate, & non parcendo corpori, nec honorem ei habendo, quantum car-
6 Ibidem p. 1300. ni ſatis eſt. [6] Hallas, vel Alas per annos totos ſeptuaginta, panem prorſus Hallas vel Alas.
1 Tim. 4. non attigit, ignarus illius dicti Paulini; Omnis creatura Dei bona eſt, & ni-
7 Cent. 4. c. 10. p. 1297 hil reiiciendum, quod cum gratiarum actione accipitur. [7] Sic Hilarion Hilarion.
1 Cent. 4. c. 6 pag 437. à ſexageſimo quarto anno vſque ad octogeſimum, pane abſtinuit, incredibili
feruore mentis, vt eo tẽpore quaſi nouus accederet ad ſeruitutẽ (ſuperſtitio-
& Cent. 5. ca. 10. pag. 1435. ſam nimirũ: Honorẽ corpori nõ habentes, Coloſſ. 2) Domini, quo ceteri ſolẽt Ammonius.
remiſſius viuere. [1] Sic Ammonius, vocatus ad Eccleſiaſticã gubernati
Sozom. li. 6 cap. 30. onẽ, factus eſt homicida in ſeipſo, auriculã ſibi amputãs, ne Eccleſiæ pre-
ficeretur. [2] Sic duo pueri, qui à ſeniore per ſolitudinẽ cũ ficubus Pueri duo errãtes in eremo
2 Cent. 5. c. 6 pa. 717. ad ægrotũ quendã amãdati ſunt, potius quàm eas in extrema fame
3 Ibidem. cõtingere voluerint, in itinere inedia mortui ſunt. [3] Sic alius, qui Frater quidam per deſerta iter faciens.
4 Cent 5. c. 6. pag. 709. vouit ſe nihil in ſolitudine comeſturũ, niſi quod diuinitus offerre-
tur, fame periit. [4] Quid de Mutio dicã? qui ex abbatis imperio filiũ
in flumẽ proiicere paratus erat. Cõtenito enim plane diuino mãda- Mutius.
to, ſeniorũ imperio morẽ gerere, egregium quiddã exiſtimabãt, et-
ſi turpia, aut impoſſibilia præciperẽt. Quare Ioannes quidã ab ab- Ioannes.

bate iuſſus, aqua ex ſecũdo lapide petita, per integrũ annũ lignum

Agreſtis & ferā vita, ac inimica humanæ ſocietatis contra ſecundam tabulã Decalogi.

aridum irrigauit. Iam quis ferat agreſtẽ illam & ferã, & à Chriſtiani hominis caritate vitã diſiunctiſſimã, Acepſemæ, Pieris, Didymi, 5 Cent. 4. c. 10 p. 1300

Paphnucij, & ſimiliũ. [5] Acepſemas enim in ſolitudine Cyri vrbis Monaſticen exercuit, vſus huiuſmodi diſciplina, vt ad annos 60. in conclaui abditus lateret, cum nemine colloquens, neque alicui ſe conſpiciendum offerens, contra Pauli preceptum: Adiuuemus nos mutuo ad prouocandam caritatẽ et bona opera, nõ deſerẽtes collectionẽ noſtrã, ſicut conſuetudo eſt quibuſdam. Theodor. li. 4. ca. 28. Heb. 10.

Acepſemas.

5

Pior. Adoleſcentis cuiuſdam votũ

Pior autem eſt [6] Sozomeno Monachus in Eremo Scethica Aegypti, qui moroſa verè, & Monachotruce digna, de eo retulit. Quòd adoleſces paternas ædes ad Monaſtices profeſſionẽ egreſſus, vouerit ſe ad ſuos nunquã rediturũ. Quod poſt annos quinquaginta à ſorore ſua videndi eius cupida ſolicitatus, iuſſus etiã à Monachorũ præſidibus in patriam ad ſe vt veniret, venerat quidem, ſed aſtans ad fores, cùm ſe paululũ contemplari ſororem iuſſiſſet, & oratiunculam recitaſſet, in ſolitudinem redierit. Examinanda & iudicanda eſt hæc monſtroſitas, iuxta præceptũ: Honora patrẽ tuũ et matrẽ tuam: &, Si quis ſuorũ, & maximè domeſticorũ curã nõ habet, fidẽ negauit, et eſt infideli deterior. 6 Sozom. li. 6. cap. 29. Cent. 4. ca. 10 p. 1328. 1. Timot. 5.

Didymus.

[7] Didymus præterea cũ nonaginta annos vixiſſet, nulli hominum ad mortem vſque conuixit. Sed quis non hæc hominum monſtra exſecretur, vt inimicos humanæ ſocietatis, contra totam ſecundam tabulam 7 Socrat. lib. 4 cap. 23. Cent 4. ca. 10 p. 1330

6 Decalogi delinquentes: Diliges proximum tuum ſicut teipſum: & Vnumquemq; ſicut vocauit Deus, ita ambulet. 1. Corin. 7.

Incommoda ſolitudinis. Hilarion. Illuſiones Diaboli.

Sed quos tandem fructus perceperũt ex iſta immiti ſolitudine? certe quos Hilarion, [1] qui maximè orans & ieiunans, illuſiones Diabolicas multiplices frequenter expertus eſt; vt nudas mulieres, inſtructam menſam dapibus, gladiatorum ſpectacula, aliasq; eius generis præſtigias. Nec immerito. Seipſos enim ſine Dei mãdato tentationibus diaboli expoſuerunt. 1 Cent. 4. c. 10. p. 1297

Anatolius Burdegalenſis.

Vt non ſit mirum, quod de Anatolio (quem Magdeburgenſes noſtri Antonium vocant) Burdegalenſi tradit [2] Gregorius Turonenſis. Qui cùm eſſet cuiuſdam negociatoris famulus, annos natus duodecim, in cellam quãdam anguſtam ſe concluſit, orationi vacans, & tenui victu contentus, degitque in ea annos circiter octo, poſtea eum Diabolus corporaliter occupauit, atque obſedit, ſicuti prius ſpiritaliter fecerat. Non enim Dei, ſed Cacodæmonis inſtinctu à vocatione in turpe & ignauum otium ſe contulerat. Nam etiam manens in vocatione, poterat Deo precibus & temperantia ſeruire. Hic igitur typus reliquis etiam Eremitis documento eſſe debebat: ſed vincebat hac ætate ſuperſtitio. 2 Li. 8. hiſt. cap. 34. Cent 6 c 6. pag. 356. Cet. 5. c. 8 pag 718.

7

De quinti ſæculi commento, vt placet Magdeburgenſibus, Monaſticæ vitæ inſtitute.

Mirũ vero eſt videre quàm ingenioſi fuerint iſti homines in nouis quotidie ſuperſtitionũ obſeruationibus excogitandis. [3] Quinto enim ſæculo, nouũ et prioribus ſæculis nõ modo nõ vſitatum, ſed ne auditum quidem Monaſtices genus inuentum eſt: nimirum in columnis vitam ſolitariam agendi. 4. Euagr. lib 1. cap. 13. Theop. lect. collect. lib. 2. Niceph. lib. 14. ca. 51.

Simeon.

[4] Eius mirabilis inſtituti inuentum ad primum auctorem referunt Simeonem quendam, qui in columnis minoribus ſeptem annos; in maiori quadraginta cubitorum, triginta annos vitam egit. 5. Cet. 5. c. 6 pag. 719

Daniel.

[5] Habuit hic Simeon diſcipulum Danielem, qui ex ipſius ſchola egreſſus, magiſtrumque imitatus, Niceph. lib. 15. ca. 22.

ipſe

ipſe quoque hoc nouum Monaſtices inſtitutum coluit. Quæ,& alia Magdeburgēſes recēſent, *vt pij atque attenti lectores expendant, quo tempore poſt Chriſtum traditiones iſtæ humanæ creuerint, & vt in eos errores, mirabili præſtigiatoris diaboli aſtutia, etiam docti ſunt inducti: idq; eo accidit, quia doctrina articuli de iuſtificatione per Chriſtum, per illam opinionem de meritis hominum obſcurari cœpit*. [1] Fuit & alius Simeones; ſed proximo ſæculo, qui non vt iſte è ſublimi oſtentarit, ſed potius *ſtudioſe ſanctitatem ſuam diſſimularit, adeo vt etiam interdum paullo hilarius cum ſuis familiaribus vixerit, & quum ex illis ſuis ſociis quidam ancillam ſtupraſſet, paſſus eſt Simeones falſo ſe eius facti inſimulari: quin & puerperæ cibum ac vinum attulit*. O *ſanctitatem prodigioſam*! Accipe iam & alios nobiles fructus horum hypocritarum. In quos verè illud Chriſti competit, *camelum deglutientes, & culicem excolantes*. Quæ enim gladio digna erant, ferula; & quę ferula, gladio vindicabant: miraque hypocriſi in [2] *externa et leuiora peccata grauius, quàm ſuperſtitionē, incredulitatē, atque idololatriam* animaduertebant, vt Magdeburgenſes ex Caſſiano obſeruarūt. Quid ego iam recenſeam iſtorum, qui ſub continentiæ admirabilis fuco perfectionem ſibi vindicabant, turpiſſimam vitā tā ſancto velamine obductā? Qua de re vnū, aut alterum exemplū pro omnibus propoſuiſſe ſatis erit. Fuit igitur ſexto ſæculo [3] *Dagulphus Abbas homo ſceleratus, et multis propter furta, homicidia, adulteria, quibus ſe polluerat, notus. Cum autē vitæ mariti eius mulieris, cū qua rem habebat, inſidiaretur; ipſe in foueam, quam alteri fecerat, incidit. Ingreſſus enim cū alio clerico ædes mariti abſentis, laute accipitur: & diu potando inebriatus, in lectis collocatur; Maritus reuerſus, ſtramē accendit, & ſecuri vtrumq; interfecit*. Imo & [4] Chryſoſt. inuehitur cōtra ſui temporis virgines, quas ſcribit *nugari, ridere intēpeſtiue, viuere in deliciis magis quā mulieres in fornice. Imo eadē eas facere, quæ iſtæ obſcenæ ſolēt: pharmaca terere, letales ſuccos miſcere, eūdemq; parare puluerē. Itē ſecū viros includere, & facere ſibi cōtubernales. Itē frequētes fieri obſtetricū curſus ad virginū domos*. [6] Vt Magdeburgēſes merito exclamarint; *O Iuno Lucina fer opem; nā tuo ductu & auſpicio, contra Chriſti verba iſtud genus vitæ inſtituitur*. Quare eas virgines *vt potius nubāt, quā viris cohabitēt*, Chryſoſtom⁹ hortatur; vt & ante eū [7] Cyprian⁹; *ſi nolint nec poſſint cōtinere*. Quod noſtris Euāgelicis veſtri tanquā capitale quiddā, exprobrāt. Atqui Athanaſi⁹ [8] *Monachorū meminit, quos ſuo ſæculo liberos generaſſe dicit*: & ſexto etiā ſæculo rex [9] *Chilpericus filiā, quā tradiderat in monaſteriū Pictauiēſe, inde rurſum volebat eximere, & matrimonio iūgere: vt intelligas ius eas iterū eximēdi fuiſſe, ſed illa ab aliis ſeducta ſponte detrectauit*. [10] En tibi iā & aliū nobiliſſimū hui⁹ ſuperſtitioſi ſectæ fructū: grauiſſimas, inquā, hæreſes Samaritarū & Iudæorū, Gnoſticorū, Macedoniorū; Anthropophormitarū, & ſimiliū: quib⁹, quarto ſæculo, iſtos ſanctos homines implicitos fuiſſe conſtat: vt nihil dicam de [illegible] Eutichete, & aliis qui poſtea exorti ſunt. Et ne forte ſubterfugias,

1 Cēt. 6. c. 6 pag. 354. Euagr. lib. 4. cap. 34.
Matth. 23.
2 Cent. 5 c. 6. pag. 710.
3 Cent. 6. c. 10. p. 773. Gregor. Turon. lib. 8. cap. 19.
4 In ſermon. Quòd regulares fœminæ viris cohabitare non debeant. Cent. 5. c. 6 pag. 714.
5 Matth. 24 et 1. Cor. 7. & 1. Tim. 4.
6 Cent. 5. c. 4. pa. 444.
7 Cent. 3. c. 4. pa. 86. Cypr lib. 1. Epiſt. 11.
8 Epi. ad Dracontium. Cent. 4. c. 6 pa 466.
9 Greg. Turon lib. 6. cap. 34. Cent. 6. c. 6 pag. 511.
10 Cent. 4. c. 6. pa. 476. & 477.

8 Sexti ſæculi monachi. Simeones.
9 Præpoſtera animaduerſio & caſtigatio.
Turpitudo vitæ.
10 Dagulphus.
Virginum diſſolutos mores a Chryſoſtomo reprehenſi.
Chryſoſtomus.
Cyprianus.
Monachi liberis operam dantes.
Chilpericus.

vt nihil hoc pertinere dicas ad pios illos Monachos, quos ſcrip-
Euagrij hiſtoria. tores paſſim celebrant, grauiſſimo te [4] Hieronymi teſtimonio im- *4 Epiſtol. ad*
plicitum teneo, qui Euagrium de Monachis ſcripſiſſe librum *Cteſiphon-*
Origeniſtæ. ait, *in quo multos enumerat, qui nunquam fuerunt:* & eos, de quibus *tem, contra Pelagium.*
ſcribit, *fuiſſe Origeniſtas non eſſe dubium, vt Ammonium, Euſebium,* *Cent. 4 cap.*
Palladij hiſtoria Lauſiaca. *Euthymium, & ipſum Euagrium.* Extat vero hodie Lauſiaca Palladij *10 p. 1324.*
hiſtoria, qui fuit Euagrij diſcipulus: qui plurimos ex his, vt Eua-
Quos Antichriſti notis inſignes fuiſſe calumniantur Magdeburgenſes. grius, ampliſſimis laudibus proſequitur, vtque tandem hanc lon-
gam narrationem abſoluam, cum ceteros fere omnes, [5] tum præci- *5 Cent. 6 c.*
pue Benedictũ, Patroclũ, Caluppanẽ, Brachionem, Martium, Vul- *10. p. 766.*
ſilaicum, Eparchiũ, aliosque, quos longũ eſſet recitare, *Antichriſti*
notis inſignes fuiſſe, [6] Magdeburgenſes noſtri audacter confitentur. *6 Ibidem pa. 755.*
Brigida. [7] Brigidam verò tam celebrem apud Scotos totamque Europam, *7 Cent. 5. c.*
Magam appellant; nec multo melius de Martino illo Turonenſi *10. p. 1395*
Martinus Monaſtica Vita ſuperſtitioſa. ſentiunt, [8] quem *Necromanticum* fuiſſe iudicant, qui ſuperſtitio-
ſam vitam iſtam ante Epiſcopatum coluit. Superſtitioſam enim
eam appellare, nihil vereor, quam [8] Hilarius & Epiphanius, tanta *8 Cent. 4. c.*
Hilarius. Eccleſiæ ornamenta damnant. [9] Hilarius enim iſtos, qui ab vſu *4. pa. 300. & 301.*
matrimonij abſtinent, & ſicco pane vtuntur, ſuperſtitioſos plane *9 In pſalm.*
vocat. *Totum,* inquit, *hoc inane & ridiculum eſt, & cum ipſis ſuperſti-* *64.*
Epiphanius. *tionis cauſsis miſerabile.* [10] Epiphanius præterea huiuſmodi continen- *10. Li. 3. tom. 2.*
tiam reprehendit: *Nunc,* inquit, *in nomen Mariæ virginis degere conten-* *hæreſ. 78*
dunt, et caſtitatem ſeruare ac continere. Sed quò feror? quin finio *et 79.*
tandem? quanquam hæc turpitudo tam late patet, vt vix vllis fini-
bus circumſcribi poſſit. Habes iam meam ſententiam ex Magde-
burgenſibus noſtris petitam, de hiſtoria & inſtitutis Monachorũ;
habes rationes & argumenta, quæ, vt huc inclinem, me perducunt.
De qua ſi tu me præſtantioribus, aut rationibus, aut teſtimoniis
dimouere poteris, (quod non facile futurum puto) ſenties, me non
ita noſtrorum placitis deuotum & conſecratũ, vt aures atque ani-
mum ſanioribus & certioribus conſiliis occluſerim.

Occurritur ſuperioribus Magdeburgenſiũ argumẽtis & calumniis, toto reſponſo in quatuor partes diſtributo; & oſtenditur, vt cetera Chriſtianæ vitæ inſtituta, ita & vitam Monaſticam fuiſſe in veteri teſtamento adumbratam, nec quarto ſæculo, ſed Apoſtolorum tempore incepiſſe.

CAP. III. IRENÆVS.

ANte de tua ſententia poſſim depellere, equidem neſcio; de-
pelli certe optarem, & me ea dicturum confido, quæ te inde me-
rito depulſura, & ad nos traductura ſunt, ſi veritatis, vt præ te fers,
Reſponſionis ad calumnias Magdeburgenſium contra Monaſticam vitam in 4 capita partitio. magis, quàm calumniarum, mendaciorum, & puerilium ineptia-
rũ rationẽ habere volueris. Ego vero vt certiore methodo, minoreq; tẽporis diſpẽdio, ſingulis (in quibus tu copioſi magis oratoris,
quàm boni vel theologi, vel hiſtorici partes egiſti,) reſpondeam;
defenſionis meæ ſummam in pauca capita conferam. In quibus

illud

illud primum in diſquiſitionem vocabo; vtrum Monaſtica vita, quarto demum poſt Chriſtum ſæculo exorta ſit: proximo loco; an nullo Chriſti, & Apoſtolorũ vel præcepto, vel conſilio, vel exemplo fulciatur; & an Chriſti mandato aduerſetur; deinde vtrum vllæ hodie de vita, actionibus, atque inſtitutis Monachorum quarti, quinti, & ſexti ſæculi, probatæ & fide dignæ hiſtoriæ extent: poſtremo, an illorũ inſtituta, actiones, & miracula, quæ Magdeburgenſes calumniantur, tantiſq; conuicijs conſcindũt, in meritam & iuſtam eorũ reprehẽſionem incidant. CRIT. Diſtributio iſta tua mihi concinna & commoda videtur: quare reliquo iam tuo munere defungere. IREN. De Monachis itaq; orationem inſtituturus, quamuis ab Eremitis ſecernantur Cœnobitæ, vtroſque tamen noſtra oratione complectar: ſed eos potiſſimũ, qui in Cœnobiis, & ſub aliorum præfectura degunt. Quorũ religio in tribus potiſſimũ verſatur: in accurata videlicet paupertatis, continentiæ, atq; obedientiæ diſciplina. Vt ergo rem à capite arceſſam, temporaq; Chriſtum antecedentia repetam: quemadmodũ reliquã Chriſtianorum fidem, vitam, mores, & inſtituta, veteris legis typi vmbris quibuſdã perſignificabãt: ita & noſtros certè Monachos; ſed hos quidem tenuius ac obſcurius, propterea quòd, ſi non tota & præcipua, magna tamen felicitatis Iudæorũ pars, & bonorum à Deo illis indulgendorũ pollicitatio ad tẽporalia quædã cõmoda, & præſentis vitæ iucunditates referebatur: vt nihil ſit mirum, ſi Monachorum inſtituta non tam accuratè, vt hodie noſtri, excolerent; apud quos ſterilitas, legis etiam exſecratione deuoueretur. Non tamen vel hic præclaris pro noſtro inſtituto exemplis deſtituimur. Quid enim Nazaræi, quid Rechabitæ, quid Prophetarum filij aliud erant, quàm Monachorũ noſtrorum præuia quædam ſimulacra? ſed pro temporis ratione non omnino conſummata atq; abſoluta. perfectio enim, vt in ceteris, ita & hic Chriſto, & exuberanti per eius aduentum gratiæ debebatur. Monachorum verò potiſſimùm inter Chriſtianos vitam perfectam eſſe patres paſſim teſtantur. Quare Dionyſius Areopagita inter alia & [1] hęc ſcribit: *Sacerdos verò precatione perfecta, cum ad eum, qui initiatur, venit, rogat primũ num remittat nuncium, non ſolùm diuiduis diſtinctiſue vitis; verũ etiam viſionibus, deinde perfectiſſimam ei vitã exponit, hoc pro teſtimonio dicens, eum mediam vitã ſuperare, ac tranſilire oportere.* quam tu anteà auctoritatem recitaſti. Ad hæc Hieronymus ad [2] Hebidiam: *Vis eſſe perfecta, & in primo ſtare faſtigio dignitatis, fac quod fecerũt Apoſtoli: vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & ſequere ſaluatorem, & nudam ſolamq; crucem nuda ſequaru & ſola:* & poſtea; *Ananias & Saphira, Apoſtoli meruere ſententiam, quia ſua timide reſeruarunt. Ergo ne (inquies) puniendus eſt, qui ſua non deſeru? minime: ideo puniti ſunt, quia mentiri voluerũt ſpiritui ſancto; & reſeruantes neceſſaria victui ſuo, quaſi perfectè*

Margin notes: Eremitæ. Cœnobitæ. — Monachorum religio in quibus potiſſimum conſiſtat. — Adũbratio monaſtica vitæ in vetere teſtamento. — Nazaræi. Rechabitæ. Prophetarum filij. — Num. 6. Hier. 35. 4. Reg. 4. — Dionyſius Areopagita. — [1] De Eccleſ. Hierar. — Hieronymus. — [2] quæſt. 1. num. 1.

ſeculo renunciantes, vanã gloriam ſectabantur: alioqui licet libere dare vel non dare. [3] Idem alibi: *Tu perfectum te fore pollicitus es. Nam quando, relicta militia, te caſtraſti propter regna cælorum, quid aliud quàm perfectã vitam ſecutus es?* [4] Auguſtinus verò Manichæorum, quam glorioſe venditabant, cõtinentiæ Eremitas, & Cænobitas, tanquã perfectos Chriſtianos opponit. [5] Gregorius præterea Nazianzenus eam *vitã perfectam* appellat: quin & [6] Chryſoſtomus *perfectionis culmen, virtutiſque faſtigium* in vita potiſſimũ Monachorũ conſtituit. Athanaſius ait, *Antonium per viam Euangelici ſermonis ad perfectionem perrexiſſe.* Quibus conſentit Euſebius, qui ſcribit *Chriſtianæ vitæ perfectum modũ in ſolitudine, in paupertate, atq; virginitate conſiſtere.* Monachorum verò vitam, & ipſum pæne nomen, multo ante in ſpiritu videns, teſte Auguſtino, Dauid cecinerat illud in Pſalmis: *Ecce quam bonũ & quam iucundum, habitare fratres in vnum.* Hos per Eſaiam conſolatur Dominus, dicens; *& non dicat Eunuchus, ecce ego lignũ aridum, quia hæc dicit Dominus Eunuchis, qui cuſtodierint ſabbatha mea, & elegerint quæ ego volui, & elegerint & tenuerint fœdus meum; dabo eis in domo mea, & in muris meis locũ, & nomen melius à filiis & filiabus, nomen ſempiternum dabo eis, quod non peribit.* Quod interpretatur in Euangelio Dominus de eunuchis, non natura aut arte, ſed ſponte ſua caſtratis propter regnum cælorum. Hos in ſpiritu præuidebat Moſes, cùm Leui benedicens, diceret; *qui dixerit patri ſuo & matri ſuæ; Neſcio vos; & fratribus ſuis, Ignoro illos; & neſcierunt filios ſuos.* En tibi iam perfectiſſimam Monachorũ vitam in lege adumbratam. Elias enim, Eliſeus, & filij prophetarũ, * Hieronymo teſte, fuerũt veteris teſtaméti monachi. Reſtat igitur diſpicere, quibus primũ ab exorto Euãgelio téporibus tantũ bonũ mundo ſit repræſentatũ, & quã prope Chriſtũ & apoſtolos ea tépora reſpiciant. Quã vt intelligas ſtatim cũ Chriſto & Apoſtolis effloruiſſe, accipe ampliſſimũ à Philone, celeberrimo ſcriptore, teſtimoniũ; quod vt hodie inter reliqua ipſius opera cõſpicitur, ita, vt eſt ab [1] Euſebio Cæſarienſi, & [2] Nicephoro Græcis hominibus, & Eccleſiaſticæ hiſtoriæ ſcriptoribus illuſtratũ, ad maiorem firmitaté recenſebo. Dicũt præterea, ait Nicephorus, *Hunc Marcum* (Euangeliſtam videlicet) *primum in Aegyptũ & Alexandriã miſſum, Euangeliũ, quod cõſcripſit, prædicaſſe, Eccleſias ordinaſſe; atq; ei, quæ ibi eſt, Chriſtianorum Monachorũ ſolitariæ vitæ leges dediſſe. Tanta autẽ virorum & mulierũ à primo ſtatim initio cõfluxit multitudo, vt exercitij ſtudijq; eorũ philoſophiam, inſtitutum, mores, vitã, rationem q; conuerſationis omnẽ, in ſcriptum retulerit, in vtroq; philoſophiæ genere celeberrimus Philo: quem ad colloquiũ Petri Romæ diuinũ verbum cõcionantis, fama eſt perueniſſe. Non tantùm verò is quaſi numine afflatus, proſequitur inſtitutum eius temporis Apoſtolicorũ ex Iudæis, vt videtur, progenitorũ virorũ: ſed id quoq; iudicio ſuo cõprobat, quamuis etiã tũ plurimæ veterũ Iudæorum cõſuetudines obtinerent. Aſſeuerat quoq; verbis diſertis,*

nihil

Auguſtinus.

Eunuchi voluntarij propter regnum cælorum.

Moyſes.

Veteris teſtaméti Monachi.

Monaſticã Chriſtianorum vitã ſtatim cũ Chriſto & Apoſtolis effloruiſſe.

Marcum Euangeliſtam in Aegypto & Alexandria Monaſticæ inter Chriſtianos vitæ fundamẽta iecisse.

Philonis cũ Petro colloquium.

3 Ad Helio. Monachum. tom. 1.

4 Lib. 1. de moribus Eccleſiaſt. cap. 31. tom. 1.

5 In Monodia in Baſil.

6 Lib. 3 cõtra vituperatores Monaſt. vitæ, & ad Theod. lapſũ epiſt. 1. tom. 5

Athanaſ. in vita Antonij.

Euſeb. de demõſtr. Euãg. lib. 1 cap. 8.

Auguſtin. in Pſalm. 132. tom 8.

Eſaias cap. 56.

Deut. 33.

* Ad Ruſticũ.

1 Lib. 2. ca. 15. 16 & 17

2 Lib. 2. ca. 15. Interprete Ioanne Lango.

Niceph. lib. 2. cap. 16

nihil ſe veritate ducere prius, aut antiquius: neq; quicquã ex ſeipſa rei ipſi addere conſtituiſſe. Quapropter ſcriptũ ul canones & regulas, quæ etiãnũ in Eccleſia ſeruantur, liquido cõtinet. Inſcriptio autem libri eſt, & titulus; De vita contemplatrice, ſiue de ſupplicibus. Eos autem, qui vitã eiuſcemodi amplexi eſſent, θεραπευτὰς, hoc eſt, cultores ſeu curatores vocat, vel quòd ita tum appellarentur, nondum Chriſtianorum nomine latè diffuſo, vel propter purũ ſyncerumq; Dei cultũ; vel quòd tanquam medici exercerẽt, curarent, atq; colerent eorum, qui ad eos veniſſent, animos, eiuſi cos vitiorum perturbatione liberantes: vel aliam quamcũq; ob cauſſam. Neq; enim de eo contendere neceſſe eſt. Hos à principio, cũ Chriſtiana philoſophia initiarentur, dicit rem familiarem, facultatéſque ſuas relinquere ſolitos eſſe, ac deinde nuncio omnibus huius vitæ curis & ſolicitudinibus remiſſo, extra muros in ſemotis aliquibus agris, & hortis, aut etiam montibus verſari, atq; viuere, diſſimiliúmq; omnium cõſuetudinem tanquã pernicioſam auerſantes, vitã Propheticã flagranti atq; feruẽti fide meditari, atq; æmulari. Non ſolũ autẽ eo in loco, verùm etiã alibi in orbe hoc genus fuiſſe ſcribit. Decebat quippe ſummi boni & Græciã & Barbariã participes fieri: in Aegypto tamẽ, & maximè circa Alexandriã inſtitutũ hoc frequentari. In vnaquaq; autem, inquit, ſolitaria manſione ſacram domũ reperias, quam σεμνεῖον, hoc eſt, honeſtatis grauitatiſq; locum, & Monaſteriũ vocant: in quo ſcilicet ab aliis ſeiuncti & ſolitarij, honeſtæ ſanctǽque vitæ myſteriis imbuuntur. Eò nihil infertur vel frumenti, vel potus, vel etiam alterius rei ad neceſſarium corporis vſum pertinentis. Sermones tantũ, & leges, dictáq; Prophetarum, atq; hymnos diuinitùs inſpiratos ibi meditantur, atq; etiam alia, quibus doctrina & pietas augeſcẽs ſummũ conſequitur bonum. Interuallum porro temporis ab ipſo diluculo ad veſperam vſq; in exercitio eos continet. Sacris enim incumbẽtes litteris, in patria ſedulò deſudãt Philoſophia, quaſi fundamentũ primum iacientes ipſam continentiã, reliquas ei ſuperſtruunt virtutes, neq; ante ſolis occaſum, alicui ex eis panem aut potũ ſumere liceat. Virtutis enim ſtudiũ luce dignũ, ita vt par eſt: cætera autem ad tenebras pertinere eas, quæ ad neceſſariũ corporis vſum ſumũtur, curas iudicant. Sũt autẽ, qui poſt tres, aut plures dies demũ ſibi reminiſcũtur; quibus videlicet maior doctrinæ ineſt cupiditas. Nõnulli etiã ita lætãtur, deliciiſq; affluũt circa Sapientiæ epulas, plurimas ſuppeditãtes doctrinas, vt duplicatũ etiã id tempus ſe abſtineãt, & ſexto vix die de neceſſario alimẽto participare cõſueuerint. Expoſitiones porro ſacrorũ oraculorũ per allegorias arcanas, occultaſq; ſentẽtias, & anagogas ſiue contẽplatrices, & myſticas intelligẽtias inſtituũt. Studiũ ſiquidẽ, & quaſi lex Philoſophorũ iſtorũ animanti perſimile eſt, cuius corpus dictũ litteræ, anima autem ſit abſtruſa in ea atq; inuiſibilis mẽs, & intelligẽtia. Sũt autẽ apud eos & mulieres ſolitariæ θεραπευτρίδες, hoc eſt, cultrices dictæ, quæ ſacrã hanc vitam & inſtitutũ ſectantur, quarum pleræque modeſtæ ac ſobria ſenectute ornatæ, puritatem & virginitatẽ non neceſſitate, ſed ſpontanea animi deſtinatione colunt, nullam'que corporis voluptatum curam aut rationem habentes, non mortaliũ, ſed immortalium liberorum gignendorum cupiditatem obtinent, quales liberos ſolos ex ſeipſa

Monaſtica vita ſcripta & ratio a Philone deſcripta & expreſſa.

Votum paupertatis.

Monaſtice vita in variis orbis partibus cultus.

σεμνεῖον.

Votum caſtitatis.

ieiunium.

Sacrarum litterarum ſtudium.

θεραπευτρίδες.

Votum virginitatis.

Dei

Dei amans anima procreare poteſt. Verũ enimuero cùm duo ſint hominum vitæ inſtituti genera: vnius nimirum, eiuſq; inferioris coniugalis cõſuetu-

Coniugij & cœlibatus collatio.

dinis; alterius autem ſupermundana & Angelica, Deo videlicet dilectæ virginitatis ac ſolitariæ puriorisq; cõuerſationis: ſi quis legitimum ac impollutũ ſequatur matrimoniũ, longè ille quidem à reprehenſione abeſt, ſed pauciora ei contingunt chariſmata & dona. Sobriè enim pudicéq; & is viuere dicitur, & trigecuplum virtutis fert fructum; difficulter certè quidem ſexagecuplum. Cui verò ſincerè Angelicam vitam degere ſit datum, etiamſi ea aſpera ſit & ardua, facile tamen ei fuerit ſexagecuplum, atq; etiam centuplum ferre fructum, certò ſcilicet ad perfectionẽ & ſummũ bonũ collimãti.

Libri Chriſtianorum & Monachorum ſanctorum.

Scripta autem iis dicit eſſe veterum, qui auctores & duces profeſſionis eorum extitere, & multa monumẽta ideæ & formæ eius, quæ allegoriis delectatur, poſt ſe reliquerunt, virorum: iis illi quaſi archetypis, primisq; exemplaribus vtentes, morem modúmq; eum imitantur: Ea porrò monumenta, diuina

Nouum teſtamentũ veteris expoſitio.

Apoſtolorũ Euãgelia, & Pauli Epiſtolas eſſe puto, interpretationẽ antiquarũ ſcripturarũ rectã cõtinentes; Non ſolùm autem, inquit, contẽplationi vacãt, ſed nouos etiam hymnos, carmina, & laudes in Deum omni genere grauiorũ numerorũ atq; rhythmorum componunt. Videbitur fortaſſe cuipiam, Phi-

Non de aliis, quàm Chriſtianis hominibus hos canones ſcripſit Philo.

lonem non hæc de Euangelicæ vitæ inſtitutis dixiſſe, vt quæ aliis quoq; accommodari queant: ſed is certũ indubitatũ'q; eſſe ſibi perſuadeat, noſtrã illũ depinxiſſe viuendi conſuetudinẽ. Quum ad hodiernum vſq; diem, non apud alios, quã apud noſtros homines regulas tales, viuendiq; mores conſeruari compertum ſit; conuentus ſcilicet in vnum, & ſeorſim quidẽ mulierũ, & ſeorſim etiã virorũ, frequentatas conuerſationes, ſolitáq; & ſtata exercitia, quæ etiam nũc nos ſoli, & maxime vnà cum inedia, cibiq; abſtinentia, cũ

Peruigiliũ, abſtinentia, preces Chriſtianorum in Paſſionis Chriſti feriis.

precibus, & cum Diuinorũ oraculorũ meditatione, & peruigiliis, & orationibus, ſalutiferæ Paſſionis feriis, atq; etiam ante eas ferias celebrare cõſueuimus. Addit inſuper Philo & illud: Solere apud nos ita cantari hymnos, vt quũ vnus certis conſeruatis numeris, ritè atq; decenter præeat, reliqui tacitè illũ audientes, hymnorũ tandẽ extremas partes concinãt: præterea tẽporibus ſuis illos humi in herba ſtipadio iacere ſolitos, vinũ prorſus, vt ipſius verbis vtar, nõ attigiſſe, neq; quicquã ſanguinei guſtaſſe refert: potũ quippe illis fuiſſe aquã tantũ, cibũ autẽ cũ pane ſalem & hyſſopũ. Adhæc morẽ quoq; Eccleſiis præſidẽtium magiſtratuũ deſcribit; atq; in his cũ ceterorũ miniſtrorũ munia, tũ ſummæ omniũ Epiſcopalis dignitatis ſublimitatẽ. Quod verò hæc Philo de primis pietatis præconibus, & traditis ab eis antiquitùs moribus ſcripſerit, ſatis ei perſuaſum fuerit, qui diligenter & accuratè quã diximus, hiſtoriã eius viri legere voluerit. Ad hunc fere modũ Euſebius, & eius imitator Nicephorus. Garriant itaq; iam, quantũ velint, Magdeburgenſes cõtra Decretales Epiſtolas; & legendam Eugeniæ, fabulã vocent; quæ Alexandrini Monaſterij ſecundo poſt Chriſtum ſæculo meminerit, ſed nõ antiquiore quàm Vincentio auctore; cum Euſebius ingentem Monachorũ multitudinẽ Alexandriæ & in Ægypto, ab ipſo Marco Euangeliſta Monaſticis præceptis inſtitutam, & imbutam prodiderit, & Philonem ſibi firmiſſimũ teſtẽ aduocauerit.

Quod

Quod cùm iſti non ignorarent, neq; ſcirent, qua ratione tantæ auctoritatis pondus excuterent, perfidioſum ſilētium, rationibus ſuis accommodatiſſimum exiſtimarūt. Nam videbant vel ex ſola recitatione tam præclari teſtimonij, ipſum fundamentū, quod ſtolidè ad conuellendam vitā Monaſticam conſtruxere, protinus euerſum iri. Quod ſi aliquid huiuſmodi à Philone non fuiſſet proditum; nihil tamen eſt, cur iſti hāc de Eugenia narrationē tanto contemtu repudiarint, quaſi tota à Vincentio penderet; cū eam vniuerſa tam Græca, quàm Latina Eccleſia, multis ante Vincentium natum ſæculis, probarit. CRIT. Neq; ego iam certè, quantumuis in eos propendeo, negare poſſum, mala fide iſta ab ipſis prætermitti. Sed id te rogo, an alij quoque patres Philonis ſcripta ad noſtros Monachos, præter Euſebium, trahūt? IREN. Quaſi verò, ſi Euſebiū, & reliquos quoq; patres ſemoueas, vlla ea de re eſſet dubitatio. Vt enim nihil aliunde accedat, res ipſa, ita eſſe, apertè clamat. Ego verò, ne tuo tam honeſto deſiderio deſim, dabo tibi aliam, eamq; nobilem acceſſionem; Epiphanium inquam, & Hieronymum; vt habeas quaſi triplicatū Salomonis, qui facile non rumpitur, funiculum. *Veruntamen*, inquit Epiphanius, *quando ad locum deuenimus, vt diceremus ob quam cauſſam Ieſſæi appellabantur, priuſquam vocarentur Chriſtiani, qui in Chriſtum crediderunt, ea de cauſſa diximus, quod Ieſſe pater fuit Dauid; & ſiue ex Ieſſe, ſiue ex nomine Ieſu Domini noſtri, appellati ſunt Ieſſæi, propterea quod ex Ieſu procederent; cum diſcipuli eius eſſent, aut propter nominis Domini etymologiam: Ieſus enim in Hebraica lingua curator appellatur, aut medicus, & ſaluator; nihilominus hoc nomen habuerunt, priuſquam ipſi Chriſtiani vocarentur. Ab Antiochia autem, velut ſuprà meminimus, & ſicut veritatis ratio habet, diſcipuli & vniuerſa Eccleſia Dei, Chriſtiani vocari cœperunt. Repereris autem, ô ſtudioſe, etiam hoc argumentum in commentariis Philonis, in libro de Ieſſæis ab ipſo inſcripto. Qui horum conuerſationem, & laudes eorū exſequens, & Monaſteria ipſorum in vicinia circa Mariam paludem recēſens, non de aliis quibuſdam narrauit, quàm de Chriſtianis. Hic enim cùm eſſet in regione, Mareotim autem locum appellant, & deductus eſſet ab ipſis ad Monaſteria eius loci, magnā vtilitatem aſſecutus eſt. In diebus enim Paſchatis illic verſatus, & vitam ipſorum vidit, & quomodo quidam per ſanctā Paſchatis hebdomadā, omni eſu dilato, degebant; alij verò interpoſitis duobus diebus edebant, alij etiam in veſperam. Fuerunt autem hæc omnia à viro peracta ad tractationē argumenti de fide ac conuerſatione Chriſtianorum. Tunc igitur vocabātur Ieſſæi, per modicum tempus, poſt aſſumtionem Saluatoris, & Marco in Aegyptiorum regione Euangeliū prædicante. Iuxta hæc tempora rurſus aliqui ex Apoſtolis prodierunt, ſectatores nimirum, dico autem Nazaræos, de quibus hic tracto, qui erant quidem genere Iudæi, & legi addicti, ac circumciſionem habentes.* Hæc Epiphanius. Adiungimus iam Hieronymū. *Philo*, inquit, *Iudæus, natione Alexandrinus, de genere Sacerdotū, idcirco à nobis inter*

Vide Metaphraſt.

Perfidioſum Magdeburgēſiū ſilentium.

Eugenia hiſtoria.

Epiphan. lib. 1 tomo 2. contra Nazareos 29. ex ordine ſect.

Epiphanij teſtimonio oſtenditur Philonem de Monaſtico Chriſtianorum inſtituto ſcripſiſſe.

IESVS quid Hebræis ſit.

Chriſtianorum appellatio.

Philonis ſcripta

Ieſſæi.

Nazaræi.

In vita Philonis.

Hieronymi teſtimonium de Philone.

inter ſcriptores Eccleſiaſticos ponitur, quia librum de prima Marci Euangeliſtæ apud Alexandriam ſcribens Eccleſia, in noſtrorum laude verſatus eſt: non ſolùm eos ibi, ſed in multis quoq; prouinciis eſſe memorans, & habitacula eorum dicens Monaſteria. Ex quo apparet, talem primam Chriſto credentium fuiſſe Eccleſiam, quales nunc Monachi eſſe nituntur, & cupiunt; vt nihil cuiuſquam proprium ſit; nullus inter eos diues, nullus pauper, patrimonium egentibus diuidatur, orationi vacetur & pſalmis, doctrinæ quoq; & continentiæ; quales & Lucas refert, primùm Hieroſolymæ fuiſſe credentes. Aiunt hunc ſub Caio Caligula Romæ periclitatum, quò legatus gentis ſuæ miſſus fuerat. Cùm ſecunda vice veniſſet ad Claudium, in eadem vrbe locutum eſſe cum Apoſtolo Petro, eiuſq; habuiſſe amicitias: & ob hanc cauſſam etiam Marci, diſcipuli Petri, apud Alexandriam ſectatores ornaſſe laudibus. Et paulo poſt; cùm alios eius libros recenſuiſſet: *Et de vita,* inquit, *noſtrorum extat liber vnus, de quo ſupra diximus, id eſt, de Apoſtolicis viris, quē & inſcripſit, περὶ βίου θεωρητικοῦ ἱκετῶν, quòd videlicet cæleſtia contemplentur, & ſemper Deum orent.* Et hæc quidem de Philone Hieronymus. His iam ſi Caſſianum quartum teſtem aggregemus, non erit id fortaſſe alienum. Qui
Caſſianus. cùm Monachum *accinctis lumbis iugiter oportere incedere, vt militem* De inſtitut. Cænob. lib. 1
Chriſti, qui ſemper ad bellum ſit paratus, exemplis Eliæ, Elizæi, Petri, cap. 2.
Ioannis & Pauli ſcripſiſſet; Centuriones eum *hoc ſatis temerè aſſerere*
aiunt. At cùm idem Monachos viuendi normam à Marco Euan- cent. 5. cap. 6. pag. 704.
geliſta ſuſcepiſſe ſcribat, ſolita perfidia hunc locum, vt & illum Lib. de inſtitut. Cænob.
Philonis, Euſebij, Epiphanii, atque Hieronymi diſſimulant: quo 2. cap. 5.
ſe prorſus obrutum iri, ſi eum protuliſſent, certò ſciebant: niſi
quod contra tam graue tantæ auctoritatis pondus, ſuppreſſa alio-
Magdeburgenſium tergiuerſatio ridicula. rum mentione, ſatis habuerint ad antiquam tergiuerſationem, &
ex ſolita Dialectica nudam infitiationem confugere. *Quod autem,*
inquiunt, *Euſebius ex Philone commemorat de Chriſtianis circa Alexan-* cent. 1. lib. 2
driam, id magis veriſimile eſt de Eſſenis, Iudæorum celebri ſecta, referri. cap. 3. p. 18.
Nondum enim Chriſtiani talia exercitia habuerunt. Quid igitur de iſtis glorioſis militibus ſtatuemus? qui, cùm ne aduerſariorum quidem aſpectum, aut nomen ferre queant, inſolenter ſe tamen de ipſa victoria venditant: quæ licet iam tota ferè ex primo congreſſu noſtra ſit; plenius eam tamen contra aduerſarios, ad eos penitus labefactandos, vrgebimus.

Monaſticæ vitæ, neque conſilia, neque exempla in nouo teſtamento, imo neque præcepta ſi non de ſuſcipiendis, certè de votis præſtandis deeſſe: & Mariam Dei genitricem virginitatem vouiſſe: déque eiuſdem præſentatione, quam Magdeburgenſes irrident.

CAP. IIII. CRITOBVLVS.

VALDE tu quidem rationes meas, omnemq́ue meam de victoria ſpem hac prima impreſſione conturbaſti: quam tamen, aliis plurimis præſidiis egregiè munitus, non eſt quòd abiiciam. IREN. Infirma illa quidem ſunt omnia; quod mox experiêris, & grauiter iam concuſſa. Nam vt ad ſecundam quæſtionem veniatur, & illa quoque iam expedita eſt; cùm abunde docuerimus, Marcum Euãgeliſtam, Monaſticæ vitæ in Ægypto ducem ac principem fuiſſe; ipſiuſque ſectatores ſibi eam à doctore ſuo tanquam per manus traditam, accuratè excoluiſſe: cuius in ceteris quoque Apoſtolis, atque adeo ipſo Christo clara & expreſſa veſtigia habemus. Audimus Petrum clamantem; *Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te.* Legimus primos Christi diſcipulos poſſeſſiones ſuas vendidiſſe, & precium ad Apoſtolos, vt pauperibus diſtribueretur, detuliſſe; nihilque fuiſſe inter eos proprium: legimus grauiſſimas pœnas Ananiæ & Saphiræ ob huiuſmodi Deo deuotam pecuniam interceptam irrogatas. Quibus eò certè grauiores Euãgelici hodie noſtri exſpectare debent, qui reſciſſo voto à Monaſtica vita deſciuêre, quo grauius eſt, ſeipſum Deo ſemel dicatum, quàm facultates interuertere. Omnium enim votorum præſtantiſſimum illud eſt, quo noſmetipſos Deo dedicamus: ad quod, Nazaræorum votũ, Origene teſte, refertur. *Alij enim vitulos, aut arietes, aut domos, aut alia huiuſmodi rationis expertia vota offerunt Deo: Ille verò qui appellatur Nazaræus, ſeipſum deuouet Deo. hoc eſt enim votum Nazaræi, quod eſt ſuper omne votum. nam filium offerre, aut filiam, aut pecus, aut prædium, hoc totum extra nos eſt: ſemetipſum Deo offerre, & non alieno labore, ſed proprio placere, hoc eſt perfectius & præeminentius omnibus votis: quod qui facit, imitator eſt Christi.* Idem paulo poſt; *Qui in caſtitate viuit, corpus ſuum vouit Deo, ſecundum eum qui dixit: virgo autem cogitat, quo modo ſit ſancta corpore & ſpiritu.* Apoſtolorum itaq; exemplis, Monaſticæ vitę cultores iuſtiſſimè ſe defendũt: quid dico Apoſtolorũ? cùm Christũ ipſum omniũ pręſtantiſſimũ ducẽ habeant, qui, vt eſt totius virginitatis clariſſimũ exẽplar; ita & illas alias duas Monaſticę vitę partes pręſtitit. Quid enim eo tenuius, aut pauperius, quẽ naſcentẽ pecorũ ſtabulũ exceperit? qui natus profeſſus ſit, ſe nõ habere locũ, vbi caput recõderet, totãq; vitã in ſummis rerũ anguſtiis traduxerit? Quid eo ad ſummã obedientiã demiſſius? quid ad omne patris obſequiũ flexibilius; qui ſe & ſuas omnes ſemper volũtates ad patris obſequiũ retulerit? Quod ſi iſti verba magis, quã facta ad perſuaſionẽ accommodata exiſtimẽt, audiant Paulum dicentẽ; *volo omnes eſſe ſicut meipſum: Bonum eſt non nuptis & viduis, ſi ſic permaneãt, ſicut ego: Qui matrimonio iungit virginẽ ſuã, bene facit; & qui nõ iungit, melius facit.* Audiãt Christũ ad eunuchos, qui ſe propter regnũ Dei caſtrant, clamantẽ: *Qui poteſt capere, capiat.* Audiant clamantem: *Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia quæ habes; & da pauperibus, &* habebis

Left margin notes: Matth. 19. — Act. 4. — Actorum 5. — Homil. 24. in Numer. — 1. Corint. 7. — Matth. 19. & 16. — Marci 8. — Lucæ 9.

Right margin notes: *Monaſtica vitæ exempla & teſtimonia in nouo teſtamento.* — *Apoſtatarũ noſtri temporis grauius crimen, quã fuit olim Ananiæ, & Saphiræ.* — *Origenes.* — *Votũ quod omnium præſtantiſſimum. Nazaræus.* — *Christus dux & exemplar Monaſticæ vitæ.* — *Paulus.* — *Christus.*

habebis theſaurum in cælo, & veni: ſequere me. Audiant clamantem: *Siquis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me*. Quibus paucis verbis Chriſtus totam vitam Monaſticam cõplectitur, quæ in caſtitate, paupertate, & obedientia excolenda, tota ponitur. Non deſtituimur itaq; Chriſti & Apoſtolorum, vel conſilio, vel exemplo: quibus tamen iſti non cõtenti,

Aliquod eſſe bonum opus, quod non ſit à Deo mandatum.

Hieronymus.

Libr. 1. cõtra Iouinianum.

præceptum quoque flagitabunt, ſtolidè cum Philippo ſuo vociferantes, nullum eſſe bonum opus, quod non ſit à Deo mandatum. Quorum nos abſurdam Theologiam meritò reiicimus: & Hieronymum potiùs cum ceteris patribus audimus. *Plus*, inquit, *Chriſtus amat virgines, quæ ſponte tribuunt, quod ſibi non fuerat imperatum; maioriſq; gratiæ eſt, offerre quod non debeas, quàm reddere quod exigaris.* Ego verò ab iſtis rogo, quæ præcepta Eliam, Eliſæum, ipſumque Ioannem Baptiſtam ad tantam vitæ aſperitatem traxerint? Aut de

Paulus.

Hebræ. 11.

quibus Apoſtolus ſcripſerit, *qui circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, afflicti; quibus dignus non erat mundus; in ſolitudinibus errantes, in montibus, in ſpeluncis, & in cauernis terræ.* Explodimus

Melanchthonis futile argumentum contra Monaſtica vitæ auſteritatem.

In locis communibus de diſcrimine præceptis & conſil.

Matth. 6.

itaque hanc omnem Melanchthonis Theologiam, vt & illam, qua ideo negat debere nos Monaſticas has, aut alias grauiores per pœnitẽtiam moleſtias, pœnaſq; nobis acceſſere, quia *ſufficit diei ſua malitia.* Verùm enimuero vt monaſticam vitam capeſſere nullo, ita certè grauiſſimo Apoſtoli præcepto cogimur, eam firmo atq; fixo animi propoſito ſemel ſuſceptam non deſerere. Is enim de viduis, quæ poſt huiuſmodi vota reſciſſa, non tam ad nuptias, quàm pravam nubendi voluntatem delapſæ fuerant, ſcripſit: *Damnationem habentes, quia primam fidem irritam fecerunt.* In quem ſenſum præſtantiſſimi Græcorum, atque Latinorum eam ſententiam interpretati ſunt. Atque hoc eſt, quod hodie potiſſimùm Catholici veſtris Euangelicis vitio vertunt; quòd, poſitis ſemel propria auctoritate cucullis, in omnem ſe libidinem effundant; & vetitos illis, ac incõceſſos Hymenæos bis, ter, ac ſæpius nullo pudore, perinde ac ſi

1. Timoth. 5.
Epiphan. lib. 2. tom. 1. hæreſ. 61.
Chryſoſt. de virgin. c. 36.
Hieron. contra Iouinianum.
Ambroſius in Paulum.
Auguſtin. in Pſalmu 75. tom. 8. & in lib. de virginit. cap. 36 tom. 6.
Carthag. Concilium 4. canon. 104.
Primaſius.

Apoſtatarũ noſtri temporis impudica vita.

eſſent Veneris myſtæ, repetant. Ac deinde non tam Euangelij, vt iactitant, quàm ſuæ impudicitiæ patrocinium ſibi magno ſupercilio arripiunt: & nulla fuiſſe in Apoſtolica Eccleſia huiuſmodi vota; &, ſi quæ fortè interuenerant, ea reſcidiſſe, haud fuiſſe capitale aliquod animæ crimen, impudenter vociferantur. Quos vtrinque ille Pauli locus apertè conuincit. Nec me adhuc eorum ſententiæ pœnitet, qui huiuſmodi votorum in Euangelio principem fuiſſe B.

B. Dei genitricẽ Mariã virginitatem vouiſſe.

In orat. de natiuit. Chriſti.
De virginit. cap. 4. tom. 6.
Homil. in Feſtum Annunciationis.
Bernard. homil. 4. ſuper Miſſus eſt, etc.

virginem Mariam exiſtimant. Nam vt grauiſſimam Gregorij Nyſſeni, Auguſtini, Bedæ, Bernardi, & aliorum patrum auctoritatem nullam haberemus, ad hanc nos ſententiam ipſa Scriptura, & B.

Quoniam virũ non cognoſco.

virginis reſponſum; *quoniam virum non cognoſco*, neceſſario deduceret. Quod niſi in hunc quem dixi ſenſum, quo Deo virginitatem ſuam deuouiſſe creditur, nõ ſatis cohærere videtur. Alioqui quid

quæſo

quæſo fuit, vt virgo in ipſo ætatis flore quæque maritum haberet; admiraretur, & obſtupeſceret ad Angeli prolē promittentis vocē? Illa itaque verba: *quoniam virum non cognoſco*, obfirmatum animi ad virginitatē excolendā propoſitum demonſtrant. Cum quo qua ratione matrimonij alioqui liciti vſus conſiſteret, prudens & ſancta virgo non ſine cauſſa, & perturbatione dubitauit. Quare nihil eſt abſurdi exiſtimare Matthæum olim Apoſtolum affirmaſſe B. Ephigeniā virginitatē ex voto Deo cōſecraſſe, quod impiè Magdeburgenſes tui cōuellunt, quantulæcumque apud eos fuerit auctoritatis Abdias: de qua iam nō diſceptabo. Certè quæ contra eū in hac quidem cauſſa temerè effutiunt; nihil ea ſolidi omnino habēt, nec magis eius, quàm aliorum patrum certam & totius Eccleſiæ conſenſu receptam auctoritatem imminuūt. Iam cur iſti nō putent Mariam conueniſſe cum Ioſepho, vt eam integram & illibatam conſeruaret; quid, quæſo, afferunt alicuius momenti? Quòd verò & in Nicephorum, qui id tradit, inuehuntur: in eo ſanè nihil faciunt ab ipſorū technis alienū. Nam vt nō ſine cauſſa hoc feciſſe videantur, Gregoriū Nyſſenum, & alios patres, ex quibus ille ſua mutuatur, ſilentio tranſiliunt. Miror verò eos tanta temeritate Præſentationē eiuſdem Virginis reijcere, cùm eam non modo Gregorius ille Nyſſenus celebret, ſed tota etiam Eccleſia tam Græca, quàm Latina ſtato & anniuerſario die honoret. Quare nihil eſt cur illam repudiarent, ſi perinde eſſent Scripturarum tenaces & obſeruantes, ac ipſi ſe fingunt. Non enim ignorant, haud diſſimile de Samuele, poſtquam lac ei ſubductum eſt, in ſacrarum litterarū monumentis eſſe proditum.

Luc. 1.

Ephigenia.

Cent. 1. li. 1 c. 10. p. 356

Mariam virginem conueniſſe cum Ioſepho vt eam inuiolatam cuſtodiret.

Greg. Nyſſ. de nat. Chriſti.

Metaphraſt. ex Germano Conſtantin. & Georgio Epiſcopo Nicomedienſi.

Feſtum Præſentationis B. Mariæ.

1. Reg. 1.

Fruſtra à Magdeburgenſibus negari libros, qui exſtant, eſſe Dionyſij Areopagitæ, aut quæ de Monachis ſcribit, ab eis reprehendi.

CAP. V. CRITOBVLVS.

HVCVSQVE feliciorem feciſti progreſſum quàm te vnquā facturum putaram, ſed nolo interpellare orationem tuam. IREN. Habemus itaque iam clariſſimam primæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ ad inſtituta Monaſtica comprobanda auctoritatem, Chriſti & Apoſtolorum conſilijs, exemplis, & præceptis aduerſus Magdeburgenſium tuorum calumnias ſatis munitam: vt nihil iam ſit cur non credamus, eos qui hodie circumferuntur, eſſe veros & germanos Dionyſij Areopagitæ libros. Niſi fortè Vallæ, Eraſmi, & Magdeburgenſiū leuiſſimæ coniecturæ & nudæ inficiationes, [1] Gregorij primi, [2] Damaſceni, [3] Hilduini, Pachymeri, Michaelis Syngeli, [4] Euthymij, & aliorum plurimorum patrum in Latina atque Græca Eccleſia, œcumenicarum denique Synodorum, [5] ſextæ præſertim

1. Homil. 34 in Euangel. 2. De fide orthodoxa. lib. 1. c. 12. & lib. 3 cap 19 3. In Epiſt. ad Ludouicū Pium: et in alia ad Eccl. cathol. de Dionyſ. 4. In Panop part. 1. tit. 2 5. 2 Act. 4. pag 296.

Quorum teſtimonium probe tur eos Dionyſij Areopagitæ libros eſſe, qui illi hodie adſcribuntur.

& ſeptimæ grauiſſimis iudicijs & teſtimonijs præpenderare debeant. At non indicat Monachorum originem Dionyſius. Quaſi

1 Canon. 8 De Dionyſio cõſule Melt. Galenum in præfatione ad Areopagitica Hildini, et Menelaj prolegomena in Dionyſ.

Objicitur.

boni iſti viri, magis ei crederent, ſi indicaſſet; cum Philonis, Euſebij, Epiphanij, Hieronymi, Caſſiani, qui eam indicant, tam leuis ſit apud iſtos auctoritas. Aut quaſi Dionyſius eam non ſatis indicarit. Sed non ſunt iſta Dionyſij Areopagitæ. neque enim Monachorum inſtituta præſtantiora ſunt alijs. Inducant ergò atque expungant Philonis & cæterorum, quos nominaui, qui eadem complectuntur, libros; & illud Pauli: *qui matrimonio iungit virginem ſuam, bene facit; & qui non iungit, melius facit:* atque illud ex Euangelio: *Maria optimam partem elegit.* Nemo ſanè negare poterit, eam vitam optimam & abſolutiſſimam eſſe, quæ cum Deo & rebus Diuinis rationes ſuas maximè implicitas & coniunctas habet, ab omnibus huius mundi curis longiſſimè poſitas. Sed quoniam, quamdiu hoc mortali corpore induimur, fieri non poteſt, vt ſemper mens noſtra in rerum diuinarum contemplatione defigatur, eique adhæreſcat: ea vitæ conditio, quæ id commodiſſimè præſtat, vt quàm minimis curis & mundi illecebris animi rebus cœleſtibus addicti intentio interpelletur, non poteſt non ceteras viuendi rationes longè anteire. Ea autem aut nulla eſt, aut certè Monaſtica. Nã cùm homini ad hanc felicitatem tendenti, omne ferè impedimentum vel à rebus externis, vel a corpore, vel ab ipſa potiſſimùm voluntate objiciatur, id totum Monaſticæ vitæ ratio penitus aufert. Quæ quidem conſiſtit in externarum rerum contemptu, paupertatis amore, corporis caſtitate, exquiſita cibi & potus temperantia, voluptatis omnis corporeæ abſtinentia, voluntatis propriæ abdicatione, mentis ad Deum directione, obedientiæ denique, qua nos & noſtras, non actiones modò, ſed & voluntates in alienam poteſtatem transferimus, profeſſione. Quod ſi ſummum hominis bonum in Deo & Diuinis rebus (quod neceſse eſt) ponatur an non conſequitur, vt ea ſit optima quædam vitæ ratio, quæ ad hanc felicitatem quàm citiſſimè nos ducit? vt nihil hic dicam, præclaram iſtam Magdeburgenſium Theologiam, Ariſtotelis et reliquorũ philoſophorũ prudentiæ cedere; qui eam vitã, quæ in contẽplatione poſita eſt, omnium præſtantiſſimã rectè indicãt. At enim prima & Apoſtolica Eccleſia iſtas initiandi Monachi cęremonias, de tõſura, de veſtib⁹ mutãdis, & ſimiles ignorauit. Sed qua ratione, qua auctoritate, quo veterũ teſtimonio id colligũt Magdeburgẽſes? mera ſcilicet, vt ſolent, infitiatione. Hæc eſt enim quinta huius Euãgelij admirabilis ad res controuerſas probãdas Dialectica. At ego ab eis rogo, cùm Dionyſius (quẽ iſti pro cẽtumuirali ſua poteſtate à maiore, et quaſi Apoſtolico tribunali ad minora ſubſellia, et quartum ſæculum retraxerunt) cùm Hieronymus,

Refutatur.

Monaſtica vita præ alijs dignitate et excellentia.

1. Cor. 7.

Luc. 10.

Ethic lib. 8 & 10.

De tõſura Monaſtic. vide Ambr. Epiſt. 36. Hier. epiſto. 48 ad Sabinianum. Diony. Areopag. de Eccl. Hierarch. Epiphanium 3. 2. 80. Aug. de opere Monach. c. 31. De veſtitu Monaſtic. vide Athan. de virgini. Auguſt. epi. 99 ad Ediciam.

Ariſtoteles.

Objicitur.

Refutatur. Dialectica quinti Euangelij.

mus, Ambroſius, et reliqui huius ſæculi et poſteriores, qui ſummo ſemper in Eccleſia loco habiti ſunt, patres, huiuſmodi cęremonias in quarto ſæculo vſurpatiſſimas fuiſſe oſtendãt: nemo autem ipſorũ eo primũ ſæculo natas: quid abſurdi, ſi eas ad antecedentia atq; adeò Apoſtolorum tẽpora trahamus? præſertim cũ Eliæ, Eliſæi, Ioan. Baptiſtæ, et ſimilium exempla (ad quorũ atq; adeò Apoſtolorũ morem Monachos ſui tẽporis veſtitos fuiſſe, Chryſoſtomus ſcribit) exẽpla ſuppeditent. Sed quid illi calumnias, aut nos morã in tõſura, veſtibus, & ſimilibus nectimus? quæ non pertinẽt ad cauſſę ipſius fundamentum; ſed ad eam aliunde accedunt. Firmamentũ totius controuerſiæ in illis neceſſarijs, quas iã ſatis probauimus, partibus conſtituitur; paupertate, continentia, & obediẽtia. Quid ergò, relicto fonte, riuulos conſectamur, aut de illis fruſtra digladiamur? cùm conſtet ipſum Apoſtolum anus de habitu ſancto admonuiſſe. Cedant ergò nobis auctorem veterem qui has cæremonias neget fuiſſe in prima Eccleſia: tum fortè, quod hic conantur, obtinebunt.

Theodoret. in Maſyma. Amb de inſtit. virgin. & Epiſt. 36 & lib. 1 de virginibus. Optatũ Mileuit. li. 2 cõtra Parmen. Greg. Nazianz. in exhortatione ad virg. Hier. in Hilarione. & ad Demetriad. de ſeruãd. virgin. Greg. 1. in Benedicti Dialo 2 c. 1 Dion. Areopag. de Eccleſiaſt. hierar. Palladiũ in Lauſiaca hiſtor. cap. 41. Damaſcenũ in SS. Barla. & Ioſaphat Chryſ. hom. 69. in 21. Matth.

Reſpondetur ad Magdeburgenſes, tum quòd ex Chryſoſtomo aſſerant, ne veſtigium quidem Monachi fuiſſe Pauli Apoſtoli tempore; tũ quòd Ioannem Baptiſtam Eremitam fuiſſe negent.

CAP. VI. CRITOBVLVS.

De veſtibus Monachorũ et huiuſmodi nolo tibi litẽ mouere; neq; neceſse ex tua ſentẽtia id puto, modò de præcipua re, qua de agitur, inter nos cõueniat, id eſt, an fuerint Monachi ante quartũ ſæculũ. Quod ego certè facilè animũ inducerem, vt credã, niſi me totum huc iam inclinãtem Chryſoſtomus reuocaret, qui ne veſtigium quidem Monachi Apoſtolorũ tẽpore extitiſſe palàm affirmat. IREN. Gaudeo vel vnũ tandem ex patribus à Magdeburgenſib⁹, qui ceteros ſolent reijcere, repertũ, cui tuto fidere poſſint: gaudeo apud eos ſacroſanctã eſſe Chryſoſtomi auctoritatem; quã, & nos iam Magdeburgenſiũ tanta approbatione freti, ſecurius in poſterum vti poterimus. CRIT. Quidni? IREN. Nihil ergò reſtat, niſi vt Magdeburgenſes tui inſanis iſtis omnibus dogmatis renuncient; quæ multiplici & clariſſimo Chryſoſtomi teſtimonio cõuelluntur. Sed ſeponamus paulisper alias controuerſias, nec ſines, quos nobis de Monaſticæ vitæ diſceptatione circũſcripſimus, egrediamur; contra quã nouũ iſtud ex Chryſoſtomo oraculũ profertur. Rogo igitur iſtos tuos Cẽturiones, ſi tãta ſit apud eos Chryſoſtomi maieſtas, vt prę illo reliquorũ, quos laudant, ampliſſimorũ teſtiũ dignitas vileſcat; vt quod hactenus negarũt, id iam nobis tãdẽ tribuant, et vna nobiſcum confiteantur Ioan. Baptiſtam Monachorum fuiſſe ducẽ, ac principem. Id enim [1] ille poſt [2] Hieronymũ fatetur. Hoc ſi dederint, id quod neceſſe eſt, ipſi totã iam cauſſã,

Cent. 1. lib. 2. ca. 6. col. 506. Chry in cap. 11 ad Hebr. homil 25. in tom. 4.

Magdeburgenſiũ leuitas & incõſtantia, qui modò Chryſoſtomi auctoritate contra antiquitatẽ Monaſticæ vitæ nituntur; modò eandem Monaſticam vitam, egregiè laudantem, non ſolùm reſpuunt, ſed ſuperſtitionis etiã arguunt.

1 Homil. 2. in Matthæum. tom. 2.
2 In Epiſt. ad Euſtochium.

illius etiam, cui tantum tribuunt, teſtimonio, vt nos aliunde neminem accerſamus, concidunt. Quod cùm homines iſti, nimiũ quàm perſpicaces, viderent, contempta iam omni hac Chryſoſtomi dignitate, iſta quidem ita ab eo, ſed [1] *temerè* tamen & *contra rei veritatem*, dici vociferantur. Adhæc, & illud quoque iam conſenſu ſuo approbare debent, Monachos noſtros in veſtitu Eliam, Eliſæum, Ioan. Baptiſtam, atq; adeò Apoſtolos æmulari. Quod cùm in Caſſiano Chryſoſtomi diſcipulo, vt diximus, [2] reprehẽdunt; omnis iſta reprehenſio in ipſum magiſtrum redundat. [3] Imo ipſi eãdem fuiſſe [4] Chryſoſtomi ſententiam his verbis apertè agnoſcunt: *amictũ ipſorum eſſe ſcribit, qualis Heliæ, Heliſæi, Ioannis, Apoſtolorũ*: & propterea aſſerunt eũ *in nimiã propemodum Monachorum cõmendationem excurrere, & ſuſpicioſa de illis commemorare.* Totam præterea Monaſticam vitam & præclara atq; diuina eius inſtituta, quæ Chryſoſtomus paſſim refert, & mirificè ornat, ſummaſque illius de Ægyptiaca ſolitudine laudes (quam Marci Euangeliſtæ, vt diximus, ſectatores excoluerunt) probare coguntur. De qua Chryſoſtomus in hanc ſententiam refert: *Si quis nunc ad Aegypti ſolitudines veniat, paradiſo prorſus omnem illam Eremum videbit digniorem, & innumerabiles Angelorum cætus in corporibus fulgere mortalibus.* Oportet eos denique cõfiteri temerè ſe cõuicijs laceraſſe, & ſuperſtitioſa illa appellaſſe, quæ Chryſoſtomus de laude Monachorum protulit, & cùm alia multa, tum illas potiſſimùm impias voces iuſta pœnitẽtia expiare: quibus illam Chryſoſtomi ſententiam de Ægyptiaca ſolitudine, [5] cõtra Chriſti verbum; [6] *Nolite exire, nolite credere*; vſurpatam, & ſacrarũ fœminarum virginitatem *Iunonis Lucinæ ductu* contra Dei voluntatem inſtitutam atrociſſimè calumniantur. Quæ ſi mihi dederint, non ita multum inde iuuabuntur, quòd non Chriſti aut Pauli temporibus, ſed *recentius* Monaſtica vita nata ſit: cum quandocunque emerſerit; Chryſoſtomus Angelicam planè appellet: quan quam & Ioannem ille Baptiſtam, vt diximus, huius vitæ anteſignanum faciat. Quæ eius vox adeo Magdeburgenſes vrit, vt iam & Chryſoſtomus ipſis mendax videatur. Quare nouam & commenticiam de Ioannis deſerto interpretationem excogitant. Quæ nullum apud te locum habere debet, cùm nec ſcripturæ ſacræ, nec patrum, nec rationis vllius auctoritate muniatur. Si enim ſcripturæ verba diligenter expendamus, ſi veſtitum, ſi cibos Ioannis conſideremus: nunquam ille apud parentes, & in communi hominum ſocietate educatus videbitur. Sed neq; patres eum vnquam Monachorum parentem dixiſſent. Et non vixiſſe in domo parentum Hieronymus inter alios palàm aſſerit: *Ioannes*, inquit, *Baptiſta ſanctam matrem habuit, Pontificiſq; filius erat; & tamen nec matris affectu, nec patris opibus vincebatur, vt in domo parentum cum periculo viueret caſtitatis. Viuebat in Eremo; & oculis deſiderãtibus Chriſtũ, nihil*

Monachi in veſtitu quos ſint æmulati.

Caſſianus.

Chryſoſtomus.

Laus eximia ſolitudinis Aegyptiacæ ex Chryſoſtomo.

Magdeburgenſiũ futile gloſſema de Ioannis deſerto.

Ioan. Baptiſtã in deſerto vixiſſe.

Hieronymus.

1. Cent. 5. c. 6 pag 711.
2. Cent. 5. c. 6 pag 704.
3. Ibidem p. 712.
4. Homi 69. in 21. cap. Mat tom. 2.

Homil. 8. in 2. c. Matth.

5. Cent. 5. c. 6 pa. 714.
6. Matth. 24
7. Cent. 5. c. 6. pa. 714.

Epiſt. 4. quæ eſt ad Ruſticum.

nihil aliud dignabatur aſpicere. Veſtis aſpera, zona pellicea, cibus Locuſta, melq; ſilueſtre; omnia virtuti & continentia parata. Cauſſam cur ſic in

Luc. 1. deſerto viueret, oſtendit inter alios patres Theophylactus. *Quare,* inquit, *erat in deſertis? vt ne multitudinis malitiæ particeps fieret, et vt neminem reueritus, liberè reprehenderet. Nā ſi fuiſſet in mūdo, fortaſsis cōſuetudine amicorū & ſocietate coinquinatus fuiſſet: ſed vt fide dignus haberetur, qui prædicaret Chriſtū, vtpote Eremita, vitaq; excellēs alios.* Quare, quantúuis reſiſtant Magdeburgenſes, veriſſimū id erit, quod Catholica canit Eccleſia; Theophylactus.

Hymnus 7. ieiunantium, in libro Cathemerinon.

Antra deſerti teneris ſub annis *Ne leui ſaltem maculare vitam*
Ciuium turmas fugiens petiſti, *Famine poſſes.*

Atq; in eundem ſenſum Prudentius de eo ita loquitur. Prudentius.

Pòſt in patentes ille ſolitudines, *Setiſue tectus hiſpida & lanugine,*
Amictus hirtis beſtiarū pellibus, *Seceſſit, horrens inquinari & pollui*
Contaminatis oppidorum moribus.

Neq;, quod hic addunt, de deſerto commentū quicquam iuuabit. Vt enim non negamus, ſcripturam loca illa prope Iordanem, deſertum Iudææ appellare, ita affirmamus ab illo deſerto ad aliū magis vaſtum et ſolitarium locum, intimamq; ſolitudinem Ioannem proceſſiſſe. Id quod & Lucas indicat: *Factum eſt,* inquit, *verbum Domini ſuper Ioannem Zachariæ filium in deſerto, et venit in regionē, quæ circa Iordanē erat.* Hāc regionem circa Iordanem Matthæus deſertum Iudęę appellat, quo ille venit ab interiore Eremo. Duas ſiquidem, vt patres oſtendūt, Eremos ſcriptura indicat: vnam interiorē, à qua venit Ioannes: alteram, quæ circa Iordanem, ad quam venit. Quod ſi adhuc Magdeburgenſes contendere velint Euangeliſtam montoſam illam regionem, vbi parentes eius habitabant, deſertum appellaſſe, vnde ad Iordanem Ioannes venit: vt omittā patrū & Eccleſiæ auctoritatē, ipſa eos Scriptura conuincit; quæ dicit eū *in deſertis fuiſſe ad diem oſtenſionis ſuæ ad Iſrael.* Quod nemo commodè & appoſitè de paternis ædibus interpretari poterit. Neque ego eum tam à parentibus, quàm diuinitus de Chriſto et Meſſia edoctū crediderim: quippè qui ex vtero matris ſuæ ſpiritu Sancto repletus fuerit, & in eodem adhuc poſitus, præ gaudio ad præſentiā matris Chriſti exiluerit: & qui nōdum natus matrem, & natus, mox patrē quoque prophetam fecerit: vt non ſit mirū talē etiam puerum eodem ductum ſpiritu Eremum ſubiiſſe, & omnem ſolitariæ atq; duræ illius vitę aſperitatē ſuperaſſe. Quod genus vitæ in tantilla ætate ſine inſigni & ſpeciali quodam Dei dono (quale ferè poſtea Paulo, Antonio, et Hilarioni datum eſt) nec tētari debet, nec perferri poteſt. Atq; hoc videtur Euāgeliſta verbis illis innuere: *Puer autē creſcebat et cōfortabatur ſpiritu, et erat in deſertis ad diē oſtēſionis ſuæ ad Iſrael.* Hæc cùm ita ſint, vt Chryſoſtomus, aut Lucas potius teſtatur, apparet Monaſticæ vitæ exemplū, Chriſti et Apoſtolorum temporibus nō

Magdeburgenſium commentū de Ioannis deſerto exploditur.

Luc 3.

Euthymius Zigabenus in 3. c. Mat.

Luc. 1.

Gregor dialog. li. 1. c. 1.

Luc. 1.

Chryſoſtomus.

deſuiſſe. Cuius vitæ documenta non Monachos ſolum, ſed & ante hos Apoſtolos, & ante Apoſtolos, veteres illos iuſtos dediſſe fatetur Chryſoſtomus. Ad fraudem igitur Magdeburgenſes, vt ſolent, prætermiſſis multis & clarioribus Chryſoſtomi ſententiis, vni cuidam, quæ ſane perplexa eſt atque obſcura, inhærent. Ex qua tamen nihil aliud conſequitur, quàm non fuiſſe Monachos inter Corinthios, de quibus loquitur, & ad quos ſcribit. Quis vero ſanus inde colliget, nullos fuiſſe alibi per orbem Monachos? Quod eâdem prudentiâ colligetur, ac ſi quis, propterea quod vix veſtigiũ Catholici hominis in Illyrico & ſociis reperiatur, nullos eſſe in tota Germania Catholicos cõtenderet. Quid igitur, ſi nulli eo tempore Monachi apud Corinthios fuerint? An quicquam obſtat, quo minus poſtea ibi exſtiterint? idque Paulo adhuc ſuperſtite; quales in Ægypto exſtitiſſe certũ eſt. Quod cũ ab aliis, tum à Caſſiano Chryſoſtomi diſcipulo proditum eſt. Atque ô vtinam Chryſoſtomus hodie ſupereſſet, vt & iſtis, quemadmodum olim Monaſtices illo tempore calumniatoribus, reſponderet. Quanquam & iam reſpondit, & vnâ, eâdemque victoriâ iſtos quoque Momos proſtrauit: quos tamen, ſi viueret, acrius perſtringeret, & ſe (nam & ille in Monaſterio, atq; adeo ſolitudine verſatus eſt) & reliquos ſanctos homines contra caninas iſtorũ oblatrationes defenderet. Qui cum cetera egregie, tum & illud affirmaret, vocem Chriſti; *Nolite exire*; ad ſectam iſtam potiſſimum pertinere, & nihil ad Catholicam Eccleſiam; præ quâ in omnia ſemper tempora & loca diffuſa, præque adeo Monachis, licet in remotiſſima ſolitudine abditis, omnes iſtæ ſectæ, quæ de multitudine & frequentia ſe iactat, meræ ſunt ſolitudines. Eſt enim Catholica Eccleſia (cuius egregia & eminens quædam portio Monachi ſunt) Eccleſiæque doctrina, quaſi ciuitas in vertice montis erecta, ad omnium temporũ & hominum illuſtrem aſpectum expoſita. At hæreticorum doctrinæ (quantumuis inani quodam ad tempus fulgore, & mox fatiſcente caligantes infidelium animos perſtringant) nihil aliud ſunt, quam craſſæ & Ægyptiacæ tenebræ, vaſtæ atque horribiles Dæmonũ ſolitudines atque habitacula: quorum nos antra Chriſtus fugere admonet. & hæc de Chryſoſtomo hactenus. Verba autem illa Chriſti in Euangelio: *Ecce in deſerto eſt, nolite exire:* quæ Centuriones tui malitioſe contra Monachos & Eremitas intorquent; nihil eos quidem attingũt, ſed ipſos Euangelicos, ſi genuinus eorũ ſenſus aduertatur, & nouam iſtam ſectam pungunt. Cuius locupletiſſimus teſtis eſſe poteſt Origenes, qui ad hunc modum ea interpretatur: *Vide ergo*, inquit, *ſi ad hæc dicere poſſumus, quod ait; Ecce hic, Ecce illic; quoniam ecce hic, Ecce illic, non extra ſcripturam foras aſpiciendũ eſt. Dicet enim, qui ſeducere voluerit nos, et defendere contraria veritati; Ecce hic Chriſtus, demonſtrans, verbi gratia, hunc Euangelij locum. Alterius autem erroris auctor dicet, Ecce hic Chriſtus,*

Lib. 3. cõtra vituperator. vitæ monaſticæ.

Gregor. Patriarch. Alexandr. in vita Chryſoſt.

Chryſoſtomus in Monaſterio & ſolitudine verſatus eſt.

Math. 24.

Catholicæ Eccleſiæ & Monachorum cũ Euangelica ſecta comparatio.

Origenes.

Homil. 29. in Matth.

Chriſtus, afferens ad exemplum, alterum textum, qui videtur defendere mẽdacij illius verbum, quod propoſuit vindicare: & ſic ex lege, & Prophetis, & Apoſtolis profert vnuſquiſque, quæ videntur defendere mendacium illud, vtpote veritatem. Vel ſic impletur, quod ait, Ecce hîc Chriſtus, Ecce illic; oſtendens non Chriſtum, ſed aliquem fictum eiuſdem nominis, vtputa ſecundum Marcionis doctrinam, & ſecundum traditiones Valentini, aut Baſilidis longam fabuloſitatẽ, aut ſecundũ Apellis aduerſus Paulum teſtimonium falſum. Erunt autem & alij plures, qui dicturi ſunt diſcipulis ex Diuinis Scripturis, coniungentes eis ſuum propriũ ſenſum; Ecce hîc Chriſtus, Ecce illic. Si autem dixerint vobis, Ecce in ſolitudine, nolite exire; Ecce in domibus, nolite credere. Quidã enim ſecreta proferentes dicunt, Ecce in ſolitudine. Quando enim ſecretas, & non vulgatas ſcripturas proferũt ad confirmationẽ mendacij ſui, videntur dicere; Ecce in ſolitudine verbum eſt veritatis. Secretæ enim ſcripturæ rectè ſolitudines appellantur, in quibus aut pauci ſunt credentes, aut nullus. Quoties autem Canonicas proferũt Scripturas, in quibus omnis Chriſtianus conſentit & credit; videntur dicere, Ecce in domibus, verbum eſt veritatis: ſed nos illis credere non debemus, nec exire à prima & Eccleſiaſtica traditione, nec aliter credere, niſi quemadmodũ per ſucceſsionem, Eccleſiæ Dei tradiderunt nobis. Hæc Origenes: atque in eundem ſenſum Beda hunc Euangelij locum interpretatur. *Si quis,* inquit, *promiſerit nobis, quòd in deſerto Gentilium, & Philoſophorum dogmate Chriſtus moratur, aut hæreticorũ penetralibus, qui Dei pollicentur arcana ſe noſſe: nolite fidem accommodare, ne locum decipiendi inueniant.* Quæ interpretatio vtrum in Monachos & Eremitas, an in Magdeburgenſes tuos potius cõueniat, tibi iudicandum relinquo. Iam igitur nihil obſtare videtur, quin remotis, vt arbitror, impedimentis, quæ obiecta videbantur, ad proximam quæſtionem decurramus. Nam ea, quæ contra Pauli Eremitæ hiſtoriam obiiciuntur, commodiùs poſtea amoliemur.

[Margin: Ecce hîc eſt Chriſtus, Ecce illic. — Ecce in deſerto eſt, nolite exire. — Beda. — Matth. 24.]

Hiſtoriam Monaſticam à grauiſſimis, doctiſsimis, ſanctiſſimis, & antiquiſſimis patribus eſſe ſcriptam: quos vniuerſos conuiciis Magdeburgenſes lacerant.

CAP. VII. CRITOBVLVS.

QVOD de Pauli Eremitę hiſtoria promittis, id à te ſuo tempore exigam: iam nolo interrumpere curſum orationis tuæ. IREN. Monachorũ itaq; inſtituta cum ipſa fide Chriſtiana orta, ea augeſcente, & ipſa quoq; aucta ſunt: & Imperatoribus tandem ad Chriſtum traductis, quarto, quinto, & ſexto ſæculo ad ſummã & accuratam obſeruationem perducta ſunt. Quæ ſi ſingulari & exquiſita fide fuiſſe conſcripta, docere potuerimus, vel eo ſolo, vt nihil aliud reſponderemus, Magdeburgẽſes ſatis cõfutaſſe videbimur. Quod ſi ea maxime ad fidem, perſuaſionemq́ue appoſita atque accommodata prudentes omnes exiſtimant, quę doctiſſimi, ſapientiſſimi,

 ſanctiſſimi

ſanctiſſimi homines,qui res geſtas vel ipſi viderunt, vel ab ijs, qui aut eas geſſerunt,aut gerendis interfuerunt,vel ab alijs, qui interfuerant,audierant,memoriæ prodidere,quæúe alioqui recens geſta,& orbi eo tempore teſtatiſſima fuere:nos facile,quod volumus, obtinebimus. Sunt enim ferè huiuſmodi, quæ de Monachis, his tribus ſæculis,litterarum monumentis conſignata ſunt: adeo ſanè, vt affirmare nihil dubitem, nihil ex omni antiquitate ſecundum ſacras Scripturas Monaſtica hiſtoria ſincerius,aut firmius. Quam

Auctores quarti, quinti, & ſexti ſaeculi qui de Monaſtico instituto & vita honorifice ſcripſerunt.

quarto ſæculo Athanaſius,Baſilius,Gregorius Naziãzenus, Optatus Mileuitanus, Hieronymus, Ambroſius, Ephrem, Ruffinus, Chromatius,Palladius,Ioannes,Climacus: Quinto Auguſtinus, Chryſoſto.Paulinus, Sulpitius, Caſſianus, Proſper Aquitanicus, Socrates,Sozomenus,Theodoretus, Victor: Sexto Olympiodorus vterque Gregorius, Romanus & Turonenſis, Sophronius Hieroſolymitanus Patriarcha, atque Euagrius,doctiſſimi monumentis poſteritati conſignarunt: ſui quique ſæculi dignitate, doctrina, & pietate principes; deque ſui potiſſimum ſæculi Monachis ſinguli eorum accuratiſſimè, & vniuerſi fere ex profeſſo ſcripſerunt, ſi vnum forte aut alterum excipias qui in libris ſuis mentionem Monachorum, honorificam quidem, ſed obiter tantum

Alexander Magnus.

Cicer. li. 5. Epiſtolarum famil. epiſt. 12.

fecerunt. Alexander Magnus à nullo ſe pingi niſi ab Apelle, à nullo ſingi niſi à Lyſippo voluit: Achillem fortunatum clamabat, qui nactus eſſet Homerum laudum ſuarum præconem. Conſpiciuntur hodie clariſſima Græcorum & Latinorum monumenta, qui profanas hiſtorias poſteris reliquere, quas nos auidè arripimus & legimus. In quibus ſi vllas vnquam ex fide proditas exiſtimamus, dubitare certe nec poſſumus, nec debemus, quin Monaſtica hiſtoria eam ſibi laudem, & tanto quidem potiore iure vindicare poſſit, quanto grauius & turpius eſſet in ea vel de tantis patribus, vel in tantis patribus, pro cauſſæ magnitudine & luce dignitatis (fuerant enim maxima ex parte Epiſcopi) quodcunque mendacium conſpici. In his igitur hiſtoriis vera atque viua ſanctorum Monachorum imago relucet (in quam non oculi momentaneam voluptatem, ſed mens intenta vberrimum & immortalem fructum percipiet) quam nec Apelles potuit, nec quiſpiam eius generis,licet periti ſſimus artifex,penicillo vnquam aſſequi, aut exprimere poterit.Quibus rebus ita conſtitutis, & ſi nihil nos exquiſitius ad Monaſticæ vitæ dignitatem aſſerendam, iſtorumque calumnias diſcutiendas afferremus; ſecuri de victoria videremur. Ceterum quoniam & orationis tuæ ſeries, & meum me promiſſum huc vocant; quartam iam quæſtionem pertractemus, & plenius ſingula iſtorum conuicia confringamus. CRIT. Video florentis Eccleſiæ ipſum in hac tua oratione florem; video ipſa Latinæ & Græcæ Eccleſiæ his tribus ſæculis lumina. Quamque

Profana hiſtoria.

Plin lib 7. cap 37.

Plutar. lib. 2. de fortuna & virtute Alexandri.

Monaſtica hiſtoria veritas & vtilitas.

que hic flos ad Gregorij tempora, & per eum potiſſimum incipit emarceſcere, & tantum lumen ſenſim extingui. Neque tu credo vniuerſos hos doctores, aut eorum per omnia hiſtorias probabis. IREN. Nolo equidem fidem meam tibi pro omnibus eorum vel dogmatis, vel hiſtoriis interponere. Non caret Caſſianus errore, fuit aliquando Sulpitius Pelagianus, Theodoretus Neſtorianus, ſed vterque reſipuit. Socratis & Sozomeni hiſtoria næuos ſuos habere dicitur. Sed hæc & ſimilia ante mille annos Cyrillus, Proſper Aquitanicus, Gelaſius, Gregorius primus & alii deprehenderũt, & damnarunt. Neque iſti eorũ aut errores, aut vitia in iis cõſtituuntur, quę ad veritatem Monaſticę hiſtoriæ ab eis proditæ pertinent. Hoc vitium his mille amplius annis adeo abditum atque reconditum iſtæ tuæ Magdeburgenſium lamiæ, neſcio quibus conſpiciliis vſæ, nunc primum pro ſua perſpicacia conſpiciunt. Atqui vt maxime verum eſſet, quædam à quibuſdam in hoc genere prodita, à vanitate & mendacio non multum aliena; an reliquorum propterea fides labaſcet? quales aliquot in tam pulchro corpore ſi forte næui conſpiciantur, quid miri? Neque enim Euangelia, ſed hiſtorias iam pertractamus. A quibus, etſi omnis vanitas, præſertim in Eccleſiaſticis, longiſſime abeſſe debeat; quia tamen rei ipſius natura eiuſmodi eſt, vt difficile ſit, in hiſce rebus veritatem integram, atque illibatam in vniuerſum conſeruare, (quod præſtare, diuinum potius eſſet quàm humanum:) & quia huiuſmodi, ſi aliquando incidat, error adeo nullo cum morum, aut fidei periculo eſt coniunctus; vt ſæpe multa id genus, pie quidem, ſed non tamen ſatis ex fide ſcripta, ad virtutis & pietatis æmulationem plurimos excitent: certe quicquid id generis fuerit, candide potius diſſimulandum, quàm odioſe exagitandum videretur. Neque vero hoc ideo dictum exiſtimari velim, quód quicquam eorum, quæ hactenus protuliſti ex Magdeburgenſibus, vlla veritate, aut idonea probatione niti cenſeam. Nullum enim illi certum & probatum auctorem proferunt, ſed ſeipſos impudenter non accuſatores modo, ſed & teſtes ingerunt. Huc vero potius hæc mea iam oratio ſpectat, vt doceam; quantumuis verum eſſet, multa ex his miraculis, quibus tam petulanter Magdeburgenſes oblatrant, iuſtis rationibus infirmari poſſe: id tamen nobis adhuc, communi & firmiſſimo omnium horum patrum conſenſu inconcuſſum atque immotum manere, quod eſt totius quæſtionis caput, & à quo cetera omnia pendent. Nemo enim eſt, vel ex his, vel ex ceteris omnibus patribus, toto hoc trecentorum annorum curriculo, qui Monaſticam vitam improbet, qui eam verbo Dei aduerſari doceat; nemo ex his, quos nominaui, qui non Monaſtica inſtituta probet, ſummiſque laudibus amplificet. Quî enim eam improbarent, quam non tam verbis, quàm ipſis

Nævi quorundam magni alioqui nominis auctorum.
Caſſianus.
Sulpitius.
Theodoretus.
Socrates.
Sozomenus.
Eccleſiaſtica de vitis Monachorum hiſtoria, contra Magdeburgenſium calumnias defenduntur.
Magdeburgenſium impudentia.
Nemo probatum quarti, quinti, & ſexti ſeculi ſcriptor Monaſticam vitã improbat: pleriq; laudant.

ipſis factis ornarunt atque honeſtarunt? quippe qui maxima ex parte eam profeſſi ſunt. Monachi enim fuere Baſilius, Gregorius Nazianzenus, Ephrem, Hieronymus, Ruffinus, Palladius, Iohan. Climacus, Chryſoſtomus, Auguſtinus, Paulinus, Caſſianus, vterque Gregorius Romanus, & Turonenſis, atque Sophronius Patriarcha. Quamuis verò Magdeburgenſes tui vtrunque Gregorium, & miracula, quæ illi de ſui temporis Monachis conſcripſere, ex intolerabili quadam petulantia horrẽdis conuiciis inſectentur, & imperito lectori perſuadere conentur, per Gregorium Romanũ veram religionem labefactatam: ſi rem ipſam accuratius expendas, intelliges eũdem omnino fuiſſe Gregorij ſenſum, nõ ſolum de Monachis, ſed in omni religione cum reliquis omnibus patribus, & nõ tam illi, quàm illis vniuerſis tam grande conuicium fieri. Quæ res tam expedita eſt, vt ſola harum Centuriarum lectio id clariſſime doceat. Sed nolumus extra inſtitutum ſcopum reliqua iam dogmata controuerſa peragrare. Sola Monaſtica vita, de qua agimus, huius rei maximum eſt documentũ. Ac vt impudentiæ huius magnitudinem perſpicias, vt nullus eſt ex patribus, quos recenſui, quorũ illi de Monachis ſententias non recitant, (ſi Ioannem Climacum, & Sophronium exceperis) ita nullus eorum eſt, quem grauiſſimis conuiciis, aut nominatim, aut certe generatim generoſi iſti Centuriones non verberent. Quorum vniuerſam de Monachis doctrinam Chriſti verbo aduerſari, eaque nihil mõſtroſius contra meritum Domini noſtri IESV CHRISTI dici poſſe; & ſacratarum virginum ſancta inſtituta à Iunone proficiſci, impio ore vociferantur. Quare vniuerſos hos patres, ſi vero calculo rem ſupputemus, non multo meliores Idololatris faciunt. CRIT. Veteres patres clamore, conuiciiſque Magdeburgenſes ita iactare, valde doleo. Quorum vnanimi ad Monachos ornandos conſenſu, vt ego nihil firmius iudicarem: ita ſane te, atque tuos non ſatis candide eorum ſententias interpretari exiſtimo, quæ fortaſſe commodius accipi poterunt. Et iam Epiphanium atque Hilarium, vobis ademtos ad noſtras partes traxi; vt mihi iam credibile ſit, plurimos ex aliis patribus eiuſdem fuiſſe cum illis ſententiæ.

Patres maximi nominis et ſumma in Eccleſia authoritatis Monachi fuerant.

Inania licet horrenda Magdeburgenſium in vtrunque Gregorium Romanũ & Turonenſem conuicia.

Magdeburgenſes grauiſſimis conuiciis omnes fere patres proſcindunt, qui Monaſtica inſtituta probant.

Hilarij & Epiphanij teſtimonia, quæ contra vitam Monaſticam à Magdeburgenſibus proferuntur, adeo nihil ei aduerſari, vt multo magis eam confirment. Item aliæ quædam eorum fraudes aperiuntur.

CAP. VIII. IRENÆVS.

NIHIL eſt, cur dubites non modo plurimos, ſed vniuerſos etiam patres idem ſenſiſſe de monaſtica vita, quod Epiphanius atq; Hilarius.

Hilarius. CRIT. Quid ſibi hæc volunt? an tu iam, rationibus tecum fortè melius ſubductis, ad meam ſententiã accedis? IREN. Nihil minus, ſed id potius volo; Epiphanium, & Hilarium totos noſtros eſſe. Meminiſti, credo, quæ de Philone ſcripſerit Epiphanius; qui & alibi totus eſt in Monachorum inſtitutis commẽdandis. Cuius teſtimonia non eſt cur tibi iam recitem, cum apud Magdeburgenſes tuos ſtatim occurrant. Neque animum vnquam inducas, vt credas Epiphanium, vel ſecum, vel à reliquis patribus tam leuiter diſſentire. Iſta leuitas Epiphanio & patribus indigna, quinto tuo iſto Euangelio, & Apoſtolo Luthero digniſſima, qui nobis noua quotannis dogmata ex diametro inter ſe, & cum prioribus repugnantia cudere ſolebat. Nihil certe vnquam longius fuit à beatiſſimi viri Epiphanij cogitationibus, quam quod iſti moliuntur. Id cum iſti ſatis intelligerent, ſententiam illius circumcidunt atque mutilant, & quod olim de hoc genere hominum B. Martyr Cyprianus (vt antea oſtendi) ſcripſit, vt ipſi ab Eccleſia ſunt ſciſſi; ita & illi ſententiam illius ſciderunt. Cuius particulam, ijs quæ antecedunt & ſequuntur omiſſis, fraudulenter lectoribus imperitis obtruſerunt. Reprehendit enim Epiphanius Collyridianos, qui ſub Chriſtianiſmi titulo Ethniciſmum quendam introduxerant, B. Mariam virginem non pro mortali, ſed pro Dea, quemadmodũ Gentes Venerem & Dianam colebant, adorãtes: & ſacrificium (quod quidem ſoli Deo debetur) ei offerentes, & in eius diuinum honorem, continentiæ cuiuſdam profeſſionem ſimulantes. Quare inter alias hæ paſſim voces ab eo vſurpantur: *Ceſſet error ſeductorum. neque enim Deus Maria, neque de cælo corpus habet, ſed ex conceptione viri & mulieris; ſecundum promiſſionem verò, velut Iſaac, diſpoſita; & nemo in nomen eius offerat; ſuam enim animam perdit.* Ac rurſus; *Reuera ſanctum erat corpus Mariæ, non tamen Deus.* Hilarius præterea adeo nihil horum cauſſam adiuuat, vt eo ipſo loco, quem pro ſe citant, eam omnino iugulet. Quare ſententiam eius, quam iſti decurtatam, & mutilatam (vt eam ad cauſſæ ſuæ commodum inflectant) proferunt, integram recitabimus. Explicans itaque illud Prophetæ, *Te decet hymnus Deus in Syon*; interpretatur Syon eſſe Eccleſiam, quæ eſt corpus Chriſti. Mox ſubiecit; *Hymnus ergo hic Deo condecet, qui fit in Syon ſpiritali, & Eccleſiaſtico cantico innocens, & Dei laudibus dulcis. Omnia autem ſuperſtitionum genera, quæ extra religionem Dei ſunt, condemnat. Plures enim ſunt in diuerſiſſimo erroris profundo locati, qui doctrinæ ſuæ peruerſitatem inanis laboris probitate commendent. Cernimus namque*, inquit, *nudos philoſophos corporibus algere; ipſo etiam coniugiorum vſu magiſtri abſtinent. Hæretici ſicco panis cibo viuunt. Sed quis tandem otioſi huius propoſiti profectus? Totum hoc inane & ridiculũ eſt, & cum ipſis ſuperſtitionis cauſis miſerabile. Deo ergo vouenda ſunt, contemtus corporis, caſtitatis cuſtodia, ieiunij tolerantia.*

Lib. 3. tom 2 hæreſ. 80. Et in compendiar. doctrin. de fide Catholic.

Cent. 4. c. 6. p. 470. 473. 474.

pag. 132.

Lib. 3 tom 2. hæreſ. 78. et 79.

Pſal. 64.

Epiphanium ſibi conſtare, & idẽ, quod alij patres ſentire de laudabili Monaſtica vitæ inſtituto.

Euangelicorum leuitas.

Magdeburgenſium fraudulenta citatio verborum Epiphanij.

Epiphanij ſententia explicatur.

Collyridiani

Hilarij de Monaſtica vita teſtimonio, quod ipſi citant Magdeburgenſes, iugulantur.

Vota Eccleſiaſticæ religionis vtilia.
tolerantia. Atque ideo ait, et tibi reddetur votum in Hieruſalem. Vota enim tantum Eccleſiaſticæ religionis vtilia ſunt, quæ cum & dignis Deo cantionibus, et præpoſitæ in Eccleſia obſeruantiæ ſtudio probantur: tum digni erimus, pro quibus Sanctus Spiritus interpellet. Quid poteſt apertius dici pro votis Chriſtianorum? Ad quæ Ethnicos Philoſophos hortatur Hilarius;

Hilarij ſententia explicatur.
vtque vitæ auſteritatem, quam idolis turpiter & inutiliter conſecrabant, Deo potius deinceps ſanctè, vtiliter & fructuoſe conſecrarent. Hortatur & hæreticos, vt, ſi velint ſanctè & vtiliter alicuius ſe voti religione adſtringere, vt huiuſmodi ſua vota non inter ſchiſmaticorum factiones, ſed in Syon, id eſt, Eccleſia, quæ eſt corpus Chriſti, eáque Dei amore non ad commendandas ſuas hæreſes faciant. huiuſmodi enim ſolummodo vota vouẽtibus eſſe ſalutaria.

Auguſtinus.
In quem ſenſum illud Dauidis: *Adducẽtur in templum regis;* interpretatus eſt D. Auguſtinus, *Sunt,* inquit, *virgines extra templum regis, hæreticæ ſanctimoniales. Sunt quidem virgines, ſed quid proderit eis, niſi adducantur in templum regis. Templum regis in vnitate eſt; templum regis non eſt ruinoſum, non diſciſſum, nõ diuiſum. Iunctura lapidum viuentium caritas eſt.* [Pſalm. 44.]

Chryſoſtomus.
Chryſoſtomus quoque ſcribit eos, qui apud hæreticos virginitatem ſeruant, *non potiri eiſdem mercedibus, quibus apud Catholicos modeſte nubentes* potiuntur. [Homil. 65. ad populum Antiochenũ quod Deo gratias agenti. &c. tom. 5.] Abſit vero; vt credamus quenquam ex patribus, nedum Hilarium tantum Eccleſiæ lumen, & inſignem illam aduerſus Arianos tubam, exiſtimaſſe, aut Catholicæ Eccleſiæ vota eſſe ſuperſtitionem, aut ſine animæ noxa licere, ea non ſoluere. Imo palam fatetur voti ſponſionem, quod in Catholica Eccleſia nuncupatur Deo, reddẽdam, & huiuſmodi promiſſa vtilia eſſe, atque ideo eis piè & caſtè ſatis faciendũ eſſe. Quæ, cùm mirifice confirmẽt vitę Monaſticæ vota, non pudet iſtos cõtra eam arripere; & id ſuperſtitioſum, Hilarij etiam auctoritate, appellare, quod ille vtile, quod in Eccleſia vſitatũ, Deoq; vouendum aſſerit.

Magdeburgenſium perfidia.
hæc ſcilicet eſt Euangelicorũ prudentia, hæc Magdeburgenſiũ in rebus, & hiſtoriis Eccleſiæ ſincere tractandis, de qua ſe plurimum venditant, ſancta fides. Cogitabant iſti apud ſe, futurũ forſan, vt ipſi Euangelici, ſi vniuerſos patres tanta animorum conſpiratione ad ornandos Monachos propendẽre proſpicerent, ſe quoque ad tantum & tam incredibilem conſenſum adiungerent. Hanc igitur tantam conſenſionem, ſimulata iſta Epiphanij, atque Hilarij interceſſione diſtrahi, & conuelli poſſe credebant.

Magdeburgenſiũ ſtultitia & impietas.
Satis id quidem ſtolide; etiam ſi verũ eſſet Monaſticam vitam ab eis improbatã. Quis enim pius, ac prudẽs hanc Epiphanij & Hilarij ſolitudinem tanq; ceterorum patrum frequentiæ præferendam iudicaret? iam vero omnium ſtolidiſſime ne dicam impiiſſime faciũt:

Conſenſus patrum de Monaſtica vitæ præſtantia.
ſtolidiſſime, qui eos ſibi patronos adſciſcãt, à quibus mox iugulentur; impiiſſime, qui audent talem notam ſanctiſſimis patribus inurere. Habes iam igitur mirificam & incredibilem quandam pa-

trum

trum de dignitate & ſanctitate Monaſticæ vitæ conſenſionem,in medijs Magdeburgenſium Centurijs ita conſpicuam; vt plane lector,niſi nimium ſibi placeat, animumque ab omni veritate auerſum habeat, non poſſit non tanto conſenſui & ipſe conſentire;maxime,cum non patrum modo per eorum ſcripta, ſed Diuino etiam iudicio per inſignia ſanctorum Monachorum miracula ampliſſime ſit ornata. Quod Magdeburgenſes ſatis intelligentes,ea deprimere atque extenuare, fidemque hiſtoriarum infirmare conantur:non meliore ſane euentu,quàm Epiphanium & Hilarium ſuæ ſectæ adiungere conati ſunt. Quæ certe, vt nihil amplius apponerem, ex ijs, quæ diximus, non adulterina, ſed vera miracula cenſeri debent. Cùm enim vera miracula ſeruiant veræ doctrinæ ornandæ; quod ipſi Magdeburgenſes fatentur, & nos iam omnium patrum auctoritate docuimus, Catholicæ Eccleſiæ doctrinam de Monaſticis inſtitutis ſanam eſſe, & apprime ſalutarem;quid ſupereſt, niſi vt hæc quoque vera miracula iudicemus, quæ ad hanc doctrinam corroborandam diuinitus acciderunt. Quare hoc iam nobis onus incumbere videtur,vt quibus artibus,qua fraude, qua malicia,eorum iſti auctoritatem imminuant,apertius ſignificemus. Cùm itaque non ignorarent, fruſtra ſe in Sozomenum & vtrumque Gregorium, (in quos maxime propter huiuſmodi miracula inuehuntur)impetum facturos;niſi Athanaſij,Hieronymi,Ruffini, & aliorum auctoritatem,qui de ipſis Monachorum anteſignanis, Antonio,Ammone,Paulo,Hilarione,Malcho, Macarijs, & alijs, ſimilia & ad fidem longe incredibiliora conſcripſere,nobis eriperent; hanc primum arcem omni molimine aggrediuntur; exiſtimantes,ſi aut eam expugnare,aut Catholicorum ad eam perfugia obſtruere poſſent, reliqua omnia quaſi infirmiora quædam præſidia primo quoque impetu perruptum iri.

Conſenſus patrum de Monaſticæ vitæ præſtantia.

Inſignia Monachorum miracula fruſtra extenuare conantur Magdeburgenſes.

Quibus artibus Monachorũ miracula oppugnent Magdeburgenſes.

Defenditur contra Magdeburgenſes Malchi, & in eo reliquorum fere omnium Monachorum hiſtoria: & diſceptatur; An contra parentum conſenſum vita Monaſtica ſuſcipi poßit.

CAP. IX. CRITOBVLVS.

QVID tu igitur ad hæc dicis? An non putas eos perueniſſe quò voluerunt? IREN. Minime gentium. Quod vt tu etiã intelligas, ego nunc dabo operam. Et quoniam has ſuas partes in Malchi hiſtoria egregie agunt, & tu reliquos Monachos ex illo metiendos arbitraris:age,ab eo exordiamur,filum & ductum tuæ orationis ſequentes. Nihil, ais, Monaſticam vitam,aut eius miracula, præſidij & firmamenti habere à Malchi rebus geſtis, quod earum non ſit hiſtoria, *Obiicitur.*

Dei amans anima procreare poteſt. Verũ enimuero cùm duo ſint hominum vitæ inſtituti genera: vnius nimirum, eiuſq; inferioris coniugalis cõſuetu-

Coniugij & cælibatus collatio.

dinis; alterius autem ſupermundanæ & Angelicæ, Deo videlicet dilectæ virginitatis ac ſolitariæ puriorisq; cõuerſationis: ſi quis legitimum ac impollutũ ſequatur matrimoniũ, longè ille quidem à reprehenſione abeſt, ſed pauciora ei contingunt chariſmata & dona. Sobriè enim pudicéq; & is viuere dicitur, & trigecuplum virtutis fert fructum; difficulter certè quidem ſexagecuplum. Cui verò ſincerè Angelicam vitam degere ſit datum, etiamſi ea aſpera ſit & ardua, facile tamen ei fuerit ſexagecuplum, atq; etiam centuplum ferre fructum, certò ſcilicet ad perfectionẽ & ſummũ bonũ collimãti.

Libri Chriſtianorum & Monachorum ſanctorum.

Scripta autem iis dicit eſſe veterum, qui auctores & duces profeſſionis eorum extitere, & multa monumẽta ideæ & formæ eius, quæ allegoriis delectatur, poſt ſe reliquerunt, virorum: iis illi quaſi archetypis, primisq; exemplaribus vtentes, morem modúmq; eum imitantur: Ea porrò monumenta, diuina

Nouum teſtamentũ veteris expoſitio.

Apoſtolorũ Euãgelia, & Pauli Epiſtolas eſſe puto, interpretationẽ antiquarũ ſcripturarũ rectã cõtinentes; Non ſolùm autem, inquit, contẽplationi vacãt, ſed nouos etiam hymnos, carmina, & laudes in Deum omni genere grauiorũ numerorũ atq; rhythmorum componunt. Videbitur fortaſſe cuipiam, Philonem non hæc de Euangelica vita inſtitutis dixiſſe, vt quæ aliis quoq; ac-

Non de aliis, quàm Chriſtianis hominibus hos canones ſcripſit Philo.

commodari queant: ſed is certũ indubitatũ'q; eſſe ſibi perſuadeat, noſtrã illũ depinxiſſe viuendi conſuetudinẽ. Quum ad hodiernum vſq; diem, non apud alios, quã apud noſtros homines regulas tales, viuendiq; mores conſeruari compertum ſit; conuentus ſcilicet in vnum, & ſeorſim quidẽ mulierũ, & ſeorſim etiã virorũ, frequentatas conuerſationes, ſolitáq; & ſtata exercitia, quæ etiam nũc nos ſoli, & maxime vnà cum inedia, cibiq; abſtinentia, cũ

Peruigiliũ, abſtinentia, preces Chriſtianorum in Paſſionis Chriſti feriis.

precibus, & cum Diuinorũ oraculorũ meditatione, & peruigiliis, & orationibus, ſalutiferæ Paſſionis feriis, atq; etiam ante eas ferias celebrare cõſueuimus. Addit inſuper Philo & illud: Solere apud nos ita cantari hymnos, vt quũ vnus certis conſeruatis numeris, ritè atq; decenter præeat, reliqui tacitè illũ audientes, hymnorũ tandẽ extremas partes concinãt: præterea tẽporibus ſuis illos humi in herba ſtipadio iacere ſolitos, vinũ prorſus, vt ipſius verbis vtar, nõ attigiſſe, neq; quicquã ſanguinei guſtaſſe refert: potũ quippe illis fuiſſe aquã tantũ, cibũ antẽ cũ pane ſalem & hyſſopũ. Adhæc morẽ quoq; Eccleſiis præſidẽtium magiſtratuũ deſcribit; atq; in his cũ ceterorũ miniſtrorũ munia, tũ ſummã omniũ Epiſcopalis dignitatis ſublimitatẽ. Quod verò hæc Philo de primis pietatis præconibus, & traditis ab eis antiquitùs moribus ſcripſerit, ſatis ei perſuaſum fuerit, qui diligenter & accuratè quã diximus, hiſtoriã eius viri legere voluerit. Ad hunc fere modũ Euſebius, & eius imitator Nicephorus. Garriant itaq; iam, quantũ velint, Magdeburgenſes cõtra Decretales Epiſtolas; & legendam Eugeniæ, fabulã vocent; quæ Alexandrini Monaſterij ſecundo poſt Chriſtum ſæculo meminerit, ſed nõ antiquiore quàm Vincentio auctore; cum Euſebius ingentem Monachorũ multitudinẽ Alexandriæ & in Ægypto, ab ipſo Marco Euangeliſta Monaſticis præceptis inſtitutam, & imbutam prodiderit, & Philonem ſibi firmiſſimũ teſtẽ aduocauerit.

Quod cùm iſti non ignorarent, neq; ſcirent, qua ratione tantæ auctoritatis pondus excuterent, perfidioſum ſilêtium, rationibus ſuis accommodatiſſimum exiſtimarût. Nam videbant vel ex ſola recitatione tam præclari teſtimonij, ipſum fundamentû, quod ſtolidè ad conuellendam vitã Monaſticam conſtruxere, protinus euerſum iri.

Perfidioſum Magdeburgẽſiũ ſilentium.

Vide Metaphraſt.

Quod ſi aliquid huiuſmodi à Philone non fuiſſet proditum; nihil tamen eſt, cur iſti hãc de Eugenia narrationẽ tanto contemtu repudiarint, quaſi tota à Vincentio penderet; cû eam vniuerſa tam Græca, quàm Latina Eccleſia, multis ante Vincentium natum ſæculis, probarit.

Eugeniæ hiſtoria.

CRIT. Neq; ego iam certè, quantûuis in eos propendeo, negare poſſum, mala fide iſta ab ipſis prætermitti. Sed id te rogo, an alij quoque patres Philonis ſcripta ad noſtros Monachos, præter Euſebium, trahũt? IREN. Quaſi verò, ſi Euſebiû, & reliquos quoq; patres ſemoueas, vlla ea de re eſſet dubitatio. Vt enim nihil aliunde accedat, res ipſa, ita eſſe, apertè clamat. Ego verò, ne tuo tam honeſto deſiderio deſim, dabo tibi aliam, eamq; nobilem acceſſionem; Epiphanium inquam, & Hieronymum; vt habeas quaſi triplicatû Salomonis, qui facile non rumpitur, funiculum. *Verumtamen*, inquit Epiphanius, *quando ad locum deuenimus, vt diceremus ob quam cauſſam Ieſſæi appellabantur, priuſquam vocarentur Chriſtiani, qui in Chriſtum crediderunt, ea de cauſſa diximus, quod Ieſſe pater fuit Dauid; & ſiue ex Ieſſe, ſiue ex nomine Ieſu Domini noſtri, appellati ſunt Ieſſæi, propterea quod ex Ieſu procederent; cum diſcipuli eius eſſent, aut propter nominis Domini etymologiam: Ieſus enim in Hebraica lingua curator appellatur, aut medicus, & ſaluator; nihilominus hoc nomen habuerunt, priuſquam ipſi Chriſtiani vocarentur. Ab Antiochia autem, velut ſuprà meminimus, & ſicut veritatis ratio habet, diſcipuli & vniuerſa Eccleſia Dei, Chriſtiani vocari cæperunt. Repereris autem, ô ſtudioſe, etiam hoc argumentum in commentariis Philonis, in libro de Ieſſæis ab ipſo inſcripto. Qui horum conuerſationem, & laudes eorû exſequens, & Monaſteria ipſorum in vicinia circa Mariam paludem recẽſens, non de aliis quibuſdam narrauit, quàm de Chriſtianis. Hic enim cùm eſſet in regione, Mareotim autem locum appellant, & deductus eſſet ab ipſis ad Monaſteria eius loci, magnã vtilitatem aſſecutus eſt. In diebus enim Paſchatis illic verſatus, & vitam ipſorum vidit, & quomodo quidam per ſanctã Paſchatis hebdomadã, omni eſu dilato, degebant; alij verò interpoſitis duobus diebus edebant, alij etiam in veſperam. Fuerunt autem hæc omnia à viro peracta ad tractationẽ argumenti de fide ac conuerſatione Chriſtianorum. Tunc igitur vocabãtur Ieſſæi, per modicum tempus, poſt aſſumtionem Saluatoris, & Marco in Aegyptiorum regione Euangeliû prædicante. Iuxta hæc tempora rurſus aliqui ex Apoſtolis prodierunt, ſectatores nimirum, dico autem Nazaræos, de quibus hic tracto, qui erant quidem genere Iudæi, & legi addicti, ac circumciſionem habentes.* Hæc Epiphanius. Adiungimus iam Hieronymû. *Philo*, inquit, *Iudæus, natione Alexandrinus, de genere Sacerdotû, idcirco à nobis* inter

Epiphan. lib. 1 tomo 2. contra Nazareos 29. ex ordine ſect.

Epiphanij teſtimonio oſtenditur Philonem de Monaſtico Chriſtianorum inſtituto ſcripſiſſe.

IESVS quid Hebraïs ſit.

Chriſtianorum appellatio.

Philonis ſcripta

Ieſſæi.

Nazaræi.

In vita Philonis.

Hieronymi teſtimonium de Philone.

inter ſcriptores Eccleſiaſticos ponitur, quia librum de prima Marci Euangeliſtæ apud Alexandriam ſcribens Eccleſia, in noſtrorum laude verſatus eſt: non ſolùm eos ibi, ſed in multis quoq; prouinciis eſſe memorans, & habitacula eorum dicens Monaſteria. Ex quo apparet, talem primam Chriſto credentium fuiſſe Eccleſiam, quales nunc Monachi eſſe nituntur, & cupiunt; vt nihil cuiuſquam proprium ſit; nullus inter eos diues, nullus pauper, patrimonium egentibus diuidatur, orationi vacetur & pſalmis, doctrinæ quoq; & continentiæ; quales & Lucas refert, primùm Hieroſolymæ fuiſſe credentes. Aiunt hunc ſub Caio Caligula Romæ periclitatum, quò legatus gentis ſuæ miſſus fuerat. Cùm ſecunda vice veniſſet ad Claudium, in eadem vrbe locutum eſſe cum Apoſtolo Petro, eiuſq; habuiſſe amicitias: & ob hanc cauſſam etiam Marci, diſcipuli Petri, apud Alexandriam ſectatores ornaſſe laudibus. Et paulo poſt; cùm alios eius libros recenſuiſſet: *Et de vita,* inquit, *noſtrorum extat liber vnus, de quo ſupra diximus, id eſt, de Apoſtolicis viris, quē & inſcripſit, περὶ βίου θεωρητικοῦ ἱκετῶν, quòd videlicet cæleſtia contemplentur, & ſemper Deum orent.* Et hæc quidem de Philone Hieronymus. His iam ſi Caſſianum quartum teſtem aggregemus, non erit id fortaſſe alienum. Qui cùm Monachum *accinctis lumbis iugiter oportere incedere, vt militem Chriſti, qui ſemper ad bellum ſit paratus, exemplis Eliæ, Elizei, Petri, Ioannis & Pauli* ſcripſiſſet; Centuriones eum *hoc ſatis temerè aſſerere* aiunt. At cùm idem Monachos viuendi normam à Marco Euangeliſta ſuſcepiſſe ſcribat, ſolita perfidia hunc locum, vt & illum Philonis, Euſebij, Epiphanii, atque Hieronymi diſſimulant: quo ſe prorſus obrutum iri, ſi eum protuliſſent, certò ſciebant: niſi quod contra tam graue tantæ auctoritatis pondus, ſuppreſſa aliorum mentione, ſatis habuerint ad antiquam tergiuerſationem, & ex ſolita Dialectica nudam infitiationem confugere. *Quod autem,* inquiunt, *Euſebius ex Philone commemorat de Chriſtianis circa Alexandriam, id magis veriſimile eſt de Eſſenis, Iudæorum celebri ſecta, referri. Nondum enim Chriſtiani talia exercitia habuerunt.* Quid igitur de iſtis glorioſis militibus ſtatuemus? qui, cùm ne aduerſariorum quidem aſpectum, aut nomen ferre queant, inſolenter ſe tamen de ipſa victoria venditant: quæ licet iam tota ferè ex primo congreſſu noſtra ſit; plenius eam tamen contra aduerſarios, ad eos penitus labefactandos, vrgebimus.

Caſſianus.

De inſtitut. Canob. lib. 1 cap. 2.

cent. 5. cap. 6. pag. 704.

Lib. de inſtitut. Canob. 2. cap. 5.

Magdeburgenſiũ tergiuerſatio ridicula.

cent. 1. lib. 2. cap. 3. p. 18.

Monaſticæ vitæ, neque conſilia, neque exempla in nouo teſtamento, imo neque præcepta ſi non de ſuſcipiendis, certè de votis præſtandis deeſſe: & Mariam Dei genitricem virginitatem vouiſſe: déque eiuſdem præſentatione, quam Magdeburgenſes irrident.

CAP. IIII. CRITOBVLVS.

VALDE

VALDE tu quidem rationes meas, omnemque meam de victoria ſpem hac prima impreſſione conturbaſti: quam tamen, aliis plurimis præſidiis egregiè munitus, non eſt quòd abiiciam. IREN. Infirma illa quidem ſunt omnia; quod mox experiêris, & grauiter iam concuſſa. Nam vt ad ſecundam quæſtionem veniatur, & illa quoque iam expedita eſt; cùm abunde docuerimus, Marcum Euãgeliſtam, Monaſticæ vitæ in Ægypto ducem ac principem fuiſſe; ipſiuſque ſectatores ſibi eam à doctore ſuo tanquam per manus traditam, accuratè excoluiſſe: cuius in ceteris quoque Apoſtolis, atque adeo ipſo Chriſto clara & expreſſa veſtigia habemus. Audimus Petrum clamantem; *Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te.* Legimus primos Chriſti diſcipulos poſſeſſiones ſuas vendidiſſe, & precium ad Apoſtolos, vt pauperibus diſtribueretur, detuliſſe; nihilque fuiſſe inter eos proprium: legimus grauiſſimas pœnas Ananiæ & Saphiræ ob huiuſmodi Deo deuotam pecuniam interceptam irrogatas. Quibus eò certè grauiores Euãgelici hodie noſtri exſpectare debent, qui reſciſſo voto à Monaſtica vita deſciuêre, quo grauius eſt, ſeipſum Deo ſemel dicatum, quàm facultates interuertere. Omnium enim votorum præſtantiſſimum illud eſt, quo noſmetipſos Deo dedicamus: ad quod, Nazaræorum votũ, Origene teſte, refertur. *Alij enim vitulos, aut arietes, aut domos, aut alia huiuſmodi rationis expertia vota offerunt Deo: Ille verò qui appellatur Nazaræus, ſeipſum deuouet Deo. hoc eſt enim votum Nazaræi, quod eſt ſuper omne votum. nam filium offerre, aut filiam, aut pecus, aut prædium, hoc totum extra nos eſt: ſemetipſum Deo offerre, & non alieno labore, ſed proprio placere, hoc eſt perfectius & præeminentius omnibus votis: quod qui facit, imitator eſt Chriſti.* Idem paulo poſt; *Qui in caſtitate viuit, corpus ſuum vouit Deo, ſecundum eum qui dixit: virgo autem cogitat, quo modo ſit ſancta corpore & ſpiritu.* Apoſtolorum itaq; exemplis, Monaſticæ vitę cultores iuſtiſſimè ſe defendũt: quid dico Apoſtolorũ? cùm Chriſtũ ipſum omniũ pręſtantiſſimũ ducẽ habeant, qui, vt eſt totius virginitatis clariſſimũ exẽplar, ita & illas alias duas Monaſticę vitę partes pręſtitit. Quid enim eo tenuius, aut pauperius, quẽ naſcentẽ pecorũ ſtabulũ exceperit? qui natus profeſſus ſit, ſe nõ habere locũ, vbi caput recõderet, totãq; vitã in ſummis rerũ anguſtiis traduxerit? Quid eo ad ſummã obedientiã demiſſius? quid ad omne patris obſequiũ flexibilius; qui ſe & ſuas omnes ſemper volũtates ad patris obſequiũ retulerit? Quod ſi iſti verba magis, quã facta ad perſuaſionẽ accommodata exiſtimẽt, audiant Paulum dicentẽ; *volo omnes eſſe ſicut meipſum: Bonum eſt non nuptis & viduis, ſi ſic permaneãt, ſicut ego: Qui matrimonio iungit virginẽ ſuã, bene facit; & qui nõ iungit, melius facit.* Audiãt Chriſtũ ad eunuchos, qui ſe propter regnũ Dei caſtrant, clamantẽ: *Qui poteſt capere, capiat.* Audiant clamantem: *Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia quæ habes; & da pauperibus, & habebis*

Marginalia (left): Matth. 19. — Act. 4. — Actorum 5. — Homil. 24. in Numer. — 1. Corint. 7. — Matth. 19. & 16. Marci 8. Lucæ 9.

Marginalia (right): *Monaſticæ vitæ exempla & teſtimonia in nouo teſtamento.* — *Apoſtatarũ noſtri temporis grauius crimen, quã fuit olim Ananiæ, & Saphiræ.* — *Origenes.* — *Votũ quod omnium præſtantiſſimum. Nazaræus.* — *Chriſtus dux & exemplar Monaſticæ vitæ.* — *Paulus.* — *Chriſtus.*

habebis theſaurum in cælo, & veni : ſequere me. Audiant clamantem : *Siquis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me*. Quibus paucis verbis Chriſtus totam vitam Monaſticam cõplectitur, quæ in caſtitate, paupertate, & obedientia excolenda, tota ponitur. Non deſtituimur itaq; Chriſti & Apoſtolorum, vel conſilio, vel exemplo: quibus tamen iſti non cõtenti, præceptum quoque flagitabunt, ſtolidè cum Philippo ſuo vociferantes, nullum eſſe bonum opus, quod non ſit à Deo mandatum. Quorum nos abſurdam Theologiam meritò reiicimus : & Hieronymum potiùs cum ceteris patribus audimus. *Plus*, inquit, *Chriſtus amat virgines, quæ ſponte tribuunt, quod ſibi non fuerat imperatum; maioriſq; gratiæ eſt, offerre quod non debeas, quàm reddere quod exigaris*. Ego verò ab iſtis rogo, quæ præcepta Eliam, Eliſæum, ipſumque Ioannem Baptiſtam ad tantam vitæ aſperitatem traxerint? Aut de quibus Apoſtolus ſcripſerit, *qui circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, afflicti; quibus dignus non erat mundus; in ſolitudinibus errantes, in montibus, in ſpeluncis, & in cauernis terræ*. Explodimus itaque hanc omnem Melanchthonis Theologiam, vt & illam, qua ideo negat debere nos Monaſticas has, aut alias grauiores per pænitētiam moleſtias, pænaſq; nobis accerſere, quia *ſufficit diei ſua malitia*. Verùm enimuero vt monaſticam vitam capeſſere nullo, ita certè grauiſſimo Apoſtoli præcepto cogimur, eam firmo atq; fixo animi propoſito ſemel ſuſceptam non deſerere. Is enim de viduis, quæ poſt huiuſmodi vota reſciſſa, non tam ad nuptias, quàm prauam nubendi voluntatem delapſæ fuerant, ſcripſit: *Damnationem habentes, quia primam fidem irritam fecerunt*. In quem ſenſum præſtantiſſimi Græcorum, atque Latinorum eam ſententiam interpretati ſunt. Atque hoc eſt, quod hodie potiſſimùm Catholici veſtris Euangelicis vitio vertunt; quòd, poſitis ſemel propria auctoritate cucullis, in omnem ſe libidinem effundant; & vetitos illis, ac incõceſſos Hymenæos bis, ter, ac ſæpius nullo pudore, perinde ac ſi eſſent Veneris myſtæ, repetant. Ac deinde non tam Euangelij, vt iactitant, quàm ſuæ impudicitiæ patrocinium ſibi magno ſupercilio arripiunt: & nulla fuiſſe in Apoſtolica Eccleſia huiuſmodi vota; &, ſi quæ fortè interuenerant, ea reſcidiſſe, haud fuiſſe capitale aliquod animæ crimen, impudenter vociferantur. Quos vtrinque ille Pauli locus apertè conuincit. Nec me adhuc eorum ſententiæ pænitet, qui huiuſmodi votorum in Euangelio principem fuiſſe B. virginem Mariam exiſtimant. Nam vt grauiſſimam Gregorij Nyſſeni, Auguſtini, Bedæ, Bernardi, & aliorum patrum auctoritatem nullam haberemus, ad hanc nos ſententiam ipſa Scriptura, & B. virginis reſponſum; *quoniam virum non cognoſco*, neceſſario deduceret. Quod niſi in hunc quem dixi ſenſum, quo Deo virginitatem ſuam deuouiſſe creditur, nõ ſatis cohærere videtur. Alioqui quid quæſo

Aliquod eſſe bonum opus, quod non ſit à Deo mandatum.
Hieronymus.
Libr. 1. cõtra Iouinianum.
Paulus.
Hebræ. 11.
Melanchthonis futile argumentum contra Monaſticæ vitæ auſteritatem.
In locis communibus de diſcrimine præcepti & conſil.
Matth. 6.
1. Timoth. 5
Epiphan. lib. 2. tom. 1. hæreſ. 61.
Chryſoſt. de virgin. c. 36.
Hieron. contra Iouinianum.
Ambroſius in Paulum.
Auguſtin. in Pſalmu 75. tom. 8. & in lib. de virginit. cap. 36 tom. 6.
Carthag. Concilium 4. canon. 104.
Primaſius.
Apoſtatarũ noſtri temporis impudica vita.
In orat. de natiuit. Chriſti.
B. Dei genitricẽ Mariã virginitatem vouiſſe.
De virginit. cap. 4. tom. 6
Homil. in Feſtum Annunciationis.
Quoniam virũ non cognoſco.
Bernard. homil. 4. ſuper Miſſus eſt, etc.

quæſo fuit, vt virgo in ipſo ætatis flore quæque maritum haberet; admiraretur, & obſtupeſceret ad Angeli prolē promittentis vocē? *Luc. 1.* Illa itaque verba: *quoniam virum non cognoſco*, obfirmatum animi ad virginitatē excolendā propoſitum demonſtrant. Cum quo qua ratione matrimonij alioqui liciti vſus conſiſteret, prudens & ſancta virgo non ſine cauſſa, & perturbatione dubitauit. Quare nihil eſt abſurdi exiſtimare Matthæum olim Apoſtolum affirmaſſe B. Ephigeniā virginitatē ex voto Deo cōſecraſſe, quod impiè Magdeburgenſes tui cōuellunt, quantulæcumque apud eos fuerit auctoritatis Abdias: de qua iam nō diſceptabo. *Ephigenia.* Certè quæ contra eū in hac quidem cauſſa temerè effutiunt; nihil ea ſolidi omnino habēt, nec magis eius, quàm aliorum patrum certam & totius Eccleſiæ conſenſu receptam auctoritatem imminuūt. *Cent. 1. li. 1 c. 10 p. 356* Iam cur iſti nō putent Mariam conueniſſe cum Ioſepho, vt eam integram & illibatam conſeruaret; quid, quæſo, afferunt alicuius momenti? *Mariam virginem conueniſſe cum Ioſepho vt eam inuiolatam cuſtodiret.* Quòd verò & in Nicephorum, qui id tradit, inuehuntur: in eo ſanè nihil faciunt ab ipſorū technis alienū. Nam vt nō ſine cauſſa hoc feciſſe videantur, *Greg. Nyſſ. de nat. Chriſti.* Gregoriū Nyſſenum, & alios patres, ex quibus ille ſua mutuatur, ſilentio tranſiliunt. Miror verò eos tanta temeritate Præſentationē eiuſdem Virginis reijcere, cùm eam non modo Gregorius ille Nyſſenus celebret, *Metaphraſt. ex Germano Conſtantin. & Georgio Epiſcopo Nicomedienſi.* ſed tota etiam Eccleſia tam Græca, quàm Latina ſtato & anniuerſario die honoret. *Feſtum Præſentationis B. Mariæ.* Quare nihil eſt cur illum repudiarent, ſi perinde eſſent Scripturarum tenaces & obſeruantes, ac ipſi ſe fingunt. Non enim ignorant, haud diſſimile de Samuele, poſtquam lac ei ſubductum eſt, in ſacrarum litterarū monumentis eſſe proditum. *1. Reg. 1.*

Fruſtra à Magdeburgenſibus negari libros, qui exſtant, eſſe Dionyſij Areopagitæ, aut quæ de Monachis ſcribit, ab eis reprehendi.

CAP. V. CRITOBVLVS.

1. Homil. 34 in Euangel. 2. De fide orthodoxa. lib. 1. c. 12. & lib. 3 cap 19 3. In Epiſt. ad Ludouicū Pium. et in alia ad Eccl. Cathol. de Dionyſ. 4. In Panop part. 1. tit. 2 §. 2 Act. 4. pag 296.

HVCVSQVE feliciorem feciſti progreſſum quàm te vnquā facturum putaram, ſed nolo interpellare orationem tuam. IREN. Habemus itaque iam clariſſimam primæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ ad inſtituta Monaſtica comprobanda auctoritatem, Chriſti & Apoſtolorum conſilijs, exemplis, & præceptis aduerſus Magdeburgenſium tuorum calumnias ſatis munitam: vt nihil iam ſit cur non credamus, eos qui hodie circumferuntur, eſſe veros & germanos Dionyſij Areopagitæ libros. *Quorum teſtimonium prebeant eos Dionyſij Areopagitæ libros eſſe, qui illi hodie adſcribuntur.* Niſi forte Vallæ, Eraſmi, & Magdeburgenſiū leuiſſimæ coniecturæ & nudæ inſitiationes, [1] Gregorij primi, [2] Damaſceni, [3] Hilduini, Pachymeri, Michaelis Syngeli, [4] Euthymij, & aliorum plurimorum patrum in Latina atque Græca Eccleſia, œcumenicarum denique Synodorum, [5] ſextæ præſertim

& [1] ſi primæ grauiſſimis iudicijs & teſtimonijs præponderare debeant. At non indicat Monachorum originem Dionyſius. Quaſi boni iſti viri, magis ei crederent, ſi indicaſſet; cum Philonis, Euſebij, Epiphanij, Hieronymi, Caſſiani, qui eam indicant, tam leuis ſit apud iſtos auctoritas. Aut quaſi Dionyſius eam non ſatis indicarit. Sed non ſunt iſta Dionyſij Areopagitæ. neque enim Monachorum inſtituta præſtantiora ſunt alijs. Inducant ergò atque expungant Philonis & ceterorum, quos nominaui, qui eadem complectuntur, libros; & illud Pauli: *qui matrimonio iungit virginem ſuam, bene facit; & qui non iungit, melius facit:* atque illud ex Euangelio: *Maria optimam partem elegit.* Nemo ſanè negare poterit, eam vitam optimam & abſolutiſſimam eſſe, quæ cum Deo & rebus Diuinis rationes ſuas maximè implicitas & coniunctas habet, ab omnibus huius mundi curis longiſſimè poſitas. Sed quoniam, quamdiu hoc mortali corpore induimur, fieri non poteſt, vt ſemper mens noſtra in rerum diuinarum contemplatione defigatur, eique adhæreſcat: ea vitæ conditio, quæ id commodiſſimè præſtat, vt quam minimis curis & mundi illecebris animi rebus cæleſtibus addicti intentio interpelletur, non poteſt non ceteras viuendi rationes longè anteire. Ea autem aut nulla eſt, aut certè Monaſtica. Nã cùm homini ad hanc felicitatem tendenti, omne ferè impedimentum vel à rebus externis, vel à corpore, vel ab ipſa potiſſimùm voluntate objiciatur; id totum Monaſticæ vitæ ratio penitus aufert. Quæ quidem conſiſtit in externarum rerum contemptu, paupertatis amore, corporis caſtitate, exquiſita cibi & potus temperantia, voluptatis omnis corporeæ abſtinentia, voluntatis propriæ abdicatione, mentis ad Deum directione, obedientiæ denique, qua nos & noſtras, non actiones modò, ſed & voluntates in alienam poteſtatem transferimus, profeſſione. Quod ſi ſummum hominis bonum in Deo & Diuinis rebus (quod neceſſe eſt) ponatur an non conſequitur, vt ea ſit optima quædam vitæ ratio, quæ ad hanc felicitatem quàm citiſſimè nos ducit? vt nihil hic dicam, præclaram iſtam Magdeburgenſium Theologiam, Ariſtotelis et reliquorũ philoſophorũ prudentiæ cedere; qui eam vitã, quæ in contẽplatione poſita eſt, omnium præſtantiſſimã rectè iudicãt. At enim prima & Apoſtolica Eccleſia iſtas initiandi Monachi ceremonias, de tõſura, de veſtib⁹ mutãdis, & ſimiles ignorauit. Sed qua ratione, qua auctoritate, quo veterũ teſtimonio id colligũt Magdeburgẽſes? mera ſcilicet, vt ſolent, inficiatione. Hæc eſt enim quinti huius Euãgelij admirabilis ad res controuerſas probãdas Dialectica. At ego ab eis rogo, cùm Dionyſius (quẽ iſti pro centumuirali ſua poteſtate à maiore, et quaſi Apoſtolico tribunali ad minora ſubſellia, et quartum ſæculum retraxerunt) cùm Hieronymus,

Objicitur. Refutatur. Monaſtica vita præ alijs dignitate et excellentia. Ariſtoteles. Objicitur. Refutatur. Dialectica quinti Euangelij.

[1] Canon. 2 De Dionyſio cẽſura Matt. Galenum in præfatione ad Areopagitica Hildũi ni et Monachi prolegomena in Dionyſ. 1. Cor. 7. Luc. 10. Ethic lib. 8 & 10. De tõſura Monaſtic. vide Ambr. Epiſt. 36. Hier epiſto. 48 ad Sabinianum. Diony Areopag. de Eccl. Hierarch. Epiphanium 3. 2. 80. Aug. de opere Monach. c. 31. De veſtitu Monaſtic. vide Athan. de virginit. Auguſt epi. 99 ad Ediciam.

Theodoret. in Maſ. na. Amb de in ſtit. virgin. & Epiſt. 36 & Lib. 1 de virginibus. Optatū Milenit. li. 2 cō tra Parmen. Greg Nazianz. in exhortatione ad virg. Hiero. in Hilario-ne. & ad Demetriad. de ſeruād. virgin. Greg. 1. in Benedict Dialo 2 c. 1 Dion. Areo pag. de Eccleſiaſt. hierar. Paulū in Lauſiaca hiſtor. cap. 41. Damaſcenū in SS. Barla. & Ioſaphat Chryſ hom. 69. in 21. Matth.

mus, Ambroſius, et reliqui huius ſæculi et poſteriores, qui ſummo ſemper in Eccleſia loco habiti ſunt patres, huiuſmodi cæremonias in quarto ſæculo vſurpatiſſimas fuiſſe oſtendāt: nemo autem ipſorū eo primū ſæculo natas: quid abſurdi, ſi eas ad antecedentia atq; adeò Apoſtolorum tēpora trahamus? præſertim cū Eliæ, Eliſæi, Ioan. Baptiſtæ, et ſimilium exempla (ad quorū atq; adeò Apoſtolorū morem Monachos ſui tēporis veſtitos fuiſſe, Chryſoſtomus ſcribit) exēpla ſuppeditent. Sed quid illi calumnias, aut nos morā in tōſura, veſtibus, & ſimilibus nectimus? quæ non pertinēt ad cauſſę ipſius fundamentum; ſed ad eam aliunde accedunt. Firmamentū totius controuerſiæ in illis neceſſarijs, quas iā ſatis probauimus, partibus conſtituitur; paupertate, continentia, & obediētia. Quid ergò, relicto fonte, riuulos conſectamur, aut de illis fruſtra digladiamur? cùm conſtet ipſum Apoſtolum anus de habitu ſancto admonuiſſe. Cedant ergò nobis auctorem veterem qui has cæremonias neget fuiſſe in prima Eccleſia: tum fortè, quod hic conantur, obtinebunt.

Reſpondetur ad Magdeburgenſes, tum quòd ex Chryſoſtomo aſſerant, ne veſtigium quidem Monachi fuiſſe Pauli Apoſtoli tempore; tū quòd Ioannem Baptiſtam Eremitam fuiſſe negent.

CAP. VI. CRITOBVLVS.

Cent. 1. lib. 2 ca. 6. col. 536. Chry in cap. 11 ad Hebr. homil 25. in to. 4.

Magdeburgenſiū leuitas & incōſtantia, qui modò Chryſoſtomi auctoritate contra antiquitatē Monaſtica vitæ nituntur; modo eundem Monaſticam vitam egregiè laudantem, non ſolùm reſpuunt, ſed ſuperſtitionis etiā arguunt.

De veſtibus Monachorū et huiuſmodi nolo tibi litē mouere; neq; neceſse ex tua ſentētia id puto, modò de præcipua re, qua de agitur, inter nos cōueniat, id eſt; an fuerint Monachi ante quartū ſæculū. Quod ego certè facilè animū inducerem, vt credā, niſi me totum huc iam inclinātem Chryſoſtomus reuocaret, qui ne veſtigium quidem Monachi Apoſtolorū tēpore extitiſſe palàm affirmat. IREN. Gaudeo vel vnū tandem ex patribus à Magdebur genſib9, qui ceteros ſolent reijcere, repertū, cui tuto fidere poſſim: gaudeo apud eos ſacroſanctā eſſe Chryſoſtomi auctoritatem; quâ, & nos iam Magdeburgenſiū tanta approbatione freti, ſecurius in poſterum vti poterimus. CRIT. Quidni? IREN. Nihil ergò reſtat, niſi vt Magdeburgenſes tui inſanis iſtis omnibus dogmatis renuncient; quæ multiplici & clariſſimo Chryſoſtomi teſtimonio cōuelluntur. Sed ſeponamus paulìſper alias controuerſias, nec fines, quos nobis de Monaſticæ vitæ diſceptatione circūſcripſimus, egrediamur; contra quā nouū iſtud ex Chryſoſtomo oraculū profertur. Rogo igitur iſtos tuos Cēturiones, ſi tāta ſit apud eos Chryſoſtomi maieſtas, vt prę illo reliquorū, quos laudaui, ampliſſimorū teſtiū dignitas vileſcat; vt quod hactenus negarūt, id iam nobis tādē tribuant, et vna nobiſcum confiteantur Ioan. Baptiſtam Monachorum fuiſſe ducē, ac principem. Id enim [1] ille poſt [2] Hieronymū fatetur. Hoc ſi dederint, id quod neceſſe eſt, ipſi totā iam cauſſā, illius

1 Homil. 2. in Marcum. tom 2.
2 In Epiſt. ad Euſtochium.

illius etiam, cui tantum tribuunt, teſtimonio, vt nos aliunde neminem accerſamus, concidunt. Quod cùm homines iſti, mirũ quàm perſpicaces, viderent, contempta iam omni hac Chryſoſtomi dignitate, iſta quidem ita ab eo, ſed [1] *temerè* tamen & *contra rei veritatem*, dici vociferantur. Adhæc, & illud quoque iam conſenſu ſuo approbare debent, Monachos noſtros in veſtitu Eliam, Eliſæum, Ioan. Baptiſtam, atq; adeò Apoſtolos æmulari. Quod cùm in Caſſiano Chryſoſtomi diſcipulo, vt diximus, [2] reprehẽdunt; omnis iſta reprehenſio in ipſum magiſtrum redundat. [3] Imo ipſi eãdem fuiſſe [4] Chryſoſtomi ſententiam his verbis apertè agnoſcunt: *amictũ ipſorum eſſe ſcribit, qualis Heliæ, Heliſæi, Ioannis, Apoſtolorũ*: & propterea aſſerunt eũ *in nimiã propemodum Monachorum cõmendationem excurrere, & ſuſpicioſa de illis commemorare*. Totam præterea Monaſticam vitam & præclara atq; diuina eius inſtituta, quæ Chryſoſtomus paſſim refert, & mirifice ornat, ſummaſque illius de Ægyptiaca ſolitudine laudes (quam Marci Euangeliſtæ, vt diximus, ſectatores excoluerunt) probare coguntur. De qua Chryſoſtomus in hanc ſententiam refert: *Si quis nunc ad Aegypti ſolitudines veniat, paradiſo prorſus omnem illam Eremum videbit digniorem, & innumerabiles Angelorum cætus in corporibus fulgere mortalibus*. Oportet eos denique cõfiteri temerè ſe cõuicijs laceraſſe, & ſuperſtitioſa illa appellaſſe, quæ Chryſoſtomus de laude Monachorum protulit, & cùm alia multa, tum illas potiſſimùm impias voces iuſta pœnitẽtia expiare: quibus illam Chryſoſtomi ſententiam de Ægyptiaca ſolitudine, [5] cõtra Chriſti verbum; [6] *Nolite exire, nolite credere*; vſurpatam, & ſacrarũ fœminarum virginitatem [7] *Iunonis Lucinæ ductu* contra Dei voluntatem inſtitutam atrociſſimè calumniantur. Quæ ſi mihi dederint, non ita multum inde iuuabuntur, quòd non Chriſti aut Pauli temporibus, ſed *recentius* Monaſtica vita nata ſit: cùm quandocunque emerſerit; Chryſoſtomus Angelicam planè appellet: quanquam & Ioannem ille Baptiſtam, vt diximus, huius vitæ anteſignanum faciat. Quæ eius vox adeo Magdeburgenſes vrit, vt iam & Chryſoſtomus ipſis mendax videatur. Quare nouam & commenticiam de Ioannis deſerto interpretationem excogitant. Quæ nullum apud te locum habere debet, cùm nec ſcripturæ ſacræ, nec patrum, nec rationis vllius auctoritate muniatur. Si enim ſcripturæ verba diligenter expendamus, ſi veſtitum, ſi cibos Ioannis conſideremus: nunquam ille apud parentes, & in communi hominum ſocietate educatus videbitur. Sed neq; patres eum vnquam Monachorum parentem dixiſſent. Et non vixiſſe in domo parentum Hieronymus inter alios palàm aſſerit: *Ioannes*, inquit, *Baptiſta ſanctam matrem habuit, Pontificiſq; filius erat; & tamen nec matris affectu, nec patris opibus vincebatur, vt in domo parentum cum periculo viueret caſtitatis. Viuebat in Eremo; & oculis deſiderãtibus Chriſtũ, nihil*

Monachi in veſtitu quos ſint æmulati.

Caſsianus.

Chryſoſtomus.

Laus eximia ſolitudinis Aegyptiacæ ex Chryſoſtomo.

Magdeburgenſiũ futilis gloſſema de Ioannis deſerto.

Ioan. Baptiſtã in deſerto vixiſſe.

Hieronymus.

1 Cent. 5. c. 6 pag 711.

2 Cent. 5. c. 6 pag 704.

3 Ibidem p. 712.

4 Homi 69. in 21. cap. Mat. tom. 2.

Homil. 8. in 2. c. Matth.

5 Cent. 5. c. 6 pa. 714.

6 Matth. 24

7 Cent. 5. c. 6. pa. 714.

Epiſt. 4. quæ eſt ad Ruſticum.

nihil aliud dignabatur aſpicere. Veſtis aſpera, zona pellicea, cibus Locuſta, melq; ſilueſtre; omnia virtuti & continentia parata. Cauſſam cur ſic in
Luc. 1. deſerto viueret, oſtendit inter alios patres Theophylactus. *Quare,* Theophylactus.
inquit, *erat in deſertis? vt ne multitudinis malitia particeps fieret, et vt neminem reueritus, liberè reprehenderet. Nā ſi fuiſſet in mūdo, fortaſsis cōſuetudine amicorū & ſocietate coinquinatus fuiſſet: ſed vt fide dignus haberetur, qui prædicaret Chriſtū, vtpote Eremita, vitaq; excellēs alios.* Quare, quantúuis reſiſtant Magdeburgenſes, veriſſimū id erit, quod Catholica canit Eccleſia;

Hymno 7. ieiunantium, in libro Cathemerinon.

Antra deſerti teneris ſub annis *Ne leui ſaltem maculare vitam*
Ciuium turmas fugiens petiſti, *Famine poſſes.*

Atq; in eundem ſenſum Prudentius de eo ita loquitur Prudentius.

Poſt in patentes ille ſolitudines, *Setiſue tectus hiſpida & lanugine,*
Amictus hirtis beſtiarū pellibus, *Seceſſit, horrens inquinari & pollui*
Contaminatis oppidorum moribus.

Neq;, quod hic addunt, de deſerto commentū quicquam iuuabit. Magdeburgenſium commentū de Ioannis deſerto exploditur.
Vt enim non negamus, ſcripturam loca illa prope Iordanem, deſertum Iudææ appellare, ita affirmamus ab illo deſerto ad aliū magis vaſtum et ſolitarium locum, intimamq; ſolitudinem Ioannem
Luc 3. proceſſiſſe. Id quod & Lucas indicat: *Factum eſt,* inquit, *verbum Domini ſuper Ioannem Zachariæ filium in deſerto, et venit in regionē, quæ circa Iordanē erat.* Hāc regionem circa Iordanem Matthæus deſertum
Euthymius Zigabenus in 3. c. Mat.
Iudeę appellat, quo ille venit ab interiore Eremo. Duas ſiquidem, vt patres oſtendūt, Eremos ſcriptura indicat: vnam interiorē, à qua venit Ioannes: alteram, quæ circa Iordanem, ad quam venit. Quod ſi adhuc Magdeburgenſes contendere velint Euangeliſtam montoſam illam regionem, vbi parentes eius habitabant, deſertum appellaſſe, vnde ad Iordanem Ioannes venit: vt omittā patrū & Eccleſiæ auctoritatē, ipſa eos Scriptura conuincit; quæ dicit eū *in deſertis*
Luc. 1. *fuiſſe ad diem oſtenſionis ſuæ ad Iſrael.* Quod nemo commodè & appoſitè de paternis ædibus interpretari poterit. Neque ego eum tam à parentibus, quàm diuinitus de Chriſto et Meſſia edoctū crediderim: quippè qui ex vtero matris ſuæ ſpiritu Sancto repletus fuerit,
Gregor dialog. li. 1. c. 1.
& in eodem adhuc poſitus, præ gaudio ad præſentiā matris Chriſti exiluerit: & qui nōdum natus matrem, & natus, mox patrē quoque propheram fecerit: vt non ſit mirū talē etiam puerum eodem ductum ſpiritu Eremum ſubiiſſe, & omnem ſolitariæ atq; duræ illius vitę aſperitatē ſuperaſſe. Quod genus vitæ in tantilla ætate ſine inſigni & ſpeciali quodam Dei dono (quale ferè poſtea Paulo, Antonio, et Hilarioni datum eſt) nec tētari debet, nec perferri poteſt. Atq; hoc videtur Euāgeliſta verbis illis innuere: *Puer autē creſcebat et cōfortabatur ſpiritu, et erat in deſertis ad diē oſtēſionis ſuæ ad Iſrael.* Hæc
Luc. 1. cùm ita ſint, vt Chryſoſtomus, aut Lucas potius teſtatur, apparet Chryſoſtomus.
Monaſticæ vitæ exemplū, Chriſti et Apoſtolorum temporibus nō

 defuiſſe

deſuiſſe. Cuius vitæ documenta non Monachos ſolum, ſed & ante hos Apoſtolos, & ante Apoſtolos, veteres illos iuſtos dediſſe fatetur Chryſoſtomus. Ad fraudem igitur Magdeburgenſes, vt ſolent, prætermiſſis multis & clarioribus Chryſoſtomi ſententiis, vni cuidam, quæ ſane perplexa eſt atque obſcura, inhærent. Ex qua tamen nihil aliud conſequitur, quàm non fuiſſe Monachos inter Corinthios, de quibus loquitur, & ad quos ſcribit. Quis vero ſanus inde colliget, nullos fuiſſe alibi per orbem Monachos? Quod eâdem prudentiâ colligetur, ac ſi quis, propterea quod vix veſtigiũ Catholici hominis in Illyrico & ſociis reperiatur, nullos eſſe in tota Germania Catholicos cõtenderet. Quid igitur, ſi nulli eo tempore Monachi apud Corinthios fuerint? An quicquam obſtat, quo minus poſtea ibi exſtiterint? idque Paulo adhuc ſuperſtite; quales in Ægypto exſtitiſſe certũ eſt. Quod cũ ab aliis, tum à Caſſiano Chryſoſtomi diſcipulo proditum eſt. Atque ô vtinam Chryſoſtomus hodie ſupereſſet, vt & iſtis, quemadmodum olim Monaſtices illo tempore calumniatoribus, reſponderet. Quanquam & iam reſpondit, & vnâ, eâdemque victoriâ iſtos quoque Momos proſtrauit: quos tamen, ſi viueret, acrius perſtringeret, & ſe (nam & ille in Monaſterio, atq; adeo ſolitudine verſatus eſt) & reliquos ſanctos homines contra caninas iſtorũ oblatrationes defenderet. Qui cum cetera egregie, tum & illud affirmaret, vocem Chriſti; *Nolite exire*; ad ſectam iſtam potiſſimum pertinere, & nihil ad Catholicam Eccleſiam; præ quâ in omnia ſemper tempora & loca diffuſa, præque adeo Monachis, licet in remotiſſima ſolitudine abditis, omnes iſtæ ſectæ, quæ de multitudine & frequentia ſe iactat, meræ ſunt ſolitudines. Eſt enim Catholica Eccleſia (cuius egregia & eminens quædam portio Monachi ſunt) Eccleſiæque doctrina, quaſi ciuitas in vertice montis erecta, ad omnium temporũ & hominum illuſtrem aſpectum expoſita. At hæreticorum doctrinæ (quantumuis inani quodam ad tempus fulgore, & mox fatiſcente caligantes infidelium animos perſtringant) nihil aliud ſunt, quam craſſæ & Ægyptiacæ tenebræ, vaſtæ atque horribiles Dæmonũ ſolitudines atque habitacula: quorum nos antra Chriſtus fugere admonet. & hæc de Chryſoſtomo hactenus. Verba autem illa Chriſti in Euangelio: *Ecce in deſerto eſt, nolite exire:* quæ Centuriones tui malitioſe contra Monachos & Eremitas intorquent; nihil eos quidem attingũt, ſed ipſos Euangelicos, ſi genuinus eorũ ſenſus aduertatur, & nouam iſtam ſectam pungunt. Cuius locupletiſſimus teſtis eſſe poteſt Origenes, qui ad hunc modum ea interpretatur: *Vide ergo*, inquit, *ſi ad hæc dicere poſſumus, quod ait; Ecce hic, Ecce illic; quoniam ecce hic, Ecce illic, non extra ſcripturam foras aſpiciendũ eſt. Dicet enim, qui ſeducere voluerit nos, et defendere contraria veritati; Ecce hic Chriſtus, demonſtrans, verbi gratia, hunc Euangelij locum. Alterius autem erroris auctor dicet, Ecce hic Chriſtus,*

Lib. 3. cõtra vituperator. vitæ monaſticæ.

Gregor. Patriarch. Alexandr. in vita Chryſoſt.

Math. 24.

Chryſoſtomus in Monaſterio & ſolitudine verſatus eſt.

Catholicæ Eccleſiæ & Monachorum cũ Euangelica ſecta comparatio.

Origenes.

Homil. 29. in Matth.

Chriſtus, afferens ad exemplum, alterum textum, qui videtur defendere mẽdacij illius verbum, quod propoſuit vindicare: & ſic ex lege, & Prophetis, & Apoſtolis profert vnuſquiſque, quæ videntur defendere mendacium illud, vtpote veritatem. Vel ſic impletur, quod ait, Ecce hic Chriſtus, Ecce illic; oſtendens non Chriſtum, ſed aliquem fictum eiuſdem nominis, vtputa ſecundum Marcionis doctrinam, & ſecundum traditiones Valentini, aut Baſilidis longam fabuloſitatẽ, aut ſecundũ Apellis aduerſus Paulum teſtimonium falſum. Erunt autem & alij plures, qui dicturi ſunt diſcipulis ex Diuinis Scripturis, coniungentes eis ſuum propriũ ſenſum; Ecce hic Chriſtus, Ecce illic. Si autem dixerint vobis, Ecce in ſolitudine, nolite exire; Ecce in domibus, nolite credere. Quidã enim ſecreta proferentes dicunt, Ecce in ſolitudine. Quando enim ſecretas, & non vulgatas ſcripturas proferũt ad confirmationẽ mendacij ſui, videntur dicere; Ecce in ſolitudine verbum eſt veritatis. Secretæ enim ſcripturæ rectè ſolitudines appellantur, in quibus aut pauci ſunt credentes, aut nullus. Quoties autem Canonicas proferũt Scripturas, in quibus omnis Chriſtianus conſentit & credit; videntur dicere, Ecce in domibus, verbum eſt veritatis: ſed nos illis credere non debemus, nec exire à prima & Eccleſiaſtica traditione, nec aliter credere, niſi quemadmodũ per ſucceſsionem, Eccleſiæ Dei tradiderunt nobis. Hæc Origenes: atque in eundem ſenſum Beda hunc Euangelij locum interpretatur. *Si quis*, inquit, *promiſerit nobis, quòd in deſerto Gentilium, & Philoſophorum dogmate Chriſtus moratur, aut hæreticorũ penetralibus, qui Dei pollicentur arcana ſe noſſe: nolite fidem accommodare, ne locum decipiendi inueniant.* Quæ interpretatio vtrum in Monachos & Eremitas, an in Magdeburgenſes tuos potius cõueniat, tibi iudicandum relinquo. Iam igitur nihil obſtare videtur, quin remotis, vt arbitror, impedimentis, quæ obiecta videbantur, ad proximam quæſtionem decurramus. Nam ea, quæ contra Pauli Eremitæ hiſtoriam obiiciuntur, commodiùs poſtea amoliemur.

Ecce hic eſt Chriſtus, Ecce illic.

Ecce in deſerto eſt, nolite exire.

Beda.

Matth. 24.

Hiſtoriam Monaſticam à grauiſſimis, doctiſſimis, ſanctiſſimis, & antiquiſſimis patribus eſſe ſcriptam: quos vniuerſos conuiciis Magdeburgenſes lacerant.

CAP. VII. CRITOBVLVS.

QVOD de Pauli Eremitę hiſtoria promittis, id à te ſuo tempore exigam: iam nolo interrumpere curſum orationis tuæ. IREN. Monachorũ itaq; inſtituta cum ipſa fide Chriſtiana orta, ea augeſcente, & ipſa quoq; aucta ſunt: & Imperatoribus tandem ad Chriſtum traductis, quarto, quinto, & ſexto ſæculo ad ſummã & accuratam obſeruationem perducta ſunt. Quæ ſi ſingulari & exquiſita fide fuiſſe conſcripta, docere potuerimus, vel eo ſolo, vt nihil aliud reſponderemus, Magdeburgẽſes ſatis cõfutaſſe videbimur. Quod ſi ea maxime ad fidem, perſuaſionemque appoſita atque accommodata prudentes omnes exiſtimant, quę doctiſſimi, ſapientiſſimi,

ſanctiſſimi homines,qui res geſtas vel ipſi viderunt, vel ab ijs, qui aut eas geſſerunt,aut gerendis interfuerunt,vel ab alijs, qui interfuerant,audierant,memoriæ prodidere,quæúe alioqui recens geſta,& orbi eo tempore teſtatiſſima fuere:nos facile,quod volumus, obtinebimus. Sunt enim ferè huiuſmodi, quæ de Monachis, his tribus ſæculis,litterarum monumentis conſignata ſunt: adeo ſanè, vt affirmare nihil dubitem, nihil ex omni antiquitate ſecundum ſacras Scripturas Monaſtica hiſtoria ſincerius,aut firmius. Quam quarto ſæculo Athanaſius,Baſilius,Gregorius Naziãzenus, Optatus Mileuitanus, Hieronymus, Ambroſius, Ephrem, Ruffinus, Chromatius,Palladius,Ioannes,Climacus: Quinto Auguſtinus, Chryſoſto. Paulinus, Sulpitius, Caſſianus, Proſper Aquitanicus, Socrates,Sozomenus,Theodoretus, Victor: Sexto Olympiodorus vterque Gregorius, Romanus & Turonenſis, Sophronius Hieroſolymitanus Patriarcha, atque Euagrius,doctiſſimi monumentis poſteritati conſignarunt: ſui quique ſæculi dignitate, doctrina, & pietate principes; deque ſui potiſſimum ſæculi Monachis ſinguli eorum accuratiſſimè, & vniuerſi fere ex profeſſo ſcripſerunt, ſi vnum forte aut alterum excipias qui in libris ſuis mentionem Monachorum, honorificam quidem, ſed obiter tantum fecerunt. Alexander Magnus à nullo ſe pingi niſi ab Apelle, à nullo ſingi niſi à Lyſippo voluit: Achillem fortunatum clamabat, qui nactus eſſet Homerum laudum ſuarum præconem. Conſpiciuntur hodie clariſſima Græcorum & Latinorum monumenta, qui profanas hiſtorias poſteris reliquere, quas nos auidè arripimus & legimus. In quibus ſi vllas vnquam ex fide proditas exiſtimamus, dubitare certe nec poſſumus, nec debemus, quin Monaſtica hiſtoria eam ſibi laudem, & tanto quidem potiore iure vindicare poſſit, quanto grauius & turpius eſſet in ea vel de tantis patribus, vel in tantis patribus, pro cauſſæ magnitudine & luce dignitatis (fuerant enim maxima ex parte Epiſcopi) quodcunque mendacium conſpici. In his igitur hiſtoriis vera atque viua ſanctorum Monachorum imago relucet (in quam non oculi momentaneam voluptatem, ſed mens intenta vberrimum & immortalem fructum percipiet) quam nec Apelles potuit, nec quiſpiam eius generis,licet periti ſſimus,artifex,penicillo vnquam aſſequi, aut exprimere poterit. Quibus rebus ita conſtitutis, & ſi nihil nos exquiſitius ad Monaſticæ vitæ dignitatem aſſerendam, iſtorumque calumnias diſcutiendas afferremus; ſecuri de victoria videremur. Ceterum quoniam & orationis tuæ ſeries, & meum me promiſſum huc vocant; quartam iam quæſtionem pertractemus,& plenius ſingula iſtorum conuicia confringamus. CRIT. Video florentis Eccleſiæ ipſum in hac tua oratione florem; video ipſa Latinæ & Græcæ Eccleſiæ his tribus ſæculis lumina. Quamque

Auctores quarti, quinti, & ſexti ſæculi qui de Monaſtico inſtituto & vita honorifice ſcripſerunt.

Alexander Magnus.

Cicer. li. 5. Epiſtolarum famil. epiſt. 12.

Plin lib 7. cap 17.

Profana hiſtoria.

Plutar. lib. 2. de fortuna & virtute Alexandri.

Monaſtica hiſtoria veritas & vtilitas.

que hic flos ad Gregorij tempora, & per eum potiſſimum incipit emarceſcere, & tantum lumen ſenſim extingui. Neque tu credo vniuerſos hos doctores, aut eorum per omnia hiſtorias probabis.

Naui quorundã magni aliquot nominis auctorum.

IREN. Nolo equidem fidem meam tibi pro omnibus eorum vel dogmatis, vel hiſtoriis interponere. Non caret Caſſianus errore, fuit aliquando Sulpitius Pelagianus, Theodoretus Neſtorianus, ſed vterque reſipuit. Socratis & Sozomeni hiſtoria næuos ſuos habere dicitur.

Caſsianus. Sulpitius. Theodoretus. Socrates. Sozomenus.

Sed hæc & ſimilia ante mille annos Cyrillus, Proſper Aquitanicus, Gelaſius, Gregorius primus & alii deprehenderũt, & damnarunt. Neque iſti eorũ aut errores, aut vitia in iis cõſtituuntur, quę ad veritatem Monaſticę hiſtoriæ ab eis proditæ pertinent. Hoc vitium his mille amplius annis adeo abditum atque reconditum iſtæ tuæ Magdeburgenſium lamiæ, neſcio quibus conſpiciliis vſæ, iam primum pro ſua perſpicacia conſpiciunt. Atqui vt maxime verum eſſet, quædam à quibuſdam in hoc genere prodita, à vanitate & mendacio non multum aliena; an reliquorum propterea fides labaſcet? quales aliquot in tam pulchro corpore ſi forte næui conſpiciantur, quid miri? Neque enim Euangelia, ſed hiſtorias iam pertractamus.

Eccleſiaſtica de vitis Monachorum hiſtoriæ, contra Magdeburgenſium calumnias defenduntur.

A quibus, etſi omnis vanitas, præſertim in Eccleſiaſticis, longiſſime abeſſe debeat; quia tamen rei ipſius natura eiuſmodi eſt, vt difficile ſit, in hiſce rebus veritatem integram, atque illibatam in vniuerſum conſeruare, (quod præſtare, diuinum potius eſſet quàm humanum:) & quia huiuſmodi, ſi aliquando incidat, error adeo nullo cum morum, aut fidei periculo eſt coniunctus; vt ſæpe multa id genus, pie quidem, ſed non tamen ſatis ex fide ſcripta, ad virtutis & pietatis æmulationem plurimos excitent: certe quicquid id generis fuerit, candide potius diſſimulandum, quàm odioſe exagitandum videretur. Neque vero hoc ideo dictum exiſtimari velim, quòd quicquam eorum, quæ hactenus protuliſti ex Magdeburgenſibus, vlla veritate, aut idonea probatione niti cenſeam. Nullum enim illi certum & probatum auctorem proferunt, ſed ſeipſos impudenter non accuſatores modo, ſed & teſtes ingerunt.

Magdeburgenſium impudentia.

Huc vero potius hæc mea iam oratio ſpectat, vt doceam; quantumuis verum eſſet, multa ex his miraculis, quibus tam petulanter Magdeburgenſes oblatrant, iuſtis rationibus infirmari poſſe: id tamen nobis adhuc, communi & firmiſſimo omnium horum patrum conſenſu inconcuſſum atque immotum manere, quod eſt totius quæſtionis caput, & à quo cetera omnia pendent. Nemo enim eſt, vel ex his, vel ex ceteris omnibus patribus, toto hoc trecentorum annorum curriculo, qui Monaſticam vitam improbet, qui eam verbo Dei aduerſari doceat; nemo ex his, quos nominaui, qui non Monaſtica inſtituta probet, ſummiſque laudibus amplificet. Qui enim eam improbarent, quam non tam verbis, quàm ipſis

Nemo probatus quarti, quinti, & ſexti ſæculi ſcriptor Monaſticam vitã improbat: pleriq; laudant.

ipſis factis ornarunt atque honeſtarunt? quippe qui maxima ex parte eam profeſſi ſunt. Monachi enim fuere Baſilius, Gregorius Nazianzenus, Ephrem, Hieronymus, Ruffinus, Palladius, Iohan. Climacus, Chryſoſtomus, Auguſtinus, Paulinus, Caſſianus, vterque Gregorius Romanus, & Turonenſis, atque Sophronius Patriarcha. Quamuis verò Magdeburgenſes tui vtrunque Gregorium, & miracula, quæ illi de ſui temporis Monachis conſcripſere, ex intolerabili quadam petulantia horrẽdis conuiciis inſectentur, & imperito lectori perſuadere conentur, per Gregorium Romanũ veram religionem labefactatam: ſi rem ipſam accuratius expendas, intelliges eũdem omnino fuiſſe Gregorij ſenſum, nõ ſolum de Monachis, ſed in omni religione cum reliquis omnibus patribus, & nõ tam illi, quàm illis vniuerſis tam grande conuicium fieri. Quæ res tam expedita eſt, vt ſola harum Centuriarum lectio id clariſſime doceat. Sed nolumus extra inſtitutum ſcopum reliqua iam dogmata controuerſa peragrare. Sola Monaſtica vita, de qua agimus, huius rei maximum eſt documentũ. Ac vt impudentiæ huius magnitudinem perſpicias, vt nullus eſt ex patribus, quos recenſui, quorũ illi de Monachis ſententias non recitant, (ſi Ioannem Climacum, & Sophronium exceperis) ita nullus eorum eſt, quem grauiſſimis conuiciis, aut nominatim, aut certe generatim generoſi iſti Centuriones non verberent. Quorum vniuerſam de Monachis doctrinam Chriſti verbo aduerſari, eaque nihil mõſtroſius contra meritum Domini noſtri IESV CHRISTI dici poſſe; & ſacratarum virginum ſancta inſtituta à Iunone proficiſci, impio ore vociferantur. Quare vniuerſos hos patres, ſi vero calculo rem ſupputemus, non multo meliores Idololatris faciunt. CRIT. Veteres patres clamore, conuiciiſque Magdeburgenſes ita iactare, valde doleo. Quorum vnanimi ad Monachos ornandos conſenſu, vt ego nihil firmius iudicarem: ita ſane te, atque tuos non ſatis candide eorum ſententias interpretari exiſtimo, quæ fortaſſe commodius accipi poterunt. Et iam Epiphanium atque Hilarium, vobis ademtos ad noſtras partes traxi; vt mihi iam credibile ſit, plurimos ex aliis patribus eiuſdem fuiſſe cum illis ſententiæ.

Patres maximi nominis et ſummæ in Eccleſia authoritatis Monachi fuerunt.

Inania licet horrenda Magdeburgenſium in vtrunque Gregorium Romanũ & Turonenſem conuicia.

Magdeburgenſes grauiſſimis conuiciis omnes fere patres proſcindunt, qui Monaſtica inſtituta probant.

Hilarij & Epiphanij teſtimonia, quæ contra vitam Monaſticam à Magdeburgenſibus proferuntur, adeo nihil ei aduerſari, vt multo magis eam confirment. Item alia quædam eorum fraudes aperiuntur.

CAP. VIII. IRENÆVS.

NIHIL eſt, cur dubites non modo plurimos, ſed vniuerſos etiam patres idem ſenſiſſe de monaſtica vita, quod Epiphanius atq; Hilarius.

Hilarius. CRIT. Quid ſibi hæc volunt? an tu iam, rationibus tecum fortè melius ſubductis, ad meam ſententiã accedis? IREN. Nihil minus, ſed id potius volo; Epiphanium, & Hilarium totos noſtros eſſe. Meminiſti, credo, quæ de Philone ſcripſerit Epiphanius; qui & alibi totus eſt in Monachorum inſtitutis commẽdandis. Cuius teſtimonia non eſt cur tibi iam recitem, cum apud Magdeburgenſes tuos ſtatim occurrant. Neque animum vnquam inducas, vt credas Epiphanium, vel ſecum, vel à reliquis patribus tam leuiter diſſentire. Iſta leuitas Epiphanio & patribus indigna, quinto tuo iſto Euangelio, & Apoſtolo Luthero digniſſima; qui nobis noua quotannis dogmata ex diametro inter ſe, & cum prioribus repugnantia cudere ſolebat. Nihil certe vnquam longius fuit à beatiſſimi viri Epiphanij cogitationibus, quam quod iſti moliuntur. Id cum iſti ſatis intelligerent, ſententiam illius circumcidunt atque mutilant, & quod olim de hoc genere hominum B. Martyr Cyprianus (vt antea oſtendi) ſcripſit, vt ipſi ab Eccleſia ſunt ſciſſi; ita & illi ſententiam illius ſciderunt. Cuius particulam, ijs quæ antecedunt & ſequuntur omiſſis, fraudulenter lectoribus imperitis obtruſerunt. Reprehendit enim Epiphanius Collyridianos, qui ſub Chriſtianiſmi titulo Ethniciſmum quendam introduxerant, B. Mariam virginem non pro mortali, ſed pro Dea, quemadmodũ Gentes Venerem & Dianam colebant, adorãtes: & ſacrificium (quod quidem ſoli Deo debetur) ei offerentes, & in eius diuinum honorem, continentiæ cuiuſdam profeſſionem ſimulantes. Quare inter alias hæ paſſim voces ab eo vſurpantur: *Ceſſet error ſeductorum. neque enim Deus Maria, neque de cælo corpus habet, ſed ex conceptione viri & mulieris; ſecundum promiſſionem verò, velut Iſaac, diſpoſita; & nemo in nomen eius offerat; ſuam enim animam perdit.* Ac rurſus; *Reuera ſanctum erat corpus Mariæ, non tamen Deus.* Hilarius præterea adeo nihil horum cauſſam adiuuat, vt eo ipſo loco, quem pro ſe citant, eam omnino iugulet. Quare ſententiam eius, quam iſti decurtatam, & mutilatam (vt eam ad cauſſæ ſuæ commodum inflectant) proferunt, integram recitabimus. Explicans itaque illud Prophetæ, *Te decet hymnus Deus in Syon*; interpretatur Syon eſſe Eccleſiam, quæ eſt corpus Chriſti. Mox ſubiecit; *Hymnus ergo hic Deo condecet, qui fit in Syon ſpirituali, & Eccleſiaſtico cantico innocens, & Dei laudibus dulcis. Omnia autem ſuperſtitionum genera, quæ extra religionem Dei ſunt, condemnat. Plures enim ſunt in diuerſiſſimo erroris profundo locati, qui doctrinæ ſuæ peruerſitatem inanis laboris probitate commendent. Cernimus namque*, inquit, *nudos philoſophos corporibus algere; ipſo etiam coniugiorum vſu magiſtri abſtinent. Hæretici ſicco panis cibo viuunt. Sed quis tandem otioſi huius propoſiti profectus? Totum hoc inane & ridiculũ eſt, & cum ipſis ſuperſtitionis cauſſis miſerabile. Deo ergo vouenda ſunt, contemtus corporis, caſtitatis cuſtodia, ieiunij tolerantia.*

Lib. 3. tom. 2 hæreſ. 80. Et in compendiar. doctrin. de fide Catholic.

Cent. 4. c. 6. p. 470. 473. 474.

Epiphanium ſibi conſtare, & idẽ, quod alij patres ſentire de laudabili Monaſticæ vitæ inſtituto.

Euangelicorum leuitas.

Magdeburgenſium fraudulenta citatio verborum Epiphanij.

pag. 132.

Lib. 3 tom. 2. hæreſ. 78. et 79.

Epiphanij ſententia explicatur.

Collyridiani

Hilarij de Monaſtica vita teſtimonio, quod ipſi citant Magdeburgenſes, iugulantur.

Pſal. 64.

trum de dignitate & ſanctitate Monaſticæ vitæ conſenſionem, in medijs Magdeburgenſium Centurijs ita conſpicuam; vt planè lector, niſi nimium ſibi placeat, animumque ab omni veritate auerſum habeat, non poſſit non tanto conſenſui & ipſe conſentire; maxime, cum non patrum modo per eorum ſcripta, ſed Diuino etiam iudicio per inſignia ſanctorum Monachorum miracula ampliſſime ſit ornata. Quod Magdeburgenſes ſatis intelligentes, ea deprimere atque extenuare, fidemque hiſtoriarum infirmare conantur: non meliore ſine euentu, quàm Epiphanium & Hilarium ſuæ ſectæ adiungere conati ſunt. Quæ certe, vt nihil amplius apponerem, ex ijs, quæ diximus, non adulterina, ſed vera miracula cenſeri debent. Cùm enim vera miracula ſeruiant veræ doctrinæ ornandæ; quod ipſi Magdeburgenſes fatentur, & nos iam omnium patrum auctoritate docuimus, Catholicæ Eccleſiæ doctrinam de Monaſticis inſtitutis ſanam eſſe, & apprime ſalutarem; quid ſupereſt, niſi vt hæc quoque vera miracula iudicemus, quæ ad hanc doctrinam corroborandam diuinitus acciderunt. Quare hoc iam nobis onus incumbere videtur, vt quibus artibus, qua fraude, qua malicia, eorum iſti auctoritatem imminuant, apertius ſignificemus. Cùm itaque non ignorarent, fruſtra ſe in Sozomenum & vtrumque Gregorium, (in quos maxime propter huiuſmodi miracula inuehuntur) impetum facturos; niſi Athanaſij, Hieronymi, Ruffini, & aliorum auctoritatem, qui de ipſis Monachorum anteſignanis, Antonio, Ammone, Paulo, Hilarione, Malcho, Macarijs, & alijs, ſimilia & ad fidem longe incredibiliora conſcripſere, nobis eriperent; hanc primum arcem omni molimine aggrediuntur; exiſtimantes, ſi aut eam expugnare, aut Catholicorum ad eam perfugia obſtruere poſſent, reliqua omnia quaſi infirmiora quædam præſidia primo quoque impetu perruptum iri.

Conſenſus patrum de Monaſtica vitæ præſtantia.

Inſignia Monachorum miracula fruſtra extenuare conantur Magdeburgenſes.

Quibus artibus Monachorũ miracula oppugnẽt Magdeburgenſes.

Defenditur contra Magdeburgenſes Malchi, & in eo reliquorum ferè omnium Monachorum hiſtoria: & diſceptatur; An contra parentum conſenſum vita Monaſtica ſuſcipi poſſit.

CAP. IX. CRITOBVLVS.

QVID tu igitur ad hæc dicis? An non putas eos perueniſſe quò voluerunt? IREN. Minime gentium. Quod vt tu etiã intelligas, ego nunc dabo operam. Et quoniam has ſuas partes in Malchi hiſtoria egregie agunt, & tu reliquos Monachos ex illo metiendos arbitraris: age, ab eo exordiamur, filum & ductum tuæ orationis ſequentes. Nihil, ais, Monaſticam vitam, aut eius miracula, præſidij & firmamenti habere à Malchi rebus geſtis, quod earum non ſit *Obiicitur.*
hiſtoria,

hiſtoria, ſed hiſtoriæ quoddā ſimulacrum, in quo ſe Hieronymus, vt Rhetor, & dicendi quidam magiſter exercuit. Sed qua id ratione probat Illyricus cū ſocijs? nulla ſcilicet. Sed o ſtupidos, tam Latinos quàm Græcos, qui hanc orationis vim, & tantum Rhetoris artificium hactenus nunquam ſubodorati ſunt? Nam & Theodoretus [1] Malchum inter celebres Monachos refert, & [2] in Græcis Eccleſiis ad fidē veteræ hiſtoriæ iſta narratio recitatur. CRIT. Credidiſſem Græcos ne fando quidem vnquam de Malcho audiſſe: quod vt ita ſit; habent tamen iudicij ſui graues cauſſas Magdeburgenſes. IREN. Excutiamus igitur iſtam tantam grauitatem, & pondus; & quoniam criminationes aduerſus Malchū alios quoq; vt recte explicaſti, reſpiciunt, ad ſuam ſingulas claſſem diſtribuamus. Quarum nos caput ipſum ita confregimus, vt non valde de reliquo ſucceſſu dubitemus. *Malchus*, inquiunt, *fruſtra Monaſtica vita Deum coluit, & contra illius mandatum.* O ſtupidum & hebetem Hieronymū, qui hoc non vidit in Malcho, & tantā ingenij ac pietatis laudem iam tandē poſt mille trecentos annos ſibi à Magdeburgenſibus præripi eſt paſſus. O caudices, Baſiliū, Gregoriū, Nazianzenum, Ephrem, Palladium, Ioannem Climacum, Chryſoſtomum, Auguſtinum, Paulinum, Caſſianum, vtrumq; Gregorium, Sophronium: qui Dei mandata præuaricati, fruſtra Deū coluerūt. O præclarū Magdeburgenſium acumen, qui Hieronymū ſeriò non agere hanc Malchi cauſſam tam ridiculè colligunt. CRIT. Nolo iam amplius hanc cauſſam vrgere. IREN. Si hanc non vrgeas, fruſtra ceteras, quæ ab hac pendent, vrgebis. Si enim ceterorū patrum, atq; etiam Hieronymi teſtimonio conſtet, Monaſticā vitam adeo Diuinę voluntati nō aduerſari, vt potiſſimam potius viam ad Deum ſincerè atq; integrè colendū præſtet; quantumuis tibi dederimus Hieronymum Malchi, & Pauli vitam ludicra exercitatione meditatum, parū inde adiumenti ad cauſſam tuam acceſſerit. Sed nos tamen omnes totius huius contra Malchū calumniæ partes ventilabimus; & cum ea latiſſime omniū pateat, qua vel parentibus morem non geſſiſſe, vel matrimoniū contemſiſſe dicitur, de hac primum diſſeramus. Parentū honorem quidem in eo læſum clamitant, quod eos inuitos adoleſcens præter pij filij officium deſeruerit, & ſe Monachum profeſſus ſit: matrimonij; vel quòd ſponſam, quam parentes ei parauerant, reliquerit, (quod non eſt factum ſine parentum quoq; cōtemtu) vel quòd, matrimonio poſtea contracto, ab ea abſtinuerit, & de perpetua caſtitatis profeſſione contra Dei verbum cū vxore conuenerit. CRIT. Huic ſuperſtitioni, & crimini obnoxios diximus, Alexiū, Leobardū & Aruernenſem illum cum Euphraſia & Papula. IREN. Vno ergo reſpōſo & Malchū, & reliquos à calumnijs Magdeburgenſium vindicabimus. Tu igitur forſan arbitraris, ordinationem Monachi

contra

Reſutatio.

Malchi hiſtoria aſſeritur Theodoreto.

Magdeburgenſium refulſa in Malchum calumnia.

Magdeburgenſium metaphyſicum & monſtroſum acumē.

Quid in Malcho Magdeburgenſes calumnientur.

Magdeburgenſium calumniæ in Malchū et alios Monachos diſſipantur.

[1] *Eccleſ. hiſtor. lib. 4. c. 28. & in hiſtor. relig. in Maſyma.*

[2] *Metaphra. in vita Malchi. tom. 7. Aloyſ.*

Cent. 4. cap. 10. columna 1304.

contra parentum, vel ſponſæ voluntatem, nec Hieronymo placere, nec etiam ratam habendam eſſe. Atque ideo ſubeſſe cauſſam, cur iſti me hæc Hieronymum de Malcho ſimulate, & non ex animo referre. CRIT. Tu meã ſententiam recte coniectas. IREN. Atqui cum matrimonium à liberis initum, inuitis parentibus, patres Eccleſiæ non reſcindunt, atque ea ſit totius Eccleſiæ conſuetudo, cur non erit & Monaſtices profeſſio incõcuſſa atque illibata? Cur, quod carni datur, ſpiritui denegatur? cum vtrunque ſit matrimonium, ſed longe inæquale, & alterũ tanto præſtantius altero, quanto anima præſtat corpori, aut potius Deus homini? Cur quod valet in bono inferiori, in præſtantiori à te tollitur? Niſi forte idem cum Magdeburgẽſibus ſentias, qui contemtis Hieronymo, Auguſtino, & aliis patribus, imo potius Paulo & Chriſto, facti nuper ſunt noui Iouiniani, virginitatem matrimonio nihil præſtare impuro ore vociferantes. Sed audiamus Ambroſium cum huiuſmodi parentibus, qui ſancto filiorũ voto ſe opponũt, diſſerentem. *Si hominem, inquit, amarent filiæ veſtræ, per legem eligerent, quem vellent. quibus igitur hominem eligere licet, Deum non licet?* Adeo certe Ambroſius virgines non improbat, quæ, inuitis parẽtibus, virginitatem cõſectantur, vt in eis quoque illud Chriſti locum habere arbitretur: Nemo eſt qui reliquit domum, aut parentes, aut fratres, aut vxorem, aut filios propter regnũ Dei, et non recipiat multo plura in hoc tempore, & in ſæculo venturo vitam æternam. Sed Hieronymus forte aliud ſentit. Imo Malchum ſuum & alios contra Magdeburgenſium tuerum criminationem, ad hunc modum egregie defendit: *Licet paruulus ex collo pendeat nepos; licet ſparſo crine, & ſciſſis veſtibus, vbera, quibus te nutrierat, mater oſtendat; licet in limine pater iaceat; per calcatum perge patrem, ſiccis oculis ad vexillum crucis euola. Solum pietatis genus eſt, in hac re eſſe crudelem.* Ac poſtea, *facile rumpit hæc vincula amor Dei, & gehennæ timor.* Deinde, cum obiiceret; *Scripturam præcipere, parentibus obſequendum*: reſpondet, *quicunque eos ſuper Chriſtum amat, perdit animam ſuam. Gladium tenet hoſtis, vt me perimat, & ego de matris lacrymis cogitabo? Propter patrem militiam Chriſti deſeram, cui ſepulturam Chriſti cauſſa non debeo, quam etiam omnibus eius cauſſa debeo?* Hæc & alia id genus pro ſuo Malcho Hieronymus, & merito. Vt enim parentibus nullo modo mos gerendus eſt, quoties quicquam eorum ab illis præcipitur, quæ facta lædunt pietatem, verecundiam, & famam noſtram: ita certe, nec eis parendum eſt, quoties ad perfectiora aſpirantibus iniuſte aduerſantur.

Monaſtica vita profeſſam etiã contra parentum voluntatem licitam eſſe & ratam.

Magdeburgenſes noui Iouiniani.

Cent. 4. c. 4. pa. 301. & c. 5. p. 381.

Ad Marcellinam ſororem de virginibus lib. 1.

Ambroſius.

Luc. 18. multo plura.

Hieronymus.

Ad Heliodorum.

Repelluntur Magdeburgenſium, & aliorum contra Romanum Pontificem, calumniæ: & oſtenditur non per illos, ſed per Euangelicos matrimonia rumpi: & non licere, dimiſſa propter fornicationem vxore, aliam ducere.

CAP. X. CRITOBVLVS.

At enim, vt ad illas duas quæſtiones, quæ proxime ſunt, veniā; vtrinquè mandatum Dei infringitur: qui rumpi matrimonium, niſi morte aut fornicatione, vetat. At vos præpoſtero iudicio omnia inuertitis; & poteſtatem, quam Deus innocenti dat ad matrimonium repetendum, in veteri Eccleſia paſſim vſurpatam, vt ex

Cent. 5. ca. 10 p. 1289 In vita Paulini.

Obijcitur.

Fabiolæ exemplo, Ambroſij monimentis, & ipſis Romanis legibus apparet, eripitis: quandam verò, alijs à Deo ablatam, ſponſam videlicet deſerendi, monaſticenq; profitendi vltro defertis. Neque id vobis hic ad cauſſationem proderit, quòd huiuſmodi matrimonium nudo conſenſu, omni corporum coniunctione vacuum conſiſtat. *Nuptias* enim *non concubitus, ſed conſenſus facit*: vt, cum vtrumque ſit verum matrimonium, neutrum per Monaſtices poſtea profeſſionem conuelli debeat: quod tamen Papæ ueſtri auſi ſunt. Sed quo non euaſit immoderata eorum audacia?

Refutatur.

IREN. Hæc calumnia non in Papam & Catholicos, ſed tuos potius Euangelicos quadrat, qui matrimonia, contra Dei & Eccleſiæ auctoritatem, pro ſua libidine infirmant, & perimunt. Nam vt nihil dicam de ſpirituali illo & præſtantiore matrimonio, quo Chriſtus Monacho, cum primum initiatur, vt ſponſus adiungitur: cuius horribilis

Impotens Euangelicorum libido.

diſſipatio apud veſtros Monachos cernitur, qui impotenti quadam libidine, nec in primis, nec in ſecūdis ſubſiſtunt, ſed ad tertias & quartas nuptias, idque præcipitata iam ætate præcipites proruunt, in aliorum etiam nuptijs diuellendis omnia, horrenda quadam rerum ſpecie, innouarunt: multo ad ea diſtrahenda proniores, quàm lex vel Moſaica, vel Romana; imo ob leuiores cauſſas ab eis

Bucerus bubulo ſuo, vel potius taurino cornu omnia matrimonij repagula rumpit.

In 19. cap. Matth. vide Tapperū arti. 18 in reſpō. ad Buceri argumēta

reſiliunt, quàm per leges liceat à ciuili contractu. Noſti enim, credo, Buceri in hoc genere doctrinam; qui non ſolum ob fornicationem, ſed ob minutas quaſque cauſſas, quandocunque, & quocunque nomine coniuges ita diſſideant, vt in gratiam redire nolint, repetendi matrimonij facultatem, pro ſua Apoſtolica liberalitate vltro defert. Cui intemperantiæ nec Moyſes vnquam lex adeo fræna laxauit; quæ licet ob fœditatem & turpitudinem vxoris, eius abijciendæ facultatem præbeat, non de alia tamen fœditate eam veteres Hebraici accipiebant, quàm de qua Chriſtus interpretatus eſt, id eſt, fornicatione; vt Paulus Burgenſis oſtendit. At poſteriores

In addit. ad 24 Deuteron.

Rabini legem deprauantes, iſta diuortia commenti ſunt, vt intelligas, ex qua ſchola Bucerus hanc Theologiam hauſerit. Cuius ſunt & illa de matrimonio paradoxa: tam firmum eſſe matrimonium, cum verba in futurum concipiantur, ac ſi in præſens concepta fuiſſent: matrimonium ex ſolo maritali officio, corporiſque coniunctione firmum eſſe: expedire vt ciuilis magiſtratus (cui ille ampliſſimam hic iuriſdictionē prorogat, excluſa Eccleſia, ad quam ea

Buceri de matrimonio paradoxa.

proprie

proprie pertinet) lege caueat, qua liberum ſit, matrimoniũ præſenti conſenſu cõſtitutum, niſi concubitus interueniat, reuocare, nouaſq; nuptias ambire. Quin & quinti huius Euangelij Apoſtolus eaſdem de repudio leges figit, quas veterum ante Chriſtũ Rabbinorum malitia induxerat, quaſq; Chriſtus reprehendit. Cui, & Bucero vt Brentius & alij Euangelici propter tam effrenatam licẽtiam aduerſantur: ita omnes, quaſi ſigno dato, contra Catholicam Eccleſiam, aut potiùs Chriſtum, & Apoſtolos conſpirant; vt diuertenti propter fornicationem, nouũ matrimonium, quaſi ex Chriſti apud Matthæum auctoritate, indulgeãt: cum Chriſtus ibidem non tam matrimonium de nouo ineundi, quàm vxorem adulteram dimittendi cauſſam agitet. Nec tam ſimpliciter nullum dicit eius adulterium, qui, vxore huiuſmodi à ſe abdicata, alterã ſibi admouet, quàm minorem eſſe in eo adulterij culpam, quàm ſi, proba & caſta vxore ablegata, ad nouas nuptias ruat: vt olim Auguſtinus interpretatus eſt. Quod ſi impeditiora, & perplexiora ſint Matthæi verba, vt re uera ſunt: quin claram atq; expeditã Marci, Lucę, & Pauli interpretationẽ, atque auctoritatem ſequimur? *Quicunq;*, inquit Marcus, *vxorẽ dimiſerit, & aliã duxerit, adulteriũ cõmittit ſuper eam.* Iam Lucas, *Omnis, qui dimittit vxorem ſuam, & alterã ducit, mœchatur.* Paulus verò, *Mulier alligata eſt legi, quãto tẽpore viuit vir eius; ſi autẽ dormierit vir eius, liberata eſt; cui vult, nubat tantùm in Domino.* Igitur, viuẽte viro, vocabitur adultera, ſi fuerit cũ alio viro. Quæ Chriſtus Phariſæis apud Matthæum paulo fortè obſcurius videri poteſt reſpondiſſe; ea Apoſtolis poſtea percunctantibus apertius retulit. Quod eius nobis reſponſum clara verborũ luce Marcus, Lucas, & Paulus retulere; in quam ſententiam [1] Origenes, [2] Tertullianus, [3] Hieronymus, [4] Auguſtinus, [5] Chryſoſtomus, atque [6] Ambroſius, perſpicue tribus in locis, vt nihil nos morari debeat, ſi [7] vno aliquo in loco perplexius loquatur, & [8] Africani in Synodo Mileuitana; & alij patres, & tota poſtea Eccleſia Catholica, Chriſti verba interpretantur. Mileuitani certè Imperatorem orandum putarunt, vt idem per leges imperij caueret. Sed iſti ſtatim a [9] Philippo Melanchthone, graui cenſore, caſtigantur, quaſi fœde prolapſi. Sed qua ratione præclarus cenſor lapſos putat? *quia Fabiola,* inquit, *Romæ aliud contraxit matrimonium, quemadmodum teſtatur Hieronymus.* O acumen! ò egregiam Theologiam! Ita'ne vnius feminæ exemplum tot patrum ſcitis (inter quos eminuit Auguſtinus) præiudicabit? & quo iam euanuit illius Synodi tam ſacroſancta aliâs auctoritas, quod quaſdam appellationes ad imminuendam Romani Pontificis poteſtatem præciderit? Sed Hieronymi quoque aggregatur auctoritas. Aggregetur, ſi velint. An tanta Synodus, & tota Eccleſia vni Hieronymo cedere debeant? Sed nos aggregatum Hieronymũ non iniquo animo feremus. Aggregatur

Lutherus

Euangelicorum contra Chriſtũ & ipſam Catholicam Eccleſiam conſpiratio.

Matth. 19.

Libr. 1. de adult. cõiug. cap. 9. tom. 6

Cap. 10.

Cap. 16.

1. Cor. 7.

Roman. 7.

1 Homil. 7. in Matth.

2 Lib 4. cõtra Marcion.

3 In Epitap. Fabiolæ tom. 1. & in 19. Matt. tom. 9

4 De nup & concup. c. 10 De bono cõiug. cap. 7. tom. 6. & lib. 1. & 2. ad Pollent. tom 7.

5 Homil 17 ſuper Matth. tom. 2

6 Rom. 7. lib. 8. in Lucam lib. 1. cap. 4 de Abraham.

7 Ambro. 7. ad Cor. videtur aliter loqui.

8 canon. 17

9 In libr. de Eccleſia.

Qui patres aſſenſerunt, dimiſſa propter fornicationem vxore, non licere aliam ducere.

Melanchthonis craſſa Theologia

Hieronymus.

quidem;non autem ad Euangelicos, ſed ad reliquam Eccleſiam, illius,vt dixi,auctoritas. Factum Fabiolæ recenſet ille quidem,ſed ita,vt non tam ipſe damnet,quàm eã Euangelij vigorem in matrimonio repetendo ignoraſſe,& ipſam ſe Fabiolam damnaſſe, & ob tantam temeritatem in ſacco pœnitentiã egiſſe fateatur. Tam ſcitè, tam elegãter,tam concinnè Philippus hiſtorias ad noui huius Euãgelij confirmationem applicat. Hęc mihi ideo ſunt contra Magdeburgenſes tuos dicta,vt oſtenderẽ eos errare, qui,fornicãte vxore, noui matrimonij poteſtatem viro faciunt:& Euangelicos eſſe,non Catholicos,qui matrimonium contra Chriſti & Eccleſiæ placita periculoſe diuellunt.Quod vt ſemel conſummatum,nullo modo; ita non cõſummatum Eccleſia haud vnquam,niſi ex diuina auctoritate, reſcindit;& tantum matrimonio defert, vt id in numerum Sacramentorum,quod præceptores tui nullo pacto ferre poſſunt, referendum cenſeat. Quæ cum ita ſint, miror,quo illi iure matrimonij ritè colendi laudem Catholicis præreptam ſibi vindicare poſſint. Nam quantum matrimonio ſit derogatum, quantumque malorum in rempub. Chriſtianam inuectum ab eo tempore, quo ipſi,ruptis matrimonij repagulis, tam latã libello repudij feneſtrã aperuerunt,non eſt,quòd hic tibi recenſeam:cùm vbiq; locorum, vbi hęc iſtorum ſententia recepta eſt,tot ac tam triſtia quotidie occurrãt exempla;& querelarum de diuortijs plena ſint omnia.

Fabiola.

Referuntur variæ hiſtoriæ, & exempla perpetuæ mutuo coniugum inter ſe conſenſu continentiæ.

CAP. XI. CRITOBVLVS.

VT tibi in his, quæ hactenus diſſeruiſti,aſſentiar, quid iam ad illud dicendum putas, quod Malchus cum vxore ſua de perpetua caſtitatis profeſſione conuenerit? In quo eum matrimoniũ ſecundum doctrinã Dæmoniorum contemſiſſe, Magdeburgẽſes noſtri arguunt. IREN. Quid ego aliud dicendum exiſtimem, quàm quod heri ex Hieronymo,Auguſtino, Paulino, Gregorio de perpetua, mutuo coniugum inter ſe conſenſu, continentia cõtra Balſamonem,& alios tuos Græculos recitaui? id quod non tam eos, quàm eodem quoq; vulnere Magdeburgenſes tuos proſternit. Sed hos iſti, maxime tres poſteriores,repudiant,neque alia, quantum ego adhuc perſpicio,ratione; quàm quia cum Malcho *fruſtra*, vt Centuriones iſti loqui ſolent, *Monaſtica vita Deum coluerint*: cũ reuera nõ tam Auguſtinum & alios patres,quàm Apoſtoli, atque adeo illud ipſius Chriſti conſilium: *Qui poteſt capere,capiat*: hac ſua temeritate reiiciant;& admirãdæ ſanctitatis viros, quos doctiſſimi & ſanctiſſimi patres,ob ſummas raræ continentiæ laudes,maximis præconiis amplificarunt, ſæuis conuiciis lacerent, ac diſcerpant, quaſi

Cẽt.4.c.10. col.1304.

Magdeburgẽſes non ſolum Auguſtini, Paulini, Gregorij teſtimonia reiiciunt, ſed ipſum etiam Chriſti conſiliũ.

Cent.5.cap. 4.pag.701.

Magdeburgenſium conuicia in homines continentia laude inſignes.

Matth. 19.

quaſi graues matrimonij & diuini præcepti præuaricatores; quòd in cõiugio, virgines ſe tamẽ exhibuerint. Vapulat ab eis & Victor ſanctus ſub Arianis Confeſſor, qui nouũ quendã Malchũ inuenit, & laudat, Maturianum ſcilicet, quendam adoleſcentulum, Vandali ſeruum; qui ab hero cum Maxima eiuſdem ancilla matrimonio iunctus, vxorem pulchra metamorphoſi in ſororem conuertit. Sed quo modo niſi ſummo grauis Dei vindictæ, & animę ſuę periculo, Maturianus Maximæ Deo conſecratam virginitatem, (quantumuis huc à barbaro atq; hęretico hero adigeretur) violaret? Neque enim veteres Martyres, aliique Catholici, Lutheranicum iſtud Euangelium, quo Monachorũ & Monacharũ nuptię (quarum & doctrina & exemplo quaſi dedicator fuit Lutherus) ratæ & iuſtæ habentur, vſquam probaſſe produntur. Maturianus certè clariſſimus poſtea Martyr euaſit: quem Deus præclaris tam viuum, quàm mortuum miraculis (quæ, ſi locus daretur, & memoria ſuggeret, forſan recenſebo) illuſtrauit. Inter eos autem, quorum eximia continentiæ laus, etiam poſt matrimonium contractũ, ſcriptis ſanctiſſimorũ patrũ celebratur, principem quẽdam locum obtinet Amon ille Ægyptius, qui prima nuptiarũ nocte, propoſitis ſponſę virginitatis cõmodis, merito, & præmiis, tantũ, & tam admirabilẽ continentię ardorem in animo eius accendit, vt nec ea nocte, nec vllo vnquã per totam vitã tempore, liberis procreandis operã dederint; ſed totos XVIII. annos in iiſdem ædibus degẽtes, virgines permãſerint. Quibus tranſactis, illa cõſentiente, eremum ille petiit. Sed iam accipe, quas pœnas tanto huic pręuaricatori Deus irrogarit. Cum animam itaque efflaſſet, mox Beatus Antonius longe in eremo diſſitus, animam eius in cælum delatã inter Angelicos choros, cæleſti ſimul harmonia audita, vidit. Sed de iſta hiſtoria apud Centuriones, nec de ipſo Amone, (ibi præſertim, vbi ex profeſſo vitas Monachorum deſcribunt) vel vocula exſtat. Verebantur enim, ne hæc hiſtoria ex fide prodita impuram ipſorum doctrinam contra perpetuam coniugum continẽtiam prorſus perimeret: néue Euagrij, aut Palladij teſtimonio, qui hæc de obitu Amonis ex Athanaſij de vita Antonij libro recitat (quæ etiam poſt eum ex eodem Athanaſio Socrates ſimiliter repetit) apertè cõuincerentur, qui eius hiſtoriæ auctorẽ Athanaſiũ lubenter non agnoſcerent. Eſt & Pelagius Laodicenus Epiſcopus apud veteres, ob præclaras virtutes, fideiq; nobilem ſub Valente confeſſionẽ, ob quam exſilio multatus eſt, celeberrimus. Is cũ iuuenis vxorẽ ſibi adſciuiſſet, primo nuptiarũ die, & in ipſo nuptiarũ thalamo, oratione ſua tantũ ſponſæ caſtitatis ardorem immiſit, vt ſponte eam cũ illo, quã per totã poſtea vitã accuratè obſeruabant, profiteretur. At hic noui noſtri Euãgelici Magdeburgenſes exclamãt (ſi tamen credere fas eſt) hoc etiã factũ ſuperſtitionẽ redolere.

De perſecution. Vandalorum. lib. 1
Cēt. 5. cap. 4. pag. 518.
Victor.
Maturianus, alias Maurianus.
Inceſta apoſtatarum inter ſe nuptiæ.
Palladius in Lauſiaca hiſtoria.
Sozom. lib. 1. cap. 14.
Amō Aegyptius
Athanaſ. in vita Antonij.
Cent. 4 cap. 10 p. 1294 cũ ſequentibus.
Perfidiam Magdeburgenſium ſilentium de Amone.
Hieron. de ſcript. Eccleſ. in Euagrio, & Pallad. ad Lauſum.
Athanaſiũ vitã Antonij ſcripſiſſe Magdeburgẽſes nolũt agnoſcere.
Socrat. lib. 4 cap. 23.
Pelagius Laodicenus Epiſcopus.
Theodoret. lib. 4. cap 13
Tripart. lib. 7. cap. 14.
Cent. 4. cap. 10. pa. 998

Imperitè itaque, atque impiè Magdeburgenſes cum alios, tum & pium illum virum Aruernenſem, & miraculum à Deo editum, multoque maiore temeritate Malchum reprehendunt. Qui ſi ſanctos iſtos Theologos audiſſet; grauiſſimo, (non ſolo eo voto violato, quo per Monaſticam profeſſionem caſtitati ſe aſtrinxit, ſed & illo maiore, quo per Baptiſmum omnibus ſe Chriſti præceptis ſeruãdis obligauit) duplicati adulterij piaculo ſe obruiſſet. Habuit enim mulier, cui cõſociatus eſt Malchus, maritum ſuperſtitem, vt narratio Hieronymi indicat. Quod iſti, ne ſuam ipſi calumniam prodetent, pro ſua ſumma fide reticent; & pro ſummæ pietatis laude, quam ei tribuere debuiſſent, in eum atque adeo Hieronymum debacchantur; & mirantur *quòd tot hominis ſcelera prius commemoranda, quàm damnanda cenſuerit.* In qua iſti querela ſe produnt, ſuamque cauſſam; & ſatis ſe intelligere, ſerio & non rhetorica exercitatione Hieronymum iſta agitaſſe. Alioqui quorſum illa contra Rhetorem in ficto argumento ludentem vociferatio? At quę ſunt iſta Malchi, ô boni Theologi, ſcelera? Quanta potius laus, Chriſtianum, eumque Monachum, alienum thorum non inuaſiſſe? Niſi fortè Hieronymo iraſcantur, quòd quintũ iſtud Euangelium nunquã probarit, quo Monachus Monachæ nõ tam ſine pęna capitali, quàm aduerſus tantũ ſacrilegium optimus Imperator Iouinianus ſtatuit, quàm cũ quadam pietatis laude (hoc enim argumẽto ſe primùm Lutherus Euangeliũ ſepultũ in lucem euocaſſe iactitat) conſociatur. Aut iſti in eadem cum magiſtro hæreſi hæreant, vt cum eo clamitent, *ſi vxor nolit, ancilla venito*; &, ſi vxor aut diutius ægrotet, aut longius abſit, nec propinqui reditus ſpes detur, & ob multas alias leuiores cauſſas; ad nouos ſtatim hymenæos curratur. Neque ſanè intelligere poſſum, quid ſecuti exiſtiment, aduerſari verbo Dei coniuges, ſi communi conſenſu continentiam profiteantur: niſi fortè eo ſint errore implicati, vt credant perpetuam cõtinentiam longè ſupra id eſſe, quod ab homine præſtari poſſit; & nos ad Apoſtolum ſuum ablegent, vt ab eo diſcamus, *Creſcite & multiplicamini* (quod nõ tam hominibus dictum eſt, quàm auibus, beſtiis, & piſcibus) præceptum eſſe, & plus quàm pręceptũ. *Creſcite,* inquit, *& multiplicamini, non eſt præceptum ſed plus quàm præceptum; diuinum puta opus, quod non eſt noſtrarum virium, vel vt impediatur, vel vt omittatur, ſed tam eſt neceſſarium, quàm vti maſculus ſum, magisq; neceſſarium, quàm edere, bibere, purgare, mucum emungere, ſomno & excubiis intentum eſſe.* O dignam tali Apoſtolo vocem! O nouam caſtitatis ſcholam, longe aliam ab illa Apoſtolorum, quam ego tibi ex Philone depinxi. Polemon Ethnicus, cum aliquando temulentus Xenocratis ſcholã ingreſſus, præceptis eius eſſet imbutus, ſobrius & abſtinentiſſimus poſtea factus eſt. At ſi quis Chriſtianus ſcholam Lutheri frequentet, & præceptori grauiter operam det, ex

Catho-

Magdeburgenſiũ perfidioſum ſilentium.

Cent. 4. cap. 10. p. 1304

Hieronymũ ſerio vitam Malchi ſcripſiſſe Magdeburgenſes ſibi non conſtãtes videntur agnoſcere.

L. Si quis C. de Epiſc. & cleric.

Lutherus.

Caſtitas ſchola Lutherana.

In ſermone quodam de matrimonio.

Polemon.

Auguſtinus epiſtol. 130

Catholico hæreticus, ex caſto totius libidinis mancipium facile
euaſerit. Illud vero ſatis nequeo mirari, quid ſit, quod iſti tam
graues Theologi factum Berthegundis, quę iniquo matris conſilio
contra mariti ſui voluntatem, illius conſortium fugiens & legiti- [*Berthegundis pręposterą continentia.*]
mas nuptias damnans, in Monaſterio degebat: tam tragicis vocife-
[Cent. 6. c. 6. pag. 356.] rationibus exaſperent; niſi forte lectori imperito inde perſuaſum
cupiant, Catholicam Eccleſiam hoc eius factum probaſſe. A quo
crimine tam longe ſemper abſuit, vt ſemper docuerit, nunquam li-
cere alteri coniugum ſine alterius aſſenſu & voluntate aliquam vi-
uendi rationem inire, ſiue ea fuerit Monaſtica, ſiue quæuis alia, quæ
cum legitimo matrimonij vſu nequit conſiſtere. Atque hæc qui-
dem communis & concors eſt omnium patrum ſententia. Imo ipſe [*Gregorius Turonenſis.*]
[Lib. hiſt. 9. c. 33.] Gregorius Turonẽſis, vnde hanc hiſtoriam ſumſerũt, id quod nec
ipſi reticent, Berthegundem hac de cauſſa grauiter reprehendit,
& eo adegit, partim ſua auctoritate, partim metu *interdicti Eccleſia-
ſtici*, vt ad maritum rediret, ac debitum illi redderet. Sed quod
attinet ad perpetuam coniugum inter ſe continentiam, vnum ali-
quod eius rei documentum, quod omnium maximum, & præci-
puum homini Chriſtiano eſſe debet, vtpote omni exceptione ma-
ius, pæne ſilentio prætetieram. Quod iam, quia memoriæ occurrit,
hic ſubiiciam; & quo in mente tua altiores radices agat, in eo con-
cludam, & definiam omnem hanc de caſtitate vxoris & mariti ex
vtriuſque conſenſu orationem. Sed quid illud eſt, inquies? Id certe
illud eſt, quod homini Chriſtiana religione imbuto omnium eſt
notiſſimum: & quod Magdeburgenſes tui, quantauis ſint arro-
gantia, & impudentia, nunquam tamen, opinor, tantum ſibi arro-
gabũt, vt id præfracte infitiari audeant. Quod ſi auſi fuerint, vt ſunt
homines ad quiduis negandum, quod ipſorum placitis aduerſa-
tur, & ad quiduis aſſerendum, quod cum eorum paradoxis aliquo
modo conſentiat, paratiſſimi: nulla tamen arte vnquam efficient,
vt id ſine impudentiæ nota & inexpiabili hæreſeos labe feciſſe vi- [*Ioſephi & B.*
deantur. Hoc igitur abs te & illis quæro; num contra Dei verbum, *Mariæ perpetua*
[Cent 4. cap. 10. col. 1304.] vel, vt ipſorum vocibus vtar, *ſecundum doctrinam Dæmoniorum* bea- *ex conſenſu continentia.*]
tiſſima Dei genitrix Maria, & ſanctiſſimus illius maritus Ioſephus
perpetuo ab omni actione prolis generandæ ſe continuerint, & de
eo inter ſe conſenſerint? Nam horum vtrumque eos feciſſe, nemo
niſi vel ſacrarũ litterarũ omnino rudis, vel à fide Catholica alienus
negare poteſt. Conſtat enim inter omnes omnium ſæculorũ pro-
batos ſcriptores, Ioſephũ neq; ante, neque poſt Chriſtũ natũ rem
cum B. Maria vnquam habuiſſe: licet Eluidius, & Iouinianus, &
Antidicomarianitę, qui nõ nunquã Antidicomariani, & Antidico-
maritæ etiam appellantur inſignes hæretici, temere contrarium
aſſerere nõ dubitarint. quorũ error iam pridem exploſus eſt. Cùm
igitur hi ſanctiſſimi coniuges fuerint ſemper cõtinentes; quis erit

tam mentis inops aut impudens, vt alterum eorum contra ipſius mentem & voluntatem ab altero huc adactum fuiſſe, audeat profiteri? Quod ſi Magdeburgenſes refractarij, vt ſui ſint ſemper ſimiles, dixerint; *ita vtrunque fuiſſe affectum, vt ſtatuto tempore, more aliorũ coniugum, voluerint liberos dante Deo procreare*: primum ab eis percunctabor, quo auctore id ſcribãt, deinde, vt hoc eis largiar, nunquam tamen probare poterunt, B. Mariam & eius maritum liberis operam dediſſe; etiamſi ab Eluidio, Iouiniano, Antidicomaritanis, & aliis iam diu ab Eccleſia damnatis hæreticis, omnia ſibi auxilia accerſant. Quod ſi liberis operã non dederint; id factũ eſt, vel altero inuito, vel ambobus conſentientibus. Altero verò repugnante, vtrumque ſe cõtinuiſſe, quis eſt tam impius & inſanus vt dicat? quis tam ſtultus & profanus, vt credat? Conſequitur ergo, vtriuſque coniugis conſenſione vtrumque vitam in omni caſtitate trãſegiſſe. Quod eorum ſanctiſſimum factum abeſt tantum à *doctrina* (quam nefario & blaſphemo ore crepant & eructant Magdeburgenſes) *Dæmoniorum*, vt nihil poſſit magis eſſe contrarium. Horum igitur exemplo & auctoritate cũ Malchus & vxor eius, tum multi alij cõiuges, quorum aliquot tibi iam recenſui, inter ſe de perpetua caſtitate laudabiliter ac pie cõuenerunt. Sed quo maior fides habeatur iis, quę dixi de conſenſu caſtitatis in Ioſepho ac Maria, & aliis cõiugibus; placet Auguſtini ea de re ſententiam proferre. Sic igitur ille: *Quibus vero placuit ex conſenſu, ab vſu carnalis concupiſcentiæ in perpetuum continere, abſit vt inter illos vinculum coniugale rumpatur; imo firmius erit, quo magis ea pacta ſecum inierint, quæ carius concordiusq; ſeruãda ſunt, non voluptariis corporũ nexibus, ſed voluntariis affectibus animorũ. Neque enim fallaciter ab Angelo dictum eſt ad Ioſeph; Noli timere accipere Mariam cõiugem tuam. Coniux vocatur ex prima fide deſponſationis, quam cõcubitu nec cognouerat, nec fuerat cogniturus: nec perierat, nec mendax mãſerat cõiugis appellatio, vbi nec fuerat, nec futura erat vlla carnis commixtio.* Deinde hanc diſputationẽ ſic cõcludit: *Cur ergo non coniuges maneãt, qui ex cõſenſu concumbere deſinunt, ſi manſerunt coniuges Ioſeph & Maria, qui concumbere nec cœperunt?* Idem alibi verba faciens de coniugio Mariæ & Ioſephi, in eandem ſententiam ſic ſcribit: *Hoc, inquit, exemplo magnifice inſinuatur fidelibus cõiugatis, etiam, ſeruata pari conſenſu continentia, poſſe permanere coniugium, nõ permixto corporis ſexu, ſed cuſtodito mentis affectu, &c.* Atque hęc de & pro laudabili coniugũ ex vtriuſque inter ſe conſenſu in perpetuum continentia dixiſſe, ſit ſatis.

Auguſtinus.

Cent. 1. l. 1. c. 10. p. 366

Lib. 1. de nuptiis & concupiſc. c. 11. tom. 7.

Ibidẽ. c. 12.

De conſenſu Euange. lib. 2. ca. 1. tom. 4.

An liceat, relicta ſponſa, ingredi religionem.

CAP. XII. CRITOBVLVS.

Tv mihi iam aliquam hiſtoriæ faciem, & Malchi factũ probabile ac laudabile efficis: illam tamẽ notam & labem nõ deterſiſti; qua iſti ob ſponſas temere, & contra verbũ Dei abdicatas aſperguntur.

IREN. Hic ſane nobis valde ſudandum eſſet, niſi certa totius Eccleſiæ auctoritas clare præiret, ex qua iſta quæſtio expedita eſt, vt & illæ aliæ de marito fornicante aut Ethnicam vxorem dimittente, ex ipſis Scripturis. Quoties enim manifeſto ſacrarũ litterarũ teſtimonio deficimur, dubitationes in huiuſmodi quæſtionibus ex Romani Pontificis, ex Conciliorum, ex Eccleſiæ vſu & magiſterio, hærentibus animis eximi recte ſolent, vt anxiæ mentes in ſolida quiete, ab omni fluctuatione atq; iactatione liberæ collocētur. Non eſt igitur, quòd hic animis amplius fluctuemus poſt expreſſam Eccleſiæ vocem. Eſt præter commemoratas & alia ratio valde vtilis, & ad id, quod quærimus, accommodata: nempe vt Dei certam voluntatem in huiuſmodi rebus ambiguis (quoties ſcripturarum & Conciliorum præſidio deſtituimur,) ex probatis ſanctiſſimorum hominum exemplis, quos vitæ ſanctitate, & miraculorum præſtantia Deus honeſtauit, colligamus. Vt recte & prudenter ſcripſerit Auguſtinus, quòd *pleraque in verbis* Scripturarum *intelligere non valentes, in factis ſanctorum colligimus, quemadmodum oporteat accipi; quod facile in aliam partem duceretur, niſi exemplo reuocaretur*. Cuiuſmodi clara exempla in Malcho, Alexio, Euphraſia, & ſimilibus occurrũt, & ne calumnieris de Malcho, non Alexij modo, ſed & Malchi hiſtoriã per totam hactenus Græcam & Latinam Eccleſiam ab omni ante Magdeburgẽſes calumnia & conuicio liberam fuiſſe, conſtat: Et eundem fuiſſe totius Eccleſiæ ſenſum, imperante Theodoſio, ex Euphraſiæ hiſtoria perſpicuũ eſt. Si enim Scripturæ, canones, aut Eccleſiæ conſuetudo aduerſabãtur Euphraſię; quorſum tantus imperator blanditiis, muneribus, minis, omniq; auctoritate, à puella tenera contenderet, ne ſponſum relinqueret, cum potuiſſet iure & legibus vel ab inuita id extorquere, & vel Monaſteriũ ingreſſam, propter vitiatam initiationem ex præcedentis matrimonij auctoritate, quantumuis repugnantem, extrudere: vt nihil iam ſit cauſſæ, cur nõ & iis, quæ Vincentius, atque Petrus de Natalibus de Thecla martyre, quæ ſponſo nuncium miſerit, virginitatemq́ue profeſſa ſit, conſcripſere, fidem adhibeamus. Quod iſti fabulam olere dicunt. Quam tamen iſti adeo fabulam non eſſe ſciunt, vt grauiſſimum auctorem,[1] Ambroſiũ intelligo, qui nille ante Petrum de Natalibus annis, id ita eſſe, teſtatus eſt, non audeant recitare: neque ea, quę de Beata Martyre Cæcilia ſimiliter refert, multoque minus, quæ[2] Beda &[3] Metaphraſtes de Ioanne Euãgeliſta recenſent. Quem Chriſtus ab ipſis nuptiis in Cana Galileæ, quanuis ſua eas præſentia & miraculorum primitiis commendarit, virginem ad ſe vocauit. Nec Ambroſius ſolus, ſed &[4] Epiphanius Theclam à nobiliſſimo, formoſiſſimo, ac ditiſſimo ſponſo per Paulum ad virginitatem auocatam ſcribit. Quare nullam iſti cauſſam afferunt, cur non & ex hac quoque parte Malchi hiſtoriam probemus.

Quæſtionum, de quibus Scriptura nihil certi tradunt, definiendarum duplex ratio.

C. ex parte. &c. verum De conuerſ. coniugat.

Sanctiſſimorum hominum exempla.

De mendacio ad Cõſentium cap. 15. tom. 4.

Auguſtinus.

Alexij & Malchi hiſtoriam, nemo ante Magdeburgenſes calumniatus eſt.

Euphraſia.

Thecla.

1 De virgin. lib. 2.

Ambroſius.

2 In Ioãnis illud: Si autem eum volo. Et in commend. Ioan. ante Euangelium ipſius tom. 5.

Beda.

3 In vita Ioannis.

Metaphraſtes.

Epiphanius.

4 Li. 3. tom. 2. hær. 78.

Vita Antonij ab Athanaſio conſcripta. Quam ſi iſti nolint pro ſua proteruia, hiſtoriæ dignitate ornare, amandabimus eos, quantumuis reluctantes, ad Antonij no minus inuiſam hiſtoriam ab Athanaſio, tanto totius orbis Chriſtiani lumine, conſcriptam. Quam cũ eum Gregorius Nazianzenus & Hieronymus ſcripſiſſe teſtetur; multaq; tam Græcorum quàm Latinorum monimentis de eo prodita referat Hieronymus: iſti cuperent quidem eam, quæ hodie extat, Athanaſio ereptam: cum ea, Athanaſio parente, & quæ ab omnibus, Monachis præſertim, accurate cognoſcatur, ſit digniſſima. Quam illi nulla alia quàm antiqua illa, non tam terribili quam ridicula machina, (id eſt, nuda infitiatione) euerti poſſe impudenter exiſtimant. Nam præter Gregorium & Hieronymum, Ruffinus quoque eadem de vita Antonij per Athanaſium conſcripta, & eundem etiam librum in Latinum ſermonem couerſum (qui hodie extat) commemorat. Auguſtinus item vitam Antonij Latine proditam narrat. De cuius miraculis ad hunc modum refert. *Stupebamus audientes tam recenti memoria, & prope noſtris temporibus teſtatiſſima mirabilia tua, in fide recta & Catholica Eccleſia.* Quare ſi nolint Hieronymi Malchum probare, ſaltem Antonio Athanaſij aliquid deferant: qui ſcribit deſponſatas puellas, ad conſpectum Antonij ab ipſo pæne thalamo receſſiſſe: deferant aliquid Auguſtino, qui refert duos milites poſt ſponſalia inita, lecta Antonij vita, & Monachorum cellis perluſtratis, voto ſtatim pudicitiam Deo conſecraſſe; & eorum poſtea ſponſas tam pulchrum exemplum pulchre æmulatas. Quòd ſi nec iſta, tanta quamuis auctoritate munita, Centurionibus noſtris arrideant, & pro ſua in Hieronymum reuerentia, niſi ille quoque, quaſi ſupremus arbiter, honorarium calculum adiecerit, & aliunde, quàm in ficto Malcho huiuſmodi exemplum nobis protulerit, cetera omnia, quantæcunque auctoritatis ſint, repudiaturi: age, & hic quoque illis acquieſcamus. Munimur enim & Macarij Eremitæ, qui ſanctitate & ſignis inter ceteros eminuit, præclara auctoritate. Qui, referente Hieronymo, *celebrato nuptiarum conuiuio, cum veſpere thalamum eſſet ingreſſurus, ex vrbe egrediens tranſmarina petiit; & Eremi ſolitudinem ſibi elegit.* His igitur, & aliis egregiis exemplis, & Spiritu ſancto intus eam docente, Eccleſia abunde confirmata, eas Scripturæ ſententias, quæ dirimi ſemel contractum matrimonium vetant, huc non porrigendas, optima ſponſi Chriſti interpres ſecure intelligit. Idque ea forte ratione, quod licet matrimonium inter ſponſos verum ſit; niſi tamen corpore quoque conſummatum fuerit, indiuiduam illam diuinitatis Chriſti cum ipſius humanitate coniunctionem non ſatis plene, cumulateque repræſentet. Ex maritali enim officio vna caro coniuges, & magnũ illud myſteriũ, de quo Adam vaticinatus eſt; *Hoc nũc os ex oſſibus meis*: & quod Paulus repræſentatũ agnouit; *Magnũ*, inquit, *ſacramentũ in Chriſto, & Eccleſia*, potiſſimũ efficiuntur.

Gregorius Nazianzenus. *Hieronymus.* *Ruffinus.* *Auguſtinus.* *Athanaſius.* *Auguſtinus.* *Macarius.* *Sententiarum in Scripturis prohibentium matrimonium contractum dirimi, quæ ſit ex Eccleſiaſtica traditione ſenſus.*

In vita Athanaſij. *Eccleſiaſt. hiſtor. li. 1. c. 8* *Lib. 8. Confeſſion. c. 6. tom. 1.* *In vita Antonij.* *Li. 8. Cõfeſ. cap. 6. tom. 1.* *27. quæſt. 2. c. ſcripſit.* *Gene. 2.* *Ephe. 5.*

efficiuntur. Quanquam neque illud forſan incommode dicetur (etſi vere ex Eccleſiæ ſcitis, per ſollennem religionis profeſſionem, alterius coniugum matrimonium non conſummatum dirimatur) ſpiritali aliquo, eoque commodo ſenſu, non tam rumpi, quàm perfici, & arctius conſtringi, leuiori & terreſtri vinculo in maius & cæleſte felicius tranſlato. Quo ſenſu à tota ſemper Eccleſia receptũ & creditũ eſt, licere cuiuis propria auctoritate, minora vota in gra-
De voto & voti redemtion. c. Scriptura. uiora & arctiora, & cetera omnia in religionis votum conuertere. Neque enim Romanus Põtifex Alexander fracti voti reum decre- *Alexander.* uit, qui temporale obſequiũ in perpetuã religionis obſeruantiam commutauit. Iſta vero quæſtio, vt & aliæ quædam, quas de matri- *Tridentinum Concilium.*
Seſſione. 24. canon. 6. monio agitauimus, recens per Tridentinos patres in œcumenica Synodo expedita eſt. In qua anathema iis denunciatur, qui aut non rumpi matrimonium, quoties alter ex coniugibus religionem
Canon. 5. et 7. profitetur, quam diu matrimonium illud per corporum coniunctionem non fuerit conſummatum; aut ob moleſtam cohabitationem, ſiue alterius adulterium, ſimileſque cauſſas matrimonium de nouo iniri poſſe affirmant. Atque ita me iam ſatis oſtendiſſe puto, à Malcho nihil vel de parentum, vel de Dei honore detractum: & ſiue iſta ſerio, (quod hactenus omnes arbitrati ſunt) ſiue ſimulate *Magdeburgenſium cũ D. Hieronymo diſſidiũ.* Hieronymus, vt Rhetor, ſcripſit (quod iſti noua quadam Rhetorica comminiſcuntur) apparere ſane, eum in ea ſententia fuiſſe, quam Magdeburgenſes auerſantur. Verum enimuero illuſtrem hanc Malchi hiſtoriam ad pulcherrimam caſtitatis æmulationem Hieronymum propoſuiſſe, ipſe ſatis indicat in poſtrema narrationis *Hieronymus.* parte, quam his verbis claudit. *Hæc mihi ſenex Malchus adoleſcentulo retulit; hæc ego vobis narraui ſenex, et caſtis hiſtoriam caſtitatis expono: Virgines caſtitatem cuſtodire exhortor. vos narrate poſteris; vt ſciant, inter gladios, & inter deſerta, & beſtias, pudicitiam numquam eſſe captiuam; & hominem Chriſto deditum poſſe mori, non poſſe ſuperari.*

Defenditur Malchus contra calumnias Magdeburgenſium propter furtum, quod ei obiiciunt: hiſtoria præterea Alexij, Pappulæ, & aliorum Monachorum ab eorumdem calumniis vindicatur.

CAP. XIII. CRITOBVLVS.

VIDENTVR mihi iſta magis ac magis ad ſpeciem aliquã hiſtoriæ, ſummamque Malchi laudem accedere. Cui ne ego protinus aſſentiar, & in ea penitus acquieſcam, duo grauiſſima totius Decalogi mandata, per eum conuulſa, me remorantur: furtum, inquam, & homicidium. IREN. Et tu iam fortaſſis inſigne aliquod, ad aliorũ terrorem, exemplum in eum à Deo editũ ob tanta ſcelera exſpectas. CRIT. Iuſtiſſime certe Deus tam atrocia crimina atrociter vindicare potuiſſet. IREN. Audi ergo horribilem vindictam.

Malchi ab impio domino fuga, duos ſecum hircos auferentis, expenditur; & ab euentu id eum non ſine diuino ductu feciſſe probabiliter indicatur.

Iſraelitarum fuga ex Aegypto.

dictam. Quemadmodum itaque, poſtquam Iſraëlitæ ſuperbos & impios dominos, auro, argento, & rara ſupellectile ſpoliatos, arrepta fuga deſeruiſſent, Deus eos per medium mare, eo contra naturam ſecedente, ſiccumque iter præbente, admirabiliter conſeruauit, Ægyptiis interim eodem mari prorſus obrutis; ita ſane æquale prope miraculum in Malcho ab impio iſto Sarraceno aufugiente, conſeruando edidit, adeo, vt eum hoc fugiendi conſilium illi ſuggeſſiſſe ſit credibile. Quanquam nec aurum, nec argentum, nec quicquam precioſum domino intercepit. Quî enim interciperet? qui, quæ habebat, omnia vltro abiecerat vt nudus Chriſtum ſequeretur: & qui infidelitatem in Monacho putarat, ſi vel ad ſumptuum ſolatia aliquam vel ſuorum bonorũ partem ſibi reſeruaret. Verum cùm quaſi nouus Iacob idololatrico Laban, fideliter tamen inſeruiiſſet, vt dominus nihil in eo vnquam deprehenderit fallaciæ, eiuſque cura ac vigiliis felicius ſolito, omnia in dominico grege ſuccederent; poſtquam abeundi cogitationes Deus ei immiſiſſet, pro tot vigiliis & laboribus, quibus in æſtu & frigore corpus diu noctuque expoſuerat, pro iuſta mercede, quam ei impius Laban interuerterat, duos tantum hircos ad neceſſarium in tam vaſta ſolitudine viaticum de grege ſumſit. E quorum pellibus vtres ad tranſmittendum amnem confecit. Sed iam tu animaduerte, quàm ſeuere Deus in hunc tam atrocem furem animaduerterit. Cùm perueniſſet ad flumen, vtres inflatos arripiens, aquis ſe cum conſerua credidit; flumenque emenſus, iamque aliquot dies in ſolitudine errans, vidit repente dominum, eiuſque famulum ſublimes in camelo appropinquare; & veſtigiis per arenam proditũ ſe videns, trepidus, in ſpelunca, quæ forte occurrebat, ſe abdidit; atque ibi cum altera captiua delituit. Quam cum famulus & dominus poſtea ſubiiſſent, vt Malchum abducerent, leæna, quæ ibi recondita erat, famulum primo, deinde dominum inuaſit, & vtrumque dilaniauit; ac mox diſceſſit, Malcho nihil prorſus detrimenti inferens. Malchus cum ſorore conſerua camelos domini adſcendens, peragrata tandem ſolitudine, ad Chriſtianos peruenit; vbi ille in virorum, illa in mulierum Monaſterio vitam ſanctiſſime traduxêre. Quæ cum ita ſint, quis, niſi Magdeburgenſes, eſſet tam virulenta lingua, vt Monaſticæ vitæ, & tam admirabili caſtitati, cui flumina & leones pepercerant, maledictis vellet detrahere? ob quam certe Magdeburgenſes, non ob furtum aliquod, aut homicidium, aut parentum honorem imminutum, Malcho iraſcuntur. Hoc illud eſt inexpiabile flagitium, quod bonos iſtos doctores adeo exacerbat. Ex hoc fonte ceteri criminationum riuuli accerſuntur. Hinc omnis iſta tragica vociferatio, non contra Malchum modo, ſed & Alexium. Quæ hoc noſtro ad Malchi defenſionem reſponſo, comicum ne dicam ridiculum exitum,

Malchus in fuga, alter Iacob; illius herus in perſequendo, alter Laban.

Malchus quàm miraculoſe ſit ereptus è manu heri, eum in fuga perſequentis.

Vindicta diuina in impium Malchi herum.

Magdeburgenſes odio Monaſticæ vitæ et caſtitatis in Malchum maledicta congerunt.

exitum habet. quo Alexium etiam à duabus eorum calumniis vindicauimus. Sed de illa omnium grauiſſima, qua in primum Decalogi mandatum eum offendiſſe propter imaginem Mariæ, quam ab idolo iſti pręclari Theologi diſcernere neſciunt, queruntur; ſuo poſtea loco & tempore aptius differemus. Supereſt nunc ſeptimū præceptum, quod, quoniam nullam cauſſam oſtendunt, cur ab eo ſit conuulſum; nolo vagæ atque incertę accuſationi fruſtra reſpondendo, tempus & operam conſumere. Nam quòd eum cum Malcho & ſimilibus *matrimonium ſecundum Dæmoniorum doctrinam contemſiſſe* criminantur, ad id ſatis iam ſuprà reſponſum eſſe arbitror: & Paulum nunquam cogitaſſe de Monaſtica iſta caſtitate, illis verbis impugnanda, omnes Eccleſiæ patres docent. Nam eum illis verbis hæreticos deſcripſiſſe affirmant, qui negabant licere Chriſtiano matrimonium inire, omneſque omnium nuptias, illicitas & turpes turpiſſime aſſerebant. Cui crimini Catholici nullo modo ſunt affines. Atque hic iuuat audire lepidos iſtos hiſtoricos, hiſtoriam Alexij, tot ſeculis toti Eccleſiæ probatam, non pluris facere, quàm Gentilitatis de Vlyſſe fabulam: à qua illam deſumtam videri cupiunt. Qua Rhetorica in deprauanda Euſtachij quoque hiſtoria, quæ in Latina atque Græca Eccleſia celeberrima eſt, vtuntur. Sed cur non potius exquiſitis iſtis hiſtoricis atque Theologis, hiſtoria Iob in mentem venit? ad cuius ſimilitudinem Deus voluit Euſtachij & Alexij conſtantiam experiri: quanquam in hac laudis parte Alexius ſuperior videtur, quòd vltro Dei amore ſibi impoſitam calamitatem fortiſſimo animo ſuſtinuerit. Sed iſti egregie hic Melanchthonem ſuum imitantur, qui veterem Eccleſiam ſuos de ſatisfactione canones à Gentilitate, exempliſque Phænicis, Oreſtis, & ſimilium mutuatos calumniatur. In Pappula tamen eſt forſan, quod deſideres, propter veſtem mutatam. Quod nec ego ad imitationem probo, niſi vel ingens quædam neceſſitas vrgeat, vel magni cuiuſdam boni cauſſa id aliquando fiat. Ad quod illa conſilium deſcendere coacta videtur: ne à parentibus, ſolicite eam inquirentibus, agnita, à tam ſancto vitæ propoſito retardaretur. Hoc vero potiſſimum eſt, quod defendimus, nihil illam contra parentum iuſtum honorem, aut piæ filiæ officium feciſſe; quod inuitis parentibus, Monaſticam vitam ſectata ſit. Neque tamen deſunt, vt Theclam prętermittam, ſanctiſſimarum feminarum exempla, quæ ſexum ſæpe virili veſte diſſimularunt. Neque id quidem tam atrox eſt, atque iſti fingunt, crimen; aut nullum potius, ſi ad pręſens vitæ periculum, alioſque grauiſſimos terrores, qui in conſtantes etiam viros caderent, diſcutiendos; aut maioris alicuius boni id aliquando cauſſa fiat. Eugenia enim Martyr, vt inquiſitionem patris, Ægypti præfecti, à rebus Chriſtianis abhorrentis, fruſtraretur;

Marginal notes:

Alexius.

Cent. 4. ca. 10. p. 1304

Præferre Monaſtică caſtitatem matrimonio, non eſt doctrina Dæmoniorũ, neque legitimas nuptias quicquam aduerſatur.

1. Timot. 4.

Cent. 2. ca. 12. p. 231. Vide Metap. de Euſtachio & Alexio. tom. 6 et 7. Aloyſ.

Hæretici.

Euſtachius.

Alexius.

In locis communibus.

Melanchthon.

Pappula excuſatur de mutatione veſtis.

Sanctiſſimas quandoque feminas iuſtis de cauſſis ſine reprehenſione ſexum virili veſte diſſimulaſſe.

Metaphraſt. in Eugenia. tom. 5. Aloyſ.

Eugenia.

Patres maximi nominis et ſumma in Eccleſia auctoritatis Monachi fuerunt.

Inania licet horrenda Magdeburgenſium in vtrunque Gregorium Romanũ & Turonenſem conuicia.

Magdeburgenſes grauiſſimis conuiciis omnes fere patres proſcindunt, qui Monaſtica inſtituta probant.

ipſis factis ornarunt atque honeſtarunt? quippe qui maxima ex parte eam profeſſi ſunt. Monachi enim fuere Baſilius, Gregorius Nazianzenus, Ephrem, Hieronymus, Ruffinus, Palladius, Iohan. Climacus, Chryſoſtomus, Auguſtinus, Paulinus, Caſſianus, vterque Gregorius Romanus, & Turonenſis, atque Sophronius Patriarcha. Quamuis verò Magdeburgenſes tui vtrunque Gregorium, & miracula, quæ illi de ſui temporis Monachis conſcripſere, ex intolerabili quadam petulantia horrẽdis conuiciis inſectentur, & imperito lectori perſuadere conentur, per Gregorium Romanũ veram religionem labefactatam: ſi rem ipſam accuratius expendas, intelliges eũdem omnino fuiſſe Gregorij ſenſum, nõ ſolum de Monachis, ſed in omni religione cum reliquis omnibus patribus, & nõ tam illi, quàm illis vniuerſis tam grande conuicium fieri. Quæ res tam expedita eſt, vt ſola harum Centuriarum lectio id clariſſime doceat. Sed nolumus extra inſtitutum ſcopum reliqua iam dogmata controuerſa peragrare. Sola Monaſtica vita, de qua agimus, huius rei maximum eſt documentũ. Ac vt impudentiæ huius magnitudinem perſpicias, vt nullus eſt ex patribus, quos recenſui, quorũ illi de Monachis ſententias non recitant, (ſi Ioannem Climacum, & Sophronium exceperis) ita nullus eorum eſt, quem grauiſſimis conuiciis, aut nominatim, aut certe generatim generoſi iſti Centuriones non verberent. Quorum vniuerſam de Monachis doctrinam Chriſti verbo aduerſari, eaque nihil mõſtroſius contra meritum Domini noſtri IESV CHRISTI dici poſſe; & ſacratarum virginum ſancta inſtituta à Iunone proficiſci, impio ore vociferantur. Quare vniuerſos hos patres, ſi vero calculo rem ſupputemus, non multo meliores Idololatris faciunt. CRIT. Veteres patres clamore, conuiciiſque Magdeburgenſes ita iactare, valde doleo. Quorum vnanimi ad Monachos ornandos conſenſu, vt ego nihil firmius iudicarem: ita ſane te, atque tuos non ſatis candide eorum ſententias interpretari exiſtimo, quæ fortaſſe commodius accipi poterunt. Et iam Epiphanium atque Hilarium, vobis ademtos ad noſtras partes traxi; vt mihi iam credibile ſit, plurimos ex aliis patribus eiuſdem fuiſſe cum illis ſententiæ.

Hilarij & Epiphanij teſtimonia, quæ contra vitam Monaſticam à Magdeburgenſibus proferuntur, adeo nihil ei aduerſari, vt multo magis eam confirment. Item aliæ quædam eorum fraudes aperiuntur.

CAP. VIII. IRENÆVS.

NIHIL eſt, cur dubites non modo plurimos, ſed vniuerſos etiam patres idem ſenſiſſe de monaſtica vita, quod Epiphanius atq; Hilarius.

Hilarius. CRIT. Quid ſibi hæc volunt? an tu iam, rationibus tecum fortè melius ſubductis, ad meam ſententiã accedis? IREN. Nihil minus, ſed id potius volo; Epiphanium, & Hilarium totos noſtros eſſe. Meminiſti, credo, quæ de Philone ſcripſerit Epiphanius; qui & alibi totus eſt in Monachorum inſtitutis commẽdandis. Cuius teſtimonia non eſt cur tibi iam recitem, cum apud Magdeburgenſes tuos ſtatim occurrant. Neque animum vnquam inducas, vt credas Epiphanium, vel ſecum, vel à reliquis patribus tam leniter diſſentire. Iſta leuitas Epiphanio & patribus indigna, quinto tuo iſto Euangelio, & Apoſtolo Luthero digniſſima; qui nobis noua quotannis dogmata ex diametro inter ſe, & cum prioribus repugnantia cudere ſolebat. Nihil certe vnquam longius fuit à beatiſſimi viri Epiphanij cogitationibus, quam quod iſti moliuntur. Id cum iſti ſatis intelligerent, ſententiam illius circumcidunt atque mutilant, & quod olim de hoc genere hominum B. Martyr Cyprianus (vt antea oſtendi) ſcripſit, vt ipſi ab Eccleſia ſunt ſciſſi; ita & illi ſententiam illius ſciderunt. Cuius particulam, ijs quæ antecedunt & ſequuntur omiſſis, fraudulenter lectoribus imperitis obtruſerunt. Reprehendit enim Epiphanius Collyridianos, qui ſub Chriſtianiſmi titulo Ethniciſmum quendam introduxerant, B. Mariam virginem non pro mortali, ſed pro Dea, quemadmodũ Gentes Venerem & Dianam colebant, adorãtes: & ſacrificium (quod quidem ſoli Deo debetur) ei offerentes, & in eius diuinum honorem, continentiæ cuiuſdam profeſſionem ſimulantes. Quare inter alias hæ paſſim voces ab eo vſurpantur: *Ceſſet error ſeductorum. neque enim Deus Maria, neque de cælo corpus habet, ſed ex conceptione viri & mulieris; ſecundum promiſſionem verò, velut Iſaac, diſpoſita; & nemo in nomen eius offerat; ſuam enim animam perdit.* Ac rurſus; *Reuera ſanctum erat corpus Mariæ, non tamen Deus.* Hilarius præterea adeo nihil horum cauſſam adiuuat, vt eo ipſo loco, quem pro ſe citant, eam omnino iugulet. Quare ſententiam eius, quam iſti decurtatam, & mutilatam (vt eam ad cauſſæ ſuæ commodum inflectant) proferunt, integram recitabimus. Explicans itaque illud Prophetæ, *Te decet hymnus Deus in Syon*; interpretatur Syon eſſe Eccleſiam, quæ eſt corpus Chriſti. Mox ſubiecit; *Hymnus ergo hic Deo condecet, qui ſit in Syon ſpiritali, & Eccleſiaſtico cantico innocens, & Dei laudibus dulcis. Omnia autem ſuperſtitionum genera, quæ extra religionem Dei ſunt, condemnat. Plures enim ſunt in diuerſiſſimo erroris profundo locati, qui doctrinæ ſuæ peruerſitatem inanis laboris probitate commendent.* Cernimus namque, inquit, *nudos philoſophos corporibus algere; ipſo etiam coniugiorum vſu magiſtri abſtinent, Hæretici ſicco panis cibo viuunt. Sed quis tandem otioſi huius propoſiti profectus? Totum hoc inane & ridiculũ eſt, & cum ipſis ſuperſtitionis cauſſis miſerabile. Deo ergo vouenda ſunt, contemtus corporis, caſtitatis cuſtodia, ieiunij tolerantia.*

Epiphanium ſibi conſtare, & idẽ, quod alij patres ſentire de laudabili Monaſticæ vitæ inſtituto.

Lib. 3. tom. 2 hæreſ. 80. Et in compendiar. doctrin. de fide Catholic.

Cent. 4. c. 6. p. 470. 473. 474.

Euangelicorum leuitas.

Magdeburgenſium fraudulenta citatio verborum Epiphanij.

pag. 132.

Lib. 3 tom. 2. hæreſ. 78. et 79.

Epiphanij ſententia explicatur.

Collyridiani

Hilarij de Monaſtica vita teſtimonio, quod ipſi citant Magdeburgenſes, iugulantur.

Pſal. 64.

trum de dignitate & ſanctitate Monaſticæ vitæ conſenſionem, in medijs Magdeburgenſium Centurijs ita conſpicuam; vt planè lector, niſi nimium ſibi placeat, animumque ab omni veritate auerſum habeat, non poſſit non tanto conſenſui & ipſe conſentire; maxime, cum non patrum modo per eorum ſcripta, ſed Diuino etiam iudicio per inſignia ſanctorum Monachorum miracula ampliſſime ſit ornata. Quod Magdeburgenſes ſatis intelligentes, ea deprimere atque extenuare, fidemque hiſtoriarum infirmare conantur: non meliore ſane euentu, quàm Epiphanium & Hilarium ſuæ ſectæ adiungere conati ſunt. Quæ certe, vt nihil amplius apponerem, ex ijs, quæ diximus, non adulterina, ſed vera miracula cenſeri debent. Cùm enim vera miracula ſeruiant veræ doctrinæ ornandæ; quod ipſi Magdeburgenſes fatentur, & nos iam omnium patrum auctoritate docuimus, Catholicæ Eccleſiæ doctrinam de Monaſticis inſtitutis ſanam eſſe, & apprime ſalutarem; quid ſupereſt, niſi vt hæc quoque vera miracula iudicemus, quæ ad hanc doctrinam corroborandam diuinitus acciderunt. Quare hoc iam nobis onus incumbere videtur, vt quibus artibus, qua fraude, qua malicia, eorum iſti auctoritatem imminuant, apertius ſignificemus. Cùm itaque non ignorarent, fruſtra ſe in Sozomenum & vtrumque Gregorium, (in quos maxime propter huiuſmodi miracula inuehuntur) impetum facturos; niſi Athanaſij, Hieronymi, Ruffini, & aliorum auctoritatem, qui de ipſis Monachorum anteſignanis, Antonio, Ammone, Paulo, Hilarione, Malcho, Macarijs, & alijs, ſimilia & ad fidem longe incredibiliora conſcripſere, nobis eriperent; hanc primum arcem omni molimine aggrediuntur; exiſtimantes, ſi aut eam expugnare, aut Catholicorum ad eam perfugia obſtruere poſſent, reliqua omnia quaſi infirmiora quædam præſidia primo quoque impetu perruptum iri.

Conſenſus patrum de Monaſticæ vitæ præſtantia.

Inſignia Monachorum miracula fruſtra extenuare conantur Magdeburgenſes.

Quibus artibus Monachorũ miracula oppugnēt Magdeburgenſes.

Defenditur contra Magdeburgenſes Malchi, & in eo reliquorum fere omnium Monachorum hiſtoria: & diſceptatur; An contra parentum conſenſum vita Monaſtica ſuſcipi poſſit.

CAP. IX. CRITOBVLVS.

QVID tu igitur ad hæc dicis? An non putas eos perueniſſe quò voluerunt? IREN. Minime gentium. Quod vt tu etiã intelligas, ego nunc dabo operam. Et quoniam has ſuas partes in Malchi hiſtoria egregie agunt, & tu reliquos Monachos ex illo metiendos arbitraris: age, ab eo exordiamur, filum & ductum tuæ orationis ſequentes. Nihil, ais, Monaſticam vitam, aut eius miracula, pręſidij & firmamenti habere à Malchi rebus geſtis, quod earum non ſit hiſtoria, *Obiicitur.*

hiſtoria, ſed hiſtoriæ quoddam ſimulacrum, in quo ſe Hieronymus, vt Rhetor, & dicendi quidam magiſter exercuit. Sed qua id ratione probat Illyricus cũ ſociis? nulla ſcilicet. Sed o ſtupidos, tam Latinos quàm Græcos, qui hanc orationis vim, & tantum Rhetoris artificium hactenus nunquam ſub odorati ſunt? Nam & Theodoretus Malchum inter celebres Monachos refert, & in Græcis Eccleſiis ad fidẽ veræ hiſtoriæ iſta narratio recitatur. CRIT. Crediidiſſem Græcos ne fando quidem vnquam de Malcho audiſſe: quod vt ita ſit; habent tamen iudicij ſui graues cauſſas Magdeburgenſes. IREN. Excutiamus igitur iſtam tantam grauitatem, & pondus; & quoniam criminationes aduerſus Malchũ alios quoq;, vt recte explicaſti, reſpiciunt, ad ſuam ſingulas claſſem diſtribuamus. Quarum nos caput ipſum ita confregimus, vt non valde de reliquo ſucceſſu dubitemus. *Malchus*, inquiunt, *fruſtra Monaſtica vita Deum coluit, & contra illius mandatum.* O ſtupidum & hebetem Hieronymũ, qui hoc non vidit in Malcho, & tantã ingenij ac pietatis laudem iam tandẽ poſt mille trecentos annos ſibi à Magdeburgenſibus præripi eſt paſſus. O caudices, Baſiliũ, Gregoriũ, Nazianzenum, Ephrem, Palladium, Ioannem Climacum, Chryſoſtomum, Auguſtinum, Paulinum, Caſſianum, vtrumq; Gregorium, Sophronium: qui Dei mandata præuaricati, fruſtra Deũ coluerũt. O præclarũ Magdeburgenſium acumen, qui Hieronymũ ſerio non agere hanc Malchi cauſſam tam ridiculè colligunt. CRIT. Nolo iam amplius hanc cauſſam vrgere. IREN. Si hanc non vrgeas, fruſtra ceteras, quæ ab hac pendent, vrgebis. Si enim ceterorũ patrum, atq; etiam Hieronymi teſtimonio conſtet, Monaſticã vitam adeo Diuinę voluntati non aduerſari, vt paratiſſimam potius viam ad Deum ſincerè atq; integrè colendũ præſtruat, quantumuis tibi dederimus Hieronymum Malchi, & Pauli vitam ludicra exercitatione meditatum, parũ inde adiumenti ad cauſſam tuam acceſſerit. Sed nos tamen omnes totius huius contra Malchũ calumniæ partes ventilabimus; & cum ea latiſſime omniũ pateat, qua vel parentibus morem non geſſiſſe, vel matrimoniũ contemſiſſe dicitur, de hac primum diſſeramus. Parentũ honorem quidem in eo læſum clamitant, quod eos inuitos adoleſcens præter pij filij officium deſeruerit, & ſe Monachum profeſſus ſit: matrimonij; vel quòd ſponſam, quam parentes ei parauerant, reliquerit, (quod non eſt factum ſine parentum quoq; cõtemtu) vel quòd, matrimonio poſtea contracto, ab ea abſtinuerit, & de perpetua caſtitatis profeſſione contra Dei verbum cũ vxore conuenerit. CRIT. Huic ſuperſtitioni, & criminis obnoxios diximus, Alexiũ, Leobardũ & Aruernenſem illum cum Euphraſia & Papula. IREN. Vno ergo reſponſo & Malchũ, & reliquos à calumniis Magdeburgenſium vindicabimus. Tu igitur forſan arbitraris, ordinationem Monachi

contra

Refutatio.

Malchi hiſtoria aſſeritur Theodoreto.

Magdeburgenſium repulſa in Malchum calumnia.

Magdeburgenſium metaphyſicum & monſtroſum acumẽ.

Quid in Malcho Magdeburgenſes calumniantur.

Magdeburgenſium calumnia in Malchũ et alios Monachos diluitur.

1 *Eccleſ. hiſtor. lib. 4. c. 28. & in hiſtor. relig. in Maſyma.*

2 *Metaphra. in vita Malchi. tom. 7. Aloyſ.*

Cent. 4 cap. 10. columna 1304.

contra parentum vel ſponſæ voluntatem, nec Hieronymo placere, nec eam ratam habendam eſſe. Atque ideo ſubeſſe cauſſam, cur exiſtimem hæc Hieronymum de Malcho ſimulaſſe, & non ex animo referre. CRIT. Tu meam ſententiam rectè coniectas. IREN. Atqui cum matrimoniũ à liberis initu, inuitis parentibus, patres Eccleſiæ non reſcindant, atque ea ſit totius Eccleſiæ conſuetudo, cur non erit & Monaſtices profeſſio incõcuſſa atque illibata? Cur, quod carni datur, ſpiritui denegatur? cum vtrinque ſit matrimonium, ſed longè inæquale, & alterũ tanto præſtantius altero, quanto anima præſtat corpori, aut potius Deus homini: Cur quod valet in bono inferiori, in præſtantiori à te tollitur? Niſi forte idem cum Magdeburgẽſibus ſentias, qui contemptis Hieronymo, Auguſtino, & aliis patribus, imo potius Paulo & Chriſto, facti nuper ſunt noui Iouiniani, virginitatem matrimonio nihil præſtare impuro ore vociferantes. Sed audiamus Ambroſium cum huiuſmodi parentibus, qui ſancto filiorũ voto ſe opponũt, diſſerentem. *Si hominem,* inquit, *amarent filiæ veſtræ, per legem eligerent, quem vellent. quibus igitur hominem eligere licet, Deum non licet?* Adeo certe Ambroſius virgines non improbat, quæ, inuitis parẽtibus, virginitatem cõſectantur, vt in eis quoque illud Chriſti locum habere arbitretur: Nemo eſt qui reliquit domum, aut parentes, aut fratres, aut vxorem, aut filios propter regnũ Dei, et non recipiat multo plura in hoc tempore, & in ſæculo venturo vitam æternam. Sed Hieronymus forte aliud ſentit. Imo Malchum ſuum & alios contra Magdeburgenſium tuerum criminationem, ad hunc modum egregie defendit: *Licet paruulus ex collo pendeat nepos; licet ſparſo crine, & ſciſſis veſtibus, vbera, quibus te nutrierat, mater oſtendat; licet in limine pater iaceat; per calcatum perge patrem, ſiccis oculis ad vexillum crucis euola. Solum pietatis genus eſt, in hac re eſſe crudelem.* Ac poſtea, *facile rumpit hæc vincula amor Dei, & gehennæ timor.* Deinde, cum obiiceret; *Scripturam præcipere, parentibus obſequendum:* reſpondet, *quicunque eos ſuper Chriſtum amat, perdit animam ſuam. Gladium tenet hoſtis, vt me perimat, & ego de matris lacrymis cogitabo? Propter patrem militiam Chriſti deſeram, cui ſepulturam Chriſti cauſſa non debeo, quam etiam omnibus eius cauſſa debeo?* Hæc & alia id genus pro ſuo Malcho Hieronymus, & merito. Vt enim parentibus nullo modo mos gerendus eſt, quoties quicquam eorum ab illis præcipitur, quæ facta lædunt pietatem, verecundiam, & famam noſtram: ita certe, nec eis parendum eſt, quoties ad perfectiora adſpirantibus iniuſte aduerſantur.

Monaſtica vita profeſſa etiã contra parentum voluntatem licitum eſſe & ratam.

Magdeburgenſes noui Iouiniani.

Cent. 4. c. 4. pa. 104. & c. 5. p. 381.

Ad Marcellinam ſororem de virginibus lib. 1.

Ambroſius.

Luc. 18. multo plura.

Hieronymus.

Ad Heliodorum.

Repelluntur Magdeburgenſium, & aliorum contra Romanum Pontificem, calumniæ: & oſtenditur non per illos, ſed per Euangelicos matrimonia rumpi: & non licere, dimiſſa propter fornicationem vxore, aliam ducere.

CAP.

CAP. X. CRITOBVLVS.

At enim, vt ad illas duas quæſtiones, quæ proxime ſunt, veniã; vtrinquè mandatum Dei infringitur: qui rumpi matrimonium, niſi morte aut fornicatione, vetat. At vos præpoſtero iudicio omnia inuertitis; & poteſtatem, quam Deus innocenti dat ad matrimonium repetendum, in veteri Eccleſia paſſim vſurpatam, vt ex Fabiolæ exemplo, Ambroſij monumentis, & ipſis Romanis legibus apparet, eripitis: quandam verò, alijs à Deo ablatam, ſponſam videlicet deſerendi, monaſticenq; profitendi vltro defertis. Neque id vobis hic ad cauſſationem proderit, quód huiuſmodi matrimonium nudo conſenſu, omni corporum coniunctione vacuum conſiſtat. *Nuptias* enim *non concubitus, ſed conſenſus facit*: vt, cum vtrumque ſit verum matrimonium, neutrum per Monaſtices poſtea profeſſionem conuelli debeat: quod tamen Papæ ueſtri auſi ſunt. Sed quo non euaſit immoderata eorum audacia? IREN. Hæc calumnia non in Papam & Catholicos, ſed tuos potius Euangelicos quadrat, qui matrimonia, contra Dei & Eccleſiæ auctoritatem, pro ſua libidine infirmant, & perimunt. Nam vt nihil dicam de ſpiritali illo & præſtantiore matrimonio, quo Chriſtus Monacho, cum primum initiatur, vt ſponſus adiungitur: cuius horribilis diſſipatio apud veſtros Monachos cernitur, qui impotenti quadam libidine, nec in primis, nec in ſecũdis ſubſiſtunt, ſed ad tertias & quartas nuptias, idque præcipitata iam ætate præcipites proruunt, in aliorum etiam nuptijs diuellendis omnia, horrenda quadam rerum ſpecie, innouarunt: multo ad ea diſtrahenda proniores, quàm lex vel Moſaica, vel Romana; imo ob leuiores cauſſas ab eis reſiliunt, quàm per leges liceat à ciuili contractu. Noſti enim, credo, Buceri in hoc genere doctrinam; qui non ſolum ob fornicationem, ſed ob minutas quaſque cauſſas, quandocunque, & quocunque nomine coniuges ita diſſideant, vt in gratiam redire nolint, repetendi matrimonij facultatem, pro ſua Apoſtolica liberalitate vltro defert. Cui intemperantiæ nec Moyſes vnquam lex adeo fræna laxauit; quæ licet ob fœditatem & turpitudinem vxoris, eius abijciendæ facultatem præbeat, non de alia tamen fœditate eam veteres Hebraici accipiebant, quàm de qua Chriſtus interpretatus eſt, id eſt, fornicatione; vt Paulus Burgenſis oſtendit. At poſteriores Rabini legem deprauantes, iſta diuortia commenti ſunt, vt intelligas, ex qua ſchola Bucerus hanc Theologiam hauſerit. Cuius ſunt & illa de matrimonio paradoxa: tam firmum eſſe matrimonium, cum verba in futurum concipiantur, ac ſi in præſens concepta fuiſſent: matrimonium ex ſolo maritali officio, corporiſque coniunctione firmum eſſe: expedire vt ciuilis magiſtratus (cui ille ampliſſimam hic iuriſdictionẽ prorogat, excluſa Eccleſia, ad quam ea proprie

Marginal notes:

Cent. 5. ca. 10. p. 1289

In vita Paulini.

Obijcitur.

Refutatur.

Impotens Euangelicorum libido.

Bucerus bubulo ſuo, vel potius taurino cornu omnis matrimonij repagula rumpit.

In 19. cap. Matth. vide Tapperũ arti. 18 in reſpõ. ad Buceri argumẽta

In addit. ad 24 Deuteron.

Buceri de matrimonio paradoxa.

proprie pertinet) lege caueat, qua liberum ſit, matrimoniũ præſenti conſenſu cõſtitutum, niſi concubitus interueniat, reuocare, nouaſq; nuptias ambire. Quin & quinti huius Euangelij Apoſtolus eaſdem de repudio leges figit, quas veterum ante Chriſtũ Rabbinorum malitia induxerat, quaſq; Chriſtus reprehendit. Cui, & Bucero vt Brentius & alij Euangelici propter tam effrenatam licẽtiam aduerſantur: ita omnes, quaſi ſigno dato, contra Catholicam Eccleſiam, aut potiùs Chriſtum, & Apoſtolos conſpirant; vt diuertenti propter fornicationem, nouũ matrimonium, quaſi ex Chriſti apud Matthæum auctoritate, indulgeãt: cum Chriſtus ibidem non tam matrimonium de nouo ineundi, quàm vxorem adulteram dimittendi cauſſam agitet. Nec tam ſimpliciter nullum dicit eius adulterium, qui, vxore huiuſmodi à ſe abdicata, alterã ſibi admouet, quàm minorem eſſe in eo adulterij culpam, quàm ſi, proba & caſta vxore ablegata, ad nouas nuptias ruat: vt olim Auguſtinus interpretatus eſt. Quod ſi impeditiora, & perplexiora ſint Matthæi verba, vt reuera ſunt: quin claram atq; expeditã Marci, Lucę, & Pauli interpretationẽ, atque auctoritatem ſequimur? *Quicunq;*, inquit Marcus, *vxorẽ dimiſerit, & aliã duxerit, adulteriũ cõmittit ſuper eam.* Iam Lucas, *Omnis, qui dimittit vxorem ſuam, & alterã ducit, mæchatur.* Paulus verò, *Mulier alligata eſt legi, quãto tẽpore viuit vir eius; ſi autẽ dormierit vir eius, liberata eſt; cui vult, nubat tantùm in Domino.* Igitur, viuẽte viro, vocabitur adultera, ſi fuerit cũ alio viro. Quæ Chriſtus Phariſæis apud Matthæum paulo fortè obſcurius videri poteſt reſpondiſſe; ea Apoſtolis poſtea percunctantibus apertius retulit. Quod eius nobis reſponſum clara verborũ luce Marcus, Lucas, & Paulus retulere; in quam ſententiam [1] Origenes, [2] Tertullianus, [3] Hieronymus, [4] Auguſtinus, [5] Chryſoſtomus, atque [6] Ambroſius, perſpicue tribus in locis, vt nihil nos morari debeat, ſi [7] vno aliquo in loco perplexius loquatur, & [8] Africani in Synodo Mileuitana; & alij patres, & tota poſtea Eccleſia Catholica, Chriſti verba interpretantur. Mileuitani certè Imperatorem orandum putarunt, vt idem per leges imperij caueret. Sed iſti ſtatim a [9] Philippo Melanchthone, graui cenſore, caſtigantur, quaſi fœde prolapſi. Sed qua ratione præclarus cenſor lapſos putat? *quia Fabiola*, inquit, *Romæ aliud contraxit matrimonium, quemadmodum teſtatur Hieronymus.* O acumen! ò egregiam Theologiam! Ita'ne vnius feminæ exemplum tot patrum ſcitis (inter quos eminuit Auguſtinus) præiudicabit? & quo iam euanuit illius Synodi tam ſacroſancta aliâs auctoritas, quod quaſdam appellationes ad imminuendam Romani Pontificis poteſtatem præciderit? Sed Hieronymi quoque aggregatur auctoritas. Aggregetur, ſi velint. An tanta Synodus, & tota Eccleſia vni Hieronymo cedere debeant? Sed nos aggregatum Hieronymũ non iniquo animo feremus. Aggregatur

Lutherus

Euangelicorum contra Chriſtũ & ipſam Catholicam Eccleſiam conſpiratio.

Matth. 19.

Libr. 1. de adult. cõiug. cap. 9. tom. 6

Cap. 10.

Cap. 16.

1. Cor. 7.

Roman. 7.

1 Homil. 7. in Matth.

2 Lib 4. cõtra Marcion.

3 In Epitap. Fabiolæ tom. 1. & in 19. Matt. tom. 9

4 De nup & concup. c. 10 De bono cõiug. cap 7. tom. 6. & lib. 1. & 2. ad Pollent. tom 7.

5 Homil 17 ſuper Matth. tom. 2

6 Rom. 7. lib. 8. in Lucam lib. 1. cap. 4 de Abraham.

7 Ambro. 7. ad Cor. videtur aliter loqui.

8 canon. 17

9 In libr. de Eccleſia.

Qui patres aſſeruerint, dimiſſa propter fornicationem vxore, non licere aliam ducere.

Melanchthonis craſſa Theologia

Hieronymus.

quidem; non autem ad Euangelicos, ſed ad reliquam Eccleſiam, illius, vt dixi, auctoritas. Factum Fabiolæ recenſet ille quidem, ſed ita, vt non tam ipſe damnet, quàm eã Euangelij vigorem in matrimonio repetendo ignoraſſe, & ipſam ſe Fabiolam damnaſſe, & ob tantam temeritatem in ſacco pœnitentiã egiſſe fateatur. Tam ſcitè, tam elegãter, tam concinnè Philippus hiſtorias ad noui huius Euãgelij confirmationem applicat. Hęc mihi ideo ſunt contra Magdeburgenſes tuos dicta, vt oſtenderẽ eos errare, qui, fornicãte vxore, noui matrimonij poteſtatem viro faciunt: & Euangelicos eſſe, non Catholicos, qui matrimonium contra Chriſti & Eccleſiæ placita periculoſe diuellunt. Quod vt ſemel cõſummatum, nullo modo; ita non cõſummatum Eccleſia haud vnquam, niſi ex diuina auctoritate, reſcindit; & tantum matrimonio defert, vt id in numerum Sacramentorum, quod præceptores tui nullo pacto ferre poſſunt, referendum cenſeat. Quæ cum ita ſint, miror, quo illi iure matrimonij ritè colendi laudem Catholicis præreptam ſibi vindicare poſſint. Nam quantum matrimonio ſit derogatum, quantumque malorum in rempub. Chriſtianam inuectum ab eo tempore, quo ipſi, ruptis matrimonij repagulis, tam latã libello repudij feneſtrã aperuerunt, non eſt, quòd hic tibi recenſeam: cùm vbiq; locorum, vbi hęc iſtorum ſententia recepta eſt, tot ac tam triſtia quotidie occurrãt exempla; & quęrelarum de diuortijs plena ſint omnia.

Fabiola.

Referuntur variæ hiſtoriæ, & exempla perpetuæ mutuo coniugum inter ſe conſenſu continentiæ.

CAP. XI. CRITOBVLVS.

VT tibi in his, quæ hactenus diſſeruiſti, aſſentiar, quid iam ad illud dicendum putas, quod Malchus cum vxore ſua de perpetua caſtitatis profeſſione conuenerit? In quo eum matrimoniũ ſecundum doctrinã Dæmoniorum contemſiſſe, Magdeburgẽſes noſtri arguunt. IREN. Quid ego aliud dicendum exiſtimem, quàm quod heri ex Hieronymo, Auguſtino, Paulino, Gregorio de perpetua, mutuo coniugum inter ſe conſenſu, continentia cõtra Balſamonem, & alios tuos Græculos recitaui? id quod non tam eos, quàm eodem quoq; vulnere Magdeburgenſes tuos proſternit. Sed hos iſti, maxime tres poſteriores, repudiant, neque alia, quantum ego adhuc perſpicio, ratione; quàm quia cum Malcho *fruſtra*, vt Centuriones iſti loqui ſolent, *Monaſtica vita Deum coluerint*: cũ reuera nõ tam Auguſtinum & alios patres, quàm Apoſtoli, atque adeo illud ipſius Chriſti conſilium: *Qui poteſt capere, capiat*: hac ſua temeritate reijciant; & admirãdæ ſanctitatis viros, quos doctiſſimi & ſanctiſſimi patres, ob ſummas raræ continentiæ laudes, maximis præconiis amplificarunt, ſæuis conuiciis lacerent, ac diſcerpant, quaſi

Cen. 4. c. 10. col. 1304.

Magdeburgẽſes non ſolum Auguſtini, Paulini, Gregorij teſtimonia reiiciunt, ſed ipſum etiam Chriſti conſiliũ.

Cent. 5. cap. 4. pag. 701.

Magdeburgenſium conuicia in homines continentiæ laude inſignes.

Matth. 19.

quaſi graues matrimonij & diuini præcepti præuaricatores; quòd in cõiugio, virgines ſe tamẽ exhibuerint. Vapulat ab eis & Victor ſanctus ſub Arianis Confeſſor, qui nouũ quendã Malchũ inuenit, & laudat, Maturianum ſcilicet, quendam adoleſcentulum, Vandali ſeruum; qui ab hero cum Maxima eiuſdem ancilla matrimonio iunctus, vxorem pulchra metamorphoſi in ſororem conuertit. Sed quo modo niſi ſummo grauis Dei vindictæ, & animę ſuę periculo, Maturianus Maximæ Deo conſecratam virginitatem, (quantumuis huc à barbaro atq; hęretico hero adigeretur) violaret? Neque enim veteres Martyres, aliique Catholici, Lutheranicum iſtud Euangelium, quo Monachorũ & Monacharũ nuptię (quarum & doctrina & exemplo quaſi dedicator fuit Lutherus) ratæ & iuſtæ habentur, vſquam probaſſe produntur. Maturianus certè clariſſimus poſtea Martyr euaſit: quem Deus præclaris tam viuum, quàm mortuum miraculis (quæ, ſi locus dabitur, & memoria ſuggeret, forſan recenſebo) illuſtrauit. Inter eos autem, quorum eximia continentiæ laus, etiam poſt matrimonium contractũ, ſcriptis ſanctiſſimorũ patrũ celebratur, principem quẽdam locum obtinet Amon ille Ægyptius, qui prima nuptiarũ nocte, propoſitis ſponſę virginitatis cõmodis, merito, & præmiis, tantũ, & tam admirabilẽ continentię ardorem in animo eius accendit, vt nec ea nocte, nec vllo vnquã per totam vitã tempore, liberis procreandis operã dederint; ſed totos XVIII. annos in iiſdem ædibus degẽtes, virgines permãſerint. Quibus tranſactis, illa cõſentiente, eremum ille petiit. Sed iam accipe, quas pœnas tanto huic pręuaricatori Deus irrogarit. Cum animam itaque efflaſſet, mox Beatus Antonius longe in eremo diſſitus, animam eius in cælum delatã inter Angelicos choros, cæleſti ſimul harmonia audita, vidit. Sed de iſta hiſtoria apud Centuriones, nec de ipſo Amone, (ibi præſertim, vbi ex profeſſo vitas Monachorum deſcribunt) vel vocula exſtat. Verebantur enim, ne hæc hiſtoria ex fide prodita impuram ipſorum doctrinam contra perpetuam coniugum continẽtiam prorſus perimeret: nẽue Euagrij, aut Palladij teſtimonio, qui hæc de obitu Amonis ex Athanaſij de vita Antonij libro recitat (quæ etiam poſt eum ex eodem Athanaſio Socrates ſimiliter repetit) apertè cõuincerentur, qui eius hiſtoriæ auctorẽ Athanaſiũ lubenter non agnoſcerent. Eſt & Pelagius Laodicenus Epiſcopus apud veteres, ob præclaras virtutes, fideiq́, nobilem ſub Valente confeſſiõnẽ, ob quam exſilio multatus eſt, celeberrimus. Is cũ iuuenis vxorẽ ſibi adſciuiſſet, primo nuptiarũ die, & in ipſo nuptiarũ thalamo, oratione ſua tantũ ſponſæ caſtitatis ardorem immiſit, vt ſponte eam cũ illo, quã per totã poſtea vitã accuratè obſeruabant, profiteretur. At hic noui noſtri Euãgelici Magdeburgenſes exclamãt (ſi tamen credere fas eſt) hoc etiã factũ ſuperſtitionẽ redolere.

De perſecution. Vandalorum. lib. 1

Cẽt. 5. cap. 4. pag. 518.

Victor.

Maturianus, alias Maurianus.

Inceſta apoſtatarum inter ſe nuptiæ.

Palladius in Lauſiaca hiſtoria.

Sozom. lib. 1. cap. 14.

Amõ Aegyptius

Athanaſ. in vita Antonij.

Cent 4 cap. 10 p. 1294 cũ ſequentibus.

Perfidum Magdeburgenſium ſilentium de Amone.

Hieron. de ſcript. Eccleſ. in Euagrio, & Pallad. ad Lauſum.

Athanaſiũ vitã Antonij ſcripſiſſe Magdeburgẽſes nolũt agnoſcere.

Socrat. lib. 4 cap. 23.

Pelagius Laodicenus Epiſcopus.

Theodoret. lib. 4 cap 13

Tripart. lib. 7. cap. 14.

Cent. 4. cap. 10. pa. 998

Imperite

Imperitè itaque, atque impiè Magdeburgenſes cum alios, tum & pium illum virum Aruernenſem, & miraculum à Deo editum, multoque maiore temeritate Malchum reprehendunt. Qui ſi ſanctos iſtos Theologos audiſſet; grauiſſimo, (non ſolo eo voto violato, quo per Monaſticam profeſſionem caſtitati ſe aſtrinxit, ſed & illo maiore, quo per Baptiſmum omnibus ſe Chriſti præceptis ſeruãdis obligauit) duplicati adulterij piaculo ſe obruiſſet. Habuit

Magdeburgenſiũ perfidioſum ſilentium.

enim mulier, cui cõſociatus eſt Malchus, maritum ſuperſtitem, vt narratio Hieronymi indicat. Quod iſti, ne ſuam ipſi calumniam proderent, pro ſua ſumma fide reticent; & pro ſummæ pietatis laude, quam ei tribuere debuiſſent, in eum atque adeo Hieronymum debacchantur; & mirantur *quòd tot hominis ſcelera prius commemoranda, quàm damnanda cenſuerit.* In qua iſti querela ſe produnt,

Cent. 4. cap. 10. p. 1304

Hieronymũ ſerio vitam Malchi ſcripſiſſe Magdeburgenſes ſibi non conſtãtes videntur agnoſcere.

ſuamque cauſſam; & ſatis ſe intelligere, ſerio & non rhetorica exercitatione Hieronymum iſta agitaſſe. Alioqui quorſum illa contra Rhetorem in ficto argumento ludentem vociferatio? At quę ſunt iſta Malchi, ô boni Theologi, ſcelera? Quanta potius laus, Chriſtianum, eumque Monachum, alienum thorum non inuaſiſſe? Niſi fortè Hieronymo iraſcantur, quòd quintũ iſtud Euangelium nunquã probarit, quo Monachus Monachæ nõ tam ſine pęna capitali, quàm aduerſus tantũ ſacrilegium optimus Imperator Iouinianus

L. Si quis C. de Epiſc. & cleric.

Lutherus.

ſtatuit, quàm cũ quadam pietatis laude (hoc enim argumẽto ſe primùm Lutherus Euangeliũ ſepultũ in lucem euocaſſe iactitat) conſociatur. Aut iſti in eadem cum magiſtro hæreſi hæreant, vt cum eo clamitent, *ſi vxor nolit, ancilla venito*; &, ſi vxor aut diutius ægrotet, aut longius abſit, nec propinqui reditus ſpes detur, & ob multas alias leuiores cauſſas; ad nouos ſtatim hymenæos currатur. Neque ſanè intelligere poſſum, quid ſecuti exiſtiment, aduerſari verbo Dei coniuges, ſi communi conſenſu continentiam profiteantur: niſi fortè eo ſint errore implicati, vt credant perpetuam cõtinentiam longè ſupra id eſſe, quod ab homine præſtari poſſit; & nos ad Apoſtolum ſuum ablegent, vt ab eo diſcamus, *Creſcite & multiplicamini* (quod nõ tam hominibus dictum eſt, quàm auibus, beſtiis, & piſcibus) præceptum eſſe, & plus quàm pręceptũ. *Creſcite,* inquit, *& multiplicamini, non eſt præceptum ſed plus quàm præceptum; diuinum puta opus, quod non eſt noſtrarum virium, vel vt impediatur, vel vt*

Caſtitatis ſchola Lutherana.

omittatur, ſed tam eſt neceſſarium, quàm vti maſculus ſum, magisq; neceſſarium, quàm edere, bibere, purgare, mucum emungere, ſomno & excubiis intentum eſſe. O dignam tali Apoſtolo vocem! O nouam caſtitatis

In ſermone quodam de matrimonio.

ſcholam, longe aliam ab illa Apoſtolorum, quam ego tibi ex Philone depinxi. Polemon Ethnicus, cum aliquando temulentus

Polemon.

Auguſtinus epiſtol. 130

Xenocratis ſcholã ingreſſus, præceptis eius eſſet imbutus, ſobrius & abſtinentiſſimus poſtea factus eſt. At ſi quis Chriſtianus ſcholam Lutheri frequentet, & præceptori grauiter operam det, ex

Catho-

Catholico hæreticus, ex caſto totius libidinis mancipium facile euaſerit. Illud vero ſatis nequeo mirari, quid ſit, quod iſti tun graues Theologi factum Berthegundis, quę iniquo matris conſilio contra mariti ſui voluntatem, illius conſortium fugiens & legitimas nuptias damnans, in Monaſterio degebat: tam tragicis vociferationibus exaſperent; niſi forte lectori imperito inde perſuaſum cupiant, Catholicam Eccleſiam hoc eius factum probaſſe. A quo crimine tam longe ſemper abfuit, vt ſemper docuerit, nunquam licere alteri coniugum ſine alterius aſſenſu & voluntate aliquam viuendi rationem inire, ſiue ea fuerit Monaſtica, ſiue quæuis alia, quæ cum legitimo matrimonij vſu nequit conſiſtere. Atque hæc quidem communis & concors eſt omnium patrum ſententia. Imo ipſe Gregorius Turonēſis, vnde hanc hiſtoriam ſumſerūt, id quod nec ipſi reticent, Berthegundem hac de cauſſa grauiter reprehendit, & eo adegit, partim ſua auctoritate, partim metu *interdicti Eccleſiaſtici*, vt ad maritum rediret, ac debitum illi redderet. Sed quod attinet ad perpetuam coniugum inter ſe continentiam, vnum aliquod eius rei documentum, quod omnium maximum, & præcipuum homini Chriſtiano eſſe debet, vtpote omni exceptione maius, pæne ſilentio prætermiſeram. Quod iam, quia memoriæ occurrit, hic ſubiiciam; & quo in mente tua altiores radices agat, in eo concludam, & definiam omnem hanc de caſtitate vxoris & mariti ex vtriuſque conſenſu orationem. Sed quid illud eſt, inquies? Id certe illud eſt, quod homini Chriſtiana religione imbuto omnium eſt notiſſimum: & quod Magdeburgenſes tui, quantauis ſint arrogantia, & impudentia, nunquam tamen, opinor, tantum ſibi arrogabūt, vt id præfracte infitiari audeant. Quod ſi auſi fuerint, vt ſunt homines ad quiduis negandum, quod ipſorum placitis aduerſatur, & ad quiduis aſſerendum, quod cum eorum paradoxis aliquo modo conſentiat, paratiſſimi: nulla tamen arte vnquam efficient, vt id ſine impudentiæ nota & inexpiabili hæreſeos labe feciſſe videantur. Hoc igitur abs te & illis quæro; num contra Dei verbum, vel, vt ipſorum vocibus vtar, *ſecundum doctrinam Dæmoniorum* beatiſſima Dei genitrix Maria, & ſanctiſſimus illius maritus Ioſephus perpetuo ab omni actione prolis generandæ ſe continuerint, & de eo inter ſe conſenſerint? Nam horum vtrumque eos feciſſe, nemo niſi vel ſacrarū litterarū omnino rudis, vel à fide Catholica alienus negare poteſt. Conſtat enim inter omnes omnium ſæculorū probatos ſcriptores, Ioſephū neq; ante, neque poſt Chriſtū natū rem cum B. Maria vnquam habuiſſe: licet Eluidius, & Iouinianus, & Antidicomarianitę, qui nō nunquā Antidicomariani, & Antidicomaritæ etiam appellantur inſignes hæretici, temere contrarium aſſerere nō dubitarint. quorū error iam pridem exploſus eſt. Cùm igitur hi ſanctiſſimi coniuges fuerint ſemper cōtinentes; quis erit

Cent. 6. c. 6. pag. 356.

Berthegundis prepoſtera continentia.

Lib. hiſt. 9. c. 33.

Gregorius Turonenſis.

Ioſephi & B. Mariæ perpetua ex conſenſu continentia.

Cent. 4. cap. 10. col. 1304.

tam mentis inops aut impudens, vt alterum eorum contra ipſius
mentem & voluntatem ab altero huc adactum fuiſſe, audeat pro-
fiteri? Quod ſi Magdeburgenſes refractarij, vt ſui ſint ſemper ſimi-
les, dixerint; *ita vtrunque fuiſſe affectum, vt ſtatuto tempore, more aliorũ* Cent. 1. l. 1.
coniugum, voluerint liberos dante Deo procreare: primum ab eis percun- c. 10. p. 366
ctabor, quo auctore id ſcribãt, deinde, vt hoc eis largiar, nunquam
tamen probare poterunt, B. Mariam & eius maritum liberis ope-
ram dediſſe; etiamſi ab Eluidio, Iouiniano, Antidicomaritanis, &
aliis iam diu ab Eccleſia damnatis hæreticis, omnia ſibi auxilia ac-
cerſant. Quod ſi liberis operã non dederint; id factũ eſt, vel altero
inuito, vel ambobus conſentientibus. Altero verò repugnante, v-
trumque ſe cõtinuiſſe, quis eſt tam impius & inſanus vt dicat? quis
tam ſtultus & profanus, vt credat? Conſequitur ergo, vtriuſque
coniugis conſenſione vtrumque vitam in omni caſtitate trãſegiſſe.
Quod eorum ſanctiſſimum factum abeſt tantum à *doctrina* (quam
nefario & blaſphemo ore crepant & eructant Magdeburgenſes)
Dæmoniorum, vt nihil poſſit magis eſſe contrarium. Horum igitur
exemplo & auctoritate cũ Malchus & vxor eius, tum multi alij cõ-
iuges, quorum aliquot tibi iam recenſui, inter ſe de perpetua caſti-
tate laudabiliter ac pie cõuenerunt. Sed quo maior fides habeatur
Auguſtinus. iis, quę dixi de conſenſu caſtitatis in Ioſepho ac Maria, & aliis cõiu-
gibus; placet Auguſtini ea de re ſententiam proferre. Sic igitur ille:
*Quibus vero placuit ex conſenſu, ab vſu carnalis concupiſcentiæ in perpe-
tuum continere, abſit vt inter illos vinculum coniugale rumpatur; imo fir-
mius erit, quo magis ea pacta ſecum inierint, quæ carius concordiusq́; ſer-
uãda ſunt, non voluptariis corporũ nexibus, ſed voluntariis affectibus animo-* Lib. 1. de nu-
rũ. Neque enim fallaciter ab Angelo dictum eſt ad Ioſeph; Noli timere acci- ptiis & con-
pere Mariam cõiugem tuam. *Coniux vocatur ex prima fide deſponſationis,* cupiſc. c. 11.
quam cõcubitu nec cognouerat, nec fuerat cogniturus: nec perierat, nec men- tom. 7.
*dax mãſerat cõiugis appellatio, vbi nec fuerat, nec futura erat vlla carnis com-
mixtio.* Deinde hanc diſputationẽ ſic cõcludit: *Cur ergo non coniuges*
maneãt, qui ex cõſenſu concumbere deſinunt, ſi manſerunt coniuges Ioſeph Ibidẽ. c. 12.
& Maria, qui concumbere nec cœperunt? Idem alibi verba faciens de De conſenſu
coniugio Mariæ & Ioſephi, in eandem ſententiam ſic ſcribit: *Hoc,* Euange. lib.
inquit, *exemplo magnifice inſinuatur fidelibus cõiugatis, etiam, ſeruata pari* 2. ca. 1.
conſenſu continentia, poſſe permanere coniugium, nõ permixto corporis ſexu, tom. 4.
ſed cuſtodito mentis affectu, &c. Atque hęc de & pro laudabili coniu-
gũ ex vtriuſque inter ſe conſenſu in perpetuum continentia dixiſ-
ſe, ſit ſatis.

An liceat, relicta ſponſa, ingredi religionem.

CAP. XII. CRITOBVLVS.

Tv mihi iam aliquam hiſtoriæ faciem, & Malchi factũ probabi-
le ac laudabile efficis: illam tamẽ notam & labem nõ deterſiſti; qua
iſti ob ſponſas temere, & contra verbũ Dei abdicatas aſperguntur.

IREN.

IREN. Hic ſane nobis valde ſudandum eſſet, niſi certa totius Eccleſiæ auctoritas clare præiret, ex qua iſta quæſtio expedita eſt, vt & illæ aliç de marito fornicante aut Ethnicam vxorem dimittente, ex ipſis Scripturis. Quoties enim manifeſto ſacrarũ litterarũ teſtimonio deficimur, dubitationes in huiuſmodi quæſtionibus ex Romani Pontificis, ex Conciliorum, ex Eccleſiæ vſu & magiſterio, hærentibus animis eximi recte ſolent, vt anxiæ mentes in ſolida quiete, ab omni fluctuatione atq; iactatione liberæ collocẽtur. Non eſt igitur, quòd hic animis amplius fluctuemus poſt expreſſam Eccleſiæ vocem. Eſt præter commemoratas & alia ratio valde vtilis, & ad id, quod quærimus, accommodata: nempe vt Dei certam voluntatem in huiuſmodi rebus ambiguis (quoties ſcripturarum & Conciliorum præſidio deſtituimur,) ex probatis ſanctiſſimorum hominum exemplis, quos vitæ ſanctitate, & miraculorum præſtantia Deus honeſtauit, colligamus. Vt recte & prudenter ſcripſerit Auguſtinus, quòd *pleraque in verbis* Scripturarum *intelligere non valentes, in factis ſanctorum colligimus, quemadmodum oporteat accipi; quod facile in aliam partem duceretur, niſi exemplo reuocaretur*. Cuiuſmodi clara exempla in Malcho, Alexio, Euphraſia, & ſimilibus occurrũt, & ne calumnieris de Malcho, non Alexij modo, ſed & Malchi hiſtoriã per totam hactenus Græcam & Latinam Eccleſiam ab omni ante Magdeburgẽſes calumnia & conuicio liberam fuiſſe, conſtat: Et eundem fuiſſe totius Eccleſiæ ſenſum, imperante Theodoſio, ex Euphraſiæ hiſtoria perſpicuũ eſt. Si enim Scripturæ, canones, aut Eccleſiæ conſuetudo aduerſabãtur Euphraſię; quorſum tantus imperator blanditiis, muneribus, minis, omniq; auctoritate, à puella tenera contenderet, ne ſponſum relinqueret, cum potuiſſet iure & legibus vel ab inuita id extorquere, & vel Monaſteriũ ingreſſam, propter vitiatam initiationem ex præcedentis matrimonij auctoritate, quantumuis repugnantem, extrudere: vt nihil iam ſit cauſſæ, cur nõ & iis, quæ Vincentius, atque Petrus de Natalibus de Thecla martyre, quæ ſponſo nuncium miſerit, virginitatemq́ue profeſſa ſit, conſcripſere, fidem adhibeamus. Quod iſti fabulam olere dicunt. Quam tamen iſti adeo fabulam non eſſe ſciunt, vt grauiſſimum auctorem, [1] Ambroſiũ intelligo, qui mille ante Petrum de Natalibus annis, id ita eſſe, teſtatus eſt, non audeant recitare: neque ea, quę de Beata Martyre Cæcilia ſimiliter refert, multoque minus, quæ [2] Beda & [3] Metaphraſtes de Ioanne Euãgeliſta recenſent. Quem Chriſtus ab ipſis nuptiis in Cana Galilææ, quamuis ſua eas præſentia & miraculorum primitiis commendarit, virginem ad ſe vocauit. Nec Ambroſius ſolus, ſed & [4] Epiphanius Theclam à nobiliſſimo, formoſiſſimo, ac ditiſſimo ſponſo per Paulum ad virginitatem auocatam ſcribit. Quare nullam iſti cauſſam afferunt, cur non & ex hac quoque parte Malchi hiſtoriam probemus.

Quæſtionum, de quibus Scripturæ nihil certi tradunt, definiendarum duplex ratio.

C. ex parte. &c. verum De conuerſ. coniugat.

Sanctiſſimorum hominum exempla.

De mendacio ad Cõſentiũ cap. 15. tom. 4.

Auguſtinus.

Alexij & Malchi hiſtoria nemini ante Magdeburgenſes calumniatum eſt.

Euphraſia.

Thecla.

1 De virgin. lib. 2.

2 In Ioãnis il lud: Si autem eum volo. Et in commend. Ioan. ante Euangelium ipſius tom. 5.

3 In vita Ioannis.

Ambroſius.

Beda.

Metaphraſtes.

Epiphanius.

4 Li. 3. tom. 2. hære. 78.

Quam ſi iſti nolint pro ſua proteruia, hiſtoriæ dignitate ornare, amandabimus eos, quantumuis relnctantes, ad Antonij nõ minus inuiſam hiſtoriam ab Athanaſio, tanto totius orbis Chriſtiani lumine, conſcriptam. Quam cũ eum Gregorius Nazianzenus & Hieronymus ſcripſiſſe teſtetur; multaq; tam Græcorum quàm Latinorum monimentis de eo prodita referat Hieronymus: iſti cuperent quidem eam, quæ hodie extat, Athanaſio ereptam: cum ea, Athanaſio parente, & quæ ab omnibus, Monachis præſertim, accurate cognoſcatur, ſit digniſſima. Quam illi nulla alia quàm antiqua illa, non tam terribili quam ridicula machina, (id eſt, nuda infitiatione) euerti poſſe impudenter exiſtimant. Nam præter Gregorium & Hieronymum, Ruffinus quoque eadem de vita Antonij per Athanaſium conſcripta, & eundem etiam librum in Latinum ſermonem cõuerſum (qui hodie extat) commemorat. Auguſtinus item vitam Antonij Latine proditam narrat. De cuius miraculis ad hunc modum refert. *Stupebamus audientes tam recenti memoria, & prope noſtris temporibus teſtatiſſima mirabilia tua, in fide recta & Catholica Eccleſia.* Quare ſi nolint Hieronymi Malchum probare, ſaltem Antonio Athanaſij aliquid deferant: qui ſcribit deſponſatas puellas, ad conſpectum Antonij ab ipſo pæne thalamo receſſiſſe: deferant aliquid Auguſtino, qui refert duos milites poſt ſponſalia inita, lecta Antonij vita, & Monachorum cellis perluſtratis, voto ſtatim pudicitiam Deo conſecraſſe; & eorum poſtea ſponſas tam pulchrum exemplum pulchre æmulatas. Quòd ſi nec iſta, tanta quamuis auctoritate munita, Centurionibus noſtris arrideant, & pro ſua in Hieronymum reuerentia, niſi ille quoque, quaſi ſupremus arbiter, honorarium calculum adiecerit, & aliunde, quàm in ficto Malcho huiuſmodi exemplum nobis protulerit, cetera omnia, quantæcunque auctoritatis ſint, repudiaturi: age, & hic quoque illis acquieſcamus. Munimur enim & Macarij Eremitæ, qui ſanctitate & ſignis inter ceteros eminuit, præclara auctoritate. Qui, referente Hieronymo, *celebrato nuptiarum conuiuio, cum veſpere thalamum eſſet ingreſſurus, ex vrbe egrediens tranſmarina petiit; & Eremi ſolitudinem ſibi elegit.* His igitur, & aliis egregiis exemplis, & Spiritu ſancto intus eam docente, Eccleſia abunde confirmata, eas Scripturæ ſententias, quæ dirimi ſemel contractum matrimonium vetant, huc non porrigendas, optima ſponſi Chriſti interpres ſecure intelligit. Idque ea forte ratione, quod licet matrimonium inter ſponſos verum ſit; niſi tamen corpore quoque conſummatum fuerit, indiuiduam illam diuinitatis Chriſti cum ipſius humanitate coniunctionem non ſatis plene, cumulateque repræſentet. Ex maritali enim officio vna caro coniuges, & magnũ illud myſteriũ, de quo Adam vaticinatus eſt; *Hoc nũc os ex oſſibus meis:* & quod Paulus repræſentatũ agnouit; *Magnũ,* inquit, *ſacramentũ in Chriſto, & Eccleſia,* potiſſimũ efficiuntur.

Vita Antonij ab Athanaſio conſcripta. — Gregorius Nazianzenus. — Hieronymus. — Ruffinus. — Auguſtinus. — Athanaſius. — Auguſtinus. — Macarius. — Sententiarum in Scripturis prohibentium matrimonium contractum dirimi, quæ ſit ex Eccleſiaſtica traditione ſenſus.

In vita Athanaſij. — Eccleſiaſt. hiſtor. li. 1. c. 8. — Lib. 8. Confeſſion. c. 6. tom. 1. — In vita Antonij. — Li. 8. Cõfeſ. cap. 6. tom. 1. — 27. quæſt. 2. c. ſcripſit. — Gene. 2. — Ephe. 5.

efficiuntur. Quanquam neque illud forſan incommode dicetur (etſi vere ex Eccleſiæ ſcitis, per ſollennem religionis profeſſionem, alterius coniugum matrimonium non conſummatum dirimatur) ſpiritali aliquo, eoque commodo ſenſu, non tam rumpi, quàm perfici, & arctius conſtringi, leuiori & terreſtri vinculo in maius & cæleſte felicius tranſlato. Quo ſenſu à tota ſemper Eccleſia receptũ & creditũ eſt, licere cuiuis propria auctoritate, minora vota in grauiora & arctiora, & cetera omnia in religionis votum conuertere. Neque enim Romanus Põtifex Alexander fracti voti reum decreuit, qui temporale obſequiũ in perpetuã religionis obſeruantiam commutauit. Iſta vero quæſtio, vt & aliæ quædam, quas de matrimonio agitauimus, recens per Tridentinos patres in œcumenica Synodo expedita eſt. In qua anathema iis denunciatur, qui aut non rumpi matrimonium, quoties alter ex coniugibus religionem profitetur, quam diu matrimonium illud per corporum coniunctionem non fuerit conſummatum; aut ob moleſtam cohabitationem, ſiue alterius adulterium, ſimileſque cauſſas matrimonium de nouo iniri poſſe affirmant. Atque ita me iam ſatis oſtendiſſe puto, à Malcho nihil vel de parentum, vel de Dei honore detractum: & ſiue iſta ſerio, (quod hactenus omnes arbitrati ſunt) ſiue ſimulate Hieronymus, vt Rhetor, ſcripſit (quod iſti noua quadam Rhetorica comminiſcuntur) apparere ſane, eum in ea ſententia fuiſſe, quam Magdeburgenſes auerſantur. Verum enimuero illuſtrem hanc Malchi hiſtoriam ad pulcherrimam caſtitatis æmulationem Hieronymum propoſuiſſe, ipſe ſatis indicat in poſtrema narrationis parte, quam his verbis claudit. *Hæc mihi ſenex Malchus adoleſcentulo retulit; hæc ego vobis narraui ſenex, et caſtis hiſtoriam caſtitatis expono: Virgines caſtitatem cuſtodire exhortor. vos narrate poſteris; vt ſciant, inter gladios, & inter deſerta, & beſtias, pudicitiam numquam eſſe captiuam; & hominem Chriſto deditum poſſe mori, non poſſe ſuperari.*

De voto & voti redemption. c. Scripturà. — *Alexander.* — *Tridentinum Concilium.* — *Seſſione. 24. canon. 6.* — *Canon. 5. & 7.* — *Magdeburgenſium cũ D. Hieronymo diſſidiũ.* — *Hieronymus.*

Defenditur Malchus contra calumnias Magdeburgenſium propter furtum, quod ei obiciunt: hiſtoria præterea Alexij, Pappulæ, & aliorum Monachorum ab eorumdem calumniis vindicatur.

CAP. XIII. CRITOBVLVS.

VIDENTVR mihi iſta magis ac magis ad ſpeciem aliquã hiſtoriæ, ſummamque Malchi laudem accedere. Cui ne ego protinus aſſentiar, & in ea penitus acquieſcam, duo grauiſſima totius Decalogi mandata, per eum conuulſa, me remorantur: furtum, inquam, & homicidium. IREN. Et tu iam fortaſſis inſigne aliquod, ad aliorũ terrorem, exemplum in eum à Deo editũ ob tanta ſcelera exſpectas. CRIT. Iuſtiſſime certe Deus tam atrocia crimina atrociter vindicare potuiſſet. IREN. Audi ergo horribilem vindictam.

exitum habet. quo Alexium etiam à duabus eorum calumniis vindicauimus. Sed de illa omnium grauiſſima, qua in primum Decalogi mandatum eum offendiſſe propter imaginem Mariæ, quam ab idolo iſti præclari Theologi diſcernere neſciunt, queruntur; ſuo poſtea loco & tempore aptius differemus. Supereſt nunc ſeptimū præceptum, quod, quoniam nullam cauſſam oſtendunt, cur ab eo ſit conuulſum; nolo vagæ atque incertę accuſationi fruſtra reſpondendo, tempus & operam conſumere. Nam quòd eum cum Malcho & ſimilibus *matrimonium ſecundum Dæmoniorum doctrinam contemſiſſe* criminantur, ad id ſatis iam ſuprà reſponſum eſſe arbitror: & Paulum nunquam cogitaſſe de Monaſtica iſta caſtitate, illis verbis impugnanda, omnes Eccleſiæ patres docent. Nam cum illis verbis hæreticos deſcripſiſſe affirmant, qui negabant licere Chriſtiano matrimonium inire, omneſque omnium nuptias, illicitas & turpes turpiſſime aſſerebant. Cui crimini Catholici nullo modo ſunt affines. Atque hic iuuat audire lepidos iſtos hiſtoricos, hiſtoriam Alexij, tot ſeculis toti Eccleſiæ probatam, non pluris facere, quàm Gentilitatis de Vlyſſe fabulam: à qua illam deſumtam videri cupiunt. Qua Rhetorica in deprauanda Euſtachij quoque hiſtoria, quæ in Latina atque Græca Eccleſia celeberrima eſt, vtuntur. Sed cur non potius exquiſitis iſtis hiſtoricis atque Theologis, hiſtoria Iob in mentem venit? ad cuius ſimilitudinem Deus voluit Euſtachij & Alexij conſtantiam experiri: quanquam in hac laudis parte Alexius ſuperior videtur, quòd vltro Dei amore ſibi impoſitam calamitatem fortiſſimo animo ſuſtinuerit. Sed iſti egregie hic Melanchthonem ſuum imitantur, qui veterem Eccleſiam ſuos de ſatisfactione canones à Gentilitate, exemplíſque Phœnicis, Oreſtis, & ſimilium mutuatos calumniatur. In Pappula tamen eſt forſan, quod deſideres, propter veſtem mutatam. Quod nec ego ad imitationem probo, niſi vel ingens quædam neceſſitas vrgeat, vel magni cuiuſdam boni cauſſa id aliquando fiat. Ad quod illa conſilium deſcendere coacta videtur: ne à parentibus, ſolicite eam inquirentibus, agnita, à tam ſancto vitæ propoſito retardaretur. Hoc vero potiſſimum eſt, quod defendimus, nihil illam contra parentum iuſtum honorem, aut piæ filiæ officium feciſſe; quod inuitis parentibus, Monaſticam vitam ſectata ſit. Neque tamen deſunt, vt Theclam prętermittam, ſanctiſſimarum feminarum exempla, quæ ſexum ſæpe virili veſte diſſimularunt. Neque id quidem tam atrox eſt, atque iſti fingunt, crimen; aut nullum potius, ſi ad pręſens vitæ periculum, alioſque grauiſſimos terrores, qui in conſtantes etiam viros caderent, diſcutiendos; aut maioris alicuius boni id aliquando cauſſa fiat. Eugenia enim Martyr, vt inquiſitionem patris, Ægypti præfecti, à rebus Chriſtianis abhorrentis, fruſtraretur;

Alexius.

Cent. 4. ca. 10. p. 1304

Præferre Monaſticã caſtitatem matrimonio, non eſt doctrina Dæmoniorū, neque legitimis nuptiis quicquam aduerſatur.

1. Timot. 4.

Cent. 2. ca. 12. p. 231. Vide Metap. de Euſtachio & Alexio. tom. 6 et 7. Aloyſ.

Hæretici.

Euſtachius.

Alexius.

In locis communibus.

Melanchthon.

Pappula excuſatur de mutatione veſtis.

Sanctiſſimas quandoque feminas iuſtis de cauſſis ſine reprehenſione ſexum virili veſte diſſimulaſſe.

Metaphraſt. in Eugenia. tom 5. Aloyſ.

Eugenia.

Melania. fruſtraretur, diu, virili veſte ſumta, cum Monachis vixit. Melania quoque, nobiliſſima illa Romana matrona, quæ ampliſſimas ſuas *Pallad. in vita Melania.* facultates ad pauperum vſus contulit, Pambonem, Paphnutium, Iſidorum, & alios ſanctos Monachos ab Arrianis relegatos (ad quos omnibus acceſſus intercludebatur,) ſeruili veſte ſumta, veſperi clam inuiſebat, & neceſſaria ad victum deferebat. Et aiunt quendam nuper ex patribus ſocietatis IESV inter Turcas, quo eos ad Christum facilius pertraheret, Turcico veſtitu amictum, & tandem in eo deprehenſum, cum in Christi confeſſione constantiſſime perſeueraret, ab eis cæſum.

Hiſtoria Malchi & aliorum Monachorum, quibus feræ aut peperciſſe, aut obſequentes fuiſſe traduntur, defenditur: & Hieronymum vitam Pauli ſerio ſcripſiſſe declaratur.

CAP. XIIII. CRITOBVLVS.

MISSA igitur hæc faciamus, & vt ad Malchi hiſtoriam reuertamur; an quiſquam credit, leænam, dilaniatis vtriſque Sarracenis, non ſolum Malcho & conſeruæ, verum & camelis peperciſſe? Mihi hoc non fit veriſimile; & neſcio quo modo Monachi veſtri, potiſſimum leones, vrſos, & volucres ſibi inſeruientes, & ſerpentes manſuetos habent. Quod in Florentio ridiculum mira-
Florentius. culum Magdeburgenſes putant, multoque magis in Maria Ægy-
Maria Aegyptiaca. ptiaca, cui etiam ad funeris iuſta, atque ſepulturæ officium leones operam ſuam præſtiterunt. IRENÆVS. At nos qui ſumus? qui
Miracula ſanctorum à calumnis Magdeburgenſium vindicantur. arcanorum Dei operum rationem accuratam poſtulamus: vt niſi eorum ſe nobis cauſſa ſtatim offerat quantumuis præclara, Dei opera ſugillemus. Verum ego abs te quæro, quo modo Heliam *3. Reg. 17.*
coruus in ſolitudine pauerit? quo modo leones fame efferati a Da *Daniel. 15.*
Helias. niele deuorando abſtinuerint? quo modo leo, qui propheram *3. Reg. 13.*
occiderat, cadaueri, atque adeo aſino eius pepercerit, & occiſi pro-
Daniel. phetæ, donec ſepeliretur, cuſtos factus ſit? CRITOB. At hiſce, quantumuis ſtupendis rebus, propter inconcuſſam Scripturæ auctoritatem, fidem abhibere cogimur. IRENÆVS. An tu forte *Pſal 90.*
de ſolo Chriſto, aut Apoſtolis ſcriptum putas? *Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis, et conculcabis leonem & draconem.* An ſolis Apoſtolis dictum? *Si credideritis, dicetis huic monti, tranſi hic, & tranſibit.* Cuiuſmodi miraculum cum Gregorius Romanus de Monacho *Dialog. li. 1. cap. 7.*
ſui ſæculi, qui oratione rupem loco moueret, & Gregorius Nyſſe-
Mons oratione Monachi loco motus. nus de Gregorio Neocæſarienſi referant: iſti hæc, & huiuſmodi, vt *Nyſſenus in vita Gregorij Neocæſarien.*
vana Monachorum ſomnia, derident. At nihil eſt, cur tu ad credendum tam ſis difficilis. Noſti enim Deum homini in beſtias, in volucres, in piſces poteſtatem dediſſe. Quæ licet, aut ſublata,

aut

aut valde noſtris peccatis acciſa ſit, cur, quod peccatum amiſit,
ſumma ſanctorum hominum innocentia non poſſet, Deo indul-
gente, recuperare? CRIT. Neque ego valde hic pugnarem, ſi ido-
nea ſcriptoris probati auctoritas accederet. IREN. An tibi vilis *Gregorius.*
Gregorij, tanti Pontificis, de rebus recens eo ſæculo geſtis, aut to-
tius Eccleſiæ Græcæ, & Latinæ de Mariæ Ægyptiacæ hiſtoria con-
ſentiens auctoritas videtur? An tu huiuſmodi exempla, tam rara
eſſe putas, vt & alibi non occurrant? Imo probatiſſima Eccleſiaſticę *Hiſtoria de*
hiſtorię monumēta narrationibus huiuſmodi abundant: vt Ruffi- *Hyæna catulum*
Ruff. lib. 2. ni, Palladij, Theodoreti, vt multorum denique aliorum. Ruffinus *cæcum ad Ma-*
cap. 4. certe & Palladius referunt, hyænam aliquando catulum cæcum ad *carium deferen-*
Pallad. Macarij cellulā detuliſſe; cui mox ille, oratione facta, viſum dedit. *te, vt ab eo ac-*
in hiſtor. Lau Quod Palladius, Macario familiaris, à Paphnucio Macarij diſci- *ciperet ſenſum*
ſiaca in vita pulo, ſe accepiſſe dicit: & Ruffinus inter cetera Macarij, & aliorum *oculorum.*
Macarij. Eremitarum miracula ad fidem rei his verbis refert: *Quæ præſens*
Eccleſiaſt. hi *vidi, loquor; & eorum geſta refero, quorum in paßionibus ſocius eſſe prome-*
ſto. li. 11. c. 4. *rui*. Sed ego iam tibi Athanaſium, & poſt eum Hieronymum po-
In vita An- tiſſimum propono. Qui poſt Athanaſium ſcribit, Antonium in *Miracula S.*
tonij. abditiſſima ſolitudine *pomarium* ſuis manibus, laboreque ſibi cō- *Antonij.*
In vita paraſſe, *arbuſculis conſitum, & holeribus virens*; quod cum *onagrorum*
Hilar. *grex* aliquando *vaſtaret*; Antonius *vnum è ductoribus eorum ſtare iußit;* 1
baculoq́; tundens latera; quare, inquit, comediſtis, quod non ſeminaſtis?
Et exinde acceptis aquis, ad quas potandas ventitabāt, nunquā eos nec ar-
buſculam, nec holera contigiſſe. Hieronymus præterea tradit, mortuo
In vita iam Paulo in ſolitudine, duos leones ad Antoniū veniſſe, & *adulā-*
Pauli. *tibus caudis circa pedes eius accubuiſſe*, & cum *ſarculum non haberet, quo* 2
terram foderet, ad demortui corporis ſepulcrum eoſdem leones pe-
dibus terram egeſſiſſe, & *vnius hominis capacem locum effodiſſe*. Tradit
item Athanaſius habitaſſe Antoniū in ſolitudine in deſerto caſtel- 3
lo, pleno venenatorum animalium, ſtatimque ad eius aduentum,
ingentem turbam ſerpentum, quaſi perſecutionem paſſam, profu-
In vita Hi- giſſe. Tradit & Hieronymus ad Hilarionem *camelum enormis mag-* *Hilarionis mira-*
larionis. *nitudinis, qui iam multos obtriuerat, per triginta & eo amplius viros ſo-* *culum.*
lidiſſimis funibus diſtentum, cum clamore adductum, ſtatim corruiſſe, ſub-
miſſumq́; caput terra coæquaſſe; mirantibus cunctis, qui aderant, poſt
Cent 4. *tantam ferociam, tantam ſubito manſuetudinem*. CRIT. Quod de An-
cap. 10. tonio & Hilarione affers, non facile reiecerim. At in Paulo Hiero-
col. 1316. nymus nihil ſerio narrat: verū in eo, vt præclarus Rhetor, exercēdi
ingenij gratia egregie luſit. IREN. At iſti tui potius noui ex Magde
burgo Rhetores nimium in rebus ſerijs ludunt, & orbi nefarie hic
illudunt. Atque ô ſtultum & hebetem Gelaſium, qui inter vitas pa-
trum hanc hiſtoriā ex Hieronymi auctoritate, non ioco, ſed ſerio, *Hieronymum*
Tom. 1. Cōc. ponit. Quæ tamen incredibilis ſtupiditas (ſi iſtos tam acutos diſ- *Pauli vitam*
Diſt. 15. cap putatores audiamus) non in Gelaſio ſolum, ſed in tota Græca, *ſerio ſcripſiſſe.*
ſancta.
atque

atque Latina Eccleſia hactenus locum habuit. Quo quid vanius dici, aut fingi poteſt? Quod, vt omnem aliunde auctoritatem ſeponamus, ipſa narrationis ſeries, & ea præſertim clauſula, quæ narrationem terminat, perſpicue demonſtrat. *Obſecro*, inquit, *quicunque hæc legis, vt Hieronymi peccatoris memineris; cui ſi Dominus optionem daret, multo magis eligeret tunicam Pauli cum meritis eius, quam regum purpuram cũ pœnis ſuis*. An hęc ludentis oratoris videntur? Pauca certe iſta verba non paucas plagas Magdeburgenſibus inferunt, vt vel propter ea totam hiſtoriæ fidem labefactatam cuperent. Ecce enim memoriam & preces pro defuncto; ecce Monachi veſtem ſummo loco habitam: ecce demum Monachorum merita (quos cum eorũ meritis, quæ nec in eis, nec in quoquã ſancto vlla eſſe dicũt, odioſiſſime iſti exagitant) totis regnis ab Hieronymo prępoſita. Qui ſi nihil aliud, quàm periculoſa quadam Rhetorica, de tanto patre, & tam ſeriis rebus ludat; tantaq; vafricie ſub hiſtoriæ titulo fabulam concinnet; hõ iam dignus eſt, cuius quiſquam apud Deum reminiſcatur: ſed quẽ omnes potius boni ab eo ita illuſi exſecrentur. Sed bene eſt, & res omnis in tuto; neque noſtra defenſione opus habet. Hieronymus enim quaſi præuidiſſet, Magdeburgenſes iſtos olim orituros, & ſe & Paulum ſuum, atque Hilarionem quoque contra iſtorum ineptias & calumnias defendit. *Maledicorum*, inquit, *voces contemnimus, qui olim detrahentes Paulo meo, nunc forſitan detrahent & Hilarioni; illum ſolitudinis calumniati, huic obiicientes frequentiam, vt, qui ſemper latuit, non fuiſſe; qui à multis viſus eſt, vilis exiſtimetur. Fecerunt hoc & maiores eorum quondam Phariſæi, quibus nec Ioannis eremus ac ieiunium, neque Domini Saluatoris turba, cibi, potuſque placuerunt. Verum deſtinato operi imponam manum, et Scyllæos canes obturata aure tranſibo.* Accedunt huc et illa Hieronymi verba. *Huius*, inquit, *vitæ auctor Paulus, illuſtrator Antonius, princeps Ioannes Baptiſta fuit*. Idem præterea alibi, ſe non luſiſſe in vita Pauli deſcribenda, his verbis ſignificat: *Antonius Monachus 105. ætatis anno in eremo moritur, ſolitus multis ad ſe venientibus de Paulo quodam Thebæo, miræ beatitudinis viro, referre quàm plura: Cuius nos exitum breui libello explicauimus*. Quid quod ipſe teſtatur, ſe tantũ abfuiſſe ab eo, vt Rhetorũ more ſtilũ hic ſuum exerceret et extolleret, vt ex induſtria potius eum in ſimpliciorũ gratiã deiecerit. Hęc enim illius verba ſunt ad Paulũ Concordienſem: *Miſimus interim te tibi, id eſt, Paulo ſeni Paulum ſeniorem; in quo propter ſimpliciores quoſq; multum in deiiciendo ſermone laborauimus.* Quare tum ſi velint, clament; Hieronymum nihil ſerij in Hilarione ſuo habere, ſed & illa quoque ludicra meditatione conſcripſiſſe. Quod quia non poſſunt; cùm præter alios Epiphanius quoque, qui cum Hilarione plurimum verſatus eſt, res illius memoriæ mandarit: ad aliam ſed deteriorem Rhetoricam cõfugiũt, vt Hieronymũ pro veritate fabulas nobis in Hilarione dediſſe, dicere nõ erubeſcant: & tam

Hieronymus.

Hieronymus oſtendit ſe hiſtoriam Pauli ſerio ſcripſiſſe cõtra Magdeburgenſium calumnias.

In præfat. vitæ Hilarionis.

Hieron. ad Euſtochium.

In appendice ad chronicon Euſebij anno. 361.

Epiſtola 21.

Epiphanius.

Vide Hieronym. in vita Hilarionis.

tam Hieronymum, quàm ipſum Hilarionem, vt mox dicemus, ſuperſtitionis arguere. Manebit igitur Pauli hiſtoriæ ſua auctoritas, & ita manebit: vt cum alias multas, tum & illam Magdeburgenſium calumniam comprimat: qua hiſtoriæ de Maria Ægyptiaca fidem abrogare volunt, quòd leones illi ſepeliendæ inſeruierint. Ad hæc quòd 17. annis, duobus panibus, quos ſecum in ſolitudinem detulerat, vixiſſet; cum Paulus 60. in ſolitudine annos tranſegerit, quibus nullo pane paſtus ſit niſi eo, quem coruus illi quotidie ſuppeditauit. Ex his & alijs cauſſis Pauli atque Antonij nobis res geſtas intercipere callide cogitant. vtrinq; enim Mariæ hiſtoria confirmatur. Calūniantur inter alia, quod proditur Mariam ſublimem in aërem fuiſſe raptam. Sed non illi magis Athanaſio credent, qui longe admirabiliora de Antonio rapto in ſublime narrat. Calumniantur, quòd proditur, eam ſine nauigio aut natatione Iordanem, quaſi volucrem, ſiccis veſtigijs tranſijſſe. Sed calumnientur quoque Athanaſium, quippe qui ſimilia de Ammone ſancto Monacho ad Lycum fluuium referat. Ecquid verò miri, ſi Iordanis tale iter ſanctiſſimæ mulieri præbuerit, vt immenſi vndarum montes repente obriguerint: cum populo Iſraëlitico, quamuis rebelli & duræ ceruicis, ſiccum olim alueum reliquerit, quem pedibus ſecure calcaret? At quod iſti garriunt, meritum Chriſti eam excluſiſſe; hoc à ſe, non ab hiſtoria habent; & hinc iſta omnis calumnia oritur, quòd beatæ Mariæ virginis opem ſedulò implorarit. Qua certè non tam eam, quàm totam Eccleſiam Catholicam inſectantur. Sed iſtam calumniam cras, Deo propitio, facilè diſſipabimus. Interim nos eam hiſtoriam vt veram amplectimur, quæ admirabile illud leonum ad Pauli & Mariæ ſepulturam obſequium, ſed ad ſummam Euangelicorum ignominiam prodidit; qui Sanctorum & Martyrum ſepulcra atque oſſa effoderint, & ignibus conſumenda abiecerint. Credimus & id quoque verum, quod de Florentij vrſo Gregorius ſcripſit: & ridemus fictam iſtam ad Monachorum tantùm inuidiam miſericordiam. Quid enim quæſo admirabilitatis habuit, ſi à Deo diuinitus puniti fuerint, qui ſola ſanctitatis inuidia moti, alienum pecus nullo ſuo commodo occiderint? & quo iam euanuit Decalogus, & grauis illa contra Malchum vociferatio propter duos illos Sarraceni hircos? Neque mirum eſt, ſerpentes Antonio, & alijs tam excellentis, & admirandæ virtutis Monachis ceſſiſſe: cum pueris ſæpe in primis Monaſticæ vitæ rudimentis poſitis ceſſerint, innoxioſque ſe oſtenderint. Duo enim pueri ex eremo aſpidem miræ magnitudinis pallio inuolutam ad monaſterium, ſed non ſine aliquo iactantiæ tumore retulerunt. Vtrumque virgis compeſcuit Abbas acriter obiurgatum, *quia ipſi, quod per eos Dominus operatus fuerat, prodidiſſent; opus illud non ſuæ fidei, ſed diuinæ virtutis fuiſſe.* Hyena verò illa, de qua dixi, ſiue

Magdeburgenſium impudens in D. Hieronymum conuiciū.

Maria Ægyptiaca miracula aſſeruntur.

Paulus.

Calumniæ Magdeburgenſium in hiſtoriam de Maria Ægyptiaca recitantur, & repelluntur.

Ammon.

Impudens calumnia Magdeburgenſium in Mariam Ægyptiacam.

Lib. 3. dial. cap. 15.

Florentius.

Sulpitius li. 3. de vita Antonij, ſiue de monachis Orientalibus.

ſiue, vt placet Ruffino (niſi fortè vitioſa ſint exemplaria) leæna
ouinam pellem, quaſi gratiam aliquam tanti beneficij relatura, *Pallad. in*
Macario attulit. Refert & Euagrius inſignem de Zoſima ſui ſæculi *vita Macarij*
Monacho, cuius aſinum in itinere Leo inuaſerat, & occiderat, hi-
ſtoriã. Leoni enim onus, quod aſinus portauerat, impoſuit. Quod
ille, depoſita feritate, adulantiq; cauda ſuſcepit: Leonemq; ille ſecũ *Euagrius lib.*
toto poſtea itinere ad Cæſariæ vſq; portas duxit. *Magnum ea in re,* *4. cap. 7.*
inquit Euagrius, *diuina potentia argumentum Zoſimas oſtendit, quodq; omnia nobis inſeruirent & parerent, ſi ad diuinam voluntatem vitã noſtrã inſtitueremus, neq; diuinitus nobis infuſam gratiam corrumperemus & deformaremus.* Quod ſi tibi fortè Eccleſiaſticę hac in parte hiſtorię au-
ctoritas leuis mom ẽti videatur, aut res fidẽ ſuperare; reuoco tibi in
mentem etiã profanas hiſtorias; illam præſertim Appionis narra- *Aul. Gell. li. 5. cap. 14.*
Leonem Romæ hominem agnouiſſe, & ei gratiam beneficij accepti retuliſſe. tionem, qui ſe vidiſſe refert Romę in circo maximo Leonem effe-
ratiſſimũ, qui Androdo ad beſtias damnato pepercisset, cruraq; &
manus hominis prope exanimati lingua leuiter demulſiſſet. Acce-
pti nimirũ ab eo olim in vaſta ſolitudine beneficij memor: quippe
qui ſtirpem ingentẽ veſtigio pedis eius hærentem reuulſiſſet. Hũc
poſtea leonem (qui ei ſuffragijs populi pęna ſoluto donatus eſt) te-
nui loro reuinctum vrbe tota circumducebat.

Excuſatur Malchus de cogitatione homicidij: & deteguntur Magdeburgenſium calumniæ contra alios Monachos, quos ſui homicidas haberi volunt propter vitæ auſteritatem.

CAP. XV. CRITOBVLVS.

ADMIRANDA tu quidem mihi in hoc genere Monachorũ ſigna, ſed magis tamen admirandã illorum diſciplinam recenſuiſti. At nõ omnes Malchi maculas adhuc deterſiſti. Supereſt enim turpiſſima illa labes propter horrendam homicidij cogitationẽ; quam ſi deleueris, nihil mihi iam ad iuſtę hiſtorię fidem in Malchi rebus deeſſe videtur. IREN. Quid ego labem deleã, quam ipſe Malchus pęnitẽtia ſine dubio deleuit? & quid nudas homicidij cogitationes ei obiicis, qui non ignores Dauidem tantũ regem, tantũ prophetã, homicidiũ adulterio copulaſſe? & quas quęſo cogitationes, & in quibus anguſtiis? An non audis pium virũ clamantẽ; *buccine miſer ſeruatus ſum? ad hoc me mea ſcelera perduxerunt, vt incaneſcente iam capite, virgo maritus fierem alienæ vxoris?* Habuit enim illa maritum ſuperſtitem: cum qua tamen niſi commiſceretur, barbari domini gladium ceruici imminentẽ horrebat. At pius vir, Monachum ſe, qui nec de ſuo vxorem habere poterat, alienum prouecta iam ætate thorum inuadere, mille mortibus grauius rectiſſime putauit. Sed non illud rectiſſime, quòd ſibi manus inferre, quã alienas exſpectare maluerit. Quod cũ nulla peruerſa cupiditate, aut ſtudio, ſed ſimplicitate & vehementiſſimo quodã caſtitatis ardore ductus

cogitaret;

cogitaret; Deus et vitæ, & caſtitati quoq; illius (conſerua vltro continentiam & ſilentium apud Dominum pollicente) conſuluit; & illam omnem cogitationis maculam ita abſterſit, vt antiquum illud Danielis à leonibus, & populi Iſraëlitici à iugo infidelis & impotentis Pharaonis liberati exemplum, mundo rurſus fere repræſentarit. Nunc tu ſummam fidem iſtorum hiſtoricorum, & ſanctam iſtam Magdeburgenſium Theologiam pauliſper perpende: qui & iſtam alterius mariti fuiſſe vxorem fraudulenter reticent, & iſtum *ſecundum doctrinam Dæmoniorum matrimonium* contra Decalogum, cōtemſiſſe impie vociferantur. At iſti, qui tam atrociter in Malcho primas homicidij cogitationes ex grauiſſimi mali metu ſusceptas, ſed mox Dei gratia depoſitas exagitant; quid illi ſtatuent de iuuene illo, principe latronum, quem tamen poſtea Ioannes Euangeliſta Eccleſiæ præfecit? Aut Moſe celeberrimo illo Eremita, qui & ipſe latrones ductabat? Sed Malcho iam ſatis ab iſta calumnia vindicato, ſupereſt illa alia grauior, & contra plurimos longius patens criminatio Magdeburgenſium repellenda: qua illi ſanctos homines propter ſolitariam vitam, præcepti illius: *Diliges proximum tuum*; violati, & propter maximas vigilias, ſummam inediam, aliosque Monaſtices labores, etiam homicidij reos faciunt. Quæ quidem criminatio, licet eos, quos recitaſti, nominatim petat; omnes tamen in vniuerſum Eremitas & veteres Monachos, & Paulum, Antonium, Hilarionem (vt nihil dicam de Elia & Eliſæo, & aliis veteris teſtamenti prophetis) æque perſtringit: vt vel hinc perſpicere poſſis, cur iſti fidem rerum à Paulo, Antonio, Hilarione geſtarum obruere cupiant. Quorum nos fraudes, quaſi ex profundo quodam malitiæ antro, in lucem & conſpectum tuum proferemus. Paulus igitur cum Eremum decimo ſexto ætatis anno, imperante Decio, ſubiiſſet, in eadem totam vitam traduxit, à nemine interim (quantum hactenus proditur) niſi à ſolo Antonio, idque ſub mortem ipſius, vnquam conſpectus. Iam audi quā graues pœnas Deus ab iſto * μισανθρώπῳ ſumſit. Cum ei victū & veſtitū ad quadraginta fere annos ſola palma, potū ſola aqua prębuiſſet; tandē aliis ſexaginta annis corui quotidie miniſterio, vt olim Elias; nihil tamen, vt ille carnis, ſed panis fragmentum ſumſit. Cui ad Antonij inuiſentis aduentum duplicauit annonam Dominus, integrum panem per coruum indulgens. Audi iam, quo modo homicida iſte præmature vitam ſibi præciderit, quam ad centeſimum & tertium decimum annum (atque ita ad duplicatam fere annorum ſeriem, quibus hodie cum noſtris deliciis viuimus) perduxit. Quare vt eſt iſta ad ſpeciem atrox, ita certe re ipſa ridicula eſt criminatio: cum certum ſit non Paulum modo, ſed & Antonium, Chronium, Eliam, & multos alios Monachos, qui arctiſſimam vitæ diſciplinam obſer-

Perfidioſum Magdeburgenſiū ſilentium.

Abdias li. 5. Euſeb. li. 3. ca. 23. Tripartita hiſtoria lib. 8. cap 1. Sozome. lib. 6. cap. 29.

Iuuenis qui fuit princeps latronū a D. Ioanne Euangeliſt. Eccleſiæ præfectus. Moſes Eremita dux olim latronum.

Calumnia Magdeburgenſium in omnes Eremitas & Monachos diſſipantur.

Hieronym. in vita Pauli.

Paulus Eremita poſt ſextū decimū ætatis annū à nullo niſi D. Antonio conſpectus.

** i. oſore hominum.*

Quàm mirificè Deus Paulo in ſolitudine victū ſuppeditarit.

Longæua Pauli & aliorum vita in Eremo.

uabant, centeſimum quoque vitæ annum egreſſos; ceteros etiam magna quidem ex parte à centeſimo anno nō longe abfuiſſe. Tantę prætereà ſanctitatis fuit, vt Deus viſione Antonio ſignificarit, Paulum ipſo longe præſtantiorem eſſe. Et hic iam habes ante quartum ſæculum Eremitam, eumque non humano, ſed diuino teſtimonio commendatiſſimum. Atque hic non erit alienum, ſi quod in Pauli vita, & de aliis Eremitis ſui temporis ſcribat Hieronymus, tibi recenſeam. Cum itaque de palma retuliſſet, quæ Paulo victum & veſtimentum ſuppeditabat, mox ſubiicit; *Quod ne cui impoßibile videatur; IESVM teſtor & ſanctos Angelos eius, in ea Eremi parte, quæ iuxta Syriam Saracenis iungitur, vidiſſe me Monachos, de quibus vnus per triginta annos clauſus hordeaceo pane, & lutulenta aqua vixit: Alter in ciſterna veteri, quam gentili ſermone Syri cubam vocant, quinque caricis per ſingulos dies ſuſtentabatur. Hæc igitur incredibilia eſſe videbuntur iis, qui non crediderint: quia omnia poßibilia ſunt credentibus.* Hæc Hieronymus. Clament iam Magdeburgēſes & hos quoq; ſui homicidas fuiſſe; & hic prætereà mihi expediant, quorſum hæc Hieronymi tam religioſa, ſi in argumēto tantū ficto verſaretur, aſſeueratio?

Paulus Eremita tatio ſæculo.

Hieronymi teſtimonium de Eremitis ſui temporis.

An vita Monaſtica ſit cultus Dei.

CAP. XVI. CRITOBVLVS.

AT NON conſtituit ſibi Paulus Monaſticam vitam, quaſi eximium & inſignem Dei cultum, quod hodie Eremitæ & Monachi faciunt? IREN. Sed cur non eos Monachos, qui ita ſentiunt, Magdeburgēſes tui proferunt? Quis enim ex omnibus Monachis tam vnquam fuit ſtupidus, aut parum pius, vt eo ſolum nomine ſe pium & ſanctum crederet, quod Monachus eſſet? Quis hoc vnquā ſenſit? quis ſcripſit, Monaſticā vitam cultum eſſe Dei; niſi huc reſpiciens vt oſtenderet, eam eſſe ad Dei cultum, atque hunc quidem eminentem, rationem quandam paratiſſimam? Neque enim Monaſticæ vitæ perfectio in eo conſtituitur, quòd quis aut fortunas præſentes, aut coniugij ſpem à ſe vltro abiiciat; ſed ſi pro Chriſto abiiciat, & ita abiiciat, vt Chriſtū ſequatur. *Si vis perfectus eſſe*, inquit Chriſtus, *vade, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurū in cælo: & veni ſequere me.* Et alias; *qui non baiulat crucem ſuam, & venit poſt me, non poteſt meus eſſe diſcipulus.* Ad quem ſequendum vita Monaſtica aptiſſima certe eſt, atque accommodatiſſima. Quod ſane nemo pius diffitebitur. Quis enim ad Chriſtum ſequendū eo eſt expeditior? qui non ſolum omnes corporis, mundique blandientis voluptates, nec facultates modo, ſed earum quoque à ſe deſiderium, voluntatemque abdicauit atque præciderit; ſeque in Dei ſolius & præfecti ſui poteſtatem tranſtulerit? Quod omnes quidem

Magdeburgenſium calumnia in Monachos et mendacia.

Monaſtica vita quo modo dicatur Dei cultus.

Monaſtica vitæ perfectio in quo conſiſtat.

Matth. 19.

Vita Monaſtica ad ſequendum Chriſtum via expeditiſſima.

Luc. 14.

Baſil. de conſtitut. quibus viendum cænobit. etc. cap. 1. et 20.

dem Monachi profitentur in ſua ordinatione; & qui pij ſunt, id
reuera præſtant. Alioqui quod ad Chriſtum & fidem Chriſtia- *In quibus officiũ Monachi et cuiuſlibet Chriſtiani hominis officium conueniat vel differat.*
nam, communiaque Chriſtiani hominis officia pertinet, nihil in-
ter Monachum & alium Chriſtianum intereſt. Eadem vtriuſque
religio; idem de Deo & Diuinis iudicium; eadem de ceteris om-
nibus fides. Hoc intereſt, quòd ille voluntaria quadam animi in-
ductione, & vehementi quodam vitæ perfectioris ardore, omnia
reſecat, quæ cæleſtia meditanti impedimentum aliquod obiice-
Luc. 2. rent, quæue meditationis huius intentioné frangerent, debilitarét,
aut aliquo modo interrumperét. Quod hominũ genus Annam il- *Anna vidua.*
lam viduam, quæ in caſtitate, ieiuniis, & orationibus, octoginta pæ-
ne annos Deo nocte & die ſeruierat; atq; ideo, Chriſto adueniente,
prophetiæ gratia fuerat amplificata, potiſſimũ æmulatur. Quæ certe
cum Deo caſtitate, orationibus, ieiuniis, & vigiliis ſeruiſſe dicatur,
in quibus obſeruandis tota Monaſtica conuerſatio potiſſimũ con-
ſumitur; non video, cur non in hunc ſenſum Monaſtica vita cul-
tus Dei dicatur. Et ſi ſeruiat Deo, qui Dei amore vel ieiunat, vel
vigilat, vel ſe caſtum ſeruat; hoc certe obſequium Monachis ma-
xime tribuitur, qui iſta non ſolum præſtant; ſed ex promiſſo, quod
meritum auget, remque promiſſam ad cultum Dei trãsfert, præ- *Actiones ex voto augẽt meritũ.*
Eſaias 19. ſtant. Votũ enim ad Dei cultũ reſpicere, teſtatur Eſaias. *Colent*, in-
quit, *eum in hoſtiis & muneribus, & vota vouebũt Domino & ſoluent*. Qua- 1
re & actiones præſtantiores iudicantur, quæ à voto, quàm quæ
à ſoluta & libera voluntate proficiſcuntur: cùm latria ſit maxima
rerum omnium, quas Deo tribuere poſſimus. Accedat & illa ratio, 2
quod ex voto totos nos ad Dei voluntatem, obſequiumque adeo
transferimus; vt non ſolum actiones, quæ alioqui liberæ erant,
ſed ipſam agendi poteſtatem libertatemque omnem nobis præci-
damus: cum, qui eadem ſine voto præſtat, in futuris actionibus
Pſal. 75. ſit ſui iuris. Iam cum admoneat Scriptura *vouere & reddere*; conſi- 3
Vide D. Tho. 22 q 88. ar-
liaq; huiuſmodi in præſtantioribus bonis verſentur, ad maiorem
tic. 5. & 6. laudem pertinet ex voto, quàm ſine eo aliquid agere; cùm nuda
actio vnum conſilium; cum voto autem implicita, duo perficiat, nõ
Ariſtot. 2. ethic. ſolum faciendo, ſed & vouendo. Poſtremò, cum virtutis totius 4
conſummatio in eo collocetur, vt immota & fixa volũtate aliquid
bene agatur, votumque voluntatem ipſam ſtabilem & firmam
reddat; neceſſe eſt excellere id opus, quod votum ſibi adiunctum
habet. Atque iſta à me dicuntur, vt intelligas non ſolum quàm
temere Magdeburgenſes vitam Monaſticam, & vota expugnent;
ſed vt id etiam appareat, non eſſe tam abſurdum, atque Magde-
burgenſes faciunt; vt Monaſticam vitam, ad eam, quam dixi,
Luc. 2. ſententiam & ſenſum cultum Dei dicamus. Eo enim beatus Lu-
cas verbo vſus eſt, quo proprie Dei cultũ exprimimus, *νηστείαις καὶ *. i. ieiuniis et deprecationibus ſeruiens.*
δεήσεσι λατρεύουσα. Et Tertullianus ieiunia & virginitatem ſacrificia

Tertullianus. his verbis appellat: *Nam & ſacrificia*, inquit, *Deo grata, conflictationes dico animæ, ieiunia, & ſeras, & aridas eſcas, & adpendices huius officij ſordes, caro de proprio ſuo incommodo inſtaurat. Virginitas quoque, & viduitas, & modeſta in occulto matrimonio diſſimulatio, & vna notitia eius, de bonis carnis Deo adolentur.* Auguſtinus vero omne opus bonum ad eum relatum finem, quo beati eſſe poſſumus, ſacrificium appellat. De reſurrectio. carnis. Augustinus. De ciuitat. Dei lib. 10. cap. 6.

Oſtenditur quanta fuerit Antonij, Pauli, Hilarionis, et Hieronymi in ſolitudine viuendi auſteritas; vt, ſi reliqui Monachi in iuſtam reprehenſionem Magdeburgenſium incidant, neceſſe ſit & illos incidere.

CAP. XVII. IRENÆVS.

SED iam ad alios horrendos homicidas, & Antonium cum primis venio, qui inediæ & vigiliarum intantum patiens erat, vt plus faceret, quàm ab vllo per ipſum fieri poſſe crederetur. Pernoctabat in oratione ſæpiſſime, edebat ſemel in die poſt ſolis occaſum; nonnunquam biduo, triduóue ſic permanens, vt vix quarto demũ die cibũ vellet accipere. Sumebat panem, ſalem, & paululũ aquę. Sed qualem panem? quem bis tantũ in anno per tectũ immiſſum accipiebat. Neq; ab ipſo quidem, qui immittebat, aut alio vnquam viſus, aut vllum cum eo colloquiũ miſcens; eratq; omnis ad ipſum aditus lapidibus obſtructus. Atque hanc ille vitæ rationem, totos vigintiannos tenuit, & lubẽs per totam poſtea vitã tenuiſſet, niſi Deus ab eo, quaſi ex fõte quodam vberrimo Monaſticæ diſciplinę riuulos, per Ægyptum & reliquum orbem propagatũ iri decreuiſſet. Omnium vero mortalium Antonius grauiſſimas Dæmonum incurſiones, & ludibria paſſus eſt. Dæmon enim ei *memoriam poſſeſſionũ, ſororis defenſionem, generis nobilitatem, amorem rerum, fluxam ſæculi gloriam, eſcæ variam delectationem, & reliqua vitæ remiſſioris blandimenta immittebat*. At hic vt fortis Dei athleta hæc omnia ex animo repellere & delere penitus contendebat. *Ille* quidem *cogitationes ſordidas conabatur inferere; & hic eas oratu ſummouebat aſſiduo. Ille titillabat ſenſus naturali carnis ardore: hic fide, vigiliis & ieiuniis corpus omne vallabat. Ille per noctes in pulchræ mulieris vertebatur ornatum, nulla omittens figmenta laſciuiæ: hic vltrices gehennæ flammas, & dolorem vermiũ recordans, ingeſtæ ſibi libidini opponebat.* Iam quid dicam de terroribus, quos illi Dæmones incutiebant? *Sonitus repentinus increpuit, ita vt, loco funditus agitato, & parietibus patefactis, multifaria Dæmonum exinde turba ſe funderet. Nam & beſtiarum & ſerpentum formas induentes, omnem protinus locum repleuere phantaſiis leonum, taurorum, luporum, aſpidum, ſerpentium, ſcorpionum, nec non & pardorum atque vrſorum. Et hæc*

Antonij mira inedia & vigilia. Atha. in vita Antonij.

Ludibria Dæmonum quot, & quæ Antonius ſit paſſus. Athan. in vita Antonij.

hæc ſingula ſecundum ſuam fremebant naturam. Rugiebat leo, occidere volens; taurus mugitu & cornibus minabatur; ſerpentes ſibilo perſonabant; luporũ impetus inhiabat; pardus diſcolor auctoris ſui calliditates varias indicabat. Truces omniũ vultus; voces horridæ; dirus auditus. Neque intra hoſce ſolos terrores conſtitit periculum. Ita enim Dæmon *cum ſatellitibus Antonium varia cæde lacerauit; vt doloris magnitudo & motum auferret, & vocem.* Vicini & affines vitam hominis deploratam habebant, & *poſito in medio triſti funeri debitum reddebant officium.* Atque iſta quidẽ, antequam Eremũ ingreſſus eſſet, acciderũt. Miror verò quo modo non contra Antoniũ Magdeburgenſes caninam ſuam facundiã, & Theologiam eructauerint; quòd fruſtra Monaſticam vitam exercuerit; quòd tentationibus ſe contra Chriſti præceptũ temere expoſuerit; quod denique ſui homicida factus ſit. Sed ab eo iſti callide abſtinuiſſe videntur; ne nõ tam ab Antonio, quam ab ipſo Chriſto, tãta ipſorũ malitia reprimeretur. Quam Antonius tam verbis, quàm factis coercet: factis quidem, cum immota quadam animi fortitudine, ſignoq; Crucis & fide munitus, omnia iſta Dæmonũ ludibria diſſiparit: qui ſæpe ab eo victi & repulſi debilitatem ſuam lamentatione teſtati ſunt. Cuiuſmodi quiddam cum de Apelle Sozomenus referat, ſtatim mendacij à Magdeburgenſibus noſtris inſimulatur. Antonius vero, licet tam immaniter cæſus; de fiducia tamen in Deum, ſolitaq; conſtantia nihil remiſit, nouum mundo patientis Iob exemplum repræſentans. Verbis vero; cum diſcipulos ſuos egregia cohortatione contra huiuſmodi Dæmonum inſidias armet, & doceat, Diabolũ à ſe nihil poſſe, ſed à Deo omnem poteſtatem aduerſus nos accipere, vel ad gloriam, ſi probamur; vel ad pœnam, ſi delinquimus: & tutiſſima eſſe aduerſus Dæmonum impreſſionem munimenta, ſignum Crucis, vitam ſinceram, & intemeratam in Deum fidem. Quod ſi apud Magdeburgẽſes nec dicta nec facta Antonij valeant, ſed pro noua huius Cẽturiatus poteſtate vapulare debeant; Chriſto ſaltem tantũ deferant, vt is liber ſit ab ipſorum maledictis; qui poſt plagas iſtas Antonio à Dæmonibus inflictas, magno cum ſplendore ei apparuit. Tanti igitur luminis acceſſum Dæmones non ferentes, euanuerunt. *Omnis tũ corporis dolor extemplo deletus eſt; et ædificium, quod paulo ante diſſolutum fuerat, inſtauratũ eſt.* Vnde præſentiam Domini perſentiens Antonius, *ex imo pectore trahens lõga ſuſpiria, ad viſionem, quæ ei apparuerat, loquebatur dicẽs: Vbi eras, bone IESV, vbi eras? Quare non à principio fuiſti, vt ſanares vulnera mea? Et vox ad eum facta eſt: Antoni, Hic eram, ſed exſpectabã videre certamẽ tuum. Nunc autem quia dimicando viriliter, non ceſſiſti; ſemper auxiliabor tibi, & faciam te in omni orbe nominari. His auditis, exſurgens in tantũ roboratus orabat; vt intelligeret, plus ſe recepiſſe tunc virium, quàm ante perdiderat.* Promiſſionem certe ſuam Deus ipſis poſtea rebus confirmauit; cũ ſumma illũ ſapientia; qua miro acumine Ethnicos

D. Antonius ad internecionem pene à Dæmone cæſus.

Quibus armis Antonius Dæmones vicerit.

Apelles.

Patientia Antonium alter Iob.

Quæ aduerſus Dæmones tutiſſima munimenta.

Facta & vita Antonij à Chriſto approbata.

Quibus dotibus Antonius fit diuinitus locupletatus.

Philoſophos, & hæreticos conuincebat, (licet omnium litterarũ eſſet expers) & ſingulari quadam ſanationum & prædictionũ, aliorumque miraculorum gratia ita ornaret; vt Antonio in abditiſſima ſolitudine Ægypti recõdito, nihil tamen eſſet in tota Africa, Hiſpania, Gallia, Italia, Illyrico, & reliquo orbe notius, aut illuſtrius. Et certe adeo innotuit, vt Conſtantinus Imperator omnium celeberrimus per litteras eius ſolitudinem inuiſeret; ſeque, liberos, & imperium ipſius precibus commendaret. Atq; iſta Athanaſij, quo modo Chriſtus Antonio apparuerit, narratio admonere te debet; ne apparitionem eam, quam vel Gregorius Martyrio, vel ipſi Gregorio factam alij prodidere, temere reiicias. Cur enim non ſit iſta apparitio æque credibilis, atq, illa Chriſti; qua ſe Petro Romã olim mortis metu profugienti (quam tamen licet eam Egeſippus & Ambroſius recenſeant, iſti conantur eleuare) aut illa, qua ſe Martino viſendum præbuit? Quibus nihil in Catholica Eccleſia celebrius. In qua illa ſæpe vox perſonat: *Martinus catechumenus hac me veſte contexit*. Aut cur non Romanam ſedem Chriſtus, (qua nihil in rebus humanis auguſtius, cum in ea Chriſti vicarium adoramus) vt ampliſſimũ quoddam præmium Gregorio, (qui ea erat digniſſimus) promitteret? Qui certe ab omni ambitione tam erat alienus, quàm iſti ſunt ab omni boni vel Theologi, vel hiſtorici officio remoti. Ille igitur cũ ſe videret ad illud officiũ rapiendũ, profugit, atq; delituit; ſed, latebris illis cæleſti quodam lumine illuſtratis, proditus, inuitus ad pontificatum pertractus eſt. Sed vt ad Antonium redeamus, erit & ille, ſi iſtis credimus, ſui ipſius homicida. Qui tamen præter ſingularia illa, de quibus diximus, Dei in eum beneficia, adeo præcoci fato non eſt functus, vt centeſimum vitæ annum ſuperarit; & ita ſuperarit, vt nec tam prouecta ætas, nec vitæ auſteritas quicquam de oris, totiuſque corporis gratia atque firmitate, aut de oculorum acie, aut dentium numero detraxerit. Quare & huic idem, quod olim Danieli & ſociis accidiſſe dixerim, qui cum ſolis leguminibus & aqua paſti fuiſſent, regiis tamen pueris, quantumuis delicate enutritis, nitidiores, & habitiores erant. Sed de his & ſimilibus Antonij laudibus, apud egregios iſtos hiſtoricos ne vel leuiſſima quidem mentio fit. Quorum iam vide fraudes; Hieronymum in Paulo ſuo nihil aliud, quàm Rhetorem agnoſcunt. Iſta ab Athanaſio de Antonio prodita diſſimulanter prætermittunt. Supereſt nunc, vt egregium iſtorum in Hilarione Hieronymi tractando candorem aperiamus. Quem Areopagitæ iſti, cæleſti quadam & cenſoria virgula ſibi arrepta, crudeli calculo inter ceteros etiam homicidas reiiciunt. Pauca itaque de iſto homicida diſſeramus. Vaſtam igitur ille Paleſtinæ Eremum decimo quinto ætatis anno ſubiit: quem miris modis infeſtabat Dæmon, & gloriæ atque ſanctitati-

Marginal notes (left):

Antonij, licet in ſolitudine viuẽtis, fama in totũ terrarum orbem diſſipata.

Chriſti apparitio Martyrio et Gregorio contra Magdeburgenſium calumnias defenditur.

Apparitio Chriſti Petro.

Apparitio Chriſti Martino.

Pontificatus maximus Gregorio promiſſus.

Gregorius quàm ab ambitione alienus.

Antonij exemplo declaratur Monachos non eſſe homicidas ſui.

Daniel & ſocij eius.

Magdeburgenſiũ fraudes.

Hilarion contra Magdeburgenſiũ calumnias defenditur.

Marginal notes (right):

Ioan. Roma. Pontif. in vita Gregorij. lib. 1. cap. 44.

Dan. 1.

Hieronym. in vita Hilarionis.

ctitati illius inuidebat, quòd ſe à puero vinci, & prius ab eo ſe calcatum videret, quam per ætatem peccare potuiſſet. Quare omnibus eum artibus & terroribus ſuis impetit. *Quadam igitur nocte cœpit infantum audire vagitus, balatus pecorum, mugitus boum, planctum quaſi mulierum, leonum rugitus, murmur exercitus, & rurſus variarum portenta vocum, vt ante ſonitu, quàm aſpectu, territus cederet. Intellexit Dæmonum ludibria; & prouolutus genibus, Chriſti Crucem ſignabat in fronte; talique armatus caſſide, & lorica fidei circumdatus, iacens fortius præliabatur; quodammodo videre deſiderans, quos horrebat audire, et ſolicitis oculis huc illucq; circumſpiciens; cum interim ex improuiſo, ſplendente luna, cernit rhedam feruentibus equis ſuper ſe irruere: cumq; inclamaſſet* IESVM, *ante oculos eius repentino terræ hiatu pompa omnis abſorpta eſt. Tunc ille ait; Equum & aſcenſorem proiecit in mare: Et, hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine Dei noſtri magnificabimur.*

Exod. 15.

Multa ſunt tentationes eius, & die noctuq; variæ Dæmonum inſidiæ; quas ſi omnes narrare velim, inquit Hieronymus, *modum excedam voluminis. Quoties illi nudas mulieres cubanti; quoties eſurienti largiſſimæ apparuere dapes?* Qui incredibilem vitæ eius rigorem per omnes ætatis gradus, præſertim ingraueſcente iam ætate, his verbis inter cetera deſcribit: *Inde cùm ſe videret corpore defatigatum, & propinquam putaret imminere mortem, à ſexageſimo quarto anno vſque ad octogeſimum pane abſtinuit, incredibili feruore mentis; vt eo tempore quaſi nouus accederet ad ſeruitutem Domini, quo ceteri ſolent remiſſius viuere. Fiebant autem ei de farina, & comminuto holere ſorbitiuncula; cibo & potu vix quinque vncias appendentibus*. Quam iſti Hieronymi ſententiam non meliores hiſtorici, quam Theologi, auſi ſunt ſuo commento, quaſi cœno margaritis aſperſo, fœdare; eam, quam Hieronymus *Domini ſeruitutem* appellat, *ſuperſtitionem*, quòd *corpori honorem non haberet*, vociferantes. Sed veriſſima eſt illa Hieronymi vox; veriſſima quoque & ſecura apud Deum poſtrema illa B. Hilarionis vox; *Egredere anima mea, quid dubitas? ſeptuaginta prope annis ſeruiſti Chriſto, & mortem times?* Qualem certe ſecuritatem Magdeburgenſes nunquam in ſe ſentient apud Chriſti tribunal (niſi pænituerint) de ſua ſola fide, quantumuis iam eam iactent: ſentient potius grauiſſimã, ſed ſeram inanis huius fiduciæ pænitentiã: ſentient grauiſſimas conuiciorũ horũ pœnas, quibus ſeruos Dei tam petulanter inceſſunt, et rectiſſimã Dei ſeruitutẽ, ſuperſtitionem clamitant. Vere itaq; in iſta ſolitaria vita Deo Hilarion ſeruiuit, huiuſque ſuæ ſeruitutis vberrimos fructus, præmiaque in hac, & in cæleſti vita percepit. Quem Deus viuẽtem tanta gratiæ, & ſignorum luce illuſtrauit, vt nouus Elias, nouus Eliſæus crederetur; & Chriſtianorum Propheta vbique diceretur: quem nec defunctum vel in terris gratia iſta deſeruit, cum apud eius ſanctas reliquias egregia ſigna ſint patrata: quod & Antonij reliquijs contigit.

Quibus artibus & machinis Dæmon Hilarionem circumuenire conatus ſit.

Crucis caſſide, et lorica fidei Hilarion armatus machinas Dæmonum repulit.

Mira victus temperantia et abſtinentia, in Hilarione.

Seruitus Domini, quod eſt Hieronymo, Magdeburgenſibus eſt ſuperſtitio.

Vltima Hilarionis morituri verba.

Diſſimilis Magdeburgenſium & Hilarionis conditio.

Quos retulerit fructus Hilarion ex ſeruitute Dei.

Ad reliquias Hilarionis, & Antonij miracula edita.

contigit, licet illę ad Iuſtiniani vſque imperium incognitæ iaceret. Sic nouit Deus ſeruos ſuos nobilitare. Atque hic iam, ſi recte aduertas, omnes iſtorum fraudes irrumpunt. Hic ſe fatui iſti Rhetores, mendaces hiſtorici, peruerſi Theologi, produnt. Vides, quibus cuniculis fidem rerum à Paulo, Antonio, & Malcho geſtarum imminuere conantur. Crederet forſan aliquis, eos licet nefarie, ſimplicius tamē & ex animo agere, & quæ ſentiunt profiteri, magiſq; ignorantia quàm malitia peccare. Atq; vtinam tam leui ſui purgatione defungi poſſent. Nunc illos malitiæ ſe omnia agere, & immani quodam Catholicę Eccleſiæ, & vitæ Monaſticæ odio abreptos, omnia hæc impudēter effutire, res ipſa clamat. Nam ſi millies conſtaret, vel Athanaſium Antonij, vel Hieronymum Pauli, atque Malchi vitam ſerio ſcripſiſſe; nihilo tamen magis eam iſti probarent. Etenim, vt reliquos patres iam prætermittam, non ſolum Theodoreti, Palladij, Ruffini fidem in deſcribendis horum Monachorum miraculis, quos ipſi notiſſimos & familiares habebant, imminuere conantur; ſed ſimilia etiam, quæ de Antonio ab Athanaſio, de Paulo atque Malcho ab Hieronymo ſcribuntur, in Hilarione & alibi etiam paſſim iſti repudiant: quæ tamen Hieronymum ſerio atque ex animo ſcripſiſſe, nec ipſi negant. Ita quæ Hieronymus de angelo Prætextatæ Himerij vxori (qui fuerat celeberrimæ illius Euſtochij patruus) apparente prodit recens geſta, quæ ab ipſa Euſtochio & aliis Himerio coniunctiſſimis acceperat, *vt nugas, vt ſuperſtitioſa, & ad nimiam virginitatis commēdationem conficta* reiiciunt. Sed ne mireris, ſi in Gregorium, & alios Monachos virulenta iſtorum lingua graſſetur, cum ipſum etiam Hieronymum ob Monaſticam vitam inuadere petulantiſſimi homines audeant. Is enim, ſi quis alius, Paulum, Antoniū, Hilarionem, Macarios, alioſq; celebres Monachos egregie in hac Monaſtica diſciplina æmulatus eſt; in horrido videlicet calore ſolis habitaculo, in ſacco, membris deformibus, cute ſqualida, lacrymis, & gemitibus quotidianis, humi dormitionibus, aqua frigida, cibo incocto, ieiunio, fame, variaque id genus vitæ, vt ipſe de ſe teſtatur, aſperitate. Itaque ridiculum plane, & puerile eſt iſtorum commentū, quo perſuadere nobis cupiunt, Hieronymum finxiſſe, nō depinxiſſe Monachum in Paulo & Malcho: quorum ille, & ſimilium vitam tam prolixe vbique laudat, & tanto ardore ſectabatur. Quod cum nec Centuriones noſtri ignorarent; non tam in Malchum, quàm ipſum iam Hieronymum conuicijs arrodendum caninos iſtos dentes acuunt. *Quemadmodū*, inquiūt, *plenum ſuperſtitionis hoc ipſum fuit, quod Eccleſiaſticas functiones fugiens, Monaſticen colere et profiteri, exemplo nocenti, & ad errorem ſimilem multos inuitanti, maledictis dura ſſimas in eo vitæ genere moleſtias tum expertus eſt, tum falſa ſanctitatis, & religionis perſuaſione ſibi ipſi accerſiuit, & auxit.* Hæc de Hieronymo præclari noſtri Areopagitæ (qui

Iſidorus. Beda in martyrolog. Sigebertus. Ado.

Magdeburgenſiū fraudes malitioſæ indicantur.

Magdeburgenſes patrum fidem in deſcribendis Monachorū miraculis labefactare conantur.

Prætextata hiſtoria.

Cent. 4 ca. 13. p. 1456.

Magdeburgenſium calumnia in Hieronymū.

Hieronymus æmulator Monaſticæ diſciplinæ

In epiſt. ad Euſtochium.

Magdeburgenſium conuicia in Hieronymum.

Cent. 4 ca. 10 p. 1255.

(qui ſi hodie viueret,ipſos,vt merentur,ornaret:) vt nihil te moue-re iam debeant iſtorũ in Moſen, Bathæum, Accpſemam, Paphnucium, & alios, quos recitaſti, contumeliç, quç in Hieronymum, Hilarionem, Antonium, Paulum, atque adeo Marci Euangeliſtæ, vt diximus, diſcipulos recidunt.

Refutantur calumniæ Magdeburgenſium contra Simeonis columnam.

CAP. XVIII. CRITOBVLVS.

IN Hieronymo & Hilarione carpẽdis deſiderabit forſan quiſpiam maiorem in Magdeburgenſibus prudentiam, atque modeſtiam. Verum enimuero prodigioſam illam, nouamque viuendi rationem in columna, per quam ſe nobilitarunt Simeon atq; Daniel, nec tu, puto, probaris. IREN. Sed quo iure iſti omnium innouatores noua ita exagitant? Quanquam vtinam nihil in eis eſſet niſi nouitas, quæ ex ſe nec laude, nec vituperatione ferè digna eſt. Neque nos tam eos reprehendimus, quòd noua dogmata, quàm quòd grauiſſimis erroribus plena tradant; nõ tamen prorſus nouis, ſed iam poſt mille annos renouatis. Quanquam in dogmatibus omnis nouitas meritò ſuſpecta eſt: quippe quæ hæreſeos mater plerũque exiſtat. Sed dicãt iſti mihi, quid ſit illud prodigij, quid turpitudinis, quid fęditatis, quod in iſta columna repererunt? Quale cùm iſti nihil reperiant in columna (neque enim poterunt.) illud mihi expediãt, quæ vitia in Simeone, aut Daniele deprehenderint, quæ iuſtam reprehẽſionẽ mereãtur? Sed quoniam nihil huiuſmodi dicere poterũt, ego iã tibi Magdeburgenſium tuorũ inſidias & fraudes, & Simeonis atq; Danielis præſtantes virtutes, à quibus iſti recitandis conſultò abſtinuerũt, referã: quas à duobus grauiſſimis auctoribus, Theodoreto & Metaphraſte petitas vel obiter indicabo. De Simeone itaq; Theodoretus inter alia ad hunc ferè modum: *Cũ hos, inquit, tres perpetuos annos, vt dixi, in illa trãſegiſſet domuncula, ad hoc tantopere ſermonibus iactatũ, & celebratũ venit cacumen; & cũ ſeptũ circumcirca fieri mandaſſet, ferream autem catenam viginti cubitorum comparaſſet, & eius vnũ quidem initiũ cuidam petræ maximæ appendiſſet, alterũ autem dextro pedi adaptaſſet, vt nec, ſi vellet quidem abiret extra eos limites: in eo degit cælum aſsidue viſione apprehendens, & vt ea, quæ ſunt ſupra cælos, cõtemplaretur; ſibi vim afferens. Mentis enim volatũ non impediebat ferri vinculũ. Poſtquam autem Miletius ille admirabilis, cui tunc mãdata erat cura epiſcopatus regionis Antiochenæ ciuitatis, vir cordatus, & prudentia clarus, & ingenij ſolertia ornatus, ſuperuacaneum dixit eſſe ferrum, dum ſufficiat mens ad corpori imponenda rationis vincula; ceßit quidem*

Nouitas omnis meritò ſuſpecta, maximè in dogmatu fidei.

Egregiæ & Diuinæ virtutes Simeonis ac Danielis, quas ſilẽtio Magdeburgenſes perfidè ac malitioſè inuoluerunt, deſcribuntur.

In religioſã hiſtoria ex interpretatione doctißimi viri Gentiani Herueti.

Theodoreti de Simeone Elogiũ.

&

& eius paruit ſuaſioni. Cum autem æris fabrum accerſiri iuſſiſſet, præcepit ſolui vinculum. Cum autem tibiæ quoque adaptata eſſet pellis, ne corpus læderetur à ferro, & oporteret eam, fuerat enim cõſuta, diſrumpi. dixerũt ſe vidiſſe, plus quàm viginti maximos cimices in ea tanquam taberna deliteſcentes, & hoc ſe vidiſſe dicebat admirandus Miletius. Ego autem huius memini, hinc quoque oſtendens magnam viri tolerantiam. Nam cum poſſet pellem manu comprimere, & omnes facile interimere, moleſtos morſus toleranter paſſus eſt, in paruis ſe lubenter ad maiora exercens.

Tolerantia Simeonis.

Id verò, quod iam dicturi ſumus, omnem certe fidem ſuperare videretur, niſi à tam graui teſte, qui illis temporibus vixerat, & Simeoni coniunctiſſimus, res illius accurate cognitas habuit, proditum fuiſſet. Legimus quidem Moſen & Eliam totos quadraginta dies nihil aut comediſſe aut potaſſe; ſed id de Elia ſemel, de Moſe bis ad ſummum per omnem vitam legimus. Iſte vero noſter athleta per totos 28. annos quadrageſimam ſine vllo aut cibo, aut potu exegit; vt multis iam dubitatio orietur, an eſſet mortalis homo. Quid iam de præſtanti curationum, quid de prædictionum dote dicam, quibus Deus Simeonem noſtrum ad ſtuporem totius orbis amplificauit? De quo hæc præterea Theodoretus adiicit: *In tantis autem laboribus, tantaque rerum geſtarum magnitudine, & miraculorum multitudine, eſt tanta morum modeſtia, ac moderatione præditus, ac ſi ſit dignitate poſtremus omnium hominum. Præter modeſtiam autem, & facilis ad eum patet aditus, & eſt affabilis & ſuauis: & reſpondet vnicuique eorum, qui loquuntur, ſiue ſit opifex, ſiue mendicus, ſiue ruſticus. A munifico autem & liberali Domino accepit etiam donũ doctrinæ; & bis quotidie faciens admonitiones, irrigat aures eorũ qui audiunt, pulchre admodum loquens, & diuini Spiritus exhibens diſciplinam: & iubens in cælum ſuſpicere, & euolare, & à terra diſcedere; & regnum, quod exſpectatur, viſione apprehendere, & gehennæ minas timere, & terrena contemnere, & futura exſpectare. Licet autem eum quoque videre iudicantem, & rectas & iuſtas ferentem ſententias. Hæc autem, & quæ ſunt huiuſmodi, fiunt poſt horam nonam. Totam enim noctem, & diem vſque ad nonam orat perpetuo. Poſt nonam autem, primum quidem Diuinam doctrinam exhibet præſentibus. Deinde, audita vniuſcuiuſque petitione, cum aliquas fecerit curationes, componit lites eorum, inter quos eſt controuerſia. Circa occaſum autem ſolis, deinceps incipit conuenire Dominum. Sed quamuis in his verſetur, & hæc omnia faciat, nec ſanctarum Eccleſiarum curam abiicit, & prouidentiam; aliquando quidem pugnans cum impietate gentium; aliquando autem frangens Iudæorum audaciam; aliquando autem fundens ac profligans turmas hæreticorũ; & aliquando quidem de his ſcribens ad Imperatorem; aliquando autem præſides & magiſtratus ad diuinum zelum excitans; aliquando autem ipſis quoque Eccleſiarum paſtoribus maiorem gregis curam gerere præcipiens.* Hac tanta Simeonis virtute & patientia excitati *Iſmaëlitæ, Perſæ, Armenij, Iberes, Homoritæ,*

Miraculoſum quadrageſimale ieiunium Simeonis.

Dotes Simeonis prædictionis et curationis.

Simeonis modeſtia.

Doctrina.

Quid ſinguli diei partibus egerit Simeon.

Cura Eccleſiarum.

Quantus concurſus ad Simeonẽ ex omnibus mundi …

Homoritæ,certatim ad eum confluebant, eiuſque conſilio & adhortatione diuinum baptiſmum accepere. Ad eum quoque cõfluebant, *qui extrema occidentis habitant; Hiſpani,inquam,& Britanni, & Galli,qui, quod eſt intermedium,occupant. De Italia enim ſuperuacaneum eſt dicere. Aiunt enim,*Roma, *quæ eſt longe maxima, eum fuiſſe adeo omnium ſermone celebratum,vt in officinarum omnium veſtibulis, & porticibus paruas ei poſuerint Imagines ;hinc ſibi præſidium & tutelam parantes.* Hæc & alia id genus quamuis Theodoretus Cyri Epiſcopus non tam auritus teſtis, quàm miraculorum eius ſpectator, quique res ab eo geſtas ad vnguem tenuerat,ipſo adhuc viuo ſcripſerit:rerum tamen magnitudine & ipſe percullus,ad fidem ſibi cõciliandam,lectoris mentem præfatione quadam hunc in modum præmuniendam putauit. *Simeonem illum inſignem, magnum illud orbis terrarum miraculum, ſciunt quidem omnes,qui parent Imperio Romanorum :norunt autem Perſæ quoque,& Indi,& Aethiopes. Quin etiam ad Scythas vſque Nomadas fama peruadens, eius in laboribus ſubeundis diligentiam docuit ,& philoſophiam. Ego autem etiam cùm omnes, vt ſemel dicam, homines teſtes habeam, vereor narrare certamina, quæ omnem ſuperant orationem ; ne poſteris videatur fabula nuda ab omni veritate. Quæ enim fiunt,humana ſunt naturâ ſuperiora. Solent autem homines naturâ metiri ea,quæ dicũtur. Si quid autem dicatur,quod eius excedat limites, falſa videtur oratio iis,qui non ſunt diuinis initiati myſteriis. Quoniam autem piis & vera religione præditis terra & mare plena ſunt:& qui in rebus diuinis ſunt eruditi,& ſanctiſſimi Spiritus gratiam accepere, tantum abeſt vt non credant iis, quæ dicenda ſunt, vt iis etiam magnam fidem ſint habituri:promto, & alacri animo accedam ad narrationem.* Hęc Theodoretus. Defuncto tandé beato iſto athleta, Daniel columnam eius ſubiit. Innumerabiles & ſingulares dotes, quibus eum Deus exornauit, longum eſſet perſequi; vt variorum morborum,adhibitis precibus,lacrymis, oleoque ſancto,curationem, exitioſorum Dæmonum expulſionem, imperium in belluas & ſerpentes, prædictiones, quibus res futuras non priuatis modò hominibus, ſed & Zenoni & Leoni, Imperatoribus ſignificauit. Quem tanti Leo fecit,vt ſæpe ad eum veniret,benedictionemque ab eo, & precum communionem peteret. Qui regem Lazorum ad ſe venientem feriendi fœderis cauſſa ad columnam Danielis duxit: eumque illi, tanquam miraculum Imperij ſui, oſtendit. Qui poſtquam columnam cum lacrymis adoraſſet; *Ago tibi gratias, dixit, rex cæleſtis, quòd mihi, qui ad terrenum regem veneram, cæleſtem huius viri vitam oſtenderis; & dignum me cenſueris, qui eſſem ſpectator talium myſteriorũ.* Adeo autem vtrique magnus ille Daniel dignus eſt viſus admiratione; vt ambo illum ad definienda fœdera arbitrum conſtituerint. Neque tamen hic columnam ſuam tantopere adamauit,vt non eam Chriſtianæ reipublicæ iuuãdæ cauſſa ad tempus deſeruerit. Ea enim relicta, venit aliquando

Con-

Imagines Simeonis in omnium officinarum veſtibulis et porticibus Romæ.

Theodoretus.

Simeones orbis miraculum.

Daniel ſucceſſor Simeonis quam multis & præclaris dotibus à Deo exornatus.

Danielem quanti Leo Imperator fecerit.

Metaphraſt. in vita Daniel tom. 5. Aloyſ.

Danielis columna à Rege adorata.

Catholicā religionem quanta animi magnitudine Daniel propugnauerit: Simeonis in defensione Catholicæ fidei ſolicitudo.

Conſtantinopolim, magnaque animi fortitudine, dicendiq; libertate Catholicam religionem propugnabat; & Baſiliſcum Imperatorem, qui Chalcedonēſis Concilij decreta infringere conatus eſt, palam verbis acerrimis caſtigabat. Chalcedonenſem verò Synodū Simeō quoq; huius præceptor apud Theodoſium per litteras vehementer defendit. Quę alijs etiam in rebus tantum apud eum auctoritatis habuerunt, vt cum Antiocheni aliquando ſynagogas Iudæis ademiſſent, eaſque Imperator reſtitui imperaſſet; per litteras à Simeone ob id reprehenſus, mox mandatum reſciderit; & præfectum, cuius conſilio id fecerat, dignitate exuerit. Talem animi generoſitatem in eadem cauſſa Ambroſius Mediolanenſis antea oſtēderat. Quam ergo fidem egregijs iſtis tuis hiſtoricis tribuendam exiſtimas? qui, cum ex profeſſo patrum hiſtoriam ſibi deſcribendam ſumſerint, & in eo ſe officio ſincerè atque integrè verſari clamitent; iſtas, & infinitas id genus aliorum laudes, atque res admirabiliter geſtas, non modo ad veritatis & lectoris fraudem ſilentio ſummo prętermittūt, ſed & maledictis tantos patres onerant, quaſi *ſuperſtitioſos, homicidas, & doctrinam de noſtra iuſtificatione obſcurantes.* Quare mendaces, & maledicæ huiuſmodi vociferationes contra Simeonis & Danielis columnam videbuntur multis, nō omnino vel à pijs Theologis, vel à fidelibus hiſtoricis, ſed à columna quadam Meniana potius proficiſci. Atque iſtis quidem conuicijs licet eos, quos tu nominaſti, perſtringere ſolum videantur: ea tamen ad omnes veteres Monachos, & Eremitas æquè pertinent.

Ambroſius.

Lib. 5. epiſt. 29.

Magdeburgenſium in eccleſiaſticis hiſtorijs perfidia, & in patres maledicentia.

Scripturas, quæ à Magdeburgenſibus contra vitam Monaſticam proferuntur, nihil ei aduerſari.

CAP. XIX. IRENÆVS.

IAM verò Magdeburgēſes tui cùm omniū ſanctiſſimorū patrū, qui vel Monachi, vel Eremitæ fuerūt, auctoritate ſe opprimi viderēt; ne temere viderētur ad tantas calūnias deſcēdiſſe, magnos Scripturarū nobis cumulos coaceruant: *Non occides; Non tentabis Dominū Deū tuū: Habe honorem corpori; Omnis Dei creatura bona eſt; Adiuuemini nos mutuò; Nolite exire; Fruſtra me colunt mandatis hominū, Honora patrē*-*tes; Honorabile matrimoniū*, & ſexcēta huiuſmodi veteris & noui teſtamēti loca. Quibus in vniuerſū vno verbo reſponderi poteſt: * οὐδὲν πρὸς ἔπος. Sed nos tamē, vt pleriſq; eorū iā reſpōdimus, ita & ad cetera reſpōdemus, & iſtos interrogamus, qua fronte ſibi tantū arrogare audeant, vt melius ſe Scripturas intelligere profiteātur; quā Antonius, Hilarion, Athanaſius, Baſilius, Hieronymus, Auguſtinus, & ceteri patres intelligebāt? Sed quid iſtos nomino? Vniuerſę Catholicę Eccleſię, Chriſti ſponſę (à quo illa vt Scripturas, ita & verā earū interpretationē, dictante Spiritu ſancto, accepit) audent iſti nullius pudoris

Quos Scripturarum locos Magdeburgenſes cōtra Monaſticam vitam, ſed fruſtra, coaceruarunt.

* i. nihil ad rem.

Magdeburgenſiū arrogantia.

Magdeburgēſes non Dei, ſed ſuas & diaboli Scripturas profitentur.

pudoris homines ſua ſomnia præferre. At Scripturas tamen proferunt: proferunt quidem. At quia *Scripturæ non in legendo, ſed intelligendo conſiſtunt*, cùm peruerſo à ſe ſenſu deprauatas proferunt, non iam Dei, ſed ſuas, aut Diaboli potius Scripturas proferunt. Scrip-
Pſal 90. tum eſt olim à ſancto propheta Dauide; *Angelis ſuis mandauit de te*; ſed cum ea verba in alium ſenſum quàm Spiritus ſanctus docuit; imo in eum tandem finem Diabolus aduerſus Chriſtum ipſa pro-
Matth.4. ferret, vt Chriſtus ſe de præcipitio iactaret, recte reſpondit Chriſtus: *Non tentabis Dominum Deum tuum*. Atque hic Euangelici iſti præceptorem ſuum, Diabolum, egregie æmulantur. *Magdeburgenſes Diabolice prauitatis æmuli.* Quo enim alio ſpectant omnia iſta, vt ab eis accipiuntur teſtimonia, quàm vt nos præcipitemus? Quid ſonant in eum, quem iſti nobis occi-
Matth.4. nunt, ſenſum, niſi Dæmoniacam illam vocem; *Mitte te deorſum*? Aut, quod grauius vnquam homini præcipitium contingere poteſt, quàm ſi ad iſtarum Syrenarum blandas, & ex Scripturis nos titillantes voces, de ſumma illa & tutiſſima rectæ fidei & Monaſticæ vitæ arce, fidei & votorum teſſerâ confractâ, in profundum quoddam totius impudicitiæ, omniumque hæreſeum, ac demum in ipſum Orci barathrum cum perpetuo corporis & animarum exitio præcipites ruamus? Ac ſane ſæpe mecū admiratus ſum, cum ea, quæ contra Monaſticam vitam iſti producunt, adeo nihil ei detrahant, vt etiam pueris id ſit ſtatim perſpicuum; vel iſtos ita ſe omnibus venditare, & de Scripturarum peritia gloriari; vel adeo imperitos atque leues homines inueniri, vt iſtos ſtatim quaſi Apoſtolos adorent. *Magdeburgenſes quam inepte, abſurde & præpoſtere ſcripturas ad Monaſticæ vitæ reprehēſionem accommodent.* Nam, vt vno aut altero exemplo iſtorum ſtultitiam comprimam; quid ineptius, quàm illud contra Eccleſiæ vel Monaſtica ieiunia, atque continentiam proferre; *Omnis Dei creatura bona eſt*: &; *Honorabile coniugium*; & huiuſmodi? cùm nec Monachi, nec Eccleſia reliqua vnquam vel cibos, vel nuptias impuras dixerint: ſed Manichæi & ſimiles hæretici. Apoſtolicæ enim doctrinæ regula nec cum Iouiniano æquat continentiæ opera nuptiarum, nec cum Manichæo coniugia condemnat. Neque Monachi ab iis, tanquam rebus ſua natura malis, vnquam abſtinent; ſed ideo, vt, corpore in ſeruitutem redacto, poſſint ſolutiore, & liberiore animo diuina meditari. Iam illud; *Adiuuemus nos mutuo*, quam apte, & quam accommodate contra vitam Monaſticam proponitur? *Sanctos Monachos multum populo Christiano profuiſſe.* Quaſi vlli vnquam homines poſt Apoſtolos vel corporibus, vel animis hominum iuuandis, plus Antonio, Hilarione, Simeone, Daniele, & aliis, contra quos iſti tam atrociter vociferantur, profuerint. Aut quaſi Paulus, & alij, qui ſolitariam vitam in abditiſſima Eremo egerunt, toti humano generi ſanctis precibus non profuerint: Cum Monachi hoc ſit potiſſimum officium, ſua & aliena peccata perpetuo plangere, & continuis precibus Deum mundo propitium reddere. *Quod potiſſimum Monachi officium.*

Oſtenditur

Oſtenditur contra Magdeburgenſium calumnias, Antonium, & alios Monachos, quamuis in abditiſſima ſolitudine poſitos; plurimum tamen rebus humanis profuiſſe: & defenditur factum Pioris contra eorundem calumnias.

CAP. XX. IRENÆVS.

QVOD ſi adhuc, quanti ſint momenti huiuſmodi Sanctorũ Mo-
nachorũ preces, Magdeburgenſes ignorent; diſcant à Conſtantino *Ruffin lib. 1. cap. 8.*
Conſtantinus. Magno tam ſanctæ precationis vires, qui ſe, liberoſq; ſuos Anto-
nio in intima ſolitudine deliteſcenti precibus ſuppliciter cõmenda-
Theodoſius. uit. Diſcant à pio Theodoſio Imperatore, qui difficillimis tempo- *Sozom. lib. 7 c. 22.*
ribus ſuis, Ioannis Eremitæ concilio res ſuas gubernabat, & in eius
ſanctitate atque precibus maximũ quoddam ſibi & Imperio præ-
ſidium reponebat. Diſcant & a Iuſtiniano Imperatore, qui de hoc
Iuſtinianus. genere vitæ ad hunc modum ſcribit: *Solitaria*, inquit, *vita, atque in ea* *In nouellis cõſtitutionibus conſtit. 133.*
contemplatio, res plane ſacra eſt; & quæ ſuapte natura animus ad Deũ adducat, neque iis tantùm, qui eam incolunt, commodet; ſed etiam omnibus aliis puritate ſua, & apud Deum interpellatione, competentem de ſe vtilitatem præbeat. Vnde & olim ea res Imperatoribus ſtudio fuit habita, & nos non pauca de dignitate & honeſtate eorum legibus complexi ſumus. Deinde & hæc adiicit: *Si enim puris illi, nudiſq; manibus pro Republica preces Deo obtulerint; manifeſtum ſane quòd & res militaris pulchre ſe habebit, & ciuitates in bono ſtatu erunt. Deo item propicio atque beneuolo conſtituto, quomodo non omnia in ſumma pace, & recta legum moderatione vigebũt? Terra quoque nobis fructum feret, & celerius bona ſua edet, per Dei beneuolentiam precibus illorũ vniuerſam Rempub. in vnum colligentibus. Sed & communis hominũ figura venerabilior erit, quærent q; quod præſtantius eſt, illorũ puritatem reueriti.* Hæc & alia id genus Imperator Iuſtinianus. Diſ-
cant præterea à B. Chryſoſtomo, qui glorioſæ iſti regum vitæ, &
Chryſoſtomus. magnifico ſplendori, Monaſticam ſolitudinem longe præfert. Nec
erit iam alienum, ſi eius ego tibi ſententiam, quantum Sanctorum
huiuſmodi apud Deum preces efficiãt, paucis recitẽ. *Nonne*, inquit, *Chryſ. tom. 5. de comparatione regis et Monachi.*
Achab. *Achab Iudæorum rex, per famem & annonæ caritatem, in Eliæ precibus ſpem*
poſuit ſuam? Nonne Ochozias illud idem imperium, illum eundem principa-
Ochozias. *tum obtinens, æger, ac iam iam moriturus, inſtantem ſibi mortem cum vide-* *4. Reg. 8.*
ret, ad eundem Prophetam confugit, tanquam morte potentiorem, & vitæ *4. Reg. 1 & 13.*
largitorem? Atqui bello erumpente, Paleſtinaq; in tantum adducta pericu-
Iudæorum reges *lum, vt funditus excidenda eſſet, Iudæorũ Reges, miſſo exercitu, miſſis pe-*
ditibus, ſagittariis, ducibus, Cẽturionibus, ad Eliſæi preces ſe receperũt. Exiſti-
mabant enim Dei ſeruum, ſibi multarum myriadum inſtar fore. Itidem & *4. Reg 19.*
Ezechias. *Ezechias Rex bello Perſico conflato, iamq; ciuibus ipſis pro aris & focis in*
maximũ protractis periculũ, iiſq;, qui pro mœnibus ſtarent iam tremẽtibus,
metuentibus, ac perinde commotis, vt commoueri homines ſolent, quoties vel
tonitruum

tonitruum, vel terræmotū omnia quatientem exſpectant, Eſaiæ preces multis Perſarum vallibus oppoſuit; neque ſua illum ſpes feſellit. Nam ſimul vt Propheta manus in cælum ſuſtulit, ſtatim Deus ſagittis è cælo miſſis Perſicum bellum confecit. Hæc Chryſoſtomus. Cui iam & diuum Iacobū adiicimus, *Elias*, inquit, *homo erat ſimilis nobis, paſſibilis, & oratione orauit, vt non plueret ſuper terram, & non pluit annos tres & menſes ſex; & rurſum orauit, & cælum dedit pluuiam, et terra dedit fructum ſuū.* Quod ſi Elias & Eliſeus & filij prophetarū, quos Monachos veteris teſtamenti Hieronymus appellat, precibus ſuis tanta à Deo impetrare potuere, an Antonij, Pauli, Hilarionis & aliorum noui Teſtamenti Monachorū preces minus apud Deum efficaces, mundoque fructuoſas exiſtimabimus? Aut eorum ſolitudinem magis ab hominum odio, officiique erga parentes & patriam contemtu, quàm admirabili quodam Dei amore proficiſci arbitrabimur? Aut eam, vt inutilem & turpem ſolitudinem damnabimus, cui ſe Deus præſentem, tam admirabili donorum ſuorum gratia teſtatur? Aut quomodo ſolitariam eorum vitam reprehendemus, qui Deo arctiſſime coniunguntur, & in mortali adhuc corpore quaſi in cælo locati videntur? Certe eius, qui Deo fruitur, ſolitudo, reprehēdi nō poteſt, cum & in cęlo nō ex Angelorū, aut aliorū beatorū, ſed ex ſolius Dei præſentia, & vt ita dicam, fruitione, beatitudo noſtra conſtituatur. Aut quis eſt tam iners, vt exiſtimet, quemadmodū Magdeburgēſes, eum, qui hominem non videt, hominem diligere non poſſe? Audiant illi potius Auguſtinum. *Quid eſt*, inquit, *quæſo, quod videt, qui nō poſſunt hominem non diligere, & tamen poſſunt hominē non videre? profecto illud quicquid eſt, præſtantius eſt rebus humanis, cuius contemplatione poteſt homo ſine homine viuere.* Sed cetera, quæ in Auguſtino ſequuntur, audiamus, quibus vt olim Manichęorū iactantiam de ſua perfectione, ita & Magdeburgenſiū contra angelicam iſtam ſolitudinē calūnias reprimit. *Nihil*, inquit, *de iis dicam, quos paullo ante commemoraui, qui ſecretiſſimi penitus ab omni hominū cōſpectu, pane ſolo, qui eis per certa interualla temporum affertur, & aqua contenti, deſertiſſimas terras incolunt, perfruentes colloquio Dei, cui puris mentibus inhæſerunt, & eius pulchritudinis contemplatione beatiſſimi, quæ niſi Sanctorum intellectu percipi non poteſt. Nihil, inquam, de his loquar: videntur enim nonnullis res humanas, plus quàm oporteret, deſeruiſſe, non intelligentibus; quantum nobis eorum animus in orationibus proſit, & vita ad exemplum, quorum corpora videre non ſinimur. Sed hinc diſputare, longum & ſuperuacaneum puto: nam hoc tam excellens faſtigium ſanctitatis, cui non ſua ſponte mirandum & honorandum videtur, oratione noſtra videri quî poteſt?* Quare ceſſent iam Magdeburgenſes hanc ſolitudinem piis & diuinis viris vitio vertere, qui dum Pio n & aliis illud ex decalogo; *Honora patrem & matrem*: & ex Pauló; *Infideli eſſe deteriorem, qui curam domeſticorum non habeat*, occinūt: cur nō ſibi ipſis illud etiam ex decalogo occinūt;

Elias. — Eliſeus. — Ad Ruſtinū. — Hieronymus. — Monachi veteris teſtamenti. — Beatitudo noſtra in quo conſtituatur. — De moribus Eccleſiæ lib. 1. cap. 31. — Auguſtinus. — Exod. 20. — 1. Tim. 5. — Deut. 5.

Non loqueris contra proximum falſum teſtimonium. Quod in hiſce Centuriis, non dicam centies, ſed millies potius, idque vel in ſola Monachorum hiſtoria, dum conuitiis eos virulēter proſcindunt, corrupta rerum geſtarū fide, nefarie fecerūt. Quibus monſtrū Pior eſt, qui cōtra naturales ſtimulos ſororē cōtemſerit. At Monacho Deus eſt mater, ſoror, & omnia. Nec ille vllam ſuorū curam abiicit, qui quod poteſt pręſtat, & prolixius de eis, quam alii cognati, meretur. Quod certe facit, dum eorum ſalutem Deo aſſiduis precibus die noctuq; commendat, & cæleſtibus pro vitæ ſuſceptæ ratione, continuata & non interrupta animi intentione, meditandis, totum ſe conſecrat. Nam etſi parentibus obſequi & inſeruire debemus; non ignoramus, tamen diſcipulo, qui à Chriſto petierat, vt liceret ſibi patris ſepeliendi gratia ad tempus diſcedere, Chriſtū reſpondiſſe. *Sequere me, & dimitte mortuos, vt ſepeliant mortuos ſuos*. Quo loco ita ſcribit Theophylactus: *Poſtquam quis ſe tradiderit Deo, nō debet denuo ad vita huius curas conuerti, ſed magis oportet venerari Deum. Si autem illis neque patrem ſepelire licuit, væ his, qui Monaſticen profeſſi, ad mundana regrediuntur opera*. Miror certe Magdeburgenſes ita eſſe in Piorem acerbos; cum ſororem, relicta ſolitudine, inuiſerit. CRITOB. Inuiſit certe, ſed ita, vt præſtitiſſet eum non inuiſiſſe: nam & animo reluctanti profectus eſt, & cum ad eam veniſſet, ſororem, quam totos 50. annos non viderat, nec aſpicere, nec ſalutare, quantum video, voluit. IRENÆVS. Fecit quidem grauiter, conſtanter, prudenter, & fraterne Pior. Conſtanter & grauiter; quòd, niſi præfecto imperante, in patriam redire noluiſſet; fraterne, quòd ſororem inuiſerit; prudenter, quòd ei, quæ licet naturali, carnali tamen ſolo affectu teneretur, carnem, quam ſolam deſiderabat, pleno obtutu videndam offerret; ipſe eam, cuius videndæ nulla tangebatur cupiditate (vt qui ante 50. annos omnibus huiuſmodi deſideriis mortuus fuerat) clauſis oculis, non viderit. Quem ego tamen ſororem & vidiſſe, & ſalutaſſe, ſed melioribus illis oculis ac lingua, id eſt, ſpiritalibus, nihil ambigo, dum ipſe totus ad preces effuſus, ſe ſorori interim contemplandum dediſſet. Sed quis detulit has accuſatrices partes Magdeburgenſibus, vt in ſanctum Monachum, quem nemo his mille trecentis annis, nec ipſa vnquam ſoror propterea accuſarit, tam atrociter inuehantur? Adeo enim illa nihil inde offenſa proditur, vt multo, quàm antea, in fratris amorem magis propenderet. Nec dubito, quin ſi hodie viueret, has Magdeburgenſium contra fratrem calumnias ipſa confringeret. Quam ſi omnino non inuiſiſſet, niſi forte propter Præfecti imperium contemtum, nullam ego ei certo culpam attribuerē. Quid enim in eo reprehenſioni fuiſſet obnoxiū, ſi prouectæ ætatis, & decrepitus pæne Monachus ſororem ſuam, relicta ſolitudine, nō inuiſiſſet? quę nulla alia, quàm naturali quadam

Magdeburgenſium in Piorem conuicia.

Matth. 8.

Theophylactus.

Pior à Magdeburgenſium calumniis vindicatur.

Nemo ante Magdeburgenſes Piorē accuſauit

quadam fratrem videndi cupiditate duceretur. Digna ſane fuit ea conſtantia ſancto Monacho, & digna tanti præceptoris, id eſt, Antonij diſcipulo. Digna eo diſcipulo, quem Deus etiam miraculis ornaſſet. Nam nec Antonius cum Diabolus eius animo, inter alias, deſertæ, ac deſtitutæ ſororis cogitationes, vt eum à Monaſtica vita retraheret, iniecißet; illis paruit, & adeo pro ea ſolitudinem non deſeruit, vt eam ad ſe potius, & ad ſolitudinem, vbi virginibus præfecta eſt, perduxerit. Cepit & Malchum aliquando, patre mortuo, matrem viduam inuiſendi, eamq́ue conſolandi cogitatio. Profectus incidit in Iſmaëlitas, & longa miſeria doctus, ſeram cepit itineris ſui pænitentiam. Monachi illud Chriſti ex omnibus potiſſimum hominibus cogitare debent; *Nemo mittens manum ad aratrum, & reſpiciens retro, aptus eſt regno cælorum*; Vxoremque Loth, dum retro in patriam reſpiceret, in ſtatuam ſalis conuerſam. Atque ideo memorabile eſt Machetis abbatis factum, qui poſtquam quindecim iam annos in ſolitudine exegiſſet, & ad eum patris, matris, amicorúmque litteræ ex Ponti prouincia delatæ eſſent; eas non modo non lectas, ſed ne reſignatas quidem, ne vel inani eum gaudio lactarent, vel infructuoſa triſtitia afficerent, igni ſtatim comburendas tradidit: *Ite*, inquiens, *inanes cogitationes patriæ, pariter concremamini; ne me vlterius ad illa, quæ fugi, reuocare tentetis*. Non tamen ita ſe abdiderunt in ſolitudine Monachi, quin, quoties magna aliqua, præſertim fidei Chriſtianæ vtilitas, præſentiam ipſorum poſtularet, ea ad tempus relicta, in publicum prodierint. Quod Antonius; & Aphraates ad Arrianos reprehendendos, ſuaq; auctoritate ac præſentia reprimendos, egregie præſtitere. Quin & parentes atque cognatos non ſpiritali tantum, quo abundabant, verum etiam, quo poterant, rerum externarum ſubſidio adiuuabant. Cuius illuſtre exemplum habemus in Archebio Abbate, qui non ignobili oriundus familia, ad Monaſterium, mundi huius ac omni parentum affectione contempta, etiamnum puer aufugit; vbi ita omnem ſuam ætatem exegit, vt nunquam prorſus per totos quinquaginta annos vicum illum egreſſus ſit; ſed ne cuiuſquam quidem feminæ, vel ipſius etiam matris conſpexerit vultum. Quam cum, mortuo patre, à creditoribus paternis vrgeri, vexariq́ue intelligeret; nihil de prioris vitæ rigore, Monaſticeſque exercitijs imminuens, ſoliti operis penſum triplicans, illudque diebus ac noctibus vrgens, intra annum tantum ex operis ſuis corraſit, quãtum ſufficeret ad matrem ab ære alieno, & onerofis creditoribus liberandam. Ita matrem, quam Chriſti amore ductus puer reliquerat, ſenex ſumma pietate coluit, & fouit. CRIT. Atque hanc quidem eius pietatem vt in eo ſummopere probo, ita eos maxime omnium, quaſi inofficioſos & impios filios, auerſor; qui, vt vitam Monaſticam amplectantur, parentes eo maxime tempore deſtituunt, quo ſumma illi

Pietis conſtãtia.
Antonius.
Athanaſius in vita Antonij.
Malchus.
Hieron. in Malcho.
Monachis quid præcipue cogitandum.
Luc. 9.
Vxor Loth in ſtatuam ſalis verſa.
Machetes.
Monachos nõ ita fuiſſe eremo et contẽplationi addictos, vt tempo. Chriſtianæ laboranti vel parentibus operam ſuam negarent.
Caſſianus lib. 5 c. 32.
Antonius.
Athanaſius in vita Antonij
Theodor. lib. 4. cap. 26.
Archebius.
Caſſian. lib. 5. c. 38.
Archebij pietas in matrẽ.

uabant, centeſimum quoque vitæ annum egreſſos; ceteros etiam magna quidem ex parte à centeſimo anno nõ longe abfuiſſe. Tantę præterea ſanctitatis fuit, vt Deus viſione Antonio ſignificarit, Paulum ipſo longe præſtantiorem eſſe. Et hic iam habes ante quartum ſæculum Eremitam, eumque non humano, ſed diuino teſtimonio commendatiſſimum. Atque hic non erit alienum, ſi quod in Pauli vita, & de aliis Eremitis ſui temporis ſcribat Hieronymus, tibi recenſeam. Cum itaque de palma retuliſſet, quæ Paulo victum & veſtimentum ſuppeditabat, mox ſubiicit; *Quod ne cui impoßibile videatur; IESVM teſtor & ſanctos Angelos eius, in ea Eremi parte, quæ iuxta Syriam Saracenis iungitur, vidiſſe me Monachos, de quibus vnus per triginta annos clauſus hordeaceo pane, & lutulenta aqua vixit: Alter in ciſterna veteri, quam gentili ſermone Syri cubam vocant, quinque caricis per ſingulos dies ſuſtentabatur. Hæc igitur incredibilia eſſe videbuntur iis, qui non crediderint: quia omnia poßibilia ſunt credentibus.* Hæc Hieronymus. Clam etiam Magdeburgẽſes & hos quoq; ſui homicidas fuiſſe; & hic præterea mihi expediant, quorſum hæc Hieronymi tam religioſa, ſi in argumẽto tantũ ficto verſaretur, aſſeueratio?

Paulus Eremita tertio ſæculo.

Hieronymi teſtimonium de Eremitis ſui temporis.

An vita Monaſtica ſit cultus Dei.

CAP. XVI. CRITOBVLVS.

AT NON conſtituit ſibi Paulus Monaſticam vitam, quaſi eximium & inſignem Dei cultum, quod hodie Eremitæ & Monachi faciunt? IREN. Sed cur non eos Monachos, qui ita ſentiunt, Magdeburgẽſes tui proferunt? Quis enim ex omnibus Monachis tam vnquam fuit ſtupidus, aut parum pius, vt eo ſolum nomine ſe pium & ſanctum crederet, quod Monachus eſſet? Quis hoc vnquã ſenſit? quis ſcripſit, Monaſticã vitam cultum eſſe Dei; niſi huc reſpiciens vt oſtenderet, eam eſſe ad Dei cultum, atque hunc quidem eminentem, rationem quandam paratiſſimam? Neque enim Monaſticæ vitæ perfectio in eo conſtituitur, quòd quis aut fortunas præſentes, aut coniugij ſpem à ſe vltro abiiciat; ſed ſi pro Chriſto abiiciat, & ita abiiciat, vt Chriſtũ ſequatur. *Si vis perfectus eſſe*, inquit Chriſtus, *vade, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurũ in cælo: & veni ſequere me.* Et alias; *qui non baiulat crucem ſuam, & venit poſt me, non poteſt meus eſſe diſcipulus.* Ad quem ſequendum vita Monaſtica aptiſſima certe eſt, atque accommodatiſſima. Quod ſane nemo pius diffitebitur. Quis enim ad Chriſtum ſequendũ eo eſt expeditior? qui non ſolum omnes corporis, mundique blandientis voluptates, nec facultates modo, ſed earum quoque à ſe deſiderium, voluntatemque abdicarit atque præciderit; ſeque in Dei ſolius & præfecti ſui poteſtatem tranſtulerit? Quod omnes quidem

Magdeburgenſium calumnia in Monachos et mendacia.

Monaſtica vita quo modo dicatur Dei cultus.

Monaſtica vitæ perfectio in quo conſiſtat.

Vita Monaſtica ad ſequendum Chriſtum via expeditiſſima.

Matth. 19.

Luc. 14.

Baſil. de conſtitut. quibus viuendum cænobit. etc. cap. 1. et 20.

dem Monachi profitentur in ſua ordinatione; & qui pij ſunt, id reuera præſtant. Alioqui quod ad Chriſtum & fidem Chriſtianam, communiaque Chriſtiani hominis officia pertinet, nihil inter Monachum & alium Chriſtianum intereſt. Eadem vtriuſque religio; idem de Deo & Diuinis iudicium; eadem de ceteris omnibus fides. Hoc intereſt, quòd ille voluntaria quadam animi inductione, & vehementi quodam vitæ perfectionis ardore, omnia reſecat, quæ cæleſtia meditanti impedimentum aliquod obiicerent, quæue meditationis huius intentionẽ frangerent, debilitarẽt, aut aliquo modo interrumperẽt. Quod hominũ genus Annam illam viduam, quæ in caſtitate, ieiuniis, & orationibus, octoginta pæne annos Deo nocte & die ſeruierat; atq; ideo, Chriſto adueniente, prophetiæ gratia fuerat amplificata, potiſſimũ æmulatur. Quæ certe cum Deo caſtitate, orationibus, ieiuniis, & vigiliis ſeruiſſe dicatur, in quibus obſeruandis tota Monaſtica conuerſatio potiſſimũ conſumitur; non video, cur non in hunc ſenſum Monaſtica vita cultus Dei dicatur. Et ſi ſeruiat Deo, qui Dei amore vel ieiunat, vel vigilat, vel ſe caſtum ſeruat; hoc certe obſequium Monachis maxime tribuitur, qui iſta non ſolum præſtant; ſed ex promiſſo, quod meritum auget, remque promiſſam ad cultum Dei trãsfert, præſtant. Votũ enim ad Dei cultũ reſpicere, teſtatur Eſaias. *Colent*, inquit, *eum in hoſtiis & muneribus, & vota vouebũt Domino & ſoluent*. Quare & actiones præſtantiores iudicantur, quæ à voto, quàm quæ à ſoluta & libera voluntate proficiſcuntur: cùm latria ſit maxima rerum omnium, quas Deo tribuere poſſimus. Accedat & illa ratio, quod ex voto totos nos ad Dei voluntatem, obſequiumque adeo transferimus; vt non ſolum actiones, quæ alioqui liberæ erant, ſed ipſam agendi poteſtatem libertatemque omnem nobis præcidamus: cum, qui eadem ſine voto præſtat, in futuris actionibus ſit ſui iuris. Iam cum admoneat Scriptura *vouere & reddere*; conſiliaq; huiuſmodi in præſtantioribus bonis verſentur, ad maiorem laudem pertinet ex voto, quàm ſine eo aliquid agere; cùm nuda actio vnum conſilium; cum voto autem implicita, duo perficiat, nõ ſolum faciendo, ſed & vouendo. Poſtremò, cum virtutis totius conſummatio in eo collocetur, vt immota & fixa volũtate aliquid bene agatur, votumque voluntatem ipſam ſtabilem & firmam reddat; neceſſe eſt excellere id opus, quod votum ſibi adiunctum habet. Atque iſta à me dicuntur, vt intelligas non ſolum quàm temere Magdeburgenſes vitam Monaſticam, & vota expugnent; ſed vt id etiam appareat, non eſſe tam abſurdum, atque Magdeburgenſes faciunt, vt Monaſticam vitam, ad eam, quam dixi, ſententiam & ſenſum cultum Dei dicamus. Eo enim beatus Lucas verbo vſus eſt, quo proprie Dei cultũ exprimimus, * νηστείαις καὶ δεήσεσι λατρεύουσα. Et Tertullianus ieiunia & virginitatem ſacrificii

Marginal notes:

In quibus officiis Monachi et cuiuſlibet Chriſtiani hominis officium conueniat vel diffeтat.

Luc. 2. — *Anna vidua.*

Eſaias 19. — *Actiones ex voto augẽt meritũ.* 1

2

Pſal. 75. Vide D. Tho. 22. q. 88. ar. ет. 5. & 6. — 3

Ariſtot. 2. ethic. — 4

Luc. 2. — *. I. ieiuniis et deprecationibus ſeruiens.*

Tertullianus. his verbis appellat: *Nam & ſacrificia*, inquit, *Deo grata, conflictationes dico animæ, ieiunia, & ſeras, & aridas eſcas, & adpendices huius officij ſordes, caro de proprio ſuo incommodo inſtaurat. Virginitas quoque, & viduitas, & modeſta in occulto matrimonio diſſimulatio, & vna notitia eius, de bonis carnis Deo adolentur.* Auguſtinus vero omne opus bonum ad eum relatum finem, quo beati eſſe poſſumus, ſacrificium appellat. De reſurrectio. carnis. Augustinus. De ciuitat. Dei lib. 10. cap. 6.

Oſtenditur quanta fuerit Antonij, Pauli, Hilarionis, et Hieronymi in ſolitudine viuendi auſteritas; vt, ſi reliqui Monachi in iuſtam reprehenſionem Magdeburgenſium incidant, neceſſe ſit & illos incidere.

CAP. XVII. IRENÆVS.

SED iam ad alios horrendos homicidas, & Antonium cum primis venio, qui inediæ & vigiliarum intantum patiens erat, vt plus faceret, quàm ab vllo per ipſum fieri poſſe crederetur. Pernoctabat in oratione ſæpiſſime, edebat ſemel in die poſt ſolis occaſum; nonnunquam biduo, triduóue ſic permanens, vt vix quarto demũ die cibũ vellet accipere. Sumebat panem, ſalem, & paululũ aquę. Sed qualem panem? quem bis tantũ in anno per tectũ immiſſum accipiebat. Neq; ab ipſo quidem, qui immittebat, aut alio vnquam viſus, aut vllum cum eo colloquiũ miſcens; eratq; omnis ad ipſum aditus lapidibus obſtructus. Atque hanc ille vitæ rationem, totos vigintiannos tenuit, & lubẽs per totam poſtea vitã tenuiſſet, niſi Deus ab eo, quaſi ex fõte quodam vberrimo Monaſticæ diſciplinę riuulos, per Ægyptum & reliquum orbem propagatũ iri decreuiſſet. Omnium vero mortalium Antonius grauiſſimas Dæmonum incurſiones, & ludibria paſſus eſt. Dæmon enim ei *memoriam poſſeſſionũ, ſororis defenſionem, generis nobilitatem, amorem rerum, fluxam ſeculi gloriam, eſcæ variam delectationem, & reliqua vitæ remiſſioris blandimenta immittebat.* At hic vt fortis Dei athleta hæc omnia ex animo repellere & delere penitus contendebat. *Ille quidem cogitationes ſordidas conabatur inſerere; & hic eas oratu ſummouebat aſſiduo. Ille titillabat ſenſus naturali carnis ardore: hic fide, vigiliis & ieiuniis corpus omne vallabat. Ille per noctes in pulchra mulieris vertebatur ornatum, nulla omittens figmenta laſciuiæ: hic vltrices gehennæ flammas, & dolorem vermiũ recordans, ingeſtæ ſibi libidini opponebat.* Iam quid dicam de terroribus, quos illi Dæmones incutiebant? *Sonitus repentinus increpuit, ita vt, loco funditus agitato, & parietibus patefactis, multifaria Dæmonum exinde turba ſe funderet. Nam & beſtiarum & ſerpentum formas induentes, omnem protinus locum repleuere phantaſiis leonum, taurorum, luporum, aſpidum, ſerpentium, ſcorpionum, nec non & pardorum atque vrſorum. Et*

Antonij mira inedia & vigilia. Atha. in vita Antonij.

Ludibria Dæmonum quæ, & quæ Antonius ſit paſſus. Athan. in vita Antonij.

hæc ſingula ſecundum ſuam fremebant naturam. Rugiebat leo, occidere volens; taurus mugitu & cornibus minabatur; ſerpentes ſibilo perſonabant; luporũ impetus inhiabat; pardus diſcolor auctoris ſui calliditates varias indicabat. Truces omniũ vultus; voces horridæ; dirus auditus. Neque intra hoſce ſolos terrores conſtitit periculum. Ita enim Dæmon *cum ſatellitibus Antonium varia cæde lacerauit; vt doloris magnitudo & motum auferret, & vocem.* Vicini & affines vitam hominis deploratam habebant, & *poſito in medio triſti funeri debitum reddebant officium.* Atque iſta quidẽ, antequam Eremũ ingreſſus eſſet, acciderũt. Miror verò quo modo non contra Antoniũ Magdeburgenſes caninam ſuam facundiã, & Theologiam eructauerint; quòd fruſtra Monaſticam vitam exercuerit; quòd tentationibus ſe contra Chriſti præceptũ temere expoſuerit; quod denique ſui homicida factus ſit. Sed ab eo iſti callide abſtinuiſſe videntur; ne nõ tam ab Antonio, quam ab ipſo Chriſto, tãta ipſorũ malitia reprimeretur.

D. Antonius ad internecionem pene à Dæmone cæſus.

Quam Antonius tam verbis, quàm factis coercet: factis quidem; cum immota quadam animi fortitudine, ſignoq́, Crucis & fide munitus, omnia iſta Dæmonũ ludibria diſſiparit: qui ſæpe ab eo victi & repulſi debilitatem ſuam lamentatione teſtati ſunt. Cuiuſmodi quiddam cum de Apelle Sozomenus referat, ſtatim mendacij a Magdeburgenſibus noſtris inſimulatur. Antonius vero, licet tam immaniter cæſus; de fiducia tamen in Deum, ſolitaq; conſtantia nihil remiſit, nouum mundo patientis Iob exemplum repræſentans.

Quibus armis Antonius Dæmones vicerit.

Apelles.

Verbis vero; cum diſcipulos ſuos egregia cohortatione contra huiuſmodi Dæmonum inſidias armet, & doceat, Diabolũ à ſe nihil poſſe, ſed à Deo omnem poteſtatem aduerſus nos accipere, vel ad gloriam, ſi probamur; vel ad pœnam, ſi delinquimus: & tutiſſima eſſe aduerſus Dæmonum impreſſionem munimenta, ſignum Crucis, vitam ſinceram, & intemeratam in Deum fidem.

Patientia Antonium alter Iob.

Quæ aduerſus Dæmones tutiſſima munimenta.

Quod ſi apud Magdeburgẽſes nec dicta nec facta Antonij valeant, ſed pro noua huius Cẽturiatus poteſtate vapulare debeant; Chriſto ſaltem tantũ deferant, vt is liber ſit ab ipſorum maledictis; qui poſt plagas iſtas Antonio à Dæmonibus inflictas, magno cum ſplendore ei apparuit. Tanti igitur luminis acceſſum Dæmones non ferentes, euanuerunt. *Omnis tũ corporis dolor extemplo deletus eſt; et ædificium, quod paulo ante diſſolutum fuerat, inſtauratũ eſt.* Vnde præſentiam Domini perſentiens Antonius, *ex imo pectore trahens lõga ſuſpiria, ad viſionem, quæ ei apparuerat, loquebatur dicẽs: Vbi eras, bone IESV, vbi eras? Quare non à principio fuiſti, vt ſanares vulnera mea? Et vox ad eum facta eſt: Antoni, Hic eram, ſed exſpectabã videre certamẽ tuum. Nunc autem quia dimicando viriliter, non ceſſiſti; ſemper auxiliabor tibi, & faciam te in omni orbe nominari. His auditis, exſurgens in tantũ roboratus orabat; vt intelligeret, plus ſe recepiſſe tunc virium, quàm ante perdiderat.* Promiſſionem certe ſuam Deus ipſis poſtea rebus confirmauit; cũ ſumma illũ ſapientia; qua miro acumine Ethnicos

Facta & vita Antonij à Chriſto approbata.

Quibus dotibus Antonius ſit diuinitus locupletatus.

Philoſophos, & hæreticos conuincebat, (licet omnium litterarũ eſſet expers) & ſingulari quadam ſanationum & prædictionũ, aliorumque miraculorum gratia ita ornaret; vt Antonio in abditiſſima ſolitudine Ægypti recõdito, nihil tamen eſſet in tota Africa, Hiſpania, Gallia, Italia, Illyrico, & reliquo orbe notius, aut illuſtrius. Et certe adeo innotuit, vt Conſtantinus Imperator omnium celeberrimus per litteras eius ſolitudinem inuiſeret; ſeque, liberos, & imperium ipſius precibus commendaret.

Antonij, licet in ſolitudine viuẽtis, fama in totũ terrarum orbem diſſipata.

Atq; iſta Athanaſij, quo modo Chriſtus Antonio apparuerit, narratio admonere te debet; ne apparitionem eam, quam vel Gregorius Martyrio, vel ipſi Gregorio factam alij prodidere, temere reiicias. Cur enim non ſit iſta apparitio æque credibilis, atq; illa Chriſti; qua ſe Petro Romã olim mortis metu profugienti (quam tamen licet eam Egeſippus & Ambroſius recenſeant, iſti conantur eleuare) aut illa, qua ſe Martino viſendum præbuit? Quibus nihil in Catholica Eccleſia celebrius. In qua illa ſæpe vox perſonat: *Martinus catechumenus hac me veſte contexit*.

Chriſti apparitio Martyrio et Gregorio contra Magdeburgenſium calumnias defenditur.

Apparitio Chriſti Petro.

Apparitio Chriſti Martino.

Aut cur non Romanam ſedem Chriſtus, (qua nihil in rebus humanis auguſtius, cum in ea Chriſti vicarium adoramus) vt ampliſſimũ quoddam præmium Gregorio, (qui ea erat digniſſimus) promitteret? Qui certe ab omni ambitione tam erat alienus, quàm iſti ſunt ab omni boni vel Theologi, vel hiſtorici officio remoti. Ille igitur cũ ſe videret ad illud officiũ rapiendũ; profugit, atq; delituit; ſed, latebris illis cæleſti quodam lumine illuſtratis, proditus, inuitus ad pontificatum pertractus eſt.

Pontificatus maximus Gregorio promiſſus.

Ioan. Roma. Pontif. in vita Gregorij. lib. 1. cap. 44.

Gregorius quàm ab ambitione alienus.

Sed vt ad Antonium redeamus, erit & ille, ſi iſtis credimus, ſui ipſius homicida. Qui tamen præter ſingularia illa, de quibus diximus, Dei in eum beneficia, adeo præcoci fato non eſt functus, vt centeſimum vitæ annum ſuperarit; & ita ſuperarit, vt nec tam prouecta ætas, nec vitæ auſteritas quicquam de oris, totiuſque corporis gratia atque firmitate, aut de oculorum acie, aut dentium numero detraxerit.

Antonij exemplo declaratur Monachos non eſſe homicidas ſui.

Quare & huic idem, quod olim Danieli & ſociis accidiſſe dixerim, qui cum ſolis leguminibus & aqua paſti fuiſſent, regiis tamen pueris, quantumuis delicate enutritis, nitidiores, & habitiores erant.

Daniel & ſocij eius.

Dan. 1.

Sed de his & ſimilibus Antonij laudibus, apud egregios iſtos hiſtoricos ne vel leuiſſima quidem mentio fit. Quorum iam vide fraudes; Hieronymum in Paulo ſuo nihil aliud, quàm Rhetorem agnoſcunt. Iſta ab Athanaſio de Antonio prodita diſſimulanter prætermittunt.

Magdeburgenſiũ fraudes.

Supereſt nunc, vt egregium iſtorum in Hilarione Hieronymi tractando candorem aperiamus. Quem Areopagitæ iſti, cæleſti quadam & cenſoria virgula ſibi arrepta, crudeli calculo inter ceteros etiam homicidas reiiciunt. Pauca itaque de iſto homicida diſſeramus. Vaſtam igitur ille Paleſtinæ Eremum decimo quinto ætatis anno ſubiit: quem miris modis infeſtabat Dæmon, & gloriæ atque ſanctitati

Hilarion contra Magdeburgenſiũ calumnias defenditur.

Hieronym. in vita Hilarionis.

ctitati illius inuidebat, quòd ſe à puero vinci, & prius ab eo ſe calcatum videret, quam per ætatem peccare potuiſſet. Quare omnibus eum artibus & terroribus ſuis impetit. *Quadam igitur nocte cœpit infantum audire vagitus, balatus pecorum, mugitus boum, planctum quaſi mulierum, leonum rugitus, murmur exercitus, & rurſus variarum portenta vocum, vt ante ſonitu, quàm aſpectu, territus cederet. Intellexit Dæmonum ludibria; &, prouolutus genibus, Chriſti Crucem ſignabat in fronte; taliſque armatus caſsìde, & lorica fidei circumdatus, iacens fortius præliabatur; quodammodo videre deſiderans, quos horrebat audire, et ſolicitis oculis huc illucq; circumſpiciens; cum interim ex improuiſo, ſplendente luna, cernit rhedam feruentibus equis ſuper ſe irruere: cumq; inclamaſſet* IESVM, *ante oculos eius repentino terræ hiatu pompa omnis abſorpta eſt. Tunc ille ait; Equum & aſcenſorem proiecit in mare: Et, hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine Dei noſtri magnificabimur. Multæ ſunt tentationes eius, & die noctuq; variæ Dæmonum inſidiæ; quas ſi omnes narrare velim*, inquit Hieronymus, *modum excedam voluminis. Quoties illi nudæ mulieres cubanti; quoties eſurienti largiſsimæ apparuere dapes?* Qui incredibilem vitæ eius rigorem per omnes ætatis gradus, præſertim ingraueſcente iam ætate, his verbis inter cetera deſcribit: *Inde cùm ſe videret corpore defatigatum, & propinquam putaret imminere mortem, à ſexageſimo quarto anno vſque ad octogeſimum pane abſtinuit, incredibili feruore mentis; vt eo tempore quaſi nouus accederet ad ſeruitutem Domini, quo ceteri ſolent remiſsius viuere. Fiebant autem ei de farina, & comminuto holere ſorbitiuncula; cibo & potu vix quinque vncias appendentibus.* Quam iſti Hieronymi ſententiam non meliores hiſtorici, quam Theologi, auſi ſunt ſuo commento, quaſi cœno margaritis aſperſo, fœdare; eam, quam Hieronymus *Domini ſeruitutem* appellat, *ſuperſtitionem*, quòd *corpori honorem non haberet*, vociferantes. Sed veriſſima eſt illa Hieronymi vox; veriſſima quoque & ſecura apud Deum poſtrema illa B. Hilarionis vox; *Egredere anima mea, quid dubitas? ſeptuaginta prope annis ſeruiſti Chriſto, & mortem times?* Qualem certe ſecuritatem Magdeburgenſes nunquam in ſe ſentient apud Chriſti tribunal (niſi pænituerint) de ſua ſola fide, quantumuis iam eam iactent: ſentient potius grauiſſimā, ſed ſeram inanis huius fiduciæ pænitentiā: ſentient grauiſſimas conuiciorū horū pœnas, quibus ſeruos Dei tam petulanter inceſſunt, et rectiſſimā Dei ſeruitutē, ſuperſtitionem clamitant. Vere itaq; in iſta ſolitaria vita Deo Hilarion ſeruiuit, huiuſque ſuæ ſeruitutis vberrimos fructus, præmiaque in hac, & in cæleſti vita percepit. Quem Deus viuētem tanta gratiæ, & ſignorum luce illuſtrauit, vt nouus Elias, nouus Eliſæus crederetur; & Chriſtianorum Propheta vbique diceretur: quem nec defunctum vel in terris gratia iſta deſeruit, cum apud eius ſanctas reliquias egregia ſigna ſint patrata: quod & Antonij reliquijs contigit.

Quibus artibus & machinis Dæmon Hilarionem circumuenire conatus ſit.

Crucis caſside, et lorica fidei Hilarion armatus machinas Dæmonum repulit.

Exod. 15.

Mira victus temperantia et abſtinentia, in Hilarione.

Seruitus Domini, quod eſt Hieronymo, Magdeburgenſibus eſt ſuperſtitio.

Vltima Hilarionis morientis verba.

Diſsimilis Magdeburgenſium & Hilarionis conditio.

Quos retulerit fructus Hilarion ex ſeruitute Dei.

Ad reliquias Hilarionis, & Antonij miracula edita.

contigit,licet illę ad Iuſtiniani vſque imperium incognitæ iaceret. Sic nouit Deus ſeruos ſuos nobilitare. Atque hic iam, ſi recte aduertas, omnes iſtorum fraudes irrumpunt. Hic ſe fatui iſti Rhetores, mendaces hiſtorici, peruerſi Theologi, produnt. Vides, quibus cuniculis fidem rerum à Paulo, Antonio, & Malcho geſtarum imminuere conantur. Crederet forſan aliquis, eos licet nefarie, ſimplicius tamē & ex animo agere, & quæ ſentiunt profiteri, magiſq; ignorantia quàm malitia peccare. Atq; vtinam tam leui ſui purgatione defungi poſſent. Nunc illos maliti. ſe omnia agere, & immani quodam Catholicę Eccleſiæ; & vitæ Monaſticæ odio abreptos, omnia hæc impudēter effutire, res ipſa clamat. Nam ſi millies conſtaret, vel Athanaſium Antonij, vel Hieronymum Pauli, atque Malchi vitam ſerio ſcripſiſſe; nihilo tamen magis eam iſti probarent. Etenim, vt reliquos patres iam prætermittam, non ſolum Theodoreti, Palladij, Ruffini fidem in deſcribendis horum Monachorum miraculis, quos ipſi notiſſimos & familiares habebant, imminuere conantur; ſed ſimilia etiam, quæ de Antonio ab Athanaſio, de Paulo atque Malcho ab Hieronymo ſcribuntur, in Hilarione & alibi etiam paſſim iſti repudiant: quæ tamen Hieronymum ſerio atque ex animo ſcripſiſſe, nec ipſi negant. Ita quæ Hieronymus de angelo Prætextatæ Himerij vxori (qui fuerat celeberrimæ illius Euſtochij patruus) apparente prodit recens geſta, quæ ab ipſa Euſtochio & aliis Himerio coniunctiſſimis acceperat, *vt nugas, vt ſuperſtitioſa, & ad nimiam virginitatis commēdationem conficta* reiiciunt. Sed ne mireris, ſi in Gregorium, & alios Monachos virulenta iſtorum lingua graſſetur, cum ipſum etiam Hieronymum ob Monaſticam vitam inuadere petulantiſſimi homines audeant. Is enim, ſi quis alius, Paulum, Antoniū, Hilarionem, Macarios, alioſq; celebres Monachos egregie in hac Monaſtica diſciplina æmulatus eſt; in horrido videlicet calore ſolis habitaculo, in ſacco, membris deformibus, cute ſqualida, lacrymis, & gemitibus quotidianis, humi dormitionibus, aqua frigida, cibo incocto, ieiunio, fame, variaque id genus vitæ, vt ipſe de ſe teſtatur, aſperitate. Itaque ridiculum plane, & puerile eſt iſtorum commentū, quo perſuadere nobis cupiunt, Hieronymum finxiſſe, nō depinxiſſe Monachum in Paulo & Malcho: quorum ille, & ſimilium vitam tam prolixe vbique laudat, & tanto ardore ſectabatur. Quod cum nec Centuriones noſtri ignorarent; non tam in Malchum, quàm ipſum iam Hieronymum conuicijs arrodendum caninos iſtos dentes acuunt. *Quemadmodū, inquiūt, plenum ſuperſtitionis hoc ipſum fuit, quod Eccleſiaſticas functiones fugiens, Monaſticen colere et profiteri, exemplō nocenti, & ad errorem ſimilem multos inuitanti, maluit: ita duriſſimas in eo vitæ genere moleſtias tum expertus eſt, tum falſa ſanctitatis, & religionis perſuaſione ſibi ipſi accerſiuit*, & *auxit*. Hæc de Hieronymo præclari noſtri Areopagitæ

(qui

Iſidorus. Beda in martyrolog. Sigebertus. Ado.

Magdeburgenſiū fraudes malitioſe iudicantur.

Magdeburgenſes patrum fidem in deſcribendis Monachorū miraculis labefactare conantur.

Prætextata hiſtoria.

Magdeburgenſium calumnia in Hieronymū.

Cent. 4 cap. 13. p. 1456.

Hieronymus æmulator Monaſtica diſciplina

In epiſt. ad Euſtochium.

Magdeburgenſium conuicia in Hieronymum.

Cent. 4 cap. 10. p. 1255.

(qui ſi hodie viueret,ipſos,vt merentur,ornaret:)vt nihil te moueꝛre iam debeant iſtorũ in Moſen,Bathæum,Acepſemam, Paphnuꝛcium,& alios,quos recitaſti,contumeliç,quç in Hieronymum,Hilarionem,Antonium, Paulum,atque adeo Marci Euangeliſtæ, vt diximus,diſcipulos recidunt.

Refutantur calumnia Magdeburgenſium contra Simeonis columnam.

CAP. XVIII. CRITOBVLVS.

IN Hieronymo & Hilarione carpẽdis deſiderabit forſan quiſpiam maiorem in Magdeburgenſibus prudentiam, atque modeſtiam. Verum enimuero prodigioſam illam, nouamque viuendi rationem in columna, per quam ſe nobilitarunt Simeon atq; Daniel,nec tu, puto,probaris. IREN. Sed quo iure iſti omnium innouatores noua ita exagitant? Quanquam vtinam nihil in eis eſſet niſi nouitas, quæ ex ſe nec laude,nec vituperatione ferè digna eſt. Neque nos tam eos reprehendimus, quòd noua dogmata, quàm quòd grauiſſimis erroribus plena tradant;nõ tamen prorſus nouis, ſed iam poſt mille annos renouatis. Quanquam in dogmatibus omnis nouitas meritò ſuſpecta eſt: quippe quæ hæreſeos mater plerũque exiſtat. Sed dicãt iſti mihi, quid ſit illud prodigij, quid turpitudinis, quid fçditatis, quod in iſta columna repererunt? Quale cùm iſti nihil reperiant in columna (neque enim poterunt:) illud mihi expediãt, quæ vitia in Simeone, aut Daniele deprehenderint, quæ iuſtam reprehẽſionẽ mereãtur? Sed quoniam nihil huiuſmodi dicere poterũt, ego iã tibi Magdeburgenſium tuorũ inſidias & fraudes, & Simeonis atq; Danielis præſtantes virtutes, à quibus iſti recitandis conſultò abſtinuerũt, referã: quas à duobus grauiſſimis auctoribus, Theodoreto & Metaphraſte petitas vel obiter indicabo. De Simeone itaq; Theodoretus inter alia ad hunc fere modum:

Nouitas omnis meritò ſuſpecta, maximè in dogmatu fidei.

Egregia & Diuina virtutes Simeonis ac Danielis, quas ſilẽtio Magdeburgenſes perfide et malitioſe inuoluerunt, deſcribuntur.

In religioſa hiſtoria ex interpretatione doctiſsimi viri Gentiani Herueti.

Cũ hos, inquit, *tres perpetuos annos, vt dixi, in illa trãſegiſſet domuncula, ad hoc tantopere ſermonibus iactatũ, & celebratũ venit cacumen; & cũ ſeptũ circumcirca fieri mandaſſet, ferream autem catenam viginti cubitorum comparaſſet, & eius vnũ quidem initiũ cuidam petra maxima appendiſſet, alterũ autem dextro pedi adaptaſſet, vt nec, ſi vellet quidem abiret extra eos limites: in eo degit cælum aſsiduè viſione apprehendens, & vt ea, quæ ſunt ſupra cælos, cõtemplaretur, ſibi vim afferens. Mentis enim volatũ non impediebat ferri vinculũ. Poſtquam autem Miletius ille admirabilis, cui tunc mãdata erat cura epiſcopatus regionis Antiochena ciuitatis, vir cordatus, & prudentia clarus, & ingenij ſolertia ornatus, ſuperuacaneum dixit eſſe ferrum, dum ſufficiat mens ad corpori imponenda rationis vincula; ceßit quidem*

Theodoreti de Simeone Elogiũ.

&

& eius paruit ſuaſioni. Cum autem æris fabrum accerſiri iuſsiſſet, præcepit ſolui vinculum. Cum autem tibiæ quoque adaptata eſſet pellis, ne corpus læderetur à ferro, & oporteret eam, fuerat enim cõſuta, diſrumpi. dixerũt ſe vidiſſe, plus quàm viginti maximos cimices in ea tanquam taberna delueſcentes, & hoc ſe vidiſſe dicebat admirandus Miletius. Ego autem huius memini, hinc quoque oſtendens magnam viri tolerantiam. Nam cum poſſet pellem manu comprimere, & omnes facile interimere, moleſtos morſus toleranter paſſus eſt, in paruis ſe lubenter ad maiora exercens.

Tolerantia Simeonis.

Id verò, quod iam dicturi ſumus, omnem certe fidem ſuperare videretur, niſi à tam graui teſte, qui illis temporibus vixerat, & Simeoni coniunctiſſimus, res illius accurate cognitas habuit, proditum fuiſſet. Legimus quidem Moſen & Eliam totos quadraginta dies nihil aut comediſſe aut potaſſe; ſed id de Elia ſemel, de Moſe bis ad ſummum per omnem vitam legimus. Iſte vero noſter athleta per totos 28. annos quadrageſimam ſine vllo aut cibo, aut potu exegit; vt multis iam dubitatio oriretur, an eſſet mortalis homo. Quid iam de præſtanti curationum, quid de prædictionum dote dicam, quibus Deus Simeonem noſtrum ad ſtuporem totius orbis amplificauit? De quo hæc præterea Theodoretus adiicit: *In tantis autem laboribus, tantaq́ue rerum geſtarum magnitudine, & miraculorum multitudine, eſt tanta morum modeſtia, ac moderatione præditus, ac ſi ſit dignitate poſtremus omnium hominum. Præter modeſtiam autem, & facilis ad eum patet aditus, & eſt affabilis & ſuauis: & reſpondet vnicuique eorum, qui loquuntur, ſiue ſit opifex, ſiue mendicus, ſiue ruſticus. A munifico autem & liberali Domino accepit etiam donũ doctrinæ; & hic quotidie faciens admonitiones, irrigat aures eorũ qui audiunt, pulchre admodum loquens, & diuini Spiritus exhibens diſciplinam: & iubens in cælum ſuſpicere, & euolare, & à terra diſcedere; & regnum, quod exſpectatur, viſione apprehendere, & gehennæ minas timere, & terrena contemnere, & futura exſpectare. Licet autem eum quoque videre iudicantem, & rectas & iuſtas ferentem ſententias. Hæc autem, & quæ ſunt huiuſmodi, fiunt poſt horam nonam. Totam enim noctem, & diem vſque ad nonam orat perpetuo. Poſt nonam autem, primum quidem Diuinam doctrinam exhibet præſentibus. Deinde, audita vniuſcuiuſque petitione, cum aliquas fecerit curationes, componit lites eorum, inter quos eſt controuerſia. Circa occaſum autem ſolis, deinceps incipit conuenire Dominum. Sed quamuis in his verſetur, & hæc omnia faciat, nec ſanctarum Eccleſiarum curam abiicit, & prouidentiam; aliquando quidem pugnans cum impietate gentium; aliquando autem frangens Iudæorum audaciam; aliquando autem fundens ac profligans turmas hæreticorũ; & aliquando quidem de his ſcribens ad Imperatorem; aliquando autem præſides & magiſtratus ad diuinum zelum excitans: aliquando autem ipſis quoque Eccleſiarum paſtoribus maiorem gregis curam gerere præcipiens.* Hac tanta Simeonis virtute & patientia excitati *Iſmaëlitæ, Perſæ, Armenij, Iberes,*

Miraculoſum quadrageſimale ieiunium Simeonis.

Dotes Simeonis prædictionis et curationis.

Simeonis modeſtia.

Doctrina.

Quid ſinguli diei partibus egerit Simeon.

Cura Eccleſiarum.

Quantus concurſus ad Simeonẽ ex omnibus mundi partibus.

Homoritæ,

Homeritæ,certatim ad eum confluebant,eiuſque conſilio & adhortatione diuinum baptiſmum accepere. Ad eum quoque cõfluebant,*qui extrema occidentis habitant; Hiſpani,inquam,& Britanni, & Galli,qui, quod eſt intermedium,occupant. De Italia enim ſuperuacaneum eſt dicere. Aiunt enim,Romæ, quæ eſt longe maxima, eum fuiſſe adeo omnium ſermone celebratum,vt in officinarum omnium veſtibulis, & porticibus paruas ei poſuerint Imagines; hinc ſibi præſidium & tutelam parantes*. Hæc & alia id genus quamuis Theodoretus Cyri Epiſcopus non tam auritus teſtis, quàm miraculorum eius ſpectator, quique res ab eo geſtas ad vnguem tenuerat,ipſo adhuc viuo ſcripſerit:rerum tamen magnitudine & ipſe perculſus,ad fidem ſibi cõciliandam,lectoris mentem præfatione quadam hunc in modum præmuniendam putauit. *Simeonem illum inſignem, magnum illud orbis terrarum miraculum, ſciunt quidem omnes,qui parent Imperio Romanorum:norunt autem Perſæ quoque,& Indi,& Aethiopes. Quin etiam ad Scythas vſque Nomadas fama peruadens, eius in laboribus ſubeundis diligentiam docuit, & philoſophiam. Ego autem etiam cùm omnes, vt ſemel dicam, homines teſtes habeam, vereor narrare certamina, quæ omnem ſuperant orationem; ne poſteris videatur fabula nuda ab omni veritate. Quæ enim fiunt,humana ſunt naturâ ſuperiora. Solent autem homines naturâ metiri ea,quæ dicũtur. Si quid autem dicatur,quod eius excedat limites, falſa videtur oratio iis,qui non ſunt diuinis initiati myſteriis. Quoniam autem piis & vera religione præditis terra & mare plena ſunt:& qui in rebus diuinis ſunt eruditi,& ſanctiſſimi Spiritus gratiam accepere, tantum abeſt vt non credant iis, quæ dicenda ſunt, vt iis etiam magnam fidem ſint habituri: promto, & alacri animo accedam ad narrationem*. Hęc Theodoretus. Defuncto tandẽ beato iſto athleta, Daniel columnam eius ſubiit. Innumerabiles & ſingulares dotes, quibus eum Deus exornauit, longum eſſet perſequi; vt variorum morborum,adhibitis precibus,lacrymis, oleoque ſancto,curationem, exitioſorum Dæmonum expulſionem, imperium in belluas & ſerpentes, prædictiones, quibus res futuras non priuatis modò hominibus, ſed & Zenoni & Leoni, Imperatoribus ſignificauit. Quem tanti Leo fecit,vt ſæpe ad eum veniret,benedictionemque ab eo, & precum communionem peteret. Qui regem Lazorum ad ſe venientem feriendi fœderis cauſſa ad columnam Danielis duxit: eumque illi, tanquam miraculum Imperij ſui, oſtendit. Qui poſtquam columnam cum lacrymis adoraſſet; *Ago tibi gratias, dixit, rex cæleſtis, quòd mihi, qui ad terrenum regem veneram, cæleſtem huius viri vitam oſtenderis; & dignum me cenſueris, qui eſſem ſpectator talium myſteriorũ*. Adeo autem vtrique magnus ille Daniel dignus eſt viſus admiratione; vt ambo illum ad definienda fœdera arbitrum conſtituerint. Neque tamen hic columnam ſuam tantopere adamauit,vt non eam Chriſtianæ reipublicæ iuuãdæ cauſſa ad tempus deſeruerit. Ea enim relicta, venit aliquando

Imagines Simeonis in omnium officinarum veſtibulis et porticibus Romæ.

Theodoretus.

Simeones orbis miraculum.

Daniel ſucceſſor Simeonis quam multis & præclaris dotibus à Deo exornatus.

Danielem quanti Leo Imperator fecerit.

Metaphraſt. in vita Daniel tom. 5. Aloyſ.

Danielis columna à Rege adorata.

Catholicã religionem quanta animi magnitudine Daniel propugnauerit. Simeonis in defenſione Catholicæ fidei ſollicitudo.

Conſtantinopolim, magnaque animi fortitudine, dicendiq́; libertate Catholicam religionem propugnabat; & Baſiliſcum Imperatorem, qui Chalcedonẽſis Concilij decreta infringere conatus eſt, palam verbis acerrimis caſtigabat. Chalcedonenſem verò Synodũ Simeõ quoq; huius præceptor apud Theodoſium per litteras vehementer defendit. Quę alijs etiam in rebus tantum apud eum auctoritatis habuerunt, vt cum Antiocheni aliquando ſynagogas Iudæis ademiſſent, eaſque Imperator reſtitui imperaſſet; per litteras à Simeone ob id reprehenſus, mox mandatum reſciderit; & præfectum, cuius conſilio id fecerat, dignitate exuerit. Talem animi generoſitatem in eadem cauſſa Ambroſius Mediolanenſis antea oſtẽderat. Quam ergo fidem egregijs iſtis tuis hiſtoricis tribuendam exiſtimas? qui, cum ex profeſſo patrum hiſtoriam ſibi deſcribendam ſumſerint, & in eo ſe officio ſincerè atque integrè verſari clamitent; iſtas, & infinitas id genus aliorum laudes, atque res admirabiliter geſtas, non modo ad veritatis & lectoris fraudem ſilentio ſummo prętermittũt, ſed & maledictis tantos patres onerant, quaſi *ſuperſtitioſos, homicidas, & doctrinam de noſtra iuſtificatione obſcurantes.* Quare mendaces, & maledicæ huiuſmodi vociferationes contra Simeonis & Danielis columnam videbuntur multis, nõ omnino vel à pijs Theologis, vel à fidelibus hiſtoricis, ſed à columna quadam Meniana potius proficiſci. Atque iſtis quidem conuicijs licet eos, quos tu nominaſti, perſtringere ſolum videantur: ea tamen ad omnes veteres Monachos, & Eremitas æquè pertinent.

Ambroſius.

Lib. 5. epiſt. 29.

Magdeburgenſium in eccleſiaſticis hiſtorijs perfidia, & in patres maledicentia.

Scripturas, quæ à Magdeburgenſibus contra vitam Monaſticam proferuntur, nihil ei aduerſari.

CAP. XIX. IRENÆVS.

IAM verò Magdeburgẽſes tui cùm omniũ ſanctiſſimorũ patrũ, qui vel Monachi, vel Eremitæ fuerũt, auctoritate ſe opprimi viderẽt; ne temere viderẽtur ad tantas calũnias deſcẽdiſſe, magnos Scripturarũ nobis cumulos coaceruant: *Non occides; Non tentabis Dominũ Deũ tuũ: Habe honorem corpori; Omnis Dei creatura bona eſt; Adiuuemus nos mutuò; Nolite exire; Fruſtra me colunt mandatis hominũ; Honora parẽtes; Honorabile matrimoniũ*, & ſexcẽta huiuſmodi veteris & noui teſtamẽti loca. Quibus in vniuerſũ vno verbo reſponderi poteſt: * οὐδὲν πρὸς ἔπος. Sed nos tamẽ, vt pleriſq; eorũ iã reſpõdimus, ita & ad cetera reſpõdemus, & iſtos interrogamus, qua fronte ſibi tantũ arrogare audeant, vt melius ſe Scripturas intelligere profiteãtur; quã Antonius, Hilarion, Athanaſius, Baſilius, Hieronymus, Auguſtinus, & ceteri patres intelligebãt? Sed quid iſtos nomino? Vniuerſę Catholicę Eccleſię, Chriſti ſponſę (à quo illa vt Scripturas, ita & verã earũ interpretationẽ, dictante Spiritu ſancto, accepit) audent iſti nullius pudoris

Quos Scripturarum locos Magdeburgenſes cõtra Monaſticam vitam, ſed fruſtra, coaceruãt.

** i. nihil ad rem.*

Magdeburgenſiũ arrogantia.

Magdeburgẽſes non Dei, ſed ſuas & diaboli ſcripturas profe-runt.

pudoris homines ſua ſomnia præferre. At Scripturas tamen proferunt: proferunt quidem. At quia *Scripturæ non in legendo, ſed intelligendo conſiſtunt*, cùm peruerſo à ſe ſenſu deprauatas proferunt, non iam Dei, ſed ſuas, aut Diaboli potius Scripturas proferunt. Scrip-

Pſal 90. tum eſt olim à ſancto propheta Dauide; *Angelis ſuis mandauit de te*; ſed cum ea verba in alium ſenſum quàm Spiritus ſanctus docuit; imo in eum tandem finem Diabolus aduerſus Chriſtum ipſa pro-

Matth. 4. ferret, vt Chriſtus ſe de præcipitio iactaret, rectè reſpondit Chriſtus: *Non tentabis Dominum Deum tuum*. Atque hic Euangelici iſti præceptorem ſuum, Diabolum, egregie æmulantur. Quo enim alio ſpectant omnia iſta, vt ab eis accipiuntur teſtimonia, quàm vt nos præcipitemus? Quid ſonant in eum, quem iſti nobis occi- *Magdeburgenſes Diabolicæ prauitatis æmuli.*

Matth. 4. nunt, ſenſum, niſi Dæmoniacam illam vocem; *Mitte te deorſum*? Aut, quod grauius vnquam homini præcipitium contingere poteſt, quàm ſi ad iſtarum Syrenarum blandas, & ex Scripturis nos titillantes voces, de ſumma illa & tutiſſima rectæ fidei & Monaſticæ vitæ arce, fidei & votorum teſſerâ confractâ, in profundum quoddam totius impudicitiæ, omniumque hæreſeum, ac demum in ipſum Orci barathrum cum perpetuo corporis & animarum exitio præcipites ruamus? Ac ſane ſæpe mecũ admiratus ſum, cum ea, quæ contra Monaſticam vitam iſti producunt, adeo nihil ei detrahant, vt etiam pueris id ſit ſtatim perſpicuum; vel iſtos ita ſe omnibus venditare, & de Scripturarum peritia gloriari; vel adeo imperitos atque leues homines inueniri, vt iſtos ſtatim quaſi Apoſtolos adorent. Nam, vt vno aut altero exemplo iſtorum ſtultitiam comprimam; quid ineptius, quàm illud contra Eccleſiæ vel Monaſtica ieiunia, atque continentiam proferre; *Omnis Dei creatura bona eſt*: &; *Honorabile coniugium*; & huiuſmodi? cùm nec Monachi, nec Eccleſia reliqua vnquam vel cibos, vel nuptias impuras dixerint: ſed Manichæi & ſimiles hæretici. Apoſtolicæ enim doctrinæ regula nec cum Iouiniano æquat continentiæ opera nuptiarum, nec cum Manichæo coniugia condemnat. Neque Monachi ab iis, tanquam rebus ſua natura malis, vnquam abſtinent; ſed ideo, vt, corpore in ſeruitutem redacto, poſſint ſolutiore, & liberiore animo diuina meditari. Iam illud; *Adiuuemus nos mutuo*, quam apte, & quam accommodate contra vitam Monaſticam proponitur? Quaſi vlli vnquam homines poſt Apoſtolos vel corporibus, vel animis hominum iuuandis, plus Antonio, Hilarione, Simeone, Daniele, & aliis, contra quos iſti tam atrociter vociferantur, profuerint. Aut quaſi Paulus, & alij, qui ſolitariam vitam in abditiſſima Eremo egerunt, toti humano generi ſanctis precibus non profuerint: Cum Monachi hoc ſit potiſſimum officium, ſua & aliena peccata perpetuo plangere, & continuis precibus Deum mundo propitium reddere.

Magdeburgenſes quam inepte, abſurde & præpoſtere ſcripturas ad Monaſticæ vitæ reprehẽſionem accommodent.

Sanctos Monachos multum populo Chriſtiano profuiſſe.

Quod potiſſimum Monachi officium.

Oſtenditur

Oſtenditur contra Magdeburgenſium calumnias, Antonium, & alios Monachos, quamuis in abditiſſima ſolitudine poſitos; plurimum tamen rebus humanis profuiſſe: & defenditur factum Pioris contra eorundem calumnias.

CAP. XX. IRENÆVS.

QVOD ſi adhuc, quanti ſint momenti huiuſmodi Sanctorũ Mo-
nachorũ preces, Magdeburgenſes ignorent; diſcant à Conſtantino Ruffin lib.
Conſtantinus. Magno tam ſanctæ precationis vires, qui ſe, liberoſq; ſuos Anto- 1. cap. 8.
nio in intima ſolitudine delitеſcenti precibus ſuppliciter cõmenda-
Theodoſius. uit. Diſcant à pio Theodoſio Imperatore, qui difficillimis tempo- Sozom. lib. 7
ribus ſuis, Ioannis Eremitæ concilio res ſuas gubernabat, & in eius c. 22.
ſanctitate atque precibus maximũ quoddam ſibi & Imperio præ-
ſidium reponebat. Diſcant & a Iuſtiniano Imperatore, qui de hoc
Iuſtinianus. genere vitæ ad hunc modum ſcribit: *Solitaria*, inquit, *vita, atque in ea* In nouellis cõ-
contemplatio, res plane ſacra eſt; & quæ ſuapte natura animum ad Deũ ad- ſtitutionibus
ducat, neque iis tantùm, qui eam incolunt, commodet; ſed etiam omnibus aliis conſtit. 133.
*puritate ſua, & apud Deum interpellatione, competentem de ſe vtilitatem
præbeat. Vnde & olim ea res Imperatoribus ſtudio fuit habita, & nos non
pauca de dignitate & honeſtate eorum legibus complexi ſumus.* Deinde &
hæc adiicit: *Si enim puris illi, nudisq; manibus pro Republica preces Deo
obtulerint; manifeſtum ſane quòd & res militaris pulchre ſe habebit, & ci-
uitates in bono ſtatu erunt. Deo item propicio atque beneuolo conſtituto, quo
modo non omnia in ſumma pace, & recta legum moderatione vigebũt? Ter-
ra quoque nobis fructum feret, & celerius bona ſua edet, per Dei beneuolen-
tiam precibus illorũ vniuerſam Rempub. in vnum colligentibus. Sed & com-
munis hominũ figura venerabilior erit, quærentq; quod præſtantius eſt, illorũ
puritatem reueriti.* Hæc & alia id genus Imperator Iuſtinianus. Diſ-
cant præterea à B. Chryſoſtomo, qui glorioſæ iſti regum vitæ, &
Chryſoſtomus. magnifico ſplendori, Monaſticam ſolitudinem longe præfert. Nec
erit iam alienum, ſi eius ego tibi ſententiam, quantum Sanctorum
huiuſmodi apud Deum preces efficiãt, paucis recitẽ. *Nonne*, inquit, Chryſ. hom.
Achab. *Achab Iudæorum rex, per famem & annonæ caritatem, in Eliæ precibus ſpem* 5. de compara
poſuit ſuam? Nonne Ochozias illud idem imperium, illum eundem principa- tione regis et
Ochozias. *tum obtinens, æger, ac iam iam moriturus, inſtantem ſibi mortem cum vide-* Monachi.
ret, ad eundem Prophetam confugit, tanquam morte potentiorem, & vitæ 4. Reg. 8.
largitorem? Atqui bello erumpente, Paleſtinaq; in tantum adducta pericu- 4. Reg. 1 et 3
Iudæorum reges *lum, vt funditus excidenda eſſet, Iudæorũ Reges, miſſo exercitu, miſſis pe-
ditibus, ſagittariis, ducibus, Cẽturionibus, ad Eliſæi preces ſe receperũt. Exiſti-
mabant enim Dei ſeruum, ſibi multarum myriadum inſtar fore. Itidem &* 4. Reg. 19.
Ezechias. *Ezechias Rex bello Perſico conflato, iamq; ciuibus ipſis pro aris & focis in
maximũ protractis periculũ, iisq;, qui pro mœnibus ſtarent iam tremẽtibus,
metuentibus, ac perinde commotis, vt commoueri homines ſolent, quoties vel*

tonitruum

tonitruum, vel terræmotũ omnia quatientem exſpectant, Eſaiæ preces multis Perſarum millibus oppoſuit; neque ſua illum ſpes fefellit. Nam ſimul vt Propheta manus in cælum ſuſtulit, ſtatim Deus ſagittis è cælo miſſis Perſicum bellum confecit. Hæc Chryſoſtomus. Cui iam & diuum Iacobũ adiicimus, *Elias*, inquit, *homo erat ſimilis nobis, paſſibilis, & oratione orauit, vt non plueret ſuper terram, & non pluit annos tres & menſes ſex; & rurſum orauit, & cælum dedit pluuiam, et terra dedit fructum ſuũ.* Quod ſi Elias & Eliſeus & filij prophetarũ, quos Monachos veteris teſtamenti Hieronymus appellat, precibus ſuis tanta à Deo impetrare potuere, an Antonij, Pauli, Hilarionis & aliorum noui Teſtamenti Monachorũ preces minus apud Deum efficaces, mundoque fructuoſas exiſtimabimus? Aut eorum ſolitudinem magis ab hominum odio, officiique erga parentes & patriam contemtu, quàm admirabili quodam Dei amore proficiſci arbitrabimur? Aut eam, vt inutilem & turpem ſolitudinem damnabimus, cui ſe Deus præſentem, tam admirabili donorum ſuorum gratia teſtatur? Aut quomodo ſolitariam eorum vitam reprehendemus, qui Deo arctiſſime coniunguntur, & in mortali adhuc corpore quaſi in cælo locati videntur? Certe eius, qui Deo fruitur, ſolitudo, reprehẽdi nõ poteſt, cum & in cęlo nõ ex Angelorũ, aut aliorũ beatorũ, ſed ex ſolius Dei præſentia, & vt ita dicam, fruitione, beatitudo noſtra conſtituatur. Aut quis eſt tam iners, vt exiſtimet, quemadmodũ Magdeburgẽſes, eum, qui hominem non videt, hominem diligere non poſſe? Audiant illi potius Auguſtinum. *Quid eſt*, inquit, *quæſo, quod videt, qui nõ poſſunt hominem non diligere, & tamen poſſunt hominẽ non videre? profecto illud quicquid eſt, præſtantius eſt rebus humanis, cuius contemplatione poteſt homo ſine homine viuere.* Sed cetera, quæ in Auguſtino ſequuntur, audiamus, quibus vt olim Manichęorũ iactantiam de ſua perfectione, ita & Magdeburgenſiũ contra angelicam iſtam ſolitudinẽ calũnias reprimit. *Nihil*, inquit, *de iis dicam, quos paullo ante commemoraui, qui ſecretiſſimi penitus ab omni hominũ cõſpectu, pane ſolo, qui eis per certa interualla temporum affertur, & aqua contenti, deſertiſſimas terras incolunt, perfruentes colloquio Dei, cui puris mentibus inhæſerunt, & eius pulchritudinis contemplatione beatiſſimi, quæ niſi Sanctorum intellectu percipi non poteſt. Nihil, inquam, de his loquar: videntur enim nonnullis res humanas, plus quàm oporteret, deſeruiſſe, non intelligentibus; quantum nobis eorum animus in orationibus proſit, & vita ad exemplum, quorum corpora videre non ſinimur. Sed hinc diſputare, longum & ſuperuacaneum puto: nam hoc tam excellens faſtigium ſanctitatis, cui non ſua ſponte mirandum & honorandum videtur, oratione noſtra videri quî poteſt?* Quare ceſſent iam Magdeburgenſes hanc ſolitudinem piis & diuinis viris vitio vertere, qui dum Picri & aliis illud ex decalogi; *Honora patrem & matrem*: & ex Paulo; *Infideli eſſe deteriorem, qui curam domeſticorum non habeat*, occinũt: cur nõ ſibi ipſis illud etiam ex decalogo occinũt;

Margin notes: Ad Ruſticũ. — De moribus Eccleſiæ lib. 1. cap. 31. — Exod. 20. 1. Tim. 5. Deut. 5. — Elias. — Eliſeus. — Hieronymus. — Monachi noui teſtamenti. — Beatitudo noſtra in quo conſtituatur. — Auguſtinus.

quadam fratrem videndi cupiditate duceretur. Digna ſane fuit
ea conſtantia ſancto Monacho, & digna tanti præceptoris, id eſt, *Pietis conſtãtia.*
Antonij diſcipulo. Digna eo diſcipulo, quem Deus etiam miraculis ornaſſet. Nam nec Antonius cum Diabolus eius animo inter *Antonius.*
alias, deſertæ, ac deſtitutæ ſororis cogitationes, vt eum à Monaſtica vita retraheret, inieciſſet; illis paruit, & adeo pro ea ſolitudinem *Athanaſius in vita Antonij.*
non deſeruit, vt eam ad ſe potius, & ad ſolitudinem, vbi virginibus
Malchus. præfecta eſt, perduxerit. Cepit & Malchum aliquando, patre mortuo, matrem viduam inuiſendi, eamque conſolandi cogitatio. Pro- *Hieron. in Malcho.*
fectus incidit in Iſmaëlitas, & longa miſeria doctus, ſeram cepit
Monachis quid præcipue cogitandum. itineris ſui pænitentiam. Monachi illud Chriſti ex omnibus potiſſimum hominibus cogitare debent; *Nemo mittens manum ad aratrum, & reſpiciens retro, aptus eſt regno cælorum*; Vxoremque Loth, *Luc. 9.*
Vxor Loth in ſtatuam ſalis verſa. dum retro in patriam reſpiceret, in ſtatuam ſalis conuerſam. Atque
ideo memorabile eſt Machetis abbatis factum, qui poſtquam
Machetes. quindecim iam annos in ſolitudine exegiſſet, & ad eum patris, matris, amicorumque litteræ ex Ponti prouincia delatæ eſſent; eas non
modo non lectas, ſed ne reſignatas quidem, ne vel inani eum gaudio lactarent, vel infructuoſa triſtitia afficerent, igni ſtatim combu-
Monachos nõ ita fuiſſe eremo et contẽplationi addictos, ut tempore Chriſtianæ laboranti vel parentibus operam ſuam negarent. rendas tradidit: *Ite, inquiens, inanes cogitationes patriæ, pariter concrematini; ne me vlterius ad illa, quæ fugi, reuocare tentetis.* Non tamen ita *Caſſianus lib. 5 c. 32.*
ſe abdiderunt in ſolitudine Monachi, quin, quoties magna aliqua,
præſertim fidei Chriſtianæ vtilitas, præſentiam ipſorum poſtularet,
ea ad tempus relicta, in publicum prodierint. Quod Antonius; &
Aphraates ad Arrianos reprehendendos, ſuaq; auctoritate ac præ- *Athanaſius in vita Antonij*
ſentia reprimendos, egregie præſtitere. Quin & parentes atque *Theodor. lib. 4. cap. 26.*
Antonius. cognatos non ſpiritali tantum, quo abundabant, verum etiam, quo
poterant, rerum externarum ſubſidio adiuuabant. Cuius illuſtre
Archebius. exemplum habemus in Archebio Abbate, qui non ignobili oriundus familia, ad Monaſterium, mundi huius ac omni parentum
affectione contempta, etiamnum puer aufugit; vbi ita omnem *Caſſian. lib. 5. c. 38.*
ſuam ætatem exegit, vt nunquam prorſus per totos quinquaginta
Archebij pietas in matrẽ. annos vicum illum egreſſus ſit; ſed ne cuiuſquam quidem feminæ,
vel ipſius etiam matris conſpexerit vultum. Quam cum, mortuo
patre, à creditoribus paternis vrgeri, vexarique intelligeret; nihil
de prioris vitæ rigore, Monaſticeſque exercitijs imminuens, ſoliti
operis penſum triplicans, illudque diebus ac noctibus vrgens, intra annum tantum ex operis ſuis corraſit, quãtum ſufficeret ad matrem ab ære alieno, & onerofis creditoribus liberandam. Ita matrem, quam Chriſti amore ductus puer reliquerat, ſenex ſumma
pietate coluit, & fouit. CRIT. Atque hanc quidem eius pietatem
vt in eo ſummopere probo, ita eos maxime omnium, quaſi inofficioſos & impios filios, auerſor; qui, vt vitam Monaſticam amplectantur, parentes eo maxime tempore deſtituunt, quo ſumma illi

N inopi

inopia vitæque difficultatibus premuntur. Quod ſi egentes non eſſent, nullo tamen modo ferendum videtur, vt filij ab eis inuitis diſcedant. Quantumuis enim tam præclara atque excellens eſſet vita Monaſtica, atque tu eam facis: nemini tamen præcipitur; & ab eius ſuſcipiendæ neceſſitate filij ſunt liberi, & immunes. Ad parentes vero honorandos diuinis præceptis aſtringimur. Iam cum filius parentibus magis, quàm ſeruus Domino obedire debeat; eo quod illius erga parentes obediẽtia à natura ipſa, ſeruorum autem erga dominos contra naturam aliunde proficiſcatur; nec poſsit ſeruus obſequium domini, Monaſtici inſtituti prætextu defugere (quemadmodum nec is, qui creditori & rationibus reddendis obnoxius eſt, ſe, inuito creditore, Monachum profiteri) certe & filii quoque ab ea vita arcendi mihi videntur, ſi parentes refragentur. IREN. Qui ſemel Monaſticen profeſſus eſt; vt parentibus ſubueniat, eam relinquere non debet: re tamen integra aliud ſtatuo. Etſi enim naturæ ductu non filij parentibus, ſed parentes, quia ab eis filij oriuntur, proſpicere illis debeant; atque ideo non probarem patrem filijs abundantem, qui ſe hoc vitæ inſtituto illigaret, niſi prius filijs idonee de victu proſpexerit; ſi tamen parentes rerum penuria, difficultateque laborarent, nec aliunde, quàm filiorũ obſequio & induſtria, ſibi conſulere poſſent; iam præter officium, & contra Dei etiam, credo, voluntatem filii in Monaſterium, deſertis parentibus, ſe conferrent. Quo impedimento remoto, vel reluctantibus parentibus facile paterer filios, qui ad iuſtam ętatem maturuerint, huic ſe vitæ addicere. Nec præceptum illud de parentibus honorandis quicquam inde conuellitur. Nam parentes, etiam abſentes, licet non quotidiano obſequio & præſentia, ſatis honorare poterimus. Diſpar item eſt filij & ſerui condicio. Seruitus enim peccati pæna eſt, quæ naturalem ei libertatem, vt nec rerum, nec ſui ipſius ſit arbiter, adimit. Sed ius patriæ poteſtatis non impedit, quin filius, quod velit, de ſe ſtatuat. Quæ arbitrij eius libertas tum maximè rata eſſe debet, cum optimo affectu, perpenſoque iudicio totum ſe ad Dei obſequium transfert. Nec conuenit, vt Monaſterium ſit debitoris aſylum ad fraudem creditorum. Qui tamen ſi bona fide bonis ſuis cedat, in Monachum coaptari poterit; nec neceſſe habebit, meliorem fortunam exſpectare, qua creditori poſtea in aſſem ſatisfaciat. Filius verò, vt dixi, nihil patri debet, niſi ſummis vitæ difficultatibus circumuento; quæque præſentem filij opem flagitent. CRIT. Nunquam ſanè in animum induxiſſem, vt crederem ſoliuagum hoc procul ab omni hominum frequentia & conſpectu viuendi genus vllo modo vel ipſis quidem Eremitis, qui id ſtudioſè conſectati ſunt & coluerũt, nedum alijs vtile aliquando & ſalutare fuiſſe: niſi tu de eo tam

Quomodo & quando inuitis parentibus liceat alicui amplecti vitã Monaſticam.

Diſtinct. 53. & 54.

Filii & ſerui diſpar conditio.

multa mihi ex doctiſſimorũ atque ſanctiſſimorum patrum libris, tamque probabiliter,& ad perſuaſionẽ accommodatè diſſeruiſſes.

Cyprianum & Chryſoſtomum non permiſiſſe virginibus matrimonium poſt votum: nec quorundam vitia trahi debere ad totius vitæ Monaſticæ contumelioſam vituperationem.

CAP. XXI. CRITOBVLVS.

AT non Mutium cum duobus illis pueris, non Antonium, non Dagulphum, imo neque ridiculam illam Simeonis ſanctitatem, aut plus quàm ridiculam Ioannis obedientiam & meram illam, de qua dixi, hypocriſim, aut hæreticos tuos Monachos excuſabis. IREN. Sed quò tendit hæc Magdeburgenſium Theologia? An ideo totam Monaſticam vitam, omneſque ſanctorum patrum in ea ornanda laudes,& vniuerſa Monachorũ ſanctiſſima inſtituta obruere, ſe poſſe ſperant; quòd inuenti ſint inter Monachos adulteri, homicidę, hęretici? O fortes Dialecticos, nec minus ſtrenuos Theologos. Aboleant igitur propter Iudam, Apoſtolicum; & propter Nicolaum, Diaconorum omnem ordinem. Digna eſt igitur huiuſmodi Theologis illa illorum, *O Iuno Lucina fer opem*, vociferatio. Qui illud vitæ genus, quod diſcipuli Apoſtolorum, & alij per omnem Eccleſiam ob ſanctitatem & doctrinam celeberrimi viri, & cum primis Chryſoſtomus ſectatus eſt; & quo nos Chriſtus ipſe cum Paulo inuitat, Diabolo auctori adſcribunt; nulla alia ratione, quàm quòd virgines quædam, quę ſe Chriſto deuouerant, Chryſoſtomi ſæculo,& ipſius etiam teſtimonio, turpiter, atque impudicè vixerint. O vocem Iunonis potius Sacerdotibus, quàm Chriſtianis Theologis dignam. Neque id tamen Chryſoſtomus de virginibus, quæ publico voto, ſed quæ priuatim continentiam profeſſæ ſunt, recenſere videtur. Quibus, & non alijs, vt olim Cyprianus, ſi continere nolint, potius quàm cõtinuis impudicitiæ æſtibus vrantur, nuptias permitit: quas nec Eccleſia vnquã reſcindit. Præterea tu nõ ignoras exſtare in Germania quædã virginum Cœnobia (cuiuſmodi audio eſſe Montibus Hannoniæ, & quædam alia alibi) quibus, licet & habitum,& cetera virginum diurna nocturnaq; officia cum reliquis obſeruent, exeundi tamen & nubendi poteſtas, ſi velint, non adimitur. Nullo enim publico voto alligatæ ſunt; quod nunquam Eccleſia per nuptias conuelli paſſa eſt. Quanquam & in priuato illo voto licet nuptias non reſcindant; eas tamen ſummopere cum alij patres, tum Cyprianus & Chryſoſtomus deteſtantur. Cyprianus enim virginem Deo dicatam, ſi cum viro reperta fuerit, & Auguſtinus virginem, quæ Monaſterium deſerit, *Chriſti adulteram* appellant. Chryſoſtomus verò, *Monachi nuptias adulterio peiores dicit.* Quo fit, vt nec illud quidem

Quam peruerſè faciant Magdeburgenſes, qui ex quorundam vitijs Monaſticum inſtitutum damnant, & conuicijs lacerant.

Chryſoſtomi ſententia explicatur.

Monaſteria virginum, quæ voto non aſtringũtur ſolemni.

Priuatum votũ.

Cyprianus.

De habitu virginum & lib. 1. Epi. 11

Auguſtinus.

Auguſtin. Pſal. 83. ad Theodor. tomo 5.

Chryſoſtomus. ego crediderim, Chryſoſtomi, aut Cypriani verba ita accipienda eſſe, vt ad virgines, quæ ſe Deo ſemel ſiue publicè, ſiue priuatim conſecrarunt, ſed ad eas, quæ liberæ fuerant, necdum aliquo voti vinculo implicatæ, referantur. Quod in Chryſoſtomo ſane perſpicuum eſt. *Si, habere*, inquit, *cohabitatores cõcupiſcis, non oportebat virginitatem eligere, ſed ad nuptias tranſeundum erat. Multò enim melius ſic nupſiſſe, quàm illo modo virginitatem profiteri fuiſſet. Nam illas nuptias neq; Deus condemnat, neque homines reprehendunt. honeſta enim res eſt neminem offendens, neminem lædens. Virginitas autem illa cum viris plus ab omnibus arguitur, quàm ſtuprum ipſum. Nam quæ ſuum perdit ordinem, in profundius quàm ſit ſtupri barathrum proiecta eſt.* Cernis Chryſoſtomum de nuptijs antecedentibus, non de illis, quæ vitam Monaſticam ſequuntur, loqui: quaſi illas nuptias & Deus condemnet, & homines reprehendant. Non igitur hortatur (quod Magdeburgenſes aſſerunt) vt poſt virginitatis profeſſionem nubant: ſed id ſolum oſtendit, non debuiſſe huiuſmodi virgines ab initio tam excellens vitæ genus ſuſcipere, niſi & vita quoq; ſequẽs tam ſancto initiò reſponderet: præſtitiſſeq; ab initio nõ ſuſcepiſſe, quàm turpiter poſtea deſeruiſſe. Atq; in hunc ſenſum Chryſoſtomi verba recidunt; cui & illa illius poſtea congruũt. *Si concupiſcunt*, inquit, *virũ & nuptias, & id genus conuerſationis appetentes ſunt, quis prohibebat, & adimebat libertatem, ne hoc facerent? Quo neq; offenſus Deus, neq; ipſæ ab hominibus redargutæ fuiſſent.* Quare priora illa Chryſoſtomi verba, quæ totam ſententiam explicant & illuſtrant (*Si habere*, inquit, *cohabitatores concupiſcis, non oportebat virginitatem eligere, ſed ad nuptias tranſeundum erat. Multo enim melius ſic nupſiſſe, quàm illo modo virginitatem profiteri fuiſſet.*) Magdeburgenſes callidè reciderunt. Quod ſi hæc tibi ſatisfacere non videntur, audi rurſus eundem Chryſoſtomum; *Bonum quidem nuptias & ipſe confiteor: honorabiles*, inquit, *nuptiæ & cubile immaculatum: fornicatores autem & adulteros iudicat Deus. Sed te iam ſeruare non conuenit priuilegia nuptiarum. Angelorum enim ſocietate ſemel iunctum, illud relinquere & vxoris laqueis implicari, adulterij crimen incurrere eſt. Quamuis frequenter hoc ipſum nuptias voces, ego tamen & adulterio illud tanto peius affirmo, quanto maior ac melior mortalibus Angelus. Neq; vllus tibi forte perſuaſerit, dicens: nihil de non accipienda vxore Dominus præcepit. Nec me ignorare confiteor, quod adulterium interdixit, non nuptias vetuit. Verum in te adulterij nomen accipiet, ſi volueris vnquam, quod abſit, nuptias cogitare. Et quid mirum, ſi nuptiæ tales, quibus offenditur Dominus, adulterio comparantur? Maius longe audies: homicida iuſtorum laude donatur, & miſericors plus quàm homicida punitur: quoniam hoc vetante fit Domino, illud volente. Et Phinees quidem ad iuſtitiam reputatum eſt, quod impudicum cum turpi femina virum, vno gladio percuſſiſſet. Saulem autem Samuel ſanctus Dei in luctibus, lacrymis, precibusq; pernoctans, damnatione, cui illum addixerat Deus, liberare non*

Quod regulares feminæ viris cohabitẽt. tom. 5.

Epiſt. poſter. Ad Theodorũ Monachum lapſu. tom. 5

Heb. 13.

Nuptiæ quæ votũm Monachorum, peiores adulterio.

Num. 25.

1. Reg. 15. & 16.

potuit

potuit. Quomodo hoſtium duci, quem debuerat trucidare, inuito parcendum credidit Deo? Cum hæc ita ſint, ſtupere deſiſte, ſi nuptiæ peiores adulterio iudicantur, quoties Chriſtus offenditur. Atque, vt illud repetam quod in principio poſui Epiſtolæ, ſi militiæ vincula non tenerent, quis tibi defectionis nomen obiiceret? Nunc autem nihil in te penitus tui iuris eſt, quippe qui tãto Imperatori militare cœpiſti. Nam ſi mulier proprij corporis non habet po-

1. Cor. 7.

teſtatem, ſed vir, multo magis hi, qui Chriſto potius quàm ſibi viuunt, condicionem corporis ſui habere non poſſunt. Iſte qui nunc, Theodore, contemnitur, ipſe tunc ſine dubio iudicabit. Hactenus Chryſoſtomus. Non itaque, vt volũt Magdeburgenſes, iam profeſſas ad nuptias hortatur.

Athanaſij ſententia explicatur.

Et quæ Athanaſius de Monachis, qui parentes fuere, ſcribit; de iis intelligenda videntur, qui aut nullis, aut priuatis tantum votis obſtricti erant; quanquam nec de iis accipiẽda videntur, qui poſt ſuſceptam vitam Monaſticam matrimonium iniere, (nihil enim huiuſmodi apparet) ſed de iis, qui, cũ eſſent mariti, Monachos ſe profeſſi ſunt, & tamen non deſeruere vxores.

Ad Dracontium.

Et quàm id quoque ſit præter & contra Monachi officium, ipſe ſatis declarat, cũ in viuendi formula, quam Monachis accurate præſcribit, inter alia obſeruandum admonet, ne *Monachus ſit coniuge connexus, aut liberis impeditus.*

In exhortatione ad Monachos.

Qualeſcunque verò fuerint virgines illæ, quas Chryſoſtomus arguit, magna hæc eſt Magdeburgenſium non ſolùm inſcitia, ſed impudentia; qui tam ſanctæ viræ inſtitutum ex quarundam infamia conuellere & euertere conantur. Et prophanæ atque tragicæ illæ exclamationes in Euangelicorum potiſſimum Dalilas congruunt, quas ſub matrimonij ſpecie ad turpiſſimum ſibi adulterium adſciſcunt.

Vitia Monachorum nemo Catholicus defendit.

Ego vero vitia eorum, qui Monaſticam vitam colunt, adeo non defendo, vt non inuitus illud cum Auguſtino profitear: *Quomodo difficilè,* inquit, *ſum expertus meliores, quàm eos, qui in Monaſte-*

Epiſt. 137.

Auguſtinus.

riis profecerunt; ita non ſum expertus peiores, quàm qui in Monaſteriis ceciderunt: ita vt hinc arbitrer in Apocalypſi ſcriptum: Iuſtus iuſtior fiat, & ſordidus ſordeſcat adhuc. Quapropter etſi contriſtamur de aliquibus purgamentis; conſolamur tamen etiam de pluribus ornamentis. Nolite ergo propter amurcam, qua oculi noſtri offunduntur, torcularia deteſtari, vnde apotheca Dominica fructu olei luminoſioris implentur. Quam eius ſententiam veriſſimam eſſe facile intelliget, qui Lutherum & ſocios eius, qui omnem iſtam perturbatæ religionis cauſſam dederũt, diligentius conſideret.

Hæreticos Monachos nemo Catholicus probat.

At hæretici hæreticos etiam Monachos inuenerunt. Quid deinde? an quiſquam Catholicorum hęreticum Monachum vnquam ideo probauit?

Non laboraſſe hæreſi aliqua Monachos, quos Palladius celebrat. Præterea Hellenis, Pachomij, Apellis, Martij, & aliorum Monachorum hiſtoria contra calumnias Magdeburgenſium aſſeruntur.

CAP. XXII. CRITOBVLVS.

VIDETVR certè Palladius Euagrij diſcipulus, idq́; ex Hieronymi teſtimonio Monachos hæreticos magnis laudibus extuliſſe, & ad imitationem propoſuiſſe. IREN. Recenſet quidem aliquot huiuſmodi Palladius, ſed nomine tenus. Cùm enim multi illo ſæculo Monachi clari fuerint; eiuſdem tamen cognominis, non hæreticos quidem Palladius, ſed alios, eoſdem nominis ſimilitudine tantummodo referentes, celebrat. Palladius certè ipſe ab illius temporis, & aliis claris ſcriptoribus inter celeberrimos Monachos refertur. Et vt hos libros eum ſcripſiſſe, ita certè nihil in iis ſcriptum eſſe cõſtat, quod oſtendat vel ipſum, vel quenquam ex Monachis, quorum actiones refert, aliquid Origenicum ſapuiſſe. Nec Hieronymus Palladij, ſed Euagrij libros, qui hodie (quod ſcio) non exſtant, coarguit. Qui ſi exſtarent, certius fortaſſe iudicaremus. Fruſtra igitur Magdeburgenſes dubitationem nobis, an libri, qui hodie ad Lauſium extant, Palladio ſint adſcribẽdi, iniicere; vel tu eorum fidem infringere conaris. Affirmamus igitur hos eſſe Palladij genuinos libros, nec potuiſſe Magdeburgenſes clariſſimum Monaſticę ſanctitatis, & inſignium miraculorum lumen in Palladij, Theodoreti, & aliorum patrum libris, æquis ac rectis oculis intueri; atque ideo eximia in ſanctis viris Dei dona vel fraudulento ſilentio diſſimulaſſe, vel nefariis conuiciis laceraſſe. Nam quę Sozomenus de Hellene, Pachomio, Marco, Apelle, Piore ſcribit (quæ iſti maledictis inceſſunt) à Palladio ſumſiſſe videtur. Cui quidem Macarius retulit, vidiſſe ſe manũ ſępe Angeli, qui Marco Euchariſtiam miniſtrabat. Et Theodoretus eſt, qui Acepſemam, & admirabilem illam Simeonis columnam (quã iſti adeo deformant) mirificè deprędicat. Quas nihilominus iſti hiſtorias, nulla quidem vel Palladij, vel Theodoreti mentione facta, lectori deridendas proponunt: cùm tamen ſeipſos potius omnibus piis meritò irridendos exponant. Quos certè, *qui habitat in cælis, irridebit, & Dominus ſubſannabit*: imo quod ſequitur; *Loquetur ad eos in ira ſua, & in furore ſuo conturbabit eos*; qui eximia ipſius in ſanctis hominibus opera cachinnis excipiunt. Sed quid oſtendunt ridiculi iſti Theologi, cur hoc Hellenis miraculum ridiculum ſit, & pręſtigiatorium; niſi fortè prudentiores haberi velint Metaphraſte, qui tale quiddam in alio quodam pio Monacho inſtar miraculi ſuſpicit; aut ipſo Salomone, qui ſerio clamat: *Quis geſtabit in ſinu ignem, vt non vratur*: Certè ſi quicquam huiuſmodi totis his quadraginta annis quiſquam ex hac Euangelica ſchola edidiſſet; iam dudum inter Apoſtolica ſigna, non ſine magna venditatione, relatum fuiſſet. At mirantur Sozomenum profiteri Hellenem miraculis clarum; neq; interim, excepto hoc vno, quicquam proferre. Bene eſt: habebunt ergo reliquis eius ſaltem miraculis, ſi quæ proferantur, fidem. Audiant igitur

An Palladius hæreticos Monachos laudet.

Palladius fuit Monachus.

Lauſiaca hiſtoria Palladio aſſeritur.

Theodoretus.

Theodoret. in hiſt. religioſa & in hiſt. Eccleſiaſt. lib. 4. cap. 28.

Socrat. Eccleſiaſt. hiſto. lib. 4. cap. 23.

Cen 4. c. 10 pag. 1304.

Pallad. in vita Macarij.

Pſal. 2.

In vita Eugenia Mart.

Prouerb. 6.

tur

Palladius in Lauſiaca hiſtoria. — *Hellenis miracula.*

tur Hellenem totas tres, aut quattuor interdum hebdomadas ieiunum manſiſſe. Audiant in media ſępe ſolitudine cibaria illi ab Angelo miniſtrata. Audiant non, vt in fabulis eſt, Arionem Delphini: ſed Hellenem crocodili tergo exceptum, fluuium tranſmiſiſſe. Audiant eum multa ſępe diuinitus prædixiſſe; & cętera id genus. Sed vereor, ne parum mihi gratiæ relaturi ſint ob hanc narrationem; & iam non inopiam, ſed copiam miraculorum criminaturi; atque Hellenem magum & pręſtigiatorem inclamaturi. Quamuis non Sozomenus iſta, quem contemnere videntur; ſed Palladius, à cuius mentione hic & cętera fere callide abſtinent, receuſeat. Ad quem vt iam reuertamur, ſi neceſſe ſit, (vt certe non eſt) Palladij librum, hac quaſi labe commaculatum fateri, deleas, ſi velis, ex Monachorum albo, paucos illos huius notæ homines apud Palladium. Habemus enim alios, eoſque infinita quadam copia Catholicos Monachos ab eodem Palladio, & aliis claſſicis ſcriptoribus magnopere celebratos. E quibus plurimi, quaſi pręclari quidam duces, partim optimę confeſſionis, partim egregij martyrij certamina atque labores ſub Ethnicis & Arianis obierunt. Inter quos relucent, Antonius, vterque Macarius cum Iſidoro, Heraclide, Pambone, Aphrate, Barſę; vt nihil hic dicam de ſanctis Monachis Arrianorum pedibus nefarie obtritis; de 300. Monachis à Seuero hęretico interfectis, quòd Chalcedonenſem Synodum tuerentur; de Monachis, qui ſub Vandalis Arrianis in Africa cęſi ſunt; de Placido & aliis Benedicti diſcipulis, qui per Saracenos Martyres facti ſunt: Aut de illis denique, qui ſub Valente cęſi ſunt; Aut, vt ad noſtra tempora poſt mille tandem annos veniamus, de illis ſanctis Monachis, qui in Germania veſtra & Anglia noſtra, & alibi pręclari Confeſſores nuper exſtitere. Quos iſti non contenti ſunt Monaſteriis exegiſſe, quemadmodum Valens eos ſolitudine extruſit; ſed vt hic ferro, ita illi etiam ſtilo perſequuntur. Quorum ego myriades pro paucis iſtis Apoſtatis Monachis, qui aut hodie Catholicam fidem deſerunt (è quibus magna quędam nouæ huius Euangelicę ſocietatis portio conflata eſt) aut qui olim deſeruere; & Martinum pręcipue, celebrem Confeſſorem, & eundem Monachum tibi iam oppono. cuius & aliorum gloria cælum & terras illuſtrat. Sed Martini ſanctitati adeo iſti ſunt infeſti, vt propterea quòd Monaſticam vitam ſit ſectatus, & Dæmonem aliàs in Iouis, aliàs in Mercurij, aliàs in Veneris, ac Mineruæ perſona apparentem, ſuis quenque nominibus increparit; & ſigno Crucis atque oratione propulſarit; *necromanticum* fuiſſe aſſeruerint. Hilarionem plane necromanticum clamaturi, qui hanc gratiam habebat, vt ex odore corporum, veſtiumque, & earum rerum, quas quis tetigerat, ſciret cui Dæmoni, vel cui vicio ſubiaceret. Verumenimuero cur non iſti auctorem quoque ſacræ de Tobia hiſtoriæ magum, perinde

Cen. 5. cap. 10. p. 1393

Bonorum & Catholicorum Monachorum in optimis auctoribus ingens numerus.

Ruffi. lib. 2. Eccleſiaſtic. hiſto. cap. 4. Athanaſ. in Epiſt. ad orthodox. Tom. 2. Concil. act. 1. Syno. 5. in ſupplicat. cleri. & monachor. pag. 34 Victor. de perſequut. Vandal. li. 3. Gordianus in vita Placidi.

Monachi noſtri temporis pij in Germania, Anglia, & alibi monaſteriis exacti.

D. Martino Magdeburgenſes ſic infeſti, vt eum fuiſſe Necromanticū calumnientur.

Hieromy. in vita Hilar. — *Hilarion.*

perinde atque D. Martinum, inclamant? cur non cum eo quoque expoſtulãt, quòd auſus ſit Dæmonem illum, qui ſeptem Saræ maritos occiderat, ſuo nomine, Aſmodeum videlicet, appellare? Iſtis vero hominibus & Brigida non ſolum apud Scotos, Anglos, & Hibernos, ſed per reliquum orbem dicatis ei vbique templis celeberrima, *maga* tamen eſt. Sed quare ô boni Theologi? quia ſcilicet per aquam luſtralem, lapidem in ſalem conuertit, & cæco nato viſum reſtituit, & aquam in ceruiſiam mutauit. Hæccine magæ opera, & non potius ſanctiſſimæ feminæ cenſenda? fuiſſet tamen hæc aliqua ad ſpeciem calumnia, ſi ceruiſiam in aquam, aut ſalem in lapidem commutaſſet. Nunc quid ſupereſt, niſi vt Chriſtum quoque, vt olim Ethnici, magum ſcelerate appellent, qui aquam in vinum generoſum tranſmutauit. At hæc omnis maledicentia propter aquam luſtralem nata eſt. Hanc Magdeburgenſium ſpiritus valde auerſatur; propter cuius odium, facile illi Marcellum Apameenſem, Ioſephum Confeſſorem, & Clementem quoque virum Apoſtolicum, de quibus diximus, magos vociferabuntur. Nunc vt ad Mutium, & pueros illos, ceteroſque, quos recitaſti, veniam; quid nobis ad totius vitæ Monaſticæ criminationem, Mutij ſiue ſimplicitatem, ſiue crudelitatem, vt iſti volunt, tam atrociter & tam tragica vociferatione, O *aſtorgos latrones*, obiiciunt? Quanquam quod iſti calumniantur, cum quaſi ad cędem filij *paratum*; non fit mihi credibile. Puerum ſeruatum, diſpoſitis ad aquam per Abbatem cuſtodibus & obſeruatoribus, ſcimus. Quod ita futurum Mutium quoque cogitaſſe, non eſt abſimile vero. Quem certe in præclarum virum poſtea euaſiſſe, & excellenti ſanctitate ornatum, eadem hiſtoria prodit. Neq; quiſquam negat, quin tentarit ille Deū, qui propter temerarium & inconſultum votum, vltro in ſolitudine oblatum à Mazicibus, quantumuis feris & crudelibus hominibus, panem recuſarit; quem tamen ſocius eius, eodem etiam voto adſtrictus, accepit, vitæque ſuæ conſuluit. Neque Amonij, quamuis clari alioqui Monachi, factum ad laudem vel imitationem proponitur. Hactenus tamen legentibus id nobis hodie prodeſſe & poteſt, & debet; quòd, cùm legimus in tam ſancto & docto homine tantam animi demiſſionem, vt Epiſcopatum, magnitudinem eius dignitatis reueritus, recuſaret, & ſe eo indignum, longeque tanto oneri imparem iudicaret; nos impotentis noſtræ ambitionis valde pudeat, qui ad Sacerdotia & quæuis Eccleſiaſtica munera, ab omni doctrina & pietate nudi & inopes, impudenter nos ingeramus; nulla omnino habita ratione, quàm accurate et rigide Deus tantæ adminiſtrationis rationem à nobis olim ſit exacturus. Quam ſanctiſſimi olim homines altius animo ſuo repetentes, omnibus rationius Sacerdotij atq; Epiſcopatus dignitatem defugerunt. Inter quos eſt Nilammon pius ille Monachus, quem cum inuitum Theophilus

In Brigidam calumnia diſſipantur.

Tobiæ ca. 3.

Cent. 6. cap. 10. p. 755.

Marcellus. Ioſephus. Clemens.

Mutij factum expenditur.

Cent. 5. c. 6. pag. 709.

Ruina cuiuſdā ob imperitiam diſcretionis.

Caſsia. colla. 2. cap. 6.

Amonij factum ponderatur.

Ambitio noſtri ſeculi.

Nilammonis mors à calumniis Magdeburgenſium vindicatur.

Sozome lib. 8.cap.19.

Theophilus Alexandrinus Epiſcopus Epiſcopum ordinare voluiſſet, eo præſente, animam repente efflauit. Quem candidi iſti cenſores ea inuidia grauare volunt, quaſi à Deo ſit in eum ita animaduerſum, quòd Eccleſiaſtica munera declinaſſet, & Monaſticam ſuperſtitionem contra Dei verbum ſectatus fuiſſet: cùm multo ſit probabilius, eoque etiam ipſa hiſtoria reſpiciat, illum ſuis ipſius precibus præmaturius fuiſſe ereptum, quòd Deus eum, non tam magiſtratui gerendo, quàm priuatæ vitæ agendæ idoneum vidiſſet. Multi enim ſunt, quos, cùm priuatim ſanctiſſime atque integerrime vixiſſent, magiſtratus aut prorſus corrupit, aut certe aliquid prioris vitæ laudi detraxit. Quemadmodum rurſus (vt Gregorius ſcribit) *ſicuti ſæpe qui contemplari Deum quieti poterant, occupationibus preßi ceciderunt: ita & ſæpe, qui occupati bene humanis vſibus viuerent, gladio ſuæ quietis extincti ſunt.* Illuſtris vero eſt in hoc genere narrationis Acepſemæ (quem iſti delicati Theologi, tanquam ſordidum & agreſtem hominem, vt diximus, accuſant) hiſtoria: qui cùm, vt multa alia ſæpe, ita mortem ſibi imminere diuinitus proſpiceret, & ad Sacerdotium eum ſuſcipiendum Epiſcopus vrgeret: *Minimè,* inquit, *de hac re decertabo. Si enim eſſem diutius victurus, omnino fugiſſem hoc graue & terribile onus Sacerdotij, pertimeſcens reddendam depoſiti rationem. Quoniam autem non ita diu abhinc recedam, iis quæ hic ſunt relictis, iuſsis non inuitus pareo.* Ita Sacerdotio inauguratus, poſt paucos dies Sacerdotium cum humana vita depoſuit: vt vel hinc ſatis intelligamus, quò Nilammonis repentina mors reſpiciat. Iam & pueros quoque, & eorum propter naturalem iudicij in tyrocinio ætatis infirmitatem, ad totius tamen ordinis Monaſtici accuſationem rapiunt. Sed id miror, iſtos tam ſeueros Ariſtarchos, qui tam tragice in Malchum intonarint propter duos illos hircos Saracæno & perfido domino interceptos, adeo hic emollitos, vt pio Monacho ægrotanti cibum tranſmiſſum ſine vlla furti nota facile interuerti patiantur. Sed nos non iam priuatam Monachorum, verum publicam vitæ Monaſticæ defenſionem meditamur. In qua quod Tyrones, ea quæ efficere non poterant, tentarint tamen; ex Præfecti imperio, & Ioannis illam obedientiam non tam reprehendimus, quàm mirifice ſuſpicimus. Et ſummo id quidem iure; cùm eam Deus ita probarit, vt Ioannem non modo certa rerum futurarum prædictione, ſed & multis aliis miraculis illuſtrarit. Verum iſta Ioannis tanta ornamenta & ſtupenda Dei opera boni iſti hiſtorici hic diſſimulant, nihil aliud, quàm ieiuna & arida calumnia aridi ligni irrigationem arrodentes. Illam vero ego hypocriſim, qua veteres Monachi grauiſſima crimina leuiori velut ferula, minora acerbiſſima pœna, & quaſi gladio vindicarunt, adhuc probatam à Magdeburgenſibus tuis non video.

Cent. 5.c.6. pag.683.

Optimus vir priuatus non eſt ſemper optimus magiſtratus.

Lib.6. moralium ca. 26.

Gregorius.

Acepſemas.

In religioſa hiſtoria.

Theodoretus.

Puerorum doctrinam in Eremo euntium factum.

Ruff. lib. hiſtor. Eccleſ. 2.cap.32. Aug. de cura pro mort. gerenda cap.17. tom.4 & de ciuit. Dei libro 5. capite 26. Caſſian lib. 4.cap.23.

Ioannis obedientia in arido ligno irrigando ſuſpicienda.

Deteguntur calumniæ Magdeburgenſium contra Monachos, quaſi grauiora peccata leuius, leuiora grauius puniant.

CAP. XXIII. CRITOBVLVS.

Magdeburgenſium mendacia in Monaſtici inſtituti diſciplinam.

Cent. 5. c. 6. pag. 710.

AT iam videbis. ecce præſto ſunt Centuriæ, locum relegam; ne quid tibi deinceps ſit ſubterfugij. IREN. Relege. CRIT. *Habuerunt*, inquiunt Magdeburgenſes, *& corrigendorum delictorum diſciplinam, quam publicam pænitentiam ſubinde nominat Caſſianus. Ea fuit huiuſmodi, vt qui deliquiſſet, in ſynaxi ſeu publico omnium fratrum congreſſu in terram proſtratus, tamdiu veniam demiſſe peteret, quamdiu ſolemnitas orationum eſſet finita: quam quidem impetrabat, vbi Abbatis iuſſu de terra ſurgere iuſſus eſſet. Ea autem emendatione tantum leuiora delicta expiabantur; qualia ſunt; ſi quid per negligentiam fuiſſet vel fractũ vel perditum; ſi non in tempore ad conuentus acceſſiſſet; ſi durius aut contumacius etiam reſpondiſſet; ſi in Pſalmorum modulationibus titubaſſet; ſi mandata, item ſtatuta officia minus diligenter expediſſet; ſi dimiſſo congreſſu non recta ad cellulam rediſſet; ſi cum alio præter ſuum contubernalem confabulatus fuiſſet; ſi cũ ſuſpenſo ab oratione oraſſet; ſi cum parentibus vel amicis, hominibus politicis, abſque Senioris permiſſu collocutus fuiſſet; ſi denique litteras ſine Abbatis auctoritate vel dediſſet, vel accepiſſet, &c. Nam grandiora illa & magis atrocia, vt ſunt conuicia, manifeſti contemtus, contradictiones tumidæ, nimis diſſolutus & effrenis inceſſus, cum mulieribus familiaritas, ira, rixa, ſimultates & iurgia, auaritiæ contagium, rerum minus neceſſariarum affectatio, & poſſeſſio; poſtremo & extraordinaria & furtiua cibi refectio, plagis vel eiectione ex ſodalitio puniebant.* Hic Magdeburgẽſes ſubiiciũt; *vides ne hypocriſin, lector pie, vbi externa & leuiora peccata, magis quàm ſuperſtitio, incredulitas, idololatria, puniuntur?* Quid? an non audis Magdeburgenſes accuſantes Monachorum hanc, quam dixi, hypocriſin? IREN. Audio quidem accuſantes; ſed nullam probationem afferentes. Nam contrarium eo ipſo loco aſſeritur, & conuicia iſta Magdeburgenſium hac ipſa auctoritate, ſi bene aduertas, retunduntur. Apertè enim hic conſtat, in grauiora grauius, in leuiora leuius, & mollius animaduerſum. CRIT. Sed nihil hic video pœnæ in ſuperſtitionem, in incredulitatem, in idololatriam, conſtitutum. IREN. Sed vnde probant Magdeburgenſes vel talia crimina inter eos locum habuiſſe, vel impunita fuiſſe? hoc tantùm aſſerunt, ne velleuiſſima quidem probatione muniti. CRIT. Video iam & meam nimiam facilitatem, & Magdeburgenſium apertam calumniam. IREN. At tu, quantumuis in iſtis exercitatus, non omnes adhuc iſtorum fraudes tenes; ego iam tibi huius horrendi mendacij myſteria aperiam. Sentiunt enim, totũ hoc Monaſticæ vitæ genus nihil aliud eſſe, quàm ſuperſtitionis, incredulitatis, atque idololatriæ officinam; & dolent,

Mendacia Magdeburgenſium repelluntur.

Myſteria horrendi mendacij Magdeburgici; in Monaſticam vitam & diſciplinam retegun-tur.

lent, (quod hodie præſtiterunt)non fuiſſe & olim diſſipatũ. Fuere ergo Paulus,Antonius,Hilarion, Baſilius, Auguſtinus, Hieronymus, & reliqui ſancti Monachi, iſtorum cenſura, nihil aliud, quàm ſuperſtitioſi, increduli, idololatræ. CRIT. Videntur mihi certe hic omnis modeſtię fines longè egreſſi Magdeburgenſes.

Aperiuntur calumniæ Magdeburgenſium contra hiſtoriam Simeonis, qui Stultus dictus eſt; & multa oſtenduntur, quæ videntur à prophetis abſurdè,& ridiculè, imò impiè acta, ſi quis externam rerum faciem tantum conſideret.

CAP. XXIIII. IRENÆVS.

RESTAT iam Simeon,cuius iſti prodigioſam caritatem irrident,à calumniis ipſorum liberandus. Sed cur non iſti, non tam Theologi quàm Theologorum monſtra ac prodigia, Chriſtum quoque prodigioſæ caritatis inſimulant? qui non ſolum noſtra in ſe omnium innocentiſſimus ſuſcepit peccata, ſed eorum quoque grauiſſimas pœnas luit, quod fuit ſummum ardentiſſimę illius in nos caritatis argumentum. Quare eximiæ iſti laudis materiam in contumeliam & vituperationem ſuo more conuertunt, diſſimulanter interim, vt ſolent, huius rei euentum prętermittentes. Mulier enim iſta calumniatrix, cum iam pariendi tempus adeſſet, incredibilibus tormentis afflicta eſt, nec partum tamen edere potuit. Quare arbitrata iſtas calumnię ſuę in pium virum pœnas irrogatas, deprecatores ad eum miſit, veniam, preceſque eius ſupplex expetiit, & verum patrem profeſſa, mox feliciter peperit. Hunc igitur tam inſignem, tamq; admirabilem euentum ſummo iſti (vt ſolent) ſilentio inuoluentes, pręclare ſuis ſe partibus defunctos exiſtimant; poſtquam, ó ſanctitatem prodigioſam; ſemel exclamarint. Neque id interim animaduertunt, ſe neque hanc prodigioſam exclamationem, neq; illam ſuam de Simeone, cibos & vinum puerperæ huic afferente, narrationem ab auctore ſuo Euagrio ſumſiſſe, ſed à ſeipſis ſuo eam more commentos eſſe. De iſto ſane Simeone cum alia multa, tum id quoque refertur: Cum aliquando per forum deambularet, lorum manu circumagitans, plurimas columnas diuerberabat, exclamans; *State, nam breui ſaltabitis*; viſus eſt quidem multis inſanire; ſed non ita multo poſt, Berytus, Biblis, Tripolis, & aliæ ciuitates maximo terræmotu cum ſtatuis, quas flagellauerat, conciderũt. Sed hunc tantũ virũ? cuius præclaras actiones eodẽ ſęculo, non Euagrius modo, ſed & doctiſſimus atq; ſanctiſſimus Neapolis Epiſcopus Leontius, ſcriptis ad poſteritatis memoriam mãdarunt; & poſt eos Metaphraſtes; iſti quaſi vanũ & ſtolidũ hominem lectoribus deridendum proponũt, quia ſanctitatẽ ſuam diſſi-

Simeonis humilitas & caritas contra Magdeburgenſium calumnias defenditur.

Perfidioſum Magdeburgenſium ſilentium.

Futurorum prænotio in Simeone.

Euagr. lib. 4. cap. 34.

Simeonis præclaras actiones qui litteris mandarunt.

Qui vere ſancti ſunt, omnem humanam gloriam contemnunt.

diſſimularit. At qui vere ſancti ſunt, omnem humanũ honorẽ laudemque defugiunt, omnem ſuum amorem in ſolum Deum transferentes, vt ab eo ſolo pendeant; quemadmodum pudicæ vxores à maritis, à quibus ſolùm amari & laudari optant, de aliorum laudibus parum ſolicitæ. Simeon itaque cum aliis piis Monachis tam fuit gloriæ fugiens, quàm ſunt iſti hodie Euangelici appetentes, & propter quam Euangelij totius architectus, auſus eſt facinus longè eo grauius, quo templum olim Dianæ incenſum eſt. Sæuiſſimo enim incendio per eum excitato, tota pæne hodie Europa miſerrime conflagrat. Sed Euangelici cum nullam habeant, quam diſſimulent cum Simeone ſanctitatem; quam non habent, ſimulant ſe habere; & falſam cum ſanctitatem, tum religionem ementientes, veram pietatem, & fidem in nimium multis Europæ partibus labefactarunt. Quod ſi Magdeburgenſibus adhuc vtriuſque huius Simeonis, Antonij, Hilarionis, Macarij, Ioãnis, & aliorum ſanctorum Monachorum actiones, non ſolum incredibiles, ſed & ridiculæ nonnunquam videantur; non ego id quidem miror, vel illis vel aliis id accidere; quibus dici poteſt *Modicæ fidei, quare dubitaſtis?* Matth. 14.

Simeonis & Euangelicorum longe diſpar conditio.

Magdeburgenſibus cur ſanctiſſimorum patrũ actiones, partim incredibiles, partim ridiculæ videantur.

Quod illis accidit, partim Vatiniano quodam in Monachos & Catholicam Eccleſiam odio; partim quòd humana ratione diuinorum operum cauſſas metiantur; ad quæ nulla humani ingenij acies penetrare vnquam poteſt. Quorum dictata ſi ſequamur, quæ magno Dei cõſilio ad maximam Eccleſiæ ſuę vtilitatem diſpoſita ſunt, riſu & reprehenſione digna videbuntur. Id vt melius intelligas, repete animo veteris teſtamenti Monachos; prophetas dico, Eſaiã primum, quem nõ ſolum nudis pedibus, ſed nudo corpore ex Dei mandato ambulantem, multi abſque dubio aut ſtultum, aut inſanum credidere. Eſa. 20. Ezechielem deinde panem, Deo præcipiente, ex boum fimo conficientem: & 390. diebus ſuper ſiniſtrum, 40. ſuper dextrum latus cubantem; caput & barbam enſe radentem, capilloſque in media ciuitate partim comburentem, partim concidentem, partim vento ventilandos diſpergentem. Ezech. 4. & 5. Tum Oſeam ex Dei præcepto vxorem fornicariam accipientem, & adulteram diligentem. Cap. 1 & 3 Ad hæc Hieremiam, qui lignea collaria, & ferrum collo imponebat. Cap. 28. Prophetam denique, qui ſibi à ſocio vulnera inferri curauit. 3. Reg. 20. Quis ſanctos iſtos Prophetas eiſdem ludibriis à Iudæis exceptos non credat, quibus hodie Simeones, & alij ſancti Monachi à Magdeburgenſibus excipiuntur? Quid iam de Elia, & Eliſeo, præclariſque eorum actionibus dicam? Quid coruum à quo [1]Elias quotidie paſtus eſt in ſolitudine? quid [2]diuinũ illum ignem, qui ad eius preces holocauſtum abſumpſit? quid [3]Eliæ pallium, quo ſibi Eliſeus per mediũ Iordanẽ tranſitũ admirabilẽ expediuit? quid oleũ mirifice auctũ, & [4]puerũ vitę reſtitutũ? quid [5]leprã Naaman curatã? quid [6]ferrũ ſecuris in aqua natans, Syros obcœcatos, aquas

Res diuino nutu & conſilio geſtas, videri quandoque extrinſecus hominibus abſurdas, ridiculas, & vituperabiles, variis exemplis Scripturarum oſtenditur.

Eſaias. *Ezechiel.* *Oſeas.* *Hieremias.*

1. 3. Reg. cap. 17. 2. ibid c. 18. 3. 4. Reg. cap. 2. 4. 4. Reg. cap. 4. 5. 4. Reg. cap. 5. 6. 4. Reg. cap. 6.

74. Reg. cap. 2. aquas immiſſo ſale dulceſcentes,& cetera id genus miracula commemorem? Quæ ſi vera & indubitata ſunt, vt certe ſunt, cur quod vel de Pauli coruo, vel de Antonij, Hilarionis, aliorúq; rebus mirabiliter geſtis ab Hieronymo & eiuſdem notæ ſcriptoribus in litteras miſſum eſt, iam tandem poſt tot ſæculorum decurſus à Magdeburgenſibus, & noui iſtius Euangelij aſſeclis tanquam falſum aut ridiculū in ſuſpitionem calumniamq; rapitur? An, cum Diuinæ ſuæ potentiæ & virtutis munera paſſim in orbem per veteris teſtamenti Monachos Deus tam affluenter effuderit, in noui teſtamenti Monachis hic fons exaruit? Aut nō fuiſſe putauimus inter Iudæos, qui miracula Monachorum illius temporis vel infitiarentur, vel ſiniſtre deprauarent, quemadmodum hodie miranda & ſtupenda Monachorum Chriſtianorū opera Magdeburgenſes partim impudenter negant, partim exagitant malitioſe & ſcurriliter traducunt? Quorum aduerſus Monaſtica inſtituta & Monachorum res geſtas fæda conuicia, quanto potuimus verborum compendio, dedimus operam, vt confringeremus; & iam plane, niſi fallimur, confregimus. De reliquis autem, quæ adhuc ſuperſunt, accuratum te aliquod reſponſum expectare non puto, cum à prioribus fere calumnijs pendeant.

Calumniæ Magdeburgenſium contra Patroclum, Martium, & alios Monachos, atque inprimis contra D. Benedictum.

CAP. XXV. IRENÆVS.

NVNC quoniam & aures meæ audiendis Magdeburgenſiū calumnijs, & lingua illis confutandis iam pæne defeſſæ ſunt; &, fugiente ſole, tempus iam ipſum vacationem & quietem ab iſta contentione nobis imperat, cetera obiter tantum, ſed pleraque tamen vt frigida plane conuicia ne attingemus quidem; cum quid de illis iudicandum ſit, vel ex ijs, quæ diximus, per te pro tua prudentia coniectare poſſis. Atque huiuſmodi quidem ſunt ea, quibus hiſtoriā Apellis, Piammonis, Martij, Serenij, Barlaam, Ioſaphat, Benedicti, Gregorij Romani Pontificis, Patrocli, Marcij, & ſimilium, aut irrident, aut ſola ſe inficiatione poſt 1000 annos, delere poſſe ſperant. Sed operæ precium eſt ex vno aut altero exemplo miram iſtam Theologiam, & fortes probationes, quibus cauſſam ſuam muniunt, conſiderare. Eſt igitur Patroclus, quantumuis ſanctitate, Patroclus.
Cent. 6. cap. pag. 771. & miraculis clarus, Magdeburgenſibus tamen tuis *Antichriſti diſcipulus*. Sed ob quam cauſſam, ô boni Theologi? quià ſcilicet Cœnobium Columbarienſe, & Monaſterium ſacrarum virginum fundauit. Nec Martio quicquam profuit diuina illa virtus ægrotos ſanandi, Dæmoneſque propulſandi, vt non & ipſe *Antichriſti* Martius.
miles

miles dicatur. Sed cauſſam, ò boni Theologi, expedite. Certè & ille Monachos collegit, quos in Cœnobio docebat. Nec Benedictum illum ſanctitate & ſignis per omnem orbem illuſtrem pietas tot ſtupendis operibus orbi teſtata liberare potuit ab iſtorum accuſatione, quin *Antichriſti regnum multũ auxiſſe* cenſeatur. At edicite tandem, o boni Theologi, cur auxerit Antichriſti regnum? Nimirum quod *duodecim Monaſteria cõdiderit*. O firmiſſima nouæ huius Theologiæ enthymemata! Quæ ſi vera ſit accuſatio, non tam iſtos, quàm alios illos, de quibus diximus, illuſtres Monachos, ac Antoniu.n et Hilarionem potiſſimum reſpicit. Qui in Ægypto atque Paleſtina infinitorum Monaſteriorum parentes & conditores fuere. Atque iſta quidem cum in ceteros, tum maxime in Benedictum, conuicia eo indignius effunduntur, quòd vel Europæ noſtrę id fuerit, quod Ægypto & Paleſtinæ Antonius atque Hilarion: vel quòd non tam cum Antonio & Hilarione, quàm cum Moſe, Elia, Eliſæo, atque adeo Petro Apoſtolo merito conferri potuerit. Moſes quidem dux fuit Iſraelis ex Ægypto; Benedictus Moſes fuit noſtræ Europæ, qui homines ſæculo, tanquam Ægyptiaco Pharaoni, ſeruientes, ad Dei contemplationem, vitamq́ue accuratè degendam, atq; ita quaſi ad veram patriam traduxit. Moſes virga ex petra, Benedictus precibus à rupe fontem extorſit. Eliam autem & Eliſæum, tanquam ſui inſtituti duces atque anteſignanos, propius repræſentauit atque expreſſit: quemadmodum generoſi liberi ſolent à parentibus formam & mores effingere. Habuere illi ſuos aſſeclas & diſcipulos, quos in locis ab hominum frequentia remotis præclare inſtituere. Benedictus duodecim monaſteria in media ſolitudine poſuit, quibus ipſe omni virtute præluxit. Elias quidẽ pane & aqua; & noſter Benedictus iiſdem in ſolitudine delitiis vſus eſt. Eliam quidem coruus pauit; Benedictus diuinitus ſæpe paſtus coruum ipſe pauit, quem familiarem habuit, &, tanquam ratione præditum, ſibi obtemperantem. Ex præcepto Eliſæi ferrum contra naturam natauit; Benedicti beneficio ferrum, quod à manubrio excuſſum in aquas delapſum erat, manubrio aquis admoto, quaſi diuina manu ductum, aquis emerſit, ſuâque ſponte capulo aptatum eſt. Eliſæus Eliam igneo quidem curru raptum, ſed adhuc mortalem vidit; Benedictus animam ipſam immortalem Germani ſanctiſſimi

2 Epiſcopi in ſphæra ignea, in cælum delatam ab Angelis, mortalibus oculis conſpicatus eſt. Eliſęus modico oleo maximam dedit acceſ-

3 ſionem; idem & nouus noſter Eliſæus præſtitit. Eliſæus in ſumma inopia, & caritate rei frumentariæ, poſtridie magnam annonæ vi-

4 litatem futuram promiſit, & ita euẽnit; ſimile quiddam & noſter Eliſęus in ſuo Monaſterio, ingraueſcente annona, præſtitit. Eli-

5 ſæus infuſa farina ollæ venenati iuſculi amaritudinem ſuſtulit; noſter

Benedictus.

Magdeburgenſium qualis in Benedictum accuſatio.

Ibidem pa. 766.

Vide vitam Benedicti in Gregorio primo.

Benedicti cum Moſe collatio

Elias & Eliſæum Benedictini inſtituti tanquam duces.

Benedicti cum Elia collatio.

Benedicti & Eliſæi collatio.

noſter Eliſæus oblatum poculum venenatum, vt ex eo biberet, 6
ſigno crucis confregit. Eliſæus res abditas atque retruſas tan-
quam manifeſtas, futuras quaſi præteritas & præſentes diuina
quadam vi & præſagitione cognouit; & noſter quoque Eliſęus
ampliſſimis huiuſmodi dotibus ornatus eſt. Petrus Apoſtolus, 1
vocante Chriſto, ſuper aquam, perinde ac ſuper terram, ambulauit;
Maurus Benedicti diſcipulus ab eo miſſus idem præſtitit, & Pla-
cidum puerum in aquam delapſum, & pæne abſorptum, eo iu-
bente, eruit. Thabitham Petrus ad Eccleſiæ; Benedictus ad pre- 2
ces diſcipulorum vitæ puerum reddidit. Hæc ego tibi pauca ex
infinitis delibaui. Atque huius tanti viri gloriam, dotes, miracula
Magdeburgenſes tui præ odio in Monaſticam vitam, quanta poſ-
ſunt arte, obſcurare, deprauare, atque imminuere conantur. Sed
cum omnia tentarunt, nihil inuenerunt ex infinita iſta ſignorum
copia, niſi vas vitreum, cuius miraculum extenuarent, ridicule ex-
clamantes: *O ingens miraculum!* Sed quid dicunt calumniatores,
cur non ſit inſtar miraculi, vt vas vitreum inter ſaxa violenter
proiectum, nihilo tamen magis confringatur? Atque ô ſtu-
pidum Optatum Mileuitanum, qui huiuſmodi quiddam pro
miraculo contra Donatiſtas refert. Cur non clamant, vide ingens
miraculum! Sed illud cauti homines ne recenſere quidem auſi
ſunt, cùm faciat ad confirmationem vſus Eccleſiaſtici, quo ſacro
Chriſmate Chriſtiani illiniuntur: & licet de ampulla huius olei
mentionem faciant, de miraculo tamen omnino diſſimulant.
Illud autem cõtra ſanctum virum Gordianum Benedicti diſcipu-
lũ, quem calumniantur non in Deo & filio eius Chriſto, ſed Bene-
dicto omnem ſpem & fiduciam collocaſſe; horrendum eſt, & im-
pudentiſſimum iſtorũ conuicium. Neq; quicquam huiuſmodi aut
Leo, aut alius quiſpiam de illo recenſet.

Petri & Benedicti collatio.

Ex omnibus Benedicti miraculis vnum tantũ inueniſſe Magdeburgenſes, quod ſine cauſſa arroderent.

Optatus.

Lib. 2. contra Parmenian.

Cent. 4. c. 6 pag. 420.

In Gordianum impudentiſſima Magdeburgenſium calumnia.

Miracula Euchariſtiæ in carnem conuerſæ defenduntur contra Magdeburgenſes.

CAP. XXVI.

IRENÆVS.

QVIS iam eſt, qui non modis omnibus exſecretur illam Magdeburgenſium tuorum impudentiam, qua miraculis, quæ vel de aliis Gregorius, vel de ipſo Gregorio alij ſcripſerunt (quo ſanctiorem Pontificem his 1000. annis orbis non vidit) temere & impiè detrahunt? Qui, cur vel cetera, vel illud de Euchariſtia in carnem conuerſa miraculum ita exagitarent, vt inter ſigna, quæ ſuperſtitionem & Idololatriam ſpirãt, id referre velint; nihil video.

Ioan. Diacon. in vita Gregorij lib. 2. cap. 41. Cent. 6. ca. 13. p. 821.

Quæ

Magdeburgenſium futilis & impudens calumnia in miraculum Eucharistiæ contra ſua ipſorũ placita.

Quæ quidem calumnia, ſi à Zuinglij, à Caluini, & ab illa hominum ſchola, qui negant veram Chriſti carnem in Euchariſtia ſubeſſe, profecta fuiſſet; tolerabilior certe foret. Nunc, cum ab Illyrico, & alijs Lutheri diſcipulis, qui carnis Chriſti ſubſtantiam vere & re ipſa adeſſe non diffitentur, dimanet; minus ferenda videtur. Quid enim abſurdi apud illos haberi debeat, ſi Deus ad reprimendam infidelitatem, & nimiam de tanto ſacramento incredulitatem, vel ad ſacramenti ſui dignitatem, atque veritatem contra impios homines aſſerendam, carnem, quæ vere in Euchariſtia, licet non aſpectabili modo, ſubeſt, humanis etiam aliquando oculis ſubijciat? Si id fieri non poſſe affirmarint, non ſolùm fidem plurimis probatis ſcriptoribus adiment; ſed immenſam etiam Diuinæ poteſtatis vim homunciones, & terræ filij giganteo quodam auſu in ordinem redigent. Ita certè ſæpe vſu eueniſſe vel Chriſtianis de tanti Sacramenti veritate dubitantibus & horrentibus, & non nunquam eam impugnantibus; vel Iudæis huic ſacramento inſultantibus, illudque varijs contumelijs lacerantibus veterum monumenta prodidere. In primo genere id ita aliquando ante Gregorij tempora beati Arſenij precibus contigit: & ante ſeptingentos annos ſimile quiddam [a] Paſchaſius refert. At cum ante quingentos annos Berengarius conſtantem, & illibatam totius per mille annos Eccleſiæ de hoc Sacramento fidem palàm impugnare cœpiſſet, multosque à veteris fidei conſtantia dimouiſſet; Deus pro ſolita benignitate paulò ante hanc eius hæreſim exortam, & ſæpe poſtea plurimis id genus ſignis pios ſuos in fide confirmauit, impios infidelitatis conuicit. Quæ à grauiſsimis & ſanctiſsimis illorum temporum, & alijs poſtea hominibus perſcripta ſunt. Adhæc Vulſinijs in diœceſi & ditione Vrbeuetana, dum Sacerdos quidam, qui confecto Euchariſtiæ ſacramento, de panis & vini tranſmutatione & Chriſti corpore dubitauit, ſanctiſsimam in manibus teneret hoſtiam, viuus ex ea ſanguis manauit, & totam mappam, quam corporale vocant, tinxit. Hoc factum eſt ſub Pontifice Vrbano IIII. cuius ea de re exſtat diploma. Corporale verò in hodiernum vſque diem ibi conſeruatur; & ſollemnibus ab eo tempore ſupplicationibus maximo populi concurſu publicè circumfertur. Atque hoc quidem miraculum occaſionem dediſſe fertur feſto de ſacratiſſima Euchariſtia inſtituendo, & quotannis celebrando. Iam Iudæis, qui Chriſto in Euchariſtia præſenti, non minore ſanè odio, quàm olim in cruce pendenti paricidales manus intulere, ſacra myſteria non ſolùm contumelijs, ſed ferro etiam lacerantes; horrendo quidem ſpectaculo crudæ carnes, ſanguineque manantes in Euchariſtia ſæpe repræſentatæ ſunt: vt & [b] hic quodammodo illud impleretur; videbunt, quem pupugerunt. Cuiuſmodi quiddam, magno illo Baſilio ſacris aliquando myſte-

Miracula Eucharistiæ Christianis & Iudæis ſæpe, & cur edita.

Arſenius.

Metaphraſt. in vita Arſenij.

a cap. 14. de corpore & ſanguine Domini in editione Louanienſi. 1561.

Vide Petrum Damian. de mirac. ſui temporis, tom. 8.

Aloyſij: Guimundum de Sacrament.

Robertum in addit. ad Segeberti chron.

Alexā. Haleſ. 4 part. ſumma Theologia. Ioan. Auent. lib. 7. de Boiaria.

Onuphrium in annota. in Platinam.

Si quis plura deſideres videre de Euchariſtia per Iudæos ſacrilege violata, & ſtupenda Dei ea de re miracula, cōſulat fortalitium fidei lib. 3.

Feſtum corporis Chriſti.

Iudæorum in ſacratiſsimã Euchariſtiam exercẽda impietas.

b Apoca. 1.

Baſilius.

riis operante, contigiſſe proditur. Cui etſi magiſtri tui fidem adi-

Vide epigrã. Græca Cyri Theodor. Prodromi.

mere pro more nitantur: Græci tamen, qui ea de re melius iudica-

Miracula Euchariſtiæ noſtro & proximo ſæculo edita.

re poterant, eam hiſtoriam pro vera accipiunt. Sed quid ego aut tẽ-
poribus, aut regionibus tam diſiuncta ſector? cum in terris vicinio-
ribus, mediaque Germania tua, & noſtris adeo temporibus huiuſ-
modi ſigna, tot, & tam clara exſtiterint; vt nemo ea niſi omnium
ſtupidiſſimus ignorare, nemo niſi impudentiſſimus negare poſſit.
Nam vt prætermittã, quid in hoc genere olim Beduri, Vratiſlauiæ,

Nauclerus gener. 50. anno Domini 1492. Nicolaus Baſelius in addition. ad Naucleru̅m. Pontanus li. 5. rerum memor. anno 1556.

Ratiſbonæ, in Bauaria, & prope Bruxellas acciderit; ſimilem ſui tẽ-
poris apud Magnopolenſes hiſtoriã Nauclerus, nec ita multò pòſt
apud Brandeburgenſem Marchiam prope Berlingam Baſelius re-
fert: quę adhuc in viua multorum hominum memoria hæret. Eam
autem Iudæorum tragœdiam, quam Polonia nuper vidit, credo ti-
bi non eſſe ignotam: vt minus mihi ſit neceſſe ipſam recẽſere. Quæ
omnia ſi Magdeburgenſes tui negare audeant, miror ex quibus
tandem hiſtoriis iſtos ſuos annales ſint conſarcinaturi; aut quam
ſuæ narrationi fidem ab aliis habitum iri exſpectent, qui aliorum
omnium libris fidem pæne omnem tam flagitioſe derogant. Qui-

In defenſ. contra Vniſon.

bus in hac cauſſa annumero Petrum illum tuum, nomine tantum

Petri Martyris in Ambroſium calumnia.

Martyrem, qui illuſtre ſanctæ Euchariſtiæ miraculum, quod fratri
ſuo Satyro Ambroſius in naufragio accidiſſe narrat, fabulam ap-
pellat. Quod ſi iſti talium ſæpe rerum euentum non negant, quid
tum dicunt; cur non ſit credibile, quod de Gregorio quoque ſcri-
bitur? Certe nihil, niſi quòd ipſorum mens nimio quodam in Ro-

Magdeburgenſes cur Monaſticam vitam & Monachorũ miracula tam odioſe exagitent.

manos Pontifices, & Monachos (quorum miracula Gregorius &
ipſe Monachus vberrima refert) odio præoccupata; & præiudica-
tis propterea affectibus omnia quę de ſanctis Monachis, vel ab eis
ſcribuntur, ad contumeliam & inuidiam abripiens, malit ſiniſtris
iſtis cupiditatibus & prauitati ſuæ, quam fidelis hiſtoriæ legibus &
veritati ſeruire. Alioqui nullam iuſtã cauſſam habent, cur tam ce-
lebria ſanctorum Monachorũ miracula, totamque vitam Mona-
ſticam adeo exagitẽt. Ego verò id iam à te, quod ratio quidem im-
petrat, poſtularem; vt nequid tu ſiniſtre de iſtis miraculis ſuſpiceris,
donec videris vel ab omni iſta tua Euangelica turba ſimul conglo-

Euangelicorum turba nulla poteſt edere miracula.

bata vnum aliquod, idque minimum, pro tot ſignorum millibus,
quę ſancti Monachi patrarunt, ad confirmationem noui ſui Euan-
gelij edi. Quod ſi ſigna iſta ſanctorum Monachorum his 300. an-
nis, id eſt, ab Imperio Conſtantini Magni ad obitum Gregorij, ta-
lia ſint; vt vel numero, vel rerum admirabilitate, cetera omnia id
genus, quæ his 1000. annis per omnem Eccleſiam accidẽre, vel æ-

Miracula quibus temporibus frequentiſſima & celeberrima.

quare, vel forte ſuperare videantur (quod forſan alicui harum re-
rum rationem diligentius ſecum ineunti non videbitur à vero alie-
num) & interim Euangelici, qui ne equum quidem claudum vn-
quam ſanare potuerunt, nihil aliud, quàm per ſummam inuidiam

 illis

illis detrahunt;quis vnquam pius, poſtpoſita tanta patrum auctoritate,tanta ſignorum luce,nudas iſtorum calumnias ſequetur? A quibus iam tandem tempus eſt,vt me expediam, niſi tu quid forte amplius hic à me deſideres,

Caluini calumniæ contra priuatam Confeſsionem,quam ex Nectarij hiſtoria fruſtra oppugnat,confutantur : & oſtenditur quàm peruerſe Sozomenum Muſculus in hac cauſſa ſit interpretatus.

CAP. XXVII. CRITOBVLVS.

QVANQVAM non deſint adhuc quædam, quæ in Monaſtica hiſtoria animum meum dubium, atque perplexum teneant: id tamen interim video, florem ipſum totius Eccleſiæ Latinæ, & Græcæ,ampliſſimum illi,& illius miraculis teſtimonium dare.Cuius ego admirabilem conſenſum, nec volo, nec poſſum prorſus contemnere:ne id mihi dicatur;*Ne innitaris prudentiæ tuæ*.Quod mihi hic certe Magdeburgenſes iam feciſſe videntur: parumque ea firmamenti habere,quæ ad Monaſticam vitam, eiuſque miracula euertenda,hactenus attulêre. De quibus ego iam tibi nolo amplius negotium faceſſere. Et quoniam hodiernæ diſceptationes victoriam, quam ego mihi facilem atque expeditam ex Magdeburgenſium præſidio pollicebar, hactenus interpellaſti; omnem certe alicuius boni hodie ſucceſſus ſpem nunc eſſem omnino abiecturus,niſi alia quædam auxilia & adiumenta,Caluino noſtro duce,ſubminiſtrarentur; quibus te oppreſſum, aut ſaltem aliqua ex parte iſtam tuam nimiam hodie felicitatem imminutum iri, iure poſſem confidere. IREN. Prodeat igitur tantus tuus Imperator, & copias ſuas educat,vt cum eo comminus congrediamur.CRIT. Plus forſan roboris ac neruorum in eo ſenties, quàm hactenus in Magdeburgenſibus. Caluinus itaque ex illuſtri Nectarij Conſtantinopolitani ſumma pietate atque doctrina præditi hiſtoria, Confeſſionem illã veſtrã expiatricem, quam ad aurem Sacerdotis inſuſurratis, penitus euertit;nec Diuini iuris eſſe, vel ex eo probat,quòd eam ille maximo cũ ciuitatis & totius Orientis applauſu,propter ſtuprum nobili matronæ,quæ Eccleſiam frequentabat, à Diacono illatum ſuſtulit. Cuius abrogationis Ioannes Chryſoſtomus,illius ſucceſſor,ſæpe meminit,eamque his verbis comprobat. *Non ego te,*inquit,*in ſeruorum theatrum duco,non hominibus peccata tua detegere cogo.*Et rurſus, *Non cogo te in medium prodire theatrum, nec multos adhibere teſtes,mihi ſoli dic peccatum,vt ſanem vlcus*. Cuiuſmodi ſententiæ & alibi apud eum frequentes ſunt. Quæ Nectarij hiſtoria ex libris Socratis petita eſt,qui ſe Eudæmonem conueniſſe ſcribit;qui illud ſe Nectario conſilium dediſſe affirmat, vt vnuſquiſque

Marginal notes: Prouerb. 3. — Caluini calumnia contra priuatam confeſsioñ. Nectarium. — Chryſoſtomus. — Sermo. de Pœnit. & Confeſsio. Hom. 4. de Lazaro. tom. 2. — Socrates. Li. 5. c. 19.

quiſque ſecundum propriam conſcientiam myſterijs communicaret. Et, ſi quid in hac re dubitationis ineſſet, quandoquidem ſolet dici ex præfatione & titulo reliquam orationem optime intelligi; eam omnem Sozomenus, qui eandem poſt Socratem narrationem pertexuit, nobis ademit. Apud quem, interprete Muſculo, ita conceptus eſt titulus; *Quomodo priuata peccatorū Confeßio ſublata ſit Conſtantinopoli.* Quare merito viſus eſt Caluinus in te ac tuos hac in re, vt in multis alijs, homines plane ſtupidos his verbis inſultaſſe: *Hic, hic aures aſini iſti arrigant. Si lex Dei erat auricularis Confeßio, qui auſus eſſet Nectarius eam refigere, ac conuellere? Nectarium ſanctum Dei hominem omnibus veterum ſuffragijs probatum hæreſeos ac ſchiſmatis accuſabunt?* IREN. Caluinus tuus veram hiſtoriam aut ignorauit, aut, quod credibilius, ſtudio, vt ſolet, deprauauit. Quam vt rectius intelligas, neceſſe eſt altius eorum temporū memoriam repetere; quibus Nouatus Eccleſiam noua hæreſi perturbauit. Scire itaque oportet, Confeſſionem priuatam ſemper, & ante, & poſt tempora Nouati, vt neceſſariam Sacramenti Pænitentiæ partem in Eccleſia fuiſſe vſurpatam: quemadmodum & dolorem de admiſſis, & certum de vita emendanda propoſitum à pænitente ſemper exacta. Atque hæc tam in Orientis quàm Occidentis Eccleſijs perpetuò retenta ſunt. Cùm enim Sacerdotibus Deus remittendi, & retinendi peccata poteſtatem fecerit; nec remiſſio, aut retentio, niſi auditis & diligenter perpenſis criminibus, locum vllum habere poſſit: neceſſe ſanè fuit, vt confeſſio priuata ſemper in vſu eſſet pænitentibus, qui apud Sacerdotes criminum ſuorum veniam exſpectabant. Neque ſane hic quicquam per Nouatum innouatum eſt. Verumenimuero cùm in acerbiſſima iſta per Decium Chriſtianorum inſectatione, multi tormentorū metu à fide deſciſcerent: Nouatus etſi nec dolorem in tam graui prolapſione, multoque minus emendandæ vitæ conſtantem voluntatem; nec confeſſionem, tum apud Deum, tum apud Sacerdotes interpoſitam, imo nec ſpem veniæ apud Deum ita lapſis præcideret: Euchariſtiam tamen, abſolutionisque beneficium prorſus ſuſtulit. Hoc eo conſilio feciſſe videtur, quòd opinatus ſit, poſt tam graues lapſus nullam ſupereſſe in Eccleſia firmam, & certam reconciliandi huiuſmodi peccatoris, quamuis acerrime pæniteret, rationem; quem ſoli Deo relinquebat. Atque in eo plane Nouati error poſitus eſt. Hæc hæreſis cùm late per Eccleſiam ſerperet, multique grauibus peccatis impliciti à pænitentia, confeſſioneque abhorrerent, quòd aut nullam ab Eccleſia abſolutionem exſpectarent, aut de ea certe dubitarent: patres Eccleſiæ vtrique morbo commode occurrebant. Nam, cùm antea cuilibet licuiſſet, quem libuiſſet Presbyterum ſui Confeſſione expiandi gratia adire; vnum aliquem, certumque hominem, ad quem huiuſmodi pænitentes ſe expiaturi con-

Sozomenus. | Caluinus. | Inſtit. lib. 3. ca. 4 ſect. 7. | Ad Caluini calumnias reſponſio. | Priuata confeſſionis vſus in Eccleſia nunquam intermiſſus. | Nouati hæreſis. | Qua ratione patres Eccleſiæ Nouatianæ hæreſi occurrendū cenſuerint. | De hac publica recitatione vide Auguſt. lib. 6.

Presbyter peculiaris Confeßioni & cur præfectus.

ri confluerent,conſtituerunt;qui admiſſa ſcelera ad Epiſcopum, ſi neceſſe foret,referret,vt ea in publico Eccleſiæ conuentu palam recitarentur, tum ad eliciendas communes populi pro eis preces; tum ad maiorem terrorem reliquis peccantibus incutiendũ, quo magis deinceps propter hunc publicum pudorem deterriti, à grauibus ſe peccatis reprimerent;tum autem potiſſimum,vt hac quaſi publica Eccleſiæ teſtatione omnibus aduerſus Nouati hæreſim denuntiaretur;neminem eſſe tantis,& tam horrendis maleficiis obſtrictum,cui Eccleſia nollet,aut non poſſet, poſt tam accuratam & acrem pænitentiam,eorum ſcelerum gratiam facere. Hanc igitur pænitendi tam grauem diſciplinã patres, velut appendicem quandam,& acceſſionem vſitatæ prius in Eccleſia priuatæ Confeſſioni, propter Nouati hæreſim,addidêre. Quam,& non priuatam Confeſſionem,exacerbato populo propter Diaconi illud facinus, Nectarius Conſtantinopoli ſuſtulit; eaque deinceps paulatim tam in Oriente,quàm Occidente,obſoleuit;priuata,vt dixi, Confeſſione integra,atque illibata Conſtantinopoli,& vbique manente. Neq; eam vel Sozomenus,vel Chryſoſtomus abolitam ſcribit. Muſculus enim non tam vertit,quàm peruertit Græcos auctores: de qua re iam antea egregium ſpecimen habuiſti. Titulus enim apud Sozomenum his verbis Græcè contextus eſt:*ὅπως καὶ δι' ἣν αἰτίαν ἀνεπαύθη ὁ ἐν ἐκκλησίᾳ τῶν μετανοούντων πρεσβυτέρων, καὶ ἡ ἐπεξεργασία περὶ τρόπου μετανοίας*,id eſt,ſi Latine interpretari velis: *Quomodo,& quam ob cauſſam ſublatus ſit in Eccleſia pænitentiarius Preſbyter, & operoſus labor circa modum pænitentiæ*. Titulum verò Græci codicis non nihil mendoſum ex initio capitis ſic reſtituendum quidam vir doctus cenſuit; *ὅπως καὶ δι' ἣν αἰτίαν ἀνεπαύθη ὁ ἐν ἐκκλησίᾳ ἐπὶ τῶν μετανοούντων πρεσβύτερος*. Et de illo pænitentiario Preſbytero,& non de priuata Confeſſione ſenſiſſe [1]Socratem,ex quo ſua[2]Sozomenus ſumſiſſe videtur,apparet tum ex titulo capitis,qui eſt, *De Preſbyteris,qui pænitentiis præerant*,tum ex principio eiuſdem,quod eſt, *Per id tempus viſum fuit Eccleſiæ,vt Preſbyteri,qui in ſingulis Eccleſijs pænitẽtiæ præerant,tollerentur*,ſed omnium maxime ex eo, quòd Eudemoni, huius innouationis apud Nectarium ſuaſori,ita reſponderit: *Conſilium tuum*,inquit,*ô Preſbyter, Eccleſiæ ne profuerit,an ſecus, Deus viderit: illud tamen plane animaduerto,te anſam dediſſe,vt alter alterius peccata minimè coarguat*;hoc eſt,vt damnet & exſecretur, quemadmodum facere conſueuimus, quoties in Eccleſia peccata publicata audiuimus. Quem ſane ſenſum vox * *ἀλλήλων*,& locus, quem ex quinto capite Epiſtolæ D. Pauli ad Epheſios citat, omnino exigunt. Neque conſilium,quod Eudemon Nectario dedit, quicquam detrahit priuatæ Confeſſioni magis, quàm dolori de peccatis, & vitæ corrigendæ ſtudio. Quibus remotis, nemo tam fuit ante Lutherum hæreticus (qui Confeſſionem,& dolorem omnem acrem de

admiſſ.s

Publicatio peccatorum.

Appendicem cõfeßioni priuatæ propter Nouati hæreſim additã Nectarius ſuſtulit, non ipſam confeßionem.

Muſculi perfidia in Sozomeni interpretatione.

Socrates.

Eudemonis conſilium quò ſpectauerit.

Lutherus primus omniũ hæ-

mil. 49. tomo 10. Origenem ſuper Pſalm. 37. hom. 2 Auguſt. ca 53. De eccleſiaſticis dogmatibus, & in lib. de pænit. medicina, quæ eſt homil. 50.

In indice librorum libro 7. c. 16.

Ioan. Haſſelius.

1. Li. 5. c. 19

2. Li 7. c. 16

* i. inuicem.

admiſſis reiicit) vt huiuſmodi hominibus ad Euchariſtiam accedendi facultatem daret. Sed eò tantum Eudæmonis verba ſpectant, vt, ſublata quamuis publicè pœnitendi diſciplina, ad Euchariſtiam percipiendam ei daretur aditus, qui & priuatim apud ſe dolorem de peccatis cepiſſet, & ſe legitimè apud Sacerdotem confeſſione expiaſſet. Quod ſi feciſſet, neque conſcientia eum intus vreret, haud ei ad ſumendam Euchariſtiam facultatem Nectarius præcludebat. Sanè ſi Nectarius priuatam Confeſſionem abrogarit, & illotis, quod dicitur, non tam manibus, quàm animis ad corpus Chriſti accipiendum, ingerendi ſe quibuslibet aditum patefecerit (quod ipſa forte verba, ſi generaliter accipias, præſeferunt) is non minus Eccleſiæ nimia iſta licentia, quàm Nouatus immodica illa ſua ſeueritate incommodaſſet. Sed nihil longius fuit à Nectarij cogitationibus. Quæ etiam ſi eiuſmodi fuiſſent, mirarer tamen, quomodo Chryſoſtomus eas probaret; in cuius monumentis tot, & tam clara de remittendorum peccatorum Sacerdoti facta poteſtate; deque ipſa Confeſſione teſtimonia conſpiciuntur. Imò librum, qui impreſſus non eſt, diſertè περὶ τῆς μετανοίας καὶ ἐξομολογήσεως, *de pænitentia*, ſcilicet, *& Confeſſione* conſcripſit; & hac eadem de re doctiſſimum ſermonem ſuper illa verba: *Quecunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in celo:* qui in Gallia apud regiam Bibliothecam, nec ipſe iam editus, aſſeruatur; quem ſe Græcè vidiſſe ſcribit Marianus Victorius, vir egregiè doctus, in libro, quem edidit de Sacramento Confeſſionis, ſeu Pænitentiæ, vbi hac de re præclare diſſeritur. Chryſoſtomum vero de publica tantum Pænitentia (quam non diffitemur Nectarium aboleuiſſe) locutū; voces illæ [*de theatro, & multis teſtibus,*] perſpicue demonſtrant. Nec alia eius verba quicquam efficiunt; cùm quod Sacerdoti Dei miniſtro dixeris, ſoli Deo dixiſſe cenſeris. Atque hæc, & alia in hāc ſententiam apud Ruardum Louanienſem, doctiſſimum Theologum, conſcripta reperies. Quem ſi diligenter euoluas, hanc & ſimiles Caluini tui hæreſes fortiter ab eo euerſas, & non in Catholicis hodie, ſed in ipſo potius Caluino aſininas illas aures promicare intelliges. Quas grauiſſimas contumelias facetus Theologus non tam in eos, quàm Origenem, Cyprianum, Auguſtinum, Ambroſium, Hieronymū, Chryſoſtomū, atque adeo in ipſum Nectarium intorquet; & cum primis in ſanctiſſimum & doctiſſimū illum Pontificem Leonem. Qui licet publicam illam confeſſionem Romæ & alibi ſuſtulerit, priuatam tamen nullo modo eum ſuſtuliſſe, ex ipſius oratione, quam recitabo, apertè intelliges. *Illam,* inquit, *etiam contra Apoſtolicam regulam præſumtionem, quam nuper agnoui à quibuſdam illicita vſurpatione committi, modis omnibus conſtituo ſubmoueri (de pænitentia videlicet, qua ita à fidelibus poſtulatur) ne de ſingulorum peccatorum genere, libellis ſcripta profeſſio publicè recitetur, cum rea-*

vetitorum paſſo. fecit aditum ad Euchariſtiam non adl it na exomologeſi.

Nectarius.

Homil. 3. in ca. 1. Matth. & in ca 3. Matth. homil 3. lib. 2. & 3. de Sacerdotio. & in Io. n. Homil. 85.

Chryſoſtomi ſententia explicatur.

Cap. 10.

Ruardus Tappertus.

Epiſt. 80.

Confeſſio auricularis teſtimonio Leonis magni confirmata.

tus conſcientiarum ſufficiat ſolis Sacerdotibus indicari confeſſione ſecreta. Quamuis enim plenitudo fidei videatur eſſe laudabilis, quæ propter Dei timorem apud homines erubeſcere non veretur, tamen quia non omnium huiuſmodi ſunt peccata, vt ea, qui pœnitentiam poſcũt, non timeant publicare, remoueatur tam improbabilis conſuetudo, ne multi à pœnitentiæ remedijs arceantur, dum aut erubeſcunt, aut metuũt, inimicis ſuis ſua facta reſerari, quibus poſſunt legum conſtitutione percelli. Sufficit enim illa confeſſio, quæ primum Deo offertur, tunc etiam Sacerdoti, qui pro delictis pœnitentiam precator accedit. Tunc enim demum plures ad pœnitentiam poterunt prouocari, ſi populi auribus non publicetur conſcientia confitentis. Quod autem ad hiſtoriam Nectarij ex Socrate & Sozomeno ſpectat, de ea

Ioannes Haſſelius.

omnium accuratiſſime ſcripſit Ioannes Haſſelius, maximus Theologus & linguarum peritia inſignis, idque ante Ruardum, licet libellus Haſſelij nõ niſi nuper exierit ex officina Chriſtophori Plantini, hominis magnæ in arte Typographica diligentiæ & laudis. Eum ſi tibi perlegere vacauerit; & Muſculi in transferendo ſiue inſcitiam, ſiue malitiam, & aliorum Euangelicorum fraudes plus quàm vulpinas in hac Confeſſionis cauſſa facile intelliges.

Nectarij Narratio de Theodoro qua Euãgelicæ iſtius doctrinæ capita quædã amputantur.

Quàm autem parum faueat Euangelicorum placitis Nectarius, etiamſi hìc multum illi tribuant; documento eſſe poteſt eius narratio quædam de Theodoro Martyre, in qua ille beati Martyris apparitionem, populiq; Chriſtiani accuratam diligentiam in Quadrageſimæ ieiunió, atque adeò hac ipſa Confeſſione obſeruanda (quam eum antiquaſſe fingũt) perſpicue deſcribit. Atqui huiuſmodi poſt obitum Diuorum miracula Caluino tuo nihil aliud, quàm Dæmonum præſtigiæ ſunt; & ciborum delectus nihil aliud, quàm doctrina Dæmoniorum. Vbi eſt igitur illa tam ſacroſancta Nectarij auctoritas, quem omnium veterum ſuffragiis, vt Confeſſionem nobis eripiat, vult eſſe commendatiſſimum? Aut quomodo iam tanti ponderis eſt apud eum vnius hominis iudicium (quem tamen conſtat à profano tribunali, & adhuc cathecumenum ad Eccleſiæ præfecturam raptum) qui alios vniuerſos Eccleſiæ patres, & œcumenica Concilia ne teruntij quidem faciat? Sed ſit Nectarius, quantum, & qualem eum eſſe velit: nihil certe ille cauſſam hanc promouet; ſed, vt oſtendi, vel ſolus Caluinum obruit.

Ruffi. lib. 2. hiſt. Eccleſ. cap. 28.

Hic autem, quod magis mireris, Magdeburgenſes tui paullo ſincerius egerunt, quàm Caluaſter iſte; qui licet patrũ, quos nominauimus, & aliorum de Confeſſione teſtimonia nobis interceperint, & ex Olympiodoro, qui nihil huiuſmodi dicit, eam noxiam, illicitam, & improbatam oſtendere conantur: hìc tamen *ritum circa pœnitentiam & confeſſionem, cui Presbyter multis temporibus peculiaris præfuerat, abrogatum*; non autem ipſam Confeſſionem ſcribunt. Quam ſi induxiſſet, an illius iudicium reliquæ totius Catholicæ Eccleſiæ auctoritate plus apud te ponderis haberet?

Cent. 6. c. 4 pag. 230. Cent. 4. c. 7 pag. 497. Vide indicẽ centur. 6. in verbo, Confeſſio.

Quanti

Quanti faciant priuatam Confeßionem noui in India Chriſtiani, & quædam miracula, quæ circa eandem obuenerunt, referuntur.

CAP. XXVIII. IRENÆVS.

IAM vt illud quoque tibi donem, non eſſe Confeſſionem Diuini iuris, vt calumniatur Caluinus, neque à Chriſto inſtitutam: an ideo reiicienda ſtatim erit? Minime certe gentium. Nam conſtat eam, ſi non à Chriſto; ab ipſius tamen ſponſa (quæ intimos eius ſenſus cognitos habet, & cuius vox, Chriſti vox eſt) nobis præceptã: atq; à primis Eccleſiæ temporibus ad noſtra ab omnibus Catholicis accuratè, & religioſè obſeruatã. & merito, cum nihil fere ſit in tota Eccleſia, quod perturbatas, & afflictas peccatorũ conſcientias magis pacificet, & maiore in tranquillitate collocet. Cuius conſolationem vt omnes recte inſtituti Chriſtiani ſummã ſemper, & iucundiſſimam ſenſerunt; atque ideo, quo quiſque ſanctius in Deum erat affectus, eo auidius ad hanc quaſi ſupremam quandam anchorã confugit, quoties peccatorũ procellæ quaſi naufragantem conſcientiã iactarent: ita eam hodie quicunq; per ſanctiſſimos patres ſocietatis IESV in India, & nouo orbe maximâ quotidie frequentiã ex Gentilibus, Mauris & Iudæis ad Chriſtũ perducuntur, vt reliquam omnem Catholicæ religionis diſciplinam, exquiſitiſſime obſeruant. Ita ſanè, vt cum ante paucos annos generalis criminũ abolitio per Romani Pontificis iubilæum indulta, publice denunciata fuiſſet; tam auide, tamq; confertim ad eam capeſſendã, conſcientiæq; per Confeſſionem expiationem conuolarent, vt vix non modo templũ, ſed nec cubicula, aut horti tantam frequentiam caperent: nec dies modo, ſed & noctes huic negotio impenderentur, multiq; à ſummo mane ad noctem ieiuni permanerent. E quibus vnus admonitus, vt domũ prandij cauſſa reuerteretur, ac poſtea rediret; diſcedere noluit. *Abſit*, inquit, *vt corpus epulis repleã, ieiuna adhuc & famelica anima. Illa mihi primũ cæleſtibus cibis reficienda eſt.* Neque mirum videri tibi debet, quòd huius rei tam ſint ſtudioſi; cum & in ſe mirificum quendam inde fructum, miramque animorum tranquillitatem ſenſerint; & in alios, qui eam aut contemſerint, aut plus iuſto diſtulerint, grauem ſæpe animaduerſionem viderint. Nam præter immenſum animarum beneficium, multi, dum ad deplorationem vſque cum grauiſſimis morbis conflictantur, repente poſt Confeſſionem, corporũ quoque ſanitatem recuperarunt. In alios vero (vt dixi) triſtia ſæpe exempla ſunt edita. fuit enim, qui, admonente vno ex patribus, noluit tamen confiteri, qui repentina morte (quam pater ei prædixerat) ablatus eſt. Luſitani præterea ad arcem quandam oppugnandam profecti, nulla peccatorum Confeſſione præeunte grauiſſi-

Confeßionis vtilitas.

Confeßionis vſus frequens in nouo Chriſtianorum orbe.

Vide Epiſt. patrũ ſocietatis IESV.

Ardens cuiuſdã ad Confeßionem zelus.

Cur in nouo Chriſtianorum orbe Confeßio tam frequens ſit.

Notabiles Confeßionis effectus in nouo Chriſtianorum orbe.

Vindicta diuina in contemtores, vel dilatores Confeßionis.

mas negligentiæ ſuæ pœnas experti ſunt. Quas & alio tempore duo ſenſerunt, quorum alteri feles & mures cum aliis nigerrimis animalibus tanto numero, tamque horribiles noctu apparuerunt; tantumque miſero timorem, ne ab eis deuoraretur, incuſſerunt: vt ad imaginem Christi, quam in cubiculo habebat, cōfugere, & ſupplex ab eo, præſens ſalutis remedium poſtulare; cogeretur. Mox animalia illa diſceſſerunt, ſed tanto ſtrepitu excitato, tantoque tumultu, quaſi ædes ipſas demolitura viderentur. Alter vero huiuſmodi terrore correptus eſt, vt quoties audiret tormenta explodi, tormenta illa in ſe explodi, quibus interficeretur, exiſtimaret. Hæc eò retuli, vt ſummum hunc eorum, qui recens Chriſti nomen profeſſi ſunt, in confitendo ardorem, & noſtram rurſus hodie ſocordiam, ne dicam impietatem, ſcires, qui ne nomen quidem Confeſſionis æquis auribus ſuſtinere poſſumus. Adeo & aures, & animos à rationibus noſtræ ſalutis auerſos habemus. Et certè mirum eſt, tam ſalutare peccatorum remedium ab Apoſtolorū temporibus ad noſtra deriuatum, neſcio quo ruſtico pudore, aut inſolenti potius proteruia, ita à nobis contemni; cū diabolus apud ſuos cultores tantum efficiat, vt multæ mulieres certis annis, quicquid in maritos admiſerint, ingenuè cōfiteantur, veniamque ab eis poſtulent; multique poſt vitam in acerrimis ieiunijs, & incredibili quadam auſteritate in ſolitudine traductam, coram maxima hominum corona, quicquid grauius vnquam deliquerint, veteri quodam inſtituto proferre conſueuerint. Quod ſi quis iſta vt leuiora, parumque fide digna exiſtimet (etſi, cur ita exiſtimet, nulla ſit iuſta cauſſa) apponam aliud exemplum, ante mille ducentos annos, à ſanctiſſimo & doctiſſimo viro Ioanne Scholaſtico (qui aliâs Climacus dicitur) conſcriptum. *Ante omnia verò culpas noſtras, præclaro iudici noſtro ſoli confiteamur; omnibusq; , ſi ille ita iuſſerit, confiteri ſimus parati. Nam in lucem educta vulnera, nunquam in deterius proficient, ſed ſanabuntur. Cum in Cœnobium quoddam deueniſſem aliquando; animaduerti iudicis, paſtorisq; optimi terribile iudicium. Nam dum illic moram traherem, contigit quendam ex latronum ordine, ad Monaſtica conuerſationis gratiam venire. Quem optimus ille paſtor, peritiſſimusq; medicus per dies ſeptem quiete omni perfrui iuſſit, vt Monaſterii ſtatum, normamq; omnem perſpiceret. Poſt diem verò ſeptimum ſeorſum accitum paſtor interrogat; num ſibi cenſeret optimum, cum illis vna habitare. Cum verò illum ſibi cum omni ſinceritate annuentis voce reſpondiſſe cerneret; rurſum, quid in ſæculo iniquum operatus eſſet, interrogat. Poſtquam ergo illum ſibi promtè, & rationabiliter omnia confeſſum vidit; iterum ad illum tentandi gratia dicebat: volo vt hæc, omni cœtu fratrum adſtante, confitearis, & detegas. Ille autem re verà ſua deteſtans ſcelera, omniq; confuſione calcata, indubitanter id ſe facturum pollicitus eſt. Et ſi vis, inquit, etiam in Alexandria ciuitatis medio id faciam. Deinde collectis in Eccleſia paſtor omnibus*

Imago Chriſti.

Querela pia de contemtu Confeſſionis hoc in felice ſeculo.

Memorabile exemplū de Confeſſione pure facienda.

Gradu. 4. c. 2.

Inſignis pœnitētia cuiuſdā latronis vitam Monaſticam agere cupientis.

omnibus ouibus ſuis,(erant autem numero 230.) cum conſummarentur diuina (erat autem dies Dominicus) lecto Euangelio, inferri iam reum illum nihil contra querentem iubet, quibuſdam illum ex fratribus trahentibus, modicéq; verberantibus vinctũ poſt terga manus, & aſperrimo cilicio amictum, conſperſumq; cinere caput preferentem; adeo vt ex ipſo aſpectu omnes ſtupefacti, protinus, exorto gemitu ingenti, proclamarent, ac mugitum redderent. Neque enim quiſquam illorum, quid fieret, ſciebat. Cum verò iam Eccleſiæ ianuæ appropinquaret, magna illum & terribili voce compeſcuit, ſacrum illud caput clementiſſimi iudicis; Sta, inquiens; es enim indignus, vt huius loci limen attingas. Tum ille paſtoris voce percuſſus, quæ ad illum ex intima veri medici, ſapientiſſimaq; ratione ſonuerat (videbatur enim ſibi, vt nobis poſtea ſub iureiurando firmabat, non vocantis hominis, ſed terribilis tonitrui vocem audiuiſſe) tremebundus, & omnino pauore turbatus, in faciem protinus corruit. Cùm verò iaceret humi, & pauimentum madefaceret lacrymis; permittitur ab admirabili medico, qui cuncta ad illius ſalutem moliebatur, formamq; ſalutis, ac certiſſimæ humilitatis omnibus dari cupiebat, cuncta, quæ geſſerat, ſingulatim & per ſpecies dicere. Ille vero cum horrore ingenti, omnia ſingulatim confeſſus eſt, quæ audiens omnis cœtus penitus exhorreret. Non tantum enim quæ per corpus præter naturam, ac ſecundum naturam in irrationabilibus, & mutis animantibus deliquerat; verum etiam veneficia, & homicidia, & cætera quæ audire, aut ſcripturæ tradere fas non eſt, omnino nihil reticens. Confeſſum igitur ſtatim tonderi, fratribusq; aggregari permiſit. Ego verò ſancti illius admiratus ſapientiam, ſeorſum interrogaui illum ſecretiùs; cuius rei gratia, tam peregrinam iudicij formam exhibuiſſet. Ille autem vt verus medicus: Duarum, inquit, rerum gratia. Primum quidem, vt confitentem, per præſentem, temporalemq; confuſionem, æterna confuſione liberarem; quod & factum eſt. Neque enim ex pauimento ſurrexit, ô Ioannes, quin peccatorum omnium remiſſione potitus ſit. Nolim autem vllo huius rei ſcrupulo mouearis. Nam vnus ex fratribus, qui illic aderant, mihi procerum quendam, ac terribilem ſe vidiſſe aſſeuerauit, conſcriptam chartam, & calamum tenentem, & cùm frater ille humi proſtratus peccatum confitens pronuntiaret, hoc ille calamo delebat; & meritò ſanè; dixi enim, inquit: Pronuntiabo aduerſum me iniquitatem meam Domino, & tu remiſiſti impietatem cordis mei. Secundò autem, quia habeo non nullos, qui peccata quidem necdum confeſſi ſunt. Quocirca iam & illos ad confeſſionem hoc exemplo prouoco, qua ſine nullus remiſſione potietur.

Cilicium & cinis habitus pœnitentium.

Publica peccatorũ confeſſio.

Monachus ordinatus tonſus.

Hactenus ex Climaco. Vides igitur tum ex veteri, tum ex recenti memoria, magnam fuiſſe ſemper exomologeſis vim; eam magno in pretio habitam, eius denique contemtum hominibus fuiſſe pernitioſum: frequentem autem vſum, vtilem cum primis & ſalutarem. CRIT. Ingens ſane videtur iſtorum in nouo illo Chriſtianorum orbe ad peccatorum ſuorũ Confeſſionem ardor; & hactenus mihi inaudita, quæ his de rebus narraſti miracula. Quin & tota iſta tua de Nactario narratio longè alia ab ijs eſt, quæ in noſtris

de eo ſcholis occinuntur. Quam mihi tamen ſatis probabilem, vt reliqua omnia hac explicatione tua feciſſe videris. Eo igitur iam res rediit, vt totius huius hodiernæ diſceptationis palmam, velim nolim, tibi deferre cogar. Sed forſan non tam tuis viribus, quàm nimia mea facilitate, hodierna victoria excidi: vel quòd non ſatis prius meditatis mecum rationibus, minusq́ue paratus in hanc arenam deſcenderim; vel quòd te inſtructiorem, quàm exſpectabam, hodie inuenerim. Quam meam culpam cras abunde, credo, reſarciam; gaudeoq́ue huius iam mihi noctis inducias interpoſitas, quibus me rebus omnibus neceſſariis armem ad Diuorum inuocationem, ad miracula eorum & reliquias cras diſſipandas. Quod ſi obtinuero, vt futurum ſpero, facile omnes illorum poſtea ſtatuas demoliar. IREN. Caue vero, ne ipſe potius grauiore, quàm hodie caſu atque clade corruas. Ego certe diuina ope & cauſſæ meæ bonitate fretus, non dubito, quin quam feliciter è carceribus hactenus exierim, tam fortunato in poſterum progreſſu ad metam vſq; decurram.

FINIS SECVNDI DIALOGI.

DIALOGVS TERTIVS CONTRA ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ, ET TRADITIONIS DE INVOCATIONE SANCTORVM, EORVM RELIQVIIS, ET POST OBITVM MIRACVLIS, OPPVGNATORES.

Quænam potiſsimum Magdeburgenſes & Apologetici in Anglia proferunt contra interceſsionem & inuocationem Sanctorum.

CAP. I. IRENÆVS.

HVNC tibi, mi Critobule, diem lætum & felicem precor: quem, vt reliquos omnes vitæ tuæ, feliciſſimum futurum nihil dubito, ſi te ſemel ab iſtis erroribus, in quos nuper nimia quadam credendi facilitate inductus es, ad Catholicam rurſus Eccleſiam vere, & ex animo tranſtuleris. Quod vt tibi aliquando contingat, Deum Optimum Maximum, & omnes ſanctos diuini aſpectus gloria iam fruentes, quantò poſſum animi ardore precor & obteſtor. CRIT. Et ego rurſus pro mutua officii viciſſitudine veterique amicitia, vt hic tibi dies iucundus illuceſceret, optaſſem; niſi huc me feſtinantem inauſpicata iſta, & plane ſuperſtitioſa ſalutatione interpellaſſes: qua cum Deo homines mortuos conſocias, & ad ſummam eius contumeliam, eorum opem & auxilium imploras. At ab his ego nihil pendeo, ſed à ſolo Deo: ad cuius iniuriam omnis iſta mortuorum appellatio vſurpatur. Sed hunc ego tibi hodie errorem primum omnium, vt ſpero, eripiam; tum mortuorum veſtrorum inanes & falſas apparitiones, miracula, & fœdiſſimum reliquiarum cultum expugnabo: idque Magdeburgenſium noſtrorum potiſſimum ope, præſidio, atque armis, quibus multo certe hodie ſum, quàm hoc biduo fueram, paratior atque inſtructior. Neque ſane quicquam animum deiicio, quòd in hac noſtra huius bidui diſceptatione, inferior abiiſſe videor. Hactenus enim de viuentium actionibus egimus, quas tu mihi tua oratione ita ad veriſimilitudinem repræſentaſti; vt de his quidem, de quibus hactenus diſſeruimus, non ita multum à tua ſententia iam abſim. Nam aut fuerunt tales, quales tu eas narras, aut certe potuerunt eſſe: atque ideo ad eas credendas facilior & pronior ſum. Sed de his, quæ hodie defendenda ſuſcepiſti, nihil

Quibusnam de rebus in hoc Dialogo agatur.

vnquam

vnquam dici poſſe exiſtimo, quo fiant mihi credibilia. Sunt enim ex genere eorũ, quæ Græci vocant ἀδύνατα. Quare ne tam fatuum non reperies, vt ad ea vnquã credenda, quæ fieri non poſſunt, adigas; hoc eſt, vt credã, mortuos ſe rebus mortaliũ immiſcere. Omnia enim eiuſmodi commenta vno mihi verbo labefactari poſſe vidētur; ſcilicet; vt nõ fuerint, quia nec eſſe potuerint. IREN. Ad ſummam ſane Diuorum, qui cum Chriſto regnant, contumeliã, mortuorũ eos nomine dehoneſtas. Quod enim Chriſtus Iudæis olim de Abraham, Iſaac, & Iacob; hoc ego de reliquis cælitibus reſpondeo; eos non mortuos eſſe, ſed viuere. Reliqua quoque tua oratio, Epicurũ quendam & Ethnicũ, qui cum corpore animã quoq; extingui & obruí exiſtimat, magis quàm Chriſtianũ, qui totus anhelare debet ad immortalem & cæleſtem illam vitã, referre videtur. Quòd verò te Magdeburgenſiũ tuorum armis ad nouam pugnam ineundam bellè inſtructum, & egregiè munitum arbitraris; vereor ne Magdeburgenſes hic ſuis technis tibi impoſuerint, & fucum fecerint. Nam audaciam quidem forſan incredibilem, nullam certè vnquam bonam ab eis armaturam ſumpſeris. Quocirca ego tecum, quantumuis pulchrè vt exiſtimas armato, cominus agere ſum paratus. Experiamur itaq;, quibus tandem telis, & quo bellico apparatu inſtructum Magdeburgenſes tui te ad pugnã emiſerint. CRIT. Iam ſenties inuictum iſtud robur. Vt itaque ab inuocatione Diuorum exordiar; cum nec præceptum eius, nec exemplum in Apoſtolorum ſcriptis aliquod exſtet; flagitioſè eam à vobis vſurpari, quis audeat diffiteri? Atqui cum eam Scripturæ diſertè ſubmoueant, & Idololatriæ plane adſcribant; quæ oratio ſacrilegii veſtri atrocitatem ſatis aut aſſequi, aut ſatis deteſtari valet? IREN. Quas quæſo nobis ſcripturas Magdeburgenſes tui occinunt? CRIT. Paucas certè numero, ſed momento & pondere ſuo perquàm graues. Ex veteri quidem Teſtamento; *Dominum Deum adorabis*; & ex Eſaia, *Ego Dominus, hoc eſt nomen meum: gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam ſculptilibus*. Ex nouo autem, pugnare cum illo Chriſti præcepto, quo iubet in nomine ſuo, Ioan. 16. & alibi; in nomine patris preces fieri. *Orantes, inquit, dicite: Pater noſter qui es in cælis. Non Angelũ, vel Patriarchã, aut Prophetam mortuum, ſed Patrem tantũ inuocari iubet*. Scripturas deniq; Noui Teſtamenti paſſim, *omnes creaturarum adorationes damnare. Coluerũt ea quæ condita ſunt ſupra eum, qui condidit. Rurſus; vt nõ adorent dæmonia & ſimulacra aurea & argentea, et ærea, et lapidea, & lignea. Quam aũt gratũ faciãt ſancti mortui ij, qui eos adorãt, hinc licere conijcere; quòd illi cum adhuc eſſent in viuis, indigniſſimè eiuſmodi venerationes tulerint. Nam cum Cornelius in genua procumberet, adoraturus Petrum; Petrus eum erexit, dicens; Et ego ipſe homo ſum. Paulus verò & Barnabas turbam Lyſtrenſem ſibi ſacrificare volentem, ſciſsis veſtibus, maximo cũ dolore obiurgãt, & interdicunt*. Iam cùm Angeli adorari nolint,

Sancti diuina gloria fruentes non pro mortuis habendi.

Argumenta Magdeburgenſium & calumniæ contra inuocationem Sanctorum.

Cent. 5. c. 4. pag. 513.

Eſaia 42.

Cent. 1. lib. 1. c. 4. pag. 139.

Matth. 6. & Luc. 11.

Cent. 1. lib. 2. c. 4. pag. 340.

Roma. 1.

Apoc. 9.

Act. 10.

Act. 14.

Apoca. 19.
Apoca. 22.

nolint, multo minus ſanctos mortuos adorationem æquo animo laturos. Nam *cum Ioannes cadit ad pedes Angeli adoraturus eum: vide*, inquit, *ne feceris; conſeruus enim tuus ſum, & fratrum tuorum habentium teſtimonium Ieſu: Deum adora.* Atque *eadem alibi repetuntur.* Hæc fere ſunt quibus è ſcriptura petitis, Magdeburgenſes tanquam totidem monilibus hiſtoriam ſuam, ac veritatem ornant, & illuſtrant. Quibus ſi pauca ex Anglicana Apologia attexa, videbor mihi magnum facturus operæpretium. *Mediatorem*, inquiunt, *& precatorem, per quem accedendum ſit ad Deum patrem, non alium habemus, quàm Ieſum Chriſtum, cuius vnius nomine, omnia à patre impetrantur. Turpe autem & plane Ethnicum eſt, quod in iſtorum Eccleſijs videmus paßim fieri, non tantùm, quod infinitum numerum habere volunt precatorum, idq́ prorſus fine auctoritate verbi Dei, vt quemadmodum Hieremias ait: Diuorum numerus æquet nunc, vel potius ſuperet numerum ciuitatum, vt miſeri mortales neſciant, ad quem ſe potißimum debeant vertere; quodq́, cùm tot ſint, vt numerari non poßint, illis tamen ſingulis ſuum cuique ab illis munus & officiũ, quid impetrare, quid dare, quid efficere debeant, deſcriptum eſt; ſed etiam quòd non tantùm impie, ſed etiam impudenter, appellant virginem Mariam, vt ſe matrem eſſe meminerit, vt imperet filio, vt in illum vtatur iure ſuo.*

Apologeticorum in Anglia contra Inuocationẽ Sanctorũ calũnie & argumenta.

Hiere. ca. 2. & 11.

Inſania & impietas Magdeburgenſium.

Epiſt. 118. ad Ianuar. tom. 2.

IREN. Si vnquam ſane aliâs, hic vel maxime doctorum tuorum neſcio ſtupiditas dicam, an impietas ſe oſtendit. Si enim *diſputare* de eo, quod *per orbem frequentat Eccleſia, quin ita ſit faciendum*, ſit *inſolentißima inſania* genus: quid de tuis ſtatuemus, qui id quod tota Eccleſia facit, ac credit, Idololatriæ imputant. CRIT. Quid veſtra nuper nata Eccleſia faciat, aut credat, non valde laboro, quæ à prima & vera Eccleſia adeo defecit; vt vix tenuem illius adumbrationem hodie habeat. Ego me ad illam refero, quæ quingentis poſt Chriſtum annis effloruit, quam Magdeburgenſes noſtri eleganti & nobili operè illuſtrarunt, quæ vos plane Idololatris merito propter turpem hanc inuocationem conſociat.

Auguſtinus.

Ex ipſa Magdeburgenſium hiſtoria euidenter oſtenditur prioris Eccleſiæ ad 500. annos patres idem de Sanctorum Interceßione & Inuocatione ſenſiſſe, quod Catholica hodie ſentit Eccleſia.

CAP. II. IRENÆVS.

NEC ego ſane meliora ſubſidia ad noſtram cauſſam defendendam poſtulo, quàm hanc ipſam hiſtoriam Magdeburgenſium & auctorum, qui intra quingentos à Chriſto annos illuſtres fuère, teſtimonia. CRIT. Vtinam id ex animo diceres. IREN. Dico certe. Nam id te primum rogo; quod Cyprianus, Origenes, Athanaſius, Baſilius, Ambroſius, Gregorius Nazianzenus, Epiphanius, Prudentius, Ephrem, Chryſoſtomus, Auguſtinus, Leo Romanus

Patres multi recenſentur, qui intra quingentos à Chriſto annos floruere.

Pontifex,

Pontifex, Theodoretus, Paulinus, Theodulus, Socrates, Sozomenus, apertis & perſpicuis verbis teſtati ſunt; an non id nobis quoque ita credendum, veluti Catholicæ fidei maxime conſentaneum arbitraris? CRIT. Si aliud ſentirem, omnium eſſem hominum ineptiſſimus, ac arrogantiſſimus. Etſi enim, ſi quis forte vnus aut alter in re aliqua, quæ ad fidei ſummam non pertineret, vt fit, inuicem diſſideret, non ita me vni alicui addicerem, vt non eius ſententiæ accederem, à quo maiora rationis & Scripturarum momenta ſtare viderem; aut forſitan in re valde perplexa, atque impedita iudicium, ſententiamque meam ſuſpenderem: quo tamen omnes iſti patres propenderent, accedente præſertim reliquæ ineuntis Eccleſiæ conſenſu, eo quoque niſi ego deflecterem, Chriſtiani in meipſo nomen, non ſatis poſſe tueri mihi viderer. IREN. Optimè. Quid ergo, ſi duo forte, aut tres, aut plures etiam ex tuis Doctoribus aliquem Scripturæ locum ita explicarent, vt cum omnium horum fide, & tanta animorum conſpiratione interpretatio ea pugnaret? quid faceres? CRIT. Quid facerem rogas? His Doctoribus meis relictis, id ſequerer, quod à tanta auctoritate viderem approbatum. Quod enim tot patres ſtatuiſſent, hoc mihi ſanctum, auguſtum, & religioſum non poſſet non videri. IREN. Nihil igitur iam tibi ſupereſt, niſi vt Magdeburgenſes tuos, quos tantopere extuliſti, condemnes; omnemque illis auctoritatem abroges, qui Sanctorum Inuocationem ad Dei iniuriam & contumeliam, atque adeo idololatriam impiè transferunt. CRIT. Quare? IREN. Patres enim illi omnes, quos recitaui, planè & dilucidè teſtantur, partim Sanctos pro viuis ad Deum preces fundere, partim nos rectè ac fructuoſe eorum opem implorare. Qua in re morem primæ Eccleſiæ luculenter illi quidem deſcribūt. CRIT. Qua ratione id conficis? IREN. Ea, quam ipſi Magdeburgenſes mihi ſuggerunt. Horum enim omnium hac de re teſtimonia apud Magdeburgenſes extant locupletiſſima

Magdeburgenſes ipſi in ſuis Centurijs patrum ſententia ſecitant.

Cent. 3. c. 4. pag. 83. 84.
Cēt. 4. c. 4. pag. 296.
Cent. 5. c. 7 pag. 510.

Diſſipantur inſignes Magdeburgenſium calumniæ, quibus Cypriani, Origenis, Auguſtini, Chryſoſtomi, Ambroſij, & aliorū patrum libros, vel ipſorum non eſſe genuinos; vel ſi ſint, corruptos eſſe contendunt.

CAP. III. CRITOBVLVS.

O MEAM tarditatem & inſcientiam! Ego enim eò pæne ignarus deſcenderam; vnde commode pedem referre nequirem: ſed adhuc ſalua res eſt. huiuſmodi enim eorum teſtimonia ab eis recitari non nego; eorum autem propria eſſe & genuina, id vero pernego: & rem ita ſe habere, vt affirmant Magdeburgenſes, neceſſe eſt; quia meram idololatriam ſpirant, ideoque ea *tantorum virorum*

Cent. 4. c. 4 pag. 297.

ſcriptis malignus ſpiritus inſeruit. Commenticiis vero teſtimoniis atque adulterinis nemo prudens auctoritatem, aut fidem adiungere ſolet. IREN. Omnes ergo iſti patres idololatræ? CRIT. Non id dico. Nunc non ſolùm de teſtimoniorum, ſed & ipſorum librorum fide laboratur, vt de auctore Homiliarum in Cantica, quæ Origeni; ſermonis de ſtella & Magis, qui Cypriano; præparationis ad Miſſam, quæ Ambroſio attribuitur. Et licet de interceſſione Sanctorum loquantur Auguſtinus, & Chryſoſtomus, qua de re Magdeburgenſes teſtimonia eorum producunt: de turpi tamen iſta Inuocatione nihil habere videntur. Nam quæ Chryſoſtomi Miſſa dicitur, alium quàm Chryſoſtomum parentem habuit; Miſſæ enim nomen Chryſoſtomo incognitum erat. *Praterea nimis craſſa tautologiâ Maria inuocatio inſeritur, & applicatur* (vt iſtorum verbis vtar) *etiam Miſſa pro defunctis: id quod aliàs non eſt in eo patre cernere.* Quod ſi alicubi quicquam huiuſmodi in eius operibus appareat; verendum, ne ſit id omne adulterinum & ſurrepticium. Nam & Auguſtinus quoque huiuſmodi maculis aliunde, quàm à ſe turpificatus videtur, dum iſtâ Sanctorũ Inuocationem, mortuorumq; memoriam recenſet. Certe eius ſæculo defunctorũ inuocationes, non dum in publicas Litanias irrepſerunt: vt credibile ſit, aut non eſſe multos ex his Auguſtini libros; aut illos certe per alios poſtea ſuperſtitione fœdatos. Nec illi ſolum Origenis libri, quos in Cãtica ſcripſiſſe dicitur; ſed & ea, quæ in Iob commentatus creditur, ſuſpitione laborãt, quaſi ſuppoſiticia, & Maximinum potius Arianum redolent, Eraſmo teſte. Iam quàm leuis & ficulnea eſt illa probatio, qua Origenes *ſenioris cuiuſdam auctoritate probat, ſanctos Martyres pugnare nobiſcum, & nos adiuuare orationibus ſuis.* IREN. Etſi præceptores tui pro magna ſua verecũdia ampliſſimos iſtos, quos numeraui, patres diſertis verbis Idololatras non nominant; ea tamen inculcant, quibus patres huius criminis inſimulare videntur. Patrum igitur honori, verbis quidem parcunt; ſed re tamen ipſa nihil parcunt. Nam cum certi & genuini patrum libri, quæ fuerit ipſorum fides, quæque de iſta interceſſione & Sanctorum Inuocatione ſententia, pleno ore loquantur; effici certe nõ poteſt, quin; ſi (vt concionãtur Magdeburgenſes tui, & Apologetici noſtrates) iſta inuocatio ſit Ethnica, & implicitam ſecum habeat manifeſtam idololatriam; omnes iſti patres, omniſq; adeo non ſolum his poſterioribus mille, ſed & primis illis quingentis ab ipſius Chriſti & Apoſtolorũ tempore annis, Eccleſia in crimen vocetur. Quamuis enim iſti multos ex his libros, quos ſuſpitione adſpergunt, iuſtis probationibus adulterinos & adſcititios confirmarent (in qua certe re durã prouinciã aggrediuntur) longè tamen ab eo, de quo cõtendũt quodq; lectoribus perſuaſum cupiunt, adhuc abeſſent. De ſermone aũt Cypriani, *De Stella et Magis*, nullum tibi faceſſo negotium.

Cent. 3. c. 4. pag. 63. & 84.

Cent. 5. c. 4 pag. 550.

Cent. 5. c. 6. pag. 675.

Chryſoſtomo ſuam Miſſam, quibus rationibus Magdeburgenſes adimant.

Auguſtini opera Magdeburgenſes corrupta eſſe calumniantur, vel ſuppoſiticia.

Origenis libri Magdeburgenſibus cur ſuſpecti.

Homil. 16. in Ioſuam. Cent. 3. c. 4. pag. 84.

Omnem Eccleſiam iam inde à Chriſto ad noſtrã vſque ætatem idololatria inſimulãt Magdeburgenſes.

Cypriani ſententia de inuocatione Sanctorum.

rum ex iis libris quos illius eſſe nemo diffitetur.

tium. Sed quid tu iudicas de illo eius ſermone (quem Auguſtinus & Fulgentius Epiſtolam vocant) quo tradit lapſos martyrum auxilio apud Deum iuuari; aut de litteris ad Cornelium ſcriptis, quas ſic concludit: *Si quis hinc noſtrum prior diuinæ dignationis celeritate præceſſerit, perſeueret apud Deum noſtra dilectio: pro fratribus & ſororibus noſtris apud miſericordiam patris non ceſſet oratio.* An & hæc ex operũ eius albo delebis? Præparationem illam ad Miſſam non eſſe Ambroſii putat Eraſmus (de cuius iam iudicio tecum nolo contendere) ſed num ea ratione, qua Magdeburgẽſes? num propterea quod Mariam & Sanctos appellet? Minime. Eraſmus enim, licet paullo liberius interdum obloquatur; hic tamen Eccleſiæ morem religioſe agnoſcit, ſæpeque Sanctos & ipſe interpellat, licet præpoſterum in nonnullis vulgi iudicium aliquando redarguat. Sed pareamus paullulum noſtris Ariſtarchis. Remoueamus iſtam Præparationem. Audiamus itaque Ambroſium alibi; *Petrus & Andreas rogauerunt pro vidua: nunc iam poſſunt pro nobis, & pro omnibus impetrare: poſſunt pro peccatis rogare noſtris, qui proprio ſanguine, etiam ſi qua habuerint peccata, lauerunt. Iſti enim ſunt Dei Martyres, noſtri præſules, ſpeculatores vitæ, actuumq; noſtrorum. Non erubeſcamus eos interceſſores noſtræ infirmitatis adhibere.* Quid ad hæc Magdeburgenſes? Volunt & hos quoque libros pro ſua Centumuirali auctoritate pro dubiis & controuerſis haberi? Quibus iam ſtupidus forte videtur Eraſmus, quod non & hos quoque libros ſubmouerit. Bene: ſint & iſti, ſi velint, controuerſi. Quid ſtatuemus de illa alia Ambroſij ſententia? *Inuocaſti*, inquit, *vbique Martyrem, vbique te exaudit ille, qui honoratur in Martyre.* Quid de verbis illis Iulianæ viduæ ad filium Laurentium? *Conſidera*, inquit, *cui te muneri pater, tali te nomine deſignauit, qui vocauit Laurentium. ibi vota depoſuimus, vbi vota aſſumſimus. vota effectus ſecutus eſt. Redde Martyri, quod debes Martyri. Ille te nobis impetrauit: tu reſtitue, quod de te huiuſmodi nominis appellatione promiſimus.* Quid ad hæc & alia multa id generis ex Ambroſio cenſores noſtri reſpondent? Quid? Callide (vt ſolent) iſta & huiuſmodi teſtimonia ſupprimunt; ne certa atque explorata Ambroſij hac de re ſententia appareat, néue, ſi in ridicula iſta Rhetorica pergerent, deridendos ſe omnibus proponerent. Si enim ita progrederentur, omnes nobis fere Ambroſij libros eriperent. Nec minorem fere iacturam faceremus in libris S. Ioannis Chryſoſtomi, ſi eos omnes ei detraheremus, qui vel de Diuorum interceſſione, vel eorum Inuocatione pertractant. Etſi enim inſignis ſit iſta ſcribendi, quam ſuſcipiunt, impudentia, vt hanc Chryſoſtomo Miſſam adimant; quam omnis ſemper Latina atque Græca Eccleſia, vt Chryſoſtomi, amplexa eſt; & quæ nihil habeat de his rebus, quas iſti hodie in cõtrouerſia ponunt, quod non ſimiliter in Liturgiis Iacobi Apoſtoli, & Baſilii conſpiciatur: ea tamen mirum in modum augetur; quod,

cùm

Auguſt. epiſt. 23. Fulgent. ad Thraſymundum.

Lib. 1. Epiſto. 1.

Præparatio ad Miſſam Ambroſij.

Eraſmus.

Cent. 4. c. 4. pag. 294.

Ambroſij certa teſtimonia de inuocatione Sanctorum.

De viduis.

Serm. 29 de Nazario & Celſo.

In exhortat. ad virg.

Magdeburgenſium fraus.

Miſſam Chryſoſtomi omnis Latina & Græca Eccleſia ſemper hactenus agnouit.

Liturgiæ Iacobi Apoſtoli & Baſilij conueniunt cũ Miſſa Chryſoſtomi.

cum videant alibi in certis & receptiſſimis Chryſoſtomi libris eadem repeti; aut ea non ineſſe, aut ſubditicia atque adulterina eſſe, abiecta omni fronte, vociferentur. Conuellunt Miſſam Chryſoſtomi, quòd in ea defunctorum commemoratio, & pro eis Eccleſiæ oratio legatur. Proinde, quid ille de ea ſe alibi iudicet, audiamus. *Non fruſtra, inquit, ab Apoſtolis ſancitum eſt, vt in celebratione venerandorum myſteriorum, memoria fiat eorum, qui hinc diſceſſerunt. Nouerunt illis multum hinc emolumenti fieri, multum vtilitatis. Stante ſiquidem populo vniuerſo, manus in cælos extendente, cœtu itidem Sacerdotali, verendoque poſito Sacrificio, quo modo Deum non placaremus, pro iſtis orantes?* Sed religioſæ iſtorum aures iſta non ferunt, & corruptum, atque deprauatum hunc Chryſoſtomi locum clamitant. Quaſi vero in alia ad populum Antiochenum concione totidem verbis eadem non repetierit. Aut quaſi de iſta pro defunctis oratione nō ſit apud eum frequentiſſima mentio. Vt fruſtra aut Chryſoſtomi, aut Auguſtini præterea libros in ſuſpicionem propterea vocent. Neque de ſola Diuorum interceſſione, ſed & de inuocatione, manifeſta & crebra Chryſoſtomi teſtimonia conſpiciuntur: Quanquam callidi iſti Rhetores ea ſolum ex eo ponunt, quæ interceſſionem complectuntur, quaſi inuocationem non agnoſcat. Quorſum igitur illa? *Qui purpuram, inquit, indutus eſt, accedit illa complexurus ſepulchra; &, faſtu depoſito, ſtat Sanctis ſupplicaturus, vt pro ſe apud Deum intercedant. Et ſcenarum fabrum & piſcatorem etiam mortuos, & protectores orat, qui diademate redimitus incedit.* Qualia & alibi plerunque habet. Imo in ea ipſa homilia, ex qua Magdeburgenſes callide ſolius interceſſionis mentionem faciunt (*Quando enim*, inquiunt ex Chryſoſtomo, *quod ex nobis eſt, ſimul aſſerimus, & accedit interceſſio Sanctorum, plurimum nobis confert*) eſt & de interpellatione Diuorū locus apertus. *Id* (inquit) *ſcientes, dilecti, confugiamus ad Sanctorum preces, & oremus, vt pro nobis intercedant.* Quare nihil iam obſtat, vel ipſis Magdeburgenſibus iudicibus, quin ipſa quoque Liturgia Chryſoſtomo adſcribatur: cum eadem & reliqui quoque Chryſoſtomi libri complectantur. Illud enim perridiculum eſt, ideo Liturgiæ auctoritatem excutere, quòd Miſſę vocem Latinus interpres Latinis hominibus vſurpatiſſimam, quam forte Chryſoſtomus homo Græcus ignorauit, ſuppoſuerit. Nunc mihi Auguſtinus ab iſtorum calumniis aſſerendus eſt. Quorum ille mendacia vnica ſententia ita reprimit, vt nemo planius vnquam, aut apertius. Qui tradit Martyrum memorias celebrari; eoſque ad menſam Domini commemorari; non *quemadmodum alios, qui in pace requieſcunt, vt etiam pro eis oremus, ſed magis vt orent ipſi pro nobis*. Ex qua Auguſtini ſententia vtrumque probatur, propter quod Liturgiam iſti Chryſoſtomi adeo exſecrantur; & illud, quod iſti maxime omnium deteſtantur, in Miſſa, & publicis Eccleſiæ precibus, ne dum in priuatis, hunc primæ Eccle-

Homi. 3. ad Philip. cap. 1. tom. 4.

Chryſoſtomi certa de commemoratione Sanctorum in Liturgico myſterio teſtimonia.

Cent. 5. c. 6. pag. 674.

Homil. 69. ad populum Antiochen. tom. 5. Hom. 21. in act. Apoſt. ca. 9.

Chryſoſtomi teſtimonia de Inuocatione Sanctorum.

Homil. 41. ad Corinth. cap. 15.

Magdeburgenſium fraus.

Cent. 5. c. 4. p. 510.

Serm. de Aſcenſ. Domini.

Homil. 1. in Geneſ. et 44

Homil. 66. ad populum Antiochen.

2. ad corin. cap. 12. homil. 26. tom. 4.

Homil. 44. in Geneſ. tom. 1.

Quod ſit Liturgia Chryſoſtomi, vide Liturgias Græcorum recens editas cum præfatione Claudij Sanctoſij.

Auguſtinus à calumniis Magdeburgenſium vindicatur.

Tract. 84. in Ioannem.

ſiæ fuiſſe morem receptiſſimum. Quo vno argumēto nihil certius, nihil ſolidius afferri poteſt ad primæ Eccleſiæ fidem confirmandā; præſertim cum, vt Auguſtinus tradit; *legem credendi lex ſtatuat ſupplicandi*. Quę res iſtos adeo pungit, vt iſtud Auguſtini teſtimonium ſuppoſititium cenſeri lubenter cuperent. Et dum magna voce pręſtantium virorum ſcripta corrupta queruntur, ipſi fallaciter & inſidioſe hoc ipſum Auguſtini teſtimonium, quod ab aliis deprauatū exiſtimari volunt, ad hunc modum recitant: *Certe decimo quinto capite expoſitionis in Euangelium Ioannis, inquit, Martyrum memorias celebrari, eoſque ad menſam Domini ſic commemorari, non quemadmodum alios, qui in pace requieſcunt, vt etiam pro eis orent, ſed magis vt ipſi pro illis orent*. Ex quibus verbis, aut nullus ſenſus, aut certe perplexus elicitur, vt dubites; vtrum Martyres pro aliis defunctis, an alij defuncti pro Martyribus orent. Cuius ſentētiæ interpretatio, vt altera inſulſa eſt, ita altera vera. Ex qua efficitur, vt, ſi Martyres pro aliis defunctis orent; nihil obſtet, cur non etiam pro viuis orent. Verum, cur hunc locum cōtra omnia exemplaria ita peruerterint, ipſi viderint. Atqui ſi aliqua hic forte fallacia ſtructa ſit, quod vel cogitare ſummæ ſtultitiæ eſt; num & cetera queq; Auguſtini teſtimonia hac de re omnia (quibus ſic ille, vt nemo magis, abundat) ex fraude & fallaciis conſtant? Certe cum in iis libris, qui ſine controuerſia Auguſtini eſſe ferūtur, plurima eiuſmodi exſtent teſtimonia, nō ita multum referre arbitror (quantum ad hanc quidem quæſtionem pertinet) an illi alij libri, de Cognitione veræ vitę, aut Meditationum, Auguſtini ſint necne; qui ſimilibus teſtimonijs ſcatent. In illo vero Auguſtini teſtimonio deprauādo, etſi quorſum ſpectent, non ſatis forte aſſequor: id tamen conſtanter affirmare auſim, eam ſolam illius auctoritatem tria iſtorum mendacia oppugnare; ac propterea forſan, cōturbato loci ſenſu, voluiſſe iſtos lectoribus tenebras neſcio quas offundere: ne, ſi appareret totam Eccleſiam Auguſtini ſæculo in publica Miſſa, Martyrū & aliorum defunctorū memoriā celebraſſe; Martyrū, vt pro nobis orēt; aliorū, vt pro ipſis oremus: tribus fere iſtis verbis, triū inſigniū mēdaciorū cōuincerētur. Quod ſi durius iſti ſe à me habitos putent, quod mendacia illis propterea impingā; cogitēt quomodo ſe ab ipſo Auguſtino explicēt, qui iſtā iſtorum orationem, qua negant pro mortuis orandum aut offerendum, ad hæreſim plane trahit in eo, quem ſcripſit De hæreſibus, libro. Qui vnus liber ad plurimos maximoſq; errores hęreticorum noſtri ſæculi conuincendos cumulatè ſuffecerit. Non ſolum in eo, quòd eos illo ſæculo pro hæreticis habitos oſtendit; verum etiam quòd earum opinionum, quas ſectarij mundo iam obtrudunt, veteres hæreticos auctores, & architectos fuiſſe demonſtrat. Aerius primus omnium à Chriſto nato docere inſtituit; has, de quibus agimus, oblationes & preces viuorum pro defunctis vanas eſſe. Scire

equidem

Auguſtin. de Eccleſiaſticis dogm. c. 30.

Locus Auguſtini à Magdeburgenſibus corruptee citatus.

Cent. 5. c. 6. pag. 674.

De cura pro mort. c. 4. 5. & fin. *De ciui. Dei lib. 22. c. 8.* *& 10. cōtra Fauſtum Manichæum li. 20. cap 21.* *De ſpirit. & anima lib. 1. capite 59.* *De cogni. li. 1 cap. 39.* *Meditat. lib. 1. cap. 24.*

Locus Auguſtini à Magdeburgenſibus deprauatus, tria eorū mendacia sedat gens.

Auguſtinus hæreſim dicit eſſe ſi quis neget pro mortuis vel orādum vel offerendum.

Auguſtinus libro de hæreſibus, hæreſ. 53.

Aerius.

equidem cupio abs te in tanta multitudine ſanctiſſimorum hominum, quorum erat ſæculum illud feraciſſimum; quid ſit, quod nemini illorum Deus patefecerit hanc veritatem ſuam, ſed potius homini, alioqui ab omni fidei veritate alieniſſimo, & propter Arianā hæreſim ab Eccleſiæ communione antea reiecto, hoc eſt, Ethnico & publicano. Conſtat enim Aerium Arianum fuiſſe. Quid habent Magdeburgenſes tui, ad hæc quod reſpondeant? Dicent Aerium non fuiſſe hæreticum? non arbitror eos vſque eo adhuc profeciſſe. Negabunt Aerium Arianam perfidiam profeſſum? publica hoc fides patrum teſtatur. Negabunt eum primum auctorem huius ſententiæ fuiſſe? Oſtēdant ex omni memoria vetuſtatis aliquem Aerio priorem eam docuiſſe: Vt nihil iam egerint, ſi cætera Auguſtini teſtimonia noua iſta dialectica cōuellant; niſi & hūc quoque librum inducant & aboleant. Quod niſi fecerint, non ob hanc ſolùm cauſſam; verum & alias cum Iouiniano, qui virginitatem & coniugium æquabat; cum Aerio, qui negabat ſtatuta ieiunia Eccleſiæ ſolemniter celebranda, & ceteris; hæreſeos nota inurentur. Neque tamen valde proficerent, ſi id obtinerent; niſi Epiphanij quoque & Philaſtrij de hæreſibus catalogum, & alios plurimorum patrum libros ſimul deleant. Solus iam ſupereſt Origenes ab iſtorum fraude ac calumniis vindicandus. Cuius in Iob & Cantica Canticorum commentarij manifeſta dant contra iſtos teſtimonia. *O beate*, inquit, *Iob ora pro nobis miſeris, vt etiam nos terribilis Dei miſericordia protegat in omnibus tribulationibus, & eripiat ab omnibus oppreſſionibus maligni, & connumeret nos cum iuſtis, & conſcribat nos cum his, qui ſalui fiunt, & requieſcere nos faciat cum illis in regno ſuo, vbi perpetuo cum ſanctis magnificemus illum.* Et alibi. *Omnes Sancti*, inquit, *qui de hac vita diſceſſerunt, habentes adhuc caritatem erga eos, qui in hoc mundo ſunt, ſi dicantur curam gerere ſalutis eorum, & adiuuare eos precibus ſuis, atque interuentu ſuo apud Deum; non erit inconueniens. Scriptum namque eſt in Machabæorum libris ita: hic eſt Hieremias Propheta Dei, qui ſemper orat pro populo.* Atque iſta vt demus ab Origene non profecta; (quod tamen omnino non eſt neceſſe) &, vt illa in Iob commentaria non ſint Origenis, ſed Maximini; teſtatur tamē eos libros lectu dignos Eraſmus. Imo ſi Maximini libri ſint, aperte confirmant orthodoxā de Inuocatione Sanctorum fidem, adeo eo ſæculo receptam, vt nec Catholici, nec hæretici eam improbarint. Sed habemus alia ab Origene præſidia: qui de memoria annua Innocentum hæc refert: *Bene ergo*, inquit, *& ſecundum voluntatem Dei eorum memoriam ſancti patres celebrari mandauerunt, ſempiternam in Eccleſiis, veluti pro Domino morientium, veluti pro Iudæis & gentibus crediturus; vel etiam pro ipſis parentibus, quorum parentes præ nimio dolore (vt diximus) percutiebantur, vt eis interceſſio filiorū apud Deū plurimū profuiſſet.* Rurſus: *Quis dubitat*, inquit; *quod ſancti quoq; patres & orationibus nos iuuēt, & geſtorū ſuorū*

Origenis de Inuocatione Sanctorum teſtimonia.

Lib. 2. in Iob.

Homil. 3. in Cant.

Commentaria Origenis in Cātica Canticorū, & Iob.

Homil. 3. in diuerſ.

Homil. 26. in Nume. ca. 32.

confirment atque hortentur exemplis, ſed & voluminibus, per ea quæ nobis ad memoriam ſcripta reliquerunt, docentes nos & inſtruentes, quomodo aduerſus inimicas poteſtates dimicandum ſit, & quomodo agonum tolerandæ certamina. Pugnant ergo pro nobis & ipſi, incedunt primi ante nos armati: ipſos enim nos habentes ad exemplum, & videntes eorum per ſpiritum fortia facta, armamur ad prœlium ſpiritale, & aduerſus ſpiritalia nequitiæ in cæleſtibus dimicamus. Non hæc Origenes ex nuda Senioris aſſeueratione, ſed ex recepta Eccleſiæ primæ traditione profert, omnemq; nobis hic dubitationem præcidit. Sed neq; in illa auctoritate Senioris ad hoc dogma probandum teſtimonio vtitur; verum oſtendit, quam ſenior quidam (quem ſeniorem appellat, non quod longam vitam vixerat, ſed quod maturitate ſenſus, & veneranda vitæ grauitate eſſet cum quouis ſene conferendus) ad eum Ioſuæ locum interpretationem adhibuerit. Sed præſtat ipſum Origenem audire. *Habent igitur*, inquit, *iam repromiſſionem ſuam, & requieuerunt, & digni iudicati ſunt, per Moyſen capere hereditatem, veruntamen adhuc & ipſi pugnant, & in certamine ſunt pro iis, qui ſub Ieſu militant. Sed requiris qui ſint iſti, qui pugnant: & quæ eſt illa pugna, quam illi gerunt? Ego ſic arbitror, quod omnes illi, qui dormierunt ante nos, patres pugnent nobiſcum & adiuuent nos orationibus ſuis. Ita namque etiam quendam de ſenioribus magiſtris audiui dicentem in eo loco, in quo ſcriptum eſt in Numeris, quia ablinget Synagoga illa hanc Synagogam, ſicut ablingit vitulus herbam virentem in campo. Dicebat ergo, quare huiuſmodi ſimilitudo aſſumpta eſt, niſi quod hic eſt intelligendum in hoc loco, quod Synagoga Domini, quæ nos præceſſit, in ſanctis ore & linguis conſumit aduerſariam Synagogam, id eſt, orationibus, precibus, aduerſarios noſtros abſumit?* Ex his igitur, & Magdeburgenſium tuorum fallacias; & quid de hoc dogmate ſenſerit Origenes, perſpicue vides. Neq; dubito quin Synagoga Domini, quæ præceſſit in Sanctis (quibus iſti tam virulenter detrahũt, quorumq; Eccleſiam præſidiis ſpoliare conantur) hanc ipſorum impiã Synagogam, ſuis apud Deum precibus, ſit aliquãdo prorſus abolitura, pacemq; Eccleſiæ redditura: aut quod non eſt abſimile, ipſi grauiſſimis iſtis inter ſe diſsidiis ſeipſos ſint tandem conſumpturi. Nam nulla fere in re inter ſe conueniunt. Nec ſane mirum, ſi auctores diſcordię, ipſi à ſe diſsideant & ſecum diſcordent. In hac autem inuocationis cauſſa, quidam ex iſto hominum ordine plus reliquis modeſtiæ præſeferens, dum de hominibus ſanctis Chriſti gloriæ iam fruentibus verba facit; non dubitat contra Scholæ iſtius conſuetudinem ita ſcribere: *Pia*, inquit, *affectio erga illos, & votum communium precum non poſſit, vt opinor, damnari: cum neq; aduerſetur doctrinæ veritatis cæleſtis. & exempla vetuſtatis exſtent.* Magdeburgenſes vero pro ſua caritate erga Diuos & homines, nec Sãctorum interceſſionem, nec noſtram eorum Inuocationem ferre poſſunt: vtramq; enim fingunt cũ Dei contumelia & iniuria coniunctã, eiuſq; maieſtatem

Calũnia Magdeburgenſium contra Origenis de Senioris cuiuſdam ſententia in locum Ioſuæ interpretationem.

Sẽtentia cuiuſdam Euangelici de inuocatione Sanctorum.

Ioach. Cam. de piis Catholica Eccleſiæ precibus.

ſtatem lædere, honorémq; imminuere. Atque his ego teſtimonijs explicãdis longius paullò immoratus ſum, vt hinc Magdeburgẽſium tuorum in reliquis fidem colligas. Quæ ſi ego omnia, vt res poſtulat, explicarem; multum ea res temporis ad explicandum deſideraret. Hæc & horũ ſimilia multa, cum fide veteris Eccleſiæ (vt ipſi ſatis norunt) maximè pugnantia, cùm dicant: videri tamen volunt imperitæ multitudini ſe poſterioris Eccleſiæ commenta conuellere: veterũ ſinceram fidem veluti ſacroſanctã colere ſe & obſeruare. Etiam remitto tibi illã de libris cõtrouerſis litem; & quęro; reliqui libri, quãdo, quo modo, quoties, per quos, & quare vitiati ſunt? Rurſus; an hi libri per cetera ſarti, tecti, ac integri ſint: & hunc optimũ agrũ ſola iſta inuocatio, quaſi loliũ, occupet? CRIT. Sic arbitror. IREN. Expedias itaque, quãdo, quo modo, per quos, & quare vitiati ſunt. CRIT. Id ſanè præſtare nequeo. IREN. Sed quam dictorũ ſuorum probabilitatem Magdeburgenſes tui oſtendunt? CRIT. Quæ eos huc cauſſę impellant, non ſatis explicãt. Sed hoc vnũ ſcio, Magdeburgenſes noluiſſe hæc, ni vera eſſent & certa, vnquam ſcriptis mandare. IREN. Atqui ego tibi cauſſam expedire poſſum. CRIT. Totus ad attentionẽ erigor. IREN. Cauſſam itaq; ex Comico accipe: *mala mens, malus animus*. Magdeburgenſes enim tui, cùm viderent ſe premi auctoritate & pondere tantorũ patrum, & ſempiternam ſtultitiæ, & impudentiæ notam vererentur, ſi contra tantos patres venirẽt, à veritate ac idoneo reſponſo nudi ac inopes; hac frigida & ieiuna calumnia ſuam impudentiam, ſed fruſtra tegere conantur. niſi fortè quis tam hebes ſit rerũ ęſtimator, vt putet, quemadmodum vnis olim Mithridatis litteris vno omnes die ciues Romani iugulati ſunt, vna etiam aliqua nocte, vniuerſo mũdo altum ſtertente, tot exemplaria per orbem diffuſa, vno momento per plagiarios neſcio quos contaminata fuiſſe; idq; multis ſæculis antequam Magdeburgenſes Chriſtum profiterentur; & hactenus totum orbem tam ſtupidum fuiſſe, vt tantũ, & tam prodigioſum ſacrilegium ante hos Argos nemo perſpicere potuerit. Hanc verò rationem ſi ſtrenuè perſequantur Magdeburgenſes; non eſt, quòd veteres quicquã timeant. Quicquid enim ex ipſis cõtra hoc nouum Euangeliũ deinceps proferetur; vna huiuſmodi inficiatione refellent, &, vt olim Alexander Gordium illum nodum, quem nullo ingenio expedire potuit, nouo iſto & admirabili gladio diſſecabunt. CRIT. Ah, video te iam noſtros irridere.

Magdeburgenſes cur patrum libros corruptos eſſe calumnientur.

Cic. pro lege Manilia. Auguſti de ciuit. Dei li. 3. cap. 22.

Mithridates.

Alexander.

In illis ſolùm patribus, quos Magdeburgenſes prætermiſere; quique intra primos quingentos à Chriſto nato annos ſcripſere, de fide prima Eccleſiæ in hac Inuocationis cauſſa ampliſſima exſtare teſtimonia.

CAP. IIII. IRENÆVS.

NON ego quidem irrideo, ſed ſe vltrò Magdeburgenſes toti

orbi deridendos obtrudunt, cui & tantorum patrum auctoritati tam miſerè illudunt, cùm ne vnum quidem locum ex tanto teſtimoniorum aceruo contaminatũ, ac ſurrepticium probare valeant. Sed nihil in eo alienum faciunt ab inſtituto maiorũ ſuorum. Sic

Auguſtinus.

enim de Manichæis ſcribit Auguſtinus: *An fortè, quæ de nouo teſtamento ſimilia protulimus, ipſa quoque audet dicere, falſa eſſe, atque peruerſa, priuilegio ſuo diabolico? vt quicquid eſt in Euangelio vel in Epiſtolis canonicis, quo adiuuari hæreſim ſuam putent, id eſſe à Chriſto & Apoſtolis dictum teneant atque ſuadeant: Quicquid autem ex eiſdem codicibus aduerſus eos ſonuerit, immiſſum eſſe à falſatoribus, ore impudenti ac ſacrilego non dubitent dicere.* Quod ſi probarent, nonnullas in hac cauſſa auctoritates eſſe corruptas, & quaſdam deprauationes quorũdam patrum ſcriptis adſperſas, & certa quædam teſtimonia non eſſe eorum patrum, quorum nomina referunt, parum proficerent; cùm infinitis tum eorundem, tum aliorum etiam auctorum teſtimonijs abundemus. Nam vt prætermittam [1]Iuſtinianum, [2]Procopiũ, [3]Euagrium, vtrunque Gregorium, [4]Romanum & [5]Turonenſem, [6]Ennodium, [7]Fortunatum, [8]Caſſiodorum, [9]Andreã Hieroſolymitanum, [10]Iuſtum, & reliquos, qui ſexto poſt Chriſtum ſæculo effloruere: Superſunt plurimi, qui intra illos quingentos annos, aut in Scripturas ſunt commentati, aut illuſtri fuere in Eccleſia auctoritate; quorum ſuffragia dolo malo Magdeburgenſes partim ſupprimunt, partim fruſtra attenuare conantur; qui ita à nobis ſtant, vt ſi ceterorum (de quibus diximus) teſtimonia obruta forent, abunde nobis ad huius cauſſæ victoriam ſufficerent. CRIT. Vix credo ſupereſſe alios teſtes, quàm quos Magdeburgenſes recitant. IREN. Multi ſanè reſtant; inter quos [11]Iacobus Apoſtolus, [12]Dionyſius Areopagita, [13]Gregorius Nyſſenus, [1]Hieronymus, [2]Ruffinus, [3]Nectarius, [4]Gaudentius, [5]Victor Vticenſis, [6]Hilarius, [7]Fulgentius, [8]Euſebius Emiſenus (aut quocunque demum nomine cenſeatur; doctum enim & antiquum ſcriptorem conſtat eſſe) [9]Sulpitius, [10]Dorotheus Epiſcopus Tyri, & Martyr; [11]Antonius Conſtantienſis

Hæreticorum techna.

Patres ſexti ſeculi, qui de Inuocatione ſanctorum mentionem faciunt.

Magdeburgenſium dolus malus.

22. contra Fauſtum Manich. cap. 15.

1 *Lib. 1. cod. tit. 30. de offic. præfect. prætor. Afric.*
2 *De ædificat. Iuſtiniani, & de bello Vãdalorum.*
3 *Eccl. hiſt. lib. 2. cap 3. & lib 6. cap. 21.*
4 *Lib 5. Epiſt. 19 lib. 7. Epiſt 126.*
5 *De gloria plur. Martyrum, & alibi paſſim.*
6 *Ad Fauſtum.*
7 *In Epitaphio Euphraſia, & de Baſilica Georg. Martyris.*
8 *Pſalm. 21.*
9 *De ſalut. Maria.*
10 *In Canticis.*

11 *Vide Liturg. & 6. Synod.*
12 *Cæleſt. hierarch.*
13 *In vita Theodori.*
1 *Contra Vigilant. & in Epitaph. Paula.*
2 *Lib. 2. hiſt. Eccl cap 33.*
3 *In narrat. de Theodoro Martyre.*
4 *In anniuerſario Philaſtrij.*
5 *De perſecut. Vandal lib. 3.*
6 *In Pſalm. 124. 129. in Matth. 18.*
7 *De Deipara loquens, in fine ſermonis de laudibus ipſius,* Ideo (*inquit*) omnes curſus naturę virgo Maria in Domino noſtro Ieſu Chriſto ſuſcepit, vt omnibus ad ſe confugientibus feminis ſubueniret, &c.
8 *In Homil. de S Geneſio, de S. Epipodio & Alexandro.*
9 *Lib. 2 de vita Martini.*
10 *De vita Eſai. & Elia.*

11 *Ad Arcadium.*
12 *Aduerſus hæreſes lib. 5.*
13 *Hiſtor. Eccl. lib. 6. cap. 5.*

tienſis Epiſcop⁹,[12] Irenæus deniq;,& [13]Euſebius Cæſarieſis.

cent. 4. ca. 6. pag. 457. & c. 8 p. 602. & 603. Quanquam hos duos poſtremos Magdeburgenſes ex hoc albo, ſed fruſtra, eximere conantur. Et magna pietate & prudentia Hieronymo pium ſuum patrem Vigilantium opponunt.

Theodoſius Imperator defenditur à calumnijs Magdeburgenſium; & teſtimonia Chalcedonenſis Synodi, & aliarum œcumenicarum Synodorum citantur pro Inuocatione Sanctorum.

CAP. V. IRENÆVS.

IAM quo modo iſti, quàue impudentia Ruffini teſtimonium diſſimulent, animaduertiſſe non erit alienum. Qui Sozomenum *nugari* aiunt, quòd ſcripſerit *Theodoſium* Imperatorem, grauiſſimo illo Eugenij bello imminente, *Ioannem Baptiſtam inuocaſſe; eiuſq; auxilium contra hoſtes imploraſſe.* Sed videamus quanto rationum pondere graues iſti hiſtorici Sozomenum nugarum conuincunt? *Ruffinus*, inquiunt, *victoriã adſcribit precibus, quas ad Deũ fudit.* O tenuem & friuolam probationem; quaſi non ſit Dei beneficium, quicquid ab eo per Martyres confertur. At illa non tam friuola, quàm horribilis eſt accuſatio; cùm aſſerunt fuiſſe *Idololatricum, & tam pio Imperatore indigniſſimum*, Diuos inuocare. Patres itaque vniuerſi, quos recenſuimus, nihil aliud quàm idola colere videntur piis Magdeburgenſibus: Vt iam leue quiddam fuerit poſt tam atrocem Magdeburgenſium culpam, ſi eos mendaces quoq; probauerim in iſto Ruffini teſtimonio, quo tam callidè ipſi abutuntur: quaſi Ruffinus non ſenſerit, Theodoſium aduerſus tam graue periculũ Diuorum opem quæſiſſe. Quod eorum mendacium facilè redarguerim, cùm eo ipſo capite, quod ipſi pro ſe contra Sozomenum ex Ruffino citant, Ruffinus tradat, nocte, quæ bellũ antecedebat, Theodoſium circuiſſe *cũ Sacerdotibus & populo omnia orationũ loca, ante Martyrum & Apoſtolorum thecas iacuiſſe cilicio proſtratũ; & auxilia ſibi fida Sanctorum interceſſione popoſciſſe.* Quam Theodoſij pietatem in Diuos, fidémque Catholicã, eius etiam filius Arcadius imitatus eſt; vt apparet ex celebri illa Samuelis Prophetæ tranſlatione: vt in hac quidẽ re non diſſimilis alterius illius Arcadij videatur, de cuius in Apoſtolis inuocandis pio affectu apparet ex his Antonij Conſtãtienſis Epiſcopi verbis: *Qualis eris*, inquit, *cùm Petrũ & Paulum, quos rogare ſolebas vt patronos, habebis amicos?* Ruffinũ igitur & ceteros, quos nominauimus, patres cũ reliqua ſemper Eccleſia nobis præeũtes, nos Catholici in Diuis honorandis & ad opem appellandis, vt Duces & Principes noſtros, ſequimur. Edãt verò nobis Magdeburgenſes tam ſuos doctores & magiſtros: Quos certè cũ anxiè quæſiuerint; poſt Lutherum & alios recentiores, honorato ordine ad piũ ſuum patrem Vigilantium à ſui ſæculi patribus, & ad Euſtathium à cõcilio Gan-

Margin notes: *cent. 4. cap. 13. p. 1454* (beside "nugari aiunt"); *Lib. 2. c. 33.* (beside "Ruffinus, inquiunt"); *Lib. 2. c. 33.* (beside "tant, Ruffinus tradat"); *De qua Hieronymus cõtra Vigilant.* (beside "ret ex celebri"); *Theodoſius inuocauit Sãctos.*; *Magdeburgenſes impudentis mẽdacij conuincuntur.*; *Ruffinus.*

 lio Gan-

lio Gangrenſi damnatos,& tandem ad Eunomium(ſi Hieronymo credimus)huius impietatis architectum perducentur. Quare proſpiciant iam ſibi diligenter;ne,quemadmodũ eius potiſſimum auſpicia in ſuo Diuis honore detrahendo ſequuti ſunt,Spiritui quoque Sancto ſuam cum illo diuinitatem tandem detrahãt Euangelici.Quod à multis eorũ factum conſtat:& aliquot ego huiuſmodi aliquando audiui, tam impium dogma quaſi nullis Sacris litteris expreſſum, pro tribunali Epiſcopi defendentes. Hos igitur, vt dixi,nos præclaros noſtræ fidei præceptores habemus.Et licet hæ, quas protulimus,illorũ auctoritates manifeſtæ & amplæ ſint; nouam tamen quandam & præclarã acceſſionem tibi do ex Clemente viro Apoſtolico,& Cyrillo Hieroſolymitano Epiſcopo,celeberrimo in graui illa Arrianorũ inſectatione Cõfeſſore. Summo enim Dei beneficio Clementis διατάξεις, & Cyrilli κατηχήσεις multis ſæculis reconditæ,ad reprimẽdam Magdeburgenſium, & Apologeticorum tuorum iſtam contra Sanctos inſolentiam,in lucem prodierũt. Quorũ certè teſtimonia,etiam ſi alia deeſſent,homini non nimis præfracto,ad hanc totam, qua de agitur, quæſtionẽ ſufficere poſſent.Quanquam & reliquos hodie Catholicæ Eccleſię ritus, quos tui Euangelici tantopere oderũt,in Baptiſmo,& Euchariſtia, & alijs rebus perſpicuè deſcribunt. Cyrillus itaque inter alia hæc habet: *Deinde verò*,inquit, *poſt quàm confectum eſt illud ſpiritale ſacrificium,& ille cultus incruentus,in ipſa propitiationis hoſtia,obſecramus Deũ pro communi Eccleſiarũ pace, pro tranquillitate mundi, pro ægrotis & afflictis,& in ſumma pro his omnibus, qui egent auxilio.Indigemus autem omnes. Cùm hoc ſacrificium offerimus,poſtea facimus mentionem etiam eorum,qui ante nos obdormierunt:primum Patriarcharum,Prophetarum,Apoſtolorum,Martyrũ, vt Deus orationibus illorum, & deprecationibus ſuſcipiat preces noſtras: deinde pro defunctis ſanctis Patribus,& Epiſcopis,denique pro omnibus oramus,qui inter nos vita functi ſunt; maximũ eſſe credentes animarũ iuuamen, pro quibus offertur obſecratio, ſancti illius & tremendi, quod in altari poſitum eſt, ſacrificij.* Qui mos orandi ab ipſis Apoſtolorum temporibus ad Cyrilli,& deinde ad noſtra vſque ſine dubio deriuatus eſt. Quod quidẽ auctores, quos recitauimus,ſatis oſtendunt;& cum primis Clemens Romanus. *Offerimus tibi*,inquit,*pro omnibus,qui à ſæculo placuerunt tibi,ſanctis Patriarchis, Prophetis iuſtis, Apoſtolis,Martyribus,Confeſſoribus,&c.* Ac rurſus: *Sanctorum*, inquit,*memoriam colamus,vt digni efficiamur certaminis ipſorum. Pro ijs, qui in fide quieuerunt, oremus*. Vnde ſatis perſpicis,quàm præclarum cenſores iſti iudicium tulerint de Chryſoſtomi Liturgia; quã ideo ſuſpitioni obnoxiã reddere volũt,quaſi adulterina eſſet,nec Chryſoſtomi;quòd de his rebus mentionem faciat.Idem de reliquis teſtimonijs patrum,quæ recitaui,ſentiunt. Quo quid vanius aut impudentius?Inter quos cũ Epiphanius quoque in publicis Eccleſiæ myſterijs,

Margin notes:

Hieronymus. / contra Vigilant.

Clementis conſtitutiones.

Cyrilli Catecheſes.

5. Myſtagogica.

Cyrilli teſtimonium de Inuocatione Sanctorũ in Liturgia.

Clementis teſtimonium de memoria Sanctorũ in ſanctis myſterijs.

Lib. 8. c. 18.

Lib. 8. c. 19. & 47.

Epiphanius.

Lib. 3. tom. 1. hæreſ. 75.

myſterijs, vtroſque, id eſt, tam peccatores defunctos, quã Sanctos commemorari tradat: Magdeburgenſes tui errore, an fraude aliqua neſcio, pro commemoratione Sanctorum, earum tantum precum, quę pro alijs funduntur, mentionem alieno planè loco, & ab inſtituta narratione abhorrenti, faciunt; vt verè hic recentius illud quorundã iureconſultorum in eos adagium quadret: *nihil ad rhombum*. Quanquam eo Epiphanij teſtimonio miſerè (vt diximus) implicentur. Iam quid ego aliorum omnium nomenclaturam perſequerer, quos ſexcêtos habeo claſſicos teſtes. CRIT. Agnoſco, non dicam mendacium, ſed ciuilius Rhetoricã tuam; qua pro manipulo cumulos nobis coaceruas. IREN. Nõ ego ſchemata aut colores dicendi aucupor, ſed longè intra modũ ipſum me coërceo; & malo nimis eſſe parcus, quàm profuſus. Vocare enim poſſum ſexcentos ad huius teſtimonii dictionem; eoſque omnes locupletiſſimos & certiſſimos teſtes, atq; adeo Epiſcopos, quorũ tibi omnium nomina, ſi placet, edam. CRIT. Mirum, ni me ludos facere coneris. IREN. Cur tam ſiniſtrè de me cogitas? En tibi igitur totam Chalcedonenſem Synodũ, ad quam conſtat ſupra ſexcentos Epiſcopos confluxiſſe, magna illos voce; *S. Martyr Flauianus oret pro nobis*; intonantes; ſurdaſque, ac parum religioſas Magdeburgenſium tuorum aures verberantes. CRIT. Chalcedonenſem quidē Synodum lectiſſimã illam, & vnam ex quatuor primarijs agnoſco: quam nobis Magdeburgenſes eleganti compendio explicarunt. Sed apud eos ne littera quidem huiuſmodi teſtimonij. IREN. Scio: fugiũt enim ab eo, vt latro à cruce. Neq; enim tã hebetes ſunt, quin intelligant, vt nullũ aliud in omnibus alijs ſcriptoribus hac de re teſtimonium exſtaret, hanc ſolam Synodũ tam perſpicuè totius primæ Eccleſiæ fidem exprimere, vt nihil neceſſe ſit præterea deſiderare. Neque enim quiſquam ex his ſexcentis Epiſcopis ad hanc inclamationem: *Martyr Flauianus oret pro nobis*, aures obturauit; neque hanc Inuocationem tanquã Idololatriæ affinem, vt hodie Magdeburgenſes tui, reiecit. Quare cùm tam clara huius Sanctorum Inuocationis veſtigia in tam celebri primæ Eccleſiæ Synodo, eaque œcumenica cernamus; minus mihi iam opus erit commemorare quintæ œcumenicæ Synodi patres Diuorum Inuocandorum mentionem in ea Synodo factam haud abhorruiſſe; aut illam Conſtantini Imperatoris ad ſextam œcumenicam in Trullo Synodum; [*Multis*, inquit, *errantibus circa orthodoxam fidem, exſtincta diſſonantia in vnam eandémque confeſſionem conſonantes omnes conuenimus, ſperantes veram atque celerem ſalutem à Sanctorum multorum munerum datore Deo interceſſionibus, Dei genitricis, & veſtræ ſanctitatis ſuſcipere*;] aut illam in ſeptima poſtea apud Nicæam œcumenica Synodo vocem recitare: *Cum timore Dei omnia agamus, poſtulantes interceſſiones incontaminatæ Deiparæ & ſemper virginis Mariæ, item ſanctorum Angelorum, omniúmque*

Cent. 4. c. 4. pag 291.

Magdeburgenſium, ſiue error, ſiue fraus.

Act. 11.

Chalcedonenſis Synodus.

Cent. 5. c. 9. pag. 951.

Synod. 5. Act. 1. p. 42. & 63.

Conſtantinus.

Synod. 6. in Trul. tom. 2. concil. actio. 18 p. 402.

Act. 1. & 6. Nic. Synod. pag 494. & 594.

Nicæna Synodus ſecunda.

niúmque ſanctorum: vt minus mihi mirũ ſit, ſi Ferrarienſis œcumenica auorum noſtrorum memoria habita Synodus, cui non modò Latini, ſed & Græci patres frequentiſſimi interfuere, ſimiles voces vſurparit. Non eſt igitur dubium ſanctiſſimæ & honorandæ Synodi Tridentinæ patres, qui pacificãdi has Eccleſiæ tẽpeſtates gratia ad œcumenicum nuper Concilium coiêre, ex primæ Eccleſiæ more, ipſóq; Spiritus ſancti afflatu has nobis voces occinere: *His*, inquiunt, *decretis inhærentes digni reddamur miſericordia & gratia primi & magni ſupremi Sacerdotis Ieſu Chriſti Dei, intercedẽte ſimul inuiolata Domina noſtra ſancta Deipara, & omnibus Sanctis*. Quis igitur crederet Magdeburgenſes tuos, vel prudentiæ, vel Chriſtianæ pietatis micam habuiſſe, cùm Decretalem illam Cornelij Papæ & Martyris Epiſtolam, quaſi falſò illi adſcriptã, aut quod deterius eſt, quaſi *Idololatriam & cultus alienorum Deorum*, propter illa quæ adijciemus verba, complectentẽ reiecerunt: *Orantes*, inquit, *Deum & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, vt, intercedentibus ſuis ſanctis Apoſtolis, maculas veſtrorum purget peccatorum*? Quid? an non manifeſtè cernis, id quod antea dixi, Magdeburgenſes tuos de omnibus, quos nominaui, patribus nihil præclarius, quàm de idolorum cultoribus ſentire? Qui ſi rerum Eccleſiaſticarum ſinceri Scriptoris muneri, quod in ſe ſuſceperunt, & in quo ſumma ſe fide verſari clamitant; ſi bonorum expectationi; ſi Chriſtiani deniq; hominis officio reſpõdere cogitaſſent; nunquam ſe ita comparaſſent, vt primam hiſtoriæ legem tam turpiter infringerent. Ea autem eſt, *ne quid falſi dicere audeat; deinde, ne quid veri non audeat, ne qua ſuſpicio gratiæ ſit in ſcribendo, ne qua ſimultatis*. Quòd ſi omnino deliberatum fuit, Eccleſiaſticas hiſtorias partim callido ſilentio mutilare; partim euidentibus mendacijs cõtaminare; ab eo ſe ſaltem abſtinuiſſent, ne, propter rectam fidem, totam Eccleſiam exſecrabili ore Idololatriæ inſimularent. Eat iam ſcholæ veſtræ princeps Melanchthon, & ſuo more aſinos vocet, qui putant aliquam in Hieronymo cõtra Vigilantium ſyllabam exſtare de Inuocatione; &, quantum velit, glorioſè iactet, eſſe apud veteres ſcriptores, ante Gregorium primum Romanum Põtificem, ſummum de hac Inuocatione ſilentium. Eant noui veſtri, & admirabiles illi rhetores, qui, cùm tam aperta & tam numeroſa patrum non modò de Diuorum imploratione, ſed Eccleſiæ etiam pro alijs defunctis oratione, teſtimonia paſſim florentiſſimis primę Eccleſiæ temporibus reperiant, ſingulari quodã acumine iam poſt 1500. annos ſubodorati ſunt, hęc nõ ſeriò, ſed rhetorica neſcio qua dicẽdi exornatione dicta & ſcripta fuiſſe omnia. Eant iam & Magdeburgenſes tui, & ſua quoq; noua atq; admirabili rhetorica, hæc omnia, ſi auſint, vt adulterina & ſuppoſititia exagitent. Sed mendacia hæc in Melanchthone tolerabilia vtcunque facit temporũ eorũ inſcitia, nondum plenè excuſſis veterum Scriptorum monumẽtis,

ſed ne

Florentina Synodus.

Tridentina Synodus.

In acclamat. patrum in fine concilij.

cent. 3. c. 7. pag. 284.

Cornelij Papæ Epiſtola Decretalis à Magdeburgenſibus temerè reiecta.

Cicero lib. 2. de orat.

Leges Hiſtoriæ.

In Apolog. Auguſt. confeſſion.

Melanchthonis mendacium.

ſed ne cognitis quidē adhuc orbi multis, & Gręcis & Latinis auctoribus, quos recens Catholicorū induſtria è tenebris in lucē productos habemus, quos hæreticis opponamus. At verò in hac luce doctrinæ, tam impudenti ore prudētes & ſcientes negare, quæ omnes ſciunt, nunquā certè Magdeburgenſes auſi fuiſſent; niſi nō ſolū pudorē omnē, verū etiā mentē ipſam iſtis & rationē mētiendi libido ademiſſet. CRIT. Inſanirent credo Magdeburgenſes, ſi hęc omnia patrum teſtimonia, vt adulterina & emētita, reijcerēt. Quare magis iā mihi illa Magdeburgēſium, & aliorū defenſio placet; vt, quoniā nō deſunt patrū illuſtria teſtimonia, quæ hanc Inuocationē debilitent, alijs reiectis, quæ videntur quaſi Diuinā maieſtatē lædere; his ſolis adhæreſcamus, quibus eandē integrā ac illæſam cōſeruemus. Præſtat enim eſſe nimis timidos, quā parum cautos, ac prouidos in tāto periculo. IREN. O elegātes, ac firmos tanti periculi cautores. O præpoſterā ſapientiā, quæ poſt 1500. annos cautioribus conſilijs vti ſe poſſe putat, quàm tota hactenus vſa eſt Eccleſia! O religioſos homines, quibus tota hactenus Catholica religio ſordet! ô dignos Eccleſiæ cautores, quā iſti poſt tot ſęcula refingunt, cùm ſumma ſit omnium errorum, ac hæreſeôn cautio, atq; vna prouiſio; vt ne vnquā vel latum vnguem ab eius ſcitis atq; decretis deſciſcamus! Iuuat tamen audire, quæ ſint illa patrum teſtimonia, quibus cōtra patres niteris, vt eos nouus Dauid proprio gladio iugules.

Magdeburgenſium mentiendi impudentia.

cent. 3. & 4. cap. 4.

Ambroſium, Epiphanium, Hieronymum, Cyrillum, Euſebium, atque Origenem, quos Magdeburgenſes & alij Euangelici contra Sanctorum opem & honorem citant, nihil pro eis facere.

CAP. VI. CRITOBVLVS.

QVIS ignorat, [1]Ambroſium, [2]Epiphanium, [3]Hieronymū, [4]Euſebium, [5]Cyrillū, alioſq; diſertè pronuntiare, Sanctos nō eſſe adorādos; [6]Origenem verò & [7]Auguſtinum dubitare, num nos Sancti adiuuent, & apertè affirmare, Sanctos nō eſſe inuocādos. IREN. O homines acutos! Patres huc ſpectant, vt doceāt neminē Sanctorum, ne ipſam quidē Mariā, inſtar Diuini numinis, adorandā. Vnus eſt enim Deus. Quod ita eſſe tā certū eſt, vt pudeat in eo probando immorari. *Non eſt Deus Maria, neq; de cælo corpus habet: Et nemo in nomē eius offerat*, inquit Epiphanius; hoc Hieronymus, hoc Ambroſius apertè dicunt. Certè Hieronymus cōtra Vigilātium ſatis ipſe ſe explicat. *Quis ô inſanum caput*, inquit, *aliquando Martyrem adorauit? quis hominē putauit Deum?* Sic & Euſebius dum Epiſtolā Smyrnenſium recitat, quod vel ex Muſculo ſuo, qui eam ſic interpretatur, diſcant. *Suggeſſerunt nonnulli Nicetæ patri Herodis, ac fratri Dalces, vt Proconſulem moneret, ne corpus Polycarpi traderet; Ne Chriſto*, inquit, *relicto hunc colere incipiant: Et hoc dixerunt Iudæis ſubmonentibus & vrgentibus, qui etiam nos obſeruabant, ne ex igne illum eriperemus: ignorātes nos, nec Chriſtum vnquam relinquere, qui pro totius ſeruandorū mundi ſalute paſſus eſt, nec alium*

Ambroſ. lib. 3. de Spiritu ſancto c. 12. 2. Cōtra Antidicomar. & colyrid. lib. 3. tom. 2. hæreſ. 78. & 79. 3. Contra Vigilant. 4. Lib. 4. capite 15. 5. Li. 6. contra Iulian. 6. Lib. 2. in Epiſt. ad Ro. 7. De cura pro mort. 13. de ciuit. Dei lib. 22. cap. 10. Lib. 3. tom. 2. hæreſ. 79 Li. 4. c. 16.

Patrum ſententia explicatur ijs in locis, quibus videtur aduerſari venerationi & inuocationi Sanctorum.

Hieronymus.

Euſebius.

Alius honor Chriſto tribuitur, alius Sanctis.

nec alium quenquã colere poſſe. Nam hunc quidẽ tanquã filium Dei adoramus: Martyres verò tanquã diſcipulos & imitatores Domini dignè propter inſuperabilẽ in regem ipſorũ, ac præceptorem beneuolentiam diligimus; quorũ & nos conſortes & diſcipulos fieri optamus. Hinc igitur apparet Magdeburgenſes & Apologeticos tuos nihil differre ab Ethnicis, qui pudẽdo errore exiſtimabãt Chriſtianos primæ Eccleſiæ Martyres, tanquã Deos, adorare. Nam hi etiam Catholicos ſimilibus hodie conuicijs exagitant. Auguſtinus ſoli Deo, & nõ Martyribus, ſacrificium deberi verè ſcribit; neque eos, vt Deos, à Chriſtianis inuocari. In hunc ſenſum & reliqui patres paſſim reſpondent. Nam & Theodoretus contra Græcos, *Nos*, inquit, *ô Græci homines, non hoſtias Martyribus, nec libamina vlla deferimus; ſed vt ſanctos homines, Deiq; amiciſſimos honoramus.* Atqui ſi probares, vel vnum ex patribus vniuerſis disertè huiuſmodi, aut ſimilem interpellationem prohibere: *Sancta Maria ora pro nobis, Sancti Petre & Paule orate pro nobis*; aut affirmare, aliquid Diuini honoris ex ea precatione imminui; dixiſſes ad rem conſentanea. Iam quẽ arripies ex medio rure tam ruſticum puerum, quin diſcernet ſtatim inter Deũ & Diuos, inter Chriſtum & eius Sanctos? qui non alia Chriſtum; alia illos oratione deprecabitur? Quis tã imperitus eſt rei Chriſtianæ, vt aliter appellet Diuos, quàm vt Martyres & intimos Dei amicos, quorum iuuemur ſuffragijs ad Dei erga nos miſericordiã prouocandã? Quis ignorat *Vnum Saluatorem corporis ſui Dominum Ieſum Chriſtum filium Dei, qui & oret pro nobis, & oret in nobis, & oretur à nobis? Orare autem pro nobis vt Sacerdotem noſtrum; orare in nobis vt caput noſtrum; orari à nobis, vt Deum noſtrum?* Si hunc honorem Litaniæ noſtræ Martyribus, & alijs Sanctis tribuant; non recuſo, quin Eccleſiam diuinæ maieſtatis imminutæ inſimuletis. Huc nos inuitãt patres, cũ ſolum Deum adorandum dicunt; de illa alia interceſſione, & Diuorum appellatione, ne per ſomnium quidẽ cogitarunt. Origenes verò ac Auguſtinus nihil minus quã de eo dubitant, vtrum Sancti nos adiuuent (quo modo enim dubitarẽt, qui immenſa eorum in nos beneficia ampliſſimis verbis ornant; eosq; perſanctè, & perſæpe ad opẽ interpellãt) ſed tota hæc illorũ in eo quæſtio cõſumitur; qua ratione iſta ad nos beneficia deriuentur, per ipſos Sanctos, an Angelos potius, an vtroſque; aut alia nobis inſcrutabili ratione. *Quanquam*, inquit Auguſtinus, *iſta quæſtio vires intelligentia mea vincat, quemadmodũ opitulentur Martyres ijs, quos per eos certũ eſt adiuuari: Vtrum ipſi per ſeipſos adſint vno tempore tam diuerſis locis, & tanta inter ſe longinquitate diſcretis.* Ac paulo poſt; *Res hæc altior eſt, quã vt à me poſſit attingi; & abſtruſior, quã vt à me valeat perſcrutari: & ideo quid horũ duorũ ſit, an verò fortaßis vtrunq; verũ ſit; vt aliquãdo iſta fiant per ipſam præſentiã Martyrum, aliquãdo per Angelos ſuſcipiẽtes perſonas Martyrũ, definire nõ audeo: mallẽ à ſcientibus iſta perquirere.* Audis Auguſt. profitentem, *certum eſſe* nos ſentire

Margin notes (left): Magdeburgẽſes & Apologetici Ethnicorum ſimiles. — Auguſtinus. — Theodoretus. — Auguſtinus. — Auguſtinus, quo modo anima Martyrum adſint periclitantibus, negat ſe poſſe definire.

Margin notes (right): De ciuit. Dei li. 22. c. 10. — Li. 8. de Græcorum affect. curat. — In Pſal. 85. — De cura pro mort. ca. 16.

ſentire prçſidia Martyrũ: Qua re nihil eſt apud eum expeditius. Illud vero impediti⁹ certo definire, qua ratione beneficia iſta ad nos deriuentur, & vtrũ, aut quomodo Martyres tot ſimul locis & tã diuerſis adſint, & vtrum iſta beneficia per ſolos Martyres, an partim per ipſorũ præſentiã, partim per Angelos capiamus. Ex qua quidẽ Auguſtini diſceptatione, quã infirmũ ſit Zuinglianicæ Theologiæ cõtra Euchariſtiã firmamẽtũ, intelligere poteris: dũ Petrus Martyr negat Chriſti corp⁹ poſſe in Euchariſtia vllo modo eſſe, propterea quòd ſit in cælo: cũ vel in martyrib⁹ Auguſtinus id fieri poſſe putet, vt diſiũctiſſimis locis eodẽ ſe tempore præſentes exhibeant. Mira igitur eſt iſta Theologia, quæ Chriſtum cælo, tanquam carcere, incluſum coercet. Eodem fere modo Origenis quoq; illa, quã proferunt Magdeburgenſes (quaſi contrarius ſibi eſſet Origenes) ſententia intelligenda eſt, quo verba Auguſtini accipienda diximus. *Si extra corpus*, inquit, *poſiti Sancti, qui cum Chriſto ſunt, agũt aliquid, & laborant pro nobis ad ſimilitudinem Angelorum, qui ſalutis noſtræ miniſteria procurant, vel rurſum peccatores etiam ipſi extra corpus poſiti agunt aliquid ſecundum propoſitum mentis ſuæ; Angelorum nihilominus ad ſimilitudinem ſiniſtrorum, cum quibus & in æternum ignem mittendi dicuntur à Chriſto, habeatur hoc quoq; inter occulta Dei, neq; chartulæ committenda myſteria.* Nihil hic hçret Origenes, an Sancti nos adiuuẽt. Quomodo enim hæreret, quem prius clamantem audiuimus; *Quis dubitet quin Sancti nos ſuis orationibus iuuent?* Hoc tantũ in quçſtione ponitur, quemadmodum opitulentur, & an ad modum Angelorum negocia humana ſuo miniſterio procurent.

Petri Martyris ſophiſma contra Euchariſtiam.

Cent. 3. c. 4. pag. 84
Lib. 2. in Epiſt. ad Rom.

Origenis ſententia explicatur.

Scripturas ſacras non prohibere Sanctorum Inuocationem: & quare & quo modo Angeli ſe adorari prohibuerint; nec ideo reiiciendam hanc Inuocationem, quia in litteris ſacris nihil de ea præcipiatur, nec deeſſe tamen eius rei in Scripturis exempla.

CAP. VII. CRITOBVLVS.

PERMVLTA Scripturarum teſtimonia aduerſus ſententiam tuam pugnant, quæ niſi me retinerent, nihil video, cur non & ego in eam concederem. IREN. Cur te illa mouerent? An tam citò oblitus es illius tui promiſſi, ne vllam Scripturæ interpretationem agnoſceres, quę à primæ Eccleſiæ fide & vſu diſſonaret? Patres, vt dixi, ab hoc ſenſu omnino abhorrent; nec aliud ſunt iſta, quàm frigida tuorum commenta, quæ Diuini tamen Verbi auctoritate veſtiri & honeſtari cuperẽt, ad facilius incautos homines ineſcandos. Ad illud vero, quod protuliſti, *Dominum Deum tuum adorabis*; & quod te magis mouit, quòd nec Angeli ſe adorari patiantur, malim Auguſtini potius, quàm meum, reſponſum audias. CRIT. Nihil magis opto. IREN. *Quæritur*, inquit, *quo modo ſcriptum ſit, Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies; cùm Abraham ſic honorauerit populum*

Reſpondetur ad loca Scripturarum cõtra Sanctorum venerationem.

Quæſt. 61. in Geneſ.

Auguſtinus.

pulum

pulum quendam gentium, vt etiam adoraret. Sed animaduertendum eſt in

Dominum Deũ tuum adorabis, quo modo accipiendum.

Matth. 4. Geneſ. 23. Deut. 6. Luc. 4.

eodem præcepto non dictum; Dominum Deum tuũ ſolum adorabis; ſicut dictum eſt, & illi ſoli ſeruies: quod eſt Græce, λατρεύσεις. Talis enim ſeruitus non niſi Deo debetur. Vnde damnantur Idololatræ, id eſt, eiuſmodi ſeruitutẽ exhibentes idolis, quæ debetur Deo.

Cur Angelus adorari ſe à Ioanne non permiſerit.

Matth. 4. Apoc. 13.

Nec moueat, quod alio in loco in quadam Scriptura prohibet Angelus hominem adorare ſe, & admonet vt Dominus potius adoretur: talis enim apparuerat angelus, vt pro Deo poſſet adorari; & ideo fuerat corrigendus adorator. Hæc Auguſtinus. Atque ideo,

Angeli adorati.

Ioſue 5. Geneſ. 19. Num. 22.

hoc periculo ſemoto, alibi adoratos eſſe Angelos conſtat, nec adoratores in vllam incidiſſe reprehenſionem. Cornelium vero adhuc gentilem licet alioqui virum pietati & eleemoſynis deditum, aliquid in Petro ſupra hominem ſuſpexiſſe credibile eſt; quod & Petri verba indicant; *Nam & ego ipſe homo ſum.*

Petrus quo modo ſe adorari à Cornelio vetuerit.

Act. 10. Hieron. aduerſ. Vigilã.

Sic Paulus & Barnabas ſacrificare ſibi volentes reprimunt: *Nam & nos*, inquiunt, *homines ſumus.*

Paulus & Barnabas cur interdixerint ſibi ſacrificium offerri.

Quanquam in Petro reiectio illa partim ad cãdorem ipſius; partim ad nimiam Cornelij demiſſionem, qua ſe pronum ad pedes eius abiecit, referri recte poterit. Illa vero; *qui coluerunt quæ condita ſunt*; & id genus alia non nobis Chriſtianis; qui tam ſumus ab hoc vitio, quàm ſunt ipſi à vera pietate & modeſtia, alieni; ſed Ethnicis, & aliis idololatris, ſi quos norũt, demceps Magdeburgẽſes tui occinant.

Rom. 1.

Coluerunt quæ condita ſunt.

Nec diſcedimus à præcepto Chriſti, quo hanc nobis precationis formulam præſcripſit: *Orantes*, inquit, *dicite, pater noſter qui es in cælis, &c.* Vbi Chriſtus licet ſolius patris mentionem faciat; non tamen *Patrem tantum iubet inuocari*, vt Magdeburgenſes vim illius verbis facientes aſſerere non dubitant; quanquam hac in re ipſi videntur ſibi repugnare.

Matth. 6. Luc. 11.

Magdeburgenſium inconſtantia.

Nam eodem in loco ſcribunt: *Ad patrem vt plurimùm oratio iubetur fieri*; deinde paullo poſt addunt: *Filium ac Spiritum Sanctum quoque poſſe ac debere inuocari*; Quæ ſi vera ſunt, vt ſunt veriſſima; non ſolum Pater, ſed Filius, & Spirituſſanctus inuocandi ſunt.

Cent. 1. lib. 1. c. 4. p. 139.

Imo ipſi ibidem illud Euangelij; *Rogate dominum meſſis*; ſic interpretantur: *Etſi de patre videatur tantum accipi; tamen in genere ad Deum referri poteſt.* Ex quibus intelligitur, quàm parùm ſibi conſentiant Magdeburgẽſes tui, dum ab Eccleſia diſſentire nihil penſi habent.

Matth. 9.

Sed vt ad rem orationem accommodem: quemadmodum Chriſtus in hac orationis formula, licet nomen tantùm Patris inſeruerit; non tamen prohibuit ſe & Spiritum Sanctum inuocari: ita nihil hic expreſſit, quod Inuocationi Sanctorum quoquo modo aduerſetur.

Solus pater quo modo inuocetur.

Hos igitur Sanctos quidem inuocamus; ſed tantùm, vt cæleſtes ciues, & electos Dei inuocamus. Patrem autem cæli & terræ longe alio & ſingulari modo, orationem Dominicam frequentantes, inuocare ſolemus. Neminem enim alium, vt Deum, inuocamus, niſi Patrem & Filium eius, atque ab vtroque procedentẽ, Spiritum Sanctum.

Caluinicolarũ quorundam impium dogma.

1 Pet. Riche. in articl. ſcripto traditis. Ex Villagagnone contra Articu. Cal.

Nec [1] Caluini diſcipulos quoſdam agnoſcimus, qui ſolũ Patrem ſic inuocant, vt Chriſtum inuocare nefas ſibi putent;

tent;& eum, qui *Chriſtum neceſſario orandum dixerit*, hæreticis adnumerãdum cenſeant. Petrus item Martyr, vt refert [1] Bartholomeus Camerarius, negat Chriſtum deprecatorem noſtrum eſſe. Neq; tamen hæc Chriſti formula alias pias precationes, quas aut Scripturæ ſanctæ, aut patrum ſanctorum ſcripta complectuntur, vllo modo abolet, aut excludit; cùm illi formulę non aduerſentur. Sed nec ideo hæc Inuocatio repudianda eſt, quia de ea Scripturæ nihil pręcipere videntur. Cuius generis, ſi quod veſtri cupiũt, omnia explo-derentur, Euangelium *ad nudum nomen*, vt recte ſcripſit Baſilius, *contraheretur*. Nec deſunt cauſſæ, cur Scripturæ diſertam mentionem huius Inuocationis non faciant, aut ſaltem expreſſis verbis eam nõ præcipiant; veteris quidem teſtamẽti; quia adhuc Beatorum animæ non erant in cęlum receptæ: noui vero; quia non dum erat tempus in ipſius fidei exordiis, eam mundo doctrinam diuulgandi; ne Gentiles arbitrarentur, plures nos Deos colere, aut viderentur Apoſtoli ſuam aucupari gloriam. Et multa alioqui in vtroque præcepta erant; quæ tamen ad tempus diſſimulabãtur. Sic in veteri teſtamẽto; per totos quadraginta annos, quibus Iſrael in deſerto degebat, circumciſionis præcepto derogatum eſt. Sic prima Petri de Chriſto concio, nõ quaſi de Deo, ſed excellẽti propheta habita eſt: Sic & hæc de Diuorum interpellatione doctrina, ſenſim creſcente fide, & ipſa creuit; &, ea iam confirmata, certiſſimam vndiq; auctoritatem obtinuit. Neque tamen interim Scripturarum exemplis omnino deficimur: *Si ſteterint*, inquiunt Scripturæ, *Moſes & Samuel coram me, non eſt anima mea ad populum iſtum*: Et de Hieremia ſcribitur, *Hic eſt, qui multùm orat pro populo, & vniuerſa ſancta ciuitate Hieremias propheta Dei*. Ecquid vero aliud illa apud Eſaiã vox, quàm merita & interceſſionẽ Dauid patriarchæ defuncti deſignat? *Protegam*, inquit, *ciuitatem hanc propter me, & propter Dauid puerum meum*. Audi enim Chryſoſtomum: *Dauid mortuus eſt, & merita eius vigent. O rẽ admirandam: O ineffabilem clemẽtiam Dei: homo mortuus viuo patrocinatur*: & alibi; *Adeo poſt illa vulnera Dauid refulſit, ſic ſe à maculis abluit, ita mundum effecit animũ, vt vel mortuus peccantibus poſteris ſuis ſuccurreret*. Et huc reſpicere videtur Ioannes Apoſtolus, dũ ſcribit; animas eorum, qui iugulati ſunt propter nomen Domini Ieſu, adſiſtere altari. Qui enim adſiſtit altari, officio fungitur Sacerdotis: Sacerdotis aũt officium eſt pro populi ſupplicare peccatis. Quid aliud indicat epulonis illius ſupplicatio? Nec videtur Iudæis talis vſus omnino defuiſſe cum putarẽt Chriſtũ in cruce Eliæ opẽ imploraſſe. Angelos certe pro nobis orare, extra omnẽ controuerſiã eſt: quibus cũ æquales ſint Martyres, & reliqui Sancti; nõ dubiũ eſt multo id eos ardentius facere: cũ ipſi humanas olim miſerias experti ſint. CRIT. Aliquid iſta apud me ponderis haberent, niſi alia quædam noſtrorũ ratio, eaq; firma, & ſacræ cũ primis Scripturæ adhuc obſtarent.

Noſtri

[1] Dialog. de orat. cap. 5.

Oratio Dominica non tollit aut excludit alias pias preces.

Inuocatio Sanctorum non ideo improbanda, quod in Scripturis non aperte præcipiatur.

De Spiritu Sancto capite 27.

Cur in Scripturis Inuocatio Sanctorum non ſit explicate præcepta.

Multa in vtroque teſtamento præcepta ad tẽpus diſſimulata.

Ioſue 5.

Circuncifionis intermiſſio.

Act. 2.

Petri prima de Chriſto concio.

Exempla Inuocationis Sanctorum in Scripturis.

Hierem. 15.

2. Mach. 15

Eſaia 37.

4. Reg. 19. & 20.

Chryſoſtom. homil. 2. in Pſalm. 50.

Homil. 27. in Matth.

Apocal. 6.

Luc. 16.

Matth. 27.

Sanctos orare pro nobis.

Zach. 1.

Luc. 20.

Ratio Euangelicorum contra Inuocationem Sanctorum.

Noſtri igitur hoc argumento veſtram Sanctorum Inuocationem exagitant:aliquid, quod neq; aſpectabile, neq; præſens ſit in auxilium inuocare;quid aliud eſt,quàm quod ſolius Dei eſt, ei tribuere? Quis enim hoc faceret,niſi prius perſuaſum haberet,id intimas eius cogitationes cognoſcere,cuius opem ſic implorat? At hoc Diuinæ maieſtatis proprium eſt. Quorſum vero ad Sanctos defunctos preces fundimus? quos res, quæ hic aguntur,ignorare certo diuinæ Scripturæ teſtimonio conſtat. Audi enim Eſaiam occinentem: *Abraham neſciuit nos,& Iſrael ignorauit nos*: & rurſus aliam Scripturam: *Siue nobiles fuerint filij eius,ſiue ignobiles,non intelliget*. Et Ioſiæ Deus promiſit fore,vt maturius eriperetur huic ſæculo; ne mala,quæ ſuis imminerent, videret. Neque mihi videtur Auguſtinus ita omnino ſentire, atque tu exiſtimas. *Si tanti*, inquit, *Patriarchæ* (loquitur de Abraham & Iſrael commemoratis) *quid erga populum ex his procreatum ageretur,ignorauerunt, quibus Deo credentibus populus ipſe de illorum ſtirpe promiſſus eſt; quo modo mortui viuorum rebus atque actibus cognoſcendis,adiuuandisque miſcentur?* Alioqui ſine dubio credebat ſe pie ſuæ matris defunctæ conſilio, ſolatiiſque fruiturum: cum minimè eam crederet ad feliciorem vitam tranſlatam, crudeliorem euaſiſſe. IREN. Neque iſta quidem aliquid momenti habent,cur ea,quæ adduximus, tibi ad perſuaſionem ſatisfacere non debeant. Illud itaque quod in libro Iob inuenitur, quo modo accipiendum ſit, Gregorius explicat. *Hoc*, inquit, *de animabus Sanctis ſentiendum non eſt, quia,quæ omnipotentis Dei virtutem, vel charitatem vident, nullo modo credendum eſt, quòd ſit foris aliquid, quod ignorent*. Et alibi;*Animæ*, inquit,*videnti creatorem anguſta eſt omnis creaturæ quamtumlibet enim parum de luce creatoris aſpexerit, breue fit ei,quod creatum eſt*.Et quid quæſo eſt impedimenti,cur preces noſtræ, & vel abditæ animi cogitationes ad eos non adſcendant? An loci tam longe lateque diſtantis ſpatium? At hoc non impedit: cùm non ſolum Angeli,ſed & mortales ſæpe homines, quæ per longiſſima locorú interualla in occulto geruntur; & futura, quod maius videtur, indubitata fide enuncient. Quod de Heliſæo diuinæ,de Ioanne Monacho & aliis, humanæ litteræ produnt: quales & apud Corinthios fuiſſe ex diuo Paulo apparet. At enim forſan totus hic diuinus honor inde emanat; quod rem, quæ in ſenſum oculorum non incurrit,inuocamus. Atqui & magi Dæmonem inuocant; nec tamen ei vllam diuinitatem tribuunt: quemadmodum nec Saul Samueli; ſiue ille verus fuerit Samuel, ſiue Dæmon Samuelem repræſentans. Atq; hac ratione non video,cur non & illi loco Deorum homines habere videantur, quos de rebus occultis conſulunt. Vt itaq; nullam eis, quos de abditis rebus conſulimus, ita nec eis, quos inuocamus, Diuinitatem adſcribimus. Nec abdita & futura ſcire,ſed à ſe & nō aliūdè huiuſmodi ſcire; ſolius Dei dicimus eſſe.

Scripturarum loca, quibus perſuadere conantur Euangelici Sanctos in cælo res noſtras ignorare.

Iſaia 63. Iob. 14. 4. Reg. 22.

Auguſtinus.

De cura pro mortuis gerend. cap. 13

Loca Scripturarum, quibus Euangelici vtuntur, vt probent Sanctos res noſtras ignorare, explicantur. Gregorius.

Lib. 12. in Iob. cap. 14.

Lib. 2. Dialog. cap. 35.

Nihil impedit, quo minus preces noſtras Sancti intelligant.

Hominibus quãdoque nota quæ ſunt vel lõge diſſita vel futura.

4. Reg. cap. 5. 6. 7. & 8. Aug. de ciuit. Dei li. 5. ca. 26. & libr. de cura pro mort. gerend. cap. 17. 1. Cor. 14.

Inuocare Sanctos, quos nō videmus, nō eſt diuinum honorem eis tribuere.

Occulta & futura ſcire, quo modo ſit ſolius Dei.

Vt &

Matth.10. Vt & hic illud Chriſti obtineat; *non vos eſtis, qui loquimini, ſed Spiritus patris veſtri, qui loquitur in vobis.* Preces itaq; & noſtra vota beatæ animæ in Dei viſione, tanquam in ſpeculo, intuentur. Neque quicquam, quod ſcriptura de Abraham & Iſrael tradit, aduerſatur: cùm eo tempore, quo illa Eſaias ſcriberet, Dei cõſpectu illorum animæ non fruerentur. Atque eò etiam pertinet, quod & de Ioſia dictum eſt. Beati vero in patria etſi noſtras miſerias calamitatesq; cognoſcant, tãta eorum animas cæleſtis gaudij magnitudo totas occupat; vt nec minimi doloris ſenſus eas afficere, & tam ſolidum gaudium vel leuiſſime contaminare poſſit. Quod ſi Auguſtinum de beatis non ſolum ante, ſed & poſt Chriſti paſſionem defunctis, idem ſentire contendis: reſpondeo, non id eũ pro definito & certo, ſed quaſi fluctuanti dubioque animo tradere; & lectoribus ſuum iudiciũ liberũ relinquere; quippe qui adijciat; *vt volet, accipiat quiſque, quod dicam*: Gregorium vero pro re fixa & explorata id aſſerere, dũ expeditè pronunciat; *nullo modo id credendum.* Imo parabola in Euangelio de oue perdita ſatis aperte declarare videtur, eos, qui in cælo ſunt, quę hic à nobis aguntur, ea cognita & perſpecta habere: alioqui Chriſtus nõ dixiſſet: *Dico vobis, quòd ita gaudium erit in cælis ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, quàm ſuper nonaginta nouem iuſtis, qui nõ indigent pœnitentia.* Quo etiam & Auguſtinus magis inclinare videtur, cum non neget Angelos ea, quæ hic geruntur, cognoſcere. Quibus æquales ſunt, Chriſto teſte, beatorum animæ. Et quicunque demum ſit Auguſtini hac de re ſenſus; certum eſt, tuos nihil ab eo adiuuari. Non enim alio porrigitur Auguſtini dubitatio, quàm an per ſe beati, quæ hic geruntur, intelligant. Quæ per Angelos, per animas beatas hinc auolantes in cęlum, per Spiritum denique Dei eos intelligere apertè affirmat; & inſignia per eos miracula deſignari, noſtrasq; preces, non ſolum ad eos penetrare, ſed nobis vtiles & fructuoſas eſſe. Etſi vero hic locus admodum lubricus; & arduum cum primis ſit, velle de tãtis rebus certò definire; &, cũ ſimus mortales homines peccatisq; obnoxij, ad abditiſſimas diuini cõſilij rationes, cauſſasq; nos inſinuare; & quantũ beatæ animæ aut poſſint, aut ſciant, ſtatuere. id tamen certe credendũ eſt, illas ea, quæ ipſarũ beatitudinem perficiunt, nõ ignorare. Ad quã omnibus ſuis numeris abſoluẽdã pertinet; vt, quidquid velint, cõſequantur; nec quidquã velint, niſi quod rectũ & ſanctũ ſit. Velle aũt eis prodeſſe, qui ad eorũ opem implorandã confugiunt; eorumq; ſancta apud Deũ vota ſuo quoq; obſequio & patrocinio prouehere velle; atq; ideo hæc eos latere non poſſe, credendum eſt. Et quia ipſorum voluntas cum Diuina arctiſſime ſemper coniuncta eſt; non aliter ſe rebus humanis interponunt, quàm ex Diuina voluntate, quæ eorum omnes actiones moderatur: Vt non ſit mirum, ſi conſueta matris ſuę dum viueret, ſolatia, eâ defunctâ, Auguſtinus non ſenſerit.

De cura pro mort. gerenda cap. 13.

Lib. 12. in Iob. cap. 14.

Luc. 12.

Luc. 20.

Auguſtini loco de animis mortuorum nõ ſentientibus res viuentium reſpondetur.

Gregorius.

Parabola de oue perdita.

Animabus in cælo beatis innoteſcere preces noſtras.

Reſpondetur ad ea, quæ Apologetici in Anglia producunt contra Sanctorum Inuocationem, & peculiares patronos. Fraus præterea eorum detegitur, qua citant Bernardum, nullo ipſius libro nominato.

CAP. VIII. CRITOBVLVS.

SED videtur mihi Anglicana Apologia grauiſſimas paucis ſententijs cauſſas oſtendiſſe; cur omnis iſta interceſſio ſit reiicienda. IRE. Quo modo: cũ paucas illas ſentẽtias totidẽ mẽdacia æquent? CR. Quid ego audio? IR. Nihil niſi veritatẽ. Ecce enim tibi paucis verbis magnã mendaciorũ congeriẽ. Quid enim vanius, quàm exiſtimare Eccleſiam aut non agnoſcere Chriſtum pro mediatore, ac precatore noſtro: aut in eo errare, quod alios omnes precatores nõ repudiet? qua ratione cõficitur, ne viuus pro viuo Deum interpellet. Quare agnoſcimus Chriſtum redemptionis noſtræ mediatorẽ (ſolus enim ille ea ratione, ſolus ille quaſi Deus & homo mediator eſt) Interceſſionis vero omnes pios, non in hac modo vita, ſed multo magis in cęlo. Proinde nemo niſi plane Ethnicus, ac à Chriſti religione alienus hũc Eccleſiæ morem, vt turpem & Ethnicum, damnare poteſt. Quæ vero eſt illa impudentia, qua Hieremiæ auctoritate de idolis & dijs Gentium flagitioſe aduerſus Sanctorum honorem abutuntur? Quis vnquam patrum tam anguſtos limites verbo Dei circumſcripſit, vt illud intra nudam litteram coerceret; & Spiritusſancti officium vacuum & inane in Eccleſia faceret; cùm Chriſtus Spiritum Sanctum Eccleſiæ promiſerit, qui eam omnia doceret? Quanquam, vt diximus, non prorſus ſcripto Dei verbo deſtituimur. Simili calumniandi libidine agitãtur, cum nos fingũt tam miſeros & ſtupidos propter Sanctorum multitudinem, vt neſciamus ad quem potiſſimum nos conuertere debeamus. Quaſi vero Eccleſia illam Dei in Eſaia hodie vocem non audiat, illique nõ obtemperet: *conuertimini ad me, & ſalui eritis omnes fines terræ; quia ego Deus, & nõ alius.* Aut quaſi non quotidie cum Hieremia clamet; *Conuerte me, & cõuertar, quia tu Dominus Deus meus*; vt nihil ſit, quod queratur nos ad Sanctos à Deo conuerti; & aliorum in alios Sanctos præ alijs ſtudia ac propenſiones veræ pietati quicquam officere. Atque hic mihi iſtorum peruerſitas, rectæque in ipſis fidei corruptio deploranda videtur; qui nihil aliud, quàm verum in falſum, ac lucem in tenebras conuertere conantur. Qui vtinam ſe aliquando ad ſanitatem conuerterent; nec tam omnem Eccleſiam deformandi, quàm ſi quid fortè poſt tot ſæculorum decurſiones vitij in moribus hominum inſederit, corrigendi ſtudio ducerentur. Nam, quod ad ea munera pertinet, quæ fingunt Eccleſiam ſingulis Sanctis, quaſi ſortitione prouincias, diſtribuere, etſi fortaſſis vulgi ſimplicitate, aut paſtorum interdum negligẽtia, ſordibus, ac ignorantia, hac in parte alicubi peccatum ſit; cur paucorum & rudium hominum

Apologeticos in Anglia paucis verbis multa inſignia menda quæ inuoluerit.

Chriſtus quomodo ſolus Mediator.

Apologeticorum impudentia.

Apologeticorum calumnia.

Apologeticorum peruerſitas deploranda.

Fulgẽtius libro de fide ad Petrum c. 2.

Cyrill. theſaur. lib. 12. cap. 10.

Auguſt. de ciuit. Dei lib. 9. cap. 15. lib. 10. cap. 24. lib. 21. ca. 2.

Ioan. 14.

Eſaia 45.

Hier. 31.

minum ſuperſtitionem ad totius Eccleſiæ, & doctrinæ Catholicæ
culpam detorſe rapient? Nec tamen hac in re error ineſt, ſi ad cer-
De peculiari Sanctorum patrocinio.
torum Sanctorum præſidia decurramus, dum modò abſit ea ſu-
perſtitio, qua exiſtimatur, Deum, ac eius Sanctos aut nolle, aut
non poſſe alibi iuuare. De præſidio Sanctorum, eorumque ſingu-
lari ope imploranda, à patribus, quorum vnum aut alterum in me-
In vita S. 40. martyr.
dium proferemus, luculenta teſtimonia peti poſſunt. Accipe igitur
Magni illius Baſilij ſententiam. *O Sanctum*, inquit, *chorum, ô ſacrum* Baſilius.
*ordinem, ô cuneum inexpugnabilem, ô communes humani generis cuſtodes,
optimi curarum ſocij, precum ac votorum mutuum ſuffragatores, legati apud
Deũ potentiſſimi, aſtra mũdi, flores Eccleſiarum; vos vos non terra contexit,
ſed cælum excepit: apertæ ſunt vobis Paradiſi portæ: dignum profectò exer-
citibus Angelorum, Patriarchis, Prophetis, & iuſtis omnibus ſpectaculum.*
Hæc Baſilius. De quo, tanquam ſuæ gentis & ciuitatis patrono ac
defenſore, quid Gregorius Nazianzenus ſcripſerit, quia pluri- Gregorius Nazianzenus.
Oratio. 8.
mum ad rem præſentem facit, recitare fuerit operæprecium. *Et
nunc*, inquit, *ille quidem in cælis degit, ibique pro nobis, vt arbitror, ſacri-
ficia offert, ac pro populo orat: licet enim nos reliquerit; non tamen omni-
no reliquit.* Quid potuit apertius dici ad pellendas Magdeburgen-
ſium ineptias? quid accommodatius ad confirmandum Catholi- Theodoretus.
cæ Eccleſiæ morem? Sed adiiciamus etiam Theodoreti hac de re
teſtimonium, quod tam illuſtre eſt, vt nullis Magdeburgenſium
De curat. affection. Græco. lib. 8.
tenebris obſcurari poſſit. Sic igitur ille; *Martyrum*, inquit, *templa
conſpicua cernuntur, magnitudineque præſtantia, omni prætereà ornatus
genere variata, ſplendoremque quodam modo pulchritudinis ſuæ latè fun-
dentia. Neque verò ad hæc per annum ſemel, aut bis, aut quinquies aduen-
tamus, ſed in eis ſæpenumero dies feſtos peragimus, ſæpe diebus ſingulis eo-
rum Martyrum Domino laudes, hymnosque cantamus: quique homines
proſpera ſunt valetudine, conſeruari eam ſibi à Martyribus petunt; qui verò
ægritudinem aliquam patiuntur, ſanitatem expoſcunt. Inſuper & ſteriles
viri, & mulieres dari ſibi filios petunt: qui verò parentes ſunt, integra ſibi,
& propria cuſtodiri, quæ conſecuti ſunt, dona. Item qui peregrè aliquò pro-
ficiſcuntur, petunt Martyres ſibi comites eſſe in via, vel potius itineris duces:
qui verò iã ſoſpites redierunt, gratias agunt, acceptũ beneficiũ confitentes.
Non qui ſe ad Deos accedere arbitrentur, ſed qui orent Dei Martyres, tan-
quam diuinos homines, interceſſoresque ſibi eos apud Deũ aduocent, ac pre-
centur. Piè verò fideliterq́; precatos ea maximè cõſequi, quæ deſiderant, te-
ſtantur illa, quæ votorũ rei dona perſoluunt, manifeſta nimirũ adeptæ ſani-
tatis indicia. Nam alij quidem oculorum, alij verò pedum, alij porrò ma-
nuum ſimulacra ſuſpendunt ex argẽto, auróue confecta. Gratiſſimè nam-
que accipit eorum Dominus, qualiacunque ſunt dona; nec exigua, nec vi-
lia dedignatur, quippe qui ea proferentis facultate metitur. Hæc ita-
que omniũ ſpectaculo exporrecta, teſtantur morborum depulſionẽ, cuius ipſa
certiſſima ſigna ſunt, à ſanitatem conſequutis allata; hæc inquã ſepultorũ ibi*

Q 2 Martyrum,

Martyrum, quæ ſit virtus oſtendunt: Martyrum autem virtus, quem ipſi coluerunt Deum, verum eſſe Deum declarat. Hactenus Theodoretus. Audiſti iam quid Græciæ doctiſſimi patres hac de re ſenſerint, quibus an ſit credendum potius quàm Magdeburgenſibus tuis, tibi cogitandum relinquo. CRIT. Etſi hæc Baſilij, Gregorij, & Theodoreti, quæ citaſti, teſtimonia magis premãt Magdeburgenſes, quàm vlla potuiſſe putaram: tamē iſtam deſignationem munerum & officiorum, quæ ſingula ſingulis conſtituitis, boni viri ferre non poſſunt. IREN. Nos Sanctis non præſcribimus ſua munera; ſed ſi vel Scripturarum teſtimonio, vel Deo id arcanis modis indicante, vel vſu denique atque experientia, explorata, & minimè dubia, ac firmiſſima ad noſtros caſus, ac pericula quorundam præ alijs Diuorũ præſidia comparauimus; cur nos noſtris commodis conſeruandis, aut cæleſti beneficio diuinitus oblato vt deeſſe velimus, improbe poſtulatis? Aut cur non potius oblatam Dei per Sanctos eius bonitatem, nos, vt decet homines gratos, amplecti atq; exoſculari iubetis; quàm frigidis calumnijs, & diuinæ benignitati & proximorum ſaluti inuidetis? CRIT. Aliquid diceres, ſi cauſſam oſtenderes, cur præſentiorem ſibi & paratiorem in alijs atq; alijs neceſſitatibus ſuis vnius magis, quã alterius Sancti opem, aut vno magis, quàm alio loco homines ſentiant. IREN. Hęc cum dicitis, non nos Catholici, ſed vos; non Sanctis, ſed Deo ipſi agendi præcepta tanquã honorarij arbitri dictatis. Nec ego mihi tantũ arrogabo, vt ad intima Dei opera percurioſe penetrare velim. Ad Deum ipſum te relego. Cum eo, ſi velis, expoſtules, cur in [1] Piſcina Salomonis magis quã alibi; & cur ſingulis diebus ſingulos, & non plures ægrotos; cur [2] Naaman in Iordane magis quã alio flumine curarit: [3] cur ex omnibus animalibus terreſtribus ſolus Crocodilus linguæ vſu careat: cur ſola Tentyritarum gens in Nilo Crocodilum; reliquos verò ſerpentes ſolo Pſylli odoratu fugant: [4] cur olim, ſi Plinio credimus, in ſola Iudæa, poſtea verò alibi, balſamum naſceretur: cur deniq; vnica ſit per vniuerſum orbē (vt à quibuſdã traditur) [5] Phœnix. CRIT. Non ego de his quæro, ſed de Sanctis, cur alij magis alijs; & cur in vna magis quã alia re proſint. IREN. Scio: ſed eodem, hoc eſt, ad ſolius Dei volũtatem, nobis impenetrabilē quęſtio reuoluitur. Alioqui abs te quæro, cur Angelorum varia ſint officia? Quare Deus, vt olim Michaelis ad opē ſuis in bello ferēdam, Gabrielis ad incarnationis myſterium nũciandum, Raphaelis verò opera ad Tobiæ curationem, non itidem & hodie reliquorum beatorũ miniſterio ad certa noſtra præſidia vteretur? quemadmodũ & poſt reſurrectionē Chriſtus, non Angelorum modo, ſed & piorũ opera, quos è ſepulcris excitauerat, ad eã diuulgandã vſus fuerat. At fortaſſis te huius rei antiqua & præſentia exēpla propoſita magis mouerent. CRIT. Poteſtne aliqua huius generis, quibus tutò fidere poſſim, recēſere?

IREN.

Quæſtio Euangelicorum curioſa, & arrogans repellitur.

Oſtēditur, alios Sanctos magis quã alios in alia atq; alia re nobis prodeſſe.

Piſcina Salomonis.

Naamanis in Iordane ſanatio.

Crocodilus.

Tentyrita.

Pſylli.

Balſamum.

Phœnix.

Angelorum varia munera.

Michael.

Gabriel.

Raphael.

[1] *Ioan. 5.*
[2] *4. Reg. 5.*
[3] *Plin. li. 8. cap. 25.*
[4] *Plin. lib. 12. cap. 25.*
[5] *Clem. lib. 5. conſtitut. Apoſt. ca. 8. Cyrillus in catecheſ. 18. Epiphan. in Ancorato.*

Daniel cap. 10. & 12.
Luc. 1.
Tobiæ 12.

Matth. 27. & 28.

IREN. Neſcio quantū eis fidere velis: id dicere auſim, eſſe ad perſuaſionem accommodata; & quibus vt diffidas, nihil ſis habiturus cauſſæ. Quæ iam hic ſubijcerem, niſi exiſtimarē commodiorē mihi de ijs dicendi locum in diſputationis progreſſu datum iri. CRIT. Eam igitur morā patienter ferā. Dici enim ſolet, *In mora modici tēporis nō magnum eſſe damnum*. Miror verò Bernardum, quem ego ſanè ex omnibus recentioribus ſcriptoribus plurimū ſuſpicio, vt hominem planè tā exulceratis tēporibus diuinū, errore adeò turpi fuiſſe implicatū. IREN. Atqui ego mox faciam, vt mirari deſinas. Interim à bonis iſtis viris quæro, cur non nominant illas Eccleſias, quæ *virginem matrem tam impudenter appellant?* cur eas, inquam, nō nominant? Cur illud, ſi quid tale alicubi fortè accidat, ad totius Catholicæ Eccleſiæ criminationē pertrahunt? cur ex hac Bernardi ſententia, ſi modò illius ſit, inuidiam vniuerſæ Eccleſiæ cōflare conantur? quaſi ab eo vno pendeat, aut ſingulas eius voculas tueatur? Bernardus ſanè, quē ſanctitatis & doctrinæ nomine omnes boni venerantur & ſuſpiciūt, ampliſſimis dotibus ornatus fuit; ſed is tamen, cui aliquid humanitus contingere potuit, hoc eſt, vt aliquid ei minus cautè dictum quādoq; excideret: Quid hoc ad Eccleſiæ doctrinā? Aut cur iſti eā vnius ſententiolæ inuidia tā odioſe premūt, vt ideo omnis Sanctorum interceſſio abolenda ſit? Id etiā rogo ab iſtis, cur pro candore ſuo, inter tāta Bernardi dona, præſertim cū eius auctoritate ſæpe in hac Apologia abutantur, benigniore interpretatione hæc Bernardi, aut cuiuſcunq; ſunt, verba ad cōmodum aliquē ſenſum, qui tolerari poterit, ad quē abſq; dubio Bernardus (ſi hęc ſcripſerit) reſpexit, non leniunt potius, quā odioſe exaſperant? Sed fruſtra ego ab iſtis tantā humanitatē expecto. Quare nō ego hāc pro Bernardo, ſi quæ ſit, culpā deprecor; ſed quod ratio & æquitas poſtulat, à te poſtulo, vt edas nobis librū, in quo hæc Bernardus præſcripſit. Quid hæres, vir bone, quid ſtas attonitus? hē hodie nuptiæ non ſunt futuræ, ita Dauum timere video. Iam hîc mihi conſidera, quā præclarè ſuas Euangelici iſti partes agant. Præceptor Apologeticorum Caluinus Catholicis quidē & ipſe exprobrat, quaſi matrē Chriſti ita interpellent. Nullā vero Eccleſiam, quæ ita eā cōpellat; neminē Catholicū, qui ita vnquam ſcripſerit, nobis prodit. Succedūt diſcipuli, qui vt, quod præceptor omiſit, ſuppleant; ſanctiſſimo viro Bernardo id adſcribunt. Neq; tamen vel ipſi aliquē Bernardi librum edunt: neq; vnquam (niſi vehementer fallor) ſunt edituri. Nā in animū inducere non poſſum, vt credam, Bernardum aliquid eiuſmodi ſcripſiſſe; præſertim cum vir, etiā Euangelicorū quorundam confeſſione, doctiſſimus, & ab omni ſuperſtitione, ac idololatria alieniſſimus, ſcribat ſe ea mēte ſanctiſſimā virginē Dei matrem colere, qua Bernardus coluerat. Cuius iā ea de re carmina, quia memoriæ occurrūt, et pia ſunt, atq; elegātia, nō grauabor tibi recēſere.

Apologia Anglicana Bernardi nomen in margine appoſitū habet è regione horum verborum. Non tantum impiè, ſed etiā impudenter appellāt virginem Mariā, vt ſe matrē eſſe meminerit, vt imperet filio, & in illum vtatur iure ſuo.

Reſpondetur Apologeticorū calumniæ quo ad illam ſententiā quam ex S. Bernardo citant.

Apologetici hic in Bernardū ingrati, cui aliàs multa accepta referre videri volunt.

Apologeticorum ſtatus in eo, quod Bernardi librum non citent vnde hoc teſtimonium ſumpſerint.

Inſtit. lib. 3. cap. 20. ſect. 22.

Caluinus.

O virgo: ô mihi poſt Dominum ſpes vnica IESV M:
Qua te Bernardus, hac ego mente colo.
Iulius Caſar Scaliger. *Cui nunquam attonito ſaturantur lumina viſu:* Iul. Caſ. Scal. in poemat. de B. Bernard.
Vſque oculos tua ſic paſcat Imago meos.
Cui nullo tenuis laſſatur carmine lingua:
Illa tuæ laudi tam ſibi viſa rudis.
Aſpice nos, quocunque tegit me nomine cælum:
Et ſordes nati ſanguine terge meas.

Hæc ille: cuius tu pietatem, quemadmodum ille Bernardi, velim imiteris. CRIT. Bene mones: ſed de hac re in poſterum videro. Núc vero ſi verum ſit, quod de Apologeticis & Caluino dicis, ego iſtorum culpā non præſtabo: & multa ſane iam concurrere video propterea, quæ ex te audiui, argumenta, cur maiorem de hac Inuocationis cauſſa in Magdeburgenſibus fidem deſiderem: atque adeo licere exiſtimem de Catholicæ Eccleſiæ more, Sanctorum opem & auxilium ad preces noſtras ipſorum ſuffragijs apud Deum promouendas implorare. Quam mihi confeſſionem (quod quidem nunquam futurum putabam) veritas ipſa, & ſacroſancta primæ Eccleſiæ auctoritas vel inuito exprimunt. Qua ſpero me faciliorem ad erroris mei veniam aditum apud Deum inuenturum. Nec tamen diffiteri volo, aut poſſum; quin Magdeburgēſes noſtri præclaram quandam operam poſuerint in detegendis, atque infirmādis commenticijs illis Sanctorum apparitionibus ac miraculis; quæ veſtri illis poſt mortem, ſine certa atque ſolida patrum auctoritate, attribuunt. Idem de inani & ſuperſtitioſo Reliquiarum cultu ſtatuo, quem iſti euertunt. Quare iam ad promiſſam de Sanctis, eorumque poſt mortem miraculis diſputationem aggrediamur; quæ vel ipſum genus mortis, quod veſtræ Martyribus hiſtoriæ tribuunt, ſuſpecta facit.

Repelluntur Magdeburgenſium calumniæ contra Martyrum hiſtorias, quas ideo ſuſpectas haberi volunt, quòd tradant multos Martyrum nullo alio quàm gladij ſupplicio interfici potuiſſe.

CAP. IX. IRENÆVS.

HEVS tu, quid tibi in mentem venit ita dicere? CRIT. Propterea quod eò plerunque narratio deducatur, vt capite luant. Mirum ſane eos poſt tot exquiſita tormenta ſuperata, non itidem potuiſſe ſolam ceruicem à gladio aſſerere. IREN. At quis Angelorum tuis renunciauit, hoc eos præſtare non potuiſſe? CRIT. Ita ſane videtur, cùm ſolo gladio cadant, aliâs inuicti. IREN. Hæc omnis tuorum oratio, non ad Martyrum, ſed ad Dei ipſius, per quem omnia poſſunt, poteſtatem imminuendam tendit. Quam iſti acuti homines, non Cent. 2. cap. 12. pa. 236.

nes, non dicam nimis exiguè atque exiliter, sed nimis impiè ad calculos reuocant. O belle curiosos homines, qui ea quærunt, quæ ad Deum, non ad nos pertinent; quique nihil Diuinorum operum ita obstructum, aut obductum esse volunt, quod vel lusci perspicere non debeant. Certè si istos magistros audimus, Blandina non est diuinitus ex igne & à feris erepta: non ambulauit Nazarius, obstupescente natura, super aquas: Maxima cum sociis non est craticulis exusta, aut bestijs obiecta: nõ sunt Paulus & Iuliana bestiis, nõ feruẽti pice, nõ ignibus, nõ lapidib⁹ facti superiores: nõ immissi in Primũ & Felicianũ leones & ferocissimi vrsi, abiecta feritate, mãsuetissimi sunt redditi: nõ Lucia in ollã feruẽti pice ac plũbo, vehemẽti igne substrato, bulliẽtẽ cõiecta est: nõ Agnes ignẽ, nõ Catharina equuleũ & rotã vicit: non Theodorus dux, post mille & amplius plagas dorso ac ventri boum neruis illatas, vngulis ferreis exaratus, & lampadibus ignitis vstulatus, sano ac vegeto fuit corpore, nullisque vibicibus decolorato: non Acatij vulnera curata, nec ille diuinitus in carcere pastus: non Menas similiter diuinam curationem accepit: non Cyprianus in sartaginem ferream ac bullientem immissus: non Pantaleon ferro secante, plumbo feruente, rota membra comminuente factus superior; nec, molari lapide appenso, natauit in æquore: nõ Plato ex lecto æneo, vehementi igne, eoque resina, oleo, bitumine, ceraque incenso, tanquam è suggesto lætus ac alacer in tyrannum fidenter inuectus est: non denique cõplures alij martyres obierunt, quorum Martyrium carnificis gladius, quod aliæ non potuerunt pœnæ, consummauit. De quibus apud istos historicos (si modo historici illi sunt appellandi, quibus nihil perinde curæ videtur fuisse, atque res Sanctorum memorabiles vel silentio perfide inuoluere, vel malitiose deprauare) magnum in Centurijs silentium: nisi quòd vnum aut alterum intertexant, sed ex recentioribus ferè, & ijs, quos ipsi ignobiles vocant, scriptoribus; omissis interim probatioribus ac vetustioribus, ad fidem historiæ extenuandam atque deprauandam. Sed cur isti belli Rhetores, non itidem Eusebio fidem abrogant, quòd tradat Polycarpum leuissimo ensis ictu punctum obiisse, quem ingens pyra consumere nõ potuit: Martyresque Tyri gladio absumtos occubuisse, quibus feræ efferatissimæ pepercerant? At fortè tui admirationem suspensi rationem, caussamq; vrgent. In cælum itaque auolandum illis est, vt à Deo rationem harum & similium rerum exquirant: cur nimirum in aliorum Martyrum corpora, quæ viua lædere non est ausus, demortua ignis deseuiit. Cur rursus in medijs ignibus, integris prorsus corporibus, Iulitta, & aliâs Agape atque Chionia virgines, animas Deo commendarint. Cur Vincentij corpus omnibus supplicijs, dum viueret, expositum; demortuum opprimi non potuerit. Cur Aquilina post varia tormenta,

Beda in Martyrolog. 4. Non. Iunij. — *Ambro. de Nazario & Celso.* — *Vsuard. & Ado.* — *Metaphrast.* — *Vsuard. & Ado.* — *Prudentius.* — *Metaphrast.* — *Vsuard. & Ado.* — *Metaphrast.* — *Euseb. lib. 4. cap. 15. lib. 8. cap. 7.* — *Basil. in vita Iulitt.* — *Metaphrast. in vita Anastasia.* — *Prudentius.* — *Metaphrast.*

Diuinam potestatem Magdeburgenses nimis curiose, vel potius impiè ad calculos reuocant. — *Blandina.* — *Nazarius.* — *Maxima.* — *Paulus & Iuliana.* — *Primus & Felicianus.* — *Lucia.* — *Agnes.* — *Catharina.* — *Theodorus.* — *Acatius.* — *Menas.* — *Cyprianus.* — *Pantaleon.* — *Plato.* — *Magdeburgensium fraus & perfidia.* — *Polycarpus.* — *Martyres Tyri.* — *Iulitta.* — *Agape.* — *Chionia.* — *Vincentius.* — *Aquilina.*

ſpiritu emiſſo, carnificis ictum anteuerterit, & non viui, ſed demortui corporis caput abſciſſum. Cur Leo Prophetam occiderit, & non modò ab eius corpore; verum etiam ab Aſino aſtante abſtinuerit. Cur inter medios flammarum globos, tres pueri refrigerati hymnos ediderint pro fletibus. Cur iuxta Danielem adulantibus caudis prædam ſuam leonum ora timuerint. Cur deniq; Vercellenſis mulier falſo de adulterij crimine delata ac damnata, ſepties icta, vix tamen moriatur, ſublatoque ad ſepulturam corpore, reuiuiſcat. Hæc & alia id genus, quæ ad incomprehenſibilem Dei potentiam ſpectant, à nobis ſuſpicienda ac credenda, non noſtræ curioſitati ventilanda, atque excutienda Deus reliquit. Niſi fortè hîc quis dicere maluerit, vſitatiſſimum fuiſſe apud Romanos mortis genus gladium; vt non ſit mirum ab Ethnicis Chriſti Martyres, quos flecti poſſe deſperabant, gladio tandem obiectos fuiſſe. Sed nec illud omnino erit alienum dicere; voluiſſe hic Deum ſuam poteſtatem exerere, & maieſtatis ac voluntatis ſuæ contra tyrannos luculenta ſigna edere: cùm teneræ puellæ omnem illorum immanitatem eluderent ac irriderent; fruſtraque ſe illi viderent contra pietatem ſuppliciorũ immanitate pugnare. Verùm cùm ſuos Deus ad Martyrij gloriam, palmamque prouehere vellet, leuiſſimo eos mortis genere defungi paſſum: vt vel hinc intelligerent Tyranni, qui arrogantia elati Deum præ ſe contemnebant, hoc totum, quod contra Martyres actum eſt, non ab illorum immanitate (quam toties victam videbant) profectum, ſed à Dei patientia ad Martyrum ſuorum gloriam amplificandam permiſſum. Hæc de diuini iudicij impenetrabilis cauſſa, rationeq; ita ſint dicta; vt verũ eam aſſequutus ſim, pugnare tecum nolim; tantùm hoc dico; infirmam & falſam eſſe iſtam Magdeburgenſium rationem, qua Martyrum hiſtorias in ſuſpicionem adducere, atque euertere conantur. CRIT. Neque ego multum hac de re tecum contenderim. IREN. Ad alia igitur noſtra progrediatur oratio.

Propheta. — *Sidrach, Miſach, & Abdenago.* — *Daniel* — *Mulier Vercellenſis.* — *Coniectura probabilis, cur Deus voluerit Martyres ſuos, non niſi gladij interuentu, hac vita defungi.*

3.Reg.13. — *Daniel.3.* — *Hieronymus*

Refutantur ea, quæ Magdeburgenſes obiiciunt contra Sanctorum apparitiones.

CAP. X. CRITOBVLVS.

ABIAMVS iam ad Sanctorum apparitiones, quas ad vnam omnes, Magdeburgenſes vt falſas, ac vt aniles fabulas, & meras præſtigias exagitant. Neque vel vnam per totos hoſce quingentos annos ex horum temporum ſcriptoribus reperiunt; cui tutò fidere poſſint. Omnes enim huiuſmodi priuatas viſiones, ac Reliquiarũ diu opertarum patefactiones (cuiuſmodi quiddam Sozomenus de Euſebij, & Neſtabi Martyrum oſſibus tradit, & Nicephorus de Theodoro

Magdeburgenſium obiecta contra apparitiones Sanctorum.

Cit.4.c.13. pag. 1448. — *Sozom. li.5. cap.9.* — *Nicephorus li.10.c.12.*

Theodoro Martyre apparente,& ſignificante Euzoio Epiſcopo,vt Chriſtiani cauerent ab eſculentis,& poculentis,quæ Iulianus apoſtata ſacrificiorum ſanguine clam commaculauerat) vociferantur iſti *ad ſuperſtitioſum Sanctorum defunctorum cultum tendere, vanitatem redolere, hominum eſſe figmenta, Antichriſti præſtigias*, ipſiuſque *Diaboli, qui hac ratione homines à cultu viui Dei ad venerationem creaturarum deducit*. IREN. Ergo tam repentè mutatus es, vt cultum Sanctorum, qui modò non diſplicuit, iam improbes? CRIT. Non recedo ab eo, quod antè placuit. IREN. Atqui Magdeburgenſes eo potiſſimũ nomine has apparitiones impugnant, vel te referente; quòd Sanctorum cultum promoueant, quem ipſe appellas mortuarum creaturarum venerationem contra vnius Dei cultum; atque ideo eſſe præſtigias ac ludificationes Dæmonum. Sed id ego miror, tam iniquos eſſe tuos Magdeburgenſes beatis, vt; cum Dæmones totum peragrent orbem, & quibus, quaque ſe forma, & quoties velint, offerant (adeo vt quinti huius Euãgelij Apoſtolus Lutherus à Dæmone ſibi apparente, qui cum multos ſalis modios videri vult comediſſe, præcipua quędam nouæ huius religionis myſteria ſe didiciſſe ſcribat) illos, tanquam pigros atq; inertes, eſſe neſcio quo Endymionis ſomno obrutos iam, atq, ſepultos, non obſcurè ſignificent. CRIT. Quid tu mihi narras Lutherum à Dæmone edoctum, qui palam ſe affirmat è cælo doctrinam ſuam hauſiſſe; certumq; ſe eſſe, *illam eſſe cæleſtem, nec ſe errare poſſe*? IREN. Quid ego tibi narro, quod non de ſe Lutherus prius narrarit? quodque hodie inter certos eiuſdem libros ad ſempiternam rei memoriam diſertis verbis expreſſum non reperiatur? eum nimirum, doctore Diabolo, priuatam Miſſam abrogaſſe. CRIT. Iam memini; &, quoties equidem recordor, pudet me mei magiſtri; atque ideo Zuinglius mihi Diuini magis ſpiritus particeps videtur: ſed odioſam iſtam contentionem mittamus. Neque ego, qua tu putas Magdeburgenſium ratione, licet eam inter alia recitem, nitor: verum alia me illorum argumenta mouent; & hoc cum primis, quod apparitiones iſtæ nõ Scripturarum modò, verum etiam probatorum auctorum teſtimonio deſtituantur. Neque enim prudentem hominem multùm mouere debent, quæ Nicephorus, quem nugacem eſſe conſtat, de Theodori Martyris; aut Sozomenus de Beatæ Mariæ, Michaelis, Zachariæ Prophetæ, Thyrſi; aut Paulus Diaconus recentior ſcriptor, & longe ab Ambroſij ſæculo remotus, de ipſius Ambroſij apparitione ſcribunt. Iſta enim Sozomeni & cetera id genus, *aut conficta ſunt, aut propter ſuperſtitionem ita cõtigêre*. IREN. Nicephorus, etſi ſit recentior, neq; velim pro omnibus, quę ſcribit, fidem meam adſtringere; id tamen auſim pronunciare, nõ ita multa eſſe in eo, quæ nõ à probatis, & receptis Græciæ totius hiſtorijs ſint deprompta. Verum ecce iſtorũ bonam fidem, ſi quid ſit, quod cũ eorũ paradoxis conſen-

Cent 5. cap. 13 p. 1486. & 1487.

Ratio Magdeburgenſium præcipua contra apparitiones Sanctorum.

Magdeburgẽſes quã iniqui ſint in animas iam beatas.

Luth. in lib. de Miſſa angulari.

Lutherus cacodæmonis diſcipulus & conuiua.

Luther. contra Henr. 8. in defenſ. captiuit. Babylonica.

Diabolus auctor abrogationis Miſſæ, Lutherus miniſter.

Aliæ Magdeburgenſium calumniæ contra apparitiones Sanctorum.

Niceph. lib. 10. cap. 12. Sozom. li. 7. cap 5. lib. 2. cap. 3 lib. 9. ca 2 & 17. Paul. Diac. lib 3. de geſtis Romanorum.

Cent. 4. cap. 13 p. 441. Cent 5. cap. 13. p. 1481. cum ſequent.

Nicephorus à calumnijs Magdeburgenſium vindicatur.

conſen-

conſentire videatur, ſatis idoneus eſt, & locuples auctor Nicephorus, & alij id genus: ſin ab eis non ſtet, tum diſſimulatis antiquioribus, contemptim citant Nicephorum, Vincentium, Bergomenſem, & neſcio quem Gigantem. Quare etſi Beda, & poſt eum Henricus non inelegans poeta pro illorum temporũ ratione, qui ante ſeptingentos annos ſcripſit, varia & illuſtria Germani Altiſiodorenſis ſigna, quæ partim in mortali hac vita, partim poſt beatam dormitionem edidit, receenſeant: iſti boni viri pro ſua diligentia, ac Diuorum amore, in Cẽturia quarta nihil reperire potuerunt, niſi ex Gigante iſto, aſinum Germani mortuum ab eo reſuſcitatum. Quam culpam licet in quinta Centuria reſarſiſſe videri velint: non multo tamen magis profecerunt, qui non tam eius hiſtoriam ſcribunt, quàm iudicium ſuum quaſi pro tribunali pronunciant. Multa præterea, quæ leuiora ſunt, & ſuſpitioni obnoxia, ex neſcio quibus recitant. De Beda & Henrico ne hic quidem vlla mentio. Sed quid ego in his moror; cum hunc ludum iſti fere continuò ludant? Cuius rei, fraudiſque, vt cetera taceam, iſtud ipſum, de quo iam agimus, manifeſtum eſſe tibi poteſt argumentum. Animum igitur diligenter aduerte; & quod poeta ſcribit, *crimine ab vno diſce omnes*. Habet enim hæc Nicephori narratio de Theodoro Martyre apparente & admonente Euzoium Epiſcopum, ne populus eſculentis illis ſacrificio Deorum pollutis vteretur, auctorem Nectarium; quem iſti ne nominare quidem audent. Eum inquam Nectarium, quem præ ceteris patribus ita amplificat Caluinus,* vt audiſti, dũ priuatam Confeſſionem abolere nititur, vt omnes alij præ eo patres nullius ſint ponderis. Pauli vero Diaconi cur iſti auctoritatem extenuarent, nihil dicunt; nec, ſi dicerent, facile probarent: volunt tamen neſcio quas tenebras imperito lectori effundere; quaſi non ſit optima & ſpectatiſſima eius fides, cum narret tam longe diſſita à ſuo tempore. Qua præclara ratione ſi nitamur, facilem & paratam viam iſti ingenioſi homines inuenerunt ad totam pæne antiquitatis memoriam abolendam. Quaſi vero, qui recentius ſcribunt, non ſoleant plerunq; ſumere ſelectiſſima & veriſſima quæque ab ijs, qui de ſuo quique ſæculo ſcripſere; aut iſti aliud quàm fraudes conſectentur. Nam Paulum Oroſium, Auguſtino cariſſimum, & illuſtrem hiſtoriarum ſcriptorem, qui eam ipſam Ambroſij apparitionem Maſcezili, vel, vt Pauli Diaconi hiſtoria nuper impreſſa habet, Maſcelzeri, factam illis ipſis temporibus ſcripſit, fraudulenter prætermittunt: ac deinde narrationem eam, quaſi à recentiori proditam, & ideo ſuſpicioſam conuellunt. Quid ſi hodie non exſtaret antiquior eius hiſtoriæ narrator Paulo Diacono; an fides igitur rei ſtatim concideret? Sed, vt de Sozomeno agam, quid queſo ille de his rebus tradit, vel non acceptum à probatis teſtibus atque auctoribus; vel quod non fuerat eo tempore tam illuſtre, vt omni vani-

Margin notes (left): Magdeburgenſium fides lubrica. — Germani Altiſiodorẽſis ſigna. — Magdeburgenſium fraus vulgata. — Theodori Martyris apparitio à Nectario litteris prodita. — Paulus Diaconus contra Magdeburgẽſium calumnias defenditur. — Magdeburgenſium dolus manifes. — Ambroſij apparitio à Paulo Oroſio conſcripta. — Sozomenus defenditur.

Margin notes (right): Bed. li. 1. hiſtor. Ang ca. 17. 18. 19. 20. Henricus impreſſus Pariſijs 1543. — Cap. 10. pa. 1175. — Cap. 10 pa. 1407. & 1408. & 1409. — Virgil. Aene. 2. — Vide Metap. in Theodor. Mart & narrationem Nectarij apud eundem. — * Dialog. 1. ca. 27. — Oroſ. lib. 7. cap. 36.

mni vanitatis ſuſpitione careret? ea cum primis, quæ ab illo narrantur de quadraginta Martyribus, quorum pompæ ipſemet interfuit? Quæ tam certa, tam memoratu digna, & ad Eccleſiaſticam hiſtoriam tam neceſſaria arbitratus eſt, vt ea nullo modo prætermittere ſe potuiſſe, aut debuiſſe palam confeſſus fuerit. Hiſtoriam verò ſuam Theodoſio Imperatori, cuius celeberrima ac ſanctiſſima femina Pulcheria ſoror fuit (cui Martyrem Thyrſum in ſomnis apparuiſſe ſcribit) dedicat. Quid igitur pudoris habere tuos Magdeburgenſes exiſtimas, qui ſola negatione atque infitiatione ſe iſta poſſe infirmare putant?

Sozom. li.9. cap.2.

Thyrſi apparitio.

Enumerãtur patres quarti & quinti potiſſimum ſeculi, eorumq́ue libri indicantur; in quibus mentio fit de apparitionibus Sanctorum. Reſpondetur præterea nonnullis alijs Magdeburgenſium contra eaſdem obiectis, partim ex ſcripturis, partim aliunde ſumtis.

CAP. XI. CRITOBVLVS.

QVICQVID ſtatuatur de Nicephoro, Nectarium, Oroſium, Paulum Diaconum, aut Sozomenum non facile reiecerim. IREN. Multo verò minus reieceris Euſebium Cæſarienſem, Baſilium, vtrunque Gregorium, Nazianzenum ac Nyſſenum, Ambroſium, Hieronymum, Auguſtinum, Paulinum, Euodium, Prudentium, Seuerum Sulpitium, Lucianum Presbyterum Hieroſolymitanum, Theodoretum, Palladium, Athanaſium; qui vniuerſi & vixere, & ſcripſere primis à Chriſto quingentis annis: vt nihil hic dicam de his, qui paullo pòſt res temporis ſui, & ſuperioris piè ſancteq́ue geſtas memoriæ prodiderunt; [1]Procopio, [2]Euagrio, vtroque Gregorio, [3]Romano inquã & [4]Turonenſi; [5]Beda, reliquisq́ue, quos non eſt neceſſe nominare.

1. *Orat. 1. de ædif. Iuſtin. & de bello Vandalorum lib. 3.*
2. *Lib. 2. cap. 3. & lib. 3. cap. 8.*
3. *Lib 4. Dialog cap. 11. 12. 13. 16. 17.*
4. *in vita Stephani, Benigni, Mauricij, Martini lib. 1. cap. 4. lib. 4. cap. 26.*
5. *Eccl. hiſt. lib. 2. cap. 6. lib. 4. cap. 9. & 14.*

CRIT. O nobilem, & fortem cohortem! O aciem inuictam! Atqui non puto horum omnium, præſertim eorum, qui intra illum quingenteſimum annum aliquid ſcriptis mandarunt, hodie ſupereſſe de iſtis apparitionibus teſtimonia: alioqui, credo, noſtros Magdeburgenſes, qua ſunt diligentia, non potuiſſent effugere. IREN. Superſunt planè [1]Euſebij de Potamiena, [2]Baſilij de Mamante, [3]Nazianzeni de fratre Cæſario, & varijs Martyribus, [4]Nyſſeni de beata Maria, [5]Ambroſij de Protaſio & Geruaſio, [6]Hieronymi de Paulo, [7]Auguſtini de Felice Nolano (cui[a] præſidio Nola à Barbaris, *vt noſtra memoria ope Diui Martini Guintium à Turcis oppugnantibus conſeruatum creditur)

Auctores citantur, in quorum libris teſtimonia exſtant de apparitionibus Sanctorum.

1. *Lib. 6. cap. 5.*
2. *In vita eius.*
3. *Orat. 1. in Iulian. & orat. funebr. Cæſar.*
4. *In vita Gregor. Thaumat.*
5. *In ſermone de eis.*
6. *In vita Pauli.*
7. *De cura pro mort. gerend. cap. 16.*

** Paulus Iouius lib. 30.*

[a] Paulini

[8] Paulini de Ambroſio, [9] Euodij de B. Stephano protomartyre, [10] Prudentij de Fructuoſo & ſocijs, [11] Sulpitij de Maria, Agnete, Thecla, Petro & Paulo, [12] Luciani de Gamaliele, [13] Theodoreti de Ioanne Baptiſta, [14] Palladij de Colutho Martyre, [15] Athanaſij de Amone; & alia aliorũ luculenta teſtimonia de Sãctis ſæpe poſt mortem apparentibus. Quod ſi iam poſteriorum quoque temporũ, & patrum ſuffragia hîc adderem; ſimiliter eos de hac re iudicaſſe cerneres. Cuius non ſolùm à priuatis illorum ſcriptis, ſed & ab œcumenicis Concilijs, præſertim Niceno ſecũdo, probationes peti potuerunt: [1] de Petro nimirũ & Paulo Apoſtolo, qui Conſtantino Magno; de [2] Platone Martyre, qui cuidam Galatæ apparuit. Sed iſta & ſimilia ſtudio prætermittimus. Neq; enim ad tam remota tempora recurrere opus erit. Nam vel ſolã illam quingentorũ annorũ tã inſtructã cõtra ſe aciem cũ Magdeburgenſes tui viderent, ne aſpectũ quidem eorũ, aut mentionẽ ferre potuerunt. Et tũ nobili ſtratagemate, quaſi nullũ haberent aduerſariũ, aut certe tyronẽ, atq; collectitiũ exercitũ, præclaros ſe victores cõtra Nicephorũ ac Sozomenũ clangentibus buccinis, magnaq; arrogantia clamitant; cũ & ab ipſis perculſi, atq; proſtrati ſint. CRIT. Magnas, hei magnas hic tuꝰ exercitus Magdeburgenſiũ noſtrorũ edidit ruinas; cuius vim atq; impreſſionẽ ſuſtinere eos nullo modo poſſe video: [1] niſi fortè Scripturæ illis ſubſidio veniant; cũ quibus pugnare huiuſmodi Sanctorũ apparitiones aſſeuerant: quippe quæ mortuos dormire dicant. Nullã vero in Scripturis earũ mentionem fieri. Pugnare item cum Petro & Paulo, qui mortuos dormire dicunt. Paulus præterea docet eos eſſe cũ Chriſto: *Cupio, inquit, diſſolui, & eſſe cũ Chriſto.* Quãquam & ab Euſebio parum ſibi timent: videtur enim illam de Potamiæna narrationẽ, quaſi *pro incerta*, & ex ſolis vulgi audiuonibus ſcripſiſſe. IREN. Non ſumus tã inopes ac nudi, vt iſti putant, à Scripturis. Iudas Machabæus Hieremiam in ſomnis vidit; Samuel apparet Sauli. Sed mittamus vetera. Quid ergo cenſes de Moſe & Elia, quos Petrus, Iacobus, & Ioannes viderunt cũ Chriſto in monte colloquentes? Quid de ijs, qui, cum Chriſtus emiſiſſet ſpiritum, è monumentis ſurrexerunt, quibuſcum multi ſunt loquuti? CRIT. *Verum Moſes & Elias nõ cum hominibus, ſed cum Chriſto colloquuti ſunt; nec petierunt ſibi vel ſana exſtrui, vel auxilium praſtari. Chriſto in cruce extincto, prodierunt è ſepulcris Sancti: verum ea eſt reſurrectio. Praterea non petierunt ab hominibus vel honorem, vel auxilium, contenti morte atque expiatione Chriſti.* IREN. Agnoſco Magdeburgenſium tuorũ verba. Atq; ô præclaros ſermonis beatorum moderatores, atq; gubernatores! qui illis tanquã pueris dictata præſcribũt, quid & à quibꝰ petant,

Teſtimoniũ Concilij Niceni. 2. de apparitionibus Petri et Pauli & Platonis.

Scripturarum loca, quibus abutuntur Magdeburgenſes cõtra apparitiones.

Potamiænæ apparitio

Scripturarũ teſtimonia de apparitionibus Sanctorum.

Hieremiæ apparitio.

Samuelis apparitio.

Apparitio Moſis & Eliæ.

Magdeburgenſium obiectio.

8. *In vita Ambr. & Felic. Natali 8.*
9. *De Miraculis S. Stephani lib. 1.*
10. *In vita eius.*
11. *In vita Martini.*
12. *In miraculis Stephani.*
13. *In Philotheo in vita Iacob. & Eccleſiaſt. hiſtor. lib. 5. cap. 24.*
14. *In vita Salomonis & aliorum.*
15. *In vita Antonij.*

1 *Act. 2. pa. 479.*
2 *Act. 4. pa. 512.*

1 *Cẽt. 1. lib. 2. cap. 4. pa. 460.*
2. Petr. 3.
1. Cor. 15.
1. Theſſa. 4.
Philip. 1.
Cent. 3. cap. 13. pa. 305.
2. Mach. ca. 15.
Matth. 17.
Cent. 1. lib. 1 cap. 4 pa. 215.

petant, quid poſtulent, quid colloquantur. Qui ſi iſtos magiſtros audirent, eorumq; dictata belle redderent; ac eiſdem arbitratu ſuo euocantibus ſtatim præſentes ſe ſiſterent; miram quandam propediem, à Sanctis ipſis Theologiam, & plane qualem à Dæmone nuper hauſtam ipſorum Apoſtolus euomuit, id eſt, Lutheranicam aſt diremus. Quam ſi aut docerent, aut vnquam docuiſſent, verè beati; non dubium, quin Sanctorum huiuſmodi apparitionibus omnes iſtorum libri eſſent oppleti. Nunc verò cùm retinendum doceant Sacerdotum cælibatum, cũ aſſerant vigilias, preces, ieiunia, arctam & arduam diſciplinam, bona opera in fide Ieſu Chriſti Deo grata, ſolamque fidem inanem eſſe; item ſeptem ſacramentorum, & cum primis incruenti Miſſæ ſacrificij vſum valde fructuoſum & ſalutarem; ceteraque omnia ad præſcriptum Eccleſiaſticæ conſuetudinis & doctrinæ: boni iſti viri æquioribus auribus audituri ſunt mille Dæmones, quàm vel vnum ex Sanctis apparuiſſe. In Dæmones miror eos eſſe tam prolixos & propenſos; & in beatos tam illiberales ac parcos. Cur enim id Sanctis inuiderent, quod & ipſi Dæmonibus non denegant? & etiam viuis hominibus, longeque inuicem diſiunctis, quoties ita Diuina voluntas tulit, contigiſſe conſtat? Ita ſanctus [1] Vitus Conſtantino Magno, ita [2] Meletius Antiochenus Theodoſio Magno, adeo vt eundem poſtea nunquam, niſi per ſomnum, prius viſum, in Epiſcoporum Synodo vltro agnouerit; ita [3] Ioannes prædictionum dote celeberrimus, mulieri cuidam; ita Diuus [4] Nicolaus eidem Conſtantino; ita alij alijs ſe viſendos obtulere. Nec quenquàm mouere debent, quæ iſti in contrarium effutiunt. Soli enim Deo, licet ſæpe in nomine Martyrum, Chriſtiani templa ſtruunt. Quod ſi aut templum ædificarit alicui Sancto, aut corpus eius, illo apparente atque id præcipiente, quiſpiam honorificentius ſepelierit; ecquodnam, precor, ſcelus? An is mortem, aut expiationem Chriſti infitiatur, vt iſti boni Rhetores ineptè argutantur? Nec minus in eo etiam delirant, quòd ſtolidè comminiſcuntur Sanctos noſtrum auxilium, quaſi ab amicis inopes poſtulare. Certe quicquid poſtulant, nõ ſibi ſed nobis; non ad ſuum, ſed ad Dei honorem & gloriam poſtulant. Eò enim tendit quicquid Martyribus ritè à nobis tribuitur; ad quos pietatis officiique noſtri fructus cum fenore redũdabit. Quando vero ita colligunt; beatos apparere non poſſe, quòd ſint cum Chriſto, & dormiant; ipſi ſane in eo altum ſtertere, & ineptias ſomniare videntur. Nam ex eo multo facilius & verius colligitur; beatos, quibus velint, poſt mortem ſe oſtendere. Quid enim aliud eſt eſſe cum Chriſto, quàm felicitate gaudere omnibus ſuis numeris & partibus expleta? cuius profectò in beatis portio eſt, vt quibus velint præſint; quibus velint ſe oſtendant: cum tota illorum voluntas à Diuina nunquam diſſideat. Iſti vero illorum felicitatem, voluntatemq; e ſuis

Lutherus.

Euangelici Sanctorum apparitionibus cur hoſtes adeo infeſti.

Sanctos, dũ viuerent, quibuſdam apparuiſſe, à quibus longe aberant.

Vitus.
Meletius.
Ioannes.
Nicolaus.

Reſpondetur Magdeburgenſium obiectis.

Templa Deo dicantur in nomine Martyrum.

De poſtulatis Sanctorum.

Sophiſma Magdeburgenſium contra apparitiones Sanctorum refellitur.

1 Sozom. li. 6. cap. 33.
2 Theodoret. lib. 5. cap. 6. & 7.
3 Aug. de cura pro mort. gerend. c. 17.
4 Metaph. in vita Nicol. Aug. de ciui. Dei lib. 22. cap. 10.

Reſurrectio Sanctorum è ſepulcris, cū Chriſtus emiſiſſet Spiritum, confirmat apparitiones eorum.

ſuis neſcio quibus cancellis,& neſcio quo glirario,in quo dormiē do nihil aliud quā ſaginentur, circumſcribut. Illā aūt Sanctorū,qui cū Chriſto reſuſcitati ſunt,fuiſſe reſurrectionē,libenter accipimus. Quę ſiue fuerit conſummata,& omni ex parte abſoluta,vt quidam patrum arbitrantur;ſiue poſtea in puluerē redierint, quod non eſt veriſimile (nō viderentur enim fuiſſe veri reſurrectionis teſtes) iſta iſtorum mendacia penitus labefactat. Ac veluti illa, ſiue perpetua, ſiue ad tempus fuerat, tota ad Chriſti reſurrectionem adſtruendā ſpectabat;ita Sanctorum iſtæ apparitiones, quaſi tēporariæ quędā reſuſcitationes,& cetera illorū poſt mortē miracula,cōmunis olim futuræ omnium reſurrectionis certiſſimum præbent argumētum.

Epiph. lib. 3. tom. 1 hæreſ. 75. Hieron. ad Euſtochium.

Chryſoſtomus.

Qua de re Chryſoſtomū te audire malim, ita de Babyla diſſerentē: *Si quis, inquit, forte eſt, qui mortuorum reſurrectionem neget, cùm videat Martyris noſtri facta illuſtriora poſt obitū eſſe, in poſterū erubeſcat; qui Martyr, ſtrenui alicuius bellatoris more, trophæis trophæa cōiunxit, magnis maiora & mirabilibus mirabiliora.* Iā quod iſti ῥητορικῶν, iſtas eſſe priuatas apparitiones ac viſiones,& ideo *ſuperſtitionē ac vanitatē redolere*, nō ſatis aſſequor,cur ita diſſerāt. Nā ſi priuatas appellēt,quod priuatis & obſcuris hominibus cōtigerint,falſo ita appellāt:niſi forte Gregorius, Ambroſius, Martinus, de quib⁹ diximus, Epiſcopi;niſi Theodoſius Magnus, Pulcheria, Iuſtinianus, atq; alij Imperatores in priuatorū iam ordinē ſint redigendi. Theodoſio enim [1] Ioannes Euāgeliſta & Philippus, Apoſtoli, Pulcheriæ Martyr [2] Thyrſus, ſeſe oſtenderūt, Iuſtiniano [3] Coſmas & Damianus non apparuerunt modo, ſed periculoſe ægrotantē ſanauerunt. Quod ſi ideo priuatas apparitiones dicant, quia priuatim vni alicui, & non pluribus ſimul, Sancti ſe oſtēderint; id quoq; à veritate alienū eſſe, tū ex aliorū Sāctorū, tū ex Felicis Cōfeſſoris hiſtoria euidenter oſtēditur. De quo ita Auguſtinus: *Non ſolis beneficiorū effectibus, verum etiam ipſis hominū aſpectibus Confeſſorem apparuiſſe Felicem, cuius inquilinatum piè diligis, cū à Barbaris Nola oppugnaretur, audiuimus nō incertis rumoribus, ſed teſtibus certis.* Atq; hic Auguſtinus Magdeburgenſibus tuis rimam illam, qua ſe euaſuros putant; nempe apparitiones iſtas nullo certo aut ſolido teſtimonio, ſed vagis & inconſtantibus rumoribus ſolū niti, plane obſtruxit. Sed vtcunq; iſti teſtimonia accurata, quaſi tū fidē habituri, poſtulent: non tn̄ cùm allata fuerint, eis acquieſcent; nec vlla, quantumuis illuſtria in frequenti populi cōuentu diuinitus data, de Sanctorum poſt obitum miraculis teſtimonia recipiēt. Quod ſuo poſtea loco oſtendemus: nūc inſtitutum perſequemur. Euſebium vero nobis nūquam eripient, quem ineptè fingunt, hiſtoriam Potamięnæ *pro incerta* ex vulgi rumoribus narrare. Sed bella atq; noua eſt iſta Rhetorica; vt quibus rationibus Euſebius illuſtrare, atque munire narrationem ſuam ſtuduit; illis iſti eam euertere conentur. Potamiænā Euſebius Martyrem appellat περιβόητον; inſignem,

Cen. 4. c. 13. pag. 1448.

Apparitiones Sāctorum non fuiſſe ſemper priuatas.

1 Theodoret. li. 5. ca. 24. 2 Sozom. li. 9 cap. 2. 3 Procopius de ædificat. Iuſtiniani.

Auguſtinus.

Aug. de cura pro mort. gerend. ca. 16. tom. 4.

Potamiana apparitio contra Magdeburgenſium calumnias defenditur pro re certa ab Euſebio fuiſſe ſcripta. Euſebij de Potamiæna Elogium.

Cent. 3 cap. 13. pa. 305.

Lib. 6. ca. 5.

inſignem, claram, & celebrem, περὶ ἧς πολὺς λογὸς εἰσέτι νῦν παρὰ τοῖς
ἐπιχωρίοις ᾄδεται: *De qua*, inquit, *frequens & celebris ſermo apud ciues
ſuos iam habetur*, aut, vt Ruffinus extulit; *cuius ad noſtram vſque memo-
riam ab incolis loci perennis virtutum fama celebratur.* Simili laudandi
genere vſus eſt Baſilius Magnus de Gregorio illo Thaumaturgo, *Baſilij de Gregorio Thaumaturgo honorificum teſtimonium.*
Cēt. 3. c. 13. pag. 306. * cuius iam mentionem fecimus. Quam hiſtoriam egregij iſti ar-
* Dialog. 1. cap 2. tifices, vt diximus, inertium Monachorum figmenta appellant.
Cuius, inquit, *& in hodiernum quoque diem magna eſt apud eius regionis*
Cap. 27. de Spiritu Sancto. *homines admiratio, recenſque ac ſemper vigens memoria, ſic infixa eſt Eccle-
ſiis, vt nullo tempore obſoleſcat.* Illyrico igitur auctore, adſtruamus,
quæcunque de Gregorio dixerit Baſilius, ex fæce incertarum audi-
tionum hauſiſſe. Quam Rhetoricam miror iſtos omiſiſſe, cum hāc
Gregorij hiſtoriam deprimerent. At certe, inquiunt, Euſebius hic *Obiicitur.*
dubijs potius vulgi rumoribus, quos aura popularis afflauerat,
quàm vllis certis auctorum monumentis niti videtur. Video, cum
iſtis non niſi ſcriptis, & quaſi obſignatis tabulis agendum eſſe. Sed *Reſpondetur.*
mirum, cur iſti hominum memoriam negligerent, litterarum fla-
gitarent. Poterat enim Euſebius hanc hiſtoriam accepiſſe ab ijs,
qui Martyrio interfuerant; aut ſaltem ab eis, qui ab alijs, qui inter-
fuerant, audiuiſſent. Si igitur de rei veritate tum conſtabat, priuſ-
quam ſcriptis mandaretur; quia erant, qui eam ſic geſtam viderunt;
quid eſt, cur Euſebio non vera etiam videretur, etiamſi nullis litte-
ris fuiſſet antè comprehenſa? Quid igitur cauſſæ eſt, cur minus Eu-
ſebio credendum ſit, quòd Potamiænā recenti adhuc memoria ce-
lebrem ſcriptis primus ſuis poſteritati cōmendauerit? quam ex plu
rimorū, qui eam agnoſcere potuerunt, indicio magis quàm de ſcri
ptura certi alicuius auctoris cognouit. Si enim hanc iſtorum ratio-
nem ſequamur; propter [φασὶν καὶ λέγεται, id eſt, ferunt & dicitur;]
non hanc modo Potamiænæ apparitionem, ſed & reliquā eius hi-
* Euſeb. lib. 6. cap. 4. ſtoriam; nec ipſam modo, ſed & * Serenum de Martyrum albo ex-
pungamus, qui eodē tempore coronatus eſt. De quo ita Euſebius;
ὃν μετὰ πλείστην βασάνων ὑπομονὴν κεφαλῆς κολασθῆναι λόγος ἔχει ἀποτι-
μῆ; id eſt, *cui poſt ingentem tormentorū perpeſſionē fama eſt caput ceruici-*
bus abſciſſum eſſe. Sed quid cōtra iſtos in rebus tā minutis tēpus atq; *Magdeburgenſes iugulantur Euſebij verbis ex Muſculi ſui interpretatione citatis.*
operam perdimus? Vno ergo ictu, idq; per Muſculū ſuū infixo, cō-
cidant: quē Euſebij verba ita recitantem audiāt, *Scribunt aūt & alios*
Euſeb. lib. 6. cap. 5. *plures Alexādrinos, illis tēporibus cumulatè* (vel, vt Latinius vertit Chri
ſtophorſon[a], *frequētes*) *ad Chriſti veniſſe doctrinā; eo quòd Potamiæna in* *Magdeburgenſium fides & candor.*
ſomnis apparuiſſet, et ad fidē eos vocaſſet. En tibi igitur et ante Euſebiū,
Cent. 2. cap. 12. pa. 230. quę iſti tātopere vrgēt, ſcripta; & ſimul agnoſce iſtorū fidē, & cādo
rem in Euſebium ac ſacras hiſtorias. Quas fruſtra illi alios (neſcio
Euſeb lib 4. cap. 15. & lib 5. cap. 1. quos) cōtaminaſſe; aut non exſtare hodie quas Euſebius de Mar-
tyribus ſcripſit, querūtur. Si quid enim forte noſtri hic errarūt; im-
prudentia, &, quod nō haberēt delectum, errarunt; cū ab alijs pro-
miſcue

Quid in Catholicis aliquando historiarum ſcriptoribus ſorte deſideretur.

miſcue accepta redderent, idque ſine dolo certe, aut vllo fidei Catholicæ detrimento; quandoquidem, aut facta fuerint, aut fieri, ſalua pietate ac religione, potuiſſent. Iſti vero fraudulenter, malaque mente, vt Catholicam fidem euertant, quæ vere facta ſunt, nec facta, nec fieri potuiſſe calumniantur; omniaque vltro conſpurcant. Neq; dubito, quin, ſi hodie illa Euſebij de Martyribus, quæ interuerſa ſunt, monumenta haberemus, Euſebius illa omnia, quæ Baſilius, Hieronymus, Gregorius Nyſſenus, & Ruffinus commemorant, plenius recenſeret: ſed neq; apparitionem beatæ Mariæ Gregorio factam, neque hanc Potamiænæ virginis Baſilidi oblatam præteriret. Atque hic quidem ſatis mirari non poſſum, cur Magdeburgenſes adeo in hac Euſebij de Potamiæna narratione extenuāda laborent, niſi forte ad illud ſuū mendacium reſpiciant, quo conātur lectoribus perſuadere, Diuorum iſtas *apparitiones* quinto demum ſæculo *confictas*. Habemus enim, omni illa Euſebiana narratione tenebris obruta, & ſepulta, tam quarti quā quinti ſeculi Sanctorum patrum teſtimonia numero, & auctoritate adeo inſignia; vt non ſit neceſſe nobis, de Sozomeno (quē iſti ſuo more, exiguæ hominē auctoritatis eſſe volunt) laborare; multoq; minus Pauli Diaconi, longeq; recentioris Nicephori, quaſi nulla ex antiquioribus Scriptoribus (quod fingere videntur Magdeburgenſes) præſidia ſuppeditarentur, auctoritatem nobis accerſere. CRIT. Nihil ego iā amplius video, cur ſubſiſtamus, aut hęreamus in iſta quęſtione; cui tu ſupra exſpectationem meam ſatisfeciſti. Doleo autem mirum in modum præclara illa Euſebij monumenta periiſſe. In quibus magnam ſane iacturam Eccleſia fecit: ſed quando & quomodo interciderūt? IREN. Neſcio ſane: niſi forſan ea Euſebius ſuppreſſerit, nec diuulgarit; aut diuulgata Iulianus Apoſtata atq; Imperator pro ſuo immenſo in Martyres, ac eorum res geſtas odio aboleuerit. Id certius ſcio; ea ad trecentos poſtea annos in tota Latina, atque Græca Eccleſia deſiderata, nec quamuis accuratè quæſita, inuenta tamen.

Magdeburgenſium fraudes in deprauandis rerum Eccleſiaſticarum hiſtorijs.

Cent. 5. cap. 13. p. 1482

Cent. 5. cap. 13. p. 1481. 1482. & 1486.

Euſebij de Martyribus libri deſiderantur.

Greg. libr. 7. epiſt. 29.

Recenſentur Magdeburgenſium in ſex primis Centurijs obiecta tam cōtra Sanctorum poſt obitum miracula, ad eorum ſiue ſepulcra, ſiue reliquias, ſiue alibi deſignata, quàm contra tranſlationes eorundem.

CAP. XII. CRITOBVLVS.

ABEO iam ad illam alteram de cultu Sanctorum partem; quæ ponitur in miraculis & Reliquijs ipſorum. IREN. Tui erit, ſi quid te ſollicitum habeat, id in mediū proponere; ego deinde meis fungar partibus. CRIT. Vt ingenue fatear, ita rerum ipſarum copia, reique indignitate premor; vt quid primum & potiſſimum dicere debeam,

debeam, plane hæream. Certè ſi nihil aliud dicerem, quàm veſtrorum libros infinitis nugis atque ſuperſtitionibus his de rebus ſcatere: Magdeburgenſes interim (quos eo video ingenio, ea diligentia, eaque fide, vt nihil iſtorum eos fugere potuerit, nihil pro ratione ſuſcepti muneris cælari ab eis debuerit) nullum ex Scripturis, vel ex omni quingentorum annorum memoria, probatæ ſaltem fidei à mortuo editum ſignum inuenire; abundè mihi, aduerſus iſta veſtra commenta Luciani narrationibus vaniora, dixiſſe viderer. Iam verò, quanto & quàm cauto delectu, quanta prudentia, & quàm ſincera fide, cùm ad Geruaſium & Protaſium, ad Nazarium & Celſum, alioſque Martyres peruenitur, ementitas illas & ſuperſtitioſas narrationes Vincētij, Petri de Natalibus, Antonini, & aliorum recentiorum ſcriptorum, ſilentio prætermittunt, ne *lectores* huiuſmodi *vanitatibus obruant*, aut *onerent*? Quantum præterea nec ſine cauſſa indignantur, & quàm iuſta iracundia exardeſcunt, dum in.[1] Sozomeno legunt, ad templa & ſepulcra Sanctorum, præſertim Hilarionis, infirmos curatos, Dæmones abactos? Quæ quidem [1]*fabuloſa, ac ſuperſtitioſa ſunt, & inter ſigna mendacia, quibus ſuperſtitiones atque*[2] *Antichriſti idololatriæ confirmandæ erant, ſuum locum habere debent*; & Sozomeni tempore vel [3]*conficta ſunt, vel propter ſuperſtitionem euenerunt*. Huius farinæ eſt, quod ex ſubdititia [4] Felicis Romani Pontificis & Martyris Epiſtola nugantur; Miſſas ſuper ſepulcra Martyrum celebratas, cum [5] *Miſſæ ne vocabulum quidem* his totis quingentis annis, à probatioribus ſcriptoribus Ambroſio præſertim atque Auguſtino recenſeatur.[6] Illum verò ſuperſtitioſum Reliquiarum honorem *omnibus piis doctoribus non placuiſſe apparet; ex contentione Vigilantij* Presbyteri Hiſpaniæ *cum Hieronymo*. Vigilantius enim illum honorem exagitauit, [7]*deq́ iſto Martyrum ſuperſtitioſo cultu ac veneratione ſatis benè, & piè ſcripſit*. Cuius ſcripta *Hieronymus*, ſed *parum firmis rationibus* cōuellere conatur: *conuiciis & importunitate, magis quàm argumentis & rationibus* ſuperat. *Quod & Gregorio viſum eſſe*, aiunt *Magdeburgenſes*, quanquam neſciam, de quo Gregorio ſentiant: credo certe, Nazianzeno, vel Nyſſeno, qui eiſdem temporibus floruere. *In Vigilantium*, inquit Gregorius, *ita conuiciis debacchatur Hieronymus, vt pluſculū in eo modeſtiæ cogar deſiderare: vtinam argumentis duntaxat egiſſet, & à conuiciis temperaſſet*. Neque ſane multum intereſt, Nazianzenus, an Nyſſenus fuerit. Vter fuerit à Vigilantio certe contra Hieronymū ſtare videtur. Quin & [8]Auguſtinus oſtendit in Africa ſuo tempore, [9]*ſuperſtitioſum & magnum multitudinis ad reliquias Stephani* Protomartyris *concurſum, dementatis populis quibuſdam illuſionibus, quæ pro miraculis habitæ ſint*;[10] in ſumma præterea veneratione fuiſſe feminas quaſdam; *quæ perſecutionis tempore ſe in flumen præcipitauerant; quò pudicitia ſua inſectatores effugerent. Verum ille dubitat, numnam hoc rectè factum ſit*.[11] Memorabile

Cent. 5 libro 2. cap. 12. pag. 648.

1 Li. 2. c. 3. lib. 3. ca. 14. li. 4. cap. 3.
1 Cent. 4. c. 13. p. 1445
2 2. Theſ. 2
3 Cent. 4. c. 13 p. 1452
4 Cent. 3. c. 6. pa. 148.
5 Cent. 4. c. 6. pa. 430. & Cent. 5. c. 6. p. 674. & 729.
6 Cent. 4 c. 6. pag. 457.
7 Ibidem ca. 8. pag 601.
8 De ciuitat. Dei lib. 22. cap. 8.
9 Cent. 5 c. 6. pag. 699.
10. Auguſt. lib. 1. de ciuitat. Dei cap. 26.
11 Cēt. 5. c. 15. pa. 156.

Hiſtorias de miraculis Geruaſij & Protaſij, Nazarij & Celſi calumniantur Magdeburgenſes.

Aegrotorū ſanatio, & Dæmonum expulſio ad templa & ſepulcra Martyrum.

Miſſæ ſuper ſepulcra Martyrum.

Miſſæ nomen quinto ſeculo Magdeburgenſibus inauditū.

Reliquiarum veneratio.

Vigilantio vide quantum tribuant Magdeburgenſes.

Magdeburgenſium iniquum de Hieronymo iudicium.

Gregorius.

Auguſtinus de Reliquiis ſancti Stephani.

Feminarū Martyria in Eccleſia celebrata, quæ ſe in flumē proiecerunt.

bile vero eſt illud [12] Theodoreti; *hac Martyrum Reliquias Ethnicos nihili feciſſe, exiſtimantes ſe inquinari ſi ad eorum ſepulchra accedant, & in eo ſolo rectius ſenſiſſe, quàm quoſdam ſuperſtitioſos Chriſtianos*. Sed quid ego ad Vigilantium, ad Auguſtinum, ad Theodoretum confugio qui in parato habeam certiſſimum & luculentiſſimum Dei ipſius contra iſtam ſuperſtitionem iudicium? [1] Cùm enim Gallus & Iulianus Cæſares, Mamæ (Maximam Magdeburgenſes appellant) Martyri templum exſtruere voluiſſent, cæmentum & reliqua materia, quaſi vento quodam vehementi diſſipata, ac in terram diuinitus proſtrata ſunt: vt [2] inde *fortè etiam Deus teſtaretur, ſibi mortuorum Sanctorum ſuperſtitioſum cultum non placere*. Quem, & [3] Reliquiarum cultum, vt Dæmon *incautis hominum mentibus inſtillaret*, cùm à Deo ſolita apud Daphnem oracula edere, hominesq́; faſcinare prohiberetur, [4] Iuliano de euentu Perſicæ expeditionis conſulenti, *reſpondit; ſe à vicinis mortuis impediri; quibus alio traductis, ſe velle futura prædicere. Erat autem in eo luco Babylas* Martyr *ſepultus*. Quare Iulianus Chriſtianis mandauit, vt Reliquias Babylæ aliò transferrent. Vides igitur ambitioſæ & ſuperſtitioſæ iſtius Diuorum tranſlationis originem, hoc primum ſæculo, idq́ue ab aſtu Dæmonis ortam. [5] *In ſeculis* enim *ſuperioribus de translatione Reliquiarũ Sanctorum, & veneratione earundem, nihil apud probatos auctores reperimus. At hoc ſeculo ea res, tum ex nimia Sanctorum prædicatione, tum ex zizaniis de Sanctorũ interceſſione, tum ex Ethnica ſuperſtitione primùm cœpit; & mirũ in modũ mendacibus prodigiis & ſignis confirmata magis magisq́; creuit.* [6] Quinto enim ſæculo *inualuit defunctorum cultura, & illuſiones quædam ac faſcinationes Diabolicæ* (vt fit) *acceſſere*. [7] Feſtiuitates præterea Martyrum ac reliquorum Sanctorum, pro feſtis idolorum, ab huius ſæculi doctoribus paſſim introductæ ſunt ([8] quæ omnis ſolemnitas à Montaniſtarum errore, ac conſuetudine in Eccleſiam irrepſit) qui Græcos ab Ethnicis feſtis ad Martyrum feſtiuitates colendas, ac celebrandas adducere conabantur. Quo non abolita, ſed fucata & aucta eſt ſuperſtitio. Prætereo hic [9] *inſignes illas maligni ſpiritus præſtigias, qui vt venerationem mortuarum creaturarũ in templa introduceret*, ita homines faſcinauit, vt crederent [1] Euphemiam Martyrem, *Epiſcopis pietate ac religione præſtantibus* non apparuiſſe modo, *atq; vt ad templum celebre ipſius, Chalcedoni conditum, feſtiuitates inſtituerent, monuiſſe*; verumetiam, depoſitis noctu apud eius monumentum libellis, tam à Chalcedonenſibus patribus, quàm hæreticis, mane vtriſq; redeuntibus, euulſiſq; ſigillis, quibus monumentum erat obſignatum, repertum hęreticorũ librum ad pedes Martyris temere proiectũ, viſamq; Euphemiã Catholicorũ librum exporrecta manu Imperatori, ac patribus præſentibus admirabili ac ſtupẽdo prodigio, ne dicã mendacio, obtuliſſe. Sed cetera id genus deſino perſequi: ac, vt quaſi epiphonemate quodã orationem hanc

contra

Theodoreti teſtimonium de reliquiis à Gẽtilibus contemtis.

Ad Mamæ monumentũ quod miraculum factum.

Damõ Magdeburgenſibus auctor eſt honoris, quem Sancti & eorum Reliquiis tribuit Eccleſia.

Pythij Daphnæi reſpõſio Iuliano Apoſtatæ data.

Babylæ Reliquiæ.

Reliquiarum tranſlatio & veneratio earũdem quo ſæculo cœperint, vt placet Magdeburgenſibus.

Feſta Sanctorũ vnde & quando Magdeburgenſibus orta.

Euphemiæ apparitio.

Ad Euphemiæ ſepulcrũ quod miraculum editum.

12 *De cura. Græc affect. lib.* 8.

Sozom lib. 5. *c.* 2. *Niceph. li.* 10. *ca.* 1. *Gregor. Nazian. in oration. in Iulian.*

2 *Cent.* 4. *c.* 13. *p.* 1447.

3 *ibidem p.* 1446.

4 *Thod li.* 3. *Eccleſ. hiſt. c.* 9. & 10. *Sozo li.* 5. *cap.* 19.

5 *Cent.* 4. *c.* 6. *pag.* 456.

6 *Cent.* 5. *c.* 6. *pa.* 700.

7 *Cent.* 5. *c.* 15. *p.* 1508

8 *Cent.* 3. *c.* 10. *p.* 240.

9 *Cent.* 5. *c.* 13. *p.* 1489. & 1490.

1 *Zonaras tom.* 3. *in Marciano. Tomus primus Concilior.*

contra mortuorũ Reliquias concludam; pauca Chryſoſtomi verba huc placet attexere, quibus veſtra ſuperſtitio abunde refellitur. Audi igitur Chryſoſtomum; *Non attendas*, inquit, *cinerem Sanctorũ corporũ, nec fauillã Reliquiarũ carnis, omniaq́; oſſa conſumta temporibus: ſed aperi oculos fidei, & vide hos Diuina virtute, & gratia Spiritus ſancti amictos, & Diuini numinis claritate radiantes.* Hæc Chryſoſtomus. Iam tibi locum reſpondendi do, vt ſi velis, & poſſe te ſperes, iſtam Magdeburgenſium noſtrorum formidandam aciem diſſipes. Hic (ni fallor) ſub tanto onere fatiſces, & te plane expugnatum clamitabis. Quem igitur iſta legentem (præſertim de Babyla ac templo Mamæ) non magna delectatione affecerint, ob hiſtoriarum huiuſmodi raritatem, & noſtrorũ prudentiam; qua, & adulterina ſapienter diſcernere, & reliqua tam dexterè ac piè accommodare nouerant; non etiam dolore, ob veſtrorum hominum cæcitatem, quæ hactenus illorum oculis, in hoc genere offuſa eſt?

Hom. de natiuit. 7. Machabæorum homilia 7.

Chryſoſtomus.

Reſpondetur ad argumenta Magdeburgenſium: & primum fraudes & calumniæ eorum in hiſtoria Protaſij & Geruaſij, Nazarij & Celſi Martyrum deſcribenda aperiuntur.

CAP. XIII. IRENÆVS.

HVNC ego tuum, mi Critobule, exercitum nihil formido: qui non tam re, quàm ſpecie terret. Videris mihi callidos quoſdam & aſtutos in re bellica duces imitatus; qui, cum copiis militaribus deſtituuntur, lixas, ſarcinas, equos, currus, ac cetera impedimenta ita collocant, vt è longinquo imprudentibus formam ac ſpeciem iuſti exercitus adumbrent. Aut egregium illum nuper ducem, qui nobili ſtratagemate (quod te audiſſe puto) in maxima æneorum tormentorum inopia, lignea excogitauit, quæ illorum ſpeciem atq; ſimilitudinem gerebant, quæ longo equorũ ordine, magnoq; niſu ad arcem, quam obſidebat, in hoſtiũ aſpectum trahi iuſſit: qui, vera eſſe tormenta, nec vim atque impetum eorũ poſſe ſe ſuſtinere arbitrati, facile ad deditionem venêre. Verum his tu me artibus non capies, ſi non optimum in hoc genere militem, certe in Magdeburgenſium tuorum fraudibus atque inſidiis prouidendis non omnino inertem. Neq; inani terrore opplebis; qualis pæne ducentos ante noſtrã memoriam annos ruſticis in Sicilia, viſo repente gigante, ridicule accidit. CRIT. Iſtum Siculorum terrorem, atque gigantem non memini. Quin igitur mihi, quicquid iſtud ſit, expedis? IREN. Subierunt forte quidam vaſtum quendam ſpecũ, & longius introgreſſi, gigantem immenſa magnitudine, telumq́; inſtar trunci arboris manu continentem videntes, conſternati, & præ metu fere exanimati, præcipites aufugêre in proximã villam. Quo rumore paſſim diſſipato, tota vicinia armata

Stratagema.

Thomas Facellus de rebus Siculis priorис Decadis lib. 1. c. 6.

Lepida hiſtoria de portentoſa magnitudine cadauere cuiuſdam gigantis in antro Erycino Siciliæ inuento anno Domini 1342.

ad ſpecum concurrit, eumque ingreditur, propiuſque iam armis confiſa accedere eſt auſa. Diu verò fixis oculis, nec ſine horrore, gigantem intuentes, cum voce, motuque omni eum carere viderent, audaciores inde facti propius accedunt, & tandem attingunt. Corpus verò contactum in puluerem diſſoluitur. Creditur fuiſſe vnus ex famoſis illis ac antiquis Siciliæ gigantibus, ante multa ſæcula demortuus. Ita omnis Siculorum timor in riſum exiit. Nec minus certè ridicula eſt iſta Magdeburgenſium tuorum acies, quâ, non vt olim in fabulis traditur, ſed verè gigantum more Sanctis omnibus bellum arroganter inferunt, & has Centurias, quaſi turrim quandam Babylonicam exædificant; quæ certe leuiſſimo, ac primo quoque impulſu ſtatim corruet: vt nihil ſit cur arbitreris, me huic oneri parem non futurum, præſertim cùm vel tuo ipſius iudicio, iam antea leuatus eo fuerim. CRIT. An ego vnquam tibi conceſſerim, Sanctos poſt mortem miracula edidiſſe? IREN. Maximè. CRIT. Quid ſibi iſta tua velint, plane neſcio; quin quod ſentis, apertè explicas? IREN. Huc propero. Inuocandos ſtatuis Sanctos nec ne? CRIT. Inuocandos planè. Quid ergo? IREN. Satis eſt; concidiſti. CRIT. Quare? IREN. Quid aliud eſt Sanctos inuocare, quàm eos ſupplicibus verbis orare, vt ſuis precibus ac meritis adiumento nobis eſſe velint ad id, quod à Deo petimus impetrandum. Quod ſi non præſtarent, ne inuocandi quidem eſſent. CRIT. Non nego, opem nos illorum precibus ſentire, arcanis quidem ſolique Deo cognitis rationibus. IREN. Fateris ergo miracula. Quod enim maius miraculum, quã mortuos viuis opem ferre? quod omnem naturalem ordinem, cauſſamque egreditur. Apparere quoque Sanctos poſt mortem confeſſus es: quod, ſi non ſit miraculum, non dum intelligo, quid miraculi appellatio complectatur. CRIT. Video me pæne deprehenſum. IREN. Ne dixeris pæne: te totum enim, quantus quantus es, irretitum: hic teneo. CRIT. Sed me expediam. Neq; enim tam omnia Sanctorum poſt mortem miracula tollo; quàm iuſtam fidem, probationemque eorum poſtulo; eaque, quæ veſtri recenſent, pro vanis ſtatuo. Nam verum & ſolidum id genus miraculũ, ne vnicum quidem Magdeburgenſes, quantumuis elaborarint, totis his quingentis annis reperiũt. IREN. O bellos homines! quin in Oceano aquam, in ſole lucem deeſſe queruntur? Quos vel ſola, quam primam attigiſti, Protaſij & Geruaſij hiſtoria miſeros conficit. Inuenit enim Ambroſius diuinitus admonitus eorum corpora, qui ſub Nerone paſſi ſunt. Fuere homines miræ magnitudinis, vt priſca ætas ferebat; omnia oſſa integra, ſanguinis plurimũ. Dum transferuntur in maximo populi concurſu, cæcus ſanatus eſt. Sed iuuabit ipſum Ambroſium audire, ad populum concionantem. *Ambr. Epiſt. 85.*

Magdeburgẽſes impietate gigantea omnibus Sanctis bellum indicunt, & in Centuriis ſuis turrim Babylonicã conſtituunt.

Sanctos inuocare quid ſit.

Maximũ miraculum homines vita defunctos viuis opem ferre.

Apparitio Sanctorum, qui ex hac vita migrarent miraculum eſt.

Impudẽs Magdeburgenſiũ calumnia, qua in primis à Chriſto quingentis annis nullũ verum miraculum in Eccleſia ab aliquo Sancto poſt mortem editum fide dignum ſe reperiſſe põſſe mẽtiuntur, refellitur.

Cognouiſtis

Auguſt. de ciuit. Dei lib. 22. ca. 8.

D. Ambroſij de miraculis Geruaſij & Protaſij teſtimonium.

Aliud Ambroſij teſtimonium de miraculis, quæ in Eccleſia fiũt, contra Arianos non modo veteres, ſed nouos etiam noſtri tẽporis; videlicet Magdeburgenſes, & Apologeticos in Anglia, quantũ ad rem præſentem pertinet.

Serm. 91.

Martyrum merita.

Dæmones à Martyribus torti.

Cognouiſtis, inquit, imo vidiſtis ipſi, multos à Dæmoniis purgatos, plurimos etiam, vbi veſtem Sanctorum manibus contigerunt, quibus laborabant, debilitatibus abſolutos, reparata vetuſti corporis miracula, quo ſe per aduentum Domini Ieſu, gratia in terris maior infuderat, vmbra quadam ſanctorum corporum pleroſq; ſanatos cernitis. Quanta oraria iactitautur; quanta indumenta ſuper Reliquias ſanctiſſimas, vt tactu ipſo medicabilia repoſcantur, gaudent omnes extrema linea contingere; & qui contigerit, ſaluus erit. Gratias tibi Domine Ieſu, quòd tales nobis ſanctorum Martyrum ſpiritus excitaſti, hoc potiſſimum tempore, quo Eccleſia tua, præſidia maiora deſiderat. Habuit & aliam orationem, qua inceſſit Arianos miraculis hiſce, quæ in Catholica Eccleſia deſignãtur, inuidentes. *Quid aliud,* inquit, *hoc biduo, niſi verbum Dei intimo eructaſtis affectu; & ſcientiam vos habere fidei probauiſtis? Cui tamen celebritati veſtræ, qui ſolent, inuident. Et quia celebritatem veſtram inuidis animis ferre non poſſunt, cauſſam celebritatis odêre; atque amentiæ in tantum prodeunt, vt negent Martyrum merita; quorum opera etiam Dæmones confitentur. Sed hoc non mirum. Siquidem tanta eſt incredulorum perfidia, vt tolerabilior ſit Diaboli confeſſio. Dicebat enim Diabolus; Ieſu fili Dei viui, quid veniſti ante tempus torquere nos? Et cum hæc audirent Iudæi, ipſi tamen Dei filium denegabant. Et nunc audiſtis clamantes Dæmones, & confitentes Martyribus, quod pœnas ferre non poſſint, & dicentes: Quid veniſtis, vt ante tempus nos tam grauiter torqueatis? Et Ariani dicunt: Non ſunt iſti Martyres; nec torquere Diabolum poſſunt; nec aliquem liberare; cum tormenta Dæmonum ipſorum voce probentur; & beneficia Martyrum remediis cæcorũ, & abſolutorum indiciis declarentur.* Hæc Ambroſius. Illud quoque apparet, huiuſmodi homines non ob aliam cauſſam inuidere Martyribus, niſi quia vident ſuam, illorum fidei contrariam. *Non aliter,* inquit, *eorum operibus inuiderent; niſi fidem in his fuiſſe, quam iſti nõ habent, indicarent, & fidem illam maiorum traditione firmatam, quam dæmones ipſi negare non poſſunt.* Quid hic quæſo cõtra Arianos ab Ambroſio dictum eſt, quòd in Magdeburgenſes & Apologeticos etiã tuos, mutato nomine, non quadret? Quis vnquam Martyrũ hoſtes magis graphicè depinxit? Illud quoq; hic obſeruandum, Iuſtinam vxorem Valentiniani maioris, & minoris natu matrem, cum eſſet tota Arianica, baſilicã Catholicis atq; Ambroſio eripere conatam, vt eam ad Arianos transferret, milites, qui Ambroſium extruderent, miſiſſe. At milites obſtupefacti Ambroſij conſtantia, ac inuſitatis ſignis, quæ ad corpora Martyrum oſtenſa ſunt, non modo ab omni vi abſtinuêre, ſed, errore relicto, recta fide magnaq; pietate ſe Ambroſio adiunxere. Vt quodam modo id illis euenerit, quod olim Sauli, & eius ſatellitibus; qui profecti ad Dauidem è medio tollendum; cùm ad eum & Prophetas veniſſent, & ipſi quoque prophetabant. Proxima à te mentio Nazarij & Celſi Martyrum facta eſt, quorum hiſtoriam eleganter idem Ambroſius deſcribit

Milites Ariani ad Ambroſium Baſilica trudendum miſſi, eius conſtantia & inuſitatis ſignis ad corpora Martyrum editis, ad fidem Catholicam profitendã & ad Ambroſiũ diligendum ſunt inducti.

Auguſt. lib. conf. 9. c. 7.

1 Reg. 19.

Nazarij & Celſi hiſtoria contra Magdeburgenſes defenduntur.

Sed audiamus quid ille Vigilantio, & diſcipulis eius, tuis Magdeburgenſibus oblatrantibus reſpondeat. *Quod ſi dicas mihi quid honoras in carne iam reſoluta, atque conſumta, de qua nulla iam Deo cura eſt? Honoro, inquit, in carne Martyris exceptas pro Chriſti nomine cicatrices. Honoro viuentis memoriā perennitate virtutis. Honoro in cineribus ſemina æternitatis. Honoro corpus, quod mihi Dominū meū oſtendit diligere, quod me propter Dominum mortem docuit non timere. Cur autem non honorent corpus illud fideles, quod reuerentur & Dæmones: quod & afflixerunt in ſupplicio, ſed glorificant in ſepulcro? honoro itaque corpus, quod Chriſtus honorauit in gladio, quod cum Chriſto regnabit in cælo.* Quales igitur, & quàm digni fide, aut quàm idonei, qui hiſtoriam Eccleſiaſticam concinnent, videntur iam tibi tui Magdeburgenſes, qui iſta omnia flagitioſe in Ambroſio diſſimulantes, nugantur neſcio quid de Vincentio, Antonino, & alijs recentioribus?

Serm. 93. de Nazario & Celſo.

Ambroſij teſtimonium de honore Sanctorum Reliquiis tributo, contra Magdeburgenſes, & alios Vigilantij diſcipulos.

Magdeburgenſium flagitioſa diſſimulatio.

Aperiuntur aliæ impudentiſſimæ Magdeburgenſium calumniæ contra Reliquias Sanctorum.

CAP. XIIII. CRITOBVLVS.

Hoc mihi procemium non placet: reliqua Magdeburgenſium confido ſolidiora. IREN. Sed fruſtra: Nihil enim ſunt iſta, præ vt ſunt ea, quæ conſequuntur. Nam, vt ad Auguſtinum veniam, tantum abeſt, vt ille improbet eam populi ad Reliquias S. Stephani frequentiam, aut ſuperſtitioni, dementiæúe imputet; vt multa ſibi totique Africæ notiſſima, certiſſimaque & ſtupenda miracula, ad memoriam beati Stephani oſtenſa mirifice efferat, & Chriſtianæ religionis veritatem hinc maximè contra Ethnicos aſtruat. Tantopere enim ille ab iſtorum ſententia diſſidet, vt nonmodo non arbitretur, ſigna hæc Sanctorum poſt beatam ipſorum dormitionem, Diuinæ quicquā maieſtati detrahere, aut vlli ſuperſtitioni affinia eſſe; vt fidem potius noſtrā in vnū Deū, & ſpem noſtræ reſuſcitationis corroborare, palam affirmet. *Faciunt, inquit, iſta Martyres, vel potius Deus, vel orantibus, aut cooperantibus eis, vt fides illa proficiat, qua eos nō Deos eſſe noſtros; ſed vnū Deū habere nobiſcum credamus:* vt non poſſim inconſideratiſſimam & dementiſſimā iſtorū in hiſce rebus temeritatem nō admirari; qui præterea quaſi ex Theodoreto pronuncient, propter hunc Martyrum honorem Chriſtianos pietate ab Ethnicis ſuperari. Quod nec Theodoretus, nec quiſquam pius, aut dixit, aut ſenſit. Nec hæc Theodoreti eſt ſententia, ſed tuorum Magdeburgenſium, ita fraudulenter ſtructa, vt incautis facile imponat; quod tibi contigiſſe video. Nunc verò vt accedam ad feminas illas, quæ pudicitiæ ſuæ conſeruandæ gratia in Chriſtianorum inſectatione fluctibus ſe obiecerunt, Magdeburgenſes

Reſpondetur calumniæ Magdeburgenſium, quā ſtruunt ex Auguſtino contra Reliquias ſancti Stephani.

Lib. de ciuit. Dei cap. 8.

Miracula Sanctorum poſt eorū mortē maximè confirmare fidem noſtrā in Deum, & ſpem noſtræ reſurrectionis.

De ciuit. Dei lib. 22 c. 10

Auguſtinus.

Magdeburgenſium in Theodoretum calūnia.

D. Auguſtini ſententia explicatur de feminis illis, quarum

burgenſes ſane tui ita orationem ſuam hic temperarunt, vt neſciam plane, vtrum ſentiant, Auguſtinum dubitare, num ipſæ feminæ in hoc recte fecerint, an Catholica Eccleſia, quæ earum Martyria celebri veneratione frequentat. Sed ſiue hoc, ſiue illud, ſiue vtrumque velint; certe neque hoc, neque illud, neque vtrumque voluiſſe Auguſtinum ipſius verba videntur indicare. Nam non videtur diſceptare, an hoc rectè vel à feminis, vel ab Eccleſia ſit factum (earum enim actiones, quas Catholica colit Eccleſia, nunquam ſolet in dubium vocare; & de iis, quæ ab Eccleſia Catholica geruntur, cui tantum tribuit, vt niſi *eius commoueretur auctoritate, Euangelio non crederet*, quî poteſt an rectè fiant dubitare?) ſed de cauſſa & ratione agit, qua tum feminæ ad hoc facinus recte perpetrandū ſint incitatæ, tum Eccleſia ad memoriam earum recte celebrandam ſit inducta. *De quibus*, inquit, *nihil temere audeo iudicare*. Verùm ſtatim vtriuſque facti cauſſam iuſtam, probabilem, & idoneam, ſi non conſtanti, aut confidenti potius aſſeueratione; modeſta certe interrogatione afferre videtur. Quærenti igitur quo modo, cum ſeuere à Deo præceptum ſit, ne nobis manus inferamus, hoc feminis illis laudi ducatur; his verbis reſpondit; *Quid ſi enim hoc fecerunt non humanitus deceptæ, ſed diuinitus iuſſæ; nec errantes, ſed obedientes: ſicut de Sampſone aliud nobis fas non eſt credere. Cum autem Deus iubet; ſeq́ue iubere ſine vllis ambagibus intimat; quis obedientiam in crimen vocet? quis obſequiū pietatis accuſet?* Percontanti verò vnde Eccleſiæ hoc innoteſcere, aut qua ratione ad hunc eis honorem tribuendum moueri potuerit, hæc infert: *Vtrum Eccleſia aliquibus fide dignis teſtificationibus, vt earum memoriam ſic honoret, diuina perſuaſerit auctoritas, neſcio; & fieri poteſt, vt ita ſit.* Vt igitur rem in pauca conferam, ita ſe habet: Cum conſtet Eccleſiam Catholicam, quæ eſt *columna & firmamentum veritatis*, ob eamque cauſſam errare non poteſt, has feminas publico honore afficere, neceſſe eſt vt bene egerint. Quod ſi vrgeas; nefas eſſe quenquam ſibi mortem conciſcere: concedo, niſi præcipiatur à Deo, cui parere & obſequi maxima pietas eſt. Sic Sampſonem feciſſe credere debemus; eodemque fortè modo de his feminis iudicandum. Sed vnde, inquies, hoc conſtat? Diuinitus fortè Eccleſiæ patefactum eſt. Hic videtur ſenſus verborum Auguſtini: qui quàm parum faueat, aut potius, quàm multùm aduerſetur Scholæ tuæ placitis, non es tam hebes, vt non intelligas.

De ciuit. Dei lib. 1. ca. 26.

Cōtra epiſt. Manichæi cap. 5.

De ciuitat. Dei lib. 1. cap. 26.

Martyria Eccleſia celebrat, licet ſe in flumē proiecerint, mortem ſibi conſciuiſſe videantur; eamq́ue nihil pro Magdeburgenſibus facere oſtenditur.

Auguſtinus.

Sampſon.

Refutantur inſignes Magdeburgenſium calumniæ contra hiſtoriam & miracula Mamæ & Babylæ Martyrum.

CAP. XV. IRENÆVS.

Magdeburgenſes tui ſi vnquam aliàs, in hiſtoria certe Marty-

Hiſtoria de miraculis Mamæ-

explicatur, & à Magdeburgenſiũ calumniis vindicatur.

Galli & Iulianni in ædificando Mamæ templo contentio.

Galli ſtructura cur optimè ſucceſſerit, Iuliani autem peſſime.

Gregorius Nazianzenus.

rum Mamæ & Babylæ belli cum primis homines ſunt. Iulianus itaque & Gallus Cæſares communi quadam opera ac magnificentia, in qua vter alterum ſuperaret, ambitioſe certabant, templum Mamæ Martyri exſtruebant. Gallus quidem vera & recta fide: Iulianus aliud præ ſe ferens, aliud intus (id eſt idololatriam, in quam poſtea erupit) ſpirans. Mirum dictu. Galli ſtructura, optimo euentu ſucceſſit. Iuliani ſtructuram ab imo fundamento terra euomebat, non quòd honor iſte Martyri exhibitus, Deo, vt iſti nugantur, & impudenter mentiuntur, diſpliceret; ſed ea de cauſſa, quam dixi, & quam Nazianzenus, qui Iulianum ab adoleſcentia nouerat, apertè profitetur. Qui teſtatur Galli opus, quaſi Abelis ſacrificium Deo rectè oblatum & conſecratum fuiſſe; in eoque ſuam ipſum pietatem demonſtraſſe: Iuliani vero ædificium omen fuiſſe, quo, qualis ipſe futurus eſſet, & quàm immaniter in Martyres, quos ſub honoris prætextu affecerat ignominia, foret graſſaturus portendebatur. Crit. Iraſcor iam mihi, quod non ipſum Auguſtinum, Theodoretum, atque Nazianzenum legerim, & fontes potius quàm tam turbidos riuulos conſectatus fuerim. At certe Babylas totus noſter eſt. Iren. Neſcio quam Babylonicam contra Deum, & eius Diuos turrim Magdeburgenſes hic veſtri ædificare conantur. Sed tota accuſationis, qua noſtros impetunt, acies erga nos hebeſcit; & in ipſos conuerſa, exitiali eos clade iugulat. Neque magis vnquam ſpecioſum de Numeriano ac Iuliano Imperatoribus, de Libanio Sophiſta, deque ipſo Dæmone triumphum tulit Babylas, quàm de tuis Magdeburgenſibus. Crit. Cur iſta dicis? Iren. Paucis iſtorum indignitas explicari non poteſt. Ego verò, quo ad res patietur, compendium ſectabor. Babylas itaque cum eſſet Antiochenus Epiſcopus, Numerianum Imperatorem templum ingredi volentem, forti oratione repulit ab ingreſſu, velut teterrimum parricidam, eò quòd regios pueros fidei ſuæ commiſſos nefariè ſuſtuliſſet. *Quo Babylas declarauit terræ, & eorum, quæ in terra fiunt, curam ac præfecturam verius reſidere penes Sacerdotem, quàm penes eum, qui paludamento ornatus, ac purpura indutus eſt: nec non oportere de poteſtatis huius amplitudine Sacerdotem nihil detrahere, ſed hominem potius exuere, quàm auctoritatem huic principatui ſupernè à Deo attributã deponere.* Tyrannus hanc Epiſcopi repulſam nõ ferens, vinculis, carcere, ac morte demum eum mulctauit. Ille verò ſe cum ferreis illis ſuis catenis ſepeliri mandauit. Martyris corpus ſub Conſtantio Imperatore Gallus (de quo diximus) Cæſar Daphnen tranſtulit, locum omnibus deliciis, ac iucunditatibus affluentem; vbi Apollo ſua edere oracula, ac miſeros mortales ludificari ſolebat. Poſtquàm verò corpus eò fuiſſet delatum, Dæmon prorſus mutus factus eſt, ore illi per Martyrem obturato. Cuius ſilentij cauſſam licet Ethnici aliò deriuarent, quòd ſolitis Apollo ſacrifi-

Nazian. orat. côtra Iulian. Theodoret. lib. 3 c. 2. Sozom. li. 5. cap. 2.

Magdeburgenſium turris Babylonica contra hiſtoriam Babylæ erecta obruitur.

S. Babylæ triũphus de Magdeburgenſibus.

Babylas Numerianũ Imperatorem ob parricidium ab ingreſſu templi prohibuit.

Chryſoſt. de Babyla ſiue côtra gentiles quod vnus ſit Deus.

Curã terræ & eorum quæ in terra fiunt potius ad Sacerdotem quàm hominem paludamento indutũ pertinere.

Martyrium Babylæ & cauſſa eiuſdem.

Tranſlatio Babylæ.

Dæmoni oracula reddere ſoluto Babylas præſentia corporis ſui os obturauit.

lo ſacrificiis propter Chriſtianos Imperatores non placaretur: veram tamen cauſſam præbuiſſe illatos eo Martyris cineres, non noſtri modò, [1] Chryſoſtomus, [2] Ruffinus, [3] Socrates, [4] Sozomenus, [5] Theodoretus, [6] Metaphraſtes; ſed Iulianus, [7] Libanius Sophiſta, atque adeo Dæmon, confeſſi ſunt. Etſi enim Dæmon apertè non nominaret Babylam (vt ſolet ſtultos mortales incertis ambagibus ludere, artesque ſuas illis tegere) & vereretur ne prorſus vt imbecillis ac ridiculus etiam à ſuis contemneretur, ſi mortui hominis cineres ori ipſius, ac poteſtati quaſi frenum iniecerent: eum tamen de Babyla ſenſiſſe, vel Iulianus ipſe ſatis oſtendit; qui cum multa eſſent apud Daphnen non hominum modò, ſed & brutorum animalium oſſa defoſſa; ſolius Babylæ corpus aſportari iuſſerit. Quod Chriſtiani omnium ordinum, atque ætatis frequentiſſimi confluentes, ſplendida ac illuſtri quadam pompa Antiochiam detulerunt, occinentes interim: *confundantur omnes, qui adorant ſculptilia, & qui gloriantur in ſimulacris ſuis.* Quæris exitum? Adeo nihil iuuit Dæmonem, euectum atque aſportatum fuiſſe Martyris corpus; vt paullo poſt templum ipſum Apollinis, eiuſque ſtatuam, ignis à Deo immiſſus abſumſerit. CRIT. Lubens ex te audio Deum, non Sanctos mortuos, Dæmonem repreſſiſſe; id quod piè notarunt noſtri Magdeburgenſes; qui tamen omnem illum ſuperſtitioſum cultum, & Martyris aſportationem Dæmonem ipſum veteratoriè excogitaſſe, ex Sozomeno ac Theodoreto contendunt. IREN. Atqui iam dixi non illos modò, ſed & reliquos omnes hoc miraculum ad Martyrem referre. Non quaſi Martyr id, aut contra Deum, aut ſine Deo, quod iſti garriunt, deſignarit: cum quicquid Martyres Dei voluntate, ac poteſtate ſubnixi operentur, & Deum, & Martyres, id operatos commodè dixeris. Neque vlla inde Deo, vt iſti clamitant, iniuria aut contumelia irrogatur. Quod dum compoſita ad fraudem oratione occinunt, videntur quidem ſimilitudinem quandam ac ſpeciem pietatis gerere cum impio illo rege Ioram; qui acceptis à rege Syrorum litteris, vt Naaman à lepra curaret; indignationis ſuæ, & diuinæ, vt fingebat, contumeliæ magnitudine exacerbatus, veſtimenta ſua diſcidit. Quam in eo præpoſteram pietatem reprehendit Eliſeus; & iuſſit hominem ad ſe acciri, vt ſciret eſſe Dei prophetam in Iſrael. Aut Crocodilum potius imitantur, qui, dum lacrymas, & neſcio quam pietatem fingit, incautum viatorem opprimit. Verumenimuero, quoniam iſti Babylæ, ac reliquorum beatorum poſt mortem nec virtutem, nec miracula pro ſua pietate agnoſcere volunt; præſtiterit, ſi non aliunde, certè ex Chryſoſtomo, quę

1 De Babyla tom. 5.
2 Lib. 1. cap. 35.
3 Lib. 3. cap. 18.
4 Lib. 5. cap. 19.
5 Lib. 3 cap. 10. 11.
6 In vita Babylæ.
7 Libanij orationis pars exſtat in ſupradict. Chryſoſt. narratione.

Margin notes: Chryſoſtomus. Ruffinus. Socrates. Sozomenus. Theodoretus. Metaphraſtes. Libanius. Dæmon. Iulianus. Ruina templi Apollinis & conflagratio. Ruina templi Apollinis Babylæ quomodo accepta referatur. Magdeburgēſes impietati ſuæ in Sanctos pieta- tem fraudulenter obtendunt. Magdeburgenſes ſimiles Ioram regis Iudæ. 4. Reg. 5. Magdeburgenſes Crocodilum imitantur. Ex Chryſoſtomi oratione de S.

Babyla tũ aliorũ Sanctorum, tum ipſius Babylæ inſignia poſt mortem miracula contra Magdeburgenſiũ calumnias, luculẽter defenduntur.

ad hanc cauſſam ſunt idonea, idque ex ea, quæ tota Babylam ornat, oratione decerpere. CRIT. Id ſi facias, aptè atque accommodatè ad cauſſam dicturus videris. IREN. Chryſoſtomus igitur hoc in primis affirmat, hoc diligenter adſtruit; omnia iſta admiranda atque ſtupenda Martyrum facta ex eo pendere, quod Chriſtus dixerat: *Amen, amen, dico vobis, qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ille faciet, & his maiora faciet.* Cùm itaque multis verbis generoſos Babylæ ſpiritus, qui à templi ingreſſu Imperatorem abercuit, extuliſſet; ſtatim in hæc verba delabitur: *Enimuero exiſtimaturus eſt fortaſſe quiſpiam, hoc loci orationi nos noſtræ finem impoſituros; neque enim vita hac finita laudatorum operum aut virtutis oſtentandæ occaſiones ſuppetere. Verum ea quidem eſt Gentilium, non ab re opinio; quorum ſpes vltra hanc mortalem vitam haud quaquam prorogatur. At nos, quibus huius vitæ exitus illuſtrioris vitæ alterius initium eſt, ab hac ſuſpitione, atque opinione longè abſumus. quam ſane opinionem rectam eſſe, apertius à nobis alibi commonſtrabitur. Interim & quæ virtutis eximia opera poſt Babylæ generoſi Martyris obitum obuenere, talia ſunt, quæ magnam orationi noſtræ fidem afferre poſſint.* Deinde de ſepulcris Martyrũ ſermonem attexit: *Poſt ſermonis, inquit, facultatem, ipſa certe Sanctorum ſepulcra proximum locum obtinent, ad animas hominum in ipſos Sanctos intuentium, ad virtutum eorundem æmulationem excitandas.* Tum poſtea: *Quid de locis & ſepulcris verba facio? quum & ſæpe veſtis ſola Martyrum viſa, & verbum vnum in mentem influens animum noſtrum excitet, & memoriam interlabentem reficiat. Quibus de cauſſis ipſas nobis Sanctorum reliquias Deus reliquit. Porro autem quòd hæc dicam non temerariæ iactantiæ cauſſa, ſed quòd id ipſum emolumentum noſtri gratia factum fuerit, abunde orationi noſtræ fidem faciunt, tum quæ quotidiana à Martyribus miracula eduntur, magna affatim ad illa hominum multitudine affluente; tum illis nihilo inferiora Babylæ præclara poſt ipſius obitum virtutis egregia ſpecimina.*

Ethnicorum eſt nõ Chriſtianorũ exiſtimare à Sanctis nulla poſt hanc vitam miracula edi.

Babylæ inſignia poſt mortẽ miracula.

Sanctorum ſepulcra & Reliquiæ.

Sanctorum Reliquiæ cur nobis à Deo relictæ.

Tum de Dæmone ſubiicit; qui illius loci accolis fucum fecit, qui ne extincti quidem Babylæ cineres contueri ſuſtinebat: *Eſt enim, inquit, ea Sanctorum poteſtas, vt illorum ſuperſtitum ne vmbras quidem, aut veſtes ferre poſſint; vita autem functorum & loculos quoque reformident. Itaque ſi quis illis, quæ ab Apoſtolis facta fuiſſe prædicantur, fidem non habet, is tandem memoria huius miracula intuitus, ab impudentia ſua deſiſtat. Nam qui de omnibus olim Gentilibus victoriam reportabat, à Martyre tanquam ab hero increpitus, ſuppreſſa voce latrare deſijt.* Hæc Chryſoſtomus. Et quoniam tam auidè arripuiſti illud, quod dixeram; Deum templum incendiſſe; quaſi nulla fuiſſet Martyris virtus; audi eundem Chryſoſtomum. *At malignus, inquit, Dæmon ſtatim edoctus eſt, fruſtra ſibi fraudis ſuæ artificia confecta; ſeq; non iam certamen habere cum mortuo, ſed cum eo qui viueret, qui efficax eſſet, quiq; non ſe modò, ſed omnes quoq; dæmones fortitudine ſuperaret. Is enim Deum precatus, ignem in templũ vt cælitus demitteret, totũ illius tectum exuſſit, ipſo*

Sanctorum poteſtas in dæmones tam in hac vita, quàm in altera quãta ſit.

Ex Chryſoſtomo oſtenditur S. Babylã ſuis precibus templum Apollinis ſubuertiſſe.

idolo

idolo ad extremos vſq; pedes deleto, eodem q; in cinerem & puluerem redacto, ab omnibus parietibus qui ipſi integri adhuc ſtant, abſtinuit. Et ſub finem totius orationis; *Hæc*, inquit, *& his longè plura etiamnum viuens præſtitit. Vbi autem hinc emigrauit, Dæmonis robur eneruauit, gentilium imposturam coarguit, vaticinij deliramenta detexit, perſonam eius contriuit, ſimulationem omnibus denudauit ac patefecit; eum qui in ea dominari videretur, obmuteſcere cogens, ac magna vehementia opprimens.* Deinde; *Hodie*, inquit, *templi parietes recti ſtant, omnibus quaſi prædicantes, quæ Dæmonis impudentiam, ludibrium, imbecillitatem, quæ Martyris coronas, victoriam, virtutem.* His, aliiſque id genus de Martyrum Reliquiis, earumque virtute cùm Chryſoſtomus teſtimoniis abundet; & magno ſe deſiderio teneri Petri, ac Pauli Apoſtolorũ corpora Romæ videndi dicat; facilè intelligis, quàm illotis non dicam, quod prouerbio dici ſolet, manibus, ſed mentibus potius, ſacris hiſtoriis non illuſtrandis, ſed conſpurcandis ſe iſti dederint: quantamq; impietatem, & quàm magno precio Germaniæ Principes emerint. His igitur deinceps non Chriſtianas hiſtorias, ſed potius ſi quid in gratiam Iuliani ac Dæmonis (quos impietate ſuperant; eam, quam iſti agnoſcunt, Babylæ virtutem inuidentes) ſcriptum velis, ſcribendum mandato. Quare deſinant iam tandem pij, ac acuti iſti homines hãc Babylæ, & reliquorũ Sanctorum tranſlationes dæmoni adſcribere. Neq; enim nos Catholici huiuſmodi doctore indigemus, aut vtimur (quem Luthero, horũ Apoſtolo, non inuidemus) quo, vt dixi, admonente, priuatã Miſſam apud ſuos abrogare non dubitauit. Si iſta tranſlatio dæmoni adeo arrideat, ſi Martyrũ cultus adeo ei placeat, quî fit, ô boni viri, vt memoriã, cineréſq; Martyrum dæmones vbiq;, vt crucem ſuã, horreant? Cur dæmonum membra, Iudæi, Gentiles, hæretici abolendis Sanctorum Reliquiis ſtrenuam ſemper operã dederunt? Si iſta Babylæ tranſlatio, aliquid idololatriæ, quod iſti oganniunt, affine habuit, cur ea apud omnes patres tam eſt celebris? Cur ex ea Chryſoſtomus Ethnicis verum vnius Dei cultum, & Chriſtianæ religionis ſinceritatem perſuadere conatur? Quo modo celebris illa Chriſtianorum frequentia in reliquiis deducendis occinuit: *Confundantur omnes, qui adorant ſculptilia?* Cur offenſus Iulianus eos capi iuſſit? & ex his Theodorũ quendã exquiſitiſſimis tormentis excarnificauit? Si hoc illorum factũ idololatriã redolebat; cur Theodorus in tanta illa tormentorũ acerbitate iuuenem quendã ſibi adſtantem videre viſus eſt, qui eũ conſolaretur, & nõ modo vulnera eius, ſed & omnem doloris ſenſum abſtergeret? Sed vt ex ipſo poſtremo Chryſoſtomo iſtã iſtorum impietatem, quaſi ab ipſis fibris, euellamus; ille apertè ſcribit, maluiſſe potius Iulianũ ac dæmonem capſulam illam Martyris in mare demerſiſſe, exuſſiſſe, aut in vaſtam aliquam ſolitudinem deferri, quàm Christianis tanta ambitione Antiochiã deferendam permiſiſſe.

Chryſoſtomus Ss. Petri & Pauli corpora Romæ videndi magno flagrabat deſiderio.

Homil. vlt. ad Rom. tomo 4.

Magdeburgenſium impietas in corrumpendis Eccleſiæ hiſtoriis.

Dæmonibus non adſcribendæ Tranſlationes Sanctorum vt Magdeburgẽſes impiè nugãtur.

Babylæ tranſlationẽ nihil cum Idololatria affine habuiſſe.

Ruff. lib. 1. c. 36.

Theodorus à Iuliano truculenter tortus, quod in tranſlatione Reliquiarum S. Babylæ verſus quoſdam Pſalmorũ recinuiſſet.

Iulianus & dæmon cur permiſerint Chriſtianis, Babylæ Reliquias Antiochiam deferre.

Babyla de Magdeburgenſibus triumphus.

Oecolampadij perfidia ſacrilega in transferenda Chryſoſtomi oratione de S. Babyla.

permiſiſſe: niſi inſignem aliquam cladem ſibi à Martyrum Deo formidaſſent. Quam tamen ne ſic quidem euaſere, cum paullo poſt & templum Apollinis igni cæleſti ſit abſumtum; & Iulianus in expeditione Perſica cæſus. Sic itaque vides, Babylam, non veſtrum, ſed noſtrum eſſe; & nobilem illam, vt dixi, de Magdeburgenſibus tuis referre palmam, vt olim de Iuliano & Dæmone. Quibus ad omnem æternitatem, flagitioſi mendacij ac inſignis impietatis notam, non niſi pænitentia eluendam, inurit. Atque hic ſubit animum meum Oecolampadii tui recordatio, qui in Babyla Chryſoſtomi Latinè vertendo magnam quidq; plagam accepiſſe videtur: cum neq; terrã, neq; cælum, quod dicitur, attigerit in tam paruo opere; & non paucioribus, quàm ducentis locis fœdiſſime ſit hallucinatus, ſi Germano Brixio credendum ſit. Atq; hoc quidem Oecolampadij opus, ab ea templi fabrica, quam diximus Mame Iulianum ædificare conatum; nihil abhorrere videtur. CRIT. Aliena planè ſunt hæc, ſi modo vera narras, ab illis, quæ Magdeburgenſes noſtri tradidere; quibus neſcio quomodo omnia aduerſantur; vt malam eorum fidem, velim nolim, fateri hactenus cogar. Veritas enim mihi hanc orationem exprimit. Niſi forte hoc totum, quicquid à Chryſoſtomo mutuatus es, iſti illius eſſe non putarint. IREN. Nihil minus: Neque enim aut iſti, aut quiſquam alius vnquam hac de re vel tenuem ſuſpitionem iniecit; ſæpe enim huius Chryſoſtomi orationis mentionem faciunt; ſed vide interim, vt de ea glorientur, iſtorum fidem. Alibi quidem & Babylæ, ac huius Chryſoſtomi orationis meminere: At hic, vbi virtutem Martyris euertere conantur, ne nominare quidem Chryſoſtomum audent. Verũ vt, quod ſentio, dicam; etſi ſtolidum & miſerũ id quoq; longe tamen fuiſſet tolerabilius, & ad maiorem veri ſpeciem, nec à ſolita ipſorum Dialectica alienũ, ad hanc infitiationem confugiſſe. Magno enim, vt ſolent, ſupercilio clamitare poterant; falſo iſta Chryſoſtomo afficta, & à Monacho quodam ocioſo recẽtius aſſuta: præſertim cũ Gregorius Nazianzenus, atq; Eutropius (quorũ ille duas prolixas orationes, quæ multa de multis Martyribus ſub eo paſſis complectuntur, ſcribit; hic iiſdem cum Iuliano etiã temporibus disertè de Martyrio Babylæ mentionẽ facit) de iſta tranſlatione, deq; dæmonis ſuppreſſo oraculo ne vocula quidem interſeruerint. CRIT. Si hæc ita ſint, vt tu dicis, ſuſpectam iam mihi facis hanc hiſtoriã; miror q; iſtud præſidiũ à Magdeburgenſibus noſtris haud fuiſſe arreptum. IREN. Tu mihi pro more veſtræ Academiæ facis: qui huc, illucq;, ad omnem ventũ contrariæ diſceptationis excuteris. Miror q; iam & ipſe tecũ, quòd illud ſuum ſolẽmne nõ ſeruauerint; quò à negatione terribiles illos ſyllogiſmos nectunt, non habet Socrates, non habet Theodoretus, non Ruffinus; ergo vanum eſt quod ſcribit Sozomenus. Rurſus,

Magdeburgenſium doli & malæ artes.

Cõmune Magdeburgenſium perfugium & aſylum.

Gregorius Nazianzenus. Eutropius.

Syllogiſmi Magdeburgenſium.

In Epiſt. Brixij ad Fra. Turnonium Archiepiſc.

Cent. 3 cap. 10. p. 211.

Cent. 4. c. 6. pag. 457. & cap. 13. pag. 1446.

Cent. 4. ca. 13. p. 1454. Ibidem pag. 1441.

Theodoretus

Theodoretus non habet, licet ille quidem recentior: ergo non eſt verum, quod Ruffinus, quod Socrates, quod Sozomenus ſcribũt. En tibi rurſus ſimilem Herculis clauam: Hieronymus, Auguſtinus, licet recentiores & obiter ſcribentes de Cypriano, nihil huiuſmodi aſſerunt: ergo fabuloſa & indigna relatu iudicauerunt miracula, quæ præceptor Hieronymi Gregorius Nazianzenus poſt funus Cypriani contigiſſe narrat. Demiror itaque nouam iſtam dialecticam hîc euanuiſſe, Non recenſet Nazianzenus; non Eutropius: qui ergo aut fidem Chryſoſtomo habebimus, aut certè ab eo ſcripta exiſtimabimus? At iſta ſcripſit Chryſoſtomus: & ideo, dum hanc illius de Babylæ miraculo narrationem boni iſti viri infirmare conantur, vix nominis illius vmbram Centuriæ ipſorum ferunt.

Cent. 3. ca. 10. pa. 249.

Quod ſi nihil huiuſmodi ab eo proditum fuiſſet (qui iſtam orationem ad viceſimum annum poſt incendium illud templi dæmoniaci à ſe habitam oſtendit) nihilominus tamen aliunde, tam eius, quàm aliorũ copiis inſtructi in hac cauſſa facilè vinceremus. Scribit enim quoſdam in Arabiam abire ſolitos, vt fimum, in quo Iob ſederat, cernerent, & terram oſcularentur, quæ illius victoris certamina, & cruorem omni auro pretioſiorem ſuſcepit. Et alibi: *Vellem,* inquit, *nunc in locis illis verſari, quibus vincula illa manent, & catenas videre, quas timuerunt quidem Dæmones & horrent, & Angeli venerãtur. Si Eccleſiaſticis curis eſſem vacuus, corpuſq; robuſtum haberem; nequaquam peregrinationem tantam facere recuſarem, quo catenas ſolum viderem, & carcerem, quo Paulus vinctus eſt.* Scribit præterea ad hunc modum Chryſoſtomus de Apoſtolorum ſepulcris: *Romæ,* inquit, *quæ vrbs eſt regaliſſima, relictis omnibus, ad ſepulcra piſcatoris, & pellionis currunt & reges, & præſides, & milites. Et in Conſtantinopoli reges noſtri magnam gratiam putant, non ſi prope Apoſtolos, ſed ſi vel extra eorum veſtibula corpora ſua ſepeliantur, fiantq; piſcatorum oſtiarij reges.* Quare ego tibi omnem illam voluptatem, quam ex iſtis Magdeburgenſium tuorum de Babyla & Mama ſcriptis capi poſſe dixiſti, remitto; nec inuideo: teque omni illo dolore leuo, quo noſtrorum ignorantiam deploras.

Peregrinatio religionis ergò in Arabiam.

Homil. 5. ad popul. Antioch. Homil. 5. de beato Iob. Homil. quòd Chriſtus ſit Deus.

Quanta chryſoſtomus flagrauerit cupiditate viſendi catenas & carcerem, quo D. Paulus vinctus fuit.

Sepulcra SS. Petri & Pauli quanto in honore habita.

CRIT. Video, video verum iam eſſe, quod dixeras; Babylam non de Iuliano modò & dæmone, ſed & de Magdeburgenſibus etiam noſtris glorioſam victoriã hodie reportaſſe. Verũ vnus adhuc etiam ex Chryſoſtomo ſcrupulus reſtat, quem ex animo meo nondum exemiſti. Eum non Magdeburgenſes noſtri, ſed quidam ex veſtratibus mihi iniecit, auctor nimirum Homiliarum, quæ publica auctoritate, vt audio, ad populũ è ſuggeſtu in Britannia tua hodie perlegũtur. Hunc locum te ſilentio præterire voluiſſe exiſtimo, quia forte nihil habes, quod ei reſpondeas: & idcirco vt è memoria mihi excideret, tam multus in aliis Chryſoſtomi verbis citandis de induſtria fuiſti. Sed non ſic effugies. IREN. Nec ego diuerticula, aut effugia quæro. Nam certè illius loci oblitus eram,

Auctor Homiliarum in Anglia.

etam, niſi tu iam in memoriam eum mihi reuocaſſes: quod tantum abeſt, vt ægre feram, vt de eo magnas tibi gratias agam. Nam magna inde tuis impendet ruina; magna inde auctoris Homiliarum proditur vel cæcitas, vel peruerſitas. Sed quis tibi hunc Chryſoſtomi locum ex libro Homiliarum ſuggeſſit? aut vnde nactus es? CRIT. Nuper incidi in quendam, qui has Homilias oſtendit mihi, & mutuas dedit; ex quibus hunc Chryſoſtomi, & alios aliorum patrũ locos hincinde annotaui, quos in ſermonis progreſſu, quoties occaſiò dabitur, ad tuorum ſuperſtitionem oppugnandam adhibebo. IREN. Sed vereor, ne maiori cauſſæ tuæ cum detrimento, quàm commodo id ſis facturus. Nam quiſquis auctor fuit illarum Homiliarum; multa ille ſanè parum ad rem accommodate dixit; multa non bona fide, ſed magna fraude, vt hominibus credulis & incautis illuderet, patrum teſtimonia congeſſit. Doleo igitur vicem patriæ meæ, quæ his faſcinatur ineptiis: deploro popularium meorum conditionem, qui huiuſmodi dictatis aures accommodare coguntur. Sed ad Chryſoſtomi locum redeo; qui ſi diligenter attendatur, non modo nihil tecum facit, ſed plurimum etiam tibi aduerſatur, adeò vt vehementer ſane mirer, quid tibi, vel auctori potius Homiliarum in mentem venerit, hoc teſtimoniũ, quo cauſſa veſtra ex Chryſoſtomo iuguletur, adferre. Sed hinc diſcere potes, quid in ceteris rebus fidei ſit tribuendũ huiuſmodi veſtrarum partium patronis. Quanquam hoc non tam illis fortaſſe vitio vertendum eſt, quàm cauſſæ iniquitati, quam defendendam ſuſceperunt; quæ cum à mendacio contra veritatem ſtet, non eſt mirum, ſi ipſa ſibi ruinam minitetur. Si cupis, quid hîc ſibi velit Chryſoſtomus, plene intelligere, *aperi oculos fidei*, vt Chryſoſtomus hoc in loco te iubet; nec patere tibi fucum fieri, ſed integrũ Chryſoſtomi locũ, vnde ea verba fraudulenter & veteratoriè deſumta ſunt, accipe; ex quo aliud ſenſiſſe Chryſoſtomum; aliò illius verba auctorem Homiliarũ detorſiſſe, facile intelliges. Sic igitur ille: *Quàm ſpecioſa & grata ciuitati nobis emicuit, & totius anni diebus ſplẽdidior dies hodierna præfulget, non de vſitatis ſolis radiis illuminata preclarius, ſed de lumine Martyrũ ſupra coruſcum fulgoris micantem illuſtrata ſublimius. Multis etenim ſolibus illuſtriores ſunt Martyres, & magnis luminaribus clariores. Propterea hodie, ſi dici poteſt, cælo ipſo ornatior terra lætatur, ſed in hac comparatione non attendas cinerem Sanctorũ corporũ, nec fauillã reliquiarũ carnis, omniaq́, oſſa conſumpta temporibus: ſed aperi oculos fidei, & vide eos diuina virtute & gratia ſpiritus ſancti amictos, & diuini luminis claritate radiantes. Hi ergo ipſi de ſuperno ſolis circulo in terrã radij, Chriſto emittente, iaciuntur, & à corporibus eorũ proſilientes coruſca luce fulgoris, ſicut ſpeciem Eccleſiæ gaudentes illuſtrant, ita faciem Diaboli inuidentis obcæcant. Nam vt audaces latronũ duces, ſiue impij ſepulcrorum effoſſores, ſi fortè, dum prædas agunt, aut ſpolia capienda conquirunt, in arma vel*

Homil. de natiuit. ſeptem Machabæorũ. Homil. 70.

Chryſoſtomum nihil detrahere Reliquiis Sanctorum contra auctorẽ homiliarum in Angliis, qui Chryſoſtomi auctoritate ad eam rem abutitur in homilia de periculo Idololatriæ.

Chryſoſtomus.

ma vel ornamenta Imperatoris incurrerint, quamlibet cupidi prædarum; tamen ita agnitis Regis inſignibus deterrentur, vt fugiant; neq; comminus accedere, vel attingere audeant, vnde ſibi non compendiũ procedere, ſed periculũ prouident imminere, ſi quid inde audeant vſurpare: ita profectò & Dæmones, qui verè latronũ & principes & magiſtri ſunt, vbi coronatorũ Martyrũ viderint corpora poſita, longè ilico à conſpectu eorũ pauidi fugiunt, & abſiliunt. Non enim ad naturã eorũ intendunt, ſed in arcanam diuinitatem & gloriã Chriſti, qui in agone certantiũ induta corpora Martyrum ſuorũ, ſicut arma portanit. Huiuſmodi enim armis non Angelus, nõ Archangelus, nec vlla alia creatura virtus induta eſt, ſed ipſe Dominus virtutũ & Angelorum, ſicut Paulus clamat, dicens: Si experimentũ quæritis prælianiis in me Chriſti, pretioſa enim ſunt corpora Martyrũ; quoniã plagas pro Domino ſuſceperunt, & quia ſtigmata propter Chriſtũ membris ſuis impreſſa ferunt: & ſicut corona regalis vndiq; decorata fulgores varios emittit: ita & ſanctorum Martyrũ corpora, ſicut pretioſis lapidibus, acceptis pro Chriſto vulneribus, diſtincta, omni Regũ diademate pretioſiora, & ſpectabilia redduntur. Hæc Chryſoſtomus; quibus quid potuit magnificentius de Martyribus eorumq; corporibus dici? Nónne, ait, *cælo ipſo ornatiorem terrã lætari* ob Martyres, quorú tum Memoriam ille cum populo celebrabat? Nónne dicit Martyres *multis ſolibus illuſtriores*? At Chryſoſtomus iubet nos non attendere in hac comparatione *cinerem ſanctorũ corporũ, nec fauillã reliquiarũ carnis*. Eſto: quid tum? An non tamen quid velit, declarat, cum ſubdit *à corporibus eorum radios proſilientes ſpeciem Eccleſiæ gaudentis illuſtrare, & faciem diaboli inuidentis obcæcare*? Nónne aſſerit dæmones, *vbi coronatorũ Martyrũ vident corpora poſita, longè illico à conſpectu eorũ pauidos fugere & abſilire*? An igitur hæc & huiuſmodi verba ſint detrahentis Martyrú reliquiis, vel potius de eis magnificè ſentientis, & vim quandã diuinam earum prædicantis, tibi iudicandum relinquo. Quorſum verò ſpectent illa verba; *Non attendas cinerem Sanctorum corporũ*, Chryſoſtomus ipſe explicat, cum dicit; *pretioſa eſſe corpora Martyrũ*. Sed vnde, quæſo, pretioſa? an ex ſe & natura ſua? an quia corpora ſunt? Minimè: ſed quia *plagas*, inquit Chryſoſtomus, *pro Domino ſuſceperũt: quia ſtigmata propter Chriſtum membris ſuis impreſſa* ferunt. Atq; inde profectò eſt, quòd dæmones ferre nequeãt præſentia corpora, cineres & oſſa Martyrú; non quia corpora, cineres & oſſa ſunt, ſed quia in his corporibus, cineribus, oſſibus plagæ pro Domino acceptæ, & ſtigmata propter Chriſtum inuſta apparent: quia in his inſignia ipſius Chriſti, pro quo tormenta ſubierunt, vndiq; elucẽt. Quo ſanè modo ſolent latrones, licet prædarú auidi, à pretioſa ſupellectile, Imperatoris inſignia habente, manus cohibere; non quia precioſa ſupellex, ſed quia Imperatoris inſignia vident, cuius vim & potentiam metuunt. In comparatione igitur Martyrum cum rebus cæleſtibus non *attendenda ſunt corpora Martyrum*, inquit Chryſoſtomus, *ſed diuina virtus*, quæ in eis

Dæmones à corporibus ſanctorum fugiunt.

propter

propter plagas pro Domino acceptas, & ſtigmata pro Chriſto impreſſa effulget. Hæc igitur cum ita ſint, nihil cauſſæ tuæ iam profuit, ſed obfuit hic locus ex Chryſoſtomo ab Eccleſiaſte illo deſumptus. Quod ſi adhuc tibi non eſt ſatisfactum, facio tibi quicquid habeas obijciendi poteſtatem. CRIT. Nihil in præſentiarũ amplius deſidero: tam aperta ſunt Chryſoſtomi verba. Nunc verò tuum ad reliqua reſponſum exſpecto.

Repelluntur aliæ Magdeburgenſium calumniæ contra tranſlationes Sanctorum.

CAP. XVI. IRENÆVS.

Sanctorũ tranſlatio quarto & quinto ſæculo frequens.

Enumeratio tranſlationum Sanctorum ex Centurijs.

NIHIL aliud quàm promiſſa, vt par eſt, exigis, quibus ego pro meis viribus ſatisfaciam. Et quoniam Martyrum ac Sanctorũ aliorum tranſlatio in manibus eſt, eam ne dimittamus. Quam ne improbemus, vel ſola, quàm dixi, Babylæ narratio ex fide explicata luculento Dei teſtimonio admonet. Quam cum vel ex ipſa Magdeburgenſium confeſſione, quarto & quinto ſæculo paſſim in celeberrimis Chriſtiani orbis Eccleſijs magna celebritate vſitatã cõſtet; quis amplius, quin rectè, & ex Dei voluntate fiat, dubitandi locus relictus eſt? Habemus enim, vt ipſæ Centuriæ docent, celeberrimas in hoc genere Babylæ, Meletij, Neſtabi, Zenonis, Acepſimæ, Hilarionis, Zachariæ, Samuelis & Micheæ Prophetarũ; Barnabæ, Laurentij, Stephani, Ignatij, Agnetis, Ioan. Chryſoſtomi, Flauiani, Euſtachij, quadraginta Martyrum, ac aliorum tranſlationes. Quibus potuiſſent adijcere Ioan. Baptiſtæ Alexandriam; viginti Martyrum in Africam, Andreæ, Lucæ, & Timothei Conſtantinopolim, & alias aliorum; quas neſcio dolo malo, an negligentia potius prætermiſerint. De Ioannis tamen Baptiſtæ oſſibus tranſlatis alibi ex [1]Socrate & Theodoreto meminerunt: ſed ita, vt totum illud quaſi ſuperſtitioſum coarguant; licet & [2]Ruffinus (ex quo illi ſuã narrationem ſumſiſſe videntur) eadem referat. Pari fide & pietate [3]Hieronymi narrationem de Ioanne Baptiſta Sebaſtæ ſepulto damnare conantur. At celebrem illam Andreæ, Lucæ, & Timothei tranſlationem ſupprimunt; & [4]Samuelis non ex Hieronymo, ſed Theodoro lectore, recitant. Verebantur, credo, ne illud Hieronymi tonitru male dormitantem ipſorum Vigilantium nimiùm conturbaſſet; ſi eius teſtimonio vſi fuiſſent. Si ſacrilegi ſunt, qui Martyrum reliquias venerantur; *Sacrilegus*, inquit, *fuit Conſtantius Imperator, qui ſanctas reliquias Andreæ, Lucæ, & Timothei tranſtulit Conſtantinopolim, apud quas Dæmones rugiunt, & inhabitatores Vigilantij illorum ſe ſentire præſentiã confitentur. Sacrilegus dicendus eſt & nunc Auguſtus Arcadius, qui oſſa beati Samuelis, longo poſt tempore de Iudæa tranſtulit*

Cent. 4 c. 6. pag. 456. 457. & Cent. 5. c. 6. pag. 697. 698. 699.

Ruffi. lib. 2. c. 28. Eccleſ. hiſto.

Aug. de ciuit Dei lib. 22. c. 8. Sermo 5. Hieron. cõtra Vigilantium.

Magdeburgenſium dolus.

Hieronymi ſententia de honore Sanctorum reliquijs tributo cõtra Vigilantij calumnias.

[1] Cent. 1. li. 1. ca. 3. pag. 18.

[2] Lib. 2. ca. 28.

[3] Cent. 1. li. 1. c. 3. p. 18

[4] Cent. 5. c. 6. pag. 698.

tranſtulit in Thraciam. Omnes Epiſcopi non ſolum ſacrilegi, ſed & fatui iudicandi, qui rem viliſsimam, & cineres diſſolutos, in ſerico & vaſe aureo portauerunt: ſtulti omnium Eccleſiarum populi, qui occurrerunt ſanctis reliquiis, & tanta lætitia quaſi præſentem, viuentemq́; prophetam cernerent, ſuſceperunt: Vt de Paleſtina vſq; Chalcedonem iungerentur populorum examina, & in Chriſti laudem vna voce reſonarent: videlicet, adorabant Samuelem & non Chriſtum; cuius Samuel, & leuites, & prophetes fuit. Certè vt dolo malo magis, quàm negligentiæ tribuam, illud quoque me mouet; quod, cum Hilarionis celebria apud Paleſtinos & Cyprios poſt mortem miracula eleuare ſtudent; illa Sozomeno, quaſi primo ipſorum parenti atque auctori, tribuunt, Hieronymi auctoritatem diſſimulantes, qui ea cum reliqua eius vita accuratè perſcripſit.

Cent. 4. ca. 13. p. 1445

In vita Hilar.

Fraus Magdeburgenſium detegitur.

Inſignis Magdeburgenſium impoſtura detegitur, quâ pro Eraſmo Gregorium ſuppoſuerunt, & duo ingentia mendacia quorum altero negant in Auguſtino aut Ambroſio vocem MISSÆ *exſtare, altero affirmant Natalitia Martyrum à Montaniſtis in Eccleſiam fuiſſe inducta.*

CAP. XVII. CRITOBVLVS.

ISTA quidem non ſatis cum bonæ fidei rationibus quadrant. Sed illud me torquet, quòd videã Gregorium, ſiue Nazianzenus, ſiue Nyſſenus fuerit, Vigilantio æquiorem quàm Hieronymo, nec multũ iſtis miraculis tribuentem. IREN. Quiſquis iſte honorarius arbiter fuerit, qui ſibi, quã nemo detulit, prorogat iuriſdictionem, nõ tam ſpeciem doctrinæ (quam non improbat) quàm vehementiorem Hieronymi in reprehendendo acerbitatẽ reſpicit. Quanquam ſi quis dixerit, non tam Vigilantij, quàm propriæ defenſionis cauſſam eum agere, fortè non aberrabit. CRIT. Quid admiſit, quid dixit, quid ſcripſit, alteruter ex iſtis, cur ſe defenderet? IREN. Quid mihi iſtos ſomnias? Non hæc quiſquam ex Gregoriis, ſed Eraſmus Roterodamus ſcripſit. CRIT. Ille ſane veſtras Reliquias ſatis acerbe exagitat. IREN. Recte ergo dixi, ſuam cum cauſſam agere. Viden' ergo, quanto ſimulationis artificio iſti tui Rhetores vtuntur? & quàm apud illos omnia ſunt ineptiis fucata? Quos tibi ſub nominis impoſtura fucũ feciſſe video. CRIT. Sed aliquid indulgendum eſt in tanto opere humanæ imbecillitati. IREN. Ohe, tot Argis? verumenimuero imbecillitati, non malitiæ indulgendum. CRIT. Quam abeſſe, auſim ſanctè deierare. IREN. Cur ergo, vel abſoluto opere, quod per tot manus prius obambulauit, aut certè in ſecunda editione hos, & reliquos de Gregorio Neocæſarienſi, Cornelio, & ſimiles errores non emendarint. CRIT. Credis non emendatum? IREN. Scio

Eraſmi iniquũ de D. Hieronymo iudicium, quod Magdeburgenſes Gregorio inſigniter mentientes attribuunt.

Eraſmus notatur.

Simulationis Magdeburgicæ artificium.

non eſſe. CRIT. Ipſi ergo pro ſe reſpondeant, mihi præcluſa eſt omnis defenſio. Sed antequam hinc te dimitto, dic rogo, quid cenſes de Eraſmo Roterodamo, qui non ſolum nobis Germanis, ſed exteris etiam videtur, ætatis ſuæ *ſcriptorum prope omnium decus*, vt Pauli Iouii verbis vtar; *ingenij fertilitate ſuperaſſe*? IREN. Non aliud ſanè, quàm quod Iulius Cæſar Scaliger, in omni doctrinæ genere vir doctiſſimus, de eo ſcripſit: *magnum ſcilicet fuiſſe nomen Eraſmi, ſed maius futurum ſi ille minor eſſe voluiſſet*. CRIT. Arguitè profectò, & fortaſſis verè dictum. Sed quæro, an Eraſmus in iſta contra Sanctorum Reliquias ſententia vſque ad obitum perſeuerauerit? IREN. An ille vnquam omnem earum cultum improbarit, non poſſum pro certo dicere. Multa verò ei in hoc genere (& quædã fortè non ſine cauſſa) diſplicuiſſe, libri eius teſtantur. Illud aũt certius dixerim, nõ pauca eum, cũ primùm litteris cogitationes ſuas mandaret, opinionis errore ſeductum, & iuuenili quodam calore ac impetu abreptum, nec non fortaſſe gloriæ aucupandæ nimis intentum, & amore ſui occæcatum, parum conſideratè, ne quid grauius dicã, effudiſſe, & multis inde occaſionẽ ruinæ dediſſe. Nec mirum ſanè, cum hoc illius ſtudium fuerit in Theologia hæc præcipua tum cura, (quemadmodum bene animaduertit, vir præclare & piè doctus, nec non eximium regni Polonici decus & ornamentum, Martinus Cromerus) vt quæ rara eſſent ac ſingularia conſectaretur; recepta autem faſtidiret, adeo vt nonnunquam cum verbis ſententijs que hæreticorum potius quàm cum ſanctiſſimis Eccleſiæ decretis conſentanea ſcriberet De quibus tamen ab hominibus grauiſſimis doctiſſimiſque multum & ſæpe admonitus, atque interdum etiam acerbiuſcule interpellatus, cùm ſerio cogitaſſet, eaque iam ætate prouectus, maturiore iudicio examinaſſet, & quaſi concoxiſſet; totum ſe tandem ad Eccleſiæ auctoritatem, quæ poſtea ei ſemper fuit meritò grauiſſima, contuliſſe videtur. Cuius ea in re exemplum vtinam Apologetici in Anglia, tu, & reliqui Germani æmularemini. Nam cum auctoritatis Eccleſiæ neminem pænitere poſſet, ab ea ne digitum quidem, quod aiunt. Ad Hieronymum redeo, in quo cùm manifeſtum ſit teſtimonium contra eos, [*Romanus*, inquit, *Pontifex offert Domino ſacrificia, ſuper mortuorum hominum Petri & Pauli oſſa veneranda*, (quæ iſti per contemptum ſuo more * *putrida* appellant) *& tumulos eorum arbitratur altaria*] multaque alia paruum id genus exſtent certa teſtimonia: iſti putant nos ſola Felicis, idque conficta (quod tamen probaré non poſſunt) Epiſtola inniti. Quaſi in prima, & florenti Eccleſia hic mos non ſit receptus; aut quaſi Africana Synodus (quam iſti velut primariam ſibi contra Romani Pontificis auctoritatem; ſed fruſtra, vt diximus, arripiunt) non diligenter cauit, ne erigantur altaria ſine Sanctorum Reliquiis, &, ſi quæ eiuſmodi erecta fuerint, vt euer-

Iulij Cæſaris Scaligeri de Eraſmo iudiciũ.

Eraſmus quid ſenſerit de Reliquiarum cultu.

Lib. 3. colloq. de relig.

Eraſmi exemplo vtinã Euangelici reſipiſcerent, & in Eccleſiæ auctoritate acquieſcerẽt.

Epiſt. ad fratres inferioris Germaniæ.

Hieronymus.

Contra Vigilant.

Sacrificia à Põtificibus oblata ſuper Petri & Pauli oſſa.

** Cent 3. c. 10 in vita Cornelij Papæ pag 281.*

Ambr. Epiſt. 85.

Africana Synodus.

Cent 3. c. 6 pa. 147. & c. 7 p. 182.

African. concil. c 50.

vt euertantur; & ne *memoria Martyrum* alibi celebretur, quàm *vbi corpus, aut aliquæ certæ Reliquiæ ſint*. Aut quaſi Auguſtinus palam nõ dicat: Sacerdotes ad altare ſupra ſancta corpora Martyrum ad Dei honorem, cultumq́ue conſtructum offerre. Hæc vero quid ab eo diſſonant, quod Felix *conſtituit* (vt Damaſus etiam Papa, cui Hieronymus quantum tribuerit norunt omnes, teſtatur) vt *ſupra ſepulcra & memorias Martyrum Miſſæ celebrarentur*? An exiſtimant fortè Magdeburgenſes tam ſtolidos nos eſſe, vt putemus patres, qui altaria cognouerunt, & venerati ſunt, Miſſam execratos fuiſſe? Quã illi certè tanto honore excepere, quãto eam iſti contemtu reiiciut. Nam quod [1] Miſſæ vocabulum, in Ambroſio & Auguſtino exſtare negant, impudenter mentiuntur; vt non ſit neceſſe laborare, an illa ad Miſſam præparatio ſit Ambroſij; cùm, ea ſublata, habeamus [2] certum Ambroſij teſtimonium, ipſique eam vocem in [3] quarta Centuria agnoſcant in Ambroſio, licet in quinta reiiciant: ex quã tamen patet, non [4] Auguſtinum modo, ſed & [5] reliquos patres Mileuitani Concilij (cui Auguſtinus, ſi [6] illis credimus, præfuit & interfuiſſe reliqui ſcriptores fatentur) ea voce vſos. Ea autem, qua vtuntur ratione ad illius precationis fidem extenuandam; quia Inuocatio Sanctorum adſpergitur; facilè, vt diximus, omnes Ambroſij & reliquorum patrum libros euerteris. Quam dum, vt præcipuam quandam, ſequuntur in iſtis Sanctorum Tranſlationibus impugnandis, non tam eas infirmant, quàm confirmant. Sanctorum enim, vt iam inter nos conſtat, appellatio certiſſimis nititur totius primæ Eccleſiæ & patrum ſuffragiis. Nec minus firma eſt illa alia ratio; quòd ex fictis, & ementitis miraculis Sanctorũ inoleuerint Tranſlationes. Partim enim iam intelligis, quanta ſit horum miraculorũ magnitudo, quanta fides & firmitas; partim mox, progrediente ſermone, certius intelligere poteris. Nam quod iſtas Sanctorum tranſlationes ex Ethnica ſuperſtitione recentius natas, vt & reliquas Sanctorum ſollemnitates, & ſuo more neſcio quid de Montaniſtis garriunt; facile refelluntur, tum ex ijs quæ diximus, tum ex eo quod de natalitijs Martyrum in prima Eccleſia celebratis, ex epiſtola Smyrnenſium de Polycarpo, ex Cypriano, ex Tertulliano, ex Origene, qui celebritatem Innocentum ad Apoſtolorum tempora refert, dilucidè conſtat. Quos, ſi iſti in Montani diſcipulos transformare poſſint, miram dabunt metamorphoſim. Etſi enim Tertullianus aliquid è Montani diſciplina libaſſe tradatur; nemo tamen ante iſtos auſus eſt Martyrum celebritatem conuellere, aut hanc Eccleſiæ Catholicæ obſeruantiam inter Montani errores referre: niſi forte delitiæ iſtorum, Vigilantius. Quem cũ tota ante mille trecentos annos Eccleſia pro hæretico inſigni damnarit; iſti tamen non poſſunt vllum reperire locum, aut inter hæreticos, aut inter ſchiſmaticos, vbi pium ſuum patrem reponant. De

Carthagin. Synod. 5. cap. 14.
De cõſecrat. Diſtinct. 1. Placuit vt altaria. Ivo in Decret. lib. 2.
Damaſus in Pontificali.
Auguſt. de ciuitat. Dei li. 8. cap. 27.
1 *Cẽt 4 c. 6 pag. 430.*
2. *Li. 5. Epiſto. 33.*
3 *Cap 3 pagi. 147.*
4 *Serm. de tēpore 251.*
5 *Canõ 12.*
6 *Cẽt 5. c. 9 pag. 835.*

Magdeburgẽſes impudentius mẽdatij in eo conuincũtur, quòd negent Miſſæ vocabulum in Auguſtini & Ambroſij operibus exſtare.
Ambroſius.
Auguſtinus.
Mileuitanum Concilium.
Compendiaria ex Magdeburgenſibus ratio ad fidem omnibus patrum libris abrogandã.
Magdeburgẽſes impudentes cõfirmant Sanctorum tranſlationem.
Futilis Magdeburgenſium ratio contra tranſlationes Sanctorum.
Sanctorũ tranſlationes non eſſe ex Ethnicorum ſuperſtitione recentius natas.

Euſeb lib 4. cap. 15.
Cypr lib 3. Epiſt 6. & li 4. Epi. 5.
Tertullia. de cor militis.
Orig. in illud Matth. vox in Rama homil. 3. in diuerſ. tom. 3.

Tertullianũ non è Montani factionibus hauſiſſe, quæ ſcripſerat de Natalitiis Sanctorum.
Vigilantius Magdeburgenſium delitiæ.

quo non poſſum eos reprehendere: ſententiam enim hæreſeos contra ſe ipſi tuliſſent. Verumenimuero quando non erubeſcunt palam affirmare, Tertullianum inter alias cæremonias à Montaniſtis mutuatas induxiſſe in Eccleſiam annuas oblationes pro defunctis & pro Natalitiis, ipſo Vigilantio, ſocijſque deteriores & impudentiores ſunt; cum neminem hæreticorum ſibi hîc præeuntem, quem ſequantur, habeant. Sed quo modo haberent, cùm ſit grauiſſimum, idemque apertiſſimum mendacium, quod ipſius loci, quem ex Tertulliano proferunt, auctoritate prorſus concidat. Lapſus ſit Tertullianus in Montani deliria; induxerit Montanus in ſuam ſchiſmaticam & hæreticam Eccleſiam nouas de ieiuniis, nouas de matrimoniis diſtrahendis leges. At cæremonias, quas Tertullianus recitat, & de quibus nunc agitur, à Tertulliano aut Montaniſtis ſumſiſſe Catholicam Eccleſiam, qui probatur? imo qui vnquam probare poterunt? cùm Tertullianus de traditionibus loquatur, quæ licet in Scripturis non continerentur; erant tamen, vt ait, *conſuetudine auctoratæ*, id eſt, conſenſu confirmatæ. Quem autem vnquam conſenſum Montaniſtis dedit Catholica Eccleſia, quos ſemper acerrime expugnauit? Deinde cum illas, & alias cæremonias recenſuiſſet, adiecit: *Harum, inquit, & aliarum huiuſmodi diſciplinarũ, ſi legem expoſtules, Scripturam nullam inuenies; traditio tibi prætendetur auctrix, conſuetudo confirmatrix, & fides obſeruatrix.* Qualem conſuetudinem quo modo, precor, Catholica Eccleſia à Tertulliano, aut Montano ſumeret? cùm non ſolum initiandæ iuſta auctoritas, ſed & ſi ea ſuppetiſſet, iuſtum ſuum, quo corroborari debet, tempus quoque deeſſet: quia Tertullianus ſub Seuero floruit; Montanus ſub Commodo, aut paullo ante, hæreſes ſuas diſſeminauit. Impudens igitur eſt, ſimul & ridiculum iſtud Magdeburgenſium mendacium. Sed vt ad Diuorum tranſlationes reuertamur: ſi rariora ſunt tranſlationum iſtarum ante Conſtantinũ Magnum exempla, quid mirum? Inter continuas enim fere trecentorum annorum perturbationes, atque acerbiſſimas inſectationes, quomodo Chriſtiani ſollemnibus iſtis tranſlationibus, ac honoribus publice vacaſſent?

De corona militis.

Tertulliani de traditionibus nõ ſcriptis teſtimonium.

Non ideo aliquid in Catholica Eccleſia iam receptum, eſſe reprehendendum, quod idem olim in templis Ethnicorum ſit vſitatum.

CAP. XVIII. CRITOBVLVS.

AT timida & religioſa iſtorum mens, nihil ſe prorſus pro pietatis ſuæ magnitudine commune cũ Ethnicis habere poſſe putat. IREN. Quærant ergo ſibi nouam aliquam, deſæcati aëris regionem, quo ſpiritum ducant, quo alantur, quo ſuſtententur, ne ad

Multa Chriſtiani habent, & habere ſine reprehenſione poſſunt cum Ethnicis communia.

ad homines contrariæ religionis diffluat. CRIT. At nos non de aëre, ſed ſacris, & religione loquimur. IREN. Quaſi vero habeamus communia cum Ethnicis ſacra; ſi quid eorum hodie in noſtris vſurpetur, quod ab Ethnicis accerſitum eſt? CRIT. Sic ego certe cum noſtris Magdeburgenſibus accipio. IREN. Hac ergo ratione aboleamus templa omnia; quia & pagani Deorum ſuorum templa habebant: aboleamus feſta Chriſto dicata, quia & illi Deorum ſuorum feſtos dies celebrabant: aboleamus Baptiſmum, quia & illi aquam luſtralem habebant: aboleamus panem & vinum, quæ Deus ad ſacrificium Eccleſiæ præſtituit, quia Ethnici in ſuis ſacrificijs ijſdem vtebantur. Sed inepta plane eſt iſta collectio. Nam & Iudæi, idq; ex Dei ipſius præſcripto, ijſdem hoſtiarum ſacrificiis vſi ſunt; quibus & Ethnici. Sed hoc ſolum intererat; illi vero Deo, iſti Dæmoniis ea conſecrabant. Sed has iſti querelas à pio ſuo doctore Vigilantio didicere: qui propter inuidiam in Martyres, & perfidiæ ſuæ tenebras: *Prope, inquit, ritum gentilium videmus ſub prætextu religionis introductum; in Eccleſia, ſole adhuc fulgente, moles cereorum accendi.* Cuius ſtultitiam ita retundit Hieronymus: *Illud fiebat Idolis, & idcirco deteſtandum: hoc fit Martyribus, & idcirco recipiendum eſt. Nam & abſque Martyrum Reliquiis per totas Orientis Eccleſias, quando legendum eſt Euangelium, accenduntur luminaria, iam ſole rutilante, non vtique ad fugandas tenebras, ſed ad ſignum lætitiæ demonſtrandum.* Hæc Hieronymus. Tenebricoſa certe Gentilitas ſolebat Februario menſe matri Plutonis hoſtias offerre; vigilare cum cereis & facibus: ſed faceſſant omnes illæ tenebræ præ noſtro fulgore; quo nos Chriſtiani eodem menſe, vt filij lucis, lampades ornamus, & rutilantes cereos veræ luci, quæ venit in mundum vt eum illuminaret, dedicamus, in memoriam noſtræ huius illuſtrationis, & cygneæ illius cantionis: *Lumen ad reuelationem gentium*: in memoriam denique beatæ virginis. Hoc igitur noſtrũ lumen eo die læti contra Gentilitatis tenebras celebramus. In quibus & pluribus Ethnicorum ritibus, quaſi Aegyptum ſuis diuitijs ſpoliauimus, earumque poſſeſſionem à malis Dæmonibus diu interuerſam, ad Chriſtum, verum Deum, iuſtumque Dominum, tranſtulimus: non cum detrimento, vt iſti aiunt, ſed cum magna Chriſtianæ fidei acceſſione. Quin potius Auguſtinum audiunt, qui in rebus huiuſmodi non tam locum, nec tam rem ipſam, quàm modum atque affectum perpendi voluit. Sic Iudæi & Ethnici ijſdem vtebantur ſacrificijs, quibus illi Deum ſincere colebant; iſti ad turpiſſimam Idololatriam prolabebantur. Habebant Dæmones ſuas virgines Veſtales: habent Chriſtiani ſuas virgines: ſed hoc vnum intereſt (in quo vno totum continetur) quòd illæ Dæmonibus, iſtæ Chriſto ſuam pudicitiam conſecrant. Sed quid ego hoc ad uerſus iſtos exemplo vtor: cùm Apologetici clament, hãc omnem

Magdeburgenſium inepta ratio multis exẽplis refellitur.

Iuſtinus in Apolog. ad Antoniũ Pium. Tertullia. de præſcription. hæretic.

Iudæi ijſdem ſacrificijs vſi ſunt quibus Ethnici ſed diſſimili ratione.

Auguſt. epiſto. 49. ad Deo gratias. q. 3.

Vigilantium doctorem ſequũtur Magdeburgẽſes in traducendis Martyrũ reliquiis.

Hieronymus.

Lucernæ cur accendantur in templis ſole lucente.

Ethnicos & Chriſtianos lucernis in Eccleſiis vti; ſed diſpari ratione.

Auguſtini ſententia de iis quæ Chriſtianis cũ Ethnicis ſunt communia.

Aug. contra Fauſtum. li. 20. c. 21.

Apologeticorum impiũ dogma.

Apologeticorum impium dogma.

de cœlibatu doctrinam à Dæmone profectam. Quibus ſi quis, relicto Auguſtino, ac tota potius Eccleſia, credere velit: nihil ego quidem quicquam, quod amplius dicam, habeo, quàm vt eum inter publicanos & Ethnicos collocem, ac meliorem illi mentem comprecer. Verumenimuero id cũ primis miror, eos, qui ſe Magdeburgenſes & eſſe & dici gloriantur, iſta tam crebris ſermonibus vſurpare: cum illi ipſi appellationem ſuam hodie à ſpurciſſimis idolis mutuentur. Colebat enim hæc vrbs olim Venerem præcipuè cum tribus Gratijs: vnde & hodie nomen ſuum retinet, cuius interpretationem ubi fruſtra explicarem. CRIT. Memini ſanè noſtrum Cranzium ita ſcribere. IREN. Quare ergo lyncæi iſti hæc aut non vident, aut contra leges ſuas ferunt? CRIT. Atqui iſta idola noſtri Magdeburgenſes non colunt. IREN. Quemadmodum itaque nominis communio, quæ ab Idolis proficiſcitur, ciuitatem non conſpurcat, ſed Idololatriæ affectus; ita ſanè, ſi hunc affectum, atque propenſionem ſemoueas, nihil officit veræ religioni, aliquid ab Ethnicorum ſacris in noſtra adſcitum fuiſſe. Atqui vtinam, vel ab idolis colendis Magdeburgenſes tuos excuſare poſſes. Non erit tibi certe iſta parata atque expedita defenſio.

Magdeburgẽſes vnde dicti.

Cranzius.

Cranzius Metrop. lib. 1. cap. 3.

Quænam in Centurijs Magdeburgenſium Idola conſpiciantur.

CAP. XIX. CRITOBVLVS.

DII meliora! videris mihi motæ mentis homo, dum iſta de noſtris cogitas. IREN. Non inſanio, mi Critobule. Eſt enim res certa: fœda quippe idola, eaque numero multa paſſim coluntur ab illis in præclaris iſtis Centurijs, in quibus cum ligno & lapide vbique fornicantur. Atq, eorum quidem ego tibi aliquot ob oculos proponere non grauabor. Cùm itaque ab iſtis ſolam fidem ſine operibus iuſtificare; nulla eſſe operum merita, nullum Chriſtiani hominis liberum arbitrium (de quo Illyricus cum Victorino condiſcipulo ſuo certat, vter eorũ ſit Lutheri verus ac genuinus diſcipulus; cùm interim conſtet à doctrina Eccleſiæ vtrunq, receſſiſſe.) Sanctos non appellandos; neque defunctos precibus noſtris iuuari; Confeſſionem ab Eccleſia exturbandam; originis, & natiuitatis noſtræ peccatum Baptiſmo non aboleri; Romanum Pontificem eſſe Antichriſtum; non eſſe ſeptem Sacramenta; in Euchariſtia ſubſtantiã panis ac vini remanere; hæc, inquam, & alia id genus, quoties audis, toties illi tibi totidem idola, quibuſcum fornicetis, proponunt. Qui enim hæreſim colit, idola planè, ſi Hieronymi, ſi Auguſtini, ſi Vincentij Lirinenſis, imo ſi ipſius Scripturæ teſtimonium amplectimur, colere dicendus eſt. CRIT. An hæreſis Idololatriæ

Idola in Magdeburgenſium Centurijs cuiuſmodi reponantur.

Hieron. Zachar. ca. 13. Eſaia cap. 2.

Hæreticus omnis Idololatra.

Aug. de vera relig. c. 38. Vincent. Lyrin. aduerſ. prof. nouit.

lolatriæ rationem, nomenque induat necne, nõ valde tecum pugnabo, neque valde refert. Si iſtæ iſtorum aſſertiones hæreſim ſapiant; à regno Dei alienos eos eſſe conſtat. Sed ego eos neutiquam in hunc numerum referri debere puto. *An Magdeburgenſes ſint hæretici.* IREN. At tu potius, non priuatim ſapere, ſed tuum ſenſum iudiciumque ad Eccleſiæ auctoritatem accommodare deberes. De reliquis iam nolim tecum contendere: illud vnum percontabor: quid cenſes, ſi quis pertinaciter neget, Sanctos pro nobis intercedere: an eum inter Catholicos ſtatues? CRIT. Minimè. IREN. Ille igitur iam tibi hæreticus eſt. CRIT. Sic certè iam ſtatuo. IREN. Quid, ſi ſtatuat, Sanctos poſt mortem apparere non poſſe? CRIT. Neque eum ab ea nota excuſare poſſum; adeo video omnium patrum, & totius Eccleſiæ conſenſum frequentem huc decurrere. IREN. Quomodo ergo ab hac nota Magdeburgenſes tuos aſſeres? CRIT. Hic certè mihi ſuccumbere videntur. IREN. En igitur, vel te iudice, duo Magdeburgenſium tuorum idola; tertium etiam, quod iam cœpimus, expugnare pergamus.

Calumnia Magdeburgenſium contra Theodoretum & patres Carthaginenſes diſcutiuntur.

CAP. XX. CRITOBVLVS.

EGO vero antequam ad alia abeas, ex te audire cupio, quid de Theodoreto cenſeas; qui tam frigidè, ne dicam impiè, Sanctorum veſtrorum cultum per hæreticorum patronos aſſerere conatur.
Cent. 5. ca. 15. p. 1516
Is enim *contra opinionem de Martyrum, earumq; Reliquiarum contemtu, opponit primum Ethnicam conſuetudinem honorandi mortuos heroës.* *Accuſatio Magdeburgenſium in Theodoretũ.*
Deinde *ex Pindaro, Empedocle, & Heracleto probat, eos non carere ſenſu.*
Theodoretus li. 8. de Martyribus.
Ac tandem ex illis Sanctis hæreticorum Patriarchis concludit, Martyres, vt medicos, & auxiliares colendos eſſe. Et ſic vehementer conatur, Græcos ab Ethnicis feſtis ad Martyrum feſtiuitates celebrandas adducere: quo modo non abolita, ſed fucata, & aucta eſt, vt dixi, *ſuperſtitio.*
Cent. 5. ca. 15. p. 1508 & 1509.
An autem ſuperſtitioſæ ceremoniæ non ſint in Eccleſiam, à doctoribus huius ſæculi inuectæ, audiant pij eundem Theodoretum, ſic loquentem. *Theodoreti de feſtis Sanctorũ ſententia, quàm Magdeburgẽſes calumniantur.*
Lib. 8. de Martyribus.
Suos mortuos Dominus Deus noſter in templa pro diis veſtris induxit. Ac illos quidem caſſos gloria, vanosq; reddidit: ſuis autem Martyribus honorem illorum dedit. Pro Pandiis enim, Diaſijsq;, ac Dionyſijs, hoc eſt, Iouis, Liberiq; patris ſollemnitatibus, Petro, Paulo, Thomæ, Sergio, Marcello, Leontio, Antonio, Mauricio, aliisq; ſanctis Martyribus ſollemnitates populari epulo peraguntur; proq; illa veteri pompa, fiunt modeſtæ, caſtæ, ac temperantiæ plenæ feſtiuitates, non illæ quidem mero delibutæ, non commeſſationibus leues, non cachinnis ſolutæ; ſed diuinis canticis perſonãtes, ſacrisq; ſermonibus audiendis intentæ, in quibus ad Deũ preces, non ſine ſanctis lacrymis, ac ſuſpiriis ſubmittuntur.

Patres Africani Concilij.

Et patres in Africani Concilij capite viceſimo ſeptimo teſtantur; conuiuia & ſaltationes in natalibus Martyrum in morem Gentilium celebrari.

Theodoreti ſententia explicatur. & à Magdeburgenſium calumniis vindicatur.

De cura id. Graecorum affect. lib. 8.

IREN. Legiſtine aliquando librum illum Theodoreti, vnde iſta tui ſunt mutuati? CRIT. Non legi. IREN. Minus igitur miror, quod tibi, & tui ſimilibus veteratores iſti tam facile imponant. Duodecim ille libros contra Gentiliũ ſuperſtitionem conſcripſit: octauus Martyribus ſacer eſt; quos quia Chriſtiani honore afficerant, & à defunctis beneficia exſpectarent, in Ethnicorum reprehenſionem inciderunt. Contra Ethnicos itaque Theodoretus iſta Empedoclis, Pindari, Heracleti auctoritate pugnat. Quæ ipſius cõtra eos teſtimonia aptè atque dexterè ad cauſſam applicata nemo prudens, præter noſtros Ariſtarchos, negarit. In quorum reprehenſionem non iam Theodoretus, quàm Cyrillus planè incidit; qui iiſdem armis oppugnat Iulianum: atq; adeo Paulus ipſe, qui Athenis conſpicatus aram ignoto Deo dicatam, occaſionem illam aucupatus eſt, qua eos ad veri Dei cultum transferret. Niſi fortè putent Theodoretum Sanctos noſtros Chriſto æquales; & quaſi totidem nouos Deos gentibus obtrudere. A qua calumnia ipſius libri eum manifeſte liberant. Prudenter itaq; Theodoretus aduerſus Ethnicos noſtræ religioni oblatrantes, atque obſtrepentes pugnans, non diuina noſtra volumina, quorum omnis apud illos auctoritas vilis erat, ſed rationes & ſcriptores, quos ipſi magni æſtimabant, illis opponit. Quod ante eum Cyprianus Martyr aduerſus Demetrianũ facit. Cuius per Lactantium reprehenſio mihi quoq; aduerſus Magdeburgenſes pro Theodoreto inſeruiet. *Non ſcripturæ,* inquit, *teſtimoniis, quam ille vtique vanam, fictam, commenticiã putabat; ſed argumentis & ratione fuerat refellendus. Nam cum ageret contra hominem veritatis ignarum, dilatis paulisper diuinis lectionibus, formare hunc à principio tanquam rudem debuit, eiq; paulatim lucis principia monſtrare, ne toto lumine obiecto caligaret. Nam ſicut infans ſolidi, ac fortis cibi capere vim non poteſt ob ſtomachi teneritudinem, ſed liquore lactis ac mollitudine alitur, donec, firmatis viribus, veſci fortioribus poſſit: ita & huic oportebat, quia non dum poterat capere diuina, prius humana teſtimonia offerri, id eſt, Philoſophorum & hiſtoricorum, vt ſuis potiſſimum refutaretur auctoribus.* Ethnicis itaque ſatis ex receptis ipſorum auctoribus (quos an iſti pro ſanctis patriarchis agnoſcunt, aut cur eos ita appellent, non ſatis ſcio) abunde, quæ voluit, probauit Theodoretus. Neutiquam vero nobis (quod iſti ineptè ac impiè colligere videntur) ex eorum, ſed Eccleſiæ auctoritate probat, & ex teſtatiſſimis per orbem miraculis, Martyres vt medicos, & auxiliares noſtros à nobis poſt Deum colendos. Quæ beneficia luculenter deſcribit, nec veretur fateri maiora iam eſſe ac clariora, quàm dum hac mortali vita fruerentur. Hoc illud eſt, quod nouos noſtros Paganos vrit; hinc iſtæ Crocodili lacrymæ ad pietatis ſimulationem

Cyrillus. Paulus Apoſtolus.

Li. 6. et 10. Actor. 17.

Dial. lib. 3.

Cyprianus. Lactantius.

Lib. 5. ca. 4.

Magdeburgenſium ratio ſibi repugnans.

tionem ſtillantes. Id ego etiam lubens iam ſcirem, quo modo iſta de Theodoreto narratio, qui ſanctos defunctos ita ornat, cum illa alia, qua paullo ante dicebat Ethnicos Chriſtianis prudentiores, quòd Reliquias martyrum nihili facerent, conſiſtat. Simili vanitate argutantur ſuperſtitioſas cæremonias à doctoribus huius ſæculi in Eccleſiam importatas. Sed quid eſt illud demum, ô boni viri, quod iſti induxerunt? Martyrum & Sanctorum feſtos dies? At illi, vt diximus, multis ſæculis hanc ætatem anteuerterunt. Conuiuia? Vtinam, vtinam, plura haberemus hodie horum conuiuiorum, quorum Theodoretus conditor, ac inſtructor eſt. CRIT. At certè immoderata, atque inhoneſta conuiuia, ac ſaltationes etiã fuiſſe, ex ipſis Africanis patribus conſtat. IREN. O egregios ſycophantas! O mirum, & pluſquam Chryſippeum acumen! An qui reprehendunt, inducunt? qui deplorant, inſtituunt? qui pœnis coercent, auctoritatem præbent? Quanquam Africani patres non tam de ſaltationibus atque conuiuiis Chriſtianorum, quàm Paganorum loquuntur. Ad quam turpitudinem Chriſtianos ab illis cogi, atque ita nouam quandam atque occultam perſequutionem natam queruntur. Vtcunque ſit, patres non fuere auctores. Ita beati Martyres, quibus iſti nihil aliud quàm detrahunt, omnem ipſis mentem ſenſumque eripuiſſe videntur; vt de quibus, & quomodo loquantur, planè neſciant. CRIT. Ita iam mihi quoque videtur.

Cent. 5. cap. 15. p. 1506

Patres quinti ſæculi defendũtur contra Magdeburgenſium calumnias.

Patrum Africanorum ſententia de conuiuijs ac ſaltationibus in natalitiis Martyrũ explicatur.

Canon. 27.

Magdeburgenſes quæ contra Sanctos oblatrant, ab Ethnicis & veteribus hæreticis ſumpſiſſe. Ex Cyrillo præterea atq; Auguſtino oſtenditur, quare, & quo modo Sanctos colamus: & varia patrum teſtimonia de miraculis Sanctorum poſt mortem indicantur.

CAP. XXI. IRENÆVS.

VIDEANT iam igitur, vtri magis coniunctas, atq; implicatas cum Ethnicis rationes ſuas habeant. Ipſi cum Ethnicis affirmant, nihil nos præſidij à Sanctis defunctis habere; contra quos ſcribit Theodoretus, qui, vt par erat, cum reliquis patribus, & tota antiqua Eccleſia contra nouos iſtos Paganos ſtat conſtantiſſimè. Diſpice, quæſo, tecum Critobule, qui à primæ Eccleſiæ memoria ad noſtram vſque Martyres ſint inſectati: quorum potiſſimum clamore, & conuiciis Martyres ſemper iactati ſint. Sic facilius intellexeris, an Theodoretus, an Eccleſia reliqua hæreticorum Patriarchas ſit ſequuta; an potius Magdeburgenſes tui. Oſtendi iam, quos habeat Patriarchas Eccleſia, quibus facile licet (ſi opus ſit) plures adiungere: quorum imitatione, atque exemplo Catholica hodie Eccleſia Martyres religioſè colit. Quin ergo iſti ſuos nobis Pa-

Magdeburgenſes cum Ethnicis contra Sanctos vita defunctos oblatrãt.

Magdeburgēſes quos Patriarchas habeant,& du- ces ſequantur,in hac Sanctorum oppugnatione. Ethnici.

triarchas proferunt? Qui fit,vt ne vnum quidem ex Catholicis patribus à ſe ſtare his quingentis annis,niſi aperto mendacio oſtendere poſſint? In tanta tamen ſe deſtitutione, ac ſolitudine conſolantur vtcunque pij Vigilantij ſomnijs. Sed miror,eos ſic reliquos ſuos Patriarchas diſſimulaſſe; Ethnicos inquam cum Iuliano apoſtata,cum Maximo Philoſopho idololatra,cum Eunomio,ac Fauſto Manichæo, atque alijs hæreticis? Ethnici Martyribus noſtris, ne ſepulturæ quidem iuſta perſolui ſunt paſſi; imo & iam terræ mandata corpora effoderunt,& in mare proiecerunt: ſed qua alia, quàm iſtorū oratione,ne pro dijs haberentur? Iulianus apoſtata cū Maximo negabat propter hunc Martyrum cultum Chriſtianos vnum Deum adorare. Vigilantius ab Eunomio ſimilem Theologiam hauſit. Fauſtus,more Magdeburgenſium ipſius diſcipulorum, clamat: *idola vertiſtis in Martyres, quos votis ſimilibus colitis.* Num oratio,num facta noſtrorū hodie nouorū Theologorum,ab iſtorū Patriarcharum factis,aut dictis abhorrent? Quot templa his paucis annis diruta? quot Martyrū ſepulcra violata? quot ſepulturę effoſſæ? Et cū barbari Chriſtiano nomini infeſtiſſimi, ſæpe religione quadā abſtinuerint à ſepulcris,& templis noſtris; ô quāta Chriſti,quanta Chriſtiani nominis contumelia eſt, templa ac ſepulcra Martyrū ab ijs,qui ſe vel ſolos,vel præcipuos Chriſti aſſeclas iactare ſolent,deleri: atq; adeo vbi ſanctum fuit templū (quod alicubi factū ſcio) pro Chriſti cruce,proq; totius paſſionis eius per tremendum Eccleſiæ ſacrificiū memoria furcā, proh nefas, erectā videre? cumq; ſepulcra etiā abiectiſſimorū hominū omni humano, ac diuino iure ſint ſancta; eorūq; violatio ad Dei, ad religionis, ad publicā ſemper iniuriā ſpectaſſe credita ſit; & ob eā cauſſam à Chryſoſtomo,vt antè audiſti, vocentur *impij ſepulcrorum effoſſores*: nos his paucis annis tantos in noua Theologia progreſſus fecimus, vt Martyrū ac Sanctorū templa diruere,ſepulcra effodere, & eis honorē omnem auferre,in magna pietatis laude poſuerimus. Cuius tamen omnis ſumma ad illā Ethnicorū orationem redit: ne ſcilicet pro Diis adorentur. Verūenimuero quid olim noſtri Patriarchæ ſanctis his Magdeburgenſium Patriarchis reſponderint, partim ex me hodie audiſti,partim iā rurſus ex Cyrillo & Auguſtino audies. *Non dicimus*, inquiunt, *Martyres Deos,non adoramus eos,vt Deos, ſed vt homines,qui pro veritate,ac vero Deo generoſe decertarūt; qui potius quàm plures Deos colerent omnibus tormentis,& morti ſe crudeliſſimæ obiecere.* Colimus quidem Martyres,ſed *eo cultu dilectionis & ſocietatis,quo & in hac vita coluntur ſancti homines Dei,quorū cor ad talem pro Euangelica veritate paſſionem paratū eſſe ſentimus. Sed illos tanto deuotius,quāto ſecurius poſt incerta omnia ſuperata: quāto etiā fidentiore laude prædicamus iā in vita feliciore victores,quàm in iſta adhuc vſq; pugnātes. At illo cultu quæ Græcè latria dicitur,Latinè vno verbo dici nō poteſt,cum ſit quædā propriè*

Iulianus Apoſtata. Maximus. Vigilantius. Eunomius. Fauſtus.

Pro Chriſti cruce ab Euangelicis alicubi furca erecta.

Nouæ noui Euangelij pietas.

Cyrillus. Martyres quomodo à Catholicis adorentur.

Auguſtinus.

λατρεία propriè debita diuinitati ſeruitus.

Euſeb. li. 4. ca. 15. li. 8. ca. 6. Cyril. contra Iulianū li. 6. Aug. Epiſt. 43. & 44. tom. 2. Hieron. contra Vigilantium.

Aug. contra Fauſtum lib. 20. ca. 21.

Hom. de 7. fratrib. Machab.

Contra Iulian. libr. 6. tom. 7.

Lib. 20. contra Fauſtum Manichaū. c. 21. tom. 6.

Diuinitati

Diuinitati debita ſeruitus;nec colimus, nec colendū docemus niſi vnū Deū. Quod nō Empedocles,nō Pindarus,nō Heracletus,nec Iulianus, nō Fauſtus Manichæus,nō reliqui hæreticorū Patriarchæ: ſed Auguſtinus cū Theodoreto,cū Sozomeno,ac reliquis Catholicę Eccleſiæ patribus cōtra Magdeburgēſes,contra Apologeticos,ac cōmemoratos ipſorū Patriarchas apertè profitetur. Miro tamē mentiendi artificio lectori perſuaſum cuperēt,Sozomenū,ac Theodoretum potiſſimum,hunc omnem Sanctorū cultum, Reliquiarum honorem,ac ſtupenda poſt mortē miracula ſuo primùm ſęculo vel confinxiſſe,vel primos tradidiſſe. Quare aut alios patres omnino non recitant, aut eorum auctoritatem extenuant. Quorum iam impudentiam ex [1] Auguſtino, [2] Hieronymo, [3] Chryſoſtomo, [4] Ambroſio, vtcunque fregimus. Quibus & alias ipſorum, & infinitas quaſdam ex aliorū libris id genus auctoritates, ſi lubet,adiungam,ex [5] Athanaſio præſertim, [6] Dorotheo Epiſcopo, vtroque Gregorio, [7] Nazianzeno, ac [8] Nyſſeno, [9] Baſilio, [10] Epiphanio, [11] Ruffino, [12] Proſpero Aquitanico, [13] Prudentio, [14] Seuero Sulpitio, [15] Cyrillo, [16] Euſebio Emiſeno, [17] Theodoro lectore, [18] Ioanne Climaco, & [19] Victore Vticenſi. Quæ iſti omnia, & ſexcenta id genus flagitioſe, frigida atque impia Sozomenum, ac Theodoretum calumniaarrodentes, diſſimulant. CRIT. Victoris mentio facit, vt tibi quaſi aurem vellicem, & tui te promiſſi admoneam de miraculis, quæ poſt Martyrium Maturiani ſiue Martiniani contigere. Neq; enim memini quicquam ita à Magdeburgenſibus traditum. IREN. Hanc itaque etiam narrationem quaſi æs alienum iam tibi repræſentabo. Refert igitur Victor, Maturianum & Maximam vel inuitos ab hero Matrimonij vinculis alligatos: ſed Maturianum, cū intellexiſſet Maximam virginitatem prius vouiſſe, noluiſſe Dei templum polluere. Quin potius vterque tam impium dominum declinans, ille in virorum, hæc in feminarum monaſterium clam aufugit. De quibus ita Victor: *Sciſcitante,inquit, Barbaro inquiſitionibus & muneribus crebris,quod geſtum erat,celari non potuit. Inueniens itaq;*

Magdeburgica hiſtoria mendaciorum officina.

Multorum patrum enumeratio, qui Sanctorū cultum, Reliquiarū honorē, ac miracula ſcriptis ſuis cōprobarunt.

De miraculis quæ contigerunt poſt Martyrium Maturiani.

Hiſtoria Maturiani & Maximæ. Victor.

1 *De Ciuit. Dei lib.22 cap 8.tom.5.*
2 *Contra Vigilant. & in vita Hilarion. & in epitaphio Paulæ.*
3 *In Babyla.*
4 *In hiſtoria Protaſij & Geruaſij, Celſi & Nazarij Martyrum.*
5 *Nicena Synod. 2.act.3.*
6 *In vita Eunuchi.*
7 *Orat.1.in Iulian.orat in Cypr.*
8 *In vita Theodori Martyris.*
9 *In vita Iulittæ & Mamantis, & in Pſal.115. vbi ita ſcribit;* Mors ſi cuipiam irrogatur pro Chriſti nomine,pretioſæ cenſentur reliquiæ Sanctorum eius. *Et paulo poſt:* Martyris oſſa quiſquis attigerit, ob gratiam corpori inſidentem fit quadantenus ſanctificationis particeps. *pag.127.ex editione Pariſ.1566.*
10 *In vita Hieremiæ, Eſaiæ, Ezechielis.*
11 *Lib.1.Eccl.hiſt.cap.35.lib.2.c.28.& 33.*
12 *De promiſ.& prædict cap.6.*
13 *In Vincentio in Fructuoſo & paſſim.*
14 *In vita Mamani.*
15 *Lib.6 contra Iulianum.*
16 *Homil.de Blandina, Stephano, Epipbodio.*
17 *Lib.2.collect.*
18 *In gradibus de reliquiis Mena.grad.4.cap.12.*
19 *In narratione de Maturiano, Armogaſte, 7. fratribus martyr.&c. lib.1.de perſecutione Vandalorum.& 3.*

itaq; iam nõ ſua,ſed Chriſti mancipia vinculis, & variis tormentis Dei fa-
mulos inſectatur: Agens cum eis non tantũ,vt pariter miſceantur,ſed,quod
grauius eſt,vt rebaptiſationis cœno,fides ſuæ ornamenta turbarent. Peruenit
hoc ipſum vſq; ad notitiã Genſerici Regis,qui præcepit,vt tam diu torquerẽ-
tur,donec illius ſuccumberent voluntati. Iubet in modũ ſerrarũ fuſtes robu- *Libr. 1. de*
ſtos velut palmatos,cum ſtipitibus fieri;qui quatientibus tergis non ſolũ oſſa *Vand. perſecut.*
cõfringerent,ſed etiã terebrantes aculei intrinſecus remanerent. Qui, dum
Miraculum. *ſanguis effiueret,diſſipatis carnibus viſcera nudarent. Sequenti die, Chriſto*
medicante,ſemper incolumes reddebantur. Hoc ſæpius & multo factum eſt
tempore,vt nulla plagarum veſtigia viderentur, Sancto Spiritu ſemper cu-
rante. Poſt hoc Maxima dura cuſtodia,compedeq; crudeli extenditur. Cui
cum Dei ſeruorum non deeſſet frequentia viſitantium,videntibus cunctis,
ingentium lignorum putreſcens ſoluta eſt fortitudo. Miraculum hoc & vo-
ce omnium celebratur,& nobis,ad quem cuſtodia pertinebat,cum ſacramen-
to teſtatus eſt ita fuiſſe. Deinde poſt alia ſcribit Victor, dimiſſam
Maximam;Maturianum verò cum ſociis venditum regi Maurorũ
à Chriſti religione abhorrenti. Vbi multos ſuo exemplo, & præ-
Martyriũ Maturiani, & ingentia eo in loco miracula. dicatione Chriſto lucrifecerunt. Qua re cognita, Maturianus cum
ſociis, miſerabili, & horrendo quodam ſpectaculo in ſpinoſa qua-
dam ſylua à quadrigis dilaceratur. Vbi *in hodiernum*, inquit, *Victor*
diem non deſinit ingentia mirabilia Ieſus Chriſtus Dominus noſter operari.
At Magdeburgenſes ne iſtorum glorioſa continentia clauis in vi-
ta,& poſt obitum miraculis,nobilique Martyrio illuſtris, Lutheri
& diſcipulorum eius impuram vitam atque doctrinam nimium
conuelleret,harum rerum nullam (quod memini) mentionem fa-
Callidum Magdeburgenſium ſilentium. ciunt. [1]Tantum huiuſmodi Auguſtini, Victoris, & aliorum patrum *1 Cent. 5. c. 4. pag. 518.*
de perpetua ex coniugum conſenſu caſtitate obſeruanda narratio-
nes ſuo more arrodunt. [2]Narrant tamen Maturianum cum ſocijs *2 Cent. 5. c. 2 pag. 19.*
ad Mauros deportatum, multoſque eius prædicatione barbaros
ad Chriſti fidem traductos. Sed & hic callidè Rom. Eccleſiæ odio
prætermittunt, quod narrat Victor, Romam vſque legationem
miſſam,qua Presbyteri,qui eos Chriſto initiarent, ſacraque do-
ctrina informarent, accerſerentur. Sunt in Victore & alia de Diuo-
rum poſt obitum miraculis teſtimonia:Inter quæ & illud de præ-
claro Confeſſore Armogaſte. Qui ſe ſub ſiliqua arbore humari *Victor li. 1. de perſecut. Vand.*
mandauit,vbi,effoſſis ipſius radicibus,conditorium quoddam re-
pertum eſt, qualè nullus fortè ſummorum Monarcharũ vnquam
habuit. Quin & ſeptem illorum fratrum, atque Martyrũ, de qui- *Victor. li 3.*
bus diximus,corpora in mare proiecta ſtatim contra æquoris na-
turam illæſa,& nihil deformata, ad litus appulerũt. Ad quod mi-
raculum tyrannus ipſe licet impænitens,vt fertur,expauit. Sed ne-
que hæc quidem, licet alioqui [1]Armogaſtis & [2]ſeptem fratrum *1 Cent. 5. c. 3. pag. 44.*
hiſtorias recenſeant, in præclaris iſtis Centurijs vſquam conſpi- *2 & ca. 12.*
ciuntur. *pag. 1475.*

Refutantur

Refutantur inſignes Caluini calumniæ contra miracula Ieremiæ Prophetæ. Agitur præterea de miraculis veræ Eccleſiæ, quæ præſtigias Eccleſiæ adulterinæ obruunt.

Cap. XXII. Critobvlvs.

Non ego iam valde maiorem teſtimoniorum copiam requiro. Multo vero magis vnam, aut alteram dubitationem mihi ſublatam cupio: quam partim Magdeburgenſes de Euphemiæ illo
Cen. 5. c. 13 pag. 1489. & 1490. prodigio; de quo tamen Euagrius reticet; partim Caluinus iniecit; quæ commodùm ex Epiphanij mentione abs te paullo antè facta in mentem mihi venit. Caluinus certe cum Magdeburgenſibus noſtris, vt dixi, hoc pro certo habet, omnia iſta, quæ recenſuiſti, eſſe meras præſtigias, atque falſa Antichriſti ſigna. Quin audimus
In præfatio. inſtitut. ad Franc. Gall. regem. ipſum Caluinum? *Improbe, inquit, faciunt, quod miracula à nobis poſtulant: non enim recens aliquod Euangelium cudimus.* Et præterea dicit, *miracula* veſtra *friuola eſſe & ridicula, aut vana, & mendacia*: & Scriptura docet de vero vſu miraculorum, qui eſt ad confirmandam *Caluini calumnia.* *Auguſtinus.*
In Ioan. tract. 13. Matth. 24. doctrinam. *Magos item & incantores miraculis ſemper claruiſſe, Idololatriam ſtupenda miracula aluiſſe*; & ſcribere Auguſtinum, *Dominum contra iſtos Mirabilarios, cautos nos feciſſe; quum prædixit venturos Pſeudoprophetas, qui ſignis mendacibus, varijsq́; prodigijs in errorem electos, ſi*
2. Theſſ. 2. *fieri poſſet, inducant. Et Paulus admonuit, Antichriſti regnum futurũ cum omnipotentia & ſignis, & prodigijs mendacibus. At hæc, inquiunt, miracula non à maleficis, non à Pſeudoprophetis, ſed à Sanctis fiunt. Quaſi verò non nouerimus, hanc eſſe Satanæ artem, transfigurare ſe in Angelum lucis. Olim Aegyptij ſepultum apud ſe Ieremiam ſacrificiis, alijsq́; Diuinis honoribus proſequuti ſunt. Nónne ſancto Dei propheta ad idololatriam abutebantur? Et tamen tali ſepulcri veneratione conſequebantur, vt curationem à tactu ſerpentum putarent iuſtam illius mercedem eſſe. Quid dicemus? niſi fuiſſe hãc ſemperq́; fore iuſtiſſimã Dei vindictã ijs, qui dilectionem veritatis non receperũt, mittere efficaciã illuſionis, vt credant mendacio?* Hæc diuinus noſter Caluinus. *Diſſipatur calumnia Caluini contra miracula ad ſepulcrum Ieremiæ.*

Iren. Sacrificiis, quæ ſoli Deo congruunt,
De Prophetarum vita, & interitu, Albano Torino interprete. aut Diuinis honoribus honoratũ ab Aegyptiis Ieremiã, non tradit Epiphanius; ſed ad maiorem fidem recitabimus ipſius verba. *Ieremias Propheta Anathotites apud Taphnas in Aegypto à plebe lapidibus obrutus occubuit. Iacet verò in eo loco ſepultus, quo dudum Pharao rex habitauerat. Quamobrem, Aegyptij poſtea magna eum religione colebant, vbi pluribus ſe officiis ab illo adiuuari cognouerunt. Aſpides enim, & vndarum beluæ (quas Nephod appellitant Aegyptij, Græci verò* τοὺς κροκοδείλους*) eos interimentes, poſtulationis Ieremiæ beneficio ex illis finibus ſunt profligati; nec tam aſpidum furor, quàm ex flumine ratione pari beſtiarum inſidiæ. Quique vel hodie adhuc fideles comperiuntur, eodem in loco ſupplicare conſueuerunt, & ſumto puluere, morſibus aſpidum medentur; feræ quoque* *Epiphanius.* *Miracula Ieremiæ.*

aquarum

a quarum hinc aufugerunt. Hæc Epiphanius. Ecquod hic precor ſacrificium? aut quomodo eos vocaret fideles Epiphanius in tanto ſacrilegio? aut quo modo iſti Ieremiam pro Deo habuerunt, qui non proprio Ieremiæ beneficio, ſed precibus eiuſdem impetrato fruebantur? Deſcribit idem Epiphanius memorabile aquæ profluentis beneficium, quod Eſaias poſt mortem in Iudæos ad ipſius ſepulcrum conferebat. Quod quidem Eſaiæ Iudæi *acceptum referebant*, non tanquam præcipuo auctori, ſed tanquam ei, per cuius, vt ſcribit, apud Deum *interceſſiones* hoc ſit impetratum. Multos præterea ad monumentum Ezechielis precandi cauſſa confluere ſcribit. Quid ni ergo & hic Caluinus ſacrificia ſuo more, & nouam Ezechielis ac Eſaiæ ἀποθέωσιν ſomniet? CRIT. Nihil adhuc audio à vera religione diſſentaneum; ſed, vt video, præpoſtera me nomenclatura fefellit. Neque enim Caluinus Epiphanii, ſed Hieronymi, quod multo potentius eſt, teſtimonio vtitur. IREN. At vbi id dicit Hieronymus? CRIT. Quid quæris? in præfatione in Ieremiam, vt ipſe Caluinus ſumma fide indicat. IREN. Tun' ergo iſtam præfationem legiſti? CRIT. Non id dico, nec neceſſe puto; negotium enim mihi eſt cum homine, qui cum mices in tenebris, vt in prouerbio eſt. IREN. Certè eadem hic fides, quam hactenus in Magdeburgenſibus tuis expertus es. Neque enim aut Hieronymus, aut quiſquam alicubi patrum vel Chriſtianos Sanctos ad eorum ſepulcra ſacrificaſſe tradit, vel eoſdem Sanctos ibidem inuocantes reprehendit. Hieronymus certe ob hanc hæreſim Vigilantium acerbè exagitat. Non ignoro tamen in quibuſdam Bibliorum exemplaribus ſeparatim ab Hieronymi præfatione exſtare breue quoddã in Ieremiã argumentum (nullius nomine adſcripto) quod ſiue Hieronymi ſit, vt doctis quibuſdam videtur, ſiue non ſit, vt Eraſmo forte placet; nihil quidem Caluino prodeſt. In eo hæc verba habentur. *Et quoniam poſtulatione ſua defugatis ab eo dein loco ſerpentibus, Aegyptios à tactu aſpidum facit eſſe ſecuros; magna eum ibi religione Aegyptij venerantur.* In quem ſenſum poſt Hieronymum Iſidorus Hiſpalenſis, & ante Hieronymum, atque adeo Epiphanium Dorotheus, Epiſcopus & Martyr, ſcripſere. Apud quos honorem & venerationem; ſacrificium verò, aut diuinum cultum Ieremiæ tributum non reperio. Hæc eſt mera & inſignis Caluini ſolius calumnia. Qui poſtquàm verũ & vnicũ Eccleſię ſacrificiũ, quod quotidie in Chriſtianorum altaribus Deo immolatur, ſummis conuiciis exagitaſſet, & apud ſuos vna cum altaribus euertiſſet; nouum ad Eccleſiæ inuidiam ſacrificium commentus eſt, quod Sanctis defunctis tribui calumniatur. Quod ſi dicat, non ſolum Chriſtianos, ſed & Ethnicos Ieremiæ opem ad eius ſepulcrum flagitaſſe; nihil id Eccleſiæ Catholicæ, ſed quinti huius Euangelij cauſſam labefactat. Si enim Deus etiam alienos à vera religione ob merita

Eſaias. — *In vita eius.*

Ezechiel. — *In vita eius.*

Hieronymus.

Iſidorus. Dorotheus. — *Iſidorus & Doroth. in lib. de vitis prophetarũ.*

merita & preces prophetæ ſui beneficiis tantis augeat, quanto certiora & cumulatiora Chriſtiani, qui Deum vera pietate colunt, & propter Deú prophetam etiam eius venerantur, polliceri ſibi poterunt? CRIT. Doleo, doleo, tantæ negligentiæ notam in Caluinum, meas delitias, recidere. IREN. Vtinam hoc crimen intra negligentiæ fines conſiſteret; ſed egreditur, & tanta conquiſiti de induſtria mendacij labe eum aſpergit, vt nulla, niſi veræ pœnitentiæ lacrymis irrigata, eam delere ſpongia poſſit. CRIT. Verum enimuero cum conſtet ex Paulo, & Caluino noſtro, futura etiam Antichriſto ſua miracula; forſan hæc ipſa, quæ vos mortuis Sanctis tribuitis, in eo genere cenſeri poterunt. Aduerſus quos Mirabilarios, cautos nos fecit Dominus. IREN. Patres ergo illi omnes, quos recenſui, iſta tua ſententia, atque adeo ipſe Auguſtinus, quem ſecum tuus Caluinus ridicule committit, nihil aliud nobis hactenus, quàm Antichriſti præſtigias, occinuerunt? CRIT. Durum certè hoc eſſet dicere: ſed tamen multum me mouent iſta ex Auguſtino, &, quod Caluinus tradit, miracula veræ doctrinæ ſeruire. IREN. Video leuiſſimum quemque ventum fidem tuam excutere. Lubenter ex Caluino verè dictum audio, miraculorum vſum ad confirmationem veræ doctrinæ trahendum. Cùm enim ex patribus noris doctrinæ ſinceritatem: non eſt, quod amplius hæſites de miraculorum veritate. Quæ certè extra Eccleſiam Catholicam *Miraculorum vſus.* non facile contingunt. Qualia ſi aliquando contingerent, non traherentur ad falſam doctrinam confirmandam, eo ipſo, quod extra Eccleſiam eduntur. A qua non miracula ſolum, ſed & Euangeliũ, omnemque eius interpretationem, genuinam illam quidem accepimus. Nunc cum omnium patrum, totiuſque Eccleſiæ teſtimonio, tam de doctrinæ, quam miraculorum noſtrorum veritate planè conſtet; improbe iſtos facere conſequitur, qui alterutrum conuellunt. Et optimo nos iure, ab iſtis, qui inauditum doctrinæ genus profitentur, ſaltem miracula exigere poſſumus, quæ tamen præſtare non poſſunt. *Miracula optimo iure exiguntur à nouis Euangelij profeſſoribus licetha Eorum certe fruſtra.* Iam in ſumma iſtorum vtriuſque, id eſt, doctrinæ, & miraculorum ſolitudine; qua nos fronte, à poſſeſſione vtriuſque, in qua tam diu præſcriptum eſt, exturbare ſe poſſe ſperant? Ac, vt cetera mittam, hic ipſe Auguſtini locus, quem pro ſe citat Caluinus, omnia eius commenta labefactat. Iactabant (neſcio quæ) Donatiſtæ ſuorum miracula. Quæ vt non admittit Auguſti-

Tractat. 13. in Ioan. nus, ita ſubiicit. *Fac illum*, inquit, *montes transferre: caritatem, inquit Apoſtolus, ſi non habeam, nihil ſum. Videamus vtrum habuerit caritatem: crederem, ſi non diuiſiſſet vnitatem. Nam & contra iſtos, vt ſic loquar, Mirabilarios cautum me fecit Deus meus, dicens; In nouiſſimis temporibus exſurgent Pſeudoprophetæ, facientes ſigna & portenta, vt inducant, ſi fieri poteſt, etiam electos. Ecce prædixi vobis. Ergo cautos nos fecit ſponſus, quia & miraculis decipi non debemus.* Et paullo poſt; *Teneamus ergo vnitatem*

Auguſtini teſtimonium contra Mirabilarios, quod pro ſe citat Caluinus, maxime ei aduerſatur Mirabilarij.

tem

Qui facit miracula extra & præter unitatem Eccleſiæ, nihil eſt.

tem fratres mei: præter vnitatem, & qui facit miracula, nihil eſt. En tibi igitur certum atque illuſtre documentum, quo admoneris, etiamſi tuus Caluinus ſigna ederet, nihilo tamen magis doctrinæ eius cõfidendum eſſe: quia extra vnitatem Catholicæ Eccleſiæ poſitus eſt, & ſe impio ſchiſmatis ſcelere ab Eccleſia abrupit. Nunc in tanta patrum veræ doctrinæ, & miraculorum copia, plus ne apud te valebit omnibus illis, neſcio quod, illius ſomnium, aut potius apertum mendacium? Et audet interim vanus homo ex Auguſtino veræ Eccleſiæ ſplendori falſorum prophetarum, & præceptoris Simonis Magi, ac Antichriſti tenebroſas præſtigias opponere? Quas quotieſcunque Pſeudoprophetæ auſi ſunt comminiſci, facile ſemper fuit eas à veræ Eccleſiæ illuſtribus ſignis diſcernere. Hæc nanque illas ſemper abſorbuerunt, vt virga olim Moſis Magorum virgas. Magis tamen in tanta & tam manifeſta, ac toties repetita victoria, iſti noſtri noui Theologi, deteriores ſunt. Illi enim ſe poſt aliquot Moſis ſigna victos; &, *hic eſt digitus Dei*, inclamabant. Iſti inter tot ſignorum myriades his mille quingentis annis editorum à beatis cæli ciuibus, non digitum Dei; ſed *ô Magos, ô Antichriſtum, & neſcio quæ portenta, clamant.* Quorum omnium nocturna ludibria illuſtrium in Eccleſia Catholica ſignorum lux ſemper hactenus diſſipauit, & deinceps diſſipabit. CRIT. Forſan Auguſtinus, cùm de iſtis Mirabilariis ſcripſit, cum Caluino noſtro de his, quæ ad Martyrum Reliquias & ſepulcra eduntur, ſignis ſenſit.

Magdeburgenſes deteriores Magis Pharaonis.

Contra quos ſcripſerit D. Auguſtinus, cùm diceret contra Mirabilarios* [cantos nos fecit Dominus:] *nec ſenſiſſe eum de miraculis Catholicæ Eccleſiæ, ſiue alibi, ſiue ad Martyrum ſepulcra editis, vt nugatur Caluinus.

CAP. XXIII. IRENÆVS.

ADHVC ad eundem lapidem impingis, nec hactenus vel Auguſtini manifeſtam ſententiam, vel præceptoris tui, quas ille ad capiendas imperitorum aures adhibuit, inſidias capis? Nec dum mentem intentam, infixamque habes ad Caluini tui commenta intelligenda, qui cùm ex tam infinita id genus miraculorum copia, quæ aut recenſui, aut paſſim in patribus obuia ſunt, vnicum ex vniuerſis ſibi omni contentione, ingenio, eloquentia apud Chriſtianiſſimum patriæ ſuæ Regem labefactandam deſumſiſſet, vel in eo ipſo turpiſſime ceciderit? Venio tamen, te vocante, rurſus ad Auguſtinum: qui cum multa multoties in eo genere ſigna recitet, & verbis ampliſſimis ornet; eaque etiam ratione ad Chriſtianam religionem Ethnicorum animis inſtillandam aditum ſibi patefaciat; inter cetera ad corpora beatorum Martyrum Geruaſij & Protaſij Dæmonem

Auguſtini de miraculis ſententia & teſtimonia.

De ciuitat. Dei, lib 22. ca. 8. tom. 5. Tract. 13. in Ioan. tom. 9.

monem etiam abactum narrat. Alibi verò cum ijs, de quibus diximus, Donatiſtis pugnans, qui ſe de viſionibus, & neſcio quibus ſignis efferebant (quos admonet ſcribens; *nemo vobis fabulas vendat*) ijs ipſis ad frangendam vanam ipſorum iactantiam; ea, de quibus loquimur, miracula his verbis opponit: *In locis*, inquit, *ſanctis per totum orbem, quæ frequentat noſtra communio, tanta mirabilia vel exauditionum, vel ſanitatum fiunt, ita vt latentia per tot annos corpora Martyrũ, quod poſſunt à multis interrogantes audire, Ambroſio fuerint reuelata: & ad ipſa corpora cæcus multorum annorũ, ciuitatis Mediolanenſis notiſſimus, oculos lumenq́; receperit*. Hæc Auguſtinus. Scribit verò ſe interfuiſſe, quando cæcus lumen recepit. Alia verò Stephani Protomartyris ſigna, quæ in Africa enituerunt, quaſi omnibus Africanis notiſſima fuſe deſcribit. Ad cuius Reliquias mulier à cæcitate, Eucharius Presbyter à calculo, Lucillus Epiſcopus à fiſtula, frater & ſoror ab horribili membrorũ tremore liberati ſunt: ſeptem denique mortui reuixerunt. Quorum miraculorũ tantam fuiſſe paucis annis copiam, vt plurimi facilè libri de eis poſſent confici. Et quoniã Caluinus tuus ad Magorũ & præſtigiatorum improbas artes tanta Dei dona refert, audies Auguſtinũ iam vnum ex infinitis ad hunc modũ recitantem: *Cùm nuper illic* (videlicet Vzali) *eſſemus, Petroniam clariſſimam feminam, quæ mirabiliter ex magno atq; diuturno, in quo medicorum adiutoria cuncta defecerant, languore ſanata eſt, hortati ſumus, volente ſupradicti loci Epiſcopo, vt libellum daret, qui recitaretur in populo, & obedientiſſimè paruit. In quo poſuit etiam, quod hic reticere non poſſum, quamuis ad ea, quæ hoc opus vrgent, feſtinare compellar. A quodam Iudæo dicit ſibi fuiſſe perſuaſum, vt annulum capillatio vinculo inſereret, quo ſub omni veſte ad nuda corporis cingeretur: qui annulus haberet ſub gemma lapidem in renibus inuentũ bouis. Hoc alligata quaſi remedio ad ſancti Martyris limina veniebat. Sed profecta à Carthagine, cum in confinio fluminis Bagradæ in ſua poſſeſſione manſiſſet, ſurgens vt iter perageret, ante pedes ſuos illum iacentem annulum vidit, & capillatiam zonam, qua fuerat alligatus, mirata tentauit. Quam cum omnino ſuis nodis firmiſſimis ſicut fuerat, comperiſſet aſtrictam, crepuiſſe, atq; exilijſſe annulum ſuſpicata eſt: qui etiam ipſe cum integerrimus fuiſſet inuentus, futuræ ſalutis quodammodo pignus de tanto miraculo ſe accepiſſe præſumpſit, atq; illud vinculum ſoluens, ſimul cum eodem annulo proiecit in flumen. Non credunt hoc, qui etiã Dominum Ieſum per integra virginalia matris enixum, & ad diſcipulos, oſtiis clauſis, ingreſſum fuiſſe non credunt. Sed hoc certe quærant, & ſi verum inuenerint, illa credant. Clariſſima femina eſt, nobiliter nata, nobiliter nupta, Carthagine habitat: ampla ciuitas, ampla perſona, rem quærentes latere nõ ſinunt. Martyr certe ipſe, quo impetrante illa ſanata eſt, in filiũ permanentis virginis credidit, in eum qui, oſtiis clauſis, ad diſcipulos ingreſſus eſt, credidit. Poſtremo propter quod omnia iſta dicũtur à nobis, in eum, qui adſcendit in cælum cum carne, in qua reſurrexerat, credidit: & ideo per eum tanta*

Dæmon abactus ad corpora SS Geruaſij & Protaſij.

In opere breuiculi collationis cũ Donatiſt. ca. 16 collectionis primi diei.

Miracula in locis Sanctis per totum orbem.

Cæco aſpectus reſtituitur.

Miracula multa S. Stephani protomartyris.

Sanctorum miracula ad improbas magorũ & præſtigiatorum artes non referenda.

Lib. 22. de ciuitat. Dei cap. 8.

Ex Auguſtino hiſtoria de Petronia mirificè ſanata.

Ingreſſus Chriſti ad diſcipulos oſtijs clauſis, quem hæretici maximè Sacramentarij impiè negant ab Auguſtino aſſeritur.

fiunt, quia pro iſta fide animam poſuit ſuam. Fiunt ergo etiam nunc multa miracula, eodem Deo faciente, per quos vult, & quemadmodum vult: qui & illa, quæ legimus, fecit. En tibi hic non beatum Stephanum præſtigiatorem (quam orationem exſecror) ſed præſtigiatoris & perfidi Iudæi ſuperſtitionem, Dei & beati Martyris virtute exploſam atque euerſam: qua nihil dubito, omnem iſtam Euangelicam ſectã, quæ adeo in Sanctorum honorem & eorum miracula debacchatur, aliquando ſubuerſum iri. Iam cùm ad ea, quę diximus, Stephani protomartyris miracula inſigni ſtupore, admiratione, & lætitia populus afficeretur; hæc poſtea ſcripſit Auguſtinus: *Quid erat in cordibus exultantium niſi fides Chriſti, pro qua Stephani ſanguis effuſus eſt?* Perſpicue iam vides, quantum Auguſtini ſententia à Caluino diſſideat. Quem iam rurſus audi tam veteres Chriſtianos contra Ethnicorũ calumnias (quaſi Martyres, tanquam Deos, colerent) quàm Catholicos hodie contra Caluinum tuum defendentem. *Dæmones,* inquit, *apud memorias Martyrum torquentur, & confitentur, & de poſſeſſis corporibus hominum eijciuntur.* Deinde hæc ſubiicit: *Neq; tamen nos eiſdem Martyribus templa, ſacerdotia ſacra, & ſacrificia conſtituimus: quoniã non ipſi, ſed Deus eorum nobis eſt Deus. Honoramus ſane memorias eorum, tanquam Sanctorum hominum Dei, qui vſq; ad mortem ſuorum corporum pro veritate certarunt, vt innoteſceret vera religio, falſis religionibus, fictiſq; conuictis: quod etiam ſi qui antea ſentiebant, timendo reprimebant. Quis autem audiuit aliquando fidelium ſtantem Sacerdotem ad altare, etiam ſuper ſanctum corpus Martyris ad Dei honorem cultumq; conſtructum, dicere in precibus: Offero tibi ſacrificium Petre, vel Paule, vel Cypriane; cùm apud eorum memorias offeratur Deo, qui eos, & homines & Martyres fecit, & ſanctis ſuis Angelis cæleſti honore ſociauit: vt ea celebritate & Deo vero de illorum victoriis gratias agamus, & nos ad imitationem talium coronarum, atq; palmarum, eodem inuocato in auxilium, ex eorum memoria renouatione adhortemur? quæcunq; igitur adhibentur religioſorum obſequia in Martyrum locis, ornamenta ſunt memoriarum, non ſacra vel ſacrificia mortuorum, tanquam Deorum. Quicunq; etiam epulas ſuas eo deferunt, quod quidem à Chriſtianis melioribus non fit, & in pleriſq; terrarum nulla talis eſt conſuetudo: tamen quicunq; id faciunt, quas cùm appoſuerint, orant & auferunt vt veſcantur, vel ex eis etiam indigentibus largiantur, ſanctificari ibi eas volunt per merita Martyrum in nomine Domini Martyrũ. Non autem iſta eſſe ſacrificia Martyrum nouit, qui nouit vnum, quod Deo illic offertur, ſacrificium Chriſtianorũ.* Hæc quidem Auguſtinus. Sed Caluinus Sanctorum honorem atq; ſuffragia, hoc etiam vnicum altaris ſacrificium, quod ſoli Deo debetur, ſuſtulit; vt ne quid ſit in cœlo, aut in terra, inter viuos aut mortuos reliquum, quod nõ iſti iniuria & contumelia vexarint. Defunctos enim viuorum, viuos Sanctorũ cum Chriſto regnantium ſuffragiis, &, quod maius eſt, vnico Eccleſiæ ſacrificio miſerrime ſpoliarunt: Vt iam illud Ioëlis

De ciuit. Dei lib. 22. ca. 8.

De ciuit. Dei lib. 8. ca. 27

De ciuit. Dei lib. 8. ca. 27

Sacrificia non offeruntur Martyribus.

locum

Ioel. 1. locum habeat: *Perijt ſacrificium & libatio de domo Domini.* Quare iſtā contra miracula ad Martyrum memorias calumniam Magdeburgenſes, & Caluinus non à Chriſto, non ab Apoſtolis, non ab Epiphanio, aut vllo denique Catholico patre, ſed ab Hermete potius

Auguſt. de ciuit Dei lib. 8. cap. 26. illo Triſmegiſto ſumſiſſe, & eodem ſpiritu afflari videntur. Qui *Triſmegiſtus.* olim ingemuit, quòd Martyrum memorias templis & delubris Deorum ſucceſſuras præuideret. Ille tanto ante, iſti tanto poſt; vtrique certè peſſima mente, ſed eo iſti deteriores, quod ſub Chriſtianorum titulo religionem Chriſti euertere conantur. Vides igitur tandem, quàm præclaros hiſtoricos Magdeburgenſes, quàm præclarum Theologum agat Caluinus, qui tam illuſtria Dei beneficia, illuſiones ac præſtigias Dæmonum appellare non erubeſcunt. Quibus nihil iam ad ſummum pietatis iſtius gradum ſupereſſe videtur, niſi vt prophetarum Chriſti, & Apoſtolorum ſigna cum impijs Porphirio, Iuliano, Ethnicis & Bogomilis hæreticis reijciant: *Bogomilorum hæreſes.* ita demum nobilem iſtam ſuam Theologiam abſoluerint. Bogomili illi apud Bulgaros ad tempora Alexij Græci Imperatoris dicebant, Moſen à Satana illuſum eduxiſſe populum ex Aegypto, editis per Satanam ſignis & portentis, à quo legem in monte Synai acceperat; per quam innumera populi millia perierint. Aſſerebant præterea inter alias hæreſes, Dæmones ad Sanctorum tumulos aſſidere, & portenta facere ſub eorum perſona, vt incautos fallant, & ad ſe adorandos pertrahant. Quæ planè & Caluini tui oratio

Euthymius in Panopl. part. 2. tit. 23. cap. 11. & 12. eſt. Cui id reſpondemus, quod Euthymius, qui Alexij mandato Bogomilos confutauit. *Quomodo*, inquit, *beatorum Reliquijs inhærent Dæmones, qui eas reformidant, & virtute earum ab hominibus fugantur?* Caluini itaque vt per ſe atrox eſt hoc facinus, ita eo atrocius, quòd imperitis hominibus perſuadere velit; Auguſtinum quoque in eadem cum ipſo impietate verſari. CRIT. De quibus igitur Mirabilarijs loquitur Auguſtinus? IREN. De hæreticis ſine dubio; quod locus ipſe indicat; vt cum Catholicæ Eccleſiæ, remotis etiam, quibus abundat, veris miraculis, ſit ſemper; hæreticis, etiam *De quibus mirabilariis loquatur D. Auguſtinus.* ſi falſis miraculis abundarent, nunquàm tamen credendum ſit. De hæreticis igitur loquitur, ac potiſſimum de Caluino, ac omnium hæreticorum ſummo duce Antichriſto, in quo, vt olim in Chriſto *Antichriſtus.* totius Diuinitatis, ita ſanè totius Diabolicæ fraudis magnitudo reſidebit. Qua fiet, vt inſignes illos præſtigiarum artifices Iannem *Iannes. Mambres.*

Euſeb. Eccleſiaſt. hiſtor. lib. 2. ca. 13. 2. Tim. 3. 2. Theſſa. 2. & Mambrem, qui ſe Moſi, & Simonem, qui ſe Petro oppoſuit, ſit *Simon Magus.* longè in hac palæſtra ſuperaturus. Quod aperte Apoſtolus admonuit, cuius iſti ſunt plane anteambulones, eiq; expeditam viam, & maturū aduentū parant. Nemo igitur, cùm ille affuturus ſit, neq; ſi forte eius diſcipuli in hoc genere præſtigiarū præluſerint, & quaſi

Euſeb. Eccleſiaſt. hiſt. lib. 2. cap. 13. velitatione ludicra futuram magiſtri magnitudinem præſignificarint; aut ei, aut iſtis fidem prudens ac Catholicus adhibebit.

Admirabilis Euphemiæ hiſtoria contra Magdeburgenſium calumnias defenditur: variaq; eorum fraudes aperiuntur.

Cap. XXIIII. Irenævs.

Sed video me aliò, quàm volebam, prouectum, & B. Euphemiam me iam exſpectare. Cuius virtutum illuſtrem ſplendorem adeò noctuæ iſtæ ferre non poſſunt, vt pueriliter ad ridiculam illam & tenebricoſam ſuam Rhetoricam decurrere cogantur: Euagrius non meminit; ergo fide laborat; ergo hoc, quicquid eſt, totũ ex fraude & præſtigijs ad Sanctorũ Inuocationem confirmandam compoſitũ eſt. Quaſi verò iſtis Euagrij ſacroſancta ſit auctoritas, quam prius in eiuſdem Martyris narratione defugiunt, eiq; ſe fortiter opponunt, quòd diceret beatam Martyrem poſt mortem apparuiſſe. Ecce vero tibi, ſtatim ſui obliti talem ei, tamque amplam iuriſdictionem deferunt; vt quamuis ante quingentos fere annos Zonaras Græcarum hiſtoriarum non contemnendus auctor; quamuis Metaphraſtes, cuius in hoc genere hiſtoriæ tantæ ſunt auctoritatis apud Græcos, vt in eorũ Eccleſijs, publicè propter eã, quæ illis habetur, fidem recitentur; quamuis ipſa Chalcedonenſis Synodi acta teſtentur de hoc admirabili prodigio (vnde fortaſſis factum eſt, vt Martianus Imperator Chalcedonenſem ciuitatem, in qua Martyr recondita eſt, metropolis prærogatiua ornarit) quamuis Baſilienſes patres hanc hiſtoriam, vt veram & fide dignam, recitent; quamuis deniq; alij patres alia æque admiranda paſſim narrent; niſi tamen Euagrius quaſi honorarium iudicium interpoſuerit, reliquos iudices de tribunali deturbari, vrnas eorum deleri, & ſubſellia diſſipari neceſſe ſit. Enimuero quia video, reliquos ſcriptores in hac hiſtoria explicanda iſtis præ Euagrio ſordeſcere; non iam id ab ipſis, cur tot & tam illuſtria in vno Euagrio de Imaginibus & hoc genere miraculorum prodita, contra hiſtoriæ officijque fidem; verum illud multo magis quæro, cur, quæ Euagrius de recenti ſanguine, de fragrantiſſimo ac iucundiſſimo liquore, qui omnia vnguenta ſuperat, ex tumulo Euphemiæ profluente adeo pro certo narrat, vt iſta cunctis Chriſtianis manifeſta eſſe dicat; ipſi tam indigno ſilentio prætermiſerint? cùm præſertim poſt ducentos annos illius vnguenti meminerit Nicephorus in Patriarchatu Cõſtantinopolitano, Thraſij ſucceſſor, eiuſque loculum cum reliquijs immani ſcelere in mare proiectum: diuinitus tamen, Martyre pijs quibuſdam viris ſe oſtendente, conſeruatum. Quam narrationem ita abſoluit: *Hoc*, inquit, *obſtupendum, & ſcriptura dignum miraculum poſt viginti duos annos, poſt iniqui Principis mortem vna cum pijſſimis Imperatoribus & Thraſio ſanctiſſimo Patriarcha nos vidimus, & cum eis complexi ſumus, licet indigni magnam gratiam promerentes.* De hoc admirabili

Magdeburgenſium ridicula collectio.

Magdeburgenſium inconſtantia, qui in eodem folio Euagrij auctoritatem nihili et plurimi faciunt.

Zonaras.
Metaphraſtes.

Chalcedonenſis Synodus.

Martianus.

Baſilienſes patres.

Miracula quædam ad tumulũ Euphemiæ Magdeburgenſes perfide tacuerunt.

Nicephorus Patriarcha Conſtãtinopolitanus.

In annalibus Conſtantinopolitanis ab Anaſtaſio Bibliothecario è Græco in Latinũ vtcunque verſis, qui ſine nomine tam auctoris quàm interpretis Eugropio in officina.

Cent 5. cap. 13. pa. 1490

Ibidem pag. 1489.

In Martiano.
In Euphem. apud Aloyſ. Lippom tomo 6.
Act. 3. Chalced Synod. pag 867.

Baſil Conc. in reſponſo Synodali, quod incipit Sacroſancta generalis Synodus: & mox: Cogitanti huic ſacra Synodo tom. 3. Concil. pag. 151.

Lib. 1. c. 14.
Lib 3. c. 8.
Lib. 5 c. 18. & li. 6. c. 21
Lib. 2. ca. 3.

Metaphraſt. de inuent. reliquiarum Euphemiæ tom. 6. Aloyſ.
Lib. 15. c. 3.
Li. 18. c. 31.
Cĕt. 6. c. 13. pag. 817.

Frobeniana ad annum ſalutis 1532. impreſſo additamenti, ſub Pauli Diaconi nomine à pleriſque citari ſolent. Libro verò eiuſdem impreſſionis (ad quam te ſemper reſerimus, optime Lector, quoties horum annalium facimus mentionem) 22.

bili vnguento meminit poſt Nicephorum Patriarchā Conſtantinopolitanum Metaphraſtes, de quo dixi; & poſt eum, paullo ante captam à Turcis Conſtantinopolim Nicephorus. Quod & Magdeburgenſes ipſi prætermiſſis tam Euagrio, quàm Nicephoro Patriarcha, & Metaphraſte, aliiſque antiquioribus ſolita verſutia ad narrationis fidem imminuendam, quaſi ea narratio antiquiorem auctorem non haberet, ex ſolo Nicephoro referunt. Deinde, tanquam conclamatum eſſet de fide Nicephori, exclamant, id totum *ſuperſtitionem & fabulam redolere.* Huiuſmodi verò liquores, partim omnibus odoribus, quos ex varijs rebus ad certum modum temperatis vnguentarij conficiũt, flagrantiores; partim omnibus medicinis ad deploratos morbos depellendos præſtantiores, ex Sanctorum ſepulcris exſudantes, quos veteres & recentes Græcæ atque Latinæ Eccleſiæ ſcriptores celebrant; antiquarij iſti, qui tam ſancta fide Sanctorum ſe hiſtoriam concinnaſſe clamitant, aut perfido ſilentio; aut, quod maioris perfidiæ eſt, impia infitiatione, vt & alia omnia Sanctorum poſt obitum miracula, obruere & abolere conantur. Quæ rabido atque canino ore inceſſunt, & ad præſtigias atque nefarias Dæmonum ludificationes referunt; atq; ideo indigna videri volunt, quæ in tam nobiles Centurias referrentur. Sed aliò ſane tota res ſpectat: nec ſic enim iſtud iſtorum à rei indignitate (quæ nulla eſt) ſed ab incredibili ipſorum timore ſilentium proficiſcitur. Veriti enim ſunt, ne hæc vel vnius Martyris ex fide explicata hiſtoria, vt illa olim omnia carnificum tormenta, ita iam quoque poſt mortem nouam iſtorum carnificinam (qua impudentius memoriæ beatorum bellum, vim, ac iniuriam intolerandam inferunt, negantes eos pro nobis orare; nec à nobis appellandos, non nobis apparere, non nos poſt mortem iuuare, non miracula edere;) omneſque has mendaciorum Centurias vel ſola ſuperaret, euerteret, diſſiparet. Licebit igitur Magdeburgicam iſtam Academiam, ac ſcitos hos ſacræ hiſtoriæ artifices iiſdem, quibus olim Gregorius Nazianzenus Iulianum Apoſtatā, verbis compellare. *Nunquid, inquit, magnos timuiſti certatores, Ioannem illum, Petrum, Paulum, Iacobum, Stephanum, Lucam, Andream, Theclam quoque, necnon alios, qui tam poſt, quàm ante illos pro veritate ſunt periclitati; quiq; contra ignem, ferrum, beſtias, & tyrannos, alacriter decertarunt, præſentibuſq; malis, ac comminationibus tanquam in aliis corporibus, aut corpore carentes reſtiterunt? Cuius rei gratia? quo pietatem, nec verbo quidem proderent. Quibus magni repoſiti ſunt honores, & panegyres; à quibus Dæmones expelluntur, infirmi ſanantur; quorum ſunt apparitiones, & liberationes, quorum etiam corpora ſolum ſiue tacta, ſiue venerata, eadem*

Vide Metaphraſt. in D. Nicolao, tom. 5. & Dimitrio, & Euphemia Martyr. tom. 6. Aloyſ.
Balſamonem in nomocan. Photij tit. 7. ca. 1.
Procopium orat. 1. de ædifi. Iuſtiniani.
Lucianum de inuent. Reliq. Stephani.
Niceph. de Glyceria mart. lib. 18. cap. 32.
Ioan. Auentinum in Boiaria.
Paulum Iouium lib. 25. in fine.

Magdeburgenſes cur miracula ad tumulũ Euphemiæ edita ſilentio inuoluerint.

In orat. contra Iulian. 1.

Gregorij Nazianzeni verba in Iulianũ Apoſtatam quàm aptè & verè conueniant in Magdeburgenſes.

Huiuſmodi miracula Sanctis attribuit, & eorũ Reliquiis Gregorius Nazianzenus.

dem poſſunt, quæ & ſanctæ animæ. Quorum ſanguinis aſperſiones, ſolum, & minima paſsionis ſymbola, eadem faciunt, quæ & corpora. Hæc tu haud veneraris, ſed dedecore afficis. Hæc Nazianzenus. Cuius oratio non magis in Apoſtatam illum, quàm in nouos noſtros Iulianos quadrat, qui ſanctos dedecore afficiunt, aut Deum potius; cùm ea omnia, quæ Nazianzenus, aut ceteri patres in hoc genere recenſent; & admirabilem hanc Dei gratiam, Dæmonum præſtigijs adſcribunt; & quaſi vnâ flagitioſâ liturâ, vniuerſa patrum teſtimonia delent. Sunt enim eorum libri in medio, qui ſe ab iſtis corruptos, & quaſi interlitos clamant. Sed vide nouæ iſtius Academiæ fraudem. Quæ ad ipſius exordium clamitabat, omnes antiquos patres ad quingentos ac ſexcentos annos, ſuos eſſe: quicquid noſtri proferrent, nuper in regno Pontificio natum. Et plauſibilis quidem fuit in vulgus Thraſonica hæc oſtentatio, multoſque imperitos atque inconſtantes à fide Eccleſiæ abduxit. Nunc cùm premuntur ſolis quingentorum annorum teſtimonijs, patrumque conſpirante auctoritate (neq; vel vnum è contrario teſtimonium ad rem accommodatum proferunt) vniuerſis patribus ob diuinam maieſtatem læſam, ob idololatriam, actionem intendere non verentur. Quanquam magna, vt oſtendi, vafricie antiquiſſimos patres; & Martyres non ita omnino ſcripſiſſe, ac eorum libris proditur, perſuadere conantur: & poſteriores licet ante mille, imo mille ducentos aut trecentos annos ita ſcripſerint, vt puræ religionis aduerſarios cõtumelioſe reijciũt. Cuius Rhetoricæ præter ſuperiora habeto & hoc exemplum. Cum audiunt à Sixto Romano Pontifice & Martyre, quod Petrus Apoſtolus licet defunctus, *Romanum Epiſcopum inſtruat, & omnium onera portet, & tueatur*; clamitant falſo ea Sixto adſcribi. Sed cum de Petro à Leone audiunt: *qui nunc plenius & potentius ea, quæ ſibi commiſſa ſunt, peragit, atq; omnes partes officiorum atq; curarũ in ipſo, & cum ipſo, per quem eſt glorificatus, exequitur*: Et deinde, *Si quid itaque à nobis rectè agitur, recteq; diſcernitur, ſi quid à miſericordia Dei quotidianis ſupplicationibus obtinetur, illius eſt operum & meritorum, cuius in ſede ſua viuit poteſtas & excellit auctoritas*: Hæc inquam & ſimilia cùm audiunt, quæ à Leone ita ſcripta negare non poſſunt; vociferantur *obſcurari meritum Chriſti, & Deo ſuum honorem eripi*, & alia id genus. Sed omnem iſtorũ vanitatem ac impietatem vna illa, vt diximus, virginis ac Martyris Euphemiæ hiſtoria prodit, ac euertit. Cuius, & aliorum id genus ad corpora Sanctorum miracula, ſi, vt ſolent, magnis iſti vocibus Scripturæ aduerſari, percrepare non deſinant; dicant mihi, quî factum eſt, vt mortui hominis cadauer, temerè præ metu in ſepulcrum Eliſei Prophetæ proiectum, ſimul ac oſſa Prophetæ contigerit, reuiuiſcere cœperit; aut cur pallio Eliæ Iordanis ſit diuiſus? Neque enim iſta, vel ſimilia in hac aut cæleſti vita per Sanctos miracula edita, quicquam, vt iſti calumniantur,

Magdeburgẽſes noui Iuliani.

Magdeburgenſium fraus.

Magdeburgenſium prima cãtilena, alia ab ea quam hodie occinunt.

Exemplũ Rhetoricæ Magdeburgicæ.
Sixtus.

Leo.

Miracula ad Reliquias Sanctorum non aduerſari Scripturis.

Eliſei oſſium contactu mortuus reuixit: Eliæ pallio Iordanis diuiſus.

Epiſt. 5.
Cent. 3. c. 7. pag. 184.
Sermon. 2. in die anniuerſar. aſſumptio. ſuæ.
Cent. 5. c. 4. pag. 513.
Regum 4. cap. 13.
Reg. 4. c. 2.

tur,aut Scripturis aduerſantur, aut de gloria Dei detrahunt. Niſi fortè,quod nemo Catholicus dicit,ſine Deo, ſolisque ſuis ipſorũ viribus ea ſanctos patraſſe dicamus. *Solus* enim *Deus* eſt,qui eo ſenſu (vt cum Propheta loquar) *mirabilia facit*. Quod D. Auguſtinus rectè explicat:*Tu verè magnus Deus faciens mirabilia in corpore,in anima ſolus faciens. Et mox: Fecit & Moſes,ſed non ſolus; fecit & Elias; fecit & Eliſeus; fecerunt & Apoſtoli,ſed nullus eorum ſolus. Illi cum facerent, tu cũ eis; Tu quando feciſti,non illi tecum. Non enim tecum fuerunt cum feciſti; quando & ipſos tu feciſti. Tu es Deus, qui facis mirabilia ſolus.* Quod vnicum Auguſtini diſcrimen ſubuertit omnes Magdeburgenſium contra huiuſmodi Sanctorum miracula calumnias.

Pſal. 95.
Auguſt. in Pſal. 76.

Diſſipantur Magdeburgenſium calumniæ contra patres ſexti ſæculi, qui Sanctorum poſt mortem miracula deſcribunt.

CAP. XXV. CRITOBVLVS.

NEGARE certe non poſſum per Sanctos cum Chriſto regnantes,& ad eorum Reliquias primis Eccleſiæ temporibus multa ſigna accidiſſe. A qua tamen ſententia me rurſus Magdeburgenſes vel inuitum propemodum abducunt;cùm ea omnia,quæ ſexto ſæculo accidiſſe,non modo Paulus Diaconus, Zonaras, Sigebertus, Abbas Vrſpergenſis,Henricus Erphordienſis,Nicephorus,& alij recentiores,ſed & quæ ita accidiſſe,Euagrius,Procopius,Fortunatus,vterque Gregorius,Turonenſis atque Romanus,& alij pæne innumerabiles tradunt,ſine diſcrimine inter ea conſtituant, *quæ ſuperſtitionem atq; idololatriam redoleant*. Quorum,vt quod ſentio palam profitear, tanta multitudine quaſi obruimur, vt vel ea ipſa ſuſpicionem quandam animo meo inijciat. E quibus plurima Magdeburgenſes non ſolum apertas fraudes, verum homicidij & Diaboli ipſius potius, quàm mitem ac lenem illum Sanctorum *ſpiritum* ſpirare clamitant. Hunc igitur mihi ſcrupulum, qui animum meum ſtimulat & pungit, ſi ſemel euellas, ne tenuiſſimus quidem de tota hac re deinceps ſcrupulus propter iſtas Centurias in animo meo reſidebit. IREN. Atqui ſi ſapias,& eorum, quæ dixi,hactenus recorderis,vel me tacente, eum ſcrupulũ exemtum iri oportuit. Nam aut iſta,quæ iſti ſexti ſæculi ſcriptores recẽſent, conſiſtere & vires ſuas obtinere debent; aut,iſtis ruentibus, nõ eſt,quòd vel priora illa vllam fidem mereantur. At fruſtra quidem exiſtimant iſti tenebricoſi terræ filij, ac leuiſſimi religionis Chriſtianæ perfugæ,poſſe ſe tantorum virorum luminibus,ſui ſæculi,ſiue auctoritatẽ ſpectes,ſiue doctrinã, ſiue pietatem, principũ iſta ſua maledicentia obſtruere;maxime vtriuſque Gregorij: quorum

Calũnia Magdeburgenſium contra Sanctorum poſt mortem miracula à patribus ſexti ſæculi deſcripta.

Cent. 6. c. 13. pag 806. & ſequentibus.

Reſpondetur prioribus Magdeburgenſium calumnijs.

Vtterque Gregorius tum Romanus, tum Turonensis à Magdeburgenſium calumnia vindicatur.

rum alter his mille pęne annis Magni nomen propter exuberantem pietatem, ac doctrinam obtinuit: vtrunque vero Deus eximijs ſignis per eos editis ornauit, atque amplificauit. Sed quis non videt, quàm vano atq; inſano iſti ſe labore torquent? Etſi enim verum omnino eſſet (quod tamen nemo pius vel intra cogitationes admittere debet) quod iſti calumniantur; collabi tamen eos & corruere nihilo minus eſt neceſſe, niſi priorem etiam illam quingentorum annorum auctoritatem conuellant. Quod quàm ridiculè, aut potius impiè, tentarint, iam ſatis, vt opinor, noſti, & quaſi ex vultu Æthiopem. Quare, etſi certè nihil opus foret quicquam de his rebus præterea adijcere; quia tamen te iſta ſexta Centuria conturbat, indulgebimus & huic tuo deſiderio, ac quãta fide & dexteritate hîc vtantur, paucis explicabimus.

Varia Magdeburgẽſium fraudes in ſexta Centuria.

Magdeburgẽſes antiquioribus diſſimulatis & ſuppreſſis, recẽtiores duntaxat, et inferioris notæ auctores ad fidem miraculorum minuendã nominant.

Primum itaque hanc illorum fraudem atque iniuriam animaduertere debes, quòd in iſtis hiſtorijs recenſendis primos ſæpe ac grauiſſimos, quibus merito fidas, auctores verſutè è medio ſubducant, & alios recentiores ſolita fraude ſupponant. Hac fraude Vſpergenſem Abbatem, pro Paulo Diacono de miraculo Ioannis Baptiſtæ; hoc commento, neſcio quod Martini manu ſcriptum chronicon ad miracula Stephani protomartyris extenuanda atque eleuanda, ſuppreſſis primis ſcriptoribus, ſufficiunt.

Abbas Vſpergenſis.

Martini chronicon.

Paulo Diac. de geſt. Longobard. lib. 4. cap. 16.

Cent. 6. cap. 13 pa. 816.

Ibidem pag. 811.

Inuentio corporis B. Stephani.

Lucianus Hieroſolymitanus.

Auitus.

Gennadius in catalogo.

vide ſermones Auguſtini recens excuſos Louanij cum epiſt. Auiti.

Eius enim beati corporis admirabilem inuentionem Lucianus Hieroſolymitanus presbyter, cui ſe Martyr per ſomnum, & abſconditi corporis locum oſtendit, Græcè deſcripſit. Atque ea ſcripta mox in Latinam linguam tranſtulit Auitus presbyter Hiſpanus, reique tantæ notitiam, miſſa ad Oroſium illũ celebrem hiſtoricum epiſtola, primus Latinis hominibus communicauit. Qui ab Auguſtino pro diſcenda animæ ratione ad Hieronymum miſſus, rediens reliquias Martyris primus occidenti intulit.

Reliquias S. Stephani quis occidenti primus intulerit.

Miracula infinita ad Reliquias Stephani edita.

Auguſtinus.

De ciuit. dei lib. 22. c. 8. tom. 5.

**cap. 23. huius Dialogi.*

Ad quas ſtatim infinita quędam ſigna, ac pæne incredibilia ſunt edita; adeo vt in ſola Africa, præter innumera alia ſanitatum beneficia, ſeptem (vt *diximus) mortui, vitæ ſint redditi. Quæ Auguſtinus, vt ſibi, & populo notiſſima, ad Chriſtianæ religionis contra Ethnicos confirmationem diligenter perſcripſit; eaque nos alias copioſius narrauimus. Ea ſi quis plenis faucibus haurire cupiat, eum cum ad cæteros Auguſtini libros, tum ad conciones quaſdam eiuſdem in veneranda antiquitatis exemplaribus repertas, & opera ac ſtudio Ioannis Vlimerij optime de Theologiæ candidatis meriti in lucem vna cum Indiculo Poſſidij recẽs editas; & ad B. Epiſcopum Euodium Auguſtino æqualem, eique cariſſimum remitto: qui duos libros de admirandis ſignis Protomartyris, quę illis ipſis temporibus accidere apud Vzalem ciuitatem, cuius ipſe erat Epiſcopus, conſcripſit. Quæ ne quis forte alicui ſiniſtræ ſuſpicioni obnoxia putet, Auguſtinus ipſe agnoſcit, & quædam, quæ ibidem recenſentur, recitat. E quibus nos vnum, quoniam non ſolum ad præſentem

Ioannes Vlimerius.

Hæ conciones, ſiue ſermones ſunt editi An. Domini 1564. Louanij.

præſentem de Sanctorum poſt obitum miraculis narrationem, ſed ad confringendum etiam impium illum de ſalute infantium ſine Baptiſmo morientium errorem accommodum eſt, iam recitabimus. *Cuiuſdam mulieris filius paruulus mortuus, catechumenus erat. Qui matris portatus manibus cum ingenti eiulatu, & miſerabili vociferatione ante ipſam memoriam glorioſi Stephani fuerat proiectus, *tradens illi mortuum, vt ab eo reciperet viuum. Cumq; ad aures amici Dei pulſaret fide pietatis, perculſa duplici luctu orbitatis, quòd & in præſenti vita filium perdidiſſet, & in futura, vtpotè ſine gratia baptiſmi ſaluum habere non poſſet: ecce interdiu lamentantis dolorem miſeræ matris, repente paruulo ſpiritus redditur, vita tribuitur, vox viuenti conceditur. Continuo presbyter accerſitus baptiſmum paruulo tradit, ſacramenta complentur; atque ita peccatorũ lethali catena anima liberata, ſtatim etiam mortalis carnis vinculo exuitur, & ad Dei ſpiritales amplexus ſumma celeritate liberata dimittitur. Ita &, non modica conſolatione conceſſa, gaudere de redempto filio datur, & paruulo ſalus vera conceditur. Qui profectò ob hoc ad modicum vitam recepit, ne in æternum moreretur. Ob hoc ad tempus mori meruit, vt vita perpetua frueretur.* Quare cum baptiſmus tanti momenti ſit in infante, vt cũ illius iactura æternæ quoque ſalutis iactura coniuncta ſit: non ſine cauſſa Theologi aſſerunt adſtringi quodam modo non tantum Sacerdotes, ſed quemlibet etiam Chriſtianum ad illum, ſi res ita ferat, cum aliquo propriæ vitæ periculo expediendum. Iſta vero & alia Auguſtini de Stephani Protomartyris admirandis miraculis teſtimonia nobiles veſtri Centuriones, quantumuis contra vtroſque Gregorios incenſi, atque efferati, hic ne attingere quidem audent. Alibi vero, quod deterius eſt, inexpiabili quadam fraude & mendacio lectorem circumuenire conati ſunt, quaſi Auguſtinus ipſe illuſtria illa miracula nihil aliud, quàm præſtigias, duxerit. Quorum nos hanc Rhetoricam iam antea deteximus. Hic vero, diſſimulato Auguſtino, & alijs præclaris atque antiquis ſcriptoribus, Martini ſcriptum quoddam chronicon de Reliquijs Stephani protomartyris ſexto ſæculo tranſlatis, alieno tempore & loco nobis obtrudunt; & callide miracula illa, quæ tantopere Auguſtinus ornat, ſupprimunt. His enim Auguſtinus non tam Ethnicos, quàm Magdeburgenſes percellit. Qui tamen Ethnicis eo ſceleratiores ſunt, quòd, dum videri volunt Chriſtiani, Chriſtianam religionem omnibus viribus peſſundant. Exerant itaque iſtam ſuam caninam facundiam, ſi velint, contra Auguſtinum, Baſilium, Hieronymum, & illos alteros Gregorios, Nazianzenum, & Nyſſenũ, quorum vterque æque admiranda de Sanctis narrat, atque noſtri Gregorij. Quos ſi ſemel expugnarint, tum egregia iſta ſua tropheа de noſtris Gregorijs victis ſtatuant, & pro noui huius Centuriatus prærogatiua, vt merentur, flagellent. Verum cum illos tam præclaros Duces vix aſpicere audeant, neq; quicquam contra eos,

Euodius libr. 1. de miraculis Stephani: & Augustini ſer. 95. & 96. recẽs Louanij impreſſio.

Euodius.

*Forte * tradidit.*

Neceſſitas baptiſmi in infante miraculo demõſtrata.

Thom. quodlibet. 12. quæſt. 18 articul. 30. & in perfectione vitæ ſpiritalis cap. 14.

Magdeburgẽſes Ethnicis ſceleratiores.

niſi per vulpinas fraudes moliantur, atque ita infirmitatem ſuam omnibus prodant; neſcio tamen qua inani ac ſtulta fiducia, cum noſtris Gregorijs iuſto ſe Marte congredi poſſe ſperant; cùm re vera ne hic quidem vlla alia ſit, quàm ridicula quædam pugna, & inſidioſis captionibus turpiter inſtructa. Neq; ſane aliud quàm inani quodam latratu, vt ſolent ignaui canes, aërem verberant. Neq;, cū omnia tentarunt, in alio quàm eo, quod toties euertimus, præſidio ſpem ſuam ponunt: iſta miracula ideo reijcienda, quia faciunt ad conſtabiliendam Sanctorum Inuocationem, & eorum conſuetum honorem. Sed cum nos abunde iam docuimus, perpetuū quendam, atque inuictum hiſce ſexcentis annis patrum, de interceſſione, atque Inuocatione huiuſmodi fuiſſe conſenſum; ex eo ſane conſequitur, hæc miracula vera eſſe, atque à Deo ipſo profecta; ſed Martyrum ſuorum precibus & meritis ad nos ſummo noſtro beneficio redundare. Non ferunt Euagrium, Procopium, ac Gregorios, quòd Sanctos poſt mortem viuentibus apparere, certis documentis oſtendant. At habemus, vt noſti, ante hos reliquorum patrum ampliſſimum & frequentem conſenſum. Indignantur pij & miſericordes homines miſeris & calamitoſis hominibus beneficia per Martyres apud ipſorum cineres ab iſtis ſcriptoribus tribui. Sed an huiuſmodi beneficia huius ætatis homines ſcriptis primi prodidere? Nolunt defunctos viuentibus apparere, & ſepulturæ ſuæ curam mandare. Cur ergo Ambroſius, Auguſtinus, & alij id ita ſæpe factum affirmant? Verum præſtat audire Auguſtinum iſtorū impudentiam his verbis arguentem: *feruntur, quippe mortui non nulli, vel in ſomnis, vel alio quocunque modo apparuiſſe viuentibus, atque vbi eorum corpora iacerent inhumata, neſcientibus, locáq; monſtratis admonuiſſe, vt ſibi ſepultura, quæ defuerat, præberetur. Hæc ſi falſa eſſe reſponderimus, contra quorundam ſcripta fidelium, & contra eorum ſenſus, qui talia ſibi accidiſſe confirmant, impudenter venire videbimur.* Hæc Auguſtinus. Cum quo etiam expoſtulent, quod reliquias B. Stephani protomartyris reuelatione quadam repertas, & hæc inter alia ſcripſerit: *Latuit tanto tempore corpus eius; proceſſit, quando Deus voluit: illuminauit terras, tanta miracula fecit, mortuus viuos fecit mortuos, quia nec mortuus.* Expoſtulent præterea cum Gregorio Nazianzeno, qui ſimilia de corpore Cypriani Martyris ſcripſerit. Exclament denique quantum velint, *O delicatum puluerem!* Iſta præclara Rhetorica, non tam illos Gregorios, quàm Gregorium Nazianzenum, Ambroſium, Auguſtinum, & alios patres irrident. Sed non ferunt placidi ac mites iſti homines, vt Sancti, ſiue viuentes ſiue defuncti, crudeles ſe oſtendant aduerſus ſacrilegos. Hic enim ſpiritus ſe, quales ſint, patefacere aiunt, & eſſe plane *homicidij ſpiritus*. Cur ergo non accuſant [1] Petrum Apoſtolorum principem propter Ananiam, & Saphiram? [2] Eliam propter quinquagenarios, ac

[Margin notes, left:]

Magdeburgēſes in oppugnandis Sanctorum miraculis, quā infirmo nitantur præſidio.

Mortuos apparuiſſe viuentibus & eis ſepulturæ ſuæ curam mandaſſe. Auguſtinus.

Inuentio Sancti Stephani.

Gregorius Nazianzenus.

Refellitur exemplis ex Scriptura & aliunde ſumtis Magdeburgenſium calumnia de crudeli Spiritu auctore miraculorum quæ Sanctis tribuuntur. Petrus. Elias.

[Margin notes, right:]

Ambr. in ſermo. de Prot. & Geruaſ. Augu. de ciuit Dei lib. 22. ca. 8.

De cura pro mort. geren. cap. 10.

Tract. in Ioan. 120. Sermon. 91. recens excuſo Louanij.

In vita Cypriani.

Cen. 6. cap. 13. p. 815.

Cent. 6. cap. 13. pa. 813. 815. et 819

1 Act. 5.

2. 4. Reg. 1.

[3] Eliſeum

[3] Eliſeum Prophetam propter pueros occiſos? Cur prodidit [4] Beda Sanctum Petrum Laurentium Cantuarienſem Epiſcopum à grege tenero, ac recens Chriſto initiato fugam meditantem noctu flagellis excidiſſe? Cur narrat [5] Tertullianus Chriſtianum quendã nocte diuinitus caſtigatum, quòd more Idololatrarum eius fores ſerui coronauerant? Quare refert [1] Euſebius Natalium confeſſorem ab Angelis cæſum, quod ſe hæreticæ factioni adiunxiſſet? Cur refert [2] Auguſtinus vt rem ſibi, ſuiſque Hipponenſibus notiſſimam; ciuem quendã Hipponenſem, quia iuſiurandum ei detulerat, quem peieraturum nouerat, noctu ad Dei tribunal raptum, & grauiſſimè cæſum, ita vt poſtridie plagarum veſtigia in dorſo eius apparerent? Forſan iſti omnes huiuſmodi pœnas, quia earũ aculeos (licet digniſſimi) nõ ſentiant, irrident. An ignorant miſeri diuinam vindictam, licet ſeram, tarditatem ſuam pœnæ grauitate penſare? Vt cum illi temporaria; iſti, ni reſipiſcant, æterna impietatis huius ſuæ flagella aliquãdo ſint experturi. Nam nec ipſi, opinor, ignorant, iſta Sanctorũ miracula certiora & firmiora eſſe, quàm vt vlla iuſta atq; idonea ratione labefactentur. Atque ideo coguntur, vt ſaltem pietatis adumbratæ ſpecie imprudentes circumueniant, ad inanes quaſdam vociferationes, & extra cauſſam calumnias, confugere. Nec putant Centuriones veſtri, & alij id genus auctores, qui partim poſt Sacerdotij, partim poſt Monaſtices profeſſionem, delicate ac molliter viuunt; delicate ac molliter cum Dalilis fœdo inceſtu concumbunt, fas credere aut pium illum virum Aruerni, aut ante eum Amonem (cuius animam Antonius in cælum deferri vidit) in illa ſolitaria, rigida, auſtera, ac tetrica vita ſine mulieribus, aut in ipſo denique matrimonio in perpetua quadam Veneris ac voluptatis abſtinentia viuere aut potuiſſe, aut debuiſſe (quod excellens caſtitatis genus, *præſtigias contra verbum Dei* appellant) aut Thomam Apocryſarium mortuum non magis potuiſſe ferre conſortiũ mulieris in ſepulcro, quàm cùm viueret in lecto. Nam cùm vna fortè & altera femina eo loci fuiſſet ſepulta, terra vtramque euomuit. Quam tamen hiſtoriam non ſolùm Euagrius (licet paullo aliter nulla mentione mulierum facta) quem contemnere videri volunt, ſed & Sophronius Patriarcha Hieroſolymitanus, quẽ contemnere non poſſunt, atque ideo nullam hic eius mentionem faciunt, illis temporibus perſcripſit.

3 4. Reg. 2.
4 Hiſto. Eccleſ. lib. 2. cap. 6.
5 In libr. de Idololatria.
1 Lib. 5. ca. 28.
2 In ſermonibus recens Louanij excuſis ſerm. 117.
Greg. Turonenſ. de gloria cõfeſſor. cap. 32.
Athanaſ. in vita Anto.
Cent. 6. cap. 13. p. 816.
Cent. 6. cap. 13. pa. 809.
Euag. lib. 4. 35.
Soph. in prato ſpiri. ca. 88.

Eliſeus.
Laurentius Cantuarienſis Epiſcopus.
Natalius Confeſſor.
Ciuis Hipponenſis.
Magdeburgenſium portus & aſylum.
Amon.
Thomas Apocryſarius. Miraculum.

Detegitur verſutia Magdeburgenſium, qui callidè ſibi cauent ab omni Sophronij & Procopij, inſignium ſexto ſaeculo ſcriptorum, mentione, à quibus Sanctorum poſt obitum miracula, quæ tum temporis contigerunt, luculenter ſunt deſcripta.

CAP. XXVI. IRENÆVS.

Sophronius. — *Act. 11.* — *Cap. 45. 48. 87. 8. 9. 92. 148.* — *Sophronij cur nulla fiat mentio in ſex prioribus Centurijs Magdeburgenſium.*

FVIT certè Sophronius pietate ac doctrina ſingulari, qui Heraclio Imperatori Monothelitæ magna conſtantia ſe oppoſuit. De quo in ſexta poſtea Synodo ampliſſimum exſtat totius Synodi teſtimonium. Is inſignem quendam de patribus ſexti ſęculi, ac ſtupendis illorum miraculis, ſumma & ſingulari quadam fide librum contexuit. In quo cum multa ſint, quæ penitus euertunt nouam hanc omnem Theologiam, maximè verò eam, quæ vel vitam Monaſticam, Sanctorum honorem, ac miracula impugnat; vel ferre nō poteſt, quòd homines ſacrilegi per Sanctos defunctos caſtigentur. Magdeburgenſes certè librum, aut libri auctorem in ſex prioribus, quas ediderunt, Centurijs, ne ſemel quidem, prodigioſa quadā perfidia, atque calliditate, vel nominare ſunt auſi. Aſtute enim apud ſe cogitabant, ſi lectores ſemel intelligerent, non ſolù vtroſq; Gregorios & reliquos Latinos, ſed & Græcam omnem huius ſæculi Eccleſiam ſcholæ iſtius placitis prorſus aduerſari; nō fore tam ſtupidos, vt, vniuerſa ſexcentorum annorum Eccleſia reiecta, Magdeburgicum iſtud idolum tantummodo colerent. Quare inaudita quadam vafricie alia omnia miſcent, confundunt, calumniantur: de Sophronio mirum vbique ſilentium: niſi quòd in ſeptima, quā nuper vidi, Centuria, vitam eius vtcunq; deſcripſerint. Sed ne hic quidem vllum vel libri huius, vel ſanctiſſimorum patrum, quorū ibi vita, obitus, & mirifica opera perſtringuntur, exſtat omnino verbum. Cuius perfidi ſilentij nulla iuſta & idonea vti poſſunt excuſatione, quòd de Sophronio locupletiſſima & clariſſima cum aliorum veterum, tum ſeptimæ œcumenicæ Synodi, Photij Patriarchę Conſtantinopolitani, & Photio antiquioris Ioannis Damaſceni, qui eodem fere ſæculo, quo Sophronius, vixiſſe videtur, in promptu ſint teſtimonia.

Sophronij in ſeptima Centuria cuiuſmodi mentionem fecerint Magdeburgenſes. — *Act. 4 pag. 520. & Act. 5 pag. 548. Ioā. Damaſ. Apolog. prima contra Iconoma.*

Atque ob eandem, ni fallor, cauſſam, eademque religione à celeberrimo illo Procopij libro de ædificijs Iuſtiniani nominando, ac ijs recenſendis, quę ſine magna certè culpa prætermitti non potuere, contra officium ſuſceptum abſtinuiſſe eos puto. Cur enim cùm ageretur de miraculis, quæ ſub Imperatore Iuſtiniano contigerunt, non vel inſignem locum haberet fons ille, qui, Iuſtiniani exercitu in Libya magna aquarum inopia laborante, repente in loco aridiſſimo erupit? Qui bonæ ſpei initium dedit militibus Catholicis cōtra Arianos. Accedit & illud de monte Sina, quem dicit Monachos inhabitaſſe, quorum vita nihil aliud erat, quàm ſedula meditatio mortis. In cuius vertice neminem affirmat habitare potuiſſe, propter aſſiduos ſtrepitus, & fragores, aliaque terriculamenta quædam diuiniora. Iam cùm de propagatione Eccleſiæ hoc ſæculo ageretur, cur inter alios, qui hoc ſæculo ad Chriſti fidem acceſſere, nulla Tzanorum, qui finitimi ſunt Armenijs,

Procopij liber de ædificijs Iuſtiniani nunquam citatur in ſex Centurijs. — *Miraculum.* — *Orat. 6.* — *Monachi in monte Sina cuiuſmodi.* — *Orat. 5.* — *Montis Sina vertex.* — *Gens Tzanorum ad Chriſti fidē conuerſa.* — *Orat. 5.*

menijs, qui putabant lucos, volucres, & animalia Deos, & ea colebant; nulla de duabus illis vrbibus, quæ Ægilę dictæ ſunt, quæ prius Alexandro Macedoni, & Ammoni hoſtias mactabant; nulla denique de Iudæis, qui prope vrbem Boreion habitabant, ad Chriſtum opera Iuſtiniani conuerſis, mentio facta? Hæc & alia ſiue ex induſtria, ſiue humana quadam infirmitate, atque obliuione ab iſtis prætermiſſa ſint, non poſſum certò pronunciare; ac tuum ea in re iudicium liberum tibi permitto. Id certius affirmo, hoc vno Procopij libro, tanquam ariete quodam, nouum iſtum Centuriatum, ac turrim Babylonicam contra Sanctos conſtructam ita concuaſſari, vt nullo certe vehementius. Iraſcūtur itaque pij iſti viri, quod templa diuo Martino & alijs conſtruantur. Et hanc quaſi *inſignem* quandam *Antichriſti notam* Hormiſdæ, Ioanni primo, Felici quarto, Pelagio ſecundo, ac alijs Romanis Pontificibus inurunt, quod Sanctis templa ſtruxerint, aut donarijs eadem amplificarint. Iuſtinianum præterea Imperatorem ob eandem cauſſam reprehendūt, ac dicunt; ſtudium iſtud ampla & magnifica templa Diuis collocandi, veram doctrinam de Deo inuocando obſcuraſſe. Nec mirum eſt, ſi Romanis Pontificibus atque Iuſtiniano non parcant, cùm & primum illum Chriſtianum Imperatorem, Conſtantinum Magnum contumelijs ſimilibus inceſto ore lacerant; atque vt homines ſordidi, & impij exclamant, Conſtantinum nimis *ſumptuoſum, & profuſum*: ac iraſcuntur pro ſolita pietate Euſebio, & reliquis Epiſcopis, quod non ſint dehortati eum ab hoc propoſito, ſed potius *immodicam in ornatus templorum ſuperfluos profuſionem laudarent.* Torquet enim iſtos illa Euſebij pia de Conſtantino vox, qua indicat Conſtantinum Apoſtolis Conſtantinopoli templum magnificum ſtatuiſſe; ratum, ſe per eam ſtructuram memoriam animæ ſuę ſalutarem ac vtilem facturum, *vt defunctus precationum, quæ ibidem eſſent ad Apoſtolorum gloriam offerendæ, particeps efficeretur.* Procopij verò liber, qui hanc munificentiam, atque pietatem Iuſtiniani graphice ac luculenter peculiari opere deſcribit, adeo eos vrit, vt præ iracundia, atque inuidia erga Sanctos, etiā illa, quę iā narrabimus, in officioſo ac perfido ſilentio inuoluāt. Conſtruxit itaque Iuſtinianus, vt alias per orbem ſacras ædes prętermittā, apud ſolā Conſtantinopolim, præter Monaſteria ac Xenodochia, ampliſſima, ac omnium auguſtiſſima tēpla Sanctæ Sophiæ, Virginis Mariæ Dei genitricis, matriſque eius Annæ, Zoæ Martyris, Michaelis Archangeli, Petri & Pauli, Sergij & Bacchi Martyrū, Apoſtolorū, Acatij Martyris, Platonis Martyris, Mocij Martyris, ſanctæ Theodotæ, ſancti Agothonici, ſancti Priſci, ſancti Nicolai, ſanctorū Coſmæ & Damiani, Anthymi Martyris, Irenes Martyris, Pantelemonis Martyris, Minæ & Minæi Martyrum, ſanctæ Ias. Iſti vero noſtri cenſuratores, cū ex alijs huius ſæculi ſcriptoribus, Sanctorum ac templorum eis dicatorum

Margin notes (left): Orat. 6. — Cent. 6. cap. 10. p. 666. 667. 668. 676. — Cent. 6. c. 6. pag. 326. — Cent. 4. c. 3. pag. 76. — Euſe. de vita Conſt. lib. 4. cap. 60. — Procop. lib. 1 de ædific. Iuſtiniani.

Margin notes (right): Aegyla. — Iudæorum et Chri[...] ad Chriſtum Iuſtiniani opera conuerſio. — Procopij liber de ædificijs Iuſtiniani. — Templa Deo in nomine Sanctorum erexiſſe, Magdeburgenſes Pontificibus & Imperatoribus vitio vertunt. — Iuſtinianus. Conſtantinus Magnus. — Euſebius. — Conſtantinus Apoſtolis magnificum templum cur erexerit. — Nota. — Iuſtinianus in templis ædificandis quam fuerit liberalis & magnificus.

catorum nomina vndique colligant, neſcio quo panico terrore, ab huius libri & multorum Martyrum, quorum forſan nomina alibi nunquam reperient, mentione abercentur: ac ſatis habent vociferari, hoc pietatis ſtudio per Iuſtinianũ Dei honorem imminutum, non ſolum aduerſus Procopiũ, & alios patres, ſed aduerſus ipſum Deum, qui hanc ſibi pietatem Iuſtiniani cum primis placuiſſe, certam voluntatis ſuæ teſtationem dedit; eamque ſtupendis per Sanctos ſuos beneficiis editis palam hoc tempore confirmauit. Nam cùm Hieroſolymis B. virgini Mariæ ſplendidum templum erigeret, ac deeſſet congrua materia pro columnis, eaque res Imperatorem atq; opifices ſolicitos haberet; *Deus*, inquit Procopius, *in proximis montibus lapidis naturam indicauit, huic operi congruam, qui plane lapis aut prius exſiſtens hic delituit, aut nunc primùm conditus eſt. Vtrique probabilis ratio adeſt, quæ cauſſam in Deum referat. Nos humana poteſtate omnia metientes, multa arbitramur impoſsibilia; Deo nihil omnium neque anceps neque impoſsibile.* Hæc Procopius. Audi iam quid dicat de templo illo Apoſtolorum. *Apoſtoli*, inquit, *beneficiorum memores ad regis honorem hominibus apparuerunt; regis, inquam, piĳ & religioſi. Neq; enim ab humanis negocĳs recedunt diuina, ſed admiſceri percupiunt, & hominum conuerſatione oblectantur.* Deinde de Diuis Coſma & Damiano hæc refert; *Circa cuius terminum in arduo ſatis & edito loco Sanctis Coſmæ & Damiano olim templum dedicatum eſt. Vbi Iuſtinianum grauiter ægrotantem, & iam morituri ſpeciem præbentem, nempe medicis deſperatum, & inter cadauera iacentem, iſti Diui per ſomnum & viſum apparentes curauerunt. Cuius beneficĳ memor priſtinam ſtructuram permutans, impolitam planè, & indignam tantis cælitibus, elegantia, magnitudine & fulgore luminis illuſtrauit.* Sequens verò narratio omnium maxime admirabilis eſt; atque ideo nihil ex auctoris verbis detraham. *Deinde*, inquit, *iuxta orificium ſinus Irenes Martyris templum fundatum eſt tanta magnificentia, vt ſatis enarrare non poſsim: hic aſſeruantur ex antiquo Reliquiæ virorum, non minus quàm quatuor, qui in Romano exercitu æra merentes, militabant in duodecima legione apud Melitenem, vrbem Armeniæ, olim collocata. Etenim latomi, effoſſa humo, inuenerunt arculam literis indicantem, eſſe ſcilicet Reliquias horum virorum. Quod Deus latere voluit, donec manifeſtari congruum foret. Porrò Iuſtinianus corpore erat male affecto: vehemens enim fluxus in genua delapſus virum dolore confecit; cui tamen ipſemet occaſionem præſtitit. Nempe omnibus illis diebus, qui paſchalem ſollemnitatem præcedunt, ieiunio addictis duram quandam vitã egit, nedum regi alienam, ſed neque priuato ciui aliquo modo acceptabilem. Per duos dies cibo abſtinebat, ſummo mane identidem è lecto ſurgens, reipublicæ inuigilauit. Cuius negotia verbo & opere pertractans, matutinum, meridianum, & non minus nocturnum tempus impendit. Nam in ſeram noctem lectum petens, mox ſurrexit, quaſi plumarum pertæſus. Cibi appetens, vinum, panem, & id genus alia cibaria abeſſe voluit, braſsicam ſolum, & agreſtes*

Cent. 6 c. 6 pag. 326.

Magdeburgenſium in Iuſtinianum calumnia.

Iuſtiniani pietatem in templis ædificandis Deo gratam fuiſſe miraculis confirmatur.

Miraculum in ædificatione templi D. Mariæ virginis dicati.

Procopius.

Oration. 5.

Apoſtolorum templum.

Apparitiones Apoſtolorum.

Templum SS. Coſmæ & Damiani, qua occaſione à Iuſtiniano inſtauratum & exornatum.

Apparitio Damiani & Coſmæ.

Orat. 1.

Templũ Irenes Martyris magnificentiſsimum.

Reliquiæ quatuor Sanctorũ.

De ædificĳs Iuſtiniani, interprete Arnoldo Vueſalienſi.

Reliquiæ quomodo inuentæ.

Ieiunium imperatoris Iuſtiniani exquiſitum in quadrageſima licet ægrotantis.

Vigiliæ Iuſtiniani.

agreſtes herbas longo tempore ſale, & aceto emaceratas edebat; potus aqua erat ſola: neque iis ad ſaturitatem vtebatur, ſed petitum cibum paullisper deguſtatum mox dimiſit, non eo ſumto, qui naturæ erat ſatis. Hinc igitur morbus ſuccreſcens medicorum operam euicit. Interim audiens inuentas eſſe Reliquias, relicta ope humana, ad has fidem conuertit, & vera opinione in ijs, quæ maxime neceſſaria erant, vſus eſt. Poſtquam enim lapidem Reliquiarum Sacerdotes genu regis impoſuerunt, euanuit dolor, corporibus, quæ Deo ſeruierunt, cedens. Quod profecto Deus nolens eſſe dubium; in ſignum ſignum oſtendit eorum, quæ acta erant. Nam ex ſanctis illis Reliquiis ſubito oleum manauit, & arculam perfundens, pedes & totam purpuream veſtem regis imbuit & humectauit. Quamobrem veſtis hoc modo humectata, aſſeruatur in regiis receptaculis in eorum, quæ tum facta ſunt, teſtimonium. Subſcriptum enim eſt Iuſtiniano regi repoſitum eſſe cornu. Hæc Procopius. Te vero ex ſtupenda iſta narratione, non modo memorabile iſtud quatuor Sanctorum miraculum (de quibus ac alijs quibuſdā, quos recenſui, ne minima quidem mentio per has omnes Centurias facta eſt) ſed & exquiſitam quadrageſimalis ieiunij habitam hoc tempore curam; quod omne iſti contemnunt, & indignantur Epiphanium atque Auguſtinum propter hanc cauſſam Aërium inter hæreticos collocaſſe; contra nouos iſtos Epicuros diligenter obſeruare cuperem. CRIT. Ac iam mihi quoque admirationem ac ſuſpicionem mouet iſtud Magdeburgenſium ſilentium. Quod vndecunque proficiſcatur, hæc certè me ex Procopio per te primū audiſſe & ſcio, & iuuat. Atque cum Procopij huius, Sophronij, vtriuſque Gregorij ſcripta attentius mecum cogito; nullum mihi aliud videtur ſæculum fuiſſe adeo iſtiuſmodi miraculis fæcundū. IREN. Nec aliter mihi videtur, ſi rem ex ſcriptis, quæ hodie exſtant, æſtimemus. Quorum tu multitudinem ſiniſtrè ad ſuſpicionem rapis; cum illa te magis confirmare debeat. Ac quamuis forſan non ſatis ea in re diuinæ voluntatis, ac prouidentiæ rationes teneamus, cur tantas miraculorum ſuorum diuitias hoc ſæculo effuderit; id tamen certò ſtatuere debemus, ad nominis ſui gloriam, Sanctorum honorem, & ſummam Eccleſiæ vtilitatem iſta accidiſſe: cum Catholicæ Eccleſiæ hac in parte fidem, primis illis naſcentis Eccleſiæ temporibus, tanta Martyrum ſegete, & hoc ſexto ſæculo tam inſigni miraculorum per eoſdem Martyres, ac alios Sanctos fætura ſibi valde placere indicaret, ac aduerſus exorituram paullo poſt exſecrandam Machometis ſuperſtitionem; ac nouos iſtos poſt multa ſæcula Vigilantios, nos probe armaret. Quis enim inſolentiſſimam iſtorum aduerſus Sanctorum honorem ſuperbiā ferre potuiſſet; niſi eos Deus tantis ſignis ornaſſet? cum nec ea quidem ipſa, tam certa, ac tanta illam reprimere queant. Quæ ab optimis ac doctiſſimis cuiuſque ſæculi hominibus prodita ſunt, & ab omnibus pijs religioſe (vt par erat) credita: Vt neceſſe ſit frigidum

Cibus & potus eiuſmodi fuerit Iuſtiniani ieiunantis.

Ad Reliquias Sanctorū Iuſtinianus eſt ſanatus.

Oleum ex Reliquijs Sanctorum mirifice profluens.

Quadrageſimalis ieiunij exquiſita Iuſtiniani tempore obſeruatio.

Sexto ſæculo multa miracula.

Miraculorum multitudo quò ſpectet.

eſſe Chriſtianũ, quem iam poſt mille quingentos annos quícquã

Magdeburgenſium vociferationes ridicula.

moueant illæ iſtorum vociferationes, O [1] *delicatum puluerem!* [2] *O efficacem illuſionem, prædictam à Paulo, & comparatam ad horrendas idolomanias ſtabiliendas!* [3] *O credulos & ſtupidos homines!* [4] *O præſtigias contra verbum Dei!* [5] *O tenebras ingentes*; & id genus aliæ. Videri

[1] Cent.6.c. 13 p.815. [2] pag 816. [3] pag.814. [4] pag 816. [5] pag.810.

Magdeburgenſium dolus.

enim volunt non incallidi homines in ſolos Gregorios, & alios recentiores impetum facere; cùm verè eodem, ſed ridiculo ac vano impetu in omnes priores ſine diſcrimine patres irruant. Selegi enim tibi ex florentiſſimis patribus ipſa lumina, eorumque de hac tota re teſtimonia aperte demonſtraui: Vt, ſi Magdeburgenſes tui, quod cupiunt, obtineant, neceſſe ſit nobis profiteri, illud Eſaiæ nunquam ante noſtra tempora impletum; *Exibit lex de Syon, & verbum Domini de Hieruſalem.*

Eſaia 2.

Habere ſuos ſingulas nationes præcipuos quoſdam patronos & Diuos tutelares.

CAP. XXVII. CRITOBVLVS.

IRASCI iam merito noſtris Magdeburgenſibus incipio, qui adeo exſpectationem meam fefellerunt. Credideram enim ex eorum magiſterio omnia iſta, quæ vos mortuis Sanctis ſigna tribuitis, à Romano Pontifice & eius aſſeclis ante trecentos, aut quadringentos annos impudenter fuiſſe conficta. Quibus iam omnem vetuſtatem adeo abũdare perſpicue intelligo; vt plane nihil videã, quod me remoretur à Catholicæ Eccleſiæ iudicio ijs de rebus, quę hodie in diſceptationem venerunt. Iamque vereor, ne tam diutino colloquio nimium ſis defatigatus: video enim ſolem præcipitare, ob eamque cauſſam tempus nunc eſſe, vt nos ab hac contentione colligamus. Quare te dimitterem, niſi promiſſio illa tua reſtaret à te exigenda, & illa tua exempla, prętertim recentia, quæ auide exſpecto; quibus doceas Sanctorum alios ad alias magis cauſſas, & vno magis quam alio loco rectè interpellari. IREN. Non ſum, mi Critobule, tam defeſſus; neque certè, ſi defeſſus eſſem, laſſitudo vlla tam neceſſarium officium impediret. Quanquam vero, quæ hactenus recenſui, ad hanc, quam quæris, veritatem declarandam abunde ſufficiant; ne neceſſe putemus, aut nihil ab vllis Sanctis, aut omnes ab omnibus omnia, quin liceat à ſingulis ſingula, quoties iuſta cauſſa ſubſit, poſtulare; tamen vt vel tuæ voluntati, vel meæ promiſſioni ſatisfiat, plura huius rei exempla in medium proponemus. In quibus non erit illud forte poſtremum, quod ab iſtis prætermiſſum recenſet Auguſtinus apud ſepulcra viginti Martyrum, quorum corpora in Africam è Tarſo delata ſunt; Florentium, cuius res erant valde acciſæ, Martyrum opem ad ſubleuandam inopiam

non

De ciuit. Dei lib. 22. c. 8. — Auguſtinus.

non fruſtra imploraſſe. De quo ita Auguſtinus: *Erat quidam ſenex Florentius Hipponenſis noſter, homo religioſus & pauper, qui ſartoriũ ſe arte paſcebat, caſulam perdiderat, & vnde ſibi emeret, non habebat: ad viginti Martyres, quorum memoria apud nos celeberrima, clara voce, vt veſtiretur, orauit. Audierunt eum adoleſcentes, qui fortè aderant irriſores: eumq́; diſcedentem exagitantes proſequebantur; quaſi à Martyribus quinquageſimos folles, vnde veſtimentum emeret, petiuiſſet. At ille tacitus ambulans, eiectum grandem piſcem palpitantem vidit in littore, eumq́; illis fauentibus atque iuuantibus, apprehendit, & cuidam coquo Carchoſo nomine, bene Chriſtiano, ad coquinam conduariam, indicans quid geſtum ſit, trecentis follibus vendidit; lanam comparare inde diſponens, vt vxor eius, quomodo poſſet, ei, quo indueretur, efficeret. Sed coquus conſcindens piſcem, annulum aureum in ventriculo eius inuenit, moxq́; miſeratione flexus, & religione perterritus, homini eum reddidit; dicens: Ecce quo modo viginti Martyres te veſtierunt?* Hic animaduertendum eſt, adoleſcentes quoſdam ludibrio habuiſſe Florentium, quòd viginti Martyres inuocarit, eorum ad Deum precibus ſperans, ad inopiam propulſandam, aliquid ſe comparaturum ſubſidij. In quo ſpem eius non fuiſſe vanam & inanem; ob eamque cauſſam adoleſcentes temere eum irriſiſſe, exitus comprobauit. Sed quid factum, quæſo, eſt ab adoleſcentibus iſtis, in quo non hodie à Magdeburgenſibus tuis, Apologeticis in Anglia, & aliis Euangelicis tanto maiori ſcelere peccetur, quanto grauius eſt, conſultò & cogitatò, quàm repentino aliquo animi motu, mali quicquam facere; quanto reprehenſione acerbiore dignum, aliquem natu grandem, ſcientiæ opinione inflatum, pertinaciter errorem defendere, quàm in lubrico ætatis rerum imperitum temere & fortuito errare. Sed hoc tibi iudicandum relinquo, ego nunc reliqua perſequar. Quod verò dixi, *quoties cauſſa ſubſit*, ideo dictum exiſtimari velim, vt ſignificarem, nos res noſtras vel ſimul omnes, vel ſeorſim ſingulas pro neceſſitatum noſtrarum ratione, ad huius Florentij exemplum, Deo ac eius Sanctis commendare. Cauſſam autẽ toties ſubeſſe arbitror, quoties vel Deus ipſe quaſi edita voce, ex ipſo beneficij genere, quod non alibi, nec ab aliis præſtari ferè ſolet; vel ipſa noſtra pietas, ac voluntatis propenſio, quæ variis ex cauſſis accidit, ad opem huius potius quàm illius Sancti; & vno aliquo potius quàm alio in loco implorandam inuitent, atque deducant. Hanc autem omnem quæſtionem Auguſtinus ita explicat, vt non ſit opus certiora quærere. *Vbique*, inquit, *Deus eſt, & nullo continetur, vel includitur loco, qui condidit omnia, & eum à veris adoratoribus in ſpiritu & veritate oportet adorari; vt in occulto exaudiens, in occulto etiam iuſtificet & coronet. Veruntamen ad iſta, quæ hominibus viſibiliter nota ſunt, quis poteſt eius conſiliũ perſcrutari, quare in aliis locis hæc miracula fiant, in aliis non fiãt? Multis enim notiſſima eſt ſanctitas loci, vbi beati Felicis Nolenſis corpus*

Florentij inopia mirifice ſublenatur beneficio viginti Martyrum.

De cauſſa cur interdum vnius potius quàm alterius Sancti, & vno potius quàm alio in loco opem implorare ſolemus.

Auguſtini locus pleniſſimum teſtimoniũ de eo, cur inuocemus aliquando vnũ potius quàm alium Sanctum, & in hoc velil loco potius, quàm in alio loco.

Epiſt. 137. ad Clerum et plebem Hipponenſis Ecclesiæ. tom. 2.

Sanctitas loci.

conditum eſt, quo volui vt pergerent, quia inde nobis faciliùs, fideliusq́, ſcribi poteſt, quicquid in eorum aliquo diuinitus fuerit propalatum. Nam & nos nouimus Mediolani apud memoriam Sanctorum, vbi mirabiliter & terribiliter Dæmones confitentur, furem quendam, qui ad eum locum venerat, vt falſum iurando deciperet, compulſum fuiſſe cõfiteri furtum, & quod abſtulerat, reddere. Nunquid non & Africa ſanctorum Martyrum corporibus plena eſt? & tamen nuſquam hic ſcimus talia fieri. Sicut enim, quod Apoſtolus ait: Non omnes Sancti habent dona curationum, nec omnes habent diiudicationem ſpirituum, ita nec in omnibus memoriis Sanctorum iſta fieri voluit ille, qui diuidit propria vnicuique, prout vult. Vides hîc furem, qui furtum ſacrilego apud memoriam Sanctorum tegere periurio eſt conatus, pœna diuinitus irrogata ad crimen confitendum fuiſſe coactum. Vides Auguſtinum in cauſſa grauiſſima & impeditiſſima, cùm crimen euidentibus argumentis nec ab accuſatore coargui, nec à reo refelli potuiſſet, hanc quaſi certiſſimam ad veritatem patefaciendam rationem iniiſſe, *vt certo placito ſe ambo conſtringerent ad locum Sanctum ſe peregrinaturos, vbi terribiliora opera Dei non ſanam cuiuſque conſcientiam multo faciliùs aperirent, & ad confeſſionem vel pœna, vel timore compellerent.* Vides hoc Nolæ, vides Mediolani apud Martyrum ſepulchra, quod alibi contingere non credit Auguſtinus, vſu veniſſe. Quæ certè Reliquiæ, licet Mediolano Briſacũ in veſtram poſtea Germaniam à Friderico primo tranſlatæ ſint; nulla tamen huiuſmodi ſigna apud vos edita vel legi, vel auditione accepi. Neque quiſquam, credo, propterea iure cum Deo expoſtularit. Adhibebimus iam & aliã Auguſtini narrationem: qua cõmemorat, quendam horribili membrorum tremore cum ſorore quaſſatum, ſanitatis recuperandæ cauſſa celeberrima totius orbis loca, vbi huiuſmodi beneficia Sanctorum ope dari ſolita erant, peragraſſe; atque poſt longas peregrinationes veniſſe Anconam Italiæ, & Vzalim Africæ, ciuitates, propter multa inſignia miracula ad reliquias Stephani Protomartyris edita celeberrimas. Sed morbum tamẽ illum nunquã potuiſſe excutere, priuſquam Hipponam, vbi aliæ eiuſdem Reliquiæ cõſeruabantur, perueniſſet: vbi, Auguſtino & frequẽtiſſima multitudine populi præſente, cum ſorore ſanitati priſtinæ redditus eſt. Eò autem vt proficiſcerẽtur, quibuſdam iuſſionibus diuinitus oblatis excitati ſunt. Anconæ mentio, illa quoque miracula mihi in mentem reducit, quæ paullo ante noſtra tẽpora clariſſimus ille Philoſophus, Marſilius Ficinus, his verbis recenſet: *Audiui equidem nonnulla noſtru ſeculis, atque etiam in vrbe noſtra Florentina mirabilia ſimul & incredibilia contigiſſe, ſed quædam occultiora. Illud certè multis hominũ millibus, qui & viderunt, & adhuc viuunt, manifeſtiſſimum, quod Anconæ anno Domini 1470. factũ à multis fide dignis accepimus. Puella quædam propter peſſimã quandam neruorum contractionem à primis incunabulis, gradiẽdo natibus*

Miracula apud memoriam Sanctorum Mediolani potius quã alibi.

Eadem cur in omnibus memoriis Sanctorum miracula non fiant.

1. Cor. 12.

Auguſt. de ciuit. Dei lib. 22. c. 8. & ſerm 94. inter eos qui recens ſunt Louanij excuſi.

Ad Reliquias S. Stephani Hippona duo ſanitati reſtituti, qui alibi ad eiuſdem Sancti Reliquias morbo liberari non poterant.

Lib. de relig. Chriſt. c. 1.

Marſilius Ficinus.

Duo miraculoſe ſanati.

pro

pro cruribus vtebatur. Præterea Bidellus Florentinus propter ſaucium pectoruq́ue contuſionem multos annos loqui nihil potuit. Ambo cum D. Maria eodem in loco ſuppliciter ſe commendaſſent, ſani protinus euaſerunt. Omni populo multis annis noti fuerant infirmi; & poſtea iam quatuor annos continuè omni populo ſani. Sic iam conſtat quędam ab vno Sancto, idq́; certo quodã in loco conferri in homines beneficia, quę nec alibi, nec ab aliis ſolent. Habent itaq; ſuos ſingulæ nationes patronos, ac tutelares Diuos, ad quos indigenæ potiſſimũ ſalua pietate, magnoq; ſuo fructu decurrunt. Sic ſanctus ille Põtifex Leo olim de Petri & Pauli erga Romanam vrbem præſidiis; *Sicut nos experti,* inquit, *ſumus, & noſtri probauere maiores, credimus atq; cõfidimus, inter omnes huius vitæ labores, ad obtinendam miſericordiã Dei, ſemper nos ſpecialium patronorum orationibus adiuuandos, vt quantum propriis peccatis deprimimur, tantum Apoſtolicis meritis erigamur.* Sic Ambroſius eos potiſſimum Martyres obſecrandos dicit, quorum nobis, quodam corporis pignore, patrociniũ vindicare videmur. Sic Baſilius & frater eius Gregorius Nyſſenus ſingularem propenſionẽ quadraginta Martyrũ, ac Theodori celeberrimi illius Martyris erga ſuos Capadoces agnoſcunt. Quare vt reliquas nationes dimittamus, ſi Germani, Vuormacia Victorem & Seruaciũ, Cõſtantia Paternũ; Rubeaquenſes Valentinum; Moguntia Creſcẽtem, Maximum & Martyrem Albanum; Alſatia Pirminium; Luneburgenſes Marcũ; Curia Rhetiæ Lucium; Hohenburgenſes Otiliam, Miltenbergẽſes, & Meni fluuij accolæ Amorem; Herbipolẽſes Chilianum & Burchardum; Eichſtadienſes Vuilibaldum & ſororem eius Vualburgam, de cuius Reliquiis oleũ manaſſe creditur: Ratiſponenſes Paulinũ & Emeranũ; Oſnaburgẽſes Petrũ Apoſtolorũ principẽ, Criſpinum ac Criſpinianum, ob quorum honorẽ primam inter eos Eccleſiam Carolus Magnus, primumq́, Epiſcopum inſtituit; Argentina Fridolinum; Bauaria Seuerinum; Auguſta Vincterpũ, Magnum, Sinpertum, Neodegarium, Vldaricũ; Turingi, Franci, Sueui Bonifaciũ, quẽ rectè Germaniæ Apoſtolũ dixeris: Magdeburgẽſes deniq; Mauricium, in cuius honorem Imperator Otho eam vrbem metropolis dignitate, eiuſq; ac ſociorum cũ Innocẽtij, Gerentij, & aliorum Sanctorum reliquiis ornauit: & alij alios Sanctos, à quibus vel fidẽ acceperunt, vel quorum doctrina, pietate, ſignis, reliquiis, beneficiis ſunt illuſtrati, impẽſius hodie more maiorum venerarentur, & ſtudioſe eorum opem implorarent, quid quæſo abſurdi, quid piaculi inde, imò quid non boni abundè proueniret? An fortè verendum, ne Magdeburgenſes Venerem; ac Luneburgenſes Lunam, à quibus nomen mutuari creduntur, aut Saxonia Irmenſul, quod quidam Mercurium, cui humanas hoſtias litabant; aut illud idolum, quod Crado dicebatur (quidam Saturnũ exiſtimant) qua hodie paſſim voce vtuntur,

Serm. 1. de Petro & Paulo.

De viduis.

Serm. de 40. Martyribus.

Orat. de Theodoro.

Leo primus.

Petrus & Paulus patroni vrbis Romanæ.

Ambroſius.

Baſilius.

Gregorius Nyſſenus.

Martyres 40. & S. Theodorus patroni Capadocum.

Recenſentur Sancti qui patroni ſunt & propugnatores ſingularum regionum & vrbiũ Germaniæ.

Bonifacius Germaniæ Apoſtolus.

Magdeburgum vnde ſit Metropolis dignitatem conſecutum.

Magdeburgum à Venere: & Luneburgum à Luna nomen accepiſſe creduntur.

Irmenſul.

Crado.

cùm rē ſe aliquā abominari ſignificant, rurſus venerari videātur? Id quod Magdeburgenſes pro ſua pietate plane fatentur: vt non ſine cauſſa, tantis eos beneficiis Otho amplificarit, propter ſingularem in Sanctum Mauricium amorem. Sed hanc eorum rationem non modo omnium, quæ recenſui, patrum teſtimonia, & bonorum omnium ſenſus, maiorumque, qui eam vrbem aut incoluerunt, aut illuſtrarūt, exempla; ſed res ipſa refellit. Nam cum iſto Sanctorum honore omnem propemodum Chriſtianam religionem, omnemque pietatem abieciſtis. Quæ de Germania diximus, eadem de reliquis nationibus, & de noſtra potiſſimū Britannia ſtatuimus. Quid enim obſtat, cur præ aliis cælitibus Fugacium & Damianum (qui, eò per Eleutherium Romanum Pontificem delegati, Lucium regem Chriſto initiarunt,) quid cur non beatiſſimos illos Chriſti ſub Diocletiano Martyres, Albanum, Amphibalum, Aaronem & Iulium; quid porrò cur non Apoſtolum noſtrum ad Saxonum tempora Auguſtinum cum ſanctiſſimis illis Epiſcopis, Melito, Iuſto, Erkenualdo, Bermo, Cuthberto, cum illuſtribus illis regibus & Chriſti Martyribus Oſualdo, Oſuino, cum ſanctiſſimis denique illis feminis, Ethelburga, Sexburga, Etheldreda, Mildreda, Hilda, & ſimilibus tam ſingulari quodam ſtudio & officio, quàm piis precibus, idque in illis præcipuè locis, vbi aut ipſi, dum hic viuerent, ſunt verſati, aut poſtquam ex hac vita migrarunt, ſanctæ illorum reliquiæ ſunt repoſitæ, nobis demereamur? Sed vt ad id, quod promiſeram, reuertar, & voluntati tuæ obſequar, veteribus dimiſſis, noſtra tibi tempora proponam, in quibus licet longè à veterum ſignorum maieſtate abſimus, certa tamen orationi noſtræ non deerit auctoritas. Nos verò, poſtquam aliquot huius generis in Europa noſtra edita miracula tibi exhibuerimus, in alterum illum orbem longiſſimè à nobis diſſitum euolabimus; & de Sanctorum cū Chriſto triumphantium ſignis ibi recenti memoria oſtenſis, deque præcipuis illarum Gentium inter cælites patronis pro inſtituti noſtri ratione aliquid libabimus. CRIT. Perge itaque, te oro.

Sancti recenſentur peculiares Angliæ patroni & propugnatores.

Specialia quadam Sanctorum miracula, quæ certis locis noſtra ætate contigerunt.

CAP. XXVIII. IRENÆVS.

INCIPIAM à S. Paulo. Noſti in Melita (quam hodie Maltam appellant, maximū ab intercepta Rhodo contra Turcas propugnaculum) Paulum viperam à manu pendentem in ignem excuſſiſſe. In ea inſula ſcorpiones, qui alibi ſunt letales, Pauli, vt creditur, munere ſunt innoxij. CRIT. Fortaſſis hoc habet à natura. IREN. Falleris: nam inſulani, vt Lucas refert, clamabant delatum eò parici-

Scorpiones innoxij in Melita inſula D. Pauli beneficio.

Thomas Fazelus de rebus Siculis Decad prior. lib 1. cap. 1.

Act. 28.

Act. 28.

eo paricidam, cui, cum mare pepercîſſet, irati dij ſerpentes, qui eũ tollerẽt, immiſiſſent: nec quicquam magis quàm præſentem eius mortem exſpectabãt. A qua cũ ille tantũ abeſſet, vt nihil omnino damni, aut doloris inde ſentiret; in admirationem acti, dixerunt eum longè ſupra hominem eſſe, & Deum ſub humana ſpecie. CRIT. Sic eſt, vt dicis. IREN. Cætera itaque audi. E ſpecu, ad quem diuertiſſe dicitur, colligũtur lapides aduerſus morſus ſcorpionum, & ſerpẽtum *in tota ferme Europa* ſalutares. Ad hæc, quos naſci octauo calendas Februarij contingit (qui dies conuerſionis eius memoriæ dicatus eſt) quæcunque eos orbis pars in lucem proferat, non horrent, nec formidant angues; imo, quod maius eſt, ſola ſaliua horum morſibus medentur. Id quod homo doctiſſimus & diligentiſſimus Thomas Fazellus nuper prodidit, vſu ipſo rerum & certis (ni fallor) exemplis accuratè ab eo obſeruatum. CRIT. Iſta quidem digna ſunt obſeruatione: & iam recordor me legiſſe ac ſæpius audiſſe, precibus beati Patritij Hyberniæ Apoſtoli, ei regioni ſimile beneficium indultum, ne ea inſula aliquid letale pariat. Dici fortaſſe inde à nonnullis ſolet, nihil eſſe in Hibernia venenati præter ipſos homines. quod propter feros & agreſtes eorum mores dictum à pleriſque accipitur. IREN. Eam regionem nihil peſtiferum, aut venenatum alere, tum ex multorum ſermonibus, tũ ex Beda intelligo: adeo vt terra illius regionis exportata, peſtifera ac venenata animalia extinguat. Verũ id, quicquid eſt, non Patritio, ſed naturæ regionis tribuo, propterea quòd longè ante Patritium natum conſtet, eam fuiſſe eius regionis dotem, quam non eſt difficilè alibi reperire. Ille verò puluis, de quo paullo ante diximus, ad ſepulchrum Ieremiæ deſumptus aduerſus ſerpentes, & beſtias non ſua natura ac conditione, ſed Ieremiæ precibus profuit. Iam à Melita in Siciliam traiiciamus ad Philippum, non illum ex Apoſtolico choro, ſed tamen Petri diſcipulũ & Siciliæ Apoſtolũ, eoq; à Petro delegatum. Ad cuius templum quotannis die illi ſacro multi Dæmoniaci curantur. Quod anno Domini milleſimo quingenteſimo quadrageſimo primo tam admirabili prodigio cõtigit, vt ducentæ pæne feminæ ad mentis ſanitatem, abactis Dæmonibus, redirent. Quæ, non vt audita, ſed comperta, oculatus teſtis Fazellus in decade priori de rebus Siculis memoriæ prodidit. Sed non multum debet Sicilia his noſtris antiquariis, qui ne nomenclatura quidem Philippum dignati ſunt, quaſi nũquam eſſet natus: mulò verò minus propter diuam Agathã, cuius illuſtria in Sicilia beneficia ſupra mille quadringentos annos cõtinuata flagitioſo iſti ſilentio prætermiſerũt, licet tam Græcis quàm Latinis clariſſimis antiquitatis monumẽtis conſignata ſint, & recenti totius Siciliæ propter horrendam noſtra memoria cladem, quæ imminebat, auerſam teſtimonio cõfirmata.

Lapides è ſpecu D. Pauli valet aduerſus ſcorpiones & ſerpentes.

Proprietas mirifica eorum, qui nati ſunt in die conuerſionis D. Pauli.

Hiberniam non precibus Patritij ſed ex natura ſola nihil peſtiferi aut venenati alere.

Angl. hiſtor. lib. 1. cap. 1.

Terra Hibernica in alias regiones exportata beſtias venenatas interimit.

Iulius Solinus cap. 35.

Puluis ad ſepulchrum Ieremiæ contra ſerpentes ſalutaris.

Philippus Siciliæ Apoſtolus.

Lib. 10. cap. 2. vbi agitur de Argyre.

Dæmoniaci & arreptitij ad templum D. Philippi quotannis die illi ſacro curantur.

Perſidum de S. Philippo. & S. Agatha Magdeburgenſium ſilentium.

S. Agatha.

firmata.

Velum D. Agathe incendiis Aetnais reſiſtit.

firmata. Velum enim Diuæ Agathæ, quæ propter Chriſtum Catanæ ad annum Chriſti centeſimum quinquageſimum quartum paſſa eſt, cùm aliâs ſæpe, tum potiſſimũ biennio poſt eius mortẽ: deinde ad annum Chriſti milleſimum trecenteſimum viceſimũ nonum, ac rurſus milleſimum quadringenteſimũ quadrageſimũ quartum, poſtremò ad annum milleſimum quingenteſimum triceſimum ſeptimum, quo anno horrendum Ætnæ incendium, ad duodecim à Catana mille paſſus graſſatum, omnia paſſim obuia, miſerabili ſpectaculo ac clade peruaſtauit, omnẽ furioſi ac debacchantis incendij vim, ac impetum incendio ſemel oppoſitum repreſſit. Quis igitur æquo animo ferre poteſt impias illius concionatoris Anglicani (è cuius lacunis te, neſcio quæ, decerpſiſſe paullo ante dixiſti) ineptias? qui Sanctam Agatham cum Vulcano & Veſta Gentilium Deaſtris impudenter & ſcelerate conferre nõ eſt veritus; & Catholicos ideo inter Idololatras reponere, quod huius Sanctæ opem ad incendia reſtringuenda implorent. CRIT. Memini ſanè; & eram huius rei mentionem tibi iniecturus, ſi tu eam prætermiſiſſes. Sed admiranda profectò ſunt, quæ de S. Agathæ miraculis narras, quæ miror Magdeburgẽſes hiſtoriæ Eccleſiaſticæ non inſeruiſſe. IREN. Ob eam ego cauſſam arbitror, Siculos omnes iuſtiorẽ habere aduerſus iſtos de ſacro iſto peculatu accuſationem, quàm olim habuere aduerſus Verrem, quòd pecuniam publicam intercepiſſet: & quòd eos exſpoliaſſet, & inſulam diripuiſſet. Nihil enim ego hoc fraudulentum iſtorum ſilentium, aliud quàm ſacræ rei furtum, id eſt, ſacrilegium iudicare poſſum. Sed quid Siculos nomino? Itali, Germani, Hiſpani, Galli, Britãni, omnis deniq; Chriſtianus orbis, ſacri huius peculatus litem illis propediem intendent: quòd aut ſilentio, aut mendacio, Martyrũ ſuorum, ac aliorum totius Europæ Sanctorũ gloriam, ac illuſtriũ ab eis cum Chriſto iam regnantibus acceptorũ beneficiorũ memoriam ſupprimere, atq; abolere ſacrilegè auſi fuerint. Quorum iuſtiſſimis querelis ad reſpondendum vt ſe parẽt, illos admoneri cuperem. Sed iſta mittamus: nec tamen Siciliam dimittere adhuc poſſum: quam, vt olim Cato cellam penariam reipublicæ Romanæ fertur ſolitus appellaſſe; ita mihi videor dicere poſſe, cellam hodie eſſe, quæ nobis admirabilem hoc genus miraculorum theſaurum conſeruet. Sed, ego reliquis omiſſis, vnum duntaxat recẽſebo. Viti Martyris beneficio omnes, qui eius templum in Sicilia celeberrimum à cane rabido morſi inuiſerint, præſens ſemper remedium inueniunt. Cuius generis beneficium ſentiunt etiã apud Rhodiginos in Italia ad templum Sancti Bellini; admirabili ſanè Dei tum potentia, tum prouidentia, vt, cùm ille immaniũ canũ laniatu ſit diſcerptus, apud eius templum letali ſalioqui eorũ morſus admiranda ac ſtupenda ratione ſanetur. A Sicilia in Britãniam noſtram

Metaphr. in Agatha.

Thomas Fazellus lib. 2. decadis prior. De rebus Siculis ca. 4.

Concionatoris Anglicani impietas.

Hom. de pericul. Idololatrie.

Magdeburgenſes peius de Siculis meriti quàm Verres.

Sacrilegũ Magdeburgenſium ſilentium.

Sicilia vt olim cella penaria Romanæ Reip. ita hodie miraculorum promptuarium.

In templis Viti Martyris, & S. Bellini ſanantur quos canis rabidus momorderit.

Fazellus lib. 7. prior. decad. de rebus Sicul. cap. 3.

Cælius Rhodig. antiq. lib. 17. cap. 28.

noſtram feramur; in qua illud cum primis memorabile occurrit, quòd reges noſtri iam inde ab Edouardo Sancto cõfeſſore & rege ſtrumoſos diuinitus ſanare ſolẽt. Cuius quidem rei in hiſtoria ſua Polidorus Virgilius, natione quidem Italus, ſed per totam fere vitam in Anglia verſatus, mentionem his verbis facit: *Solebat rex Edouardus diuinitus ſolo tactu ſanare ſtrumoſos, hoc eſt, ſtrumam patientes: eſt enim ſtruma morbus, quem Itali ſcrophulã vulgo vocant, à ſcrophis, quæ ea mala ſcabie afflictãtur, id eſt, humor in quo ſubtus cõcreta quædam ex pure & ſanguine quaſi glandulæ oriuntur, ac vt plurimùm per pectus & guttur ſerpit. Quod quidem immortale munus iure quaſi hereditario ad poſteriores reges manauit. Nam reges Angliæ etiam nunc tactu ac quibuſdam hymnis, non ſine cæremoniis prius recitatis, ſtrumoſos ſanant.* Hæc Polidorus. Quem nihil hic à veritate alienum litteris mandaſſe, præter antiqua, multa etiam noſtræ memoriæ tam recentia, tam manifeſta teſtantur exempla, vt nemo ea inficiari poſſit. Etenim, vt reges prætermittam, non modò ſanctiſſimæ memoriæ reginam nuper Mariam, ſed & quæ hodie regni habenas leniſſimè moderatur, ſereniſſimam reginam noſtram Elizabetham multos, qui etiamnũ viuunt, hac labe infectos ſanitati reſtituiſſe conſtat. Sancti præterea Edouardi precibus, vt creditur, & meritis eſt à Deo Regibus noſtris tributũ, vt annulis ad diẽ Paraſceues quotannis ab eiſdẽ ſolemni quodam ritu conſecratis eã vim inſerant, qua homines à comitiali morbo liberãtur. Cuius rei præter multos, qui hodie viuũt, grauiſſimus teſtis eſt Stephanus Gardinerus Epiſcop⁹ præclaræ memoriæ nuper Vintonieñſis, vir præter alias, quas habuit eximias dotes, acutiſſimi ingenij, & iudicij acerrimi; in quadã ad Ridlæum Epiſtola: quã in vaſto quodam Anglicano opere de actis & monumẽtis Pſeudomartyrũ noſtrorũ cõſarcinator eiuſdẽ inſeruit. Polydorus etiã Virgili⁹ ea de re, eiuſdẽq; origine in hæc verba ſcribit. *Diuinis indictis Edouardus Rex Deo longè cariſſimus effectus, iam rigeſimũ quartũ prope annũ regnarat, cũ ei, vt conſtans fama eſt, allatus fuit à quibuſdam Hieroſolymis venientibus annulus, quem ipſe diu ante pauperi clam dederat, qui pro amore, quẽ erga Diuum Ioannẽ Euangeliſtam haberet, eleemoſynã petierat, &c. Ille annulus in tẽplo Vueſtmonaſterij multa veneratione perdiu eſt ſeruatus, quòd ſalutaris eſſet membris ſtupentibus, valeret'que aduerſus comitialem morbum, cùm tangerentur ab illis, qui eiuſmodi tentarentur morbis. Hinc natum, vt reges poſtea Angliæ conſueuerint in die Paraſceues multa cæremonia ſacrare annulos, quos qui induunt, hiſce in morbis omnino nunquam ſunt.* Hæc pauca placuit de iis, quæ in Britannia noſtra miraculoſe fiũt, referre.

CRIT. Digna ſanè fuerãt cõmemoratione. Sed ne exiſtimes reges ſolos Angliæ ſtrumoſis poſſe mederi: idẽ regibus Frãcorũ attribuitur. Et Bartholomeus Camerarius ante aliquot annos prodidit multos in Germania, Hiſpania, Italia, & ceteris mundi partibus

Reges Angliæ ſtrumatum ſeu ſcrophularum morbo affectos miraculoſe ſanant.

Lib. 8. Hiſt. Anglicæ.

Annulis à regibus Angliæ conſecratis valent contra comitialem morbum.

Stephanus Gardinerus.

Hæc epiſtola extat in actis & monument. Foxi Anglicè ſcriptis pag. 751.

Polydorus Virgilius.

Ibidem.

Reges Galliæ miraculoſe ſanant ſtrumoſos.

In Dialogo de orat. c. 5.

tibus tū temporis ſuperſtites fuiſſe, qui hoc malo affecti, ab Henrico ſecundo Galliarum rege priſtinæ ſanitati fuerunt reſtituti. IREN. Memini. Sed propero in nouum orbem: illuc verò tranſeundum eſt mihi per Hiſpaniam. Ibi enim præclara noſtro ſæculo miracula Deum Optimum Maximum ad Sanctorū Reliquias edidiſſe, apud Michaëlem Medinam ſcriptum inuenio, ſummum in Theologia virum, & in omni diſciplinarū genere feliciter verſatum. Quia verò hoc tempore in Hiſpania immorari mihi non vacat, multis, quæ per otium quærendo inueſtigari poſſent, omiſſis, libet vnum illud, quod & maximum eſt & celeberrimum, mutuatis Medinæ verbis cōmemorare miraculū, quo Carolus optimæ ſpei princeps, & vnicus Philippi Catholici ac potentiſſimi Regis filius, quaſi ab Orco reuocatus eſt. Sic igitur Medina: *Sed neq; noſtram adeo malitiam Dei pietas cōtempſit, vt memoriam noſtram, præſertim apud Hiſpaniam, hiſce annis, clariſſimis miraculis non illuſtrauerit; Iacobi nimirum Complutenſis, ordinis Minorum, meritis, ac interceſſione varios ac deſperatiſſimos morbos frequenter pellendo: quod niſi quibuſdam illorum (alioqui in hiſce rebus, niſi quantū Chriſtiana pietas poſtulat, haud impenſe creduli) cum magna doctiſſimorum virorum, quales in omni diſciplinarum genere illud omnium bonarum litterarū emporium fert ſemper, turba interfuiſſemus, non ſcriberemus profectò. Scit hoc vniuerſa illa prouincia, ſcit hoc Chatholicus rex Philippus, filio vnico Carolo totius Hiſpanici Imperij ſpe, poſt omnium medicorum deſperationem, poſt totius regni mœrorem, poſt regiæ domus luctus, ex capitis confractione, pene à morte recepto.* Quid tibi de hoc videtur, Critobule, tam illuſtri miraculo? An putas Magdeburgenſes tuos tanta eſſe impudentia, vt rem orbi tam teſtatam infitiari audeant? CRIT. Credo eos non negaturos hoc factum: ſed fortè tamen dicent, vt ipſi ſint ſibi conſentanei; id, quidquid fuerat, Diaboli præſtigiis ad ſuperſtitioſam Sanctorum Inuocationem confirmādam fuiſſe effectum. IREN. Veriſimilia loqueris. Nam illi videntur ſic Diaboli præſtigiis faſcinati, vt nihil ferè niſi Diabolicum & pręſtigias effari & crepare ſoleant. CRIT. Tu omnia in peiorem partem rapis. Illi, ſi adeſſent, idem de te fortè & tuis iudicium eſſent laturi: aut potius in centuriis ſuis iam tulerunt. Sed his omiſſis, quò nauigare cœpiſti, eò velis remiſque contende.

Michael Medina.

Carolus Philippi Catholici regis filius magno miraculo à morte liberatus.

De recta in Deum fide lib. 2. cap. 8.

De miraculis Sanctorum poſt eorum obitum in nouo orbe: & de prouidentia Dei, qua non ea ſolùm, ſed & antiqua Sanctorum miracula atque hiſtorias in Latina Eccleſia, vel nunquam antea cognitas, vel obliuione iam ſepultas, nuper è Græcia nobis ſuppeditauit.

CAP. XXIX. IRENÆVS.

NVNC veniamus ad noui noſtri orbis noua quoque ſigna. inter quæ illud illuſtre eſt, quod Diua Maria Commendatori regi

Cubæ,

Pet. Martyr. de nouo orbe lib 6. dec. 2. F. Lopes parte 2. de India Occiden. cap. 51. Alfonſ. VI. lib. 2. de vita Carol. 5. Ioā. de Barr. dec. 1. lib. 1. cap. 6. & lib. 3. ca. 10. Vide Epiſt. patrū ſocietatis IESV.

Apparitio B. Mariæ.

D. Iacobi in Hiſpanos, quorum patronus eſt, beneficia.

Cubæ, Chriſto recens initiato, ſæpe apparuerit, eique ſuppetias admirabiliter tulerit. Huc accedit, quòd, quo tempore Franciſcus Corteſius nouam Hiſpaniam primùm ingreſſus, cum Barbaris & Paganis pugnaſſet, viſus ſit Diuus Iacobus Hiſpaniæ patronus, & numen tutelare, pro Chriſtianis pugnare. Quem poſt Deum Luſitani inuocando, memorabiles contra paganos in Africa, & alibi ſæpe victorias adepti ſunt. Cùm pater Gaſpar ſocietatis Ieſu in honorem Mariæ Miſſam celebraſſet, ſtatim puer, pro quo fundebat preces, qui morti proximus erat, febre liberatus eſt. Alius puer ægrotus, ad templum Mariæ ductus, ſanitatem recepit. Cui cùm templum in eo loco ſtructum eſſet, vbi aqua ſalutaris deeſſet, eáque res ſolicitos haberet pios patres: ecce dum quidam in monte arborem putat, ipſe mons concutitur, & arbor cum homine (ſine vllo tamen eius detrimento) concidit: fonſque aquæ ſaluberrimæ ex eo monte repente emanauit, non tantùm ad neceſſarios vitæ vſus, ſed & ad varios morbos depellendos commodus & ſalutaris. Iam cùm in formidando quodam tonitru ex duobus Indianis, alter ſalutem ſuam Mariæ virgini commendaſſet, alter eum, vt vanum hominem, irrideret; ille ſanus & incolumis abiit, iſte exanimatus perfidiæ & contumeliæ ſuæ præſentes pœnas expendit. Conſtat præterea Dæmoniacos quoſdam, iuſſos à patribus ſocietatis IESV, S. Michaëlem inclamare, Dæmonem ſtatim excuſſiſſe. Reperies verò non ſolùm Apoſtolorum ac veterum Martyrum, & recentium Diuorum, vt Dominici, Franciſci, Claræ, & ſimilium (quos noui noſtri Euangelici cachinnis & irriſionibus proſequuntur) hominibus nomina indita; verum etiam flumina, portus, ciuitates, atque adeo prouincias recentium Sanctorum nominibus inſignitas. Reperiuntur verò in India inter medios Paganos & Mahometanos Chriſtiani, qui ab Apoſtolorum temporibus, à fide CHRISTI nulla ratione abduci voluere; è quibus alij maiores ſuos à Diuo Thoma Apoſtolo (cuius ibi hodie pedum veſtigia tanquam recens impreſſa cernuntur, & Reliquiæ religioſè conſeruantur) alij à Sancto Ioanne Apoſtolo inſtitutos olim affirmant. Me autem de his rebus ſæpe cogitantem magna bonitatis, & incredibilis prouidentiæ Dei admiratio inceſſere ſolet, qui Sanctorum honorem à noſtris nuper Euangelicis adeo impetitum, illuſtriorem quàm vnquam antea noſtris temporibus fecerit: vt veriſſimum illud eſſe intelligamus, quod à Sanctis patribus ſcriptum eſt, Eccleſiam, quò magis exercitatur & affligitur, eò ſe magis erigere & amplificare. Nam vt ſæpe Deus multorum Martyrum & aliorum Sanctorum corpora, quæ multis ſæculis abdita delituerunt, non ſolùm in lucem & cōſpectum hominum; ſed, quod admirabilius eſt, integra, & nonnūquā ſanguine madentia, quaſiq; recens cæſa aut mortua, produxit

Miraculum ad templum B. Mariæ.

Miraculoſi fontis origo.

Quidam in horrendo tonitru opē B. Mariæ virginis implorans cōſeruatur: alter eandem irridens perit.

Inuocatione Sancti Michaelis è Dæmoniacis dæmones eiecti.

In India Chriſtiani ſunt in medio Paganorum & Mahometanorum fidem à SS. Thoma & Ioanne Apoſtolis edocti.

Reliquiæ S. Thomæ in India.

Hilarius lib. 7. de Trinitate.

Eccleſia tū vincit cùm læditur, tum intelligitur, cū arguitur, tum obtinet, cùm deſeritur.

Sanctorum corpora, quæ multis ſæculis latuerũt, integra ſunt tandem diuinitus reperta.

Lucianus in narrat. de inuent. Stephani Protomartyris. Gennadius. Ambr. ſerm 91. Epiſt 85. Beda in hiſt. Eccl. Angl li. 4. c 19. 20. & 30. Metaphraſt. in orat. Gregor. de patribus Nicænis. tom 6. Alexij.

S. Cuthberti corpus ante paucos annos integrum eſt repertum.

(cuiuſmodi de Reliquiis Stephani Protomartyris Lucianus Presbyter; Geruaſij & Prothaſij Ambroſius; Gregorij Armenij & Leontij Cæſareæ Epiſcopi Metaphraſtes; Etheldredæ, & Cuthberti Beda (cuius nuper in Anglia corpus integrum repertum vir quidã magnæ doctrinæ, & venerandæ grauitatis mihi ex illius teſtimonio indicauit, qui beatas Cuthberti Reliquias ipſe fide dignus conſpexerat) & de aliis alii narrant) ita ſanè, & noſtris temporibus ad Sanctorum, qui cæleſti gloria iam fruuntur, honorem, & ad confringendas perfidas iſtas Magdeburgenſiũ calumnias, vt eiuſmodi miracula fierent, ex immenſa ſua bonitate magno noſtro commodo conceſſit. Quod ſi pro ſua magnitudine vberius explicem, non erit vel ab inſtitutæ hodie diſceptationis ſcopo, vel à tua, ſpero, vtilitate ſeiunctum. Noſti itaque ex omnibus Catholicis, qui poſterioribus his ſeculis Sanctorum hiſtorias contexuerunt, Petrum de Natalibus in Sanctorũ copioſa nomenclatura vberrimũ eſſe. Ad quam delicati tui Euangelici nauſeant; quaſi non in rebus modò, ſed in ipſis nominibus modum exceſſerit, & nõ chiliades, ſed myriades nobis Sanctorum numerauerit: cùm tamen multò iuſtius non de iſta copia, ſed inopia potius diem illi dicere oporteret. Nam, vt prætermittam Philippum Siculorum Apoſtolum cum Calogero, Eleuchadium Epiſcopum, Maximum, Hilarium, Seuerianum, Patauinos Epiſcopos, Fugatium & Damianum, Britannos, Aurelium confeſſorem (de quo mentionem facit Cyprianus) Maximilianum Auſtriæ Epiſcopum & Martyrem, multosq; celebres Germaniæ Diuos, Amphibalum Britanniæ Martyrem, Gratianum & Auſtremonium Epiſcopos, & reliquos, de quibus non eſt neceſſe loqui, plurimos, eosque inſignes Martyres, atque Confeſſores, quorum res geſtas Eccleſiaſtica, quæ vbique obuia eſt, hiſtoria complectitur, penitus omiſit. Quales ſunt ſub Iuliano Apoſtata Marcus Arethuſæ Epiſcopus, Virgines Heliopolitæ, Publia, Iuuentinus & Maximinus, Eupſichius & Baſilius, Euſebius, Nectorius (Nicephorus appellat eum Neſtabum) Zenon & Neſtor, Aemilianus & Domitius, Cæſarius Gregorij Nazianzeni frater, & alij ſub Valente, vt nobiles illi octoginta viri Eccleſiaſtici & Martyres nouo ſupplicij genere in medio pelago cum naue combuſti, Eulogius cum octoginta exulibus. Quid? quod nihil omnino de egregiis illis apud Baſilium Magnum Martyribus, Gordio, Iulitta, Barlaam; & tenuiter quidem atque admodum exiliter agit de præclaris illis confeſſoribus ſub Conſtantio, & inſignibus propter pietatem atque miracula Monachis, quos Palladij atq; Theodoreti hiſtoria complectitur: quorum pleroſque ne nominat quidem. Sed veniamus iam ad id, propter quod hæc

Petrus de Natalibus parcus potius, quã profuſus in Sanctis recenſendis.

Enumeratio Sanctorum de quibus nulla apud Petrum de Natalibus fit mentio.

Martyres & Confeſſores ex Eccleſiaſtica hiſtoria a Petro de Natalibus prætermiſſi.

Niceph. lib. 10. cap. 8.

Martyres ex Baſilio.

Sãcti Monachi, quorum meminerunt Palladius & Theodoretus.

hæc narratio inſtituta eſt, & videamus quàm ingentes copiæ ex ſolo Metaphraſte nuper nobis in hoc genere accreuerint. Habet itaque Metaphraſtes Antypam Martyrem, Auxibium, & Aberciũ Epiſcopos & Confeſſores, Leontium, Sozimum, Phocam, quinque virgines Antiochenas, vndecim millia Martyrum, Romulum cum ſociis, Glycerium, Laodicium, Nicephorum, Policuctum, Terentium, & Aphricanum, Codratum cum ſociis, Menam cum ſociis, Varum cum ſociis, Sabinum, Trophynũ, Anyſiam, Theoctiſten cum ſociis, Paphnucium cum 156. Charitinem, Caliſtratum, Maximum, & Hermilum Martyrem cum ſociis. Habet præterea Acacium, Alexandrum & Antoninam, Eulampium & Eulampiam, Domnam, & Indem, Glycerium, Fauſtam cum ſociis, Antonomum, Dulam, Baſileum Epiſcopum, Clemẽtem Epiſcopum, Andream ducem cũ ſociis, Pelagiam Tharſenſem, Calliopium, Areſtem, Zenobium & Zenobiam, Zoontem, Seucrianũ, Athenogenem, Hieronem cum ſociis, Mauricium cum 70. ſociis, Procopium, Amphianum, & Aediſium, Valentem cum ſociis, Aquilinam, Paulum cum Iuliana, Nicoſtratum cũ ſociis, Theodoſiã cũ aliis duodecim primariis feminis, Febroniã, Eudoxiũ cũ ſociis, Anaſtaſiũ, Glyceriũ, Menadorã cũ ſociis, & Zanirã cũ ſociis, Gregoriũ magnæ Armeniæ Epiſcopũ cũ 35. virginibus, Manuelẽ cũ ſociis, &, vt reliquis omiſſis abſoluã, viginti vno die Martyrũ apud Nicomediã millia. E quibus omnibus apud Petrũ de Natalibus, vix vnum aut alterum fortè nomen occurrit; idque deprauatum atque mutilatum. Quorum tamen omnium præclara certamina, & inſignes in vita & poſt obitum actiones Metaphraſtes nobis graphicè depingit. De quibus prius in Latina Eccleſia nihil, aut parùm certè nouimus. Sed Petrus hic venia dignus eſt, quem credo de his Martyribus, aut religioſa Theodoreti hiſtoria, nihil vel auditione quidem accepiſſe. At poſtquam noſtris temporibus Euangelici toti ad Sanctorum honorem, eorumque miracula opprimenda conſpirarunt; Deus hunc nobis tot ſæculis abditum theſaurum aperuit, ad dictaturam iſtam Magdeburgenſium debilitandam, qua, velut tyrannica quadam poteſtate, Sanctorum hiſtorias flagellant. Quos adeo nobiles iſtæ & fortes Metaphraſtæ copiæ deterrent, vt eum rarò aſpicere, aut nominare ſoleant; reprehendere certè, quantumuis alioqui impudentes, vix hactenus auſi ſint. Qui valde, non dubium, cuperent, hunc theſaurum Latinæ Eccleſiæ interuerſum: adeo illi & Sanctis, & noſtræ vtilitati inuident. In Metaphraſte verò præter iſtos, de quibus diximus, Martyres, qui iam primùm quaſi è tenebris in lucem Latinæ Eccleſiæ emerſerunt, reperies plurimas Martyrum & Sanctorum hiſtorias cum noſtrorum hominum narrationibus prorſus conſentientes. Quas dum inuidi iſti homines lacerant, &

Sancti multi recenſentur ex Metaphraſte, in Petri de Natalibus hiſtoria deſiderati.

Petri de Natalibus excuſatio.

Metaphraſtes.

vt varias

vt vanas, ſuppreſſa tamen Metaphraſtæ auctoritate, exagitant; totius tam Latinæ, quàm Græcæ Eccleſiæ concordi ſententia, iam penitus nouo Dei beneficio opprimuntur. Et quoniam vt alia plurima, ita & ſtupendum quoddam Deus eius generis miraculum (cuiuſmodi modò ex Ambroſio & aliis attigi) noſtris in nouo illo Chriſtianorum orbe temporibus, & in corpore quoque ſanctiſſimi hominis nuper defuncti exhibuit; id iam mihi pro ſuſcepti negotij ratione ad hanc hodie diſputationem abſoluendam explicandum ſupereſſe videtur: vt, dum Magdeburgenſes tui per totos ſexcentos annos omnia huiuſmodi ſigna perfidè diſſimulát, non veteribus tantùm, ſed & noſtri temporis exemplis conuincantur. Cuius generis miraculum præter ea, quæ ex Ambroſio, Luciano, Metaphraſte attigimus, ſexto quoque ſæculo in Herculano Peruſino Epiſcopo, & ſanctiſſimo Martyre accidiſſe proditur. Huius enim caput, detracta vndique totius corporis pelle, abſcindi, capta poſt ſeptimum ferè obſidionis annũ ciuitate, Totila iuſſit. Corpus verò ita deformatum, & extra muros ignominiosè proiectum quidam ex ciuibus cum capite reciſo, ita vt ſors obtulit, raptim ſepulturæ extra ciuitatem mandarunt. Poſt quadraginta dies ciuibus, qui aufugerant, redeundi poteſtas data eſt. Qui Epiſcopi ſui corpus in Eccleſiam Sancti Petri, quo honorificentius ibi ſepeliretur, transferre cupientes, ſepulcrum aperuere: vbi pueri cuiuſdam corpus cum eodem Epiſcopo ſepultũ à vermibus & tabe exeſum; Epiſcopi verò omnino integrũ inuenêre, perinde ac ſi recens fuiſſet ſepultum; caputq; corpori ita conſolidatum, vt planè neſcires, an aliquando à corpore fuiſſet auulſum; cũ ne tenuia quidẽ vllius abſciſſionis veſtigia deprehenderentur. Atque iſta licet tam recens, & tam propinquo loco, & ita in totius populi cõſpectu geſta ſint, & mox à tanto viro memoriæ prodita, adeo nullã apud nobiliũ iſtarũ Cẽturiarum architectos fidẽ merẽtur: vt, cũ reliquã hiſtoriam ter recenſeãt, tantũ tamen & tã admirabile in defuncti Martyris corpore ſignum, ne ſemel quidem vel leuiſſimè attingant. Sed nos maledicos & ingratos iſtos erga tam cæleſtia Dei beneficia momos relinquamus; & ſimilem benignitatem noſtris quoque temporibus exhibitam grato animo agnoſcamus; &, vt par eſt, deprædicemus. Nam ſi Europam noſtram obire vellem, animoque luſtrare, plurima in hoc genere ſigna recenſere poſſem. Sed ego tibi vnã pro reliquis omnibus ciuitatẽ proferam, Patauiũ videlicet. In qua totos hos trecentos & amplius annos beatorũ Iordani & Compagni abbatum, beatarũ Helenæ atq; Beatricis corpora incorrupta, integra, illæſa admirabili quedã ſpectaculo conſeruantur. Quod doctiſſimus nuper vir Bernardinus Scardeonius non tam auritus quã oculatus teſtis, vt multa alia, quæ ad inſtitutã hodie narrationem ſpectant, prodidit.

Miraculum de corpore S. Herculani, Epiſcopi Peruſini.

Greg. lib. 3. dial. cap. 13.

Perfidum Magdeburgenſium ſilentium.

Cent. 6. c. 3. p. 56. & ca. 6. p. 344. et c. 10 p. 695

Corpora Sanctorum in Patauina vrbe trecentos iam & amplius annos integra conſeruantur.

Vide Bernar. Scardeonium de antiq vrbis Patauinæ.

Inter

In carne S. Euſtochiæ ſub mamilla nomen Ieſu inſcriptum.

Inter quæ illud cum primis admirabile eſt, quòd in beatæ Euſtochiæ iam defunctæ carne ſub mamilla, nomē IESVS inſcriptum fuiſſe apparuit: quæ ad annū Domini 1469 obiit. Poſt quadriennium ab obitu aqua quidem limpidiſſima ex tumulo eius profluxit; quod ad hodiernum diē, ſtatis diebus obſeruatur. E cuius potu innumeri pæne mortales è grauiſſimis ægritudinibus conualeſcunt: *Vt ego*, inquit Scardeonins, *de meipſo teſtari veriſſimè poſſum*. Cuiuſmodi Dei beneficium, cùm Eccleſiaſticæ hiſtoriæ apud Spelerum ad ſepulchrum Concordij antiquiſſimi Martyris commemorēt, egregij noſtri hiſtorici falſum id eſſe, & ſuperſtitioſum ſuo more vociferantur.

Aqua efficax aduerſus ægritudines è tumulo Euſtochiæ hodie profluens.

Miraculū eiuſmodi ad ſepulchrum S. Concordij Magdeburgenſes impiè conuellunt.

Cent. 2. cap. 12. p. 236.

Sed noſtra oratio iam ad recentius quoddam huius generis ſignum ad ſanctiſſimi nuper hominis in India defuncti Reliquias editum, & nullis (quod ſciam) hactenus Latinis literis mandatum, decurrat. Fuit igitur inter ceteros ſanctos patres ſocietatis IESV, qui è Luſitania in Indiā non Indici auri, aut vnionum, aut alterius cuiuſquam rarioris mercaturæ, ſed cæleſtis illius negotiationis & Euangelicæ margaritæ cauſſa profecti ſunt, Franciſcus Xauierus. Nullus ex omnibus magis impigrè laborauit, vt populum illum idololatrica aut Mahometica ſuperſtitione deformatum, deterſis illis ſordibus per fidem Chriſti, pulchrum & nitidum redderet, neque cuiuſquam opera Eccleſiæ Chriſti fuit fructuoſior.

Franciſcus Xauierus pater religioſiſſimus ſocietatis Ieſu.

Qui cùm multas regiones peragraſſet, & opimam meſſem in Dominicum horreum cōgeſſiſſet, Iaponiam inſulam nobis hactenus incognitā, ante ecto aut nouem annos à Luſitanis repertam, adeundi eum ingens deſiderium inceſſit. Immenſæ illa magnitudinis videtur. Hoc ille deſiderio flagrauit, tum quòd intelligeret eam totius Dæmoniaci cultus ipſam eſſe quaſi officinam, tum quòd ſperarit, ſi Euangelium ibi bene ſuccederet, aditum ſibi patefactum iri ad Sinarum quoque populos, Chinenſes aliàs dictos (à quibus illi ſua ſacra petunt) poſtea iuuandos. Quæ regio tam immenſa eſt, vt ſint, qui putant eam vix toti Europæ ſua magnitudine cedere. Adiit igitur Iaponos, & infinitos ad Chriſtum tranſtulit, ceteriſque, qui poſtea eò aduolarent, viam aperuit, non ſine magna ſpe regni principes, & regem ipſum Chriſto lucrifaciendi. Hoc tam præclaro fundamento iacto, arcem ipſius ſuperſtitionis, id eſt, Sinarum gē tem, quamuis non ſine præſenti vitæ periculo aggredi cogitauit. At Deus, qui emeritum iam militem remunerari voluit, cùm ad inſulam quandam Sinarum ſiue Chinenſium regioni propinquā delatus eſſet, eum ex hac valle lacrymarum ad ſe vocauit. Luſitani tanti Patris obitu maximo dolore confecti ſunt. Quos illud etiam magnopere angebat, quod tanto maris tractu à Malacca, vbi patris corpus fuerat condendum, abeſſent; vt eò nō niſi poſt multos menſes eſſent redituri. Quare ne, ſi diutius reſeruaretur, putrefacti

Vide Epiſt. patrum ſocietatis IESV.

Iaponia.

Sinarum regio ampliſſima.

Xauieri mors.

trefacti corporis fetore læderentur, illud in arcam quandam calce repletam coniiciunt: vt, eius vi atq; acrimonia, carnibus exeſis, ſaltem oſſa pij patris ſecum referrent. At ô admirabilem Dei prouidentiam! poſt multos menſes, cum iam carnes prorſus abſumptas crederent, reperiunt corpus tam ſolidum, integrum, ſuccique plenum, ac ſi ipſe eadē hora defunctus fuiſſet. Quid quod ne veſtes quidem, quibus ſacrum illud corpus operiebatur, putrefactę, aut corruptæ ſint? Sed enim vt nulla prius calce, ita nec humo vlla tumuli iniecta (in quem Malaccæ poſtea corpus coniectum erat) tam admirabilis ſpectaculi gloria, gratiaque aut aboleri, aut imminui potuit. E tumulo namque illo terreno cæleſte huius corpus poſt aliquot menſes erutum, priorem atq; admirabilem illā ſuam ſoliditatem, integritatemq; magno omnium intuentium ſtupore repræſentabat. Viſum deinde eſt piis quibuſdam, vt Goam tā ſanctum corpus deferretur. Qui cū iam tandem Goam verſus nauigare incepiſſent, maximis nauigandi difficultatibus atq; periculis implicantur, omniq; ſpe vitæ depoſita, ad preces conuertuntur, & Deo ſe, atque ſecundum eum pio patri, cuius tam admirabiles reliquias, &, vt ita dicam, exuuias deferebant, ſolicitè commendant. Mox præſens auxilium ab omni periculo explicati diuinitus ſenſere. Cùm Goam deinde felici curſu perueniſſent, huius miraculi fama, regionem vbique peruagata, omnis ætatis, ſexus, & conditionis homines certatim ad tam rarum, & inauditum ſpectaculū confluunt. Corpus ſanctū in Eccleſia (ad quam nocte & die concurrebatur) palàm omniū oculis expoſitum eſt. Prorex rei nouitate obſtupefactus, vt penitus omnia excuteret, & exploraret, an humani forte ingenij opera atque induſtria quicquam hîc effeciſſet, corpus à medicis ſuis aperiri iubet. Ecce verò in corpore xv. iā menſes exanimi, & tantis, vt diximus, calcis, terræq; iniuriis expoſito, recens ſanguis repertus eſt. Nec oculi ſolùm & manus medicorum atque adſtantium, ſed & admiranda beneficia è ſacris Reliquiis manantia rei veritatem atque admirabilitatem teſtata ſunt. Cinguli enim illius portio, quo ſacrū corpus adſtringebatur, febricitanti alijsq; ægrotis admota, morbos illos mox depulit. CRIT. Admiranda tu quidem mihi narras. IREN. Admiranda quidem, ſed minus Chriſtiano admiranda, qui corporum noſtrorum reſurrectionem, qui potentiā Dei, quiue præclara, & ſancta pij huius hominis, dum viueret, inſtituta, & ingentes, quos pro Dei religione amplificanda ſuſceperat, labores ſecum expenderit. Etſi enim alij & fuerint, & hodie quoque ſint ex ea ſocietate, Apoſtolicam planè vitam ſectantes, & ſignis quoque edendis nobiles, ceteros tamen videtur Franciſcus in hoc pietatis ſtudio poſt ſe reliquiſſe. Qui inclinata iam & prouecta ætate, tot labores, tanta pericula pro Chriſti gloria propaganda ſuſtinuit, vt vel athleticum

Cadauer Franciſci Xauieri miraculoſe diu cōſeruatum.

Periclitantibus in mari Xauerius poſt Deum inuocatus.

Concurſus populi ad videndum corpus Franciſci Xauieri.

Miracula ad Reliquias ſanctiſſimi viri Franciſci Xauieri.

Franciſci Xauerii inſignis pietas, & ingentes in vinea Domini labores.

iuuenem facilè conficerent. Totas ſæpe ille noctes vigilando excubandoq; duxit, quas orationibus & ægrotorũ obſequio in Noſodochio eorũ attribuit. Quibus ita inſeruiebat, vt tam ad animi, quàm corporis morbos curandos innumeris profuerit. Et quoniam mortalis erat, & ſomno, aliisq; humanis neceſſitatibus ſuccumbere neceſſe erat, dormiuit quidem, ſed non prius quàm inuitum ſomnus opprimeret, laſſumq; in terram proſterneret, quẽ vel leuiſſimus ægrotantium motus ſtatim excuſſit. Huic tantæ vitę auſteritati, & iuuandi proximum indefatigabili ſtudio ſceleratus Dæmon inuidens, eum in oratione aliquando pernoctantem inuaſit, & ſæuis verberibus, vt olim magnum illum Antonium (de quo diximus) contudit. Cuius ille patientiam imitatus, adeo nihil de priſtinis laboribus remiſit, vt multum potius illis in dies adiiceret. Fuit verò tam humili & demiſſo animo, vt iã ſenex ad Barbarorum linguas, quo eos ad Chriſtum faciliùs attraheret, ediſcẽdas ſe demiſerit, & cum pueris quaſi repueraſcere voluerit. Quid iam dicam de incredibili eius, & aliorum eiuſdem ſocietatis patrũ in cibo & potu abſtinentia? Ex quorum numero vnus per octo annos, quibus apud Iapones verſatus eſt, nec carnes, nec panem comedit. In ſummis ſæpe naufragiorum periculis cõſtitutus, Dei ſemper admirabili ope ad illius gloriam augendam conſeruatus eſt. Quid iam dicam de admirandis ſanationum dotibus, quibus à Deo ornatus eſt? adeo vt non modo paralyticum, mutum, & ſurdum ſanaſſe, cæcum illuminaſſe, ſed & mortuum reſuſcitaſſe traditur. Vaticinandi præterea ſpiritu illuſtratus fuit. Cum enim in Malacca verſaretur, Luſitanorum contra Paganos victoriam prædixit. Commendauit aliquãdo præſentium precibus amici cuiuſdam longè ſeiuncti animam, quem eo ipſo tempore defunctum euentus poſtea docuit. Tantis itaque Deus donis cum viuentem illuſtrarit propter eminentem pietatem; voluit & mortuum quoque corpus ad Catholicæ fidei, & recens in India baptiſatorum confirmationem, & Magdeburgenſium tuorum refutationem, admirabiliter ornare. Qui quam temere in veteres illos Monachos, de quibus heri diſſeruimus, inuecti ſint; vel ex vna hac hiſtoria non obſcurè intelligere poteris. Hæc itaque hactenus de beatorum iam defunctorum miraculis. CRIT. Mihi quidem iſta non tam nouitate, quàm admirabilitate, atque vtilitate periucunda ſunt; & ad id probandum, quod poſtulabam, abunde ſufficiunt. Neque quicquam obſtare iam video, quin, vt fas eſt, Sanctorum fidem implorare, eorum opem & auxiliũ ad res noſtras conſtituendas, & conſeruandas generatim petere: ita liceat ſingulatim aduerſus ſerpentes Ieremiam & Paulum, aduerſus ignem Agatham, aduerſus morſus furioſi canis Vitum ac Bellinum, aduerſus ſtrumam & comitialem morbum diuum Edouardum, aduerſus

Vigilia Xauerii.

A Dæmone Xauerius, dum noctu oraret, verberatur.

Xauerii animus humilis.

Xauerii quàm durus victus.

Miracula à Xauerio, dum viueret, edita.

Xauerium vaticinandi ſpiritu fuiſſe exornatũ.

Quanã à quibuſdam Sanctis peculiaria petantur.

uerſus inopiam viginti Martyres;& oculorum morbo laborantibus Raphaëlem, in diſcrimine belli poſitis, Michaëlem;Dæmoniacis denique Philippum præ aliis appellare. Tu verò ignoſce iam mihi, ô benigne Deus, quod tam admirãdis tuis per ſanctos tuos ſeruos partim in hac mortali, partim in illa meliori vita editis operibus, tanquam vanis figmẽtis, à meis doctoribus ſeductus ſæpius illuſerim: imò & vos quoque, ô cæleſtis regni glorioſi ciues, iſtis meis erroribus ignoſcite, & veniam apud clementem Deum piis veſtris precibus impetrate. Neque quiſquam iam in animo meo, mi Irenæe, de hac tota cauſſa ſcrupulus reſidet. Vnde id hodie perfeciſti, quod nunquam futurum putabam. Arbitrabar potius inani neſcio qua fiducia fore, vt te ad noſtras partes traherem. Quanquam ne nimium tibi arroges, magnam victoriæ partem ad me transfero. IREN. Quid? tam repentè ſententiam tuam ſine cauſſa reuocas? CRIT. Nihil minus: vterque vicimus, tu me, ego errorem. IREN. Non inuideo tibi hanc victoriam, & hanc tibi felicitatem conſtantem atque perpetuam opto.

Solas Magdeburgenſium Centuriis ſatis multa ſuppeditare ad Catholicam fidem confirmandam. Id quod oſtenditur ex patribus, quos ipſi contra ſe in cauſſa liberi arbitrij & iuſtificationis noſtræ per fidem & opera allegant.

CAP. XXX. CRITOBVLVS.

EGO tibi maximas gratias de hodierno beneficio ago. Videor enim mihi iam aliquam Catholicæ veritatis lucem in his Sanctorum miraculis, & eorum pro nobis interceſſione intueri. Eos igitur mihi in poſterum patronos ſupplex accerſam. Nam non mediocriter iam doleo, tam neceſſario me hactenus præſidio mea incuria, & aliorum fraude priuatum. Ad quem ſanè errorem depellendum video ſatis eſſe adiumenti vel ex ſolis Magdeburgenſium Cẽturiis. Quibus tu tam præclarum auctarium adieciſti, vt, vel reiectis omnibus, quæ Magdeburgenſes proponunt, his ſolis me abunde inſtructum exiſtimem. Magdeburgenſibus verò cur omnes adeo patres in hac cauſſa ſordeſcant, mirari ſatis non poſſim, cùm eorum illi in aliis cauſſis auctoritatem multum euehãt, & in ea ſe plurimùm acquieſcere fateantur. IREN. Illi in patrum auctoritate acquieſcerent, quæ illis eſt omnium viliſſima? Cedo enim mihi vel vnum ex patribus, cuius illi auctoritatem non defugiant, elidant, & miſere conuellant? Quibus parum eſt, ſi ſingulos impetant, cùm conſentientem vniuerſorum patrum conſpirationem ne pili quidem, vt vides, faciant. Quod ne illis in ſola Romani Põtificis auctoritate, in vita Monaſtica, & Sanctorum honore,

Cent. 2. cap. 4 pag. 58. Cent. 3. cap. 4 pag. 7–. Cent. 4. cap. 4 pag. 291. Cent. 5. c. 4. pag. 502. Cent. 6. c. 4. pag. 277.

Enumeratio patrum, quorũ doctrinam de libera hominis voluntate Magdeburgenſes in ſex primibus Centurijs impie contemnunt & oppugnant.

honore, expugnandis vſu veniſſe temere credas; en tibi vnum aut alterum egregium hac in re ſpecimen. Clementis enim, Iuſtini, Irenæi, Tertulliani, Origenis, Cypriani, Methodij, Lactantij, Athanaſij, Baſilij, Gregorij Nazianzeni, Epiphanij, Hieronymi, Gregorij Nyſſeni, Chryſoſtomi, Auguſtini, Cyrilli, Theodoreti, Iſichij, Thalaſij, Fauſti, Ioannis Caſſiani, Olympiodori, Ennodij, Gregorij Romani, & aliorum patrum, qui intra primos ſexcentos annos à Chriſto nato floruerunt, de libero arbitrio ſententias nõ modò recitant, ſed & impugnant. Eodem modo & Clementis, Theophili, Origenis, Tertulliani, Cypriani, Lactantij, Euſebij, Nili, Chromatij, Ephrem, Hieronymi, Gregorij Nyſſeni, Gregorij Nazianzeni, Hilarij, Ambroſij, Theophili Alexandrini, Chryſoſtomi, Auguſtini, Cyrilli, Leonis, Iſichij, Sedulij, Primaſij, Theoduli, Saluiani, Proſperi, Maximi, Salonij, Thalaſij, Eucherij, Paulini, Boetij, Olympiodori, Caſſiodori, Andreæ Hieroſolymitani, Iuſti, Ennodij, Gregorij Romani, & aliorum, de noſtra per fidem & opera iuſtificatione teſtimonia recenſent, & contemptim reijciunt. Quam eorum giganteam audaciam, & admirabilem cæcitatem, ſi velis per cetera religionis noſtræ capita decurrere, ſtatim animaduertes: vt in eis iam Iſmael renatus videatur, de quo ſcriptum eſt: *Manus eius contra omnes, & manus omnium contra eum*: vt me certè iſtorum Centurias legentem iſta lectio multo magis in Catholica fide confirmarit. Quod & tibi quoque ſimiliter, atque alijs non euenire miror. CRIT. Certè & mihi iam in pleriſque, vt dixi, ita contigit; ſed nunc ex hoc tecum colloquio multo magis intelligo, me nimis ample atque magnificè de iſtorum fide atque doctrina ſenſiſſe. Quare ad alia me iam & meliora præſidia conferam; Caluinum, inquam, & Carolum Magnum. Quorum, vt ſpero, armis Imagines veſtras, & ſtatuas demoliar: ſed inclinato iam in veſpertinum tempus die, hoc ſi placet, in craſtinam auroram reſeruetur. IREN. Mihi verò maximè placet. Sed tu eras Imagines noſtras firmiore niniti fundamento ſenties, quàm vt per Caluinum tuum loco moueri poſſint.

Cent. 2. c. 4. pag 60. Cent. 3. c. 4. pag. 79. Cent. 4. c. 4 pag. 292. Cent. 5. c. 4. pag. 5–4. Cent. 6. c. 4. pag. 278.

Recenſentur patres, quorum ſententias de iuſtificatione noſtra per fidem & opera Magdeburgẽſes in ſex primis Centuriis impudenter reiiciunt, & ſcelerate reprehendunt.

Gen. 16.

FINIS TERTII DIALOGI.

DIALOGVS QVARTVS

CONTRA ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ, ET TRADITIONIS DE IMAGINVM HONORE, ET VENERATIONE OPPVGNATORES.

Proponuntur duo Euangelicorum contra Imagines obiecta, alterum de templis Adriani, quæ erant ſine ſimulacris: alterum de edicto Theodoſii, ne quis Imaginem Chriſti vel pingat vel ſculpat. Quibus additur ex Apologia Anglicana Theodoſium fuiſſe iudicem rerum Eccleſiaſticarum.

CAP. I. IRENÆVS.

HVNC tibi diem, mi Critobule, fauſtum ac felicem precor. Sed quid eſt, quòd hodie ſolito ſerius è cubiculo prodieris? Soles enim ipſum Solem anteuertere, qui iá ſe aliquot horis oſtendit. CRIT. Et ego viciſſim, vt hic omnis dies feliciter tibi exeat, etiam atque etiam opto. Hodie verò me tardius è lecto excitatú fateor; propterea quòd magnam noctis partem vigilare, atque in attentiſſima futuræ diſceptationis cogitatione, tua me hæc triduana victoria ponere coëgerit. Vnde contigit, vt ad multam lucem, præter meum quidem morem, arctè ac grauiter dormirem. Quare tu me hodie paratiorem ac inſtructiorem, quàm heri fueram, ſenties. Huius enim diei palmam in hac noſtra hodierna cõtra Imagines veſtras diſceptatione, inuicto præſertim Caroli Magni exercitu inſtructus, tibi, ni fallor, præripiam: qui etiamſi abeſſet, in tam bona tamen cauſſa non poſſem non facilem mihi ad victoriam aditum polliceri. Ad quam obtinendam, in prima contra te acie duos lectiſſimos duces, alterum Ethnicum, vt turpius cadas, alterum Chriſtianum collocabo. Tu mihi ante biduum Aurelium Imperatorem, ac Marcellinum hiſtoriarum ſcriptorem, Ethnicos; ego tibi rurſus hodie Adrianum Imperatorem, ac Ælium Lampridium oppono. Teſtatur itaque Lampridius, Adrianum templum Chriſto facere cogitaſſe, eumque inter Deos recipere; ac iuſſiſſe fieri in omnibus ciuitatibus templa ſine ſimulacris. Quã ego noſtros cum in ſcriptis, tum in concionibus ſuis hiſtoriam plurimi facere video, qua probent in primam illam Eccleſiam nullas Imagines introductas. Sed quid ego aduẽtitia perſequor, cùm

Lampridius.

Ælius Lamprid. in Alexandro Seuero.

Adrianum iuſſiſſe fieri templa ſine ſimulacris.

cùm domi habeamus à maioribus noſtris, in media inquam Germania, antequam Chriſtum profeſſa eſt, clariora in hoc pietatis genere exempla, quàm vel patres hodie Tridentini præ ſe ferunt? Quæ Deorum Imagines, quòd cæleſtis illa maieſtas ſit ſupra humanitatem, minimè ad humanam formam fieri paſſa eſt. Verùm certiora atque illuſtriora habemus à Theodoſio illo, qui propter rerũ præclarè geſtarum, virtutis, ac pietatis Chriſtianæ magnitudinem, Magnus meritò dictus eſt: qui ne ſignum quidem Crucis vſquam pingi aut fingi paſſus eſt. In quo vtinam principes eum hodie æmularentur, vt & egregiam illius prudentiam, qua non ille quidem ad Clerum cauſſas Eccleſiaſticas tãtummodo reiecit, ſed Epiſcoporum ipſe diſputationibus interfuit, aut potius præfuit; qui & hæreticorum ſcripta lacerauit, & Catholicorum ſententiam probauit. IREN. At tu mihi non pium illum Theodoſium, ſed Diocletianum, aut Iulianum aliquem narras. Quando ille precor, aut quare hoc edictum promulgauit? CRIT. Quãdo ille promulgaret, niſi cùm imperaret? aut ob quam cauſſam, niſi vt naſcenti idololatriæ obuiam iret? De quo Theodoſij edicto, ne vlla ex parte dubitem, illud cum primis facit, quòd Eccleſiaſtes ille veſtras, cuius heri mentionem feci, in Homilia de periculo Idololatriæ, cui non priuata aliqua ſed publica auctoritate acclamatum eſt, ob eámque cauſſam in Eccleſiis Anglicanis è ſuggeſto decantatur; id ita eſſe magna aſſeueratione confirmet; adeo vt ſtatim ab illius edicti recitatione vobis inſultans in hæc ferè verba erumpat. *Quomodo*, inquit, *ſe venditarent, & quanta cum gloria ſe efferrent* Idololatræ, *ſi quanta in hoc edicto aduerſus eos, tanta antiquitatis & auctoritatis teſtimonium ab eis ſtaret*? Deinde contendit nullas tempore Theodoſij; quem dicit hoc edictum promulgaſſe; totos 400. amplius annos, in Eccleſiis fuiſſe Imagines. Quæ cùm ita ſint; tu aſtutè facis, qui, cùm te videas impeditum, rem diſſimulas, & nodum neſcio quem in ſcirpo quæris. IREN. Nihil equidem diſſimulo: neque vnquam adducar, vt credam tale decretum edixiſſe tam pium Principem. Quod ab eo proficiſci non potuit, niſi Conſtantini Magni, & reliquorum laudatorum Principum, atq; adeo ſui ipſius diſſimilis ſit redditus: vt nihil dicam ipſius filios, Catholicos & bonos Principes, Honorium ac Arcadium diſſimiliter iudicaſſe.

Abbas Veſpenſis in Chron.

Germanos nondum Chriſtum profeſſos noluiſſe Deũ humana forma exprimere.

Theodoſium prohibuiſſe ſignum Crucis fingi aut pingi.

Apologia Anglicana.

Theodoſium interfuiſſe, vel præfuiſſe potius diſputationibus Epiſcoporum.

Auctor Homiliarum in Anglia.

Cauſſa probabilis cur illud de non fingẽda, vel ſculpenda cruce edictũ Theodoſij non fuiſſe credatur.

Honorius.

Arcadius.

Templa Adriani nihil adiuuare cauſſam Iconomachorum. Inaudita Magdeburgenſium calumnia contra imaginem Chriſti apud Paneadem exploditur: & factum Theodoſij, quo Apologetici in Anglia contendunt illum iudicem fuiſſe in rebus religionis, expenditur.

CAP. II. IRENÆVS.

QVIA verò in Principum atque Imperatorum mentionem incidimus, ſepoſitis paulisper patribus, qui vel antea, vel ad ipſa

Theodoſij tempora floruere, ſolis laudatis Imperatoribus adhæreſcamus: à quibus non eſt credibile Theodoſium degeneraſſe. Sed antequam eò veniatur, Adrianus nos ad ſe vocat; cuius factũ aliò, ac tu arbitraris, ſpectat. CRIT. Quò tandem? IREN. Adrianus cùm graui poſt Neronem, Domitianum, Traianum inſectatione Chriſtianos exagitaſſet: tandem poſt Quadrati Athenienſis Epiſcopi dicatam ei pro Chriſtianis Apologiam; & luculẽtam orationem, quam pro eis habuit, præſente Imperatore, Ariſtides vir eloquentiſſimus; poſt Serennij Graniani legati litteras, quibus querebatur hominum innocẽtiſſimorum ſanguinem inſanis vulgi clamoribus, cauſſa non cognita, dedi; & homines nominis tantum & ſectæ reos fieri: inſectationem illam remiſit; præcepitque, ne quiſquam Chriſtianorum, niſi certo aliquo probato crimine aduerſus communes leges admiſſo, damnaretur: ſolam Chriſtianiſmi profeſſionem pœnæ obnoxiam fore vetuit. Neque hic conſtitit eius beneficium; ſed cùm certò intelligeret, eos nihil hoſtiliter contra Rempublicam moliri, & à ſeditionis Iudaicæ principe Barcochaba immanes potius cruciatus paſſos, quàm vt cum eo in ſeceſſionem atque ſeditionẽ contra Romanos coirent, cœpit magis in eos propendere, ac cogitare de populi cõtra eos furore leniendo. Quare cùm ſciret totius popularis cõtra Chriſtianos odij fontem ex eo eſſe, quòd ſimulacra atque idola exſecrarentur, templa exſtrui curauit ſine ſimulacris, ad quę Chriſtiani conuenirent; vt ea occaſione minus eſſent populari infeſtationi obnoxij. Atque iſtud videtur Chriſtianis beneficij loco tribuiſſe; cùm è contrario Iudæis infeſtus, ex aduerſo templi ipſorum ædem Ioui extrueret, & in ipſo tẽplo equeſtrem ſuam ſtatuam collocaret. De qua quidam Chriſti illum locum accipiunt: *cùm videritis deſolationis abominationem in loco ſancto ſtãtem*. Qua ex re exacerbati Iudæi, dę ſeditione mouenda & bello ineundo cœperunt cogitare, & tandem cogitata perfecerunt, ſed non ſine magna ſui internecione, ad myriades quinquaginta cæſi. Fruſtra igitur aut Vueſthemerus ſcriptis, aut concionibus Euangelici ſuis hanc auctoritatem aſpergunt, quæ à quæſtione propoſita ſeiuncta eſt, quæ tota in Chriſtianorum Imaginibus, non Ethnicorum idolis ponitur. Eodem poſtea & Alexander Seuerus ſe animo & cogitatione cõuertit; præpoſtera tamen ac cõtaminata vterq; religione, vt Chriſtum non tanquàm vnicum, ſed inter reliquos Deos coleret. Cuius effigiem, vt reliquorum Deorum habebat in larario ſuo Alexander: vt vel hinc appareat, Lampridium non de Chriſtianorum, ſed Gentilium ſimulacris loquutum, quod eius verba indicant: *Dicebantur*, inquit, *illa templa Adriani, quia non habebant numina*. Extitiſſe verò ante Theodoſij, atque etiam Adriani tempora inter Chriſtianos cum Sanctorum, tum Chriſti Imagines, Euſebius manife-

Adrianus à Quadrato, Ariſtide, & Serennio perſuaſus, Chriſtianos perſequi deſijt.

Quadratus.

Ariſtides.

Serennius Granianus.

Euſeb. li. 4 cap 3. Hieron. de ſcriptor. illuſtribus. Iuſtinus in Apolog. Euſeb lib. 4. cap. 8. & 9.

Adriani in Chriſtianos cognita ipſorum innocentia propenſio.

Euſeb. in Chronic. Oroſ. lib. 7. cap. 13.

Templa Chriſtianis Adriani iuſſu extructa ſine ſimulacris.

Niceph. Call. lib. 3. Eccleſ. hiſt cap. 4. Xiphlin in epitom. Dion. in Adriano. Hieron. Mat. 24.

Adrianus Iudæis infeſtus ædem Iouis ex aduerſo templi ipſorũ erexit.

In locis communibus.

Vueſthemerus.

Alexander Seuerus Chriſti Imaginem habuit in larario ſuo cum Imaginibus Deorum.

Lampridium nõ de Chriſtianorũ, ſed Gentiliũ ſimulacris loquutum.

Chriſtianos habuiſſe Imagines ante Theodoſii vel Adriani tempora.

manifeſtè docet ex illa Chriſti imagine, quam apud Paneadem mulier, quæ ſanguinis profluuio laborabat, Chriſto dicauit. Ad quam ipſa per Imaginem repræſentata, in genua procumbens, & palmas ſuppliciter protendens viſebatur: Vt non ſit dubium, eam Imaginem primæ Eccleſiæ more in adorandis Imaginibus Chri-

Imago Chriſti & mulieris profluuio ſanguinis liberatæ.

Euſeb lib 7. c. 18. Græcè apud Ruffinū cap. 14.

ſti adumbraſſe. Quantum verò hæc mulieris pietas Deo placuerit, ipſe admirabili prodigio oſtendit, cùm ad eam Chriſti Imaginem herba quædam medicis omnibus incognita, morbis verò omnibus curandis ſalutaris, diuinitus enata ſit. Apoſtolorum quoque Petri ac Pauli Imagines, quas ex magna in eos propenſione ad eos honorandos Chriſtiani formauerant, idē recenſet. CRIT. Quid mihi ſuperſtitioſam herbam, aut Imaginem illā nominas, quam ſibi diſplicuiſſe, nec ſtatuis vim aliquam tribuendam eſſe, vt Deus palàm omnibus oſtenderet, de cælo tactam horrendo

Miraculum ad Imaginem Chriſti.

SS Petri & Pauli Imagines.

Cēt. 4. c. 13 pag. 1447.

fulmine diſrupit? IREN. Fruſtra te video ad multam noctem vigilaſſe, ac oleum atque operam prorſus perdidiſſe; qui tantis vigiliis à præclaris iſtis tuis Magdeburgenſibus, non dicam nihil ſapere, ſed inſigniter deſipere didiceris. Qui, cùm viderent omnia infitiationis, ſolitæq; Dialecticæ præſidia ſibi erepta (adeo pro re celeberrima, teſtatiſſima, ſibique viſa hanc Euſebius refert) non erubeſcunt de cœnoſo pectore, aduerſus tantam diuinam virtutem ſordidas, ac impias voces ructare. Quis enim per omnē memoriam ante iſtos momos aliquid tale ſcripſit, dixit, cogitauit?

Inaudita Magdeburgenſium calumnia cōtra miraculoſam Imaginem Chriſti Paneæ collocatā.

Cēt 4. c. 13 pag. 1447.

Quis admirabilem ac diuinam hanc herbæ vim non potius, vt digitum Dei, eſt exoſculatus, quàm vt eam ad ſuperſtitionem ac fraudem traheret? Quis vnquam tradidit ex omni antiquitate

Figmentū Magdeburgenſium.

Sozom. li. 5. cap. 21.

Chriſti Imaginem fulmine diſruptam fuiſſe? Quam cùm Iulianus Apoſtata odio Chriſti deieciſſet, ſuamque ſuppoſuiſſet, mox repente ignis cæleſtis ſimulacrum ipſius diſcerpſit, & collum atque

1. Reg. 5.

pectus à reliquo corpore abrupit; & antiquam illam Dagonis apud Palæſtinos deiecti memoriam renouauit. Chriſtiani verò Chriſti Imaginem in templum tranſtulere; quam fulminis ictu confractam fuiſſe, nemo ante iſtos centuriones comminiſci auſus eſt: Vt nihil tuis inuideam, qui glorioſam iſtam ſuam hiſtoriam tam illuſtri figmento, quod domi peperere, nobilitarunt. Eorum me magis, atque adeo tui miſeret, qui tibi adhuc ab iſtis cauere

Quintil. lib. 2. cap. 3.

non potes. Nær tu, ſi te olim Timotheus in diſciplinam ſuam accepiſſet, grandem doctori mercedem reddidiſſes. CRIT. Quis ille tuus Timotheus? vel quò tendis? IREN. Fuit ille quidem ſummus tibicen; qui à diſcipulis, quos alij prius inſtituiſſent, duplicatam mercedem exegit: non ab iis, qui prima artis ab eo rudimenta diſcebant. Geminatam enim ſibi operam ſuſcipiendam eſſe dicebat, dedocēdi prius, poſtea docendi. CRIT. Video iam ſales tuos, quos te in nobis irridendis nolim cōſumere; tibi potius,

Timotheus tibicen.

ac tuis hãc cantionẽ occinito: quos neceſſe eſt, omnia pæne, quæ didiciſti in regno iſto Pontificio, abiicere; vt, tanquam rudes ac nouæ tabulæ, noſtri Euangelij (deterſis ſordibus, quæ veſtras animas tanquam vetuſtas tabulas diu obſederunt) diuinam imaginem ſuſcipiatis: vt tanquam in nouo vtre muſtum iſtud condatur. Sed hæc mittamus. Illud potius dicito, an non ea, quæ diximus, Magdeburgenſes noſtri ex Sozomeno protulerunt? IREN. Quid? an iam tandem Sozomenus; qui hactenus iſtis vilis fuit, fundit nobis repente oracula? fuiſſet tamen aliquis veniæ locus, ſi vel eum aſſenſorem haberent. Iſta verò tam indigna, tam tetra, tam in Deum contumelioſa, non à Sozomeni modò, ſed etiam ab omnium piorum non ſcriptis ſolùm, verùm etiam cogitationibus & abeſſe debent, & abſunt longiſſimè. CRIT. Hic tu me certè percellis, & pungis. Si enim hæc, & tam vetuſta ſunt, & tam vera, non tam mala veſtra cauſſa eſt, ac putaram. IREN. Id poſtea, credo, magis dixeris. Illud verò iam te admoneo, fruſtra te in maiores tuos, Ethnicos illos, qui ſimulacra reiecerunt, propendere; & eorum prudentiam in nobis hodie deſiderare. Quos vt non culpo, quòd in diuinitatem nullam humanam formam aut ſpeciem cadere exiſtimarent; atque ideo ſimulacris carerent (quam mentem video veteribus Romanis, ac Perſis fuiſſe) ita eos reliqua culpa non libero, ſed ſummopere accuſo, quòd, remotis licet eorum ſimulacris, multos tamẽ Deos, atque adeo arbores, aquas, colles, quibus oues, boues, & infinita mactabant animalia, colerent. Germanos verò hodie, qui Catholici ſunt, multo magis, vt par eſt, laudo, quòd ſolum Deum colãt. Cuius diuinitatẽ nulla humana ſpecie repræſentari poſſe, vt multo melius illis norũt; ita nec vlla ſe religione impediri, quin Chriſtum, qui non ſpecie tenus, ſed re vera humanam formam, carnem, & naturam ex matre ſuſcepit, in eaque ſe videndum omnibus, dum in terris eſſet, exhibuit, & paſſionis eius veneranda monumenta pingendo, aut fingendo referant. Te verò ſi ſequamur (modo ſimulacra ſeponamus) Solem, Iouem, Mercurium, & Venerem illam tuorum Magdeburgẽſium cum tribus Gratiis propemodum colere, rurſus licebit. CRIT. Tu aliò rapis dicta mea, ac cogitabam: & videris mihi ægrè, atque grauatè ad Theodoſij illud edictum venire velle. IREN. Nulla ego ſubterfugia quæro. Nec video, cur Theodoſij auctoritatem defugerem; qui magnas tuis Magdeburgenſibus plagas, & inſignis mendacij notam inflixit; quem, vt idololatram, notarunt, quòd Sanctorum opem, rebus laborantibus, imploraſſet. Nec magis reformido tuos Apologeticos. Atq; vtinam optato potireris, & Theodoſij egregium illud

Magdeburgenſiũ de Sozomeno mendacium.

Cent. 4. cap. 13. pag. 1447.

Cyrill lib 6. contra Iulianum.
Plutarch in vita Numæ.
Euſeb de præparat. Euang. lib. 6.
Herod lib. 1.
Strab lib. 15.
Agathias lib 1 hiſtor. Vrſperg in chron.

Chriſtus vt homo rectè pingitur, aut fingitur à Catholicis.

Theodoſio Magdeburgenſes idololatriæ notam, quòd Sanctorum opẽ implorarit, impie iniuſtam volunt.

Cent. 4. cap. 13. pag. 1454.

Cent 4. cap. 13 pag. 1454.

Socrat. lib. 5. cap. 10. illud ſtratagema Principes noſtri hodie ad imitationem traherēt. Qui oblatis à Catholicis atque hæreticis fidei ſuæ libellis, cùm iſti ad publicas omnia diſceptationes referrent, in quibus nec nō in iudicio populari ſemper hoc genus hominum contentioſum, veterum Sophiſtarum more confidit; prudenter ille quidem reliquorum libellos diſcerpendo, publicas altercationes ſubmouendo, ac Catholicam fidem recens Nicæna Synodo confirmatam probando, tum futuras contentiones extinxit, tum omnem pæne Eccleſiam vna veritatis conſenſione, valdè prius debilitatā ac diſſipatam, conſtrinxit. Cuius prudentiam imitatus eſt poſtea, vt diximus, Martianus Imperator. Horum piorum Principum prudētem, ac cautam pietatem ſi Germaniæ veſtræ, ſi Angliæ noſtræ Principes imitandam ſibi propoſuiſſent, ad ipſa certe principia terræ, quæ hodie longe lateque dominantur, Anabaptiſtarū, Lutheranorum, Zuinglianorum, Suenckfeldianorum, & neſcio quæ peſtes obrutæ fuiſſent. Publicæ enim iſtæ diſceptationes, præſertim cùm profani homines earum ad ſe arbitrium raperent, omnem Eccleſiæ diſciplinam, omnem religionem peſſundederunt. Exempla nimis triſtia vbique, præſertim apud Monaſteriū, in Germania tua incurrunt. Exacti primum hac ratione, quaſi diſputatione (quam prudēter recuſarunt) inferiores, Catholici ſunt à Lutheranis; nec dum vertente anno Lutherani iiſdem artibus ab Anabaptiſtis. Mox exorta eſt funeſta illa tragœdia. Multum igitur debemus iſtis, qui Catholicis noſtris principibus, quid facere, quid ſequi debeant, propoſita Theodoſij imitatione, ſuggerunt.

Theodoſii egregium ſtratagema laudatur, et imitandum principibus proponitur: quod licet Apologetici in Anglia probent, maxime tamen eorum inſtituto aduerſatur.

Martianus.

Si principes noſtri ſaeculi ſecuti fuiſſent exemplū Theodoſii & Martiani in rebus Eccleſiaſticis, non tam latè ſerpſiſſent hodie hæreſes.

Publica cū hæreticis diſputationes cur officiant Catholicæ religioni.

Quanti Conſtantinus Crucem fecerit, quamq; admiranda Crucis fuerint illis temporibus miracula. Magdeburgenſium inſignis calumnia contra Helenam, quam fingunt non inueniſſe Crucem, & ſuperſtitioſam appellant propter Hieroſolymitanam profectionem.

CAP. III. IRENÆVS.

MIROR Theodoſium, cùm cetera fuerit Catholicus, in ipſo Chriſtianæ fidei fundamento, in ſigno inquam Crucis, ſine quo non initiamur Chriſto, nihil ſacramentorum rite conficitur, ſine quo nec naſcimur, nec viuimus, nec morimur; adeo ſui diſſimilem factum. An ille fortè non legit, non audiuit, oſtenſam diuinitus in cælo Crucem Conſtantino Magno cum inſcriptione, *In hoc ſigno vince?* quibus velut ſtimulis primū excitatus eſt, cū ad alias res tā præclarè gerendas, tū vel maximè ad Chriſti fidē profitendam. An ille labarum illud Romanū in Crucem à Conſtantino, Chriſto ipſo iubente, cōuerſum nūquam vidit? An prodigiū illud

Crux Conſtantino diuinitus in cælo oſtenſa.

Euſeb. in vita Cōſtantini lib. 1. 2. 4.

Labarum Romanum in Crucem Chriſti à Conſtantino conuerſum.

illud nunquam auribus accepit, quò, cùm labarum telis vndique eſſet oppletum; is tamen, qui illud in bello portauerat, ab omni vulnere fuerat immunis? An ille forſan nec lectione nec auditione cognouit Conſtantinum Magnũ ſola Cruce pro vexillo vſum,

Signifer Conſtantini miſſ.e conſeruatus.

omnem orbem à Britãnico Oceano ad Indicum aut imperio Romano adiecisse, aut ſibi certè amicum conciliaſſe? An ignorauit illε crucis ſupplicium antè in Romana republica vſitatum, ab eo ad Crucis Chriſti honorem ſublatum? Nec vidit fortè, aut audiuit de numis, quibus Conſtantini mandato crucis figura impreſſa erat, quos ad aliquot poſtea ſæcula duraſſe conſtat? Nec de clariſſima atque ornatiſſima Conſtantini matre Helena quicquam fortè acceperat? quæ diuinis monitis excita, Hieroſolymam longo itinere profecta eſt; Crucemque in qua Chriſtus delicta noſtra expiauit, ab Ethnicis ſub ima terra multo aggere ſuperſtructo, & ſuperficie loci lapidibus cõſtrata, defoſſam diuinitus inuenit. CRIT. Helenam illam veſtram ſuperſtitioſam fuiſſe mulierem, nec ſatis de Crucis illa inuentione conſtare, video: quippe quam primus Ambroſius prodiderit, eo tamẽ libro, quem ei Eraſmus certò adſcribere non audet.

Crucis ſupplicium in Romana republ. ſublatum ob honorem Crucis Initii. *Sozom lib. 1. cap. 8.*

Numiſma Crucis figura ſignatum.

Helena diuino iuſſu Hieroſolymam peregrinata, Crucem ibi inuenit.

Magdeburgenſiũ in Helenam impia calumnia. *Cét. 4 c. 13. pag 1438.* *l. e Theodoſii obitu.*

IREN. Quid? an iſtis tam gregarius eſt & vilis Ambroſius, vt illius teſtimonium apud eiuſmodi Ariſtarchos nihil præponderet; in re præſertim tam celebri, nec multum ab illius memoria propter vetuſtatem remota? Quæ non dubium recens adhuc in omnium pectoribus inſedit. Hæc igitur ille ſiue ex patrum memoria, ſiue ex annalium monumentis hauſerit, cur apud nouos iſtos Rhetores credibilia non viderẽtur, nihil illi quidem dicunt. Nam quòd illam Ambroſij orationẽ de obitu Theodoſij nobis eripere conantur ex Eraſmi cenſura; miror tot Argos nulla veſtigia, nulla indicia patefeciſſe eius loci, vbi hæc Eraſmus ſcripſerit. Certè cenſuræ illius (in eis quos ego hactenus vidi libris) nihil tale oſtendunt: &, quod iſtos euertit, Magdeburgenſes ipſi, cum libros omnes antea Ambroſij recitaſſent, & nothos atque adulterinos ex cenſura ſubmouiſſent, hanc orationem integram atque intactam relinquunt. At enim quid ſi Eraſmus ita pronunciaſſet? an fuiſſet ſublata omnis prouocatio? An eius ſemper ſententiæ ſine exceptione acquieſcendum? CRIT. Remitto iam tibi hanc de Ambroſio litem, donec iſti locum indicarint, vbi ex Eraſmo hauſerint. Euſebium verò miror prætermiſiſſe iſtam Crucis inuentionem in vita Conſtantini; præſertim cum de Helena & loco ipſo Chriſti reſurrectionis repurgato meminerit? *De hac verò ne verbum quidem fecit; & videretur eius prorſus ignarus fuiſſe, niſi in Chronico eius hæc exſtarent annotata: Anno Domini trecenteſimo vigeſimo quinto, imperij Conſtantini decimo ſexto, Helena Conſtantini mater, diuinis monita viſionibus, beatiſſimum crucis ſignum, in quo mundi ſalus pependit, apud Hieroſolymam reperit. Verùm quàm facilè hæc à poſterioribus*

Ambroſii orationem de obitu Theodoſii Magdeburgẽſes ſuppoſititiam cur ſine cauſſa fingant. *Cét. 4. c. 10 in vita Ambroſ. pag. 1150. & ſequentibus.*

Magdeburgenſes ſuorum ipſorum teſtimonio premuntur, vel mẽdacij potius conuincuntur.

Magdeburgenſiũ ſophiſma à negatione negatorium. *Cét. 4. c. 13 pag 1438.*

Euſebius. *Li. 3 de vita Conſtantini cap. 24.*

rioribus inſeri potuerunt? IREN. Quid? An omnia apud omnes, & vbique effundenda? An adhuc ignoras huius nouæ Dialecticæ imbecillitatem, & iſtorum inſidioſas fraudes? Quid ſi eius ne in chronicis quidem Euſebius meminiſſet; an ſolū ipſius ſilentium tantum faciet præiudicium,[1] Ambroſio,[2] Ruffino,[3] Eutropio,[4] Paulino,[5] Sulpicio,[6] Socrati,[7] Theodoreto,[8] Sozomeno, ac[9] Iuſtiniano imperatori (vt alios omittam) celeberrimis ad tempora Conſtātini, & ſequens ſæculum ſcriptoribus, qui hanc inuentionem, & ſigna, quæ ad eam acciderunt, pro ſe quiſque magnificè efferunt; vt reliquorum propterea tot & talia teſtimonia iacere prorſus debeant? Quin & Chryſoſtomus Crucem diu defoſſam, tandem inuentam & per titulum à latronum cruce agnitam prodidit. Qui etſi Helenam non nominet, de ea tamen eum cum reliquis ſenſiſſe eſt veriſimile. An verò quiſquam alicuius in rebus ſincerè perpendendis iudicij exiſtimabit, iſta in Euſebium fraudulenter irrepſiſſe? aut aliud Euſebium de hac tota re ſenſiſſe, quàm quod tanto illi conſenſu cum reliqua Eccleſia ſequuntur? & eos nō potius veteris Eccleſiæ hiſtorias prodere, quā ſua ſomnia nobis exoſculanda obtrudere? Quare nihil dubito Euſebium, licet apertè de cruce inuenta mentionem in vita Conſtantini non faciat; atq; adeo ipſum Conſtantinum de eadem ſenſiſſe in ea, quam ſcripſit Macario Hieroſolymitano, Epiſtola; in qua ampliſſimis verbis diuinam in ſe benignitatem effert, cuius temporibus eam felicitatem conceſſerat, vt tot ſæculis fœdiſſimè abdita paſſionis Dominicæ monumenta in lucem prodirent. Quam rem dicit omnem ſtuporem, & admirationem ſuperare; & tantam eſſe eius beneficij magnitudinem, vt ſi omnes per orbem homines ſimul confluerent ad eam laudibus ornādam, ne minima quidem ex parte eam aſſequi poſſent. Addit præterea, miraculi eius fidem omnem humanam rationem ac cogitationem vincere, & nouis ſe miraculis veritatis fidem declaraſſe, & ſalutiferę ſe paſſionis fidem in lucem protuliſſe. Hæc, aliaque cùm prædicaret Conſtantinus; an non inter cetera hanc crucis inuentionem, quam Euſebius cum reliquis celebrat; & quam arbitror illius ſæculi hominibus nō minus pæne cognitam, ac Conſtantinum ipſum fidem Chriſti fuiſſe amplexum, apertè ſignificaſſe videbitur? Quare quid aliud belli iſti Theologi quàm, præclara cum Ethnicis cōtentione ſuſcepta, certare videntur, vtri Chriſti crucem maiore ignominia afficiant? Illi vt vna cum Chriſto paſſionis Chriſti monumenta perpetua obliuione ſepelirentur, immiſſa terra & lapidum mole exaggerata, in ipſius ſuperficie impudicæ Veneri templum & ſtatuam dedicabant.

Recenſet tot auctores, qui de inuentione crucis mentionem in ſcriptis ſuis fecerunt.

1 *De obitu Theodoſij.*
2 *Lib. 1. cap. 7.*
3 *Rerum Rom. lib. 11.*
4 *Ad Seuerum Epiſt. 11.*
5 *Sacra hiſt. lib. 2.*
6 *Lib. 1. cap. 17.*
7 *Lib. 1. cap. 18.*
8 *Lib. 2. cap. 1.*
9 *In nouell. conſtit. 28.*

Homil. 84. in 19. Ioan.

Chryſoſtomus.

Euſeb. lib. 3 de vita Cōſtantini cap. 29.

Conſtātini magnificum de monumentis Dominicæ paſſionis inuentis elogiū.

Magdeburgenſes videntur cū Ethnicis impiè contendere, vtri Chriſti crucem magis ignominioſe tractent.

Euſeb. li. 3. de vita Cōſtantini cap. 25.

Ruffinus lib. 1. cap. 7.

Templū & ſtatua Veneris erecta ſolo, vbi monumenta paſſionis ſunt recondita.

bant. Iſti ea monumenta inuenta, & eruta ægrè ferunt ac pernegant; nec pro ſua pietate ſic contenti, aqua, igni, ferro, & calamo perſequuntur. Ad hæc cùm è templis Chriſti ipſius Crucem, Sacerdotium, eiúſque antiquam caſtitatem exterminarint; ac nouo ſuo Euangelio freti, Monachorum ac Sacerdotum inceſtum in Eccleſiam, varias que hæreſes induxerint: an non Magdeburgenſes iſti tui antiquum Veneris ſuæ idolum reſtituiſſe quodam modo videntur? An non hac ratione Chriſti Euangelium & Crucem cum Ethnicis obruunt? Sed hic egregiè Apoſtoli ſui Lutheri ſpiritum referunt, qui, ſi omnes diuinæ crucis particulæ penes ſe fuiſſent, iactabat, eò eas ſe proiecturum, quò nemini vnquam hominum foret acceſſus. O dignā nouo Apoſtolatu vocem! Miror interim Magdeburgenſes tuos tam ridiculè, non tam Eccleſiæ quàm ſibi in eadem Centuria cōtrarios, à quibus, velint nolint, extorquebimus, Crucem ab Helena inuentam; idque Euſebium in vita Cōſtantini prodidiſſe. *Helena*, inquiunt, *mulier ſuperſtitioſa, illuc profecta adorandi cauſſa, reperta Domini Cruce, duo templa ædificari curauit: vnum prope Dominicæ natiuitatis antrum; alterum in monte, vnde Dominus in cælos aſſumtus eſt. Euſeb. lib. 3. de vita Conſtantini. Ruff. lib. 1. cap. 7.* Hæc illi. Vt itaque hic ſe ipſi euertunt, dum tam ſanctæ Imperatrici detrahunt; ita idem illis & alibi in alia ſanctiſſima regina eueniſſe videre licet; Theodelindam intelligo, Agillulphi Longobardorū regis vxorem. Quā Gregorius primus magnificis encomiis, nec immeritò, extulit: eius enim potiſſimum opera maritus ipſius, & reliqui Longobardi Chriſti nomen profeſſi ſunt. Quam tamen pij iſti viri *ſtolidam* appellant *& ſuperſtitioſam Baptiſtæ culturam excogitaſſe*; quòd templum *Ioanni Baptiſtæ pro ſe & omnibus Longobardis* extruxiſſet, *vt pro ſe apud Chriſtum intercederet*, eumque illi inuocarent. Quæ conuitia non tam in eam, quā omnes illos, quos heri, cùm hac de re diſceptaretur, patres produximus, recidunt. Sed omitto iam iſtorum fidem & pietatem, quæ nulla eſt: en igitur prudentiam & conſtantiam. A ſe enim, vt ego nihil dicam, quemadmodum in Helena proſternuntur; quippe qui eam reginam in eadem ipſi Centuria aliâs mulierem *pietate & eruditione inſignem*, aliâs *piiſſimam* vocitēt. CRIT. Improbus ſanè eſſem, ſi iam amplius tecum de inuenta Cruce contra tantam auctoritatem contenderē; & neſcio quo modo, quo longius progredior, tanto magis fidem in Magdeburgenſibus noſtris requiro. Sed eſto; inuenerit iam Helena crucem; quare, te precor, Euſebius ac Ruffinus Helenam ſuperſtitioſam appellant? An non propter hunc præpoſterum Hieroſolymis adorandi affectum, quaſi Chriſtus alibi & pari fructu inuocari aut non debeat, aut nō poſſit? anili quadam ſuperſtitione, atque impia fraude Helenam implicatam iudicarunt? Etiam memini, aduerſus ſtultas iſtas Hieroſolymita-

Lutheri impietas in Chriſti crucem.

In ſermone quodam.

Magdeburgenſes ſuo ipſorum teſtimonio conuincuntur.

Cent. 4. c. 6. pag 458.

Magdeburgenſiū in Helenam conuitia.

Magdeburgenſes ſibi aduerſantur

In Theodelindā Reginam Magdeburgenſium conuitia.

Paulus Diacon. de geſt. Longobard. lib. 4. cap. 7.

Cent 6. c 6. pag. 325.

Cent. 6. c. 2. pag. 36.

Ibidem. ca. 3. pag. 67.

ſolymitanas peregrinationes exſtare in Magdeburgēſibus noſtris elegantē Gregorij Nyſſeni Epiſtolam. IREN. Tota via, aut potius toto cælo, atque ab omni religione aberras. Id verò primùm accipito, non Euſebium, non Ruffinum, neu quēquam ex patribus ante iſtos homines præpoſteram aliquam, aut cōmaculatam ſuperſtitione pietatē in Helena ſignificaſſe. Iſtæ ſunt Magdeburgenſium tuorum inſidiæ, quibus imperitos capere conātur. Quo modo enim Euſebius, aut Ruffinus, aliquam huiuſmodi ſuperſtitionem Helenam cōcepiſſe ſcriberent, quam cum reliquis patribus propter virtutem, ac veræ pietatis ſinceritatē ampliſſimis verbis ornant? Cuius ſempiterna memoria, non tam duabus ciuitatibus, altera in Bithynia, altera in Palæſtina, & ipſo Helenoponto, ipſius nomine inſignitis, aureiſq́; numis ipſius effigiem præ ſe ferētibus, quàm veris & ſolidis, quibus ornabatur, virtutum, ac veræ in Deum pietatis laudibus ab obliuionis, & maledicorum iſtorum iniuria vindicatur. Quis auctores, quos recenſui, & alij adeo proſequuntur, vt veteres, quoties egregium ac illuſtrem pietate regem, aut reginā ſimiliter laudare ſtatuerent, nec verius nec ſpecioſius ſe id facere potuiſſe iudicarent, quàm ſola Conſtantini atque Helenæ appellatione. Nemo verò prolixius eam laudat ipſo Euſebio, propter raram prudentiæ ac pietatis præſtantiam, ac potiſſimùm propter hunc Hieroſolymis adorandi affectum, & hoc ipſum iter, per quod in ea illud Dauidis impletum ſcribit; *Adorabimus in loco, vbi ſteterunt pedes eius.* Nā quo modo hanc animi propenſionem in Helena improbaret Euſebius, qui prodidit ſanctiſſimum Cæſareæ Epiſcopum Alexandrum, ex ipſa Cappadocia *voti, & locorum* (in quibus Chriſtus cum Apoſtolis verſatus eſt) *viſendorum cauſſa* Hieroſolymam profectum? Quæ iſti tui doctores verba, εὐχῆς ϗ τῶν τόπων ἱστορίας ἕνεκεν ſuo more diſſimulant: vt non ſit veriſimile, Gregoriū poſtea huiuſmodi profectiones omnino dānare voluiſſe: quod certè nec fecit, nec iure facere potuit. Præpoſterum verò quorundam, qui exiſtimarent Deum perinde alibi precantes non audire, & ſimiles affectus, nec ſine cauſsā improbat. Nec de omnibus generaliter, ſed de viris & feminis, qui ſe ex profeſſo in vitam ſolitariam abdiderunt, loqui videtur. Illud verò ex Cæſarea Hieroſolymitanū Alexandri iter recitat & Hieronymus. Qui huiuſmodi profectionem etiam in aliis inter veræ pietatis laudes refert. *Longum eſt, inquit, nūc ab adſcenſu Domini vſque ad præſentem diem per ſingulas ætates currere, qui Epiſcoporum, qui Martyrum, qui eloquentium in doctrina Eccleſiaſtica virorū venerint Hieroſolymam, putantes minus ſe religionis, minus habere ſcientiæ, nec ſummā, vt dicitur, manum accepiſſe virtutum, niſi in illis Chriſtum adoraſſent locis, de quibus primum Euangelium de patibulo coruſcauerat.* Quò dicit cum ab alio omni orbe, tum ab extrema Britānia religionis ergò

pios

Cent. 4. cap. 10. in vita Greg Nyſſeni pag 936.

Calumnia Magdeburgenſiū contra peregrinationes Hieroſolymitanas ex Gregorio, vt videri volunt, Nyſſeno

Socr. lib 1. cap. 18. Sozom li. 2. cap. 2. Euſeb de vita Cōſtant. lib. 3. cap. 41. & 42. Iuſtinianus in nouella conſtit. 28.

Impia Magdeburgenſium fraudes.

Helena virtus, & pietas à patribus laudatur, & vbique celebratur, quā Magdeburgenſes calumniis & conuitiis impetunt.

Sinod 5. Act 1. & Sinod. 7. Act. 7.

Maxima eſt Regum vel Reginarum laus, vt dicantur ſimiles Conſtantini, & Helenæ.

De vita Cōſtant. lib. 3. cap. 41.

Helena ab Euſebio laudatur propter Hieroſolymitanam religionis ergò profectionem.

Lib. 6. ca. 9.

Alexander Cæſarea Epiſcopus Hieroſolymam voti & locorum viſendorum gratia profectus.

Cent 2. cap. 13. pa. 240.

Gregoriū Nyſſenum non damnaſſe peregrinationes Hieroſolymitanas, ſed præpoſterū quorundam affectum.

De ſcriptor. illuſtr.

Hieronymi teſtimonium de Hieroſolymitana peregrinatione.

Ad Marcellā epiſtola, quæ eſt 17.

Britannos Religionis ergò Hieroſolyma adiiſſe.

pios veniſſe homines. Rurſus; *Venerabantur quondam*, inquit, *Iudæi Sancta Sanctorum, quia ibi erant Cherubim, & propitiatorium, & arca teſtamenti, manna, virga Aaron, & altare aureum. Nonne tibi venerabilius videtur ſepulcrum Domini? Quod, quotieſcunque ingredimur, toties iacere in ſindone cernimus Saluatorem; & paullulum ibidem commorantes, rurſus videmus Angelum ſedere ad pedes eius, & ad caput ſudarium conuolutum. Cuius ſepulcri gloriam multo antequam excideretur a Ioſeph, ſcimus Eſaiæ vaticinio prophetatam, dicētis; Et erit requies eius honor: quod ſcilicet ſepulturæ Domini locus eſſet ab omnibus honorandus, &c. Omnes denique*, inquit, *ſcripturæ Hieroſolymam ſanctam nominant ciuitatem, & Pſalmiſta præcipit: Vt adoremus in loco vbi ſteterunt pedes eius.* Vbi adorare partem eſſe fidei dicit, & quaſi recentia natiuitatis & Crucis, ac paſſionis videre veſtigia. Et Paulinus eius æqualis, *Non aliter*, inquit, *affectus homines ad Hieroſolymā rapit, niſi vt loca, in quibus corporaliter præſens fuit Chriſtus, videant atque cōtingant: poſſintq́; & de ſuo fructu edicere: Introiuimus in tabernacula eius, adorauimus in loco, vbi ſteterunt pedes eius.*

Sepulcrum Domini.

Pſal. 131.

Paulini teſtimonium de eadem peregrinatione.

Ad Macariū.

Quàm longè Magdeburgenſes & Apologetici abſint à fide & religione Conſtantini Magni. Multæ cauſſæ afferuntur, cur non ſit credibile Theodoſium talem legem ſanxiſſe, qualem Euangelici obtendunt.

CAP. IIII. IRENÆVS.

ECCE igitur tibi egregios tuos hiſtoricos, quippe quæ aliis Hieronymus, & Helenæ Euſebius ſummæ laudi, ea iſti peruerſæ ac deprauatæ religioni tribuunt. Quos velim ſecum diſpicere, quo modo hæc eorum oratio aut cum Balæo noſtrate (qui ex eorum grege eſt) qui Helenam omnibus doctrinæ ac pietatis laudibus mirificè extollit; aut cum ipſorum epiſtola cohæreat, quā illuſtriſſimæ reginæ noſtræ dedicarunt; in qua Cōſtantinum, vt ſingulare Britanniæ ac veræ religionis exemplum proponunt, cum matrem ipſius tam laudatam, & vnicum inter feminas Britanniæ ornamentum inter ſuperſtitioſas ac delitas anus turpiter reiiciant. Quo nomine non video, nos Britannos multam iſtis debere gratiam. Sed mittamus Helenam paullulum, & ſolū Conſtantinum reſpiciamus; quem miror iſtos noſtratibus voluiſſe proponere, à cuius veſtigiis tam ipſi, quā illi, tam longè aberrant. Conſtantinus quāto in honore crucē habuerit, iam diximus. Cuius vſum Magdeburgenſes pro ſolita pietate ac fide ad Mōtaniſtarum errorem reuocant. Germani verò tui, quod factum audio Baſileæ & alibi, reuerendum illud trophæum cum reliquis Sanctorū Imaginibus publicè per ingentes ſtrues (id quod in Anglia quoque factum ſcio) ignibus (horreſco referens) tradidere. Quod quid aliud eſt, quàm iterare Chriſti paſſionē, & totius Chriſtianæ religionis cōuellere fundamentū? Non aliter ſanè quā in republica contingere ſolet,

In Cent. de Brit. ſcript.

Balæi Euāgelici cum Magdeburgenſibus diſſenſio de Helenæ doctrina & pietate.

In præfat. Cent. 4.

Magdeburgenſes ſibi non cōſtare.

Cā. 3. c. 10. pag. 140.

Euangelicorum Baſileæ, & in Anglia in Chriſti Crucem & Sanctorum imagines exſecranda impietas.

ſolet, concitata, ac conflata per turbulentos ciues aduerſus principem ſeditione; primùm imagines eius, ac alia id genus ornamenta inuadunt, deturbant, diſſipant. Nec minus certè iſta aduerſus ipſum Chriſtum, & ad veram eius religionem labefactandam ſeditioſa ac tumultuoſa via eſt. Moris eſt apud varias nationes, ſi quis demortuus, aut abſens, læſæ maieſtatis reus peragatur, memoriam hominis per imaginem eius publicè dehoneſtatā, ac traductam, & ſuſpendij, incendij, ac ſimilium pœnarum ignominia affectam damnare. Tātam igitur in media Europa iniuriā Chriſto innocenti ac Seruatori noſtro irrogatam, quis ex animo Chriſtianus non ex animo deteſtabitur? Quod ſi Britannorum minus, Anglorum verò facta, exempla, inſtituta magis ad ſe pertinere putāt tui Apologetici: en ubi Auguſtinum Angliæ noſtræ Apoſtolum, ac ſocios eius, præeunte Cruce, & veneranda Chriſti Imagine, fundamēta Chriſtianæ fidei in Anglia iacientem. Et quamuis iſti, neſcio quo pietatis prætextu, tegere ſuam impietatem velint; nihil ſanè aliud eſt huiuſmodi actio, quàm ſub figura Chriſtianorum hominum, feritas quædam, & belluarum immanitas. Quam vt certius intelligas, dicam, quod aliquando hiſce auribus hauſi. Incidi in hominem huius factionis, & orto, vt fit, de cruce Chriſti ſermone, cuius ille aſpectum ferre non potuit, cùm rogaſſem, cur tātopere ab ea abhorreret, eſſe enim fructuoſum & ſalutare Chriſti paſſi monumentum. Quid ſi, inquit, pater meus ſuſpendio periiſſet, nunquid ideo crucibus totam meam domum ad patris memoriam replerem? Alios verò rectè noui, qui nulla ratione induci potuerunt, vt crucem in frontibus imprimerent. Sed videamus reliqua, in quibus Magdeburgenſes, & Apologetici in Anglia tui Conſtantinum ſuum imitantur. Conſtantinus Antonium, & Vitum Monachum, & virgines Deo dicatas plurimi fecit, ſuſpexit, admiratus eſt; ac illis ex publico ſumtus præbuit, magniſq; priuilegii hoc genus vitæ ornauit: Magdeburgenſes verò & Apologetici hoc genus hominum cane & angue peius oderunt, Quorū magna quidē Theologiæ pars in eo ponitur, vt huiuſmodi virginū, & piorū hominū Monaſteria ab optimis principibus condita, iam tandē euertātur: cū tamē Athanaſius palā fateatur, accuratam iſtā virginitatis inter Chriſtianos obſeruationē magnū argumentū præbere, eos, qui eā amplectuntur, in optima religione verſari. *Nuſquā alibi* (inquit) *ſanctum illud & cæleſte æternæ virginitatis mandatum feliciter impletur, niſi duntaxat apud nos Chriſtianos. Atque in eo magnum documentum eſt planè apud nos eſſe veram religionem. Has* (virgines videlicet) *prior reliquis omnibus beatæ memoriæ religioſiſſimus pater tuus Conſtantinus Auguſtus in pretio babuit*. Hæc ille: vt ſi cetera, quæ proh dolor, nimiū ſuppeditāt, argumēta deeſſent, vel hoc ſolū veſtram religionē non eſſe ſatis probatam, facilè demōſtraret.

Mos alicubi dānādi quempiam vel abſentē vel mortuum ſi conuictus fuerit læſa maieſtatis.

Vſus Crucis & Imaginis Chriſti iam inde ab initio fidei in Anglia.

Beda hiſtor. Eccleſ. Angl. Lib. 1. cap. 25.

Impia cuiuſdam Euangelici in Chriſti Crucem contumelia.

Euangelici Chriſti crucē quàm horreant.

Monachi Sanctimoniales.

Magdeburgenſes & Apologetici quātum diſſentiant in rebus religionis & doctrina fidei ab optimo Imperatore Cōſtantino.

Euſeb. in vita Conſtan. lib. 4.

In Apolog. ad Conſtant. Imperatorē.

Athanaſius.

Virginitas.

Conſtan-

Conſtantini defuncti animam populus precibus Deo commendauit; & gratum illi in eo officium impendit: at eas Magdeburgenſes & Apologetici tui preces exſecrantur. Conſtantinus docuit milites ſuos Romana lingua precari: Apologetici dicunt, hanc linguam eſſe *barbaram*, & contra Pauli præceptum Anglos ea in publicis precibus vti. Conſtantinus noluit Epiſcoporum, & cauſarum Eccleſiaſticarum ſe iudicem conſtituere; quas ad Epiſcopos ipſe reiecit: Apologetici tui Reginæ omnem in res tam diuinas, quàm humanas poteſtatem deferunt, aut potius obtrudunt: ac in rebus fori Eccleſiaſtici ab illius arbitrio toti (licet fortaſſis aſſentatoriè potius, quàm verè & ex animo) pendent. Conſtantinus vera Epiſcoporum peccata in vulgus propter exempli præiudicium non euulganda pro ſua prudentia ac pietate putauit: Balæus, cui Anglo Angli tamen præ Britannis ſordeſcunt, noua quadam nouæ huius Theologiæ prudentia, quaſi nouus Cham, patrum pudenda fratribus irridenda reuelat; quibus, vt Semei, petulanter maledicit; nec vera crimina (quod aliquo modo ferendũ eſſet) obiicit, ſed Catholicæ Eccleſiæ integerrimos, ac ſanctiſſimos Pontifices, *ſuperſtitionis, impietatis, ac idololatriæ poculo inebriatos clamitat*. Illud etiam à te quæro, cùm Caluinus, cùm Magdeburgenſes, cùm Brentius; Caluinus quidem Regem Edouardum, cui commentarios ſuos in Eſaiam dedicauit, ad Zuinglianam; Magdeburgenſes Elizabetam Reginam noſtram, propoſito Conſtantini exemplo, ad Lutheranam; Brentius verò ab vtroque (vt videtur) diſſentiens, nos ad fidem quandam aliam & vbiquitatem (vt ita dicam) ſuam diligenter ac ſedulo pertrahere conentur: an non multo præſtitiſſet Anglos meos antiquam illam ſuam fidem conſtanter retinuiſſe, quàm his doctoribus, nõ minus à ſe, quàm ab Eccleſia Catholica diſſentientibus aures præbuiſſe? & tam multa ferè ſtudia in contraria ſcindi, vt alij Lutheri, alij Caluini, alij Brentij ſectam (quo morbo inſaniæ Germanos etiam tuos laborare tu non ignoras) mordicus tueantur? In quos magiſtros rectè illud Horatianum competit,

Tres mihi conuiuæ propè diſſentire videntur,
Poſcentes vario multùm diuerſa palato.

CRIT. Multa iam à te audio, de quibus poſtea fortaſſis diſſeretur: in iis verò, quæ de Conſtantino dixiſti, non multùm tibi renitor. Sed Theodoſius adhuc totus noſter eſt. IREN. Mirum ſanè fuerit, à tam recenti atque illuſtri Conſtantini exemplo Theodoſium receſſiſſe; vt quantum ille Crucis honorem amplificare, tantum iſte eam deformare, omnemque eius memoriam abolere ſtuduerit. CRIT. Longè tu falleris. nam in hoc edicto perſpicuè oſtendit, diligentem ſibi curam eſſe, vt ſuperni numinis religionem tueretur; quare pietate huc eum productum fuiſſe conſtat.

IREN.

Margin notes (left): *Preces pro defunctis.* — *Preces Romana lingua.* — *Iudicium rerum Eccleſiaſticarũ.* — *Diuulgatio criminum.* — *Balæus nouus Cham & impudentiſſimus ac mendaciſſimus ſycophanta.* — *Euangelici inter ſe diſſentientes ad ſuam quiſq; ſectam nos pertrahere conatur.* — *Diſſenſiones Euangelicorum.* — *De Theodoſii edicto.*

Margin notes (right): *Euſeb. li. 4. de vita Conſtant.* — *Ruff. lib. 1. Eccle. hiſtor. cap. 2.* — *Gen. 9.* — *2. Reg. cap. 16.*

IREN. Eam ergo à Conſtantino abfuiſſe fateris? CRIT. Non id auſim dicere; id potius dixerim, contrarias actiones, vtrinque tamen ab abundanti pietate profectas; laudandam Conſtantini, laudandam Theodoſij pietatem; qui cùm videret hunc crucis cultum ad ſuperſtitionem ac Ethnicum quendam abuſum tendere, vt olim pius Ezechias æneum ſerpentem, ita hic crucem Christi (cuius ille fuit figura) confringi iuſſit. IREN. Cauſſam mihi huius edicti aliquo modo probabilem, ſi modò illud aliquando cōſcripſit, reddidiſti. CRIT. Adhuc an edixerit dubitas? IREN. Quid ni? Cur enim ſuum ipſe edictum nō ſeruauit? CRIT. Accuratè eum id ſeruaſſe nil ambigo. IREN. Quo modo igitur, cùm duces propter immenſam hoſtium multitudinem bellum differendum ſuaderent, reſpondit; ſe, cuius exercitui Christi crux, nihil aduerſarium, eum, cuius copiis ſimulacrum Martis præiret, timere? Quo modo ſigno crucis ſe muniens, eodem ſigno prælij ineundi ſignum dedit? quo modo non tam eius milites, quàm Deus ipſe, immiſſo in hoſtes turbine, qui ventorū impetu tela ex ipſorum manibus extorquebat, eorumq́, ora atque pectora propriis telis grauiter euerberabat, diuinitus pugnauit? Quo modo ſub eius imperio Alexādriæ per ſingulas domos in parietibus, ingreſſibus, poſtibus, feneſtris, & vbique hoc ſacrum ſignum poſitum eſt, inuentis in fundamento templi Serapis litteris Hieroglyphicis, quæ formam crucis referebant? Qua occaſione multi præſertim ex Sacerdotibus Ethnicorum ad arripiendam Christi fidem inducti ſunt. Quo modo, aut qua iuſta ratione tanta ira Theodoſius in Antiochenos exarſit, quibus internecionem minatus eſt, ob Placillæ vxoris ſtatuam populari motu euerſam? An vxoris parcendum, Christi verò imagini minimè parcendum putauit? Cur igitur de iſtis, & aliis hoc tempore Imperatoribus ita ſcribit Hieronymus? *Vexilla, inquit, militum Crucis inſignia ſunt, regum purpuras atque ardentes diadematum coronas patibuli Saluatoris pictura condecorat.*

Cauſſa probabilis, cur edictum illud, quod Theodoſio ab Euangelicis adſcribitur, illius nō eſſe exiſtimetur.

Theodor. lib. 5. cap. 24. Paulus Oroſius aduerſus Paganos lib. 7 cap 35. Ruff. lib. 2. c. 33 hiſtor. Eccleſiaſt. Ruff. lib. 2. cap. 29.

Litteræ Hieroglyphicæ formā Crucis referentes.

Chryſoſto. Hom ad Antioch. 2. 3. & 17. Theodor. lib. 5 cap. 19. Sozom. li 7. cap. 23. Ad Letam.

Placillæ ſtatua.

Hieronymus.

Recenſentur ea, quæ potiſſimum Magdeburgenſes in ſex primis Centuriis proferunt contra Christi Crucem & Imagines.

CAP. V. CRITOBVLVS:

ISTA ſi ſint vera, non video quo modo cum edicto noſtro cohæreant, ſed illam Theodoſij hiſtoriam de ſigno crucis ſuſpectam habeo, quia Centuriæ noſtræ, cùm eam recenſent, de ſigno illo crucis ne minimam quidem mentionem iniiciant: neque ſine cauſſa fide laborare videtur. Fuit ille quidem ſignandi mos *nouus, & paulatim in ſuperſtitionem degenerauit, vt exiſtimarint ſimpliciores magnam vim in ſignatione huiuſmodi ſitam eſſe.* Certè Iuſtini Martyris

Cent. 4. cap. 13. pag. 1454 Cent 16. pag 1542.

Cent. 4 c. 6. pag. 459.

Martyris ſæculò, ne ſignum quidem crucis in Baptiſmo, multo minus oleum veſtrũ adhibebatur. Ac videtur quidem in Victore & Pio Romanis Pontificibus, qui ſimplicem Baptiſmi formam mutarunt, *iniquitatis myſterium incœpiſſe*. Et multa commemorant quarti ac ſequentis ſæculi ſcriptores de cruce, ac eius vſu ſuperſtitioſa.

Centur. 2. cap. 6. de ritibus circa Baptiſmũ pag. 110 & 111. Iuſtinus in Apologia 2.

Ambroſius. [1]Quum Ambroſius, *vexillum diuinum ad remedium peccatorum, ſacramentum ſalutis:* [2]Prudentius, *omne crimẽ pellere:* [3]Ephrẽ, *inſuperabilem Chriſtianorum armaturam,* & alia multa in hunc ſenſum dicunt, *quæ vehementer ſunt contumelioſa in meritum Chriſti, ac pugnant cum fide.*

1 Cent. 4. cap. 4 pag. 302. De obitu Theodoſij.
2 Cathemerinon hym. 6.
3 Libro de panit. [illegible]
Prudentius.
Ephrem.

Auguſtinus. Auguſtinus [4] *de ſignatione Crucis atque alijs quibuſdam ineptijs, valde ſuperſtitioſe (ſi tamen ſunt eius auctoris) loquitur. Quod ſignum niſi adhibeatur, ſiue in frontibus credentium, ſiue ipſi aquæ, qua regenerantur, ſiue oleo, quo chriſmate vnguntur, ſiue ſacrificio, quo aluntur, nihil eorum rite perficitur.* Quæ certè Auguſtino tribuenda non videntur, [5]qui alibi adorationem ad picturas inter res ſuperſtitioſas, & ad prauum Ethnicorum morem refert.

4. Cent. 5. cap. 6. pag. 657. In tract. 118. in 19. cap. Ioan.
5 Cent. 5. c. 6. pag. 645. Lib. 1. c. 34. de moribus Eccleſiæ.
Sine cruce nullum Sacramentum rite perficitur.

Arnobius. Et ante tempora Cõſtantini ſcripſit [6]Arnobius, Chriſtianos, *crucem non colere*; vt non poſſim probare Eugenium Carthaginenſem Epiſcopum, qui vexillo crucis (*vt facilè ſuperſtitionem agnoſcas*) ad fontem Baptiſmi neſcio quo *ritu* (certe qui *nullum habet mandatum Dei*) conſecrandum proceſſerit. Nec [7]Chryſoſtomum quidem, qui ad ſupplicationes argenteas cruces, & ardentes faces, *vt res abiret in ſuperſtitionem, adhibuit. Melior enim fuiſſet vſus auri & argenti quàm in iſtis pompis.* [8]Socratem verò multo minus, qui *ſolus ex vulgari rumore, & teſtimonio incolarum Conſtantinopolis* tradit, Conſtantinum Magnum portionem crucis Chriſti per matrem inuentæ in ſua Conſtantinopoli ſtatua condidiſſe: *ita perſuaſum, quòd ea ciuitas foret ſalua, in qua portio Crucis aſſeruaretur.* Neque enim *ſuperſtitioſa illa opinio Conſtantino pio Imperatori competit, vt qui mediocriter in doctrina Chriſtiana inſtitutus, nouit nullã eſſe in ligno vim conſeruandæ ciuitatis: ſed ſi quid fecit, ad memoriam conſeruandam paſſionis Domini fecit.*

Eugenius Carthaginenſis Epiſcopus.
Chryſoſtomus.
Cruces argẽteæ.
Socrates.
Crucis Chriſti portio in ſtatua Conſtantini.
Magdeburgenſiũ de Conſtantino Magno iudiciũ.
6 Cent. 4. c. 15. p. 1552. Arnob. li. 8. cont. gentes.
7 Cent. 5. c. 6. pag. 653.
8 Ibi p. 650. Socrat. li. 6. cap. 8. Sozom. li. 8. cap. 8.
9 Li. 1. cap. 17. Cent. 4. cap. 13. pag. 1439.

Maximè verò omnium improbo, ac deteſtor illam veſtram conſuetudinem, qua [1]*Chriſti ſtatuam ſepulcro impoſitam, & pſalmis planctam, gutturibus choraulũ largis potationibus irrigatis, tãdem circa diluculum, cum cãdelis ac acclamatione è ſepulcro eripitis, & hinc inde curſitantes circumagitis*: ad Ethnicorum plane ſceleratam imitationem, [2]qui Adonidem, Veneris Amaſium mortuũ, deinde reuiuiſcentem, annua ſolemnitate celebrant. Cum itaque intra hos quingentos annos tanta ſuperſtitionis labes ipſis adeo patribus ſit adſperſa, quos videmus à ſincero & vero cultu tranſuerſim actos, neceſſe eſt, reliquos poſtea ſexti ſæculi ſcriptores, & populum cum eis, altius fœdiusq; huic cœno immerſos, ac quaſi communi

Solemnẽ reſurrectionis Chriſti celebrationem impie irrident Magdeburgẽſes, & conferunt Adonidis cultui.
Adonidis apud Ethnicos cultus.
1 Cent. 4. c. 15. pag. 1514.
2 Hieron. in Ezec. cap. 8.

muni quadam corruptela deprauatos fuiſſe: id quod heu nimis euidenter liquet. Iam enim crucem in publicis incendiis circumferunt, vt inter reliquos Thomas ille Apameenſis Epiſcopus. De qua cruce Euagrius *admirabilem, ſed tamen ſuperſtitioſam hiſtoriam commemorat: qui rogatus à plebe lignum Crucis (ô idololatriam fœdam contra verbum Dei) adorandum, exoſculandum'que prabet. Secutum autem hunc Thomam, de loco in locum migrantem, ignem admodum grandem, lucentem quidem, ſed non comburentem: ſic vt omnis ille locus, vbi Crucis lignum oſtendebatur, ardere videretur: factum'que hoc non ſemel atque iterum, ſed frequenter. Ex Procopio etiam hanc narrationem texit Euagrius: Edeſſæ vrbis ciues in ſumma rerũ deſperatione, cùm iamiam vrbs capienda eſſet per Choſroëm Perſam, Imaginem, quam Chriſtus ipſe fecerat, & ad Abgarum miſerat, & ad foſſam adduxiſſe, & immerſam aquæ contra rogum & ligna abieciſſe: quo facto, dicto citius, ſtruem lignorum in cinerem redactam, & aggerem, quem Choſroës exſtruxerat, vt pedeſtri impreſſione vrbem inuaderet, combuſtum. Sed cùm hæc hiſtoria de Imagine à Chriſto facta, & Abgaro tranſmiſſa, non ſit litteris tradita ab Euſebio Pamphili, qui tamen epiſtola Chriſti mentionem facit, quis non ſuſpicetur inferioribus ſæculis hæc conficta eſſe, vbi nimirum, non tantùm cineres defunctorum, ſed etiam picta imagines cœperunt, adorationem & culturam, quæ ſoli Deo conuenit, expetere, imo extorquere?* [1] Eadem planè ſuperſtitione Conſtantinopoli, cùm ciuilis ſeditio exardeſceret, Sacerdotes *Euangeliorum codices, & venerandas Chriſti Imagines*, in mediã furentis populi turbam protulere, vt vel ad earum aſpectum efferati eorum animi miteſcerent. hoc itaque primum ſæculo templa crucibus replentur. Quare de cruce in templo collocata, ſic cecinit Fortunatus.

Crux benedicta nitet, Dominus qua carne pependit,
Atque cruore ſuo vulnera noſtra lauat.

[2] Iam infantes chriſmate & cruce inſigniuntur. Iam [3] Martyrius panem in furno poſitum ſuperſtitioſè cruce ſignat; eaque [4] Gregorius Turonenſis ignem graſſantem extinguit: ac [5] Gregorius Romanus inſtar magni muneris, Recaredo Vicegothorum regi fruſtum Crucis tranſmittit. Quare cùm tam deprauatè atq; corruptè de his rebus iudicarent homines, exorti ſunt, qui eis egregiè imponerent. [6] Inter quos fuit veterator quidam, qui crucem quãdam, quaſi multis miraculis honeſtatam, ac herbas quaſdam, velut precioſas Reliquias, circumferebat. Simulant tamen ad crucem & Imagines, neſcio quæ, hoc ſæculo miracula; idque inter alios, poſt ſexcentos ferè annos [7] Sigibertus. Scribit enim Imaginem Chriſti furto è templo per Iudæum ſublatam, & contumelioſè ab eo confoſſam, totam ſanguine manaſſe. Vnde Iudæus captus & deprehenſus, lapidibus obrutus eſt. Cuius rei fides ſit penes auctorem. Ita iam tandem apparet, de vſu ſigni crucis, ac præ-

Y ſertim

Cent. 6. cap. 6. pag 347. 348. et c. 7. pag 398. & c. 10. p. 642
Euag lib. 4. c. 26. & 27
Cent. 6. cap. 13. p. 808. & 809.
1 Cent. 6. c. 6. pag 327. Zonaras in Iuſtiniano.
2 Ibid. pag. 330. et 331 Iuſtus Orgelitanus in Cantica.
3 Cent. 6. c. 13. p. 819. Greg. Dialog. lib. 1. cap. 11.
4 Cent. 6. c. 10. p. 727.
5 Ibid. ca. 6. p. 382. & c. 7. p. 398. Greg. lib. 7. indict. 2. epiſt. 126.
6 Cent. 6. c. 5. pa. 322. Greg. Turonenſ. li. 9. c. 6.
7 In Chron. ad annum. 560. Cent. 6. c. 6. pag. 798.

Crux Chriſti incendiis graſſantibus circumgeſtata.
Thomas Apameenſis Epiſcopus.
Signum crucis adoratum.
Per Imaginem Chriſti Edeſſa à Choſroë inuaſa liberata.
Euangeliorum codices, & venerandæ Chriſti Imagines.
Fortunatus.
Martyrius.
Gregorius Turonenſis.
Gregorius Primus.
De impoſtore quodam crucigero.
Imago Chriſti à Iudæo confoſſa ſanguinem emiſit.

Montaniſtæ. *Tertullianus.* *Cent. 3 cap. 10. p. 240.*

ſertim decantatis illis veſtris per eã miraculis, nihil certi, aut ſolidi his totis ſexcentis annis inueniri: aut ſi quid ſit huius generis, poſteriore hoc ſæculo id totũ purioris doctrinę iam peſſum euntis notam eſſe. Quare ex his & aliis multis, præſertim cum Montaniſtæ ac Tertullianus hanc ſigni crucis, vt alias multas in Eccleſiam cæremonias, induxerint, non poſſum vllo mihi modo perſuadere, pium Imperatorem Theodoſium tam fuiſſe ſuperſtitioſum, quàm elegantes veſtri hiſtorici eum faciunt.

Ampliſſima patrum ad 600. à Chriſto annos teſtimonia de Cruce & eius virtute, quæ Magdeburgenſes callidè ſuppreſſerunt. His additur ad nonnulla Magdeburgenſium argumenta reſponſio; vbi multæ obiter eorum fraudes & calumniæ deteguntur.

Cap. VI. Irenævs.

Magdeburgenſes noui Porphyrij, Iuliani, Libanij.

Simplicitas in laude ponitur.

Cicero. *Cicer. lib. 1. officiorum.* *De finibus. lib. 2.*

Magdeburgenſiũ confeſſione amici Crucis ſunt homines ſimplices, vnde conſequitur eos ipſos, qui inimici eiuſdem ſunt, eſſe homines duplici corde, & fallaces.

Homines ſimplicires qui dicantur.

Video te in Illyrici & ſociorum eius lectione detritum: è quibus hanc omnem Theologiam mutuatus es. Ad quam quid ego reſpondeam, hæreo: nec ſatis ſcio, illorũ ne, qui nouos Porphyrios, Iulianos, ac Libanios agunt, an tui me magis miſereat, qui veneno, perinde ac ſi ſalutaris animæ tuæ cibus eſſet, adeo delectaris. Certè omnis iſta doctorum tuorum prudẽtia nunquam efficiet, quin iſtud tuum Theodoſij edictum abrogemus, aut potius nunquam editum oſtendamus. Ac ego quidem primùm intelligere cuperem, quinam illi ſint, quos ſimpliciores appellant. Nam aut longè fallor, vel ex ea ipſa oratione ſibi omnem ipſi fidem abrogant, & Catholicam fidem corroborant. Quid eſt enim homo ſimplex, niſi ſincerus, apertus, nihil tectum, nihil ſimulatũ habens? Sic animũ ſimplicem & amicum dicimus: ſic *viuere ſimpliciter, fideliter, & vitæ hominum amicè*. Sic ſimplex, id quod verum eſt, & ſincerum, cui falſum opponitur, appellamus, vnde Cicero. *Omnia vera diligimus, id eſt fidelia, ſimplicia, conſtantia: tum vana, falſa, ac fallentia, odimus; vt fraudem, periurium, malitiam, iniuriam.* Nihil igitur ægrè ferimus noſtros ab iſtis homines ſimplices, id eſt bonos viros, & ſimplicis veritatis amicos, ſinceros, fideles, (quã ipſa veritas imprudentibus ac inuitis, vt olim Balaam, confeſſionem extorquet) appellari. Ex qua ſtatim conſequitur ipſos, qui tales ſe crucis inimicos oſtendunt, minimè eſſe ſimplices, ſed callidos, verſutos, fallaces, & omni ſimulationis artificio eruditos. Crit. Video iam te verba, ipſa re omiſſa, cui te fortè imparem ſentis, aucupari. Neque te ignorare puto, ſimpliciores hic dici, homines rudes, imperitos, nec valde in rebus diiudicandis acutos, eosque qui facilitate quadam naturæ captionibus maximè ſunt opportuni. Iren. Sit ita, ſi velint: neque enim nos iam eis de Latinitate, ſed de falſa Theologia negocium faceſſimus. Illud itaque magis

gis

gis quæro, an ipſi ſoli eam, quam omnibus patribus inuſſerunt, ſimplicitatis huius notam effugerint? Atque vtinam nihil in eos verè atrocius dici potuiſſet, quàm vt hac nota laborarent. Nunc ſi iſtorum orationem, aut potius incredibilem inſaniam ſequamur, Dionyſius Areopagita, Iuſtinus Martyr, Cyprianus ac Cornelius Martyres, Origines, Tertullianus, Lactantius, Euſebius, Athanaſius, Baſilius cum fratre Gregorio, ac cõiũctiſſimo Achate Nazianzeno, Hieronymus, Ambroſius, Ruffinus, Epiphanius, Eutropius, Ephrem, Prudentius, Auguſtinus, Chryſoſtomus, Victor Vticenſis, Paulus Oroſius, Paulinus, Sulpitius, Cyrillus, Socrates, Theodoretus, Sozomenus, Theodor' Lector, Procopius, Euagrius, duo Gregorij Latini, Romanus ac Turonenſis, Beda (vt reliquos infinitos prætermittam) cum Gordio Martyre, Gregorio Neocæſarienſi, Ioſepho confeſſore, Marcello Apameenſi, Eugenio Carthaginenſi, Martino, Donato Epiſcopo, ac ſanctis illis Monachis, Antonio, Hilarione, vtriſque Macariis, Conſtantino, ac matre Helena, cum Chriſto denique ipſo in hũc ſimplicium numerum ſunt aggregandi: id quod mox oſtendemus. Prius verò illam alteram inſaniam eorum retundere oportet, qua aſſerunt ſigni huius conſuetudinem Conſtantini ſæculo nouam fuiſſe: quod nullam certè veri ſpeciem habet. [1] Dionyſius enim Areopagita huius ſigni, ac Chriſmatis in Baptiſmo vſum Apoſtolorum temporibus frequentem oſtendit. [2] Iuſtinus dum noſtram contra Ethnicos religionem tuetur, nihil dicit *ſine hac figura Crucis adminiſtrari.* [3] Cyprianus ac [4] Cornelius de eo apertè loquuntur. Ac [5] Cyprianus inter alia; *Ozias*, inquit, *lepra varietate in fronte maculatus eſt, ea parte notatus, offenſo Domino, vbi ſignantur, qui Dominum promerentur:* Sic etiam [6] Origenes ac Tertullianus. E quibus [7] Origenes: *Tanta*, inquit, *eſt vis Crucis, vt ſi ante oculos ponatur, & in mente fideliter retineatur, ita vt in ipſam mortem Chriſti intentis oculis mentis aſpiciat, nulla concupiſcentia, nulla libido, nulla ſuperare poſſit inuidia, ſed continuò ad eius præſentiam totus ille, quem ſupra enumerauimus, peccati & carnis fugatur exercitus.* [8] Tertullianus verò cum multos Eccleſiæ ritus, non ſcriptura ſed conſuetudine in Eccleſiam receptos, recenſuiſſet, huius ſignationis conſuetudinem tam vſitatam ſcribit, vt omnes Chriſtianorum actiones ac cogitationes præiret, & quaſi conſecraret; [9] oſtenditq́, Ethnicos Chriſtianis obieciſſe, quòd crucis eſſent religioſi. Ad hæc Conſtantini ætatem hunc vſum præceſſiſſe, oſtendit [10] Lactantius, [11] Gregorius Nyſſenus, & hiſtoria Potamiænæ, ac Euphemiæ Martyrum. [12] In illius hiſtoria Baſilides ſignaculum hoc accipit in Baptiſmo: [13] Euphemiæ verò in carcerem clauſæ hoc ſignum, quod à Chriſtianis tam frequenter adoratur, & formatur, apparuit. [14] Baſilius verò eandem, quã Tertullianus, quæſtionem agitans, cùm multa

Quinam ſimpliciores, id eſt, indes & imperiti, cenſeantur Magdeburgẽſibus hominibus. ſi diis placet politiſſimis, & ingenioſiſſimis; quiſquis ex animo Chriſtianus es, hic lege & indica.

Morem Crucis forma quippiam ſignandi in Eccleſia receptum fuiſſe ante Conſtantini tempora ex patribus contra Magdeburgẽſes oſtenditur.

Dionyſius Areopagita.

Iuſtinus Martyr.

Cornelius.

Crucis vis quanta

Cyprianus.

Origenes.

Tertullianus.

Lactantius.

Gregorius Nyſſenus.

Baſilius.

1 De Eccleſ. hierarchia.
2 Apol. 2.
3 De hæret. baptiſ. ad Iubaianum lib. 1. Epiſt. 12 ad Ianuarium.
4 Apud Euſeb lib 6. cap. 43.
5 De vnitate Eccleſiæ.
6 Homil. 2. in Iob.
7 Orig lib. 6. in Epiſt. ad Rom. In Pſal. 38.
8 De corona milit.
9 In Apolog. Cont. 3. c. 6. pag. 121.
10 Li inſtit. 4. cap. 27.
11 In vita Greg Neoc.
12 Euſeb. in hiſt. Potam. lib. 6. cap. 5.
13 Nicæn. Sinod. 2 act. 4. tom. 2. pag 307.
14 De Spirit. Sanct. cap. 27.

oſten-

oſtendiſſet tradita, non ſcripta, æqua tamen reuerentia ſeruanda; inter alias Apoſtolicas traditiones, quas iſti hodie Euangelici omnes reiecere, ſignandi hunc vſum, quaſi omnium vulgatiſſimum, in hæc verba recenſet: *Vt eius, quod primum & communiſſimum eſt, primam mentionem faciam: ſigno crucis eos qui ſpem collocarunt in Chriſtum, ſignare quis ſcripto docuit?* Cuius tam illuſtris teſtimonij mentio etiam facta eſt, ¹ in præclaris iſtis Magdeburgenſium lucubrationibus: quas ſanè videntur ſtertentes ſomniaſſe. Cùm enim id ipſum, quod docuimus, ipſi ex Dionyſio, Iuſtino, Cypriano, Cornelio, Tertulliano, Origene narrent; quæ eſt iſta ſtupiditas, vel hunc vſum nouum fuiſſe Conſtantini ſæculo, * vel eum Montani magiſterio Tertullianum induxiſſe, audere ſcribere? Quæ oratio vt inexpiabili mendacio, ita ridicula contradictione plena eſt. Montani errores ab Eccleſia iam olim exploſi ſunt: in quos vt nõ nego Tertullianum impegiſſe, ita quæ tradit de venerabili ſigno crucis, de vnctione, de oblatione pro mortuis, & natalitiis Martyrum, à Montano profecta nemo vnquam ante iſtos nouos collapſi Euangelij, ac hiſtoriæ (ſi Deo placet) purioris inſtauratores tam fuit impudens, aut hæreticus, qui id ſcribere, aut dicere auderet. Neque quicquam hic contra Tertullianum dicitur, quod nõ æquè in reliquos patres, præſertim Baſilium, cadat. Quos licet non eadem ſermonis acerbitate inſectetur, in ſinuoſo tamen perfidi pectoris receſſu nihilo melius de illis ſentiunt. Qui cùm pro immani ſuo in Romanam ſedem odio beatos Pontifices Victorem, ac Piũ ſine cauſſa accuſant, certè nihilo ſincerius de reliquis Martyribus ac patribus iudicant; licet quadam vafricie odium ſuum tegant. Quod tamen, velint nolint, ſæpe erumpit, ac præſertim hîc in Cyprianum, quem errare cõtendunt, quòd ſollemnem hunc ſignandi, ac *vnctionis ritum neceſſarium* putet. Nos verò iam antea calumniam illam contra Tertullianum de Martyrum celebritate confregimus. Nec dubito, quin vt beatus Martyr Babylas, ac reliqui Martyres, præclarum, ita Chriſtus ipſe multo præclariorem contra nouos iſtos Iulianos, & ſacroſancti eius trophæi hoſtes triumphum ſit habiturus. Quare videamus, quibus armis noui iſtius Euangelij præcones Chriſti crucem, eiuſq; virtutem oppugnent. Et magnam ſanè illi plagam inflixiſſe videntur, quòd Iuſtinus non recenſuerit in Apologia vſitatas iſtas ſignandi, vngendi, & exorciſmi cæremonias. Sed nunquam deſinunt iſti ab infirma & nugatoria iſta ratione. Quaſi verò Iuſtinus eò reſpiceret, vt oẽs Baptiſmi noſtri ritus Imperatori Ethnico explicaret; quem non docere catechiſmum, ſed eius gladium à Chriſtianorũ ceruicibus auertere cogitabat: aut quaſi qui de baptiſmo mentionem facit, debeat ſtatim omnes eius cæremonias accuratè deſcribere. Quod ſi feciſſet Iuſtinus, nihil aliud quàm porcis margaritas

Magdeburgenſes ipſi ſe mendacij arguunt.

Tertullianum nõ induxiſſe ſignum Crucis in Eccleſiam mutuatum à Montaniſtis, vt impiè mentiuntur Magdeburgenſes.

Baſilius idem, quod Tertullianus, de ſigno Crucis ſcribit.

Victor. Pius.

In Cyprianum Magdeburgenſiũ calumnia.

Quibus machinis vexillum Crucis Chriſti à Magdeburgenſibus oppugnetur.

Iuſtinus Martyr quatenus de baptiſmo egerit in Apologia pro Chriſtianis ad Antoninum Piũ.

1 Cent. 4. c. 6. p. 422. Cent. 2. cap. 6. pag. 111. Cent. 3. c. 6. pag. 125. Cent. 4. c. 6. pag. 421.

** Cent. 3. ca. 10. p. 240.*

Cent. 3. c. 6. pag. 125. Lib. 1. Epiſt. vlt. ad Iannarium.

Cent. 2. c. 6. pag. 110. & 111.

garitas proieciſſet; & fortaſſis maiorem religionis noſtræ cõtemnendæ occaſionem dediſſet. Sed vide iſtorum fidem ac religionem: cùm alia Iuſtini auctoritate, quę vnctionis huius mẽtionem adſpergit, premantur, ex qua nos Chriſtianos χριστοὺς dici, id eſt, inunctos oſtendit; non alia habent ſubterfugia, quàm quòd in Apologia non meminerit, & quòd non exiſtiment hos eſſe geminos Iuſtini libros. Sed nimiùm ſibi blandiuntur, ſi putant, aut ſe Chriſtianos dici debere, qui chriſma, vnde nomen habemus, vt indicat Iuſtinus, adeo irrident; aut diuturnũ poſſe eſſe hoc Euangelium, quod huiuſmodi rationibus nititur. Cuius ſi ſemel fundamenta, fraudeſque principibus, ac populo innotuerint, quod temporis tractu futurum ſperamus; deferueſcent certè iſta hominum, quæ adeo hodie calent, ſtudia. Quare niſi meliores rationes in medium adferant, manebit quoq; ſua Clementi Epiſtola, quã ideo reiiciunt, quòd hanc ſignandi ac vngendi conſuetudinem commemoret. CRIT. Non videtur mihi vel cum veritate, vel ſecum iam conuenire iſtorum oratio, qua huius ſigni vſum Conſtantini ſæculo nouum fuiſſe tradunt: reliqua tamen ſarta tecta, nec aliquo modo à te labefactata, adhuc manent. IREN. Imo magno ſtatim impetu omnia corruent. Interim verò & hoc adiicio; quantũuis verum eſſet, ante Conſtantini tẽpora hanc conſuetudinem non inoleuiſſe, non eam tamen ideo reiiciendam, aut ſuperſtitione fuiſſe contaminatam: niſi fortè tot, quæ recenſui, Eccleſiæ lumina, Magdeburgenſibus tuis faſces auctoritatis ſuæ ſubmittere, eosq; adorare debent. CRIT. An & illi tam ampla, aut tam indigna potius de cruce ſcripſere, quàm Ambroſius, Ephrem, Prudẽtius, Auguſtinus, cum *fide pugnantia*, & ipſius Chriſti merito? IREN. Sed quis ex omnium temporum memoria, tam atrox ante iſtos maledictum in hos patres dicere auſus eſt? Aut quis Chriſtianus talem iſtorum de tantis viris cenſuram æquis auribus audire poterit? Quorum etſi pietas, ac doctrina facilè eos ab huiuſmodi calumniis per ſe vindicet: tamen vt exuberantem iſtorum malitiam, ac petulantiam rectius intelligas, demonſtrabo hæc conuitia non tam in eos, quàm reliquos patres cadere, qui eadem ſentiunt, eadem ſcribũt: vt neminem futurum putem, non dicam tam ſimplicem, ſed tam dementem, qui iſtos deinceps in rebus ſacris duces, ac magiſtros ſibi proponere velit. Exordium itaque mihi huius probationis à Cypriano Martyre ducetur; qui, dum confeſſores partim ad cõſtantiam, ac Martyria generosè obeunda hortatur; partim laudat, quòd fuſtiarum fortiter ſuſtinuiſſent; his deinceps verbis vtitur: *Neq; ad fuſtes Chriſtianum corpus expauit, cuius eſt ſpes omnis in ligno. Sacramentum ſalutis ſuæ Chriſti ſeruus agnouit, redemtus ligno ad vitam æternam, ligno prouectus eſt ad coronam.* Quare non & hîc quoque, perinde ac contra

Iuſtini de Chriſmate teſtimonium inepta ratione negant Magdeburgẽſes.

Chriſtiani vnde dicti.

Clementis Epiſtola à Magdeburgenſibus cur reiecta.

Signandi nos crucε cõſuetudinem nõ reiiciendam, etiamſi ante Cõſtantini tempora non inoleuerit.

Magdeburgenſiũ atrox in patres conuitium.

Patrum de cruce teſtimonia.

Cyprianus.

Queſt. 137. Cent. 2. c. 6. pag. 111.

Epiſt. 3. & 4. Cent. 2. c. 6. pag. 111.

Li. 3. Epi. 26. ad Martyres & confeſſores.

Magdeburgenſiũ in S. Ambroſium conuitium.

Cornelius.

Crucis frequens vſus nõ ſine fructu in prima Eccleſia.

Ambroſium vociferantur: [1] Iſta *certè vehementer contumelioſa ſunt in meritum Chriſti, ac pugnant cum fide.* [2] Cornelius Romanus Epiſcopus, eiuſdem temporis Martyr, non alia magis de cauſſa ſcribit Deum permiſiſſe, Nouatum in fœdam illam hæreſim labi, quàm quòd ſignaculum Crucis, ac Chriſma, in periculo vitæ baptiſmo perfuſus, ac ita Spiritum ſanctum poſtea non accepiſſet. Quam hiſtoriam ne[4] Magdeburgenſes quidem tui reticent.[5] Prima Eccleſia aduerſus venena, feras beſtias, & cetera pericula, hac Crucis armatura vtebatur; qua cum oratione coniuncta omnes terrores ſuperabat.[6] Primæ Eccleſiæ Martyres ſupplicio afficiendi ad hęc arma confugiebant.[7] Ita iuuenem quendam ſupplicantem, manuſque in formam Crucis extendentem, pardales, ac vrſi attingere non ſunt auſi. Ita[1] Chriſtianus ille poëta, de Fructuoſo, Augurio, Eulogio, in hunc modum cecinit:

Manus in formã Crucis extenſa.

Prudentius.

Nexus denique, qui manus retrorſus
In tergum reuocauerant reuinctas,
Intacta cute decidunt aduſti.
Non auſa eſt cohibere pœna palmas,
In morem crucis ad patrem leuandas,
Soluit brachia quæ Deum precentur.

In fronte Armogaſtis Martyris vexillũ Crucis.

[2] Ita cùm Armogaſtis Martyris frontem (in qua vexillum Crucis ſuæ fixerat Chriſtus) Ariani neruis ita deuincirent ac conſtringerent, vt eam vaſtis quibuſdam rugis, quaſi terram ſulco altius impreſſo exaratam, hiulcam reddidiſſent; repẽte, eo in cælum ſuſpiciente, vincula illa quaſi ab altero Sampſone rumpuntur.[3] Quam hiſtoriam cùm poſt eiuſdem perſequutionis beatum confeſſorẽ Magdeburgenſes recitent, à Crucis tamen in fronte conſignatæ mentione, quaſi Dæmones abhorrent, nec eam libro inſerere auſi ſunt. Imo quod longè turpius eſt,[4] cùm eiuſdem temporis præclarus confeſſor Eugenius Carthaginenſis Felici cuidam cæco (quem tota ciuitas nouerat) ad ipſum conſecrati fontis tempus, oculis eius vexillo Crucis conſignatis viſum admirabiliter reddidiſſet; egregij noſtri veritatis vindices,[5] licet huius miraculi meminerint; tamen[6] aquam quidem per eum conſecratam improbant, quia *mandatum Dei*, inquiunt, *nullum habet; & vexilla quoque Crucis, quæ ad eam actionem adhibita ſunt, ad ritum ſuperſtitioſum referunt.* Hunc autem ſollemnem morem conſecrandi fontis, cùm alij patres paſſim, tum Baſilius atque Ambroſius commemorant. A quibus, cũ iſti tui doctores neſcirẽt, quo modo ſe explicarent, cùm rem ipſam non poſſent negare, exclamant ridiculè; non tamẽ *tam horrendæ adiurationes ac prophanationes ſunt adhibitæ, vt poſterioribus ſæculis factum eſt.* Atque vbi ad poſterius ſæculum ventum eſt, ibi opponitur, non exſtare verbum Dei; cùm tamen Deus tam illuſtri documento, fremẽtibus ad id Arianis, voluntatem ſuam demon-

Affectus cæci oculis crucis vexillo conſignatis reſtituitur.

Solẽnis mos cõſecrandi fontis baptiſmi.

Baſilius. Ambroſius.

[2] Cent. 4. c. 4. pag. 302.
[3] Euſeb. lib. 6. cap. 43.
[4] Cent. 3. c. 11. p. 291.
[5] Orig. lib. 3. in Iob. Tertullian. in Scorpiaco.
[6] Baſil. in Gordio.
[7] Euſeb. lib. 8. cap. 7.
[1] Prudent. Periſtephanõ hymno 6.
[2] Victor Vticenſis de perſequut. Vand. lib. 1.
[3] Cent. 5. c. 3. pag. 44.
[4] Victor. lib. 2. de perſequut. Vandalorum.
[5] Cent. 5. c. 10. p. 110.
[6] Cent. 5. c. 6. pag. 653.
Baſil. de Spiritu ſancto cap. 27. Ambr. lib. 2. de ſacram. cap. 5.
Cent. 4. cap. 6. pag. 415.

demonſtrarit. Sed cæca iſtorũ in Catholicam Eccleſiã inuidia nõ patitur, eos tantam lucem æquis oculis aſpicere. Qua non minus fortè aduerſus Victorem, ac alios patres Catholicos, & Eccleſiæ Catholicæ miracula agitantur, quàm olim Iudæi in Lazarum; quẽ cùm Chriſtus à morte excitaſſet, ſublatũ voluere; aut (ne recedã à noſtro Felice) quàm Ariani, qui præ immenſo odio in Catholicos, & hoc ab Eugenio editum miraculum, homicidij cogitationes aduerſus eundem inierunt.

Magdeburgenſes in quo ſimiles Iudæorum & Arianorum.

Ioan. 12.

Producamus iam alios ſimplices viros Magdeburgẽſibus tuis, qui magnas Cruci ineſſe vires, ſcriptis aut facto oſtendere. *Signo Crucis*, inquit Athanaſius, *omnia magica compeſcuntur, veneficia inefficacia fiunt, idola vniuerſa deſeruntur, omnis irrationabilis voluptas conquieſcit, quilibet è terra ad cælos ſuſpicit.* Idem rurſus; *Solo ſigno Crucis homo vtens, dolos Dæmonum à ſe propellit. Veniat, qui iſtorum dictorum experimentum capere velit, & in ipſis præſtigijs Dæmonum, & impoſturis vaticiniorum, & in miraculis magiæ vtatur ſigno Crucis ab ipſis deriſo, nomenq́ Chriſti inuocet; & videbit, quo modo eius rei metu Dæmones fugiant, vaticinia conquieſcant, magiæ & veneficia iaceant.*

De incarnatione verbi, eiúſque corporali aduentu.

Athanaſius.

Crucis Chriſti quanta vis aduerſus omnia veneficia & præſtigias Dæmonum.

Ad iſta verò & ſimilia Athanaſij ac patrum multorum teſtimonia nobiles iſtæ Centuriæ mutæ ſunt. Quæ ita accidiſſe ante Conſtantini ætatem docet Lactantius, cùm, præſente Chriſtiano, qui frontem ſignatam gerebat, Dæmon ſe propterea oracula Imperatori poſcenti reddere non potuiſſe diceret: ac poſtea Gregorius Nazianzenus, cùm in magno Iulianus tremore ac horrore, ne à Dæmonibus diſcerperetur, quamuis deſerta ac prodita religione Chriſti, ſolo ſigno Crucis Dæmones illos fugaret.

Diuinarum inſtitut. lib. 4. cap. 27.

Orat. 1. in Iulian.

Lactantius.

Dæmoni os obturatum præſentia Chriſtiani, cuius frons Cruce ſignata erat.

Gregorius Nazianzenus.

Quod cùm Theodoretus, ac Sozomenus poſt Nazianzenũ, qui Iulianum ab adoleſcentia bellè nouerat, prodiderint; exortus eſt nuper Euangelicus, qui Iuliano patrum perfidia cedens, negaret Dæmonem fugatum crucis ſigno, ſed, cùm eſſet mendax & impoſtor, hanc fugam ſimulaſſe ad confirmandam ſuperſtitionem & magiam. Nec magis ad pietatem facere digitis crucem formare, quàm ſi manibus in aëre circulum deſcripſeris.

Theod lib. 3. cap. 3. Sozom. lib. 5. cap. 2.

Crucis ſigno Dæmonem arte magica euocatũ Iulianus licet Apoſtata, fugauit.

Brentius inimicus crucis Chriſti, perfidia Iuliano parum cedit.

Brent. contra Petrum Sotũ.

Atque huius Magdeburgenſes tui mẽdacij triumphum Brentio deferunt, qui, cùm omnes fere Eccleſiæ ritus, & hũc ipſum odioſè ſugillent; bis tamen in eadem Centuria fatentur huius hiſtoriæ (quod mirum eſt) veritatem, & *Dæmones Crucem Chriſti abominatos fugiſſe.* Neque hanc fugam magus & præſtigiator ipſe, qui euocandorum Dæmonum curam ſuſcepit, negare potuit: licet eã voluerit *ſophiſmate* quodam aliò auertere, vt Magdeburgenſes tradunt, ne videretur propter vllam crucis virtutẽ inita: vt iam, quo ſit nomine dignus Brentius, ab Euangelicis ſuis diſcat.

Cẽt. 4. c. 13. p. 1445. & cap. 15. pag. 1493.

Quanquã eo ſit Brẽtius mago detestabilior ſophiſta, quòd Chriſtianũ ſe profeſſus, cruceq́; Chriſti expiatum; crucis tamen ſignationem ferre nõ poteſt. Nec multo meliore loco Magdeburgenſes tuos conſtituere poſſum:

Brentius mago, qui cum Iuliano Dæmonem euocarat deteſtabilior.

etſi non tam apertè hanc hiſtoriam, vt alias deprauent; cùm Auguſtinum & reliquos patres, omneſque demum Chriſtianos, qui huic ſignationi vim aliquam tribuant, ſuperſtitionis arguere non erubeſcant. Quorum iam, & Brentij cæcæ impietati, ipſa patrum lumina apponamus. Certè Athanaſius non alia magis ratione noſtræ religionis veritatem cõtra Ethnicos adſtruit, quàm ex admiranda iſta crucis poteſtate. Illam tamen Lactantij, cuius mentionem feci *de efficacia crucis*, narrationem (quam & Prudentius recitat) pij iſti patres *ſuperſtitioſam ac anilem* vocãt. Quod cùm dicant, nemo dubitet, de Athanaſio & reliquis patribus idẽ eos ſentire. *Cent. 4. cap. 10. pag. 1030.* Lõgum iam eſſet, ſi hic eorum hiſtoriam explicarem, qui Dæmones, & omnia eorum ludibria his armis ſuperarunt. Quales inter alios reperio [1] Gregorium Neocæſarienſem, [2] Antonium, [3] Hilarionẽ, [4] Ioſephum Cõfeſſorem, [5] Marcellũ Apameenſem, [6] Chriſtianorũ in Perſia Epiſcopum, [7] vtrumq; Macariũ, [8] Martinũ, imo & [9] Iudæũ adhuc in Chriſtũ non renatum. Longũ eſſet recenſere immenſa venerandæ crucis beneficia, ac fortiſſima aduerſus morbos, & alias humanas calamitates præſidia.

1 *Gregor. Nyſſen. in vita eius.*
2 *Athanaſ. in vita Antonij. Hieron. in vita Pauli.*
3 *Hieronymus in vita eius.*
4 *Epiphanius lib. 1 tom. 2. hæreſ. 30.*
5 *Theodoret. lib. 5. cap. 21.*
6 *Theodorus collect. lib 2.*
7 *Palladius in vita eorum.*
8 *Sulpitius in vita Mart.*
9 *Gregor. Dial. lib 3. cap. 7.*
10 *Sulpitius in vita Mart.*
11 *Theodor. in Philotheo.*
12 *Ibidem.*
13 *Palladius in vita eius.*
14 *Ibidem.*
15 *Ibidem.*
16 *De ciuit. Dei lib. 22 cap. 8. tom. 5.*

Morbi ſigno Crucis depulſi. Hoc ſacro ſigno [10] Martinus, hoc [11] Aphraates, hoc [12] Macedonius, hoc [13] Iſidorus, hoc [14] Beniamin, hoc vterq; [15] Macarius deſperatos morbos ab hominibus repellũt. Quin & [16] Auguſtinus feminam quandam, quã medici pro deplorata habebant, ſolo ſigno crucis diuinitus à cancro liberatam, tanquam rem ſibi notiſſimam, refert. Nec mirandum ſi tanta ſit vis crucis, *Terra ſancta Hieroſolymis allata efficax contra terrores Dæmonum.* cùm idem tradat, terram ſanctam à locis ſanctis Hieroſolymorũ in Africam allatam, in domo Heſperij aduerſus Dæmonũ terrores collocatam fuiſſe, locoque Reliquiarum habitam, & ſuo ac aliorum Epiſcoporum conſenſu ibi, vbi repoſita erat, locum orationis conſtitutum, ac paralyticum ibidem ſanatum. [17] Oſwaldus *17 Beda hiſtor. Angli. lib. 3. cap. 2.* rex Angliæ pugnaturus contra infandum Britonum ducem immenſis copiis inſtructum, crucem eminentem erigit: atque in illa *Crucis aſſulæ morbis profligandis ſalutares.* quidem pugna, qui ab eo ſteterunt, victoria potiti ſunt. Crucis verò illius aſſulæ morbis poſtea abigendis ſalutares fuerunt. *18 Greg. Patriarcha Alexãd. in vita.* *Chryſoſtomus.* [18] Chryſoſtomus in via, quam horrendus Leo magna cum hominum ſtrage frequentabat, crucem poni iuſſit: poſtridie ad eam *Leo interfectus.* Leo mortuus repertus eſt. Ad crucem à [19] Gregorio Turonenſi prolatam, ignis qui prius in omnia ſæuiebat, ſtatim ſe remiſit. *19 In vita eius per Clericos Turonenſes in tomis Aloyſii.* Quod cum iſti recenſeant, miror eos aduerſus ſacroſanctam cru- *Ignis extinctus.* cem, cuius tantam fatentur virtutem, quàm ignis ipſe cedendo, innocuum-

innocuumq́ue ſe præbendo, quaſi veneratus eſt, tantò ardore, tanta ira, tanto odio inflammari. [1] Agricolæ ac paſtores à ſerpentibus & venenatis animalibus percuſſi, accepto oleo ab Hilarione benedicto, vulnera ſua tergentes, priſtinæ ſanitati ſunt reſtituti. Concurrebant, Epiſcopi, Presbyteri, Clericorum & Monachorum greges, matronæ quoque Chriſtianorum, & hinc inde ex agris vulgus ignobile, ſed & potentes viri, & iudices, vt benedictum ab eo panem vel oleum acciperent. Idem Hilarion immanem æſtuantis maris tempeſtatem crucis ſigno compeſcuit. [2] Donatus Epiſcopus ſigno crucis immanem & horrendum draconem occidit. [3] Mater Macrinæ ſororis Baſilij tumorem pectoris in ea hoc ſigno diſpulit. [4] Paulinus *Crucis inuictæ ſignum, noſtrami eſſe munitionem dicit*, nec dixit modò, ſed ipſa re oſtendit; cùm cruce ſola oppoſita ignem, qui longè lateq́ue graſſabatur, quem nulla aqua extinguere potuit, obruerit. [5] Is ante Epiſcopatum habuit orationem eloquentiſſimam de laudibus Theodoſij, ob cuius edictum tam altè hæc noſtra oratio repetitur: quem non tam armis, quàm fide admirabiles victorias adeptum docet. Quæ ſi hodie ſupereſſet, non dubito quin in ea apertè cerneremus, quâti Theodoſius ſignum crucis fecerit. [6] Quid iam dicam de illuſtribus ſignis editis ad crucem Chriſti à Iudæis vulneratam? [7] Quid de Edeſſa per Imaginē Chriſti ſeruata? [8] Quid de cruce Apameenſi? de qua & alijs ſignis, quæ tu eleuare conatus es, mox plura dicam. [9] Quid de Iuliano Boſtrienſi Epiſcopo, qui calicem ter digito ſignans, venenum ſine noxa bibit? [10] Chryſoſtomum certè nullo modo præterire debeo, qui cum aliàs ſæpe crucis, & huius ſigni beneficia prædicet, tum peculiari etiam oratione in illius honorem elucubrata, laudes eius effert. Crucem itaque ille inter alias laudes *contra Dæmones trophæum, portum inter vndas periclitantiū, & ſpem Chriſtianorum* appellat. *Alibi verò reges*, inquit, *poſitis diadematis crucem ſuſcipiunt mortis ſymbolum. In purpuris Crux, in diadematis Crux, in precibus Crux, in armis Crux, in menſa ſacra Crux, & in toto orbe Crux, & ſuper ſolem fulget Crux.* Exſtat etiam Sophronij Hieroſolymitani Epiſcopi, annis iam lapſis circiter mille, Hieroſolymis de adoranda cruce ad populū Homilia. In qua eam *Chriſtianorū tutelarem, ac fidiſſimam cuſtodem, & vniuerſorum ex aduerſo occurſantium inſultuum potiſſimam profligatricem* nominat. Quare cū iſta cum reliquis patribus ſcripſerit Chryſoſtomus, iam nō poſſumus non irridere mirificam Magdeburgēſium tuorum frugalitatem, qui, vt frugi patresfamilias videantur, Chryſoſtomum quaſi malè rem gerentem, atque vt hominem profuſum, ac prodigum, & patrimonium Eccleſiæ dilapidantem accuſant: & ad calculum rationemq́ue reddendam vocant. Non meliore ſanè aut prudentia, aut pietate, quàm illi olim, qui exclamabant: *Vt quid perditio hæc*

 vnguen-

1 *Hier. in vita eius.*

2 *Sozom. li. 7. cap. 25.*

3 *Greg. Nyſſ. in vita Macrinæ Frãciſco Zino interprete tomo 2. Aloyſii.*

4 *In vita Felicis Natali. 8. & 10.*

5 *Hier. de viris illuſtr.*

6 *Athan. de paſſione imaginis Chriſti & Nic. Synod. 2. Greg. Turon. de glo. plur. Mart.*

7 *Procopius de bello Perſico.*

8 *Euag. hiſt. Eccleſ. lib. 4. cap. 26.*

9. *Sophro. in prato ſpirituali cap. 94.*

10 *Chryſoſt. Homil. quod Chriſtus ſit Deus.*

Cent. 5. cap. 6. pa. 650.

Matth. 26. Marc. 14.

Oleum benedictum.

Panis benedictus.

Maris tempeſtas ſedata.

Draco interemptus.

Paulinus.

Crucis ſignum murus inexpugnabilis.

Miracula multa ad crucem Chriſti edita.

Edeſſa.

Venenum ſigno crucis innoxiū.

Chryſoſtomi de cruce elogia.

Sophronius Hieroſolymitanus Epiſcopus quid tribuerit cruci.

vnguenti? poterat venundari multo, & dari pauperibus. Cyrillus verò ait, *lignum Crucis nos inducere ad recordationem omnis virtutis, & nos precioſi ligni Crucem facere in memoriam omnis boni.* Atque iſta, multaque alia, quæ prætermitto, à patribus facta & dicta ſunt. Ac de cruce quidem, ſignoque, quod frequenti manus impreſſione in frontibus Chriſtianorum pingitur, ſenſiſſe Ezechielem arbitror, cùm eos ſolos ſeruandos diceret, qui ſignum Thau in fronte gererent. Quorum in numero reponi an vllo iure poſſe exiſtimas Sebaſtianum illũ Munſterum, quanticunque fuerit inter Rabbinos veſtros nominis; qui tantũ abfuit, vt hoc inſigne in fronte præferret, vt ne in Biblijs quidẽ ſuis aliquod eius veſtigiũ exſtare voluerit. An non credibile eſt eius nomen ex libro vitæ deletum eſſe, qui auſus fuit contra communem Latinorum, Græcorum, atque Hebraicorum etiam codicum fidem, hoc ſignum Thau è ſcripturis Diuinis tollere? Sed nos eum Dei iudicio, ad cuius iã ſtat tribunal, dimittamus; & inſtitutum de cruce ſermonem perſequamur. Huc poteram accommodare, quæ Ambroſius Ruffinus, Eutropius, Seuerus Sulpitius, Paulinus Nolanus, Oroſius, Socrates, Theodoretus, Sozomenus, magnificè produnt de miraculis ad Chriſti crucem inuentam oſtenſis. Quam rem vtcunque antea attigimus. Crucis ſanè illius, quæ ſacrum Chriſti corpus attigit, veteres Chriſtiani ſi vel minimam portionen fortè conſequuti fuiſſent, hinc ſe beatos exiſtimabant, eamque omnibus theſauris antiquiorem habebant. Hanc & Romæ adoratam quotannis Beda; miraculis pluribus ſępe adornatam Gregorius Turonenſis, ac Sabellicus tradunt. Quam qui adipiſcerẽtur, Chryſoſtomus valde inde honeſtatos, amplificatos, atque adeo munitos, & protectos iudicat. In illa verò inuẽtæ Crucis hiſtoria iſti pro ſua prudentia, ac auctoritate Sulpitium, ac Sozomenum *nugari* aiunt; quòd mortuum, cui crux illa tum erat impoſita, vitæ redditum ſcribant: quod tamen & beatus ille Paulinus recitat. Certè Ruffinus, Socrates, Theodoretus, Sozomenus feminam quandam morti vicinam, admotam cruci ſtatim conualuiſſe affirmant. Quorum tantum conſenſum, cùm noui iſti Areopagitę viderent, & ſolitæ Dialecticæ præſidio fruſtratos ſe dolerent: Socrates & Theodoretus non habent, nugatur ergo Ruffinus; Ruffinus non habet, nugantur itaque Socrates & Theodoretus: impudenter, iſtos *de ſuo aut aliorum cerebro* hæc addidiſſe, mentiuntur. O cerebroſos homines, & dignos nouæ Eccleſiaſticæ hiſtoriæ architectos, qui iſta ex tam putido cerebro proferunt!

Margin notes:

Cyrillus. — *Lib. 6. cõtra Iulianum.*

Soli ſeruandi, qui ſignũ Thau in fronte gerunt. — *Hieronym. in Ezech 9.*

Munſterus ſuſtulit è Biblijs ſignum Thau. — *Vide Biblia à Munſtero trãſlata & edita Tiguri in 4. apud Chriſtoph. Foſchouerũ 1539.*

Quantum ſit à veteribus Chriſtianis tributum alicui particulæ Crucis, in qua Chriſtus pependit.

Greger. Niſſen. in vita Macrinæ.
Paulinus Epiſt. 11 ad Seuerum.
Gregor. lib. 7. Epiſt 126.
Beda de natura rerum & temp. rat.

Miracula Crucis Chriſti. — *Gregorius Turon in vita Chriſti.* *Sabellicus de ſitu vrbis Venet.* *Chryſoſt. Hom. quod Chriſtus ſit Deus.* *Cent. 4. cap. 13 pag. 1439.*

Mortuus reuixit — *Sulpitius lib. 2. ſacræ hiſt. Sozom. lib. 2 cap. 1.*

Femina ſanitati tactu Crucis reſtituta. — *Epiſt. 11. ad Seuerum.*

Magdeburgenſiũ putida in Ruffinum, Socratem, Theodoretũ, Sozomenum & impudens calũnia. — *Cent. 4. cap. 13. p. 1439.*

Lib. 11. rerũ Rom.

proferunt! Nam ad Eutropium omnibus iſtis antiquiorem eadẽ recitantem conniuent, neque eum nominant, & illis, cùm nihil oſtendant cauſſæ, mendacij tamen notam inurere non verentur. Sed non poſſum valde mirari; quòd Socratem, aut Sulpitium *nugari* hic dicant; cùm auſint perditiſſimi homines ſanctiſſimum illum hominem diuum Martinum, quaſi magum & *necromanticum* irridere. At Socratem dicunt ex vulgari incolarum ſermone repoſitam à Conſtantino crucis particulam affirmare: fateor; ſed ita vt ſcribat, *quotquot fere Conſtantinopolim inhabitant, hoc eſſe verum fateri.* Sed en tibi rurſus ſacroſanctam iſtorum fidem; Eutropium eadem ſcribentem prorſus omittunt, in ſolum Socratem, quaſi recentiorem irruentes. Et ego iam tibi antea quaſi in tabula præclaram iſtorum Rhetoricam de hiſtoriis proditis ex rumore, cùm ageretur de Gregorio mirifico, depictam propoſui. Verum nunc excutiamus paullulum, cur iſta Socratis oratio illis tam abſurda, ac tetra viſa ſit. Neque enim, ſi rectè meminiſti quæ diximus, magis Socratem ob hanc orationem, quàm reliquos, quos recenſui, patres reprehendere poſſunt. Qui cùm tanta, & tam admiranda de ſigno crucis prodiderint; neceſſe eſt, multo eſſe maiora & auguſtiora, quæ ad ipſam Chriſti Crucem, pretioſo eius ſanguine irrigatam, ſæpe diuinitus accidere. Sed hic aliquid debemus Ariſtarchis iſtis, qui ſe ipſos in arce totius prudẽtiæ ac Theologiæ collocant, omnemque orbem ad ſe adorandos inuitant, quòd vel mediocrem in Chriſti doctrina cognitionem Conſtantino tribuant: cui tamen alibi non mediocrem, ſed inſignem pietatem attribuere videntur; vbi *eum de vniuerſa Eccleſia Chriſti optimè meritum* ſcribunt. Quæ certè ſiue mediocris, ſiue excellens fuerit (quam excelluiſſe pij Chriſtiani putant) omne iſtud Magdeburgenſium Euangelium planè condemnat: quam rem antea attigimus, nec iam repetere lubet. Illud verò iam ſolum ad diſquiſitionem reuocabimus, an Conſtantini ipſius facta à Socratis oratione tam aliena fuerint, vt iſti ea videri volunt: quam certè verbis factiſque comprobauit. Cùm enim ſæuo illo tyranno Maxẽtio, quaſi altero Pharaone in flumine demerſo ac ſuffocato, ille Romam à tanta tyrãnide vindicaſſet, ſtatuam ſuam Romæ collocauit, quæ dextra Crucis ſignum elaboratum tenebat cùm hac Latina inſcriptione: *Hoc ſalutari ſigno vero fortitudinis indicio ciuitatem veſtram tyrannidis iugo liberaui, & S. P. Q. R. in libertatem vindicans, priſtinæ amplitudini, ac ſplendori reſtitui.* Conſtantinus, ſola Cruce præeunte copiis, omnem Romani Imperij ditionem ab ipſo occidentali Oceano ſibi acceſſiſſe fatetur. Quod miſerabili ſuo caſu Ethnicus ille tyrannus Licinius ſenſit, & confeſſus eſt; qui milites ſuos cum primis cauere admonuit, vt in belli congreſſu ab inuadenda Cruce abſtinerẽt; cui

Cent. 5. cap. 10. in vita D. Mart. p. 1393.

Magdeburgenſiũ in Socratẽ, Sulpitium & D. Martinum conuitia.

Cent. 4. cap. 13. p. 1439.

Socr. lib. 1. c. 17.

Socrates à Magdeburgenſium calumnia vindicatur.

Cen. 4. c. 13. p. 1440.

In Epiſt. dedicat. Cen. 4.

Magdeburgenſes modò ſcribunt Conſtantinum Magnũ in doctrina Chriſtiana mediocriter inſtructum, modò optimè de vniuerſa Eccleſia Chriſti meritũ.

Conſtantini alia facta quàm cõuenient cũ Socratis narratione de cruce.

Euſeb. de vita Conſtan. lib. 1. ca. 33.

Licinius Ethnicus crucis vim inuictam agnouit.

Idem lib. 2. cap. 16.

cui inſuperabilis quædam virtus ineſſet. Quod ſi iam Licinio, hoſti Crucis, non credant Magdeburgenſes tui: Chriſto ſaltem ipſi crucis auctori credant; qui nocte, quæ pugnam præceſſit cum Maxentio initâ, cū ſigno hoc crucis Conſtantino apparuit, iuſſitque vt labarum, id eſt vexillum Romanum, ad eius formam effin geret, copiisque præferret: fore enim, vt per id omnes vinceret. Vidit præterea Conſtantinus die eam noctem antecedente cum toto exercitu, meridiano tempore crucis figuram in cælo, quæ hanc litterarum formam referebat: *In hoc vince*. Quid iam recenſeam; cùm ſignum illud irruentia vndique tela accepiſſet, iri eaq; defixa hærerent, ad ſigniferum tamen obſtupendo miraculo nunquam penetraſſe, quæ antè attigimus. Quid igitur dixit, aut ſcripſit Socrates à patribus, aut ipſo Conſtantino alienum? Quod iſti non ignorantes, mira grauitate ac ſupercilio, verbis quidem in Socratem, ſed re vera in reliquos patres, ac ipſum quidem Conſtantinum, inuehuntur; quaſi ille aliter, quàm reliqui, crucis ſigno vires ineſſe crederet: quod *ſuperſtitioſum* eſſe, & *nullam vim ligno ineſſe* docent. Sed Eccleſia ante egregias iſtas Cēturias olim, quid de iis rebus rectè ſentiendum fuerat, omnesque hodie iſtorum fraudes ac calumnias, ſatis nouit. Qui toto quingentorum annorum tractu, tātum abſunt, vt dignati ſint, aliqua ex his, aliisq; ſignis, quæ recenſui, deſcribere; vt potius ea omnia velut Ethnici irrideant: prætermiſſuri certè, & quæ Euſebius de Conſtantino ac Chriſti cruce recitat, ſi aliqua fuiſſet euadēdi rima. Quod quia non poterant, eam tamen hiſtoriam, quantum poſſunt, eleuare conantur. Ac propterea neſcio quid de ſuperſtitione loquuntur, nec debere nos exiſtimare *aliquam eſſe in ligno virtutem*. Quaſi verò patres, qui iſta nobis de crucis poteſtate prodidere, non norant rectè colendi Dei rationem? Atque eiuſmodi de patribus opinionem iſtas concepiſſe credibile eſt, quod contra hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, muneriſq; à ſe ſuſcepti officium iſta omnia prætereant, aut potius virulenter eis detrectent. Quod vidimus iam eos antea factitaſſe in miraculis, quæ beati Martyres poſt ſacram dormitionem ediderunt; & quæ in medium afferri oportuit de virtutibus Reliquiarum eorundem eadem planè de cauſſa, ac iſta de cruce, omnia prætermiſiſſe. Quarum rerū narratione cùm, vt diximus, omnium patrum libri abundent, eamque iſti vt ſuperſtitioſam irrideant, facilè quid de eis iſti iudicarint, id eſt, non melius quàm de Socrate, intelligitur. Quid ergo Eccleſia ante iſtorum cenſorum admonitionem ignorauit lignum, nihil aliud quàm lignum; oſſa, nihil aliud quàm oſſa eſſe? Non ignorauit certè. Nihilominus patres ad ea, & per ea Dæmones ac morbos incurabiles diuinitus profligatos affirmant. Lignum in Iordanem ab Eliſeo demiſſum extulit ferrum ſecuris. Oſſa eiuſdem Eliſei ipſo attactu defunctum

Euſeb. de vita Conſtant.

Signum Crucis in cælo oſtenſum Conſtantino.

Idem lib. 2.

Magdeburgenſiū fraudes.

Quæ ſit ſentētia patrum Eccleſiæ de miraculis ad ſignum Crucis Chriſti & Reliquias Sanctorū editis.

4. Reg. 16.
4. Reg. 13.

Act. 19. *Act. 5.* *4 Reg. 6.* *Exod. 14.*

defunctum excitant à morte; Paulj ſudaria & ſemicinctia, atque adeo Petri vmbra morbos abegerunt; Eliæ pallium Iordanem, virga Moſis mare rubrum diſcidit: & nos interim ſacroſanctæ Chriſti Crucis virtuti ac poteſtati inuidebimus? Scimus, ſcimus, à natura nihil tale, ſed totum à bonitate ac gratia Dei profectū: qui creaturis ſuis ad ſuam, & Sanctorum ſuorum gloriam, quando & quomodo vult pro ſuæ poteſtatis amplitudine, vt totius mundi Dominus, vtitur. Oblatā igitur à Deo per ligna, per oſſa, per alia quæcunque Dei gratiam grati amplectimur, exoſculamur, ac veneramur, non ligni, non oſſis ſubſtantiam. Helena, inuenta Cruce, non lignum (id eſt eius ſubſtantiam) ſed eum, qui pependit in ligno, aliis exemplum præbēs, adorauit. Ligna enim & lapides ipſos, tanquam Deos, adorare gentilis fuit ſuperſtitionis. Quam cùm primi illi Chriſtiani Ethnicis obiicerent (illi vt par pari, ita enim putabant, referrent) illis rurſus vicio vertunt, quòd crucem adorarent. Quam hodie calumniam Magdeburgenſes, præclari Ethnicorum diſcipuli, Catholicis intendunt. Atque hinc illa Iuliani vox: *O miſeros, qui Chriſti crucem adoratis!* Quam cum nos adorare negat Arnobius, non tam nos eam, quā eo modo, quo crediderunt gentes, adorare negat. Quanquam non ſunt illa Arnobij verba, quæ Magdeburgenſes citant, quem conſtat tantùm ſeptem cōtra Gentes ſcripſiſſe libros; ſed Minutij Felicis, cuius liber eſt octauus ille, qui Arnobio in quibuſdā exemplaribus minus verè adſcribitur. Minutius igitur in eum, quem dixi, ſenſum; *Cruces*, inquit, *nec colimus, nec optamus. Vos planè qui ligneos Deos conſecratis, cruces ligneas, vt Deorum veſtrorum partes, forſitan adoratis. Nam & ſigna ipſa, &* * cantabra, & vexilla *caſtrorū, quid aliud quàm inaurata cruces ſunt, & ornata? Trophæa veſtra victricia, non tantum ſimplicis crucis faciem, verum & affixi hominis imitantur.* Vnde apparet gentes ipſas ſtatuas pro diis coluiſſe: quod paſſim omnes Scripturæ denuntiant. Et ne quid dicam de imperito populo, Plato ipſe ſcribit ſtatuas ſcitè factas animari à Dæmonibus, & quantumuis Ethnicæ religionis patroni excuſari ſe aliquando conati ſunt, quòd non ſacrificarent ligno aut lapidi, ſed ſuperioribus cæleſtibus poteſtatibus: conſtat tamen, eos diuinum honorem, & eum, qui latria dicitur, ad creaturas trāſtuliſſe; quod Chriſtiani non faciunt. Facilè igitur & Ethnicorum & Magdeburgenſium calumnia repellitur.

Elizei oſſa, Pauli ſudaria & ſemicinctia, Petri vmbra, Eliæ pallium, Moſis virga miracula faciunt.

Deus per creaturas ſuas miracula operatur.

Non ligni et oſſis ſubſtantiam veneramur. ſed diuinam, quæ in illis elucet, vim & poteſtatem.

Cyrill. lib. 6. cont. Iulian.

Arnobij, vel potius Minutij Felicis ſententia de Cruce explicata.

Aliàs. * & labara vexilla. Sic *Petrus Gyllius legit: quē conſule libri tertij de topographia Conſtantinopol. cap. 4. Et aduerſariorum Turnebi lib. 15. c. 16.*

Plato.

De cru-

De cruce & Imaginibus ſententia D. Auguſtini explicatur contra Magdeburgenſes, qui his de rebus illius teſtimonia partim pro ſe allegant, partim calumnioſe eludunt: & oſtenditur, Imagines fuiſſe in Eccleſia ante Auguſtini tempora.

CAP. VII. IRENÆVS.

Magdeburgenſiũ in S. Auguſtinũ conuitia.

Cent. 5. c. 6. pag. 657.

Auguſtinus.

QVARE, dimiſſis iam reliquis, Auguſtinum ab ipſorum calumniis liberemus: qui ita eos quatuor pæne verbis premit, vt totidem in eis mendacia conuincat. Quare irati, *ineptum* eum, ac *ſuperſtitioſum*, prudentes & pij iſti patres appellant. Sed tamen veriti, ne nimio huc calore à prudentioribus prouecti viderentur, cupiũt magis, non videri ab Auguſtino ſcripta. Quod cur dicant, nihil habent. Nam ſi hanc expoſitionem in Euangelium Ioannis ob iſtam cauſſam, certè & alios multos Auguſtino libros, qui eadem recenſent, detraxeris. Audi itaque quid alibi ſcribat. *Hoc enim, Crucis, inquit, ſigno conſecratur corpus Dominicum, ſanctificatur fons baptiſmatis, initiantur etiam Presbyteri, & ceteri gradus Eccleſiaſtici, & omnia, quæcunque ſanctificantur, hoc ſigno Dominicæ crucis cum inuocatione Chriſti nominis conſecrantur.* An & hic quoque (*ſi tamen ſint eius*) clamabunt? Quod ſi fecerint, ferreum iſtud illorũ aureum illud Chryſoſtomi os contundat. *Crux*, inquit, *in fronte noſtra, quaſi in columna quotidie ſignatur, ſic in ſacra menſa, ſic in ſacerdotum ordinationibus, ſic iterum cum corpore Chriſti in myſticis cœnis fulget.* Nobiles itaque iſti Theologi, qui in hunc morem Cruce ſignandi inuehuntur, Ethnicos ſe palàm oſtendunt, & planè ſine fronte, id eſt impudentiſſimos, qui eam Cruce muniri non patiuntur. Quare quantumuis hunc vſum ſuperſtitionis arguant, & Auguſtini teſtimonia Eccleſiæ auferre conentur; audient tamen, velint nolint, contra hanc ſuam impudentiam ab Auguſtino veriſſimum & certiſſimum teſtimonium. *Inſultet*, inquit, *ille* [Paganus] *crucifixo Chriſto: videam ego in frontibus regum Crucem Chriſti. Quod irridet, ibi ſaluor. Nihil eſt ſuperbius ægroto, qui deridet medicamentum ſuum, ſi non derideret, acciperet ipſe, & ſanaretur. Crux illa ſignum eſt humilitatis: ille autem ſuperbia nimia non agnoſcit, vnde ſanetur tumor animæ ſuæ: ſi autem ego agnoſco, in via ambulo. Vſque adeo de Cruce non erubeſco, vt non in occulto loco habeam Crucem Chriſti, ſed in fronte portem. Multa ſacramenta aliter atque aliter accipimus. Quædam, ſicut noſtis, ore accipimus, quædam per totũ corpus accipimus. Quia verò fronte erubeſcitur, ille qui dixit, qui me erubuerit coram hominibus, erubeſcam eum coram patre meo, qui in cælis eſt, ipſam ignominiam quodammodo, & quam Pagani derident, in loco pudoris noſtri conſtituit. Audis hominem inſultare impudenti, & dicere frontem non habeat. Quid eſt frontem non habet? Impudens eſt: non habeam nudam frontem, tegat eam*

Serm. 181. cap. 3. tom. 10.

Signo Dominicæ Crucis omnia ſanctificantur.

Chryſ. hom. quòd Chriſtus ſit Deus.

Chryſoſtomi de ſigno Crucis teſtimonium.

Auguſtini de ſigno Crucis frõti imprimendo certiſſimum contra Magdeburgenſiũ calumnias teſtimonium.

Auguſt. in Pſal. 141.

Crux Chriſti humilitatis ſignum eſt.

Crux Chriſti cur in fronte portetur.

Lucæ 9.

Crux

Magdeburgenſes præ ſe ferunt nihil Chriſtiana ſententiæ.

Crux Domini mei. Eant iam Magdeburgenſes & probent ſe, ſi poſſunt, aliquid Chriſtianæ frontis habere, qui Auguſtinum cũ tot, ac tantis patribus contaminatæ religionis propter huius ſacroſancti ſigni vſum iam impudenter inſimulant, omnemque ſimul cum hoc ſigno veteris Eccleſiæ diſciplinam, ritusque excutiunt. Idem verò Auguſtinus ait: *Catechumenos ſecundùm quendam modum ſuum per ſignum Chriſti, & orationem manus impoſitionis puto ſanctificari, & quod accipiunt, quamuis non ſit corpus Chriſti* (quod iſti per contemtum ſic [*accipiunt neſcio quid*] efferunt) *ſanctum eſt tamē, & ſanctius, quàm cibi, quibus alimur; quoniam ſacramentum eſt: & c.* Quę de pane benedicto, quo hodie Eccleſia vtitur, & quē accipiũt, qui nō cōmunicāt, & quē olim Catechumenis accipere licebat, loqui certũ eſt: de quo iſti ſuo more contemtim loquuntur. Qui tamē Zuinglianorũ, & fortè Magdeburgenſium Euchariſtia longè eſt ſanctior: vnde illis iſta contra Auguſtinũ bilis naſcitur. Neq; te credere velim, Auguſtinũ vllo modo hunc Chriſtianorũ hodie Imagines adorandi morē dānare, aut Imagines illius ſæculo, quod iſti perſuaſum nobis cupiunt, in tēplis nō exſtitiſſe. Qui cũ Nicephorũ reprehendunt, quòd narraſſet, Imaginem Mariæ virginis fuiſſe in templo Mariæ Conſtātinopoli, quod Pulcheria ei ſtruxerat, à Luca Apoſtolo depictam, & deinde adiiciunt: *Sed fabulam reſipit, vt pleraq; alia*; imprudentem lectorem præſtigiis, vt ſolent, circumuenire volunt: quaſi hæc fabula à Nicephoro nata eſſet. Quum tamen ante mille annos hanc Imaginem à Luca effictam tradat Theodorus Lector. Imagines certè Chriſti & Sanctorum nō modò Auguſtini, ſed & ſuperiore ſæculo in tēplis exſtitiſſe, prodidere Athanaſius, Baſilius, Gregorius Nyſſenus, Paulinus, Prudentius, & alij; inter quos Euodium, de quo heri mentionem fecimus, nullo modo præterire debemus. Is inſignē planè narrationem contexuit; qua palàm conſtat Imagines Sanctorum in templis palàm exſtitiſſe Auguſtini ſæculo, idq; in ipſa Africa; nec exſtitiſſe ſolùm, ſed Deo & piis Epiſcopis ſummopere placuiſſe. Cùm enim nundinæ apud Vzalim celebrarentur, repentè horrendus draco, ignemque ſpirans, in cælo apparuit, qui ſe in ipſam turbam ſtatim immiſſurus videbatur. Quare incredibili timore perterritus populus ad templa confugit, diuinā opem aduerſus præſentem calamitatem imploraturus. Poſt preces fuſas draco ſenſim ſe ſubducere, & altius ſe à conſpectu hominum inter nubes abdere cœpit; nec deinceps conſpectus eſt. Poſtridie quidam (qui ignoti mercatoris habitum, formamque præ ſe ferebat) cuidam Eccleſię Vzalenſis Hypodiacono obuius, velum

De peccat. meritis & remiſſ. lib. 2. cap. 26.

Cent. 5 c. 6. pag 654.

Catechumeni quo ritu ſanctificati.

Panis ſacer, qui benedictus vocatur, hodie non communicātibus, olim Catechumenis dabatur.

Imaginibus Auguſtini ſæculo in templis honorē tributum fuiſſe, & Auguſtinum nō damnaſſe, ſed cum Chriſtiani populi morem approbaſſe.

Cent. 5. c. 6. pag 645.

Cent. 5. c. 6. pag 646. Niceph. lib. 14. cap. 2.

Nicephorus temere à Magdeburgenſibus reprehenſus.

Imago B. Mariæ à S. Luca picta.

Imagines Chriſti & Sanctorũ in templis.

Collect. lib. 1.
Athanaſius ad Antiochum quæſt. 16.
Baſilius orat. de Barlaam mart. Epiſt. ad Iulianum, de qua Nicæ. in Synod. 2. act. 3.
Gregor. Nyſſen. in Theodor. Martyr.
Paulinus in Felice.
Prudentius in Caſſiano.

velum quoddam pictum tradidit;in quo Stephani Protomartyris crucem humeris ferentis Imago cernebatur; ante cuius pedes viſebatur immanis quidam draco proſtratus. Imago illa mox in Eccleſia, in qua Reliquiæ D. Stephani conſeruabantur, publicè affixa eſt, quaſi certiſſimum monumentum diuinitus ab angelo aliquo allatum tanti erga ciuitatem beneficij precibus B. Stephani à Deo impetrati. Quare ad velum illud viſendum omnis ætatis,ſexus,& ordinis homines frequẽs concurrebant,Deo & eius Martyri gratias officioſè acturi.Nullo igitur modo credibile eſt (quod iſti ſomniant) Auguſtinum, nec Imaginum veneratione͂, nec earum in templis aſpectum ferre potuiſſe. A quo egregiam regulam de hac omni, & ſimilium rerum veneratione habemus. *Qui verò aut operatur*, inquit, *aut veneratur vtile ſignum diuinitus inſtitutum,cuius vim ſignificationemq́ intelligit, non veneratur quod videtur & tranſit, ſed illud potius, quò talia cuncta referenda ſunt*. Imo potius eo ipſo loco, quem iſti citant, Catholicam Imaginum adorationem videtur agnoſcere;nec eam,ſed Ethnicam quandam ac ſuperſtitioſam arguere. *Noui*, inquit, *multos eſſe ſepulcrorum & picturarum adoratores: noui multos eſſe,qui luxurioſiſſimè ſuper mortuos bibant, & epulas cadaueribus exhibentes, ſuper ſepultos ſeipſos ſepeliant, & voracitates,ebrietatesq́ ſuas deputent religioni*. Quo loco Chriſtianos, qui adhuc ſacrilegas Ethnicorum conſuetudines ad ſepulcra & Imagines retinebant, non hodiernum Eccleſiæ morem damnare eum,palam eſt.Quibus Ethnicorum conſuetudinibus plurimos tum in Africa contaminatos fuiſſe, Auguſtinus * alibi oſtendit,eaſque acriter reprehendit. De Imaginibus planè Petri & Pauli hæc habet. *Credo*,inquit,*quod Ethnici pluribus locis ſimul eos* [Petrum & Paulum] *cum illo* [Chriſto] *pictos viderunt, quia merita Petri & Pauli etiam propter eundem paſſionis diem celebrius & ſollemniter Roma commendat*. Idem verò alibi de Cruce. *Habent Chriſtianorum*,inquit, *arcana Dominicæ Crucis, quaſi quoddam venerabile monumentum, quod de Crucis ipſius Imaginatione Crucem cognominant, quod & nos omni veneratione digniſſimum fatemur, & ad recordationem crucifixi veneramur*. Quæ auctoritas ſiue ex veris Auguſtini libris petita ſit,ſiue non ſit;cùm alium,vt quidam putant,liber ille parentem habeat, non multum refert. Nemo enim pius ſuſpicari poteſt, Auguſtinum vnquam tam fuiſſe impium, vt Crucem Chriſti adorandam negaret.Nam quòd adorationem picturarum reprobat,hoc,vt diximus,non ad receptam Eccleſiæ,ſed aliã quandam peruerſam, & quæ Ethniciſmum potius ſapiebat, adorationem referẽdam iudico:cùm imaginem vel pro Deo, vel pro Dei Imagine,aut alio quopiam ſimili errore homines colũt.Id quod quibuſdam Chriſtianam religionem profeſſis vſuueniſſe Apoſtolorum temporibus, Euangelij tuba Paulus his verbis ſignificare

Imago S. Stephani crucem humeris ferẽtis ab Angelo allata in tẽplo collocatur.

Euodius lib. 2 de miraculis Steph. Protomart.

Regula optima ex Auguſtino de veneratione Imaginum & ſimilium rerum.

De doctrin. Chriſt lib 3. ca.9. tom.3.

Auguſtinum nõ Catholicam, ſed Ethnicam & ſuperſtitioſam in Chriſtiani. quibuſdam Imaginum venerationem arguere.

De moribus Eccleſia lib. 1 c.34. tom. 1.

** Epiſt. 64. ad Aurelium, tõ. 2. & lib. 6. Cõfeſſ. cap. 2. tom. 7.*

Petri & Pauli Imagines.

De conſenſu Euang lib. 1. c. 10 tom. 4.

Crux.

De viſitat. infirm. lib. 2. ca. 3. tom. 9.

Chriſtianos quoſdam olim cum Chriſto idola etiam coluiſſe.

1. Corint. 5.

care videtur: *Si is, qui frater nominatur inter vos, eſt fornicator, aut auarus, aut idolis ſeruiens, aut maledicus, aut ebrioſus, aut rapax, cum eiuſmodi ne cibum quidem capiatis.* Quem Pauli locum dum interpretatur aureum diuinæ eloquentiæ flumen Chryſoſtomus, inter alia hęc ſcribit: *Et quo modo, inquit, qui frater eſt, idololatra eſſe poteſt? Vt Samaritanis aliquando contigit, qui dimidia ex parte pietati adhærebant. Præterea ad Idolorum ſacrificia præludit, contra quæ deinceps pugnaturus eſt.* Hæc ibi Chryſoſtomus. Ex quibus Pauli verbis, & Chryſoſtomi interpretatione apparet, tum temporis fuiſſe quoſdam inter Corinthios, qui claudicabãt in duas partes, neque Dominum ſolum, neque Baal ſolum ſequebantur, ſed vnà cum Chriſto idola colebãt: quos rectè Chryſoſtomus Samaritanos hac ex parte imitari dicit. De quibus in veteri teſtamento hæc referuntur: *Et cùm Dominum colerent, diis quoque ſuis ſeruiebant iuxta conſuetudinem Gentium, de quibus tranſlati fuerant Samariam.* Et paullò poſt ita de eiſdem: *Fuerunt igitur gentes iſtæ timentes quidem Dominum; ſed nihilominus & idolis ſuis ſeruientes: nam filij eorum, & nepotes ſicut fecerunt patres ſui, ita faciunt vſque in præſentem diem.* Quo nefario errore implicitos etiam Gregorij primi ætate Chriſtianos quoſdam fuiſſe, & arbores, aliaque idola more Paganorum adoraſſe, ex epiſtolis eius apparet. Quare cùm Auguſtinus honorem, qui picturis & imaginibus tribuitur, reprehẽdit, non debemus exiſtimare eum Catholicæ Eccleſiæ in venerandis Sanctorum imaginibus morem, qui longè abeſt ab omni ſuperſtitione & Idololatria, ab Auguſtino damnari; ſed alium quendam Imaginum & ſtatuarum cultum, quo quidam abeuntes in deuia Gentium, expreſſam alicuius ſimilitudinem inſtar Dei adorabant, vel aliquo ritu Gentilicio ſuperſtitioſè honorabant. In quem ſenſum Auguſtinus populum Iudæorum fornicatum olim cum Ephod Gedeonis, licet non eſſet *idolum*, id eſt, *falſi Dei ſimulacrum*, ſed vnum de tabernaculi ſacramentis, oſtendit. Catholicos autem longè ab hoc errore abeſſe conſtat: quem Gentilium fuiſſe errorem, his Auguſtinus verbis docet: *Quoniam opera magis, quàm artificem atque ipſam artem dilexerunt, hoc errore puniuntur, vt in operibus artificem, artemque conquirant, & cùm inuenire nequiuerint (Deus enim non corporeis ſenſibus ſubiacet, ſed ipſi menti ſupereminet) ipſa opera exiſtiment eſſe & artem & artificem.* Sanè ſi hoc loco picturas Chriſti, & Sanctorum damnare velimus, neceſſe eſt, vt de ſepulcris quoque Martyrum idem ſentiamus. Quod nemo ſanus dicere poterit, qui tot & tam ampla apud eum teſtimonia de honore Martyrum, ac eorum ſepulcrorum & Reliquiarum legerit: quæ cùm ex aliis patribus, tum ex Auguſtino potiſſimum fieri recenſuimus. Quare apertè conſtat ab Auguſtino non preces ad Martyrũ ſepulcra, nec Martyrum ibidem ſepultorum inuocationem, ſed alias quaſdã Chriſtiano-

Margin notes: Chryſoſtomus. — Tom. 4. — Samaritani colebant Deum, et ſeruiebant idolis. — 4. Reg. 17. — Gregorius. — Lib. 7. Epiſt. 20. lib. 8. Epiſt. 5. — Quæſt. ſuper Iudic. lib. 7. cap. 41. — Idolum quid. — Ethnicorum error in honore Imaginum. — De vera religione cap. 36. — De ciuit. Dei lib. 22. c. 8. lib. 6. confeſſ. cap. 2.

Superſtitio Indorum.

ſtianorum ſuperſtitiones reprehendi; per quas crediderant, iis cibis mortuos in alio ſæculo veſci. Qualis ſuperſtitio inter eas Gentes, quæ recenti memoria in India repertæ ſunt, viguit; vt cibos ad ſepulcra ſecum deferri curarent, quibus veſcerentur, & ſemina, quæ in alio ſæculo ſererent. Quales ſuperſtitiones inter Ethnicos olim viguiſſe, oſtendit Epiphanius, cùm vina defunctis libarent, & nomina mortuorum ſepultorum proferentes, acclamarent: *Surge tu, comede, bibe, & lætare.* Quod fortè & Auguſtinus his verbis indicat; *epulas*, inquit, *cadaueribus exhibentes*. Auguſtinus certè fatetur, habuiſſe Africanos *parentalia ſuperſtitioni Gentilium ſimillima*. Quemadmodum itaque Auguſtinus non ſenſit de conſuetis Eccleſię honoribus ad Sanctorum ſepulcra; ita nec de iiſdē ad Sanctorum Imagines exhibitis ſenſiſſe indicari debet: vt iniuſtè faciant Magdeburgenſes, & antę eos Vueſthemerus, qui Auguſtinum huc deflectunt.

Ethnicorum ſuperſtitio ad ſepulcra mortuorum.

Gonſal. Ferdinand. hiſt. India Occid. Vide cano. 23. conci. Turo. 2. contra eos qui offerunt cibos mortuis. In Ancorato. De moribus Eccleſ. cap. 34. tom. 1. Lib 6. confeſſ. cap. 2. Vueſthemerus in recenſibus locorū.

Oſtenditur malitioſa Magdeburgenſium fraus, qui ita rem tractant, quaſi ſexto potiſſimum ſæculo patres falſa de Cruce, & Imaginum miraculis ſcripſerint: cùm prorſus à primis quingentorum annorum ſcriptoribus ea in re conuincantur erroris & mendacij.

CAP. VIII. IRENÆVS.

EN tibi igitur patres, clarosque ad ſexcentos Eccleſiæ annos ſcriptores, iiſdem ſuffragiis, ſummaque animorum conſenſione in eandem de vſu ſigni Crucis, & eius virtute ſententiam abeuntes. De qua re ſi nihil exſtaret in priorum ſcriptis; nunquid propterea aut poſteriores ſcriptores, aut inueteratū totius Eccleſiæ vſum ſtatim reiecerimus, quia nullis priorum litteris proderetur? Nunc verò cùm plena ſint omnia ſæcula horum exemplorū, impudentiſſimos ſe oſtendunt Magdeburgenſes in his Cēturiis; qui, noua iſta ſua Centumuirali haſta poſita, ſe ipſos contra totam ſexcentorum annorum Eccleſiam iudices obtrudunt, & contra eā noui huius Centuriatus auctoritate ſententiam ridiculè pronunciant: aut potius, vt olim Centuriones ignauos milites, turpiſſimam perpetuæ ignominiæ notam eis inurentes, exauctorarunt; ſic iſti præclarè Cēturiati, & atroci calamo armati, omnes patres, tamquam imbelles & perfidos milites, conuiciis ac mendaciis lacerant ac cædunt. In quo admirabiles ſe Rhetores oſtendunt. Nā in hiſce poſtremis ſexti ſæculi Centuriis, perinde atq; præclaram ex illis quingentis annis, certamque victoriam eſſent conſequuti, huius ſæculi ſcriptores magno faſtu contemnunt, & irrident, & quaſi debellatos in triumphum nobilem agunt. Atque id eò fit, vt quicquid per mille poſtea annos à tota Eccleſia dictum, factū, ſcriptum, aut creditum ſit, nullo ſit iſtis præiudicio, quin ſtatim, ſi

Magdeburgenſiū impudent arrogantia.

Centu-

Centurionibus noſtris non arrideat, vapulet: vt iam ſolos Magdeburgenſes, quaſi Nabuchodonoſoris ſtatuam, aut ſacratiſſimæ Veneris idolum, adorare oporteat. Atqui certè, aſtutè, & acutè iſta ab iſtis ſunt excogitata. Si enim ſtultis ſemel perſuaſerint, fontem illum quingentorum annorum exaruiſſe, ſecuros ſe putant de riuorum deductione, eosque facilè, quamuis longe lateque per mille annorum, & latiſſimos totius Chriſtiani orbis tractus excurrerint, ſe clauſuros ſperant. Sed fruſtra noui noſtri Philiſtini perennem Eccleſiæ Catholicæ fontem obſtruere & obturare conantur: fruſtra ſe tantam primis illis quingentis annis tot patrũ conſpirationem perfringere ac labefactare poſſe ſibi perſuadent. Nec mihi certè multùm à fatuo illo abeſſe videntur, qui iuſſus ab hero exaggeratam quandam lignorum congeriem ſigillatim deiicere, ſolùm infima ligna magno conatu mouere atque auellere contendit. Cuius facti ratio cùm ab eo quæreretur: ſcio, inquit, paucis è fundamento auulſis, reliquam molem vnà ruiturã. Nec maiore certè prudentia, aut meliore iſti ſucceſſu fundamenta ipſa primæ Eccleſiæ conuellere nituntur. His enim ipſis quingentis annis ita obruuntur, vt, etiam ſi poſt ea tẽpora nulla aliunde auctoritas accederet, noſtra ſit victoria: atque eò iſti rediguntur, vt quamuis nihil in ſcriptis tot annorum exſtaret, vel ea ipſa, quæ per Eccleſiã Chriſti ſexto ſæculo contigerunt, homini Chriſtiano abundè ſufficere deberẽt, ne crederet illius Eccleſiæ vſum; aut à primæ Eccleſiæ conſuetudine, aut à diuina voluntate diſſentaneum. Nihil enim aliud fuit ille illius ſæculi vſus, quàm ingens quidam riuus ab ipſo capite accerſitus & ductus. Quare iam videamus, cur Euagrio ac Procopio, & aliis ſexti ſæculi ſcriptoribus fidem detrahant. Quid enim quàm de rebus vulgatiſſimis & notiſſimis eo ſæculo ſcribunt? Aut quid ſcribunt, vt non aliquid prius id genus in Eccleſia contigerit? Certè non diffitentur noſtri centonum conſarcinatores, hęc ita Apameæ contigiſſe, alioqui ſanè ſolita Dialectica vſuri. Cuius præſidium cùm labefactatum viderent (hanc enim hiſtoriam celeberrimus illius temporis ſcriptor Procopius, atque etiam Euagrius, qui interfuit, narrant) ac propterea dolerent pij viri omnes negãdi rimas obſtructas, quaſi à Dæmone afflati, exclamant: *O fœdam idololatriam contra verbum Dei!* Sed vbi eſt illud, ô boni viri, verbum Dei? Aut quid fecit Eccleſia Apameenſis, quod non fecit Antiochena, Hieroſolymitana, Alexandrina, Conſtantinopolitana, atque ſedes Apoſtolica Romæ? Aut quid hæ Eccleſiæ fecerunt, quod non acceperunt à maioribus traditum? Aut cur nec eo ipſo ſæculo, nec mille poſtea annis exortus eſt aliquis ante iſtos Lynceos, qui tantam idololatriã videret, vt Chriſtianos de ea vel leuiter admoneret? Aut quo modo idololatriæ affinis eſt, qui in Cruce, aut per Crucem Chriſti

Magdeburgenſiũ fraus vulpina.

Magdeburgenſiũ iritus cõtra Catholica Eccleſia doctrinam conatus.

Magdeburgenſiũ in Eccleſia oppugnanda fatuitas exemplo idoneo declaratur.

Hiſtoriam rerum in Eccleſia geſtarum ſexto ſæculo, etiamſi alia deeſſẽt ſubſidia, ſatis multa ſuppeditare ad Magdeburgenſium errores, & mendacia cõuincenda.

Cent. 6. c. 6. pag. 345. & 346.

Procop. lib. 2 de bello Perſ.

Euagrius lib. 4. cap. 26. & 27.

Cent. 6. cap. 13. pa. 808.

Magdeburgenſes temere conati fidem Scriptorum ſexti ſæculi imminuere.

Thomæ Epiſcopi Apameenſis de Cruce adoranda factum à Magdeburgenſium calũnia vindicatur.

Magdeburgenſes ſuis ipſorum verbis calũnia conuincuntur.

Cent 6.c.6. pag 376.

Greg. lib. 7. Epiſt. 53.

ſanguine irrigatam (fuit enim iſta Apamcenſis Crux Caluatianæ Crucis fruſtum) Chriſtum pro nobis paſſum adorat, & exoſcula-tur? Nam nos non adorare ipſam materiam, ſed rem ſignificatam, vel inuiti, Gregorio admonente, fateri Magdeburgenſes coguntur. Quin & illud rogo, quare Deus fœdam idololatriam tanto miraculo confirmauit, acquaſi orbi commendauit? Quare rebus Apameorum afflictis atque laborantibus repentè præter ſpem proſpexit? Si ſuperſtitio inſit, cur tanta & tam præclara à tantis patribus ad Crucem, quæ recenſuimus, miracula acciderunt? Aut quo ore panem illum in fornace ſuperſtitioſè ſignatum clamitant? Cùm enim de more Monaſterij panes in furno nõn niſi Cruce prius conſecrati poni ſolerent; idque aliquando incuria prætermiſſum Martyrius intelligeret, accurrit, ſublataque manu panes in furno iam poſitos Cruce cõſignat. Ecce verò mox ingẽs fragor, & ſtrepitus, quaſi aduerſaria poteſtate vi expulſa, auditur; & educti poſtea panes expreſſam Crucis figuram repræſentabant. Quid? an ex hoc facto pium iſtum virum (vt præclari iſti Theologi) ſuperſtitioſum, & non potius perſanctum & religioſum exiſtimabimus; cùm & Deus ipſe tam egregiam voluntatis ſuæ teſtationem tam admirabili oſtento dederit? Aut quid iſti, cur non ſit hoc verum miraculum oſtendũt? Quod certè vel ex tam perfido ipſorum ſilentio verum fuiſſe, etiam ipſi fateri videntur. Qui cùm ſignationem hanc in Martyrio planè reprehendãt; tam eximium euentum, quia iſtorum impietatem penitus conuellit, lectoribus proponere ſunt veriti. Vident, vident certè & ipſi, hæc vera fuiſſe miracula, atque ideo ea mendaciis, ac vafricie quadam extenuare conantur, vt & illud in Imagine Chriſti editum. Quam narrationem ſolito artificio ad Sigebertum referũt: cùm eo ipſo ſæculo illam [1] Gregorius Turonenſis deſcripſerit: atque ideo Gregorij teſtimonium licet [2] bis eam hiſtoriã recitent, callidè ſuppriment. Quæ etiamſi abeſſet, cõſtat tamen idem & ante Gregorij tempora [3] Berytii, & [4] alibi poſtea contigiſſe. Inſaturabile enim eſt Iudæorum in Chriſtum, & eius religionem odium: quemadmodum Deus ſæpe huiuſmodi miraculis oſtendit ad religionem ipſius ornandam atque amplificandam: quæ pij iſti viri nõ minus, quàm ipſi Iudæi, deteſtantur. Exiſtimant verò ſe aliquid inueniſſe, quò miraculi illius apud Edeſſam editi fidem debilitent: Neque enim Euſebius illius Imaginis meminit. Sed nimium iam detriti ſumus in hac noua Dialectica: Euſebius non meminit, ergo non eſt verum; & iam nobis ſordeſcit. Quid enim ſi non acceperit iſtam hiſtoriam ab eo, à quo epiſtolam acceperat? Quid ſi obli-

Martyrij factum in Cruce conſignando panes defenditur.

Magdeburgenſiũ perfidum ſilentium.

Hiſtoria de Imagine Chriſti à Iudæo confoſſa, quæ ſanguinem emiſit, contra Magdeburgenſiũ calumnias aſſeritur.

Miraculũ Imaginis Chriſti Edeſſæ editi quã vanis & nugatoriis ratiunculis conuellant Magdeburgenſes.

Cent. 6 cap. 13. p. 809.

1 *De gloria plurimorum Martyrum cap. 21.*
2 *Cent. 6. pag. 327. & 798.*
3 *Athanaſ. de Imagine Chriſti crucifixi. Nican. Sinod. 2. act. 4.*
4 *Regino in Chronicis lib. 2. an 804. Ioan. Auentinus in Boiaria. lib. 4. Volater. in Anthropologia.*

uione, aut aliis de cauſſis omiſerit? Scimus enim huiuſmodi quiddam ſæpe celeberrimis ſcriptoribus accidiſſe. Vtcunque ſit, ſiue ea Imago à Chriſto ad Abagarum miſſa ſit, ſiue non ſit, non ita multum refert. Certè vndecunque ea prodierit, hoc ingens miraculum celebres illius ſæculi ſcriptores Procopius & Euagrius prodidere. Atqui cùm Choſroës Ethnicus magnitudine miraculi obſtupefactus, ab oppugnatione vrbis receſſerit, & digitum Dei agnouerit; iſti poſt mille annos primi ex omnibus Chriſtianis tantam Dei virtutem inter *miracula ſuperſtitionem, & idololatriā redolentia* reiiciunt. Ad quam tamen non hoc ſolùm tempore, ſed & poſtea ſtupenda deſignata fuiſſe, Græcorum hiſtoriæ produnt, atque inter alios Conſtantinus Græcorum Imperator. At inuentus eſt, inquiunt, impoſtor, qui falſa miracula Cruci vindicarit. Fateor; ſed iam in grauiores impoſtores impoſtor iſte incidit: quorum peccatum multo magis præponderat. Ille enim ad Crucem Chriſti non ignorauit vera miracula oſtenſa, atque ideo facti ſui ſpeciem aliquam habuit; verùm, quia veterator eſſet, atque ſtudio fallendi mentiendique, quod non erat, fingeret, deprehenſus ſtatim eſt, Turonis primùm, deinde Pariſiis, ac vbiq; exactus & exploſus, vt vaniſſimus nebulo. Atque iſta planè oſtēdunt, veras Reliquias in ſumma fuiſſe veneratione; & magnam ſimul Dei benignitatem, qui non paſſus eſt ſuos circumueniri. Quod ſi aliquando contingat, tota culpa in ſolum impoſtorem reuoluitur. Si qui enim imprudentes, vnius Sancti, quæ ſunt alterius, aut nullius fortè, Reliquias venerentur (cùm omnis iſte honor non in rebus viſis ſe ſiſtat, ſed ad ipſos, quorum Reliquiæ eſſe putantur, rectà penetret) nihil certè in eo contra pietatem cōmittunt, quia neque in veris, neq; in falſis quidem Reliquiis iſto modo vlla ineſſe poteſt Idololatria. Ac ſæpe quidem & antiquitus, & noſtra etiam ætate fraudes huiuſmodi impoſtorum in lucem productæ ſunt. Mendacia enim non poſſunt eſſe diuturna. Nam & omnes iſtæ Magdeburgenſium nouæ inſidiæ, atque preſtigiæ, quibus conantur hominum oculis tenebras obducere, ne ſplēdidam verorum in Catholica Eccleſia miraculorum lucem, quæ ad Chriſti Crucem, & ipſius, atq; Sanctorum Imagines per omnem Eccleſiæ memoriam edita ſunt, videant; licet ad tempus leues, indoctos, ac inconſtantes homines ad ſe rei & doctrinæ nouitate pelliceant; detegentur tamen, & aliquando explodentur. Dies enim omnia illorum mendacia debilitabit, venietque tempus (nihil dubito) cùm ipſorum adeo diſcipuli, qui iam Centuriatas iſtas leges, tanquam Idola colunt, & venerantur, tota fraude patefacta, ac per veram antiquitatis narrationem exploſa, magiſtros ſuos crucigero illo longè deteriores vociferabuntur. Qui quæ tota Eccleſia ſemper credidit, & quæ per omnem Eccleſiam

Procopius.

Cent. 6. cap. 13. pa. 809.

Magdeburgenſiū inepta de crucigero impoſtore cauillatio exploditur.

Vide Metaphraſten in tom. 6 Aloiſii in orat. de imagine Chriſti. Cent. 6. c. 5. pag. 312.

Factum crucigeri impoſtoris confirmat Reliquiarum venerationem.

Qua ratione nulla inſit Idololatria in veneratione Reliquiarum, ſiue vera ſint, ſiue falſa.

Mendacia nulla diuturna.

Impoſtura Magdeburgēſium diu latere nō poſſūt, ſed ipſa tandem ſe prodent vnde Magdeburgenſes crucigero impoſtore longè deteriores eſſe innoteſcet.

Innumera pene exſtare de Cruce teſtimonia, quorum hic nulla fit mentio, etiam in illis ſcriptoribus qui intra 600. à Chriſto annos vixerunt.

Centuriæ Magdeburgenſium.

Centuriæ mendaciorum.

Magdeburgenſiũ exſilium.

Catholicam glorioſè facta ſunt, aut nunquam, aut ad ſuperſtitionem augendam accidiſſe, palàm mentiuntur. Etſi verò hæc noſtra de Cruce oratio ſit forſan iuſto prolixior; caue tamen exiſtimes, non adhuc infinita quædam huiuſmodi teſtimonia, idque intra hos ſexcentos à Chriſto annos exſtare. Atq; Magdeburgenſium tuorum impudentia me vel inuitum prolixum fecit; qui in præclaro iſto Centuriatu hiſtorias Eccleſiaſticas ſuo arbitrio fingunt, atque refingunt; & pro veris, atque incorruptis Eccleſiæ hiſtoriis Centurias nobis mendaciorum obtrudunt. Qui tamen Centuriata iſta ſua comitia velut in medio curſu diſſipata dolent, ac de iniuſto ſuo exſilio queruntur. Quibus ego certè omnes optimos ſucceſſus, atque meliorem cum primis mentem opto, neque calamitati eorũ inſulto: id tamen affirmo vel hæc ipſa contra Chriſti Eccleſiam, & patres mendacia nullo exſilio, neq; aliter quàm pœnitẽtia, expiari poſſe. Quæ etſi nulla ſit (quod ſcio) exſilij iſtorum cauſſa; vtinam certè vel hoc velut præclaro ſigno, & bonæ ſpei fundamento nobilis illa ciuitas orbi Chriſtiano oſtenderet, ſe tam impudentibus iſtorum, & tam contumelioſis in Chriſtum, Chriſti Crucem, eiuſque Eccleſiam, ac Eccleſiæ patres mendaciis non fauere. Qui quantumuis pietatem ſimulent, ipſa re veterum patrum ſcripta non meliore loco habẽt, quàm Ouidij Metamorphoſin, aut veras Luciani narrationes. Neque exiſtimet præclara iſta ciuitas, vllam vnquam futuram in ſecta iſta concordiam, aut vllam illius ſpem in alia, quàm Catholica religione ponendam.

Magdeburgenſibus quàm vilis antiquorum patrum auctoritas.

De calumniis & conuiciis Magdeburgenſium contra pias Catholicorum ad ſanctum Paſcha cæremonias. Coniecturæ afferuntur, quid horrenda prodigia, Cruces & aliorum paſsionis Chriſti inſignium in aëre noſtris temporibus viſa portenderint.

Cap. IX. Irenævs.

Magdeburgenſes ridiculè vel potius impiè cæremoniã qua Chriſti reſurrectio quotãnis repræſentatur conferre Gentilicio Adonidis cultui.

Ego verò, vt hoc meum reſponſum abſoluam, illum Catholicorum morem, quo vel Chriſti mortẽ, vel eius à morte reſuſcitationem, certis & ſtatis cæremoniis quaſi ob oculos proponunt, non video, cur Magdeburgenſes tui tam ægrè ferant, niſi fortè non doleant, peccata noſtra tanta & talia fuiſſe, vt non niſi Chriſti morte poſſent expiari; aut non gaudeant, ea iam eſſe expiata, & Chriſto reſurgente, nobis quoque immortalitatis ſpem præclarè oblatam. Nec video cur egregij iſti Theologi Adonidem nobis proponant; niſi fortè Chriſti mortem ac reſurrectionem Adonidis fabulam exiſtiment. Nos certè non deflemus Adonidem, nec vitæ redditum gaudemus; hãc potius totam religionem ad Magdeburgẽſes iſtos, Veneris Amaſios, & qui à Veneris idolo cognomen ha- *Cent. 4. cap. 15 p 1514.*

men habent, reiicimus. Quare hanc omnem eorum orationem non pluris facimus, quàm Adonidis hortos, aut exſecranda Iuliani ac Porphyrij in Chriſtianos conuicia. Nam quod *de irrigatis chorau lium gutturibus* calumniantur, quis non videt aperto conuicio, ac maledicentia huc eos prouectos? Quare ipſi potius viderint, quo maligno ſpiritu ad ita maledicendum Catholicæ religioni fuerint inſtigati. Furere enim apud pios & ſobrios, & quaſi vinolenti bacchari, & temulētos illos olim Iudæos, qui Chriſtianos Chriſti mortem lugentes irridebant, imitari vidētur.

Magdeburgenſes pius omnibus furioſi & temulenti videntur.

Socrat. lib. 7. cap. 16.

Si enim verè credunt, Chriſtum pro peccatis noſtris mortuum, & à mortuis excitatum; cur Catholicorū pios affectus, quib' aut de morte dolorem, aut de reſuſcitatione à mortuis gaudium ſuum aptis & accommodatis cæremoniis teſtantur, irrident, & tam odioſè traducunt? Quod certè faciūt eodem, aut peiore ſanè, ſpiritu, quàm olim Michol, quæ pium Dauidem ridiculè, vt ipſa exiſtimauit, ante arcam ſaltantem contemſit. Cuius ſuperbiam Deus ita vltus eſt, vt poſtea liberos non pareret. Verum iſtos grauior vindicta perculit, in quibus videmus tantam totius virtutis, pietatis, ac Catholicæ fidei ſterilitatē atq; inopiam.

2. Reg. 6. 1. Paral. 15

Magdeburgenſes eodem ſpiritu irridere cæremoniā Reſurrectionis Chriſti, quo Michol olim Dauidem.

Ego verò Deum optimum Maximum precor, vt tandem nos ex alto reſpiciat, & tantas aduerſus venerandam eius Crucem iniurias compeſcat. Nos enim multo iuſtiorem, quàm olim Polycarpus exclamandi cauſſam habemus: *Bone Deus, in quæ nos tempora reſeruaſti?*

Euſeb. lib. 5. cap. 20.

Miſeria & peruerſitas noſtri ſæculi deploranda.

Quibus Euangelij, vt ſibi videntur, inſtauratores omnem hunc Cruce nos ſignandi vſum, alij ſuperſtitioni, alij magiæ, alij idololatriæ adſcribūt: Crucemque Chriſti Idolum appellare non erubeſcūt: nec quicquam intereſſe, Crucis ſignum digito fronti imprimas, an aërem eodem verberes. Ita nobis iam Chriſtus rurſus crucifigi, &, perinde ac Iudæis & Gentibus, Crux nobis ſcandalum & ſtultitia videtur. Et vereor ne hanc horrendam Theologiam, ac nefarium Germaniç tuæ ſchiſma, formidanda illa portenta in cælo ad annum Chriſti milleſimum quingenteſimum primum præſignificarint: cùm in Germania, cruentæ Cruces veſtibus hominum horribiliter cælitus adſpergerentur.

Nauclerus generat. 51.

Cruces ſanguineæ in Germania veſtibus hominū anno Domini 1501. cælitus aſperſa, quid portenderint.

Videntur mihi certè Cruces illæ, totę ſanguine ſtillantes, infauſto quodam omine planè prædixiſſe, Chriſtum rurſus crucifigendum per virulentas, & blaſphemas eorum linguas, qui venerandum eius ſignum Idolum appellant; per impias deniq; eorum manus, qui calamo, igne, ferro, aqua Chriſti Cruces ac Imagines dilacerant, & conterunt. Poſtea verò quàm hoc ſchiſma exſecrandum, longè, lateque propagatum eſt; nónne ad annum Chriſti milleſimum triceſimum primū, incredibili quodam horrore, figuræ Crucis Chriſti, ſpineæ coronæ, lanceæ, aliorumque paſſionis eius monumentorum ſanguineæ in cælo apparuerunt? Sed ne externa tantum commemorem; Anglis quoque

Nauſea de mirab.

meis multa huiuſmodi domeſtica,& recentia,Deo Optimo Maximo viſum eſt,quo eos à ſua in ſalutare ſignum Crucis impietate deterreret,& in viam oues aberrantes reuocaret,immittere oſtenta. Quorum, ſi audire placet, vnum aut alterum non grauabor tibi referre. CRIT. Mihi verò maximè placet. IREN. In Cantia anno M. D. LIX. circiter Pentecoſten, mulier quædam non ignobilis, ſubuculam ſibi induitura, effigiem quãdam Crucis in ea vidit expreſſam;quam cùm ſuſpicaretur vel fortuito aliquo coloris tinctu inductam, vel de induſtria filo intextam,cœpit eam diligentius intueri,ac tandem, re diu multumque conſiderata, comperit non ab humano aliquo artificio, ſed à cæleſti potius influxu promanaſſe. Atque hoc quidem non pro fabula aliqua vulgi ex triuio arrepta, ſed pro vera rei geſtæ hiſtoria ab hominibus cum honeſtiſſimi loci & ordinis, tum maximæ fidei, qui propè domum illius feminæ habitarunt (quorum nominibus,quia hoc ipſi volunt,parco)relatum eſſe ſcio. Sed quoniam hoc non admodum multis fortaſſe innotuit, nolo de eo cũ quoquam præfractè contendere. Illud verò,quod ex alia inſulæ parte eodem anno, ſed paullo antè, menſe nimirum Martio contigerat,omnibus popularibus meis notius eſt, quàm vt quiſquam de eo dubitare, nedum id infitiari poſſit. Annoſa quædam fraxinus in ea regione inſulæ, quam veteres olim *Cambriam*, nos hodie *Vuallіam* appellamus,violento ventorum impetu ita eſt deiecta,vt truncus arboris, licet media ſui parte totus vi tempeſtatis diffinderetur,radicibus tamen adhuc ſuis inhęreſcens,ad ſeptem vſque pedes è terra exſtaret. Ecce verò,cùm ita arbor vaſto hiatu diſtenderetur,in parte arboris interiore Crux humano pede longior apparuit:&,quod magis mirere,eius pars, quæ humi ſtrata eſt, eandem per omnia Crucis figuram referebat. Vt autem res hæc omnibus pæne noſtratibus innoteſceret, inde factum eſt, quòd, cùm Crux illa non ſubitò euanuerit, ſed aliquot annos in eodem arboris trunco,non ſine ingenti intuentium ſtupore permanſerit, magnus foret ac frequens populi tam raræ & celebris rei viſendæ gratia ad eum locum concurſus. Qui verò commodè non potuerunt eò ſe recipere,ij ab aliis impetrarunt, vt eius Crucis vera omni ex parte forma pictoris penicillo expreſſa ipſis exhiberetur. Quorum tam honeſtæ hac in re petitioni abundè ſatisfactum eſt. Nam ſic ad ſimilitudinẽ prototypi efficta eſt Imago,vt omni ex parte illi reſponderet, neq; quicquam,vel augendæ, vel minuendæ rei gratia additum ſit aut detractum. Vnde breui factum eſt, vt omnium ferè percrebeſceret ſermone, nec quiſquam ferè eſſet, qui non vel Crucem ipſam viderit, vel eius effigiem comparauerit, vel certiſſimis aliunde indiciis de ea cognouerit. Res tam aperta fuit,vt non negari, Euãgelicorum placitis tam

Miraculum in Anglia de Cruce.

Aliud miraculũ de Cruce.

citis tam repugnans, vt ab eis approbari non potuerit. Vtinam, vtinam populares mei huiuſmodi miraculis diuinitus admoniti, Diui Pauli exemplo deſinerent Chriſtum in eius Cruce, Imagine, membris perſequi. Vtinam vnde exierunt, illuc, id eſt, ad ouile Chriſti, amarè cum Petro flentes redirent. Sed hæc faciliùs eſt optare, quàm ſperare; quanquam neque optare, neque ſperare vnquam deſinam; quàm diu vixero, & illi, quorum intereſt, ne ego optatis & ſpe mea fruſtratus fuero. Ad alterum enim horum Chriſtiana inuitat caritas, ad alterum infinita Dei potentia & bonitas. Sed de his aliâs, nunc ad rem. Cùm huius mirificæ Crucis multæ picturæ hinc inde diſtraherentur, vna tandem ad meas manus peruenit: quam, vt opportunè accidit, iam in ſinu habeo, vnà cum carminibus eidem ſubſcriptis, quæ licet breuiter, eleganter tamen & perſpicuè rei totius ſeriem deſcribũt. Quam ſi videre cupis, nolo ea in re cupiditati tuæ deeſſe. CRIT. Eam mihi in conſpectum dari maximè cupio. Nam ſi magnã ex nuda narratione tua voluptatem cepi; quanto maiorem ſum capturus ex Imagine verè effictа, quæ rem quaſi præſentem oculis ſubiiciet? IREN. En igitur eam tibi. CRIT. Res ſanè admiratione digna eſt. IREN. Verè hic illud Dauidis dici poteſt: *A Domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris.* Sed carmina lege, & cõfer ea cum Cruce, vt videas quàm aptè inter ſe omnia reſpondeant. CRIT. Rectè admones.

Pium auctoris votum.

SEQVITVR EFFIGIES
CRVCIS.

Quid in his portentis conſiderandum.

IREN. Quid hæc oſtenta portendant, ipſe non audeo quicquam pro certo affirmare, ſed rem totam diuinæ prouidentiæ relinquo: quanquam ea mihi, quæ his carminibus comprehenſa eſt, interpretatio nõ videtur à vero aberrare; quemadmodum nec eorum coniectura, qui huiuſmodi ſigna ad animos noſtros ab omni impietate auertendos, & ſerias de vita emendanda cogitationes nobis iniiciendas diuinitus edita arbitrantur. Hic illorum quoque arridet mihi ſententia, qui in his portentis Deum quaſi viua voce ſignificare exiſtimant, quàm ei non placeat recens hæc in Sanctorum, ipſiſque adeo venerandæ Crucis monumentis ab Eccleſia exigendis tragœdia; perinde ac ſi nihil interſit inter exſecrandam Iouis ſtatuam, & ſacrum Chriſti trophæum. Qua in Chriſtum iniuria & contumelia homines ſcelerati non contenti, dum iaculis contorquendis ſe exercerent, ſacris imaginibus è templo abreptis pro ſcopo in campis, ad quem collimarent, vſi ſunt, eáſque ſagittis transfigere pro ludo habuerunt. Sed ne ſic quidem exſaturata fuit iſtorum malitia. Nam publicè in ciuitatib' & oppidis celebrioribus venerãdas Sanctorum & ipſius Christi Imagines, crucisque trophæa ſacrilegis manibus in ignem iniicere nõ ſunt veriti. Imo quoſdam, qui in hoc quinto Euangelio magnos heu nimis infeliciter progreſſus fecerunt, eò prorupiſſe inſaniæ & horrendæ impietatis cõſtat, vt conſpecta Chriſti in Cruce pendentis Imagine, non aliam ipſius partem, quàm eam, quæ ſacroſanctũ illud cor repræſentabat, vnde riuus ſanguinis & aquæ noſtra ſcelera abluentis promanauit, ſagittis (tota mente & omnibus artubus contremiſco referens) è trunculo tereti & cauo vehementi ſacrilegi oris ſpiritu efflatis traiiciendam ſibi propoſuerint, & quis eorum primus Chriſti latus quaſi lancea iterum aperiret, aut telo cor transfoderet, nefariè inter ſe contenderint. Quid eſt, ſi hoc non eſt, Chriſtum cum impiis Iudæis iterum Cruci ſuffigere? Quos tam horrendo ſcelere contaminatos, niſi reſipiſcant maturè, ignis ille ſine dubio horribilis manet, cuius æſtum intollerabilem nulla poſſunt imminuere ſæcula, nulla vis aquarum retundere. CRIT. Horrenda ſunt, quæ de popularibus tuis narraſti, maximè poſtrema illa, ſi modò ſint vera. IREN. Tam vera ſunt, mi Critobule, quàm me viuere. Et quo minus de eorum veritate dubites, licet eorum nominibus, qui hæc perpetrarunt, ſpe reſipiſcentiæ eorundem parcam, locum tamen deſignare tibi non grauabor. CRIT. Vbi geſta hæc ſunt? IREN. In Londini ſuburbiis: cetera iuſtis de cauſſis taceo. Vt verò eorum dura corda, è quibus hæc tanta iniquitas profecta eſt, ex immenſa bonitate ſua emollire, tenebris pulſis luce veritatis ſuæ illuſtrare, & igne deniq; amoris ſui accendere velit, Deum ſummum, & præpotentem ſupplicibus verbis oro, atq; obteſtor. Nũc vt alia, quæ hic con-

Quàm contumelioſè & impiè conculcentur Imagines Chriſti, & Sanctorũ in Anglia.

hic conſideranda ſunt, attingamus, illud fortè erit animaduertẽdum, non ſine cauſſa videri factum, quòd inter Britannos, quos primùm anno Chriſti plus minus centeſimo quinquageſimo, & prope eum locum, quo viſitur templum SS. Fugatij & Damiani, qui tum temporis miſſi à Pontifice & Martyre Eleutherio Lucium regem Chriſtiana fide imbuerunt, tale in arbore ſignum ſit exhibitum: quemadmodum nec hoc, quod in vicinio Cãtuariæ, vbi primùm Angli, pulſis tum in Cambriam Britannis, Chriſti religionem ſub Ethelberto rege ſuſceperunt, ſuſceptamque in alias inſulæ partes longè lateque diffuderunt; alterum illud in feminæ induſio non diſſimile, licet minus notum ſignum acciderit. Videmur certè hac profana & belluina ſacroſanctorum Chriſti ipſius monumentorum conculcatione à fidei illius integritate longiſſimè receſſiſſe, qua Britanni, veteres incolæ, & deinde nos Angli Deum ante hæc tam infelicia tempora coluimus. Credibile eſt Deum, qui ex lapidibus facere poteſt filios Abrahæ, nos, quos olim ad filiorum honorem prouexit, in patrem tamen tam benignum & clementem iam contumaces & contumelioſos etiã per res inanimatas ad ſalutis, officiique noſtri cogitationem reuocare velle, & oſtendere gloriam Crucis ſuæ nulla hominum malitia opprimi poſſe. Cuius rei argumentum euidens, & illuſtre hoc etiam eſſe poteſt, quod, licet frementibus perturbatæ religionis in Anglia coryphæis, & neſcio quas blaſphemias in venerandum ſignum Crucis Chriſti ſtomachosè eructantibus; ſereniſſima tamen Regina noſtra, diuini numinis afflatu ad hoc excitata, cæleſte illud redemtionis noſtræ trophæum in aulæ ſuæ baſilica erectum conſtanter & piè retineat; nec huiuſmodi concionatores æquis auribus excipiat. Quippe quæ vnum ex his, dum in Chriſti Crucem parùm Chriſtianè inueheretur, palàm reprehenderit, admonueritque, vt dimiſſis iis, ad quæ extra cauſſam excurrerat, ad reliquam concionem abſoluendam ſe conferret. Atque hæc eius in ſacro Chriſti trophæo retinendo pietas cùm ſit cum immortali illius laude coniuncta, ſpero eam maiorum ſuorum exemplo inductam, eo in poſterum ſtudioſius facturam, quo magis in ſeriam mirabilium Dei ſignorum, quæ in hoc genere recens tam in Anglia, quàm alibi contigere, cogitationem incubuerit. In oppido enim Bernbergenſi ſub concionem anno Domini M. D. L I. 14. Martij ſtatua Crucifixi ad quatuor horas ſudauit: ſudor verò ſæpe abſterſus mox copiosè manauit. Nec ita multo poſt cùm quidam ira & indignatione inflammatus Chriſti Crucifixi Imaginem lapide violaſſet, Imago ſanguine admirabiliter profluente acceptam contumeliam teſtata eſt. Vt vel hinc Magd. diſcere poſſint, & ex tam recenti tamque vicino miraculo nihil eſſe cur Sigeberti fidẽ ſimile quiddam olim referentis immineuerent.

Non ſine cauſſa hæc duo Crucis miracula, alterũ in Cantia, alterũ in Cambria edita fuiſſe.

Angliæ Regina inuitis Euangelicis Crucem in baſilica ſua retinet.

Vide Kalendarium Pauli Eberi impreſſum anno 1566.

nuerent. Sed hic tandem à querelis, & tota iſta de Cruce narratione ceſſo; teque ad Magdeburgenſes, ſi poteris, defendendos, & præclarum iſtud tuum Theodoſij edictum proferendum reuoco.

Quæ ſit longa littera apud Plautum; & quanti Crucem fecerint Arcadius & Honorius Imperatores, Theodoſii filij.

Cap. x. Critobvlvs.

NESCIO quo modo, vnde te expugnatum iri credideram, me ipſum pæne proſtratum video. Nihil enim vnquam coniunctius vidi, quàm ſit incredibilis quidam patrum de ſigno Crucis ac eius virtutibus conſenſus; vt, qui vnum repudiarit, reliquos quoque reiicere neceſſe habeat. A quo longè, lateque noſtrorum hodie doctorum ſententiam recedere video. Nec mihi per omnia iſta Iconomachorum tragœdia placet; etiamſi adorationem non ſatis adhuc probem. Illud verò non ſatis intelligo, quo modo verum eſſe poſſit, litteram Thau Hebraicam, Crucis formam repræſentare, quæ nihil hodie cum ea habet commune. IREN. Commodè de characteribus, quibus hodie Hebræi vtuntur, dixiſti: de quibus ego non loquor, ſed veteribus, & qui Hieronymi ſæculo apud Samaritanos in vſu fuerunt. Veram autem Crucis formam refert Græcum T. Quam ego potius lõgam eſſe litteram, de qua Plautus loquitur, quàm L. litteram, vt quidam Grammatici, exiſtimo. Apud quem hæc verba habentur.

Quomodo accipiendum ſit, litteram Thau Hebraicam, formã Crucis exprimere.

Litteram lõgam apud Plautum nõ eſſe L. ſed T.

Hieronym. in cap. 9. Ezechielis.

Plautus in Aulul.

Neque quicquam melius eſt mihi,
Vt opinor, quàm ex me vt vnam faciam litteram
Longam, laqueum collo quando obſtrinxero.

Iſtud certè elegãter & feſtiuè oſtendit Lucianus, apud quem littera Σ actionem iniuriæ dictat contra litterã T, quod ab ea è poſſeſſione ſua iniuriosè (noſtri enim apud Græcos litteram Σ ſæpe in T mutari) exturbata eſſet, & proinde dignam eſſe, quæ id ſupplicij lueret, quod figura ipſius exprimeret. CRIT. Probabilem mihi quidem de hac littera rationem, & de tota cauſſa veriſimilia adferre videris; ſed ea certæ ac manifeſtæ veritati cedere debent, & huic edicto, quod noſtri tum in concionibus illis ſuis apud populum & Principes, tũ in libris, quaſi ſingulari animaduerſione dignum, recenſent. IREN. Scio, ſed non iam quærimus, quid veſtri faciant, ſed quid Theodoſius fecerit: quem vt à Conſtantino, imo ipſum à ſeipſo, ita non minus miror, & ab eodem ipſius quoque filium Honorium, atque nepotem Theodoſium degeneraſſe; qui id edicto ſeuerè vetuit, quod ille præcepit. Arcadius verò auream monetam Cruce inſigniendã curauit (quę in vſu totius orbis, & maximè Aſiæ permanſit) quod ante victoriam de

Lucianus.

In libello qui dicitur δίκη φωνηέντων.

Vueſthemerus in cõciliation. Scriptur.

Geſner. in partit. Theolog titul. 5. partic. 13.

Lib. 1. Cod. titul. 9. de Iud. & cel.

Aurea moneta Crucis forma impreſſa iuſſu Arcadij.

Proſper de diuin. promiſ. & prædict. part. 3 promiſſ 34 de Martyrib.

Thom. Fazel. de reb. Sicul. lib. 2. prior. Decad. ca. 2.

Crux alba pro inſignibus in præmium Meſſanæ ciuitati ab Arcadio data.

riam de Perſis aëreæ Cruces in veſtibus hominum apparuiſſent. De eodem præterea traditur, quod cùm à Gothis & Bulgaris terra marique obſideretur, neque aliunde quicquam auxilij aduenıret, ſolam Meſſanam, illuſtrem Siciliæ ciuitatem, auxilium miſiſſe, & eum ab illis anguſtijs eripuiſſe. *In cuius tam egregij & memorabilis meriti præmium, Meſſana ab eo pro inſignibus Crucem albam in rubro campo accepit.* Sed quid in re tam aperta tergiuerſor? Damnemus atq; aboleamus omnes propè Germaniæ tuæ, Angliæ noſtræ, ac reliquæ Europæ monetas. omniumq; ferè Principum inſignia, & vexilla militaria. Nihil enim horum cum tuo edicto congruit? CRIT. Quid meum edictum appellas: quaſi domi meæ natum ſit, & non potius à celeberrimo Principe Theodoſio? IREN. At ego tibi tuas heſternas vigilias malè periiſſe video; dum poſt tantam lucubrationem, doctorum tuorum dormitantium & ſtertentium ſomnia narras. Quin tandem oraculũ tam ſacroſanctum profers?

Monetæ, inſignia & vexilla principum in Europa Christianorum Crucis effigiem habent

Oſtenditur edictum Theodoſii, quod Euangelici proferunt, adulteratũ & vitiatum eſſe: deinde verum edictum apponitur.

CAP. XI. CRITOBVLVS.

Vuelſhemerus in Concil. ſine locis communibus.

Edictum Theodoſii adulteratũ.

PROFERAM quidem, vt te miſerum conficiam. Arrige igitur aures, & accipe, qua decet reuerentia. *Valens & Theodoſius Auguſti præfecto prætorio. Cùm ſit nobis cura diligens in rebus omnibus ſuperni numinis religionem tueri, ſignum ſaluatoris Chriſti nemini quidem concedimus, coloribus, lapide, aliáue materia fingere, inſculpere, aut pingere, ſed quocunque loco reperitur, tolli iubemus, grauiſſima pœna eos mulctando, qui contrarium decretis noſtris, & imperio quicquam tentauerint.* Hæc illi. Quare vel iam tandem herbam porrige, & te victum fatêre. IREN. Nolim præproperè de victoria glorieris. Nam aut ego multùm fallor, aut non pium illum Theodoſium, ſed Iulianum Apoſtatam, iſta ſacroſancta oracula, quaſi à Delphis Ammone, aut Dodone petita, fundẽtem audio Ex eius enim ſchola tui doctores iſtam Theologiam hauſerunt, qui ante mille trecentos annos his verbis Chriſtianos, & hũc noſtrum Crucis cultũ, petulanter inceſſit: *O miſeros mortales, qui Crucis lignum adoratis, Imagines illius in fronte, & ante domos pingentes? Igitur dignè quis veſtros prudentiores odio habebit, vel miſericordia dignabitur imprudentiores, qui vos ſequentes, in eam perueniunt calamitatem.* Hæc Iulianus. CRIT. Tu me ludis, credo, qui Iuliano tribuis ea, quæ paſſim à Magdeburgenſibus, à Caluino, ab Apologeticis in Anglia, à reliquis noſtris hodie doctoribus occinuntur; & quæ tam bellè cum edicto pij Theodoſij quadrant. IREN. Scio hæc à me dicuntur;

Cyrill. lib. 6. contra Iulian.

Iuliani Apoſtatæ in Chriſtianos conuitia.

Iuliani impia in Chriſtianos maledicta non alia ab iis, quæ in Catholicos congerunt Magdeburgenſes, Caluinus, Apologetici in Anglia.

cuntur; & ſunt iſta ex Iuliani contra Chriſtianos libris (cuius rei grauiſſimum teſtem habeo Cyrillum) deſumta. CRIT. Demiror ſanè talem fuiſſe in tam impio pietatem; nec, quid reſpondeam, habeo, nec multùm laboro; cùm ſciam, iſta Theodoſium promulgaſſe, eaque in codice Iuſtiniani exſtare. IREN. Illam, de qua loqueris, pietatem nec Iuliano, nec tuis doctoribus inuideo. Ceterùm legiſti iſta aliquando apud Iuſtinianum? CRIT. Non legi certè, & hunc mihi laborem leuarunt præceptores mei. Neque ego vnquam Iuri ciuili operam dedi. IREN. Vtinam aliquid ei temporis impendiſſes. Nam legum ciuilium lectio non modò orationem Latinam efficere pleniorem, ſed magna antiquitatis, & rerum pulcherrimarum cognitione augere nos ſolet. Quarum præſidio ſi tu hic non fuiſſes deſtitutus, non tam facilè præceptores tui tibi impoſuiſſent. Me igitur laboris in eo ſtudio mei non pænitet, quo vel eò vſque profeci, vt manifeſtis poſſim indiciis præceptorum tuorum vanitatem coarguere. Tu verò, vt intelligas, quantum lucubrando heri profeceris, non apparet certè aliquod tale edictum in Iuſtiniano: neque à Theodoſio profectum eſt, ſed à recentis memoriæ Grammatico, viro quidem non indocto, nec quantum video, tam mala mente, ac tui ſint doctores, prædito, licet hac in re non ſatis cauto. Cui aut libri vicium, aut veterator aliquis impoſuit. Atque vtinam ille intra ſuam ſe profeſſionem, ac palæſtram continuiſſet, &, omiſſo hoc edicto, nodũ illum nobis Virgilianum dexterè potius explicuiſſet.

Fructus qui percipiatur ex lectione legum ciuilium.

Edictum, quod Theodoſio Euangelici aſcribunt, a Petro Crinito deſumtum eſſe.

Petr. Crinit. de honeſt. diſciplina. lib. 9 cap. 9.

Dic, quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo,
Tres pateat cæli ſpacium non amplius vlnas.

Virgil Bucol. Ecloga 3.

Quos ille verſus ad torquenda Grammaticorum ingenia ſcripſiſſe videtur. Hinc igitur tuorum doctorum prudentiam coniicito, qui hoc edictum inconſideratè à Grammatico ſub vmbra Theodoſij Principis euulgatum, quaſi offam obiectam, auido ſtatim ore exceperunt; & eo, tanquam ſacroſancto oraculo, libros & cõciones ſuas ornandas cenſuerunt. CRIT. Tu iſta quidem confidenter loqueris, & neſcio quid magni promittis; nec ſatis, quid velis, intelligo. IREN. Auſculta igitur. Primùm itaque ſcito, hoc qualecunque, aut cuiuſcunque ſit, non eſſe Valentis & Theodoſij edictum. Nunquã enim Valenti in imperio conſociatus eſt Theodoſius. CRIT. Tu iam me quidem, ſed leui vulnere pungis. Audio Iuriſconſultos ſæpe dicentes, errorẽ calculi, aut nominis non nocere, modò de re ipſa, aut perſona conſtet. Seponito, ſi velis, Valentem, Theodoſius manet. IREN. Ecce igitur tibi primam rimam, qua præclari huius mendacij myſterium effluit. CRIT. Ain' ergo nec Theodoſium quicquam huiuſmodi edicto cauiſſe? IREN. Non diffiteor Theodoſium magnum, aut certè iuniorem illum edicto cauiſſe, ne quiſquam ſignum Crucis ſculperet, aut fingeret.

Edictum, quo Euangelici nituntur, non fuiſſe Theodoſii & Valentis conuinctum.

Iuriſconſultorũ ſententia.

fingeret. CRIT. Ain' tandem? gaudeo: pæne concideram animo, clypeumque abieceram, cùm te viderem tam confidentem; ſed iam reddidiſti animum; & lætor, vel tandem poſt tot ambages te eò, quò volebam, perductum. IREN. Nolim tamen nimium tibi blandiaris. CRIT. Quare? extorſi iam, quod volui. Quid ergo tergiuerſaris? quid amplius exſpectas? IREN. Nihil niſi vnicam vocem. CRIT. Quam tandem mihi vocem, qui iam vocum & ſyllabarum auceps factus es? IREN. Vnicam ſanè, quam doctores tui ſuſtulerunt. Edixit enim Theodoſius, ne ſignum Crucis ſculpatur, aut fingatur; ſed [*humi.*] Quod ſine Chriſti quadam iniuria fieri vix poſſe, pius Princeps arbitratus eſt: quam vocem ſi reſtitueris, qua nos ſpoliarunt, agnoſco Chriſtianum Theodoſij edictum, nec id melius hodie obſeruari doleo. Quod ſi, vt certè debemus, ſequamur; non iam erit neceſſe Conſtantinum, Theodoſium, atque adeo ipſius liberos ridiculo, aut potius miſerando ſpectaculo inter ſe committere. CRIT. Etſi nō poſſum animum inducere, vt ita credam; neſcio tamen, quo modo probabilis mihi videtur tua oratio, cùm non ſuccurrat, quo eam labefactem, niſi quod neminem puto voluiſſe vnquam tam flagitioſè Imperiale edictum corrumpere. IREN. Si quid adhuc in re tam clara hæſites, ecce tibi huius edicti ampliſſimum interpretem, optimum & Chriſtianiſſimum Imperatorem Tiberium, qui Iuſtino ſucceſſit. Is cùm aliquando ambularet in palatio, & videret marmoream tabulam in pauimento ſubſtratam, Crucis inſigni ornatam; tolli iuſſit. *Cruce,* inquit, *Domini frontem & pectus noſtrum munire debemus, & nos eam pedibus conterimus.* Conſtat etiā totam Latinam, ac Græcam Eccleſiam melioribus illis temporibus hoc edictum ſeruaſſe: adeo vt, quod Theodoſius edicto, hoc patres Eccleſiæ canone edito prohibuerint. *Cùm Crux † nobis viuifica ſalutare oſtenderit, nos omnem diligentiam adhibere oportet, vt ei per quam ab antiquo lapſu ſaluati ſumus, eum, quem par eſt, honorem habeamus. Quamobrem & mente, & ſermone, & ſenſu adorationem ei tribuentes, Crucis † figuras, quæ à nonnullis in ſolo ac pauimento fiunt, omnino deleri iubemus; ne incedētium conculcatione, victoriæ nobis trophæum iniuria afficiatur. Eos itaque, qui deinceps Crucis † ſignum in ſolo conſtruunt, ſegregari decernimus.* Quare & nomine & officio ſuo rem dignam fecit Pius quartus, qui Catholicæ hodie Eccleſiæ paſtor eſt, quod hoc ipſum nuper Romæ vetuerit. Et iam me vnà, eademque opera egregio quoque noſtro concionatori, qui, neſcio quem, *Ermilum* pro *Petro Crinito* ſuppoſuit, ſatis feciſſe arbitror. Et valde quidem mirum, & dolendum eſt, in tam nobilis, & nuper tam Catholici regni Eccleſiis tam vana & commenticia ex ſacro ſuggeſtu, quaſi oracula, imperito populo obtendi. Iam verò ſecum cogitet concionator iſte, an falſi crimen, quod in hac quoq; Homilia Romanis Pontificibus propter Nicæ-

Edictum Theodoſii verum, & quo modo fuerit viciatum.

Crux Chriſti humi nō fingenda, nec ſculpenda.

Cod. Iuſtin. lib. 1. titul. 8

Tiberius Imperator optimus interpres edicti Theodoſiani.

Paul. Diac. hiſtor. Long. lib. 3. cap. 6.

Canon. 73. ſexta Syn.

Pius quartus prohibuit Crucem humi fingi aut ſculpi.

In 2. parte Homil. de periculo Idololatriæ.

Eccleſiaſtes Anglicus falſi conuinctus.

pter Nicęnos, vt fingit, canones ab eis deprauatos (quam nos, credo, calumniam abunde diſſipauimus) impingit; in ipſo & aliis Euangelicis, qui Theodoſij edicto tam turpiter abuſi ſunt, multo magis non hæreat. Neque ego iam vlla erga concionatorem hũc propter recōditam iſtam antiquitatis, de qua gloriatur, peritiam ex Iuliani Apoſtatæ diſciplina hauſtam, inuidia; ſed magna potius erga eum propter tantam impietatem, & erga populum, qui ab huiuſmodi impoſtoribus circumuenitur, miſericordia commoueor: vt iam leue quiddam ſit, me illud adferre; Eccleſiaſten ſuum non tam cum Catholica Eccleſia, quàm ſecum in iſta narratione, idque in eadem pagina, pugnare. Nam aſſerit nullas fuiſſe in templis Theodoſij minoris ſæculo collocatas Imagines: & tamen fatetur Prudentium, qui vixit ſub Theodoſio Magno, huius auo, vidiſſe Caſſiani Martyris Imaginem in templo depictã. Iam cùm recitet Clementis, Tertulliani, Origenis, Athanaſij, Lactantij, Cyrilli, Epiphanij, Auguſtini, quaſi contra noſtras Imagines (quos conſtat de iis loqui, quæ palàm viſebantur in templis) teſtimonia; quomodo affirmare poteſt, niſi ſecum diſſideat, nullas fuiſſe in templis ante Theodoſium Imagines? Neq; vnquam inueniet reſponſum, vnde elabatur; niſi eos non de noſtris Imaginibus, ſed de Idolis loquutos; & ita eorum ſententias nihil ad cauſſam, quam tuetur, pertinere (quod certè eſt veriſſimum) affirmet. Atque hic quidem, vt alios prætermittam, Lactantij teſtimonium apertiſſimè nobis ſuffragatur, dum hæc ſcribit:

Eccleſiaſtes Anglicus ſuis ipſius verbis mendacij arguitur.

Eccleſiaſtes Anglicus ſecum ipſe diſſidet.

Lactantij teſtimoniũ de ſigno Crucis Chriſti, & eiuſdem veneratione.

Quiſquis ades, medij que ſubis in limina templi,
Siſte parum, inſontem'que tuo pro crimine paſſum
Reſpice me, me conde animo, me pectore ſerua. Et pòſt:
Cerne manus clauis fixas, tractos'que lacertos,
Atque ingens lateri vulnus; cerne inde fluorem
Sanguineum, foſſos'que pedes, artus'que cruentos.

Quibus iſta ſtatim, quaſi ſub perſona Chriſti per proſopopœiam, adiicit.

Flecte genu, lignum'que Crucis venerabile adora *Flebilis.*

Vide Poëtarũ veterũ Eccleſiaſticorum opera Chriſtiana. &c. Baſileæ, anno 1564 edita in 4. apud Ioannẽ Oporinum.

Hic verò non poſſum ſilentio prætermittere, incuriam ne dicam an fraudem eius, qui nuper hunc Lactantij locum non emendauit, ſed mutilauit. Nam hæc verba [*lignumq; Crucis venerabile adora Flebilis*] penitus ſuſtulit; & ne hiatus inde aliquis appareret; eum, duobus carminibus in vnum non ſine probabili fraudis ſuſpicione contractis, huncad modum ſuppleuit:

Locus Lactantij à quodam nuper mutilatus.

Flecte genu, innocuo terram'que cruore madentem: &c.

Si de induſtria hoc fecit, eſt non ferendum facinus: ſi fortuito, tolerabilior ſanè, ſed culpa tamen eſt. Verùm vt ad rem redeam, nihil iam opus erit, alia patrum de Imaginibus in templo ante Theodoſij huius Imperium erectis, quæ aut recitauimus, aut

poſtea recitabimus, teſtimonia huc cōgerere. Id etiam quærerem ab iſto nobili antiquario; ſi nullæ tum fuerint Imagines publicè, vnde in mētem venerit Theodoſio, quò naſcenti occurreret Idololatriæ (quod iſte nugator fingit) omnem etiam Chriſti Crucis atque Imaginis ipſius vſum priuatim tollere? Quod ſi cautus iſte concionator, neque omnibus, qui per orbem exſtant, Iuſtiniani codicibus (in quibus verum Theodoſij edictum, quod recenſuimus, conſpicitur) neque reliquæ omni antiquitatis memoriæ con fidat, Catholicosque omnes ſuſpectos habeat; credat ſaltem Pantaleoni ſuo, qui ad hunc modum ſcribit: *Theodoſius, habito conuentu, lege prohibuit Crucem vel ſignum Seruatoris in ſolo, ſilice, aut marmore humi poſito inſculpi, ne hominum pedibus tereretur. Cod. Iuſt.* Hæc ille. Ex quibus Euangelicos tuos, domeſtico etiam teſtimonio, falſi reos peragi intelligis. *Pantaleonis Euangelici teſtimonium de edicto Theodoſij.*

Cuiuſmodi fuerint, & qua vita turpitudine, ſiue Principes, ſiue alij, qui Chriſti & Sanctorum Imagines inſectati ſunt. Inſignia Pantaleonis & Vueſthemeri mendacia notantur, & refelluntur.

CAP. XLI. CRITOBVLVS.

NVNC tandem ſentio, & fateri apud te cogor, hactenus malè mihi heri lucubratum: Sed quoniam firmiora præſidia in promtu ſunt, ad ea iam mihi confugiendum video. Habemus enim magnum optimorum Imperatorum cumulum, Philippici, Leonis, Iſaurij, & filij eius Conſtantini, quem ex Sigeberto Pantaleon noſter his verbis ornat: *In chronogr. Bedæ.* *Conſtantinus Imperator prudentiſſimus Dei genitricem inuocantes, Imagines venerantes, Reliquias Sanctorum penes ſe habentes, & abſtinentes à iuramentis damnans, à Pontifice Romano excommunicatur.* *Pantaleon.* Hæc ille. Conſtantinum excepit dignus patre & auo alius Leo; Leonem alius Cōſtantinus. Cuius mater Irene, eo adhuc impubere, deprauatiſſima religione, rurſus ornauit pupas ſuas in templis. Sed eam meritò Nicephorus imperio, & pupas templis exegit. *Conſtantinus Iconomachus. Irene.* Cuius ſinceram ac puram religionē amplexi ſunt Stauratius, Michael Curopalates, Leo, Michael Traulus, Theophilus, imaginesq; vniuerſi ignibus abſumſerūt. *Imperatores Iconomachi.* Nec aliter affecti fuere reliqui omnes poſtea Imperatores vſque ad Theodorum Laſcarim, qui in cōcilio Lugdunenſi ad partes Papæ defecit, atq; ideo reuerſus, à Conſtantinopolitanis vrbe, dignitate, ac Imperio exutus eſt. *Theodorus Laſcaris.* E quibus facilè colligi poteſt, ad poſtrema Conſtantinopolitani regni tempora Imagines in templis Græcorum exoleuiſſe. IREN. Scio vnde iſta, ni fallor, petita ſunt. Bartholomæus Vueſthemerus, promus condus & huius peni procurator eſt. CRIT. Nihil aberras; cuius conciliationem ſcripturæ video no- *Bartholomæi Vueſthemeri conciliatio ſcripturæ, &c. cella quædam penaria Euangelicæ doctrinæ.*

Aa ſtris

ſtris cellam quandam penariam eſſe,& concionatorum hodie noſtrorum nutricem. IREN. Sed cur altius tam præclaram hiſtoriam non es exorſus? habet enim vetuſtiorem auctoritatem.
CRIT. Non iam certè memini: Verum ſi quid huiuſmodi occurrat, id, quæſo, ne me celes, ſed bona fide, quicquid ſit, dicas.

Qui auctores fuerint imaginũ oppugnãdarum.

Non enim dubito, quin id nobiſcum faciat, & partes noſtras confirmet. IREN. Habet certè Ethnicos, Iudæos, Hæreticos. Ethnici confictis quibuſdam portentoſis mendaciis Chriſtum publicè, dialogis famoſis, & deformi pictura traduxere, hac inſcriptione: *Deus Chriſtianorum ononychites*. Erat autem *auribus aſininis, altero pede vngulatus, librum geſtans, & togatus*. Eos autem conatos paſſionis Chriſti monumẽta abolere, iam antea diximus.

Ethnici. *Euſeb lib. 9. cap. 5.* *Tertull. Apolog.*

Nec Iulianus mirificam illam Chriſti Imaginem, aut labarum illud Romanum in Crucem conuerſum, magis ferre potuit, quàm egregij iſti tui Imperatores.

Iulianus apoſtata. *Sozo. lib 5. cap. 17.*

Iudæi verò, non modò illud Pſalmi Dauidis: *Foderunt manus meas & pedes meos*; quo quaſi oculis Chriſti paſſio repreſentatur, & alia id genus teſtimonia ſcripturæ corruperunt, ſed in Chriſti, & Sanctorum ſæpe Imagines violentas manus intulerunt: ac eiſdem etiam multoties ſacroſanctam Euchariſtiam, non minore ſanè, quàm olim Chriſtum ipſum, odio ſunt aggreſſi. Qua de re antè mentionem fecimus.

Iudæi. *Vide Pet. Galat. lib 8. cap. 17.* *Nicæn. Syno. 2. act. 4. pag. 472.*

Iam ante præclaram iſtam tuorum cohortem fuere Manichæi, qui veritatem corporis Chriſti ab humana eius forma auferebant. Fuerunt qui tradidere confuſam cum diuinitate eius carnem, vt Seuerus & Xenæias, imaginum hoſtes infeſtiſſimi. Hos ergo, qui anteceſſerunt tuos Imperatores, ad nobilem iſtum numerum digna acceſſione aggregare poteris.

Manichæi. *Seuerus.* *Xenæias.* *Nicæn. Syno. 2. act. 1. pag 472.* *Niceph lib. 16. cap. 27.*

CRIT. Timeo Danaos, & dona ferentes. Nolo inſidioſa iſta tua liberalitate vti, eam totam tibi remitto, quia huiuſmodi ego aliquod à te beneficium precario poſſidere non cupio. Perperam certè te facere video; qui mihi pro Chriſtianis & optimis Imperatoribus, quorum laudem Carolus noſter æmulatus eſt, Ethnicos, Iudæos, Hæreticos ad cauſſæ noſtræ inuidiam obtrudis. IREN. Si iſtorum facta in vicio ponimus, cur Imperatorum tuorum ſimilia facta in laude ponenda? Nec iſti quidem Chriſtiani, & optimi Imperatores, ſed monſtra potius fuerunt, & peſtes humani generis.

Imperatores Iconomachos mõſtra fuiſſe & peſtes humani generis.

Nam vt à Philippico incipiam, non ille è templis modò ſtatuas & Imagines eiicere, ſed à tota etiam Eccleſia omnem ſextæ Synodi auctoritatem altera Synodo reiicere conatus eſt; miſitque litteras ad Conſtantinum Romanum Pontificem, vt ille ſimili ſcelere ſe obſtringeret. Cui, tantum abeſt, vt hic ſit obſequutus, vt, quas ille Conſtantinopoli picturas fuerat demolitus, Romæ in porticu Diui Petri efformandas curarit, eũque ſacro anathemate deuouerit. Decreuit præterea, populo Ro-

Philippicus. *Act. 1. pag. 472.* *Conſtãtini Romani Pontificis in Philippicum Imperatorem Iconomachum acta.*

Paulus Diaconus hiſt. Longobard. lib. 6. cap. 11. rerum Rom. lib 8.
Ado Viennenſis in Chron. Franc.

mano

mano aſſentiente, ne hæretici Imperatoris nomẽ in publicis Miſſæ myſteriis recitaretur, néue in publica moneta excuderetur, néue Imagines eius de more in Eccleſiam introducerentur: vt, qui in Chriſti & diuorum Imagines fuiſſet iniurius, contemta quoq; ſua Imagine dehoneſtaretur. Leonem verò Iſaurum miror te inter pios collocare; cuius apud poſteritatem impietas adeo nobilitata eſt, vt non alio ferè nomine, quàm εἰκονομάχου καὶ θεομάχου recenſeatur. Et, vt ſcias, è quo fonte omnem hanc ille Theologiam hauſerit, non pietate vlla motus, ſed vt duobus Iudæis gratificaretur, qui eum multò antè regnaturum prædixerant, totam hanc tragœdiam occepit. Dignus verò tali beſtia catulus, Conſtantinus in ipſo baptiſmo, quem excernẽdo fœdauerat, vnde Copronymus ſemper poſtea dictus eſt, futuræ ſuæ impietatis magnitudinem præſagiebat. Horribiles verò rerum mutationes atque euentus, illis regnantibus, quaſi viua voce ab omnibus elementis (quæ ad ſubuertendum imperium coniuraſſe videbantur) emiſſa, impiis ipſorum actionibus iratum Deum clamabant. Nam præter frequẽtes in Romanum Imperium incurſiones Barbarorum, & tantum non à Saracenis captam vrbem Conſtantinopolitanã, lues horrenda & inaudita eam inuaſit; vt amplius quàm trecenta hominum millia peſte, & fame ſint abſumta. Proximo anno, qui eum excepit, quo Leo in venerandas Imagines rugiit, ipſe infernus humanis oculis repræſentari videbatur. Aeſtate enim inter Theram & Theraſiam inſulas, repente ex imo maris vapor quidam, quaſi ex ignis camino, emerſit, qui poſtea coagmentatus, & concretus eſt in fumum flamma commixtum: vnde grandes pumices per totam minorem Aſiam, Leſbum, Abydum, & maritima Loca Macedoniæ paſſim ſunt effuſi; ita vt totum mare eiſdem operiretur. Quid dicam de crebris terræ motibus, quales, credo, à condito orbe vix legimus. Inter quos traditum eſt, terram in Meſopotamia ad duo millia paſſuum diſſectam, & candidam atque arenoſam terram ex imo emerſiſſe, & cum ea animal quoddam mulo non diſſimile, illudque in humanam vocem prorupiſſe, & incurſionem Arabum, quæ poſtea contigit, prædixiſſe. Iam quale illud, & quàm terribile ſpectaculum, cùm Pontus, & Boſphorus Thracius perglaciarentur? cùm diſrupta poſtmodum immenſa glaciei fragmenta muros Conſtantinopolis tanta violentia impeterent, vt eos & vicinas ædes inſtar arietum, ac tormentorum nouo genere pugnæ diſſiparent? Cùm præterea ſtellæ de cælo cadentes mundi interitum minari viderentur? Cùm Cruces (quas impij homines templis deturbaſſent) cælo diuinitus delapſæ, veſtibus hominum adhæreſcerent? Sed ex his & aliis nihil erat tam monſtroſum, quàm ipſe Conſtantinus. Qui non ſatis habuit Sanctorum inuocationem cũ Chriſti & eorum Imaginibus

Zonaras tom. 3. in Leone Iſauro, & Conſtant.
Cedrenus in compẽdio hiſtoriarum.

Leo Iſauricus quo ſtimulo fuerit incitatus ad oppugnandas Imagines.

Conſtantinus. Copronymus.

Cuiuſmodi rerũ mutationes & euentus fuerint imperantibus Iconomachis.
Incurſiones Barbarorum.
Peſtis.

Vapor.

Terremotus.

Immanis terræ hiatus.

Portentum miraculoſum.
Ingens ex Ponti & Boſphori diſrupta glacie damnum.

Stellæ de cælo cadentes
Cruces veſtibus hominum cælitus aſſperſæ.

ginibus ſuſtuliſſe, niſi Venerem coleret, & victimas humanas ei ſacrificaret, & pueros noctu ad ea ſacrificia mactaret. Quæ tandê peſtis miſerabili, & exquiſito cruciatu periit, horrendum clamãs, ſe adhuc viuum inferni flammis abſumi. Quid de filio eius Leone dicam, qui impietatẽ ſacrilegio cumulauit, & coronã Deo dicatam à templo abreptam nefario capiti impoſuerat? Sed non lenta fuit diuina vindicta: caput enim ſceleratum mox carbunculi apoſtemate intumuit; vnde vehementiſſima febris ſubſequuta nefarium Principem ſuſtulit. CRIT. Admirandam ſanè narrationem ex te de Leonis, & Conſtantini temporibus audiui: ſed quis eam prodidit? IREN. Præter Latinos Græcorum nonnulli, & in iis Zonaras, qui ante quingẽtos prope annos ſcripſit; tũ Georgius Cedrenus auctor hiſtoriæ nõ ignobilis & eiuſdẽ ferè ætatis; itẽ Suidas, qui nõ ita diu poſt Caroli magni tẽpora floruit; ſiue illi, quorum opera huius Lexico aliquid accreuerit; & qui eiſdem etiam temporibus vixit, Nicephorus Patriarcha Conſtantinopolitanus, auctor annalium Conſtantinopolitanorum, qui Eutropio circumferuntur adiuncti, & paſſim ſub Pauli Diaconi nomine citantur; iſta memoriæ poſteritatis commendarunt. Nec multo meliores fuere reliqui, quos nominaſti, Imperatores. E quibus Michael ille, quem nos Balbum, Græci τραυλὸν appellant, non tam, vt poëta ille ait,

Copronymi qualis exitus. — *Leo Copronymi filius.* — *Diuina in ſacrilegium Leonis vindicta.* — *Cedren in annalib. ſiue compend. hiſtor.* — *Vide Suidam in voce, Conſtantinum. & lib. 3. Lilij Gnaldi de Hiſtor. poëtarum.* — *Niceph. in annalib. Conſtantinopol. Eutropio adiunctis lib. 21. 22. & 23.* — *Michael Balbus Iconomachus.* — *Perſius Satyr. 1.*

Rancidulum quiddam Balba de nare locutus;

nec tam lingua balbutiebat, quàm barbara & fœda religione ſe deridendum omnibus propinabat: quippe qui Moſaica inſtituta præter præputij reſectionem obſeruabat; domiq; Iudæum aluit, à quo erudiebatur. Hæc cùm ita ſint, fraudes, ineptiæ, & mendacia concionatoris illius Anglicani, cuius te hoc in loco oblitum fuiſſe miror, facilè produntur, & refelluntur de hiſtoria Philippici Imperatoris, quam mala fide recitat; deque ampla illa prudentiæ, miſericordiæ, & fortitudinis, quam Leoni tribuit, laude. Niſi fortè inter præclara tam ſtrenui ducis ſtratagemata, ea referri velit, ob quæ εἰκονομάχου, & θεομάχου nominibus ab omni poſteritate eſt nobilitatus. CRIT. Vt hæc tibi concedam, non video, quo modo hæc tua narratio cum Sigeberto conueniat, qui totus à veſtra religione ſtat, & tamen Conſtantinum iſtum prudentiſſimũ appellat. IREN. Talem prudentiam non inuideo Pantaleoni tuo, qui, vt quàm prudenter, & quanta fide ea ex Sigeberto ſcripſerit, intelligas, ad ipſum Sigebertum te remitto. Is Conſtantinum, *inſanum, à Deo auerſum, apoſtatam, tyrannum*, & ſimilibus prudentiæ ac pietatis ſcilicet inſignibus honeſtat. Remitto itaque hanc omnem prudentiam Pantaleoni tuo, qua vel talem tyrannum appellare prudentiſſimum auſus eſt, vel tale teſtimonium Sigeberto, quaſi parenti, tribuere. Idem antea in hac Imaginum cauſſa lectoribus

In 2. parte Hom. de periculo Idololatriæ. — *Pantaleonis inſigne de Sigeberto mendacium.* — *Sigeberti de Conſtantino Iconomacho elogia.*

ctoribus

Aliud Pantaleonis mendacium de Chryſoſtomo.

ctoribus fraudem facere videtur, quaſi Chryſoſtomus euerſas Sanctorum Imagines docuerit; cùm non de illis, ſed de Placillæ Theodoſij vxoris ſtatua (id quod prius attigi) loquatur. Cuiuſmodi multa in Pantaleone tuo paſſim occurrũt; vt facilè poſſum oſtendere. In quo & Magdeburgenſibus tuis ſi par vtrobique fides inueniatur, mirum ſanè nõ eſt; præſertim cùm ille fateatur, hos ipſius potiſſimum conſilia ſequutos præclaras ſuas Centurias aggredi cœpiſſe. Sic naſci, ſic prouehi nouum hoc Euangelium, neceſſe fuit. CRIT. Nihil video, quo Pantaleoni patrociner. Sit verò Conſtantinus, qualem eum eſſe velis, & aliquot alij imperatores: id ſanè miror, totos hos ſeptingentos annos (tot enim, ſi non plures, colliguntur à Philippico ad Conſtantinopolis poſtremum excidium) abolitas è templis Græcorũ Imagines; niſi quòd per Irenem, vt dixi, ſint interpolatæ. IREN. Ego verò magis miror, aut Vueſthemerum à tam magno, & impudenti mendacio ſibi temperare non voluiſſe, cùm præſertim neminem, quem ſequatur, auctorem edat: aut tam ſtolidos tuos concionatores, vt iſta pro certis, & exploratis populo obtrudant. Cur enim nos, qui in Occidentis Eccleſia Chriſto nomen dedimus, Græciam toties errantem ſequi magis volumus? Aut cur eos potiſſimum ſequendos exiſtimamus, quorum triſtes & duros exitus exhorreſcimus? Sed iam penitius fabulam iſtam excutiamus. Primùm igitur Michaëlem Curolapatem hoc tuo numero exemtum iri oportet. Is enim Monacho cuidam in venerandas Imagines contumelioſo linguam excidi iuſſit. Poſt mortem verò Theophili, imperatrix Theodora cum filio Michaele impubere Imagines templis reſtituit. Deinde ſub proximo principe Baſilio habita eſt Cõſtantinopoli Synodus, quæ à quibuſdam octaua œcumenica dicitur; cui Romani Pontificis legati præfuerunt; vbi anathema in Iconomachos dictum eſt, & canon de Imaginum honore editus. Nec ab eo tempore vllus poſtea ex Conſtantinopolitanis Imperatoribus Imagines oppugnaſſe (quãtum ego adhuc ex probatis veterum monumentis percipio) traditur. Exſtant hodie Photij, Pſelli, Metaphraſtæ, Zonaræ, Balſamonis, Cedreni, Euthymij Zigabeni, Nicetæ, vtriuſque Nicephori, Pachymerij, & aliorum Græcorum ſcripta, è quibus, quid ipſi, quid reliqua Græcia à temporibus Theophili de Imaginibus ſenſerit, facilè æſtimabitur. Nicetas incidit in ipſam vrbis captiuitatem ad Balduini, & Laſcarorum tempora, è qua ægrè incolumis profugit. Is inter alia, irruptione iam per Latinos facta, tradit Græcos illis cum crucibus & ſacris Chriſti Imaginibus, vt moris eſt in feſtiuitatibus, obuiam, quo miſericordiam erga ſe prouocarent, proceſſiſſe. Alibi verò violatas in templis Theſſalonicæ Imagines per milites deplorat. Nicephorus Gregoras Nicetam ex-

Pari fide Chronologiam ſuam Pantaleonem et Centurias ſuas Magdeburgenſes ſcripſiſſe.

Pantaleon. in epiſt. nuncupator. chronolog.

Vueſthemeri impudens mendacium.

Michaëlem Curolapatem non fuiſſe Iconomachum.

Zonaras in Michaele.

Idem in Theodora.

Theodora Imperatrix.

Niceph. in ſumma lib. 22.

Baſilium Imperatorem non fuiſſe Iconomachũ.

Canon. 3.

Ab octaua Oecumenica Synodo Imperatores Conſtantinopolitanos nõ fuiſſe Iconomachos.

Vide Balſam. in 73. canõ. Synod in Trullo.

Græci hiſtoriographi quid ab octaua Oecumenica Synodo de Imaginibus prodiderint.

In Alexio Duca pag. 282.

Nicetas.

In Andronico Commen. pag. 150.

Nicephorus Gregoras.

cipiens,& hiſtoriam ad poſtrema ferè tempora imperij Conſtantinopolitani deducens, oſtendit Michaelem Palæologum, qui poſt omnes Laſcaros imperauit, cùm primùm ciuitatem à Latinis poſt ſexaginta ferè annos recuperatam, ingredi cogitaſſet, nō prius eam ingredi voluiſſe, quàm eius aduētum Imago quædam beatæ Mariæ virginis, quaſi ὁδηγητρία, in vrbem inuecta, præceſſiſſet. Hic Græcus ſcriptor licet alioqui Romanam religionem in hac hiſtoria impugnet, ſacrarum tamē Imaginum venerationem inter Chriſtianæ pietatis inſtituta enumerat. Quin & Georgius Pachymerius, qui eodem tempore & vixit & ſcripſit, in Conſtantinopolitanis templis fuiſſe Cruces Chriſti, atque alias Imagines manifeſtè docet: atque admirabilem quandam hiſtoriam attexit de Imagine diuæ virginis Mariæ per dies complures lacrymante, atque alia Georgij Martyris, è qua ſanguis ebulliit. Quin & alter Nicephorus qui Eccleſiaſticam hiſtoriam conſcripſit, honorificè & Catholicè vbique de Imaginibus Chriſti ac Sāctorum, earumque veneratione loquitur. Exſtat præterea hodie Leonardi Chienſis Mitylenæi archiepiſcopi oratio de poſtrema illa vrbis captiuitate, è qua ſe difficulter eripuit. Is tradit, obſeſſa ciuitate, Chriſtianos nudis pedibus ſupplicationes habuiſſe, ſacris Imaginibus per vrbem circumductis; & Turcas, poſſeſſa iam ab eis ciuitate, nihil habuiſſe antiquius, quàm Martyrum oſſa ſepulcris eruta, canibus ac ſuibus obiicere, & Sanctorum Imagines luto, & limo conſpurcare, teliſque more inſanorum impetere. Quo tempore Chriſtus rurſus (proh pudor & dedecus) nouis tormentis expoſitus eſt. Venerandum enim eius Crucifixi ſimulacrum milites, tympanis præeuntibus, per vicos & plateas ex vrbe in caſtra abripiunt, ſputo, luto, iaculis, pileoq; capiti ignominioſè impoſito, omniq́ue alia contumelia dehoneſtant: hoc addito elogio; *hic eſt Deus Chriſtianorum.* Eiuſdem vrbis vaſtitatem atque internecionem Iſidorus Sabinenſis Epiſcopus eiuſdē formidoloſiſſimi tēporis tempeſtate iactatus, ac pæne abſorptus, deplorat. Atque inter alias indignitates, altaria per Turcas euerſa, templa cum Imaginibus ac Reliquiis Sanctorum vrina, ſtercoribus, omniq́ue alia turpitudine atque contumelia violata, lugubri oratione deflet: Vt vel hinc Imagines Conſtantinopoli vſque ad excidium permanſiſſe, & Hagiomachos, & Iconomachos tuos propius ad Turcarum, quàm Chriſtianorum mores accedere, facilè potueris intelligere.

Imago B. Mariæ virginis. — *Lib. 4.*

Pachymerius. — *Lib. 4. & 6.*

Admirabilis hiſtoria de Imagine B. Mariæ virginis & Georgij Martyris. — *Lib. 6. ca. 16.*

Nicephorus. — *lib. 16 c. 27. in ſumma lib. 20. 21. & 22.*

Leonardus Chienſis. — *Ad ſummum Pontificem Nicolaum quintum.*

Turcarum in Chriſti & Sanctorum Imagines ac Reliquias contumelioſa impietas.

Iſidorus Sabinenſis. — *In Epiſt. quadam de captiuit. vrb. Conſtant.*

Theodo-

Theodorum Laſcarim non fuiſſe eiectum Imperio, quòd in Concilio Lugdunenſi Imagines reſtiuere voluerat: & quid in eo Concilio inter Græcos et Latinos actum ſit, ex Græcorũ hiſtoriis explicatur.

Cap. XIII. Critobvlvs.

Ego ſanè & tuorum adorationem, & iſtorum tantam feritatem pariter damno. Sed quo modo iſta cum Vueſthemeri narratione, cui multùm tribuit concionator Anglicus in ea, quam cõmemoraui, homilia, conueniunt? eiectum videlicet imperio Laſcarim, quòd in Sinodo Lugdunenſi Romanum morem in Imaginibus introducendis amplexus ſit? Iren. Certè nec Laſcaris illi Concilio interfuit, nec intereſſe potuit, niſi mortui quoque interfuerint: nec Michael Palæologus, quem auctores omnes interfuiſſe ſcribunt, vllam de Imaginibus, ſed alias quaſdam quæſtiones agitauit, & ſe tandem, relicta pertinacia, Romanis adiunxit. Nec imperio, vt iſte nugatur, vnquam excidit. Quo mortuo, filius eius Andronicus ad veterem Græcorum errorem rediit. Ita iam ſatis, vt opinor, oſtendi, nullum fuiſſe aut ſub Laſcare, aut Palæologo poſtea Imperatore inter Græcos & Latinos de Imaginibus diſſidium. Quin & apparent hodie cõcordiæ tum initæ capita, ab illius temporis ſcriptoribus prodita. Quorum primũ fuit; *vt in ſacrorum voluminum hymnodiis Papæ cum quatuor Patriarchis mentio fieret; Alterum; vt liceret cuiuis Romam veterem, quæ curia maior & perfectior eſſet, appellare: Tertiùm; vt illi principatus in omnibus deferretur.* Cui concordiæ cùm Becus patriarcha, vir doctiſſimus ſe diu oppoſuiſſet, tandem perlectis libris Nicephori Blemmydæ Græci hominis, qui ante viginti quinque annos multa ad confirmandam Latinorum ſententiam perdoctè collegerat, totus in ſententiam Imperatoris abiit; eamque poſtea concionibus, ſcriptis, omnique ratione accuratè propugnabat: vt turpiſſimum ſit, hodie Germanos tuos, atque Anglos meos in Romana ac Catholica religione natos & educatos, Pontificiæ huic auctoritati tam infeſtos eſſe. Neque verò in Concilio poſtea Florentino vlla de Imaginibus quæſtio orta eſt. Rectam & Catholicam in eo Concilio Imperator cum Patriarcha de multis controuerſiis, ac præſertim de proceſſione Spiritus ſancti, ſententiam agnouit. Quam tamen paullò pòſt Græci pro ſuą leuitate, duodecima aut tertia decima reconciliatione reſciſſa (toties enim poſt varios errores aggregarunt ſe ad Eccleſiam Romanam) reiecerunt. Mox grauiſſimas perfidiæ ſuæ pœnas dederunt, & adhuc dant, pulcherrimo imperio excuſſi, & ad du-

Theodorum Laſcarim nõ interfuiſſe Concilio Lugdunenſi.

Michael Palæologus.

Platina in Greg. 10.
Blond. Decad. 2. lib. 8.
Io. Cuſpinianus.
Io. Baptiſta Ignatius.
Carion in chron.
Nicephorus Gregor. lib. 4. & 5.
Pachym. lib. 5.

Andronicus.

Nicephor. Gregor. lib. 5
Pachymer. lib. 5.

Capita cõcordiæ inter Græcos & Latinos inita.

Becus.
Nicephorus Blemmyda.

Florentinum Concilium.

Græcorum leuitas.

Conſtantinopolis expugnata eſt anno 1452. 4. Calend. Iunij feria 2. eo die qui Pentecoſten ſequitur, aut certè ſequenti manè. Vide Maſſeü Chronol. Mercat.

In Græcorum perfidiam vindicta Dei.

Excidium Hieroſolymitanum.

Cladis Conſtãtinopolitanæ qua cauſſa.

ad duriſſimam ſub Turcis ſeruitutem redacti, vrbe ad ſacros Pentecoſtes dies obſeſſa, nec ita multò poſt capta. Mira hîc Dei fuit prouidentia ac vindicta; vt quibus diebus reliqui Chriſtiani Deum patrem, Chriſtum, ac Spiritum ſanctum recta fide, ſummaque lætitia, ac libertate colerent, feſtosque Pentecoſtes dies celebrarent; iiſdem illi diuturnæ perfidiæ aduerſus Spiritum ſanctum pœnas luerent, in luctu & ſqualore eſſent. Simile olim diuinæ vindictæ in Iudæos exemplum fuiſſe editum videtur. Nam hi ad Paſchæ ſacram ſollemnitatem, in qua Chriſtum ingratiſſimi oppreſſerant, à Romanis obſidione preſſi, euerſa mox vrbe, internecione pæne deleti ſunt. Hanc autem omnem Conſtantinopolis cladem ab eo profectam, quòd à recta Romanæ Eccleſiæ cum aliis de rebus, tum de Spiritu ſancto fide perfidè diſceſſerant, præter Leonardi Chienſis, & aliorum, de quibus paullò ante mentionem feci, ſcripta, res ipſa apertè clamat. Quorum nō iam ego; ſed me reprimam. CRIT. Quid tibi accidit, mi Irenæe? cur animo vultuque concidiſti? cur repente tam triſtis factus es? cur tanta ſuſpiria ducis? cur non mancam ac mutilatam orationem abſoluis? collige, collige te quæſo, nec me celes, quicquid ſit rei. IREN. Non te celabo, mi Critobule. Hei tuæ Germaniæ! hei Angliæ meæ! hei reliquo Chriſtiano orbi! ſed præſtat iſta omittere. CRIT. Imo ego te per omnem amicitiam obteſtor, vt cogitationes has tuas mihi communices. IREN. Nihil tibi roganti negare poſſum. Hoc eſt ergo, quod dicere volui; non tam me ad præteritam Conſtantinopolis, quàm ad futuram, & quā Europæ noſtræ iam iā imminere video, cladem obſtupeſcere. Quæ ſine dubio accelerat, niſi precibus, niſi prauorum morum, niſi errorū, qui hodie paſſim regnant, matura, & ſeria emendatione diuinam iram auertamus. Ita omnia funeſtis factionibus ardere video, vt, dum eas propugnamus, alia Chriſtianæ reipublicæ cura protſus nulla tangamur. Hinc factū eſt, vt noſtra memoria Hungariæ pars magna per Turcas, & nuper per Moſcouitas Liuonia, dum nos inter nos rixamur, ſit intercepta. Iam quid commemorem ferale illud hodie in Gallia, florentiſſimo alioqui totius Europæ regno, diſſidium? Quid reliqua, quæ notiora tibi ſunt, quàm vt ea referam? Nihil propius video, quàm vt à Turca, & Moſcouita, conſumtis prius, aut debilitatis domeſtica ſeditione noſtris viribus, toti poſtea opprimamur; & quales olim Conſtantinopolis, tales, & nos propter eas, quæ tam latè graſſantur, hæreſes, pænas exſoluamus. Hæc igitur cogitatio, in qua vtinam falſus vates ſim, ad excidij Conſtantinopolitani memoriam ita animum meum totum peruaſit, debilitauit, deiecit, vt omnem dicendi alacritatem excuſſerit, maximumque futuri mali exſpectatione metum incuſſerit. Sed hæc Deo relinquamus. Illud verò

Timenda diuini numinis in Europam vindicta, ni maturè reſipiſcat.

Factiones, quibus Europa ardet, quid mali pepererint.

Hungaria.

Liuonia.

Gallia.

abundè

abundè iam me probaſſe puto, totã hanc Vueſthemeri de Theodoro, ac aliis narrationem eſſe vaniſſimam. Vnde etiam apertiſſimi mendacij conuincitur concionator ille Anglicus, qui hac de Theodoro Laſcari imperatoria dignitate priuato, deque Imperatoribus poſt Theophilũ Iconomachis fabula popularibus meis imponere conatur. Theodorum verò non interfuiſſe Lugdunenſi Synodo, ſed Michaelem Palæologum, & hunc nõ imperio, ſed ſepultura poſt mortem fuiſſe priuatum, inter alios Pantaleon veſter in ſua Chronologia oſtendit. Quare cùm iam nihil ſit, cur in his longius immorari debeam, tu ſi quid præterea tibi ſuppetat, quo ad cauſſam tuam muniendam aliquid adiumenti allatum iri putes, illud quicquid ſit, in medium afferto. CRIT. De imperatorio iſto præſidio, quod fortiſſimum forè ſperabam, deiectum me video. Sed habeo alia propugnacula, & cum primis, celeberrimam illam Epiſcoporum Synodum Conſtantinopoli; quam Caluinus inſtar Euangelij exoſculatur. Ex ea, labenti rei firmius me ſubſidium laturum ſpero. Querelam verò illam tuam de communium temporum inclinatione, & inſtantis periculi magnitudine nõ omnino inanem puto. De qua multa dici poterunt, quæ aliâs forſan agitabimus: nunc Synodum noſtram vrgeo. Quæ vt certius à te intelligatur, & maius apud te pondus habeat; non me, ſed ipſam magno quidem de re tota compendio, perpetuaq; oratione diſſerentem audies. Quam caue, donec perorauerit, interpelles; poſtea contra eam, quantum velis, altercare.

In 2. parte Hom. de pericul. Idololatriæ

Anglicus concionator mendacij arguitur.

Pantaleon.

Summa Concilij ab Iconomachis Conſtantinopoli, imperante Conſtantino Copronymo, habiti explicatur.

Definitio ſanctæ, magnæ, & vniuerſalis ſeptimæ Synodi.

CAP. XIIII. CRITOBVLVS.

POSTQVAM Lucifer cũ ſua inſolenti factione Deo ipſi bellum inferre, & diuinam maieſtatem arroganter laceſſere auſus, cælo deturbatus fuiſſet: Deus pro immenſa ſua bonitate humanum genus, quod ruinas illas, & gloriæ locum, vnde ille exciderat, repleret, creauit & ſuffecit. Quare totus ille odio æſtuans, & tantis humanæ gloriæ bonis inuidens, omnes ſecum ſceleratas rationes meditatus eſt, quibus de tanta hominem felicitate deiiceret. Quem eò tandem præcipitauit, vt præter alia ſcelera, ad malorum cumulum infandam idololatriam adiiceret, ſpretoque creatore atq; opifice Deo, in idola miſerè inſaniret, diuinamque eius gloriam creaturis tribueret. Quo ſcelere cùm totus pæne orbis diu commaculatus fuiſſet, atq; ita in ſempiternum corporis animiq; interitum præceps ruiſſet; benignus Deus, tantę homi-

Vide tom. 2. Concil. Conſtant. Synod. vnde iſta deſumta ſunt.

Luciferi de cælo ruina.

Humanum genus cur creatũ.

Diaboli in hominem odium.

Idololatria vitio vniuerſus pæne orbis infectus.

num prolapſionis & cladis miſertus, pro bonitatis ſuæ magnitudine ab omni ea hominem calamitate ac morte per mortem vnigeniti filij Chriſti aſſerere, atque in integrum reſtituere dignatus eſt. Deinde poſtquam legiſlator noſter Chriſtus, morte & Diabolo in triumphum ductis, ardua cælorum adſcendiſſet, huius diuini beneficij memoriam & fructum per Apoſtolos, ac alios diſcipulos in omnem, quacunq; patet, orbem diſſeminauit. Qui poſt ſæculorum aliquot decurſionem totus ferè idola execratus, ad Chriſtum traductus eſt. Magnos inde vbique ſucceſſus Euangelium habuit. Non deſiit tamen communis hoſtis hanc rectam fidem per ſuos ſibi deditos homines adulterinis, ac pernicioſis doctrinis, Arrij, Macedonij, Neſtorij, Eutichetis ac ſimilium contaminare. Quas & reliquas id genus peſtes, ſanctiſſimi patres apud Nicæam, Conſtantinopolim, Epheſum, Chalcedonem præclara victoria confecère. Quid? quòd ſenſim & clàm, idque ſub ſpecie ac fuco Chriſtianæ pietatis idololatriam planè ſceleratus Dæmon inuexerit, eoque homines perduxerit, vt non temperarent ſibi, quin ipſas rurſus creaturas adorarent, ac colerent, Deúmque ficticium Chriſti nomine appellatum? Sed Deus Eccleſiam ſuam non deſtituit: atque vt olim Apoſtolos, ita iam excitauit Chriſtianiſſimum noſtrum Principem, per quem verus Dei cultus in Eccleſia inſtauretur. Cuius nos volútati obſequuti magno Epiſcoporum numero Conſtantinopolim ad habendam in templo beatæ Mariæ virginis Synodum confluximus; tum vt ampliſſimis noſtris ſuffragijs ſex, quæ anteceſſerunt, œcumenicas Synodos, ſummaque animorum conſpiratione confirmemus; tum vt pro officij, ac ſacerdotij noſtri auctoritate, diuinarum Scripturarum ſententiis diſcuſſis diligenter atque exploratis, euertamus ſceleratas iſtas picturas, quæ à vero, puro, & cæleſti Dei cultu hominum mentes abſtractas, in humili, corporea, ac terreſtri veneratione totas defigunt. Re igitur diu agitata, ac maturè deliberata, deprehendimus nefandam pictorum artem ſex ſacroſanctas Synodos, & Chriſti œconomiam labefactare. Atq; ô inſanos ac deplorandos pictores, qui turpi ac ſordido lucro inhiantes, ea impiis manibus exprimere, & oculis ſubiicere conantur, ad quæ fide cordis, orisque confeſſione tantum penetratur! Quid hoc aliud eſt, quàm dedecore planè, ac ignominia Sanctos, qui olim totius orbis arbitri apud ampliſſima cum Deo tribunalia aſſidebunt, tam vili & abiecto artificio deturpare? An fortè exſpectant, vt Sanctos olim mortuos hac ratione ad vitam reuocent? fruſtrà id quidem exſpectant. Sciant interim ipſi, & egregij iſti Imaginũ adoratores, quos imitentur, quóſue referant: Neſtorium cum primis, qui duos filios nugatur, alterum Dei, alterum ex Virgine incarnatum: tum deinde impios illos Dioſcorum, Seuerum, Eutychem,

Humani generis per Chriſti mortem redemtio.

Euangelij propagatio.

Rectæ fidei per hæreticos deprauatio.

Conſtantinopolitanum cõciliabulum, quo prætextu coactum.

Iconomachorum in pictores vehemens exclamatio.

Sancti olim totius orbis arbitri futuri.

Rationes Iconomachorum cõtra ſanctas Chriſti, & Sanctorum Imagines.

Neſtorius.

tychem, qui duas Chriſti naturas commiſcebant, ac confundebant. Nam cùm Imaginem Chriſti, Dei & hominis effingant; conſequitur, vt aut miſerè illi ſi diuinam naturam (in quam nulla cadit forma, nulla circumſcriptio) circumſcribant, aut inconfuſam illam naturarum vnionem impia confuſione commiſceant. At *Obiicitur.* forſan, vt ſolent, eò confugient, vt dicant nequaquam ſe diuinitatem Chriſti, ſed ſolam illius, quam verè aſſumſit, carnem effigie repræſentare. Sed non ſic ſanè abierint. Cùm enim neque, mo- *Reſpondetur.* riente Chriſto, diuinitas, vel à corpore ipſius, vel ab anima diſſociata fueret; qua fronte carnem iam diuinitati copulatam diſtrahunt? Aut ſi non nudum ſe hominem pingere dicant; qua tandem ratione, verbi Dei eſſentiam & hypoſtaſim, quæ non magis poſt, quàm ante incarnatum Chriſtum, circumſcribi valet, coloribus ſe aſſequi putant? Quare in has miſeri anguſtias rediguntur, vt aut diuinam naturam negent, aut aliud cum Neſtorio corpus à diuinitate ſeiunctum, & quartam in ſacra Trinitate perſonam comminiſcantur. Atqui ſi iſti homines Imagine Chriſti tantopere delectentur, quin ad veram & ſolam ipſius in terris Ima- *Caro Chriſti in* ginem confugiunt? eamq́ue ſincera mente venerantur? Quā ipſe *Euchariſtia ado-* Chriſtus nobis tradidit ac commendauit, carnem videlicet ſuam *randa.* in ſacroſancta Euchariſtia. Quod ſolum incarnationis ſuæ monumentum, & diuini corporis genuinam Imaginem, nulla tamen effigie formatā, ne idololatriæ daretur occaſio, reliquit. Ita enim Eccleſiam ſuam diuina prouidentia conſtituit, vt media ſit inter *Eccleſia Chriſti.* Iudæos & Paganos; vt vtrinque, & illorum cruenta ſacrificia, & horum exſecrabiles ſtatuas atque picturas explodat. Nullo enim fundamento hic Imaginum cultus nititur; non Chriſti, non Apoſtolorum, non patrum. Neq; vt alia, quæ Deo per Eccleſias ſunt dedicata, certas habent precationum formulas, quibus ad diuinos vſus transferātur, ſed ſemper, vt eas ab initio pictor delineauit, profanæ, & ſolemni illa conſecratione vacuæ, perdurant. Nullum denique vſum adferunt: eſt enim vanum aut potius Diabolicum commentum. Quanto igitur præſtaret beatorum virorum *Virtutes Sancto-* virtutes, quas ex ipſorum hiſtoriis percipimus, quæ viuæ ſunt *rum eſſe viuas* ipſorum Imagines, æmulari, quàm inanibus ipſorum ſimulacris *eorum Imagi-* ſuperſtitioſè fore addictos? Sed quid rationibus, licet hæ quoq; *nes.* ſolidæ ac firmæ ſint, & non potius diuinæ Scripturæ auctoritate *Scripturarum* agitur? Quæ hanc omnem quæſtionem expeditè explicat, omnē- *contra Imagi-* q́ue nobis Imaginum vſum palàm interdicit: quorum teſtimo- *nes conglobatio.* niorum tanta eſt copia, vt facilè aduerſarios illis obruere poſſimus. Hoc igitur quaſi initio, ac fundamento totius noſtræ defi-
Io 4. nitionis vtemur: *Deum Spiritum eſſe; ac in Spiritu, & veritate adoran-*
1. Io 4. *dum: Deum neminem vnquam vidiſſe, neque vocem eius audiſſe, neque*
Io. 5.
Io. 20. *formam vidiſſe*: &; *beatos, qui non viderunt, & crediderunt*. Clamat

præterea

præterea Paulus: *Si cognouimus Chriſtum ſecundùm carnem; iam non* 1. Cor. 5.
cognoſcimus: per fidem enim ambulamus, non per ſpeciem. Quin & gra- Rom. 1.
uiter aduerſus eos expoſtulat, qui *mutauerunt gloriam immortalis*
Dei per Imaginem, & venerati ſunt & coluerunt ea, quæ condita ſunt, ſu- Deut. 5.
pra eum qui condidit. Quid verò aliud tota ferè lex vetus perſonat, Exod. 20.
quã nõ facienda idola, non vllam ſimilitudinem, non ſculptilia, Pſal. 96.
non adoranda manu facta, neque vllam creaturam? Quid ergo
de iſtis ſtatuere debemus, qui coram Imaginibus lumina accen-

Candelæ coram Imaginibus accenſæ.

dunt, & coram ipſis procidunt, & in genua prouoluuntur? idque
non modò coram Imagine Chriſti & Sanctorum (quos conſtat
veram habuiſſe humanam carnem, quam iſti ad qualemcunque
idololatriæ ſuæ excuſationem arripiunt) ſed etiam Angelorum,
quos cõſtat eſſe virtutes corporis expertes, atque ita per nullam
aut formam, aut picturam exprimi poſſe. Atq; iſta quidem, licet

Angeli cur non aliqua forma exprimendi.

ſatis ſuperq; Chriſtiano homini ſufficere debeant, ne hoc errore
implicetur; tamen ex abundanti, vt vndique ſit inſtructus, & con-
tra hunc turpem errorem benè meditatas habeat rationes, ſan-

Patrum teſtimonia, quibus Iconomachi nituntur contra Imagines.

ctiſſimorum patrum egregia teſtimonia explicabimus. Et vnde
melius, quàm ab ipſo Ioanne, qui diuinam ſapientiam ex pecto-
re Chriſti, in quo recubuit, ſuxit, exordiri poterimus? An igitur

Ioannes Euangeliſta.

ille Lycomedi, quem à morte in vitam reuocauit, non vicio ver-
tit Imaginem ſuam ab eo, licet tanto beneficio adſtricto, depictã?
Audiamus Athanaſium Alexandriæ lumen. *Quo modo,* inquit, *non
miſeratione proſequendi ſunt, qui creaturas adorant, quod illi, qui vident,
non videntibus cultum exhibent, & audientes non audientes orant, ac pre-
cantur? Creatura enim à creatura nunquam ſeruabitur.* Pręclarè itidem

Chryſoſtomus.

Chryſoſtomus: *Nos per ſcripta, Sanctorum fruimur præſentia, non ſanè
corporum ipſorum, ſed animarum Imagines habentes. Nam quæ ab illis*

Baſilius.

dicta ſunt, animarum illorum Imagines ſunt. Baſilius verò *vitas beato-
rum virorum, veluti animatas quaſdam ipſorum Imagines* appellat. Cui

Gregorius Nazianzenus.

tum virtute, ac doctrina æqualis Gregorius Nazianzenus; *Flagi-
tium,* inquit, *eſt fidem habere in coloribus, & non in corde.* Diuinus iti-

Amphilochius.

dem Amphilochius Iconij Epiſcopus: *Non eſt nobis cura, Sancto-
rum corporales vultus in tabulis coloribus formare; quoniam his opus non
habemus, ſed politiæ illorum virtutum memores eſſe debemus.* Quin &

Aſterius

Aſterius Amaſiæ Epiſcopus: *Ne pingas Chriſtum in veſtibus, ſed ma-*

Epiphanius.

gis ſumtu illo & impenſis, pauperibus ſubueni. Epiphanius verò, *Ima-
gines nec in Eccleſiam inferendas, nec in Sanctorum cæmeteriis ſtatuen-
das, nec in domo communi tollerandas,* ob id aſſerit, quòd *fas non ſit,
Chriſtianum oculis ſuſpenſum teneri, ſed mentis agitatione.* Quem &

Theodotus.

Theodotus Ancyræ Epiſcopus ſequitur, & vlterius progreſſus;
huiuſmodi Sanctorum Imagines, non modò decoras negat, ſed

Euſebius.

& *diabolicæ* planè *deceptionis inuentum.* Euſebius denique doctiſſi-
mus ille, & eloquentiſſimus Cæſareæ Epiſcopus Chriſtum Ima-
gine

gine effingendũ negat. Quare cùm iſta ſint tam expedita, anathema denunciamus ei, quicũque Chriſti aut Sanctorum Imagines, *aut in Eccleſia, aut in priuata domo adorare, aut clàm habere auſus fuerit. Hac eſt fides patrum: hac eſt fides orthodoxorum.* Id verò interim ſeuerè omnibus ducibus, magiſtratibus, militibus ac reliquis laicis interdicimus, ne quiſquam ſub euerſarum Imaginum prætextu ſacrilegis manibus ſacras veſtes, vela, aut alia, quæ Deo ſunt dedicata, inuadat; quia poſſunt in alios vſus huiuſmodi idola transferri. Neque ex iſta Imaginum euerſione beatæ virginis Mariæ, aut Sanctorum aliorum honori quicquam detractum volumus: quin & anathema eis dicimus, quicunque eorum ſuffragia, atque interceſſiones poſtulare inſolenter contempſerit. Hæc patres. Habes igitur prudentem, ac ſanam huius Synodi ſententiam: quam Caluinus, Illyricus, & reliqui tantopere ſuſpiciunt. De qua, quid ſentias, aueo audire. Quantumuis enim Conſtantinum illum Imperatorem deprimas, ac contemnas; non potes facilè tot, & tantos patres contemnere. IREN. Quid ego de ea ſentirem, niſi quod de reliquis Arrianorũ, Macedoniorum, & prædatorio illo, quod Epheſi conuênit, conciliabulo ſentio? nec pluris facio iſtos tuos Epiſcopos, quàm Conſtantinum, cuius horrendum exitum iam audiſti: nec multò ſanè meliorem Patriarcha Conſtantinopolitanus Conſtantinus, præclaræ huius Synodi ſummus moderator, ſortitus eſt. Cui Conſtantinus ille Imperator, ſuggeſto in æde Deiparæ virginis vbi Synodus habita eſt, conſcenſo, acclamauit: *Conſtantinus œcumenicus Patriarcha multos annos viuat.* Cum quo & aliis Epiſcopis tyrannus in forum quoque proceſſit, vbi populo venerandarum Imaginum adorationem interdixit, idololatras eos appellando, qui eas colerent. CRIT. Cupio audire, quem exitum Patriarcha ille habuerit. IREN. Non ita multo pòſt tyrannus Conſtantinum, delitias illas ſuas, neſcio ex qua leui ſuſpitione, in exilium abegit, & reductum poſtea, atque ſæuiſſimè excarnificatum, aſinoque impoſitum, ludis Circenſibus in theatro ignominioſa circumuectione traduci, ac deinde obtruncari iuſſit. Illud verò demiror, ementitam iſtam Synodum, ac tam futiles, & vanas ipſius rationes te tantopere mouere, præſertim cùm omnẽ eius auctoritatem celeberrima, atque œcumenica paullò pòſt apud Nicæam Synodus euerterit. Ex qua ego tibi pro reſponſo breuẽ confutationem colligam. Ipſam igitur, aduerſus tuam falſam Synodum Catholicæ Eccleſiæ vſum egregiè defendentem, diligenter audiſſe, erit tibi ſanè operæ precium.

Anathemata bruta conciliabuli Conſtantinopolitani in eos qui Chriſti & Sanctorum Imagines vel habẽt, vel venerantur.

Res Deo ſacras diripere nefas.

Inuocatio Sanctorũ aſſeritur.

Vtriuſque Conſtantini tam Imperatoris, quàm Patriarchæ Conſtantinopolitani infelix exitus.

Zonaras in Conſtantino.

Conſtantini Imperatoris acclamatio ad Conſtantinum Patriarcham.

Exitus miſerabilis Conſtantini Patriarchæ Conſtantinopolitani Iconomachi.

Conuellitur Pſeudoſynodus Conſtantinopolitana ex actis Nicænæ ſecundæ Synodi in compendium contractis. Varia hic miracula, quæ fuerunt ad Crucem & Imagines edita, recenſentur.

Synodus Nicæna ſecunda contra Pſeudoſynodum habita.

CAP. XV. IRENÆVS.

QVOD felix, fauſtumque ſit toti reipublicæ Chriſtianæ, Dei Optimi Maximi auſpiciis, & ſingulari Principum noſtrorum in veram pietatem propenſione, ad hanc œcumenicam Synodum conuenimus, propoſitis in medium ſacroſanctis Euangeliis, de re Chriſtiana, & quæſtione, quæ Chriſti Eccleſiam multos annos miſerè lacerauit, deliberaturi. Atque illud quidem oportunè, ac commodùm inter primas deliberationes accidit, quòd Baſilius,

Epiſcopi Iconomachi hereſeos ſuæ palinodiam in ſecunda Nicæna Synodo cecinerunt.

Theodorus, Theodoſius, Hypatius, Leones duo, Gregorij duo, Nicolaus ac alij Epiſcopi, qui fuere duces atque anteſignani deteſtandæ hęreſeos, hodie adſint, eam ex animo deteſtãtes, & horrendâ ſe exſecratione per Patrem, Filium, ac Spiritum ſanctum deuouentes, ſi non lingua intimis eorum cogitationibus reſpondeat. Id autem iam nobis reliquum incumbit, vt quæ ſit de Imaginibus honorandis antiqua Eccleſiæ traditio, quæ patrum ſentẽtia, diligẽter diſpiciamus; vtq; eã, quæ ſe nuper œcumenicã Synodum ementita eſt, labefactemus atq; diſſipemus. Qua in re cũ

Qui fuerint Imaginum oppugnatores.

primis animaduertẽdum iudicamus, qui potiſſimùm ante noſtra tempora hactenus Chriſti ac Sanctorum Imaginibus fuerint infeſti: vt ab eis ad diuinos iſtos, nouosque Legiſlatores, illorum aſſeclas, atque æmulos noſtra deriuetur oratio. Quantum igitur prima Eccleſiæ tempora recordari poſſumus, inde vſque repetentes inuenimus Iudæos, Gentiles, Saracenos, Manichæos, Acephalos, vt Petrum Seuerum, Xeneiam cum ſimili hominum colluuie, Imagines potiſſimum oppugnaſſe.

Iudæi. Gentiles. Saraceni. Manichæi. Acephali. Petrus Seuerus. Xenias.

E quibus Xeneias in ſeruitute natus, moribus tamen magis ſeruilibus, cùm nec adhuc baptiſmo expiatus Epiſcopatum inuaſiſſet; nec Angelos ſub humana, nec Spiritum ſanctum ſub columbæ forma, nec ipſius Chriſti Imaginem ferre potuit. Superſunt adhuc viui, qui tempus recordantur, quo Chriſtianorum in Syria Imagines, & ex qua cauſſa primùm ſublatæ ſint. Saracenis tum imperauit Ezidus.

Ezidus.

Is ab impoſtore Hebræo Sarantapeche ſeductus, cui vitam ad triginta annos cum maximo rerum omnium ſucceſſu prorogandam promiſerat, è templis, è veſtibus ſacris, ab altaribus, ab omnibus denique locis publicis ac priuatis, Imagines aboleri iuſſit. Cuius præceptum nullus Chriſtianorum exſequi voluit. Quare immiſſi Arabes, ac Hebræi in venerandas Imagines graſ-

fati ſunt.

ſati ſunt. Princeps interim intra annum & dimidiatum periit. A cuius ſucceſſore præſtigiator exquiſita morte abſumtus eſt. Hos, aliosque id genus præceptores, noui noſtri legiſlatores præeuntes ſibi habuere, vt ex eorum auſpiciis, iſta nobis oracula effunderét. Magnam tamen pietatis ſpeciem præſeferunt, ſed nos omnem illis laruam detrahemus, orbique ſpectandos, ſublata iſta adſcititia perſona, exhibebimus. Definitio (aiunt) ſanctæ, magnæ, & vniuerſalis Synodi. Sed quo modo ſancta dicenda, quæ inter ſanctum & profanum diſcernere non nouit? Quo modo ſancta, quæ Imaginem Chriſti Domini noſtri, ac Seruatoris, idolum appellat? vt eos meritò per Prophetam alloqui videatur, *Sacerdotes contaminauerunt leges meas, & ſancta mea profanauerunt; inter ſanctum & profanum non poſuerunt diſcrimen*. Magnæ verò ac vniuerſalis nomen qua ratione huic congruit, quam multarum Eccleſiarum præfecti non admiſerunt, ſed anathemate deuouerunt? Quo modo vniuerſalis, quæ Apoſtolicarum ſedium, Alexandrinæ, Antiochenæ, ac Hieroſolymitanæ conſenſum nullum habuit? Quo modo vniuerſalis, cùm Apoſtolica Romæ ſedes nec per vicarios, nec litteras (*quemadmodum in Synodis fieri debet*) vllo modo conſenſerit? Septima autem quo iure appellabitur, quæ diſſidet à ſex antecedentibus? Perinde enim hic res comparata eſt, ac ſi quis poſtquam aureos ſex numos numerarit, ſeptimo loco æreum ſupponat. Remouenda itaque hæc ſpecioſa nomina à rebus tam inanibus atque pernicioſis. Sed neque locus, aut templum virginis Mariæ quicquam eorum cauſſam honeſtat, quod ſcelerata iſta coitione commacularunt. Sed iſtis dimiſſis, videamus rationum pondera & momenta. Quæ igitur de Dei benignitate in humanum genus, deq; noſtra redemtione per Chriſtum, & de œcumenicis Conciliis dixerunt, obuiis, quod dicitur, vlnis amplectimur, niſi quatenus ineptè, atque impudenter Imaginum vſum œcumenicis Synodis aduerſari dixerint. Nec quæ ſit illa idololatria, quam Dæmon inuexit, nec quo modo ad idololatriam expurgandam illos, quaſi nouos Apoſtolos, Deus amandarit, nec quo modo Chriſtiana fides in idololatriam lapſa ſit; nec ſi quę ſit idololatria, quo modo in Chriſtianorum Imaginibus hæreat, adhuc intelligimus: fraudes verò iſtorum, atq; inſidias, & manifeſtas calumnias, rectè atq; perſpicuè intelligim⁹, ac tenemus, omnibusq; palā proponemus. Nā quæ de creaturis adoratis, ficticioq; Chriſto adduxerūt, à Gregorio Nyſſeno mutuati ſunt, ab eo cōtra Arianos, qui Chriſtum, vt Deum creatum, adorabant, atq; ita idololatriæ affines, cùm rem creatam adorarent, in ea ſpem ſalutis ponerent, & ab ea iudicium exſpectarét, rectè detorta. Vt igitur ille eo loco de Imaginibus nō ſenſit, ita nec ad eas verba eius applicari poſſunt. Quas Chriſtiani neq; Deos appellāt, neq; eis, vt Deo, cultum

Ezech. 22.

Sarantapechys dignum ſua in Imagines impietate ſupplicium petulit.

Pſeudoſynodus Conſtantinopolitana falſo dicta Sancta.

Eadem Pſeudoſynodus falſo dicta magna & vniuerſalis.

Eadem Pſeudoſynodus falſo dicta ſeptima.

Locus Pſeudoſynodi.

Reſpondetur rationibus Pſeudoſynodi contra Imagines.

Gregorii Nyſſeni verba cōtra Arianos malè à Conſtantinopolitanis contra Imagines detorta.

cultum exhibent, neque ſalutis ſpem in eis collocant. Agnoſcimus itaque lubenter Gregorij Nyſſeni viri doctiſſimi & ſanctiſſimi, ac aliorum patrum auctoritatem: ſed iſti Rabſacen, qui aliquando Hebraica lingua contra Iſraëlitas pernicioſè vſus eſt, æmulantur. Quare non eſt, quòd ſe iactent, quaſi Apoſtolos ad idololatriam excidendam, quæ nulla eſt, à Deo delegatos. Inſigne planè eſt hoc contumeliæ genus in Chriſti ſponſam, quam, vt adulteram, traducunt. Quod ſi ſe omnino pro Apoſtolis haberi velint, oſtendant Apoſtolicas ſuas dotes, atque ſigna, ad quæ olim mundus obſtupeſcens, idola deſeruit. Nec moramur diligentiam iſtam iſtorum, atque exquiſitam rerum conſideratione, qua non plus merentur quàm Achitophel, qui diligenter omnes rationes meditatus eſt, quibus Abſalon poſſet patrem ſuum opprimere. Nam eodem animi propoſito iſti aduerſus patres, ac Chriſti ſponſam Eccleſiam conſpirarunt. Alioqui quo modo illis vnquam in mentem veniſſet, vt dicerent Imagines Eccleſiæ tum ſex œcumenicas Synodos, tum Chriſti œconomiam euertere, atque homines à vero Dei obſequio abducere? Qua oratione valde ſe ridiculos oſtendunt, dum pictorum artem nefariam appellant, eosque propter ſordes, & lucri deſiderium damnant. Quæ oratio non pingendi modò, ſed & reliquas omnes artes è medio tollit, & omnia tam humana quàm diuina ſubuertit. Quid enim eſt tam ſanctum, quo non auaritia, quo non abuſus irrepat? Res itaque maneat, abuſus auferatur. Sanè cùm Moſes Deo tabernaculum erigeret, Beſeleel totus cæleſti ſpiritu, ac ſapientia diuinitus illuſtratus eſt, ad omnia ea opera excogitanda, quibus templum ornari potuiſſet. Iam cur ea, quæ corde capere, lingua profiteri debeamus, non liceat pingendo aut fingendo exprimere; aut cur Sancti ex Imaginibus contumelia aſſiciantur, neque quicquam oſtendunt, neque vnquam oſtendere poterunt. Illud verò, non poſſe pictores Sanctis vita functis vitam reſtituere, & alia id genus, ſunt tam puerilia, & ridicula, vt ocio noſtro abuti in eis confutandis (quæ oſtendiſſe, eſt arguiſſe) nolimus. Cetera, quæ inſequuntur, aliquod pondus haberent, ſi tam facilè probarentur, ac temerè proferuntur. Eſt enim riſu digna, ac ſibi planè contraria iſtorum collectio, qua pictores, ac Imaginum cultores, quaſi Neſtorianos, ac Eutychianos, hæreticos quidem vtroſque, ſed ex diametro inter ſe repugnantes ineptè lacerant. Cur, ô boni viri, pictor Neſtorianus? Cur vt ſomniatis, aut duos filios, aut quartam in ſacra Trinitate perſonam colẽdam proponit? An quia non licet diuinitatis Chriſti; ideo nec humanitatis eius formam exprimere, aut effingere poſſumus? aut, ſi id conamur, diuinitatem ſtatim à Chriſto abdicamus? Qui hominem pingit, oris quidem lineamenta poteſt, animam effingere non poteſt. An igitur, iſtis ar-

Conſtantinopolitanos non eſſe Apoſtolos ad abolendam idololatriam à Deo miſſos.

Conſtantinopolitanorum diligentia illaudata confertur cum conſiliis Achitophel contra Dauidem.

Pingendi ars iniquè à Pſeudoſynodo damnata à calumniis vindicatur.

Beſeleel ſculpendi & fundendi artem à Deo edoctus.

Pictores & eos, qui Imagines, quo decet, honore proſequuntur, imperitè & inepiè aſsimulari Neſtorianis & Eutychianis.

4. Reg. 18.

2. Reg. 15. 16. & 17.

Exod. 31.

iſtis arbitris, ne hominem quidem pingi poſſe, propter hãc cauſſam dicemus? aut pictorem exiſtimabimus tam inſanum, vt putet hominem, cuius animam penicillo pingere nõ potuit, exanimem prorſus fuiſſe? Nec à pictore exſpectare debent, vt diuinitatem, aut animam Chriſti pictura referat: niſi ipſi ſuam, aut aliorum ſe animam videre poſſe confidant. Nec magis pictor diuinitatem, aut animam Chriſti, quas pingere non poteſt; aut qui Imaginem Chriſti adorat, quia eas videre non poteſt, negare videtur; quàm ipſi ſe anima præditos negant, quia nec ipſi ſuam animam videre poſſunt. Ex his abundè perſpicere licet, quàm iſti ineptè pictores, ac Imaginum cultores Neſtorianis & Eutychianis aſſimilét. Neque enim qui vel pingit, vel veneratur Chriſti Imaginem, aliò quàm ad archetypum reſpicit: Neuter aut diuidit, aut confundit. Aliud, aliud certè Baſilius Magnus ſentit. Dicit enim omnẽ hunc Imaginis honorem ad primum veluti fontem redundare. Nec enim qui in foro regiam Imaginem diligenter intuetur, regemque eum appellat, qui in tabula pictus eſt, duos reges fatetur; nec primum & verum exemplar, ipſum ſcilicet regem appellatione, aut honore ſuo ſpoliare, ſed multo magis regis honorem per huiuſmodi confeſſionem ſtabilire videtur. Quod ſi aliquod hac in parte peccatum ineſſet, certè dum alterum eis impingunt, ab altero Catholicos liberant. Sunt enim, vt diximus, hæreſes iſtæ diſiunctiſſimæ. Ab vtraq; verò Catholici longiſſimè abſunt: Ita & mentiuntur, & ridiculè ſecum iſti pugnant. Quare anilia hæc deliramenta relinquentes, excutiamus cetera. Inter quæ iſti pro ſua benignitate vnam ſaltem nobis Imaginem, ſed pari, aut maiori turpitudine relinquunt. Neque enim vnquam Dominũ, Apoſtolos, aut patres incruentum iſtud in Eccleſia ſacrificiũ corporis Chriſti Imaginem, ſed verũ eius corpus, & verum ſanguinem appellaſſe, conſtat. Quãquam non ignoramus Baſilium, atque Euſtathium ante ſanctificationis cõſecrationem ἀντίτυπον, id eſt, *exemplar* nominare. Mediam verò inter Iudæos ac Ethnicos Chriſti Eccleſiam conſtituere, Baſilio non placet; qui tradit *Iudaiſmum cum Gentilitate, vtrumque autem cum Chriſtianiſmo pugnare*. Illud verò quã leue eſt, quòd Imagines certis ac ſollemnibus precibus non dedicentur? Cùm enim ad memoriam tantùm, & repræſentationem archetypi fingantur, inque ea abundè munus & officium ſuum impleant; apparet iſtos, propterea quòd ſolidis argumentis deficiantur, inania iſta conſectari. Imaginum autem vſum non ideo damnare debemus, quòd eum Apoſtolica ſcripta non præcipiant. Ex traditione enim, vt multa alia, Eccleſiæ per manus traditæ ſunt. Et inſigniter iſti mentiũtur, cùm eas nec antiquitatis, nec patrum auctoritatem, nec vllum vſum habere affirmare audeant. Apparet enim ex veterum monumentis, earum

Honor, qui tribuitur imagini ad archetypum refertur.

Baſilius.

Imagini regis honor tributus honorem regis non imminuit, ſed auget.

Euchariſtia Sacrificiũ nũquam à patribus appellatum Imaginẽ corporis, ſed ipſũ corpus Chriſti.

Chriſti Eccleſiã non mediam eſſe inter Ethniciſmum & Iudaiſmum.

Imaginum in Eccleſia vſum temporibus Apoſtolorum inoleuiſſe.

Chriſti Imago diuinitus panno impreſſa, & ad Abgarum miſſa.

vſum Apoſtolorum temporibus inoleuiſſe: atq; adeo Chriſtum
ipſum vultus ſui effigiem lineo panno diuina ſua poteſtate im-
preſſam ad Abgarum regem Edeſſenorum tranſmiſiſſe: quæ po-
ſtea eam vrbem ſtupendo prodigio ab obſidione liberauit. Ha-

Imaginẽ Chriſti alteram habuit Nicodemus.
Chriſti Imago ab Hæmorrhoiſſa erecta.
Antiochena Apoſtolorũ Synodus.
Petri & Pauli Imagines.
Conſtantinus.

buit & Nicodemus Chriſti Imaginem, quæ poſtea telo à Iudæis
violata ſanguine manauit, vt Athanaſius prodidit. Mulier præte-
rea profluuio ſanguinis liberata, apud Paneadem gratitudinis er-
gô ſtatuam Chriſto erexit. Ad quam incognita quædam medicis
omnibus herba enata, præſens fuit morborum remediũ. In An-
tiochena Apoſtolorum Synodo dictum eſt, ſeruatos non debere
amplius ad idola aberrare, ſed certandum ante columnam Dei
hominisque, Ieſu Chriſti. Petri & Pauli Imagines Sylueſter Cõ-
ſtantino magno oſtendit. Atque Conſtantinus poſtea Chriſto
initiatus, templorum, quæ conſtruxerat, columnas Imaginibus

Athanaſius.

exornauit. Athanaſius tradit, qui adorat Imaginem, ipſum regem

Chryſoſtomus.

adorare. Nec diſſenſit Chryſoſtomus, ac tradit præterea *ſuſilem ſe
ex cera picturam, pietatis cauſſa adamaſſe: in qua vidit angelum propul-*

S. Meletij Imago.
Ambroſius.

ſantem Barbarorum gentem pedibus conculcatam. Idem tradit, beati
Meletij Imaginem Antiochiæ vbique fuiſſe expreſſam. Audia-
mus iam Ambroſium. *Quid ergo? nunquid cùm Diuinitatem & car-
nem adoramus, Chriſtum diuidimus? num, quando in eo & diuinam Ima-
ginem & Crucem adoramus, ipſum partimur? abſit*. Cuius reſponſum
inanem iſtorum de Neſtorianis & Eutychianis Theologiam con

Stephanus Boſtrorum Epiſcopus.

uellit. Audiamus & beatum Stephanum Boſtrorum Epiſcopum.
Quicunque, inquit, *Diuorum Imagines confitentur, non errant: ſiqui-
dem omne opus factum in nomine Dei, bonum & ſanctum eſt. Aliud eſt*

ἄγαλμα.
Hieronymus.

enim Imago, aliud ἄγαλμα, hoc eſt, animalis aliecti ſtatua. Audiamus
& Hieronymum: Etenim, inquit, *vt conceſſit omnibus adorare, quæ
manu facta ſunt; Iudæis quidem cruſtas illas, quas fabricauit Moſes, præ-
terea duos Cherubim aureos, ita nobis Chriſtianis, Crucem largitus eſt, &
bonorum operum Imagines pingere & venerari, atque ita noſtrum opus a-
pud Deum probare*. Beatus Nilus ad Olympiodorum procõſulem,

Nilus.

iubet eum in templo, quod ædificarat in honorem ſanctorum
Martyrum, parietes hinc inde veteris & noui teſtamenti hiſtoriis

CRVX in templo.
Iſidorus Peluſiotes.
Gregorius Nyſſenus.
Aſterius.

elagantis pictoris opera illuſtratos ornare, Crucem autẽ ad tem-
pli orientem defigere. Diuus autem Iſidorus Peluſiotes nullam
ait templi rationem, quę non picturis illuſtretur. Habemus Gre-
gorij Nyſſeni, qui ad Imaginis Abrahæ filium Deo oblaturi; ha-
bemus Aſterij Amaſeæ Epiſcopi, qui ad attentiorem contempla-
tionem picturæ Euphemiæ Martyris in porticu Eccleſiæ expreſ-

Anaſtaſius.

ſæ, in lacrymas erupere; habemus Anaſtaſij Antiocheni, qui iniu-
riam Imaginibus irrogatam, cum Sanctorum iniuria cõiunctam

Simeon Stelites.

fatetur; habemus Simeonis Stelitæ, patrum, qui edidere canones
ſextæ Synodi, Germani Conſtantinopolitani, Leontij Neapoleos
Cypri,

Cypri, duorum Gregoriorum Romæ Epiſcoporum; habemus denique alia aliorum veterum patrum (quæ non eſt neceſſe perſequi) clara ac egregia in hac Imaginum quæſtione teſtimonia, ac ſcripta. Solus certè Baſilius inſtar omnium poterit eſſe. *Confiteor*, inquit, *incarnatam ἐνανθρώπησιν, deinde ſanctam Mariam, quæ ſecundùm carnem illum peperit*, quam & Deiparam vocat. *Suſcipio etiam ſanctos Apoſtolos, Prophetas, & Martyres, qui pro me apud Deum ſupplicant, quo per illorum mediationem, propitius mihi ſit Deus noſter benigniſſimus, & remiſſionem peccatorum mihi gratis largiatur. Quam ob cauſſam & hiſtorias Imaginum illorum honoro, & palàm adoro: hoc enim nobis traditum à ſanctis Apoſtolis, non eſt prohibendum, ſed in omnibus noſtris Eccleſiis hiſtorias eorum erigimus.* Cur igitur iſti, aut patres, aut vetuſtatem nobis deeſſe queruntur? Aut quid ſcripturas Dei exigimus ad eas adſtruendas, cùm apertiſſimam eius vocem in Eccleſia Catholica, eius ſponſa, quotidie audiamus, & clariſſimam volũtatem per illuſtria ſigna indies paſſim videamus? qualia iam ad Imaginem Chriſti edita, aliquot commemorauimus. Qualia præterea ad Imagines beatæ Mariæ virginis, Coſmæ ac Damiani, Anaſtaſij, Simeonis Stelitæ, idque eo adhuc viuo, atque aliorũ Sanctorum contigiſſe, veterum monumentis paſſim proditum eſt. Multæ enim ſcaturigines, multi ſanguinis riui, ex Reliquiis & Imaginibus ſanctorum profluxere, per quas Dæmones ſæpe abacti ſunt ab hominibus, quos inuaſerant. Ad quas mirifica deſignata fuiſſe ſigna, & deſperatos morbos profligatos, extra omnem controuerſiam ponitur. Et ne veterem memoriam perſequamur, certum eſt etiam hodie in Zozopoli Piſidiæ ciuitate, Imaginem quandam virginis Mariæ vnguẽtorum ſcaturiginem ex picta ipſius manu effundere. Aſſidet in hoc noſtro conſeſſu Manzon ſanctiſſimus Procanôn Epiſcopus, qui morbo correptus, deplorataq; iam valetudine, ſuprema ſua ordinare coactus eſt. Is vbi ad ſe Chriſti Imaginem adferri iuſſiſſet, eamque fiducia plenus, affecto loco applicuiſſet, morbũ protinus excuſſit. Quẽadmodum verò ad pios varia beneficia, ita ad impios, & qui ſacras Imagines contumelioſè verbo, aut facto violarunt, merita ſupplicia redundarunt. Id quod exemplum præſtigiatoris Iudæi, quod recenſuimus, ſatis oſtendit. Adeſt Conſtantinus Conſtantiæ Cypri ſanctiſſimus Epiſcopus, qui venerandæ huic Synodo narrauit, quendam apud Citium, dum clauum in parietem immitteret, frontem Imaginis Diui Petri in eodem pariete depicti transfodiſſe, ſtatimque quaſi non Imagini, ſed ſuæ fronti clauum impegiſſet, caput frontemque hominis intolerabilem dolorem cruciaſſe, nec prius eum depuliſſe, quàm clauum illum exemiſſet. Adeſt ipſius Citij Epiſcopus, qui coram Synodo huius narrationis veritatem iureiurando perſanctè cõteſtatus eſt. Fuit alius vir

Patres ſextæ Synodi.

Baſilius.

Miracula ad Sanctorum Imagines edita.

Miraculum ad Imaginem B. Mariæ editum.

Procanôn Epiſcopus ſanatus miraculosè ad Imaginem Chriſti.

Vindicta diuina in Imaginũ violatores.

Mirifica narratio de quodam, qui, licet non de induſtria, ſed fortuitò Imaginem D. Petri violaſſet, non id tamẽ impunè tulit.

Violator Imaginis B. Mariæ meritas impietatis ſuæ pœnas diuinitus luit.

vir Cyprius, in vrbe Conſtantia armentarius, qui ſtimulo, quo pecus agebat, Imagini cuidam beatæ virginis, quam erat in templo conſpicatus, indignabundus alterum oculum eruit. Egreditur deinde, ac continuato paullulum itinere, dum fortè pecus ad maturandum iter pungit, ecce ſtimulus confringitur, & ea pars cui ferrum erat infixum, in dextrum hominis oculum, rectà inuolat. *Hunc ego*, inquit Cõſtantinus, *virum vidi, & vnoculum etiamnum ex hac cauſſa eſſe cognoſco*. Nec defuit nuper ſimilis diuina animaduerſio Gabalæ in Saracenum, qui Imaginem contumelia affecerat. Dexter enim oculus ſtatim è capite exiliit, eumque ardentiſſima febris corripuit. Quod triginta duo Cyprij, qui fuere præſentes; domum reuerſi narrarunt. Nihil igitur dubitandum, quin hæc Chriſtianorum pietas, qua piè in Imagines Chriſti ac Sanctorum afficiuntur, & Deo placeat, & ipſis ſit ſalutaris. Nam & remotis id genus miraculis, per quæ Deus nobis ſuam voluntatem oſtendit, non dubium eſt, quin ſi preſſius, atque attentius Chriſti, aut Martyris alicuius Imaginem intueamur; mox miros in nobis amoris atque imitationis aculeos ipſe adſpectus excitabit; non minores certè, ac ſæpe quidem multo maiores, quã aut lectio, aut vllius oratio. Ita ſola Polemonis, licet Ethnici philoſophi, viſa imago ſcortum quoddam, vt narrat Gregorius Naziãzenus, ab impudico propoſito deterruit. Gregorius verò Nyſſenus in contemplatione Imaginis Abrahæ filium immolaturi, & Aſterius Amaſeæ Epiſcopus Martyris Euphemiæ, toti defixi, nec à lacrymis ſibi temperare potuerunt, quas tamẽ illis crebra eiuſdem hiſtoriæ lectio nunquam prius extorſerat. Quare prudenter ac piè ſcripſit Baſilius. *Bellorum facinora præclara & ſcriptores hiſtorici, & pictores ſæpius expreſſerunt: illi quidem oratione rem exornantes, hi autem in tabulis depingentes: vtrique etiam multos ad virtutem excitarunt*. Iam in templis ſæpe à lectione ceſſatur: atqui Imagines ſemper in oculos & animos intuentium, manè, meridie, veſperi incurrunt, & res præclarè à Chriſto & Martyribus geſtas ad memoriam reuocant; & mirum quendam amoris ac imitationis ardorem in nobis incendunt. Permirum iam eſſet, ſi tantis documentis ac fructibus, ſi tam illuſtribus ſignis, ſi denique tot patrũ ſententiis ſcripturæ aduerſarentur. At enim Deum eſſe ſpiritum, & alia id genus clamant. Quaſi verò Catholica Eccleſia hactenus Deum in ſpiritu ac veritate nõ adorarit? Sed cauti homines, ne Deum incarnatum negare hac ratione viderentur, ſubiiciunt: etſi cognouimus Chriſtum ſecundùm carnem, iam non cognouimus. Quid ergo? num carnem exuit; poſtquam in cælum eſt aſſumptus? Paulus certè eo teſtimonio nihil aliud voluit, quàm Chriſtum olim patibilem, iam in eadem tamen carne nullis humanis infirmitatibus obnoxium, ſed illis omnibus factum eſſe ſuperio-

Agareno, qui dextrum cuiuſdam in templo Imaginis oculũ cõtumelioſè violarat pœna talionis diuinitus irrogata.

Imagines Chriſti & ſanctorum non minus, imo ſæpe multo magis conferre ad excitandam in nobis pietatem quàm ſoleat aliqua res ſcripta, vel pronunciata de eiſdem narratio.

Scortum laſciuũ Imagine Polemonis philoſophi conſpecta Veneri renunciauit.

Gregorius Nyſſenus.

Aſterius.

Baſilius.

Hanc de Polemone Hiſtoriam Pſeudocarolini nullius eſſe dicunt momenti, cùm concilij Nicæni patres eam ex Greg. Nyſſeno recitent.

Quam habet & Aug. epiſt. 130. & Laertius de vitis Phil.

Reſpondetur ſcripturis, quas Pſeudoſynodus contra Imagines perperã citauit.

Deus ſpiritus in Spiritu & veritate à Catholica Eccleſia adoratur.

Pauli ſententia explicatur, dicentis: etſi cognouimus Chriſtum ſecũdũ carnem, iam non cognoſcimus.

ſuperiorem. Qua igitur iſti prudentia contra Imagines hunc locum detorquent: cùm potius earum vſum ex eo tueri poſſimus, vt qui planè doceat Chriſtum & olim habuiſſe, & etiamnum habere veram humanam carnem. In reliquis ſcripturæ locis nobiſcum agunt, ac ludunt, quaſi adhuc Iudæi aut Ethnici eſſemus. Quare apud Ethnicos, ſi quos norint, illa Pauli declamitent. Abſit enim à cogitationibus piorum, vt putent Catholicos homines creaturas pro creatore colere. At iſti quaſi ſoli per orbem Chriſtiani reliquam Eccleſiam læſæ diuinæ maieſtatis, atq; idololatriæ impiè accuſant. Nec Moſis quidem præcepta quicquam conſuetudini Eccleſiaſticæ repugnarent, ſi iſti non præfractè verba magis, quàm mentem ac voluntatem Moſis ac Dei vrgerent. Nec prohibitio illa, quæ Iudæos reſpicit, contra nos hodie obtinet. Rectè enim illi Dei Imaginem ac formam exprimere prohibiti ſunt: cùm nihil ſit per omnem rerum naturam, quod eam referat. In nullam enim formam Diuina natura cadit; quam nec cogitatione quidem, ſi naturæ eius eſſentiam reſpiciamus, aſſequi poſſumus. At nobis hodie totius fidei noſtræ fundamentum in eo iaciendum eſt, vt credamus, ac palàm profiteamur, Deum incarnatum in forma humana ſe verum hominem exhibuiſſe, verè paſſum, verè reſurrexiſſe, verè adſcendiſſe, verè in carne ad ſuprema illa olim tribunalia venturum. Si pium & neceſſarium ſit hæc credidiſſe; impium erit, aut per imaginem, huius noſtræ fidei documentum dediſſe, aut per eandem tam neceſſariam fidē, vel languentem excitaſſe, vel ardenti maiores faces addidiſſe? Iſti tamē præclari doctores, Chriſtum circumſcribi non poſſe etiam

Ioan. 11. poſt incarnationem, fingere videntur. Quod ſi ita ſit; quomodo
Marc. 16. circumſcribi nequeat, cùm diceret, *gaudeo quoniam non eram ibi;*
Luc. 24. aut cùm angelus diceret, *ſurrexit, non eſt hic:* aut cùm ipſe diceret,
Ioan. 20. *palpate, & videte, quoniam ſpiritus carnem & oſſa non habet:* & Thomæ, *infer digitum, & noli eſſe incredulus.* Secernenda igitur Iudæorum, & noſtra conditio: quanquam alia multa Iudæorum ſunt, & Eccleſiæ noſtræ diſcrimina. Inter quæ illud cum primis, quòd illi paullò antequam hoc eis Moſes præceptum dediſſet, vitulo, vt Deo ac liberatori ſuo, ſacrificaſſent; omniaque illa præcepta, quæ noſtri noui Theologi recitant contra Eccleſiam, eò recidunt, ne agnoſcerent alium Deum præter vnum, néue Gentiū idola, quæ in Ægypto viderant, & quibus Gentes, inter quas habitaturi erant, abundabant, ad quæ Iudæi procliues ſemper fuere, colerēt. Quæ cùm Chriſtiani omnes deteſtentur; conſequitur, vt hanc omnem iſtorum orationem ſimiliter deteſtentur, qui caſtiſſimæ Chriſti ſponſæ pudorem, quaſi adulteræ, onerant, & cum diis alienis fornicatam impudenter mentiūtur. Deus certè nihil prohibuit, quin vel Iudæi, ſi ſemoueas hunc, quem diximus, affectū, ac illo-

Catholici non adorant creaturas pro creatore, vt Ethnici ſolent.

Leges Moſaicas non aduerſari cōſuetudini Eccleſiaſticæ in Imaginibus fingendis aut ſculpendis.

Iudæorum & Chriſtianorum diſpar conditio.

Iudæi idololatriæ dediti.

Chriſtiani omnia Gentiū idola deteſtantur.

ac illorum propenſionem in idola, Imagines haberent, & creaturas vero Deo dicatas, ac conſecratas adorarent. Eadem certè fuerunt ſacrificia Iudæorum, ac Gentiliũ: hoc intererat; illi Deo,

Eadem ſacrificia Iudæorũ et Gentium, ſed ratio ſacrificiorum diſsimilis.

iſti Dæmonibus ſacrificabant. Sic cùm Iſraëlitæ, exſules degerent in Babylone; habebant ſua organa, ſuam citharam; habebant & Babylonij: ſed illi ad Dei ſolius laudem, iſti ad Dæmonis cultum. Habebant & Gentes ſuas ſtatuas, quas idola appellamus,

Chriſtiani & Gentes habent Imagines, eisque honorem tribuũt ſed alio atque alio modo.

quas & Scriptura exſecratur, quòd conſecratæ erant hominibus, atque etiam brutis animalibus, quaſi diis: habemus & nos Imagines, ſed ad gloriam & recordationem ſolius Dei, & illius beatorum Martyrum, ac aliorum, qui cum Chriſto regnant. Quos, non vt Deos, ſed vt Dei noſtri ſeruos fideles honoramus. Quis

In tẽplis Iudæorum Imagines ex præcepto.

iam ignorat etiam Iudæorum templa, boum, leonũ, & aliis Imaginibus, idque ex præcepto Moſis, repleτum? Quis ignorat eos arcam & propitiatoriũ, vbi erant duo Cherubin, adoraſſe? Quos

Non omnis creaturarum adoratio prohibita.

noſtras Imagines quaſi typo quodam adumbraſſe credimus. At ſi iſti, vt ſolent, vrgeant nos, omnem prorſus creaturarum adora- Geneſ. 23.

Abraham.

tionem abdicantes; dicant nobis, quo modo Abraham adorauit Geneſ. 33.

Iacob.

Moſes.

filios Heth adhuc Ethnicos; Iacob, Eſau: Moſes Iethro: atque idẽ Exod. 18. Iacob ſummitatem virgæ Ioſeph? Qui non virgam certè, ſed per Heb. 11. virgam Ioſeph; vt nos non Imaginem ipſam, ſed per Imaginem

Adoratio duplex.

Chriſti ipſum Chriſtum adoramus. Eſt enim adoratio duplex, altera, quæ λατρεία dicitur, ſolius Dei, ab omnibus creaturis remouenda, qua ſolum Deum, vt Creatorem, vt Redemtorem, vt Iudicem, agnoſcimus; altera, quæ ad homines, & res alias Deo conſecratas trãsfertur. Quare propheta dixit; *Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies*; Latriam illam, non item adorationem, ad ſolũ Deum referens. Deut. 6. Iſta enim ſecunda adoratio, nihil aliud, quàm vehemens & ardens quoddam rei amatæ in nobis deſiderium ſignificat. Alia igitur eſt Gentilium, alia Iudæorum, alia Eccleſiæ conditio. Neque enim vnquam cum illis Eccleſia ligna, aut lapides pro diis adorauit; nunquam dixit ligno aut arbori, *Tu mihi eſto Deus, tu me pro duxiſti.* Hunc omnem noſtrum Hier. 2.

Leontij ſententia de honore, quem Chriſtiani Imaginibus tribuũt.

honorem piè, & eleganter contra altercantem Iudæum doctiſſimus ille Leontius, Neapoleos Cypri Epiſcopus, ante ducentos prope annos explicuit. *Non*, inquit, *apud nos, vt dij, adorantur Sanctorum Imagines, typi, characteres. Nam ſi Deos in ligno Imaginũ ad-*

Nota hæc diligenter Chriſtiane lector.

orarent, futurum eſſet, vt omnes & reliqua quoque ligna adorarent: ſi verò vt Deum adorarent lignum, non ſanè vbique, extincto charactere, Imaginem exurerent. Ego verò, quatenus duo ligna Crucis colligata

Res apta ſimilitudine declaratur.

ſunt, typum quidem adoro propter Chriſtum, qui in eo crucifixus eſt: cũ verò fuerint diſſoluta à ſe, abiicio ea, & exuro quoque. Et quemadmodũ qui mandatum Imperatoris ſuſcipit, illius ſignum oſculando, non ipſam ceram, aut characterem, aut plumbum veneratur, verum Imperatori ipſi

adoratio-

adorationem & cultum exhibet: ita quoque Chriſtianorum filij typum Crucis adorãtes, non naturam ligni adoramus, ſed ſigillum & annulum, & characterem, Chriſtum ipſum aſpicientes, per hoc eum, qui in illo crucifixus eſt, ſalutamus & adoramus. Et quemadmodum genuini filij, peregrinante longo tempore patre, ingenti amore ex animo erga eum affecti, quicquid illius viderint, ſiue baculum, ſiue ſedem, ſiue chlamydem, hæc inquam omnia cum lacrymis attrectantes, amplexantur, nõ illa honorantes, ſed patrem deſiderantes, & venerantes: ſic & nos fideles omnes Crucem Chriſti, tanquam virgam adoramus: vt ſedem verò & cubile illius ter ſanctum ſepulcrum præſepe autem & Bethleem, reliquaq; illius habitacula, vt domum: ſic Apoſtolos illius, beatosq; Martyres, & reliquos Sanctos, veluti amicos illius colimus. Hinc facilè apparere poteſt, quò omnem illum noſtrum honorẽ referimus, quò vel prouoluimur ſupplices ante Imagines, vel cereos accendimus. Angelos verò ideo ad humanam formam effingimus, quia ſub ea hominibus ſe viſendos ſæpe obtulere. Qui alioqui licęt nõ ex craſſa iſta quatuor elementorum materia, vt homines, conſtent; non tamen prorſus incorporei ſunt, quippe qui loci circumſcriptione quadam comprehendantur, ac concludantur. Sed iam patres, quos iſti miſerè deprauant, ac calumniantur, nos ad ſe, ſuamque defenſionem vocant. En igitur egregiam fabulam è commentariis Manichęorum petitam, de Ioanne, & Lycomede illo. In quibus Chriſtum illi, vt veritatem corporis auferrent, fingunt, nec edìſſe, nec bibiſſe, nec dormiſſe. Euſebium verò ex profeſſo fuiſſe Arrianum, eiusq; adhuc hæreſis aperta hodie manere in libris eius indicia, conſtar. Quin & ipſa eius, quam exhibent, epiſtola contra Imagines, aliam manifeſtè hæreſim præ ſe fert, de humana Chriſti forma in Deitatis naturam transmutata. Et quo modo iſta cõſiſtunt cum narratione Euſebij de ſtatua feminæ, quæ profluuio ſanguinis laborabat, de qua diximus, ac Imaginibus Petri & Pauli, quas Chriſtianos in eorum memoriam honoraſſe tradit? Illa verò de Epiphanio & Theodoto nuſquam in eorum libris exſtant. Iam quo modo credibile exiſtimabimus, aut Epiphanium à reliquis illius ſæculi patribus, aut ab ipſo diſcipulos eius, quippe qui templum eius variis Imaginibus illuſtrarunt, ridiculè diſſenſiſſe? Qui cùm omnes aut eius tempora antecedentes hæreſes, aut tum natas longo & docto opere ſit complexus, quo modo hanc reliquis inſigniorem (vt iſti volunt) tanto ſilentio ac obliuione ibidem obrueret? Cetera certè omnia eiuſdem ſunt farinæ. Athanaſij enim dicta de idolis, Gregorij Nazianzeni de coloribus, id eſt, rebus mundi caducis & fluxis, contra Imaginum honorem mira dexteritate rapiunt. Ac eadem prudentia Baſilium, & Chryſoſtomum, quòd nobis vitas Sanctorum imitandas proponant: eadem Amphilochium ac Aſterium, quòd

Forma Crucis, non materia ligni adoratur.

Alia ſimilitudo ad rem declarandam idonea.

Reſpondetur teſtimoniis patrũ, quæ Pſeudoſynodus citauit contra Imagines Catholicæ Eccleſiæ.

Fabula de Ioanne & Lycomede.

Euſebium fuiſſe Arrianum.

Epiphanius.

Athanaſius.

Baſilius.

Amphilochius.

Aſterius.

præpoſterum ac peruerſum in templis ornandis ſtudium eorum damnent, qui pauperes interim, vera Dei templa, aut contemnũt aut expilant; ad Imagines impugnandas trahunt. Atque exhauſtas iam, atque confractas videmus omnes iſtorum præclaras rationes, propter quas cælum ac terram miſcuerũt, tragicis omnia vociferationibus, nihil aliud, quàm Eccleſiæ idololatriam perſonantibus, replentes. Qui quàm æqui ſint in patres, & quantope-

Patrum ſententia à Pſeudoſynodo decurtata.

re in eos propendeant, aut quàm ſincero affectu iſta tractent, vel hinc facilè colligitur, quod in libros patrum nouo quodam belli genere graſſati ſint, multa ex eis teſtimonia exſcindentes, quæ nefario ſuo auſui obſtare videbant. Cuius rei habemus expeditiſſimas probationes. Sed nec illa admirabilis iſtorum prouidentia atque cautio, qua rerum Deo conſecratarum, ac Sanctorum

Cantio Pſeudoſynodi inconſtãs & incauta.

honori, & noſtræ eorum inuocationi præcautum, ac præuiſum eſſe voluere, ſilentio tegenda eſt. O ſollertes, & multum prouidentes homines, qui non ita multò poſt, totam hanc prouiſionẽ ex præclaro conſtitutionum iſtarum albo ſuſtulerunt! Seuere e-

Pſeudoſynodus veterum hæreticorum morem imitatur.

nim in eos animaduerſum eſt, non modò, qui Imagines Sanctorum colere, ſed vel eos ad opem appellare auderent. Sed nihil hic diſſimile faciunt à veteribus hæreticis: quibus in more poſitum ſemper fuit, vt quoties verbo vno pietatem læſerint, & à ve-

Veritas ſimplex, mendacium multiplex & ſibi repugnans.

ritatis via aberrauerint, in varios ac multos errores præcipites ruerint. Singularis enim, & ſimplex eſt veritas; mendacium in varia diſtrahitur, nec ſibi vnquã conſtat. Ac pari ſanè religione hoc ſuum pium edictum ipſi ſeruarunt. Primi enim in aureas ac argenteas Imagines inuolarunt, & ſacrilegè ad ſuos priuatos vſus

Sacrilegium Pſeudoſynodi.

conuerterunt. Quam ſanctam iſtorum abſtinentiam cùm Laici viderent, tam præclaro exemplo excitati, ex rebus Deo ſacratis aquales, pelues, aliaq; ad alios profanos ac ſordidos vſus pararũt. Sed interim iuuat & aliam quandam inſignem iſtorum hominũ prudentiam perpendere; qua eodem ore eaſdem res, ſacras, Deo-

Patres Pſeudoſynodi Conſtantinopolitanæ vt Caiphas veritatem inuiti & impudentes faſentur.

que dicatas, ac idola ſimul appellant. Quibus illud, quod olim Caiphæ, accidiſſe videtur; qui cùm præ malitię ſuæ magnitudine Ioan. 18.
Chriſtum extinctum maximè cuperet, eundem imprudẽs orbis aſſertorem, ac redemtorem confeſſus eſt. Ita, iſtis vel inuitis, ipſa veritatis vox, qua Imagines ſacras ac Deo dedicatas confitentur,

Definitio Sancta, magna, & œcumenica in Nicæa Synodi ſecunda.

expreſſa eſt. *His igitur ſic ſe habentibus, regiam viã incedentes, & Sanctorum noſtrorum, & diuinorum patrum doctrinæ inſiſtentes, & Catholicæ Eccleſiæ, in qua ſanctus Spiritus inhabitat, traditionem obſeruãtes: definimus cum omni diligentia & cura venerandas, & ſanctas Imagines ad modum & formam venerandæ, & viuificantis Crucis è coloribus & teſſellis, aut alia quauis materia commodè paratas, dedicandas, & in templis ſanctis Dei collocandas, habendasq́; tum in ſacris vaſis & veſtibus, tum in parietibus, & tabulis, in ædibus priuatis, in viis publicis: maximè autẽ*

Imaginem

Imaginem Domini, & Dei Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti, deinde intemeratæ Dominæ noſtræ Deiparæ, venerandorum Angelorum, & omnium deinde ſanctorum virorum. Quo ſcilicet per hanc Imaginum pictarum inſpectionem omnes, qui contemplantur, ad Prototyporum memoriam, & recordationem & deſiderium veniant, illisq́; ſalutationem, & honorariam adorationem exhibeant, non ſecundùm fidem noſtram, veram Latriam, quæ ſolùm Diuinæ naturæ competit: ſed quemadmodum typo venerandæ & viuificantis Crucis, & ſanctis Euangeliis, & reliquis ſacris oblationibus ſuffitorum & luminarium reuerenter accedimus, quemadmodum veteribus piè in conſuetudinem hoc adductum eſt. Imaginis enim honor in Prototypum reſultat, & qui adorat Imaginem, in eâ adorat quoq; deſcriptum argumentum. Sic enim ſanctorum noſtrorum patrum obtinet diſciplina, vel traditio Catholicæ Eccleſiæ, quæ à finibus vſque ad fines Euangelium ſuſcepit. Supereſt iam igitur, vt inſolentem Iconomachorum arrogantiam ſacro anathemate, Chriſti & totius Catholicæ Eccleſiæ auctoritate deuoueamus. Quicunque itaque venerãdas Imagines non ſuſcipit, anathemate eum percellimus. Quicunq; ſententias ſacræ Scripturæ de idolis contra venerãdas Imagines adducunt; anathema eis dicimus. Qui ſcienter communicant cum illis, qui contra venerandas Imagines ſentiunt, aut eas dehoneſtant; anathema eis dicimus. Si quis traditionem Eccleſiæ, ſiue ſcriptam, ſiue conſuetudine receptam non curauerit, anathema ei dicimus. Ac iam tibi immortales gratias, Deus Optime Maxime, agimus, qui tam crudele, ac tam diuturnum diſſidium hodie pacificaſti. Hodie enim ſummo tuo beneficio Romana, Conſtantinopolitana, Alexandrina, Antiochena, Hieroſolymitana, & reliquæ totius orbis Eccleſiæ; hodie oriens, hodie occidens, hodie meridies, hodie ſeptentrio admirabili animorum conſpiratione in vnam & Catholicam ſententiam decurrunt. Verè benedictus & laudandus Deus, qui Nicæam duplici, eoq́ue tanto ornamento amplificaſti. Hic iacuit proſtratus per trecentos & octodecim patres olim Arrius, qui diuinitati tuæ; hic hodie per trecentos, quinquaginta totius orbis Epiſcopos, tuos ſeruos, Iconomachi, qui humanitati tuæ, eiusq; memoriæ ſummam iniuriam irrogarunt, perculſi, ac proſtrati iacent. Tibi Domine ſit honor omnis, ac gloria, Amen.

Vſus Imaginũ.

Latria.

Quis honor tribuendus Imaginibus.

Anathemata à Nicæna Synodo Iconomachis & aliis hæreticis dicta.

Gratiæ habentur Deo Optimo Maximo, pro felici ſucceſſu huius concilij.

Recenſentur inſignia quædam noſtri temporis in Europa miracula, ad Crucem & Imagines edita.

CAP. XVI. IRENÆVS.

HÆc ego, tanquam ex perſona patrum ipſorum, cõtra tuam illam ementitam Synodum bona fide dixi. In quorum anathemate ne hæreas amplius, etiam atque etiam te rogo. Iam itaque

tum ex patribus Nicænis, tum ex aliis, quos protulimus, ſcriptoribus intelligere certò poteris, vſitatú hodie erga Chriſti & Sanctorum Imagines honorem, non ſolùm in Eccleſia antiquiſſimú fuiſſe, ſed & ſtupendis ſignis commendatum atque ornatum. In qua re mira eſt Euangelicorum noſtrorum peruicacia, & contra Deum ingratitudo, qui admirandis his Dei operibus inuidioſè detrahunt: cùm certum ſit, tanta ſigna olim fuiſſe deſignata, vt nō ſit neceſſe ad confirmationem huiuſmodi hodie edi; tanta rurſus & noſtra memoria contigiſſe, vt ſi ex omni antiquitate nulla ſup peterent, vel iſta nobis ſatis firmum & graue diuinæ volnntatis darent teſtimonium. C R I T. Etſi hæc, quæ recitaſti, animo meo non ſatis placeant, tamen vt apud te, quod ſentio, ex animo proferam; nunquam putaſſem tam infirmas fuiſſe vires Cōſtantino politanæ illius Synodi; nec tot, ac tanta contra eam dici potuiſſe. Et cū cetera multa, tum certè poſtrema tua oratio animum meū multùm pupugit, ac conruſſit, qua tot anathemata intonaſti. A quibus etſi me ſecurum puto propter cauſſæ veritatem, quā amplector; neſcio tamen quo modo, quaſi horrenda quædam tonitrua magno horrore animum meum replent. I R E N. Atque vtinam de re iſta tota cum ſolicitudine & toto pectore cogitares, tū certè nihil futurum tibi eſſet antiquius; quàm vt primo quoque tempore ex his te anathematum laqueis explicares. In quę te incidiſſe, ne dubites. Neque id quidem propter ſolum Imaginum, ſed & propter traditionum Eccleſiaſticarum contemtum. Quarum, vt audiſti, contemtores ſacra iſta Synodus anathemate de-mouet: quod quotannis ſolet in Græcis Eccleſiis recitari. Et niſi huius te Synodi auctoritas moueat, deplorata certè eſt animæ tuæ ſalus. C R I T. Moueret ſanè, niſi intelligerem, doctiſſimos viros affirmare illam Conſtantinopolitanam magis conſentaneā; exſtarentq; hodie luculentę per Caluinum Synodi Nicænæ confutationes. idque ex eo, de quo dixi, Caroli libro, & Synodo illa Germanica. Ad cuius auctoritatem non Caluinum modò ac reliquos, ſed totam Anglicanam Eccleſiam, quaſi ad ſacram anchoram confugere video. I R E N. Sed ego ſanè miror, te hominem prudentem, ac doctum ab impoſtoribus ſeduci. C R I T. Ergo tibi tandem Carolus noſter cum frequenti Germaniæ Synodo impoſtor eſt? I R E N. Non id dico. Nam Carolus ne per ſomnium quidem de eo libro, aut illa tua Synodo cogitauit. Auſim verò affirmare, à quocunque tandem ſcriptus ſit, longè omnium ineptiſſimum, nec vnquam Caluinum tuum magis ſycophantam egiſſe, quàm in hac Imaginum & Caroli cauſſa. C R I T. Bone Deus, qualia ſunt, quæ ego iam audio! Certè ſi iſta, quæ tātopere iactas, probare poteris; incipiā timere cauſſæ meæ, nec video quid præſidij, præter vnum & alterum Eccleſiæ Anglicanæ

Anathema dicitur in traditionū Eccleſiaſticarū contemtores.

Vide concil. Florent. ſeſſ. 5.

Caluinus.

Anglicana Eccleſia.

Liber cōtra Imagines falſo adſcriptus Carolo Magno omnium ineptiſſimus.

glicanę propugnaculum,& Martyres noſtros. Quę omnia ſi diſſipaueris, non ero tam pertinax, vt deſperatam, atque omni nudatam præſidio cauſſam tueri amplius velim. IREN. Nec ego certè, aliam de te ſpem concipio, quem hactenus non tam pugnacem, quàm facilem ad concedendum habuerim, quicquid ratio, ac maior auctoritas concedi ſibi poſtulabat. Quare quam deinceps diſſerendi rationem inire volueris, dicito; ego eam ſequar. CRIT. Ad id iam me accingo. Sed miro deſiderio teneor audiendi prius, quæ ſint illa noſtri temporis ad Imagines ſigna oſtenſa. Neque enim aliquid huiuſmodi certa fide ſcriptis traditum inuenio. IREN. Etſi ſcriptis nihil ea de re cōmendatum foret, nihil certè cauſſæ eſſet, cur tot hominibus, qui pro certo id affirmant, illisque, qui, tantis beneficiis inde acceptis, ampliſſimum ſe huiuſmodi honoris præſtiti fructum conſequutos fatentur, fidem non habeamus. Sed quandoquidem ad ſcripta prouocas, aliquot tibi noſtri temporis hominum ſcripta in hoc genere proponam. CRIT. Habebis me attentum auditorem. IREN. Primùm igitur Sicilia ſe nobis rurſum offert cum Philippo eius Apoſtolo, cuius Imaginem in publicis ſupplicationibus prolatam, vbi illæ (de quibus diximus) arreptitiæ conſpexere, mox vt auctoris, qui ſpectaculo interfuit, verbis vtar, perinde *ac ſi capitalis hoſtis adeſſet, illius aſpectū formidātes, voce ſublata, veſtimenta ſcindere, crines vellere, vinculeq́;, quibus ſtrictiſſime impediebantur, diſfractis, quadā etiam è cuſtodum manibus elabi capere; quarum dein inuſitati clamores, omni'que gemitu maiores, velut è rugitu immanes, ita toto templo, vicinis'que agris perſonuére, vt è propinquo bellum ingens, ac ſæuum, cruentiſſimum'que prælium committi videretur.* Adeo ſanè vel Sanctorum ſolas Imagines Dæmon formidat. Proximā nobis narrationem alia inſula, Anglia inquā mea ex Thoma Moro ſubminiſtrat. Quem ſæculi ſui, vt Germanis quibuſdam tuis placere video, phœnix, elegantiſſimus ille ingeniorum ſpectator Eraſmus, tali ingenio prēditum dixit, *quale*, inquit, *Anglia, nec habuit vnquam, nec habitura eſt, alioqui nequaquam infelicium ingeniorum parens.* Qua tamen ego longè maiorem laudem opponam, vt verè eum verum Catholicæ Eccleſiæ audeam affirmare Martyrem. Is itaque Anglicè quidem, ſed notatu digna, quæ ego, vt potero Latinè interpretabor de puella quadam noſtrate, quā paullò ante dæmon inuaſerat, in hæc ferè verba ſcripſit. *Quod verò*, inquit, *ſpectat ad eum, de quo ſermonem inter nos contulimus, articulum de miraculis noſtra ætate ad varias Imagines editis, quas pietatis ergô peregrini inuiſunt; poſſem iam nonnulla huiuſmodi tam apertè deſignata recenſere, ab omni ſuſpicionis nota tam longe remota, & tam amplis etiam teſtimoniis communita, vt inſanus ferè videri poſſet, qui, re plene audita, de iis miraculis dubitaret. Inter quæ auſim confidenter numerare tibi ſtupendum illud*

Thomas Fazellus de rebus Siculis prioris Decadis lib. 10. c. 2. ſub titulo de Argyre peruetuſta vrbe.

In Sicilia ad Imagines S. Philippi miracula edita.

Eraſ. in præfat. Eccleſiaſte.

Eraſmus.

S. Thomæ Mori Martyr. Angli laus.

Thom. Morus in dialogo, quem Anglicè ſcripſit lib. 1. cap. 16.

Filia Rogeri V'uenthuorthi equitis Angli miraculoſe ad Imaginem Mariæ Virginis à Dæmonis tormento liberata.

Puella 12. annos nata Dæmoniaca diuinitus admonita vt adiret templum B. Mariæ.

Miraculi euidentia.

illud Dei opus, quod paucis ab hinc annis in familia ornatiſſimi equitis Rogeri Vuentuuorthi editum eſt in aliquot ipſius liberos; maximè verò in vnam ex filiabus eius duodennẽ, perpulcra forma puellam à Dæmone, ſpiritali noſtro aduerſario, miris modis afflictam & diſcruciatam. Quæ mẽte capta delirabat, diuinam maieſtatem contemnens & petulanter inceſſens; odio etiã perſequebatur res quaſq; precibus ſacratas, eaſq; à profanis & non conſecratis etiam ſine cuiuſquam indicio internoſcere & ſecernere nouit. Deinde ſuapte ſpõte incitata, & diuinitus eſt admonita, vt ad D. Mariæ Ippiſuuitchij (id oppidi nomen eſt in Anglia) *ſe conferret. In cuius peregrinationis itinere, multa tum temporis alibi dicta & geſta, verè, vt poſtea compertum eſt, prædixit & enunciauit, & multa in ectaſim rapta, tam recondita ſapientiæ & eruditionis eſt eloquuta, vt homines inſigniter litterati valde mirarentur, ea à tam tenera & rudi puella, quorũ ipſa etiã inſcia erat, dici & proferri, quæ homines bene doctos poſt diutinam cogitationem fugere potuiſſent. Ea deniq; adducta ſiſtitur coram Imagine beatæ virginis Mariæ, atq; ibidem, multis ſplendidis atq; nobilibus viris ſpectantibus, tam grauiter dilaniatur, facie, oculis, vultu, in ſpeciem adeo terribilẽ trãsformatis, oreq; ita diuaricato atq; diſtorto, oculis ita in maxillas eminentibus, vt horrendum eſſet viſu ſpectaculum. Cũ verò Diabolus diuina toleratione multa miranda in alias quoq; perſonas tum temporis exercuiſſet, tam illa, quàm ipſa puella in conſpectu totius ibi populi priſtinæ mentis integritati reſtitutæ ſunt, perfectè & ſubitò ſanatæ. Atq; in hac quidem re nullus ſuberat mendicitatis prætextus, nulla fingẽdi ſuſpicio, nulla ſimulãdi poteſtas, nulla ſpectatorum ſimplicitas: cùm parentes ipſius fuerint ampliſſimi ordinis, & diuitiis abundantes, nõ mediocriter perculſi propter hos liberorum ſuorum infauſtos caſus: teſtium verò magnus numerus, quorum multi magnæ erant dignitatis, prudentiæ, & laudatæ experientiæ; puella ipſa minor natu, quàm vt fingere poſſet, & ſpecies rei mõſtroſa magis, quã*

Felix rei exitus.

vt ab vllo homine poſſet ſimulari; totius deniq; rei honeſtus exitus. Puella enim hoc miraculo adeo commota eſt, vt, fruſtrà reluctante patre, cõfeſtim mundo renunciarit, & religionem profeſſa ſit in optima atque ſanctiſſima Monialium ſocietate, in qua piam & ſanctã ab eo tempore vitã traduxit.

Petrus Martyr Anglerius.

Petrus Martyr lib. 6. Decad. 2.

Miraculum in Cuba editum.

Hactenus Morus. Sed iam etſi multa ſimilia, eaq; ſcriptis prodita recenſere poſſemus, ab Europa tamen noſtra lõgiſſimo quodam maris & terrarum tractu, extra pęne noſtrum, atq; nouum illum orbem aduolabimus. In quo huiuſmodi narrationẽ Petrus Martyr, noui orbis illuſtrator contexit. Apud regionem, inquit, quã *Cubam* vocant, cui *Commendator* Rex præerat, relictus fortè eſt à claſſe prætereunte, ægrotus; qui ſemper ſecum circumferebat pictam beatæ virginis Mariæ Imaginem. Is poſtea inſinuauit ſe in regis notitiã atq; amicitiam. Cumq; rex multa eius conſilio præclarè domi, foriſq; geſſiſſet, illius admonitionibus cœpit animũ ad noſtram religionem adiungere. Cui cũ cõtinua fuiſſent prius cum vicinis regib⁹ bella, poſtquã eum à ſacris patriis alienatum intellexe-

intellexerant, infeſtiore animo eum oppugnant. Quos ille variis victoriis fregit. Illi verò in prælio formas Dæmonũ ſuorũ, quos *Semes* appellabant, Commendator aũt effigiem B. Virginis, exercitui præferebat. Aduerſarij ſæpe debilitati, deſcendunt tandẽ ad pacificatoria colloquia. Quæ eò redeunt, vt vtrinq; vim, ac poteſtatẽ religionis, ac numinis ſui cælesti aliquo ſigno experirentur. Producuntur itaq; in latos & patentes campos, exercitu vtroq; ſpectante, ſinguli ab vtraq; parte iuuenes, manibus à tergo arctiſſimis nodis conſtrictis. Conuẽnit autem, vt cuius partis iuuenis primùm vincula illa abrumperet, in eius religionẽ vniuerſi deinceps cõcederent. Et ne fraus aliqua interueniret, delecti ſunt graues & nobiles viri, qui contrariæ factionis iuuenem conſtringerent. En verò tibi, repentè teterrimus Dæmon ad eã omnino ſpeciem, quã ſimulacra referebãt, proſiliit, & alterius iuuenis vincula diſſoluere ſategit. Quod cũ viderẽt Cõmendatoris aduerſarij, præ gaudio mirè geſtire, ac ingentes voces edere cœperunt. Cõmendator autem ſtudiosè *Mariam* inuocabat. Mox virgo quædã ſe omnibus conſpiciendam præbuit, ac Chriſtiano iuueni adſtitit, porrectaq; virgã vincula contingens, ſtatim ea expediit. Ad cuius aſpectum euanuit Dæmon, & iuuenem ſuum ligatum reliquit.

Recenſentur miracula in nouo orbe ad Crucem & Imagines edita.

CAP. XVI. IRENÆVS.

IAM verò cùm ad nouum orbem delati ſumus, non erit alienum, ſi reliqua, quæ ad hanc cauſſam pertinent, cõpendio quodam perſequar, quæ nec veritate, nec admirabilitate iis, quæ ex veteribus hodie patribus recenſuimus, quicquam ſunt inferiora. Quemadmodum itaque Deus Sanctorum ſuorum, vt heri audiſti, ita & Crucis ſuæ honorem, gloriam, & magnifica ſigna in nouo orbe contra Magdeburgenſium & aliorum Euangelicorũ calumnias glorioſè aſſeruit: ita ſanè, vt non ſolùm ciuitates, ſed & ampliſſimæ prouinciæ à Cruce nomen ſuum ſortiantur. Eſt enim regio longè lateque patens, quæ ſanctæ Crucis prouincia dicitur. Atque iſta quidem ea eſt, quã vulgus imperitè atque inſcitè Braſeliã appellat, à ligno illinc deportato, quo pãni imbuũtur. Quaſi verò propter exiguum lucrum ſpecioſius illius ligni, quàm ligni, in quo Chriſtus nos expiauit, quodq; illi prouinciæ pij Luſitani indidere, nomẽ cenſeri debeat. Petrus enim Aluarus ad annum Chriſti nati 1500. tempeſtate eò delatus (vt de ea illud dici poſſit, *tu non inuenta, reperta es*) in ſumma quadam altiſſimæ arboris parte Crucẽ affixit, & ad imam arborem, vt præſenti exercitu Miſſa celebraretur, mandauit: eamq; regionẽ quaſi Chriſto dedicauit, in qua hodie Chriſtiana religio vbique diffuſa eſt. Petrus poſt

Prouincia Sãctæ Crucis vulgo Braſelia dicta.

Petri Aluari ad prouinciam Sanctæ Crucis acceſſus, & vnde ea prouincia id nominis acceperit.

Ouid. 1. Metamorphoſ.

trus poſt ſacra abſoluta, cùm ob ſacrificium in memoriam mortis Chriſti ibi peractum (quod nunquam in illis terris à Chriſto nato celebratum creditur) tum ob Crucis trophæum ibidem erectæ, totam prouinciam Sanctam Crucem appellauit. *Ioan. de Barr. lib. 3 ca. 10. Decad. 1.*

Ciuitas Crucis. Crux mirifica à Corteſio erecta.

Crucis autē ciuitas à Corteſio, qui ibi Crucē poſuerat, dicta eſt. Cuius poſtea ligno multi à morbis ſanati ſunt, habitaque eſt loco Reliquiarū.

Signo Crucis multa miracula edita.

Conſtat multos eam milites loco mouere fruſtrà conatos, Cruceq; variis in locis Indiæ poſita, Dæmones effugatos, nec reſponſa, vt prius, Indis dediſſe. Quę res Indianis magnam mouit admirationē. Proditur præterea Crucis ſigno multos morbis preſſos reualuiſſe, atque adeo mortuum reſuſcitatum: imo & Cumanam nouæ Indiæ gentem idolis penitus deditam, ſigno tamen Crucis vſam, qua ſe aduerſus Dæmonum phantaſmata defendebant. *Fr. Lopez 2. parte Ind. Occid. c. 34. Cap. 46. Cap. 81.*

Inſignis & miraculoſa Alphōſi Congorum regis victoria.

Illud verò cum primis memorabile eſt, Alphonſum Congorum regem (quæ regio longè patet in Æthiopia) recens ad Chriſtum conuerſum, atque ideo à ſuis deſtitutum, & à fratre bello petitū, ad Chriſti ſolius opem cōfugientem, glorioſam victoriam retuliſſe: cùm ipſe non tam pugnando, quàm Chriſtum, & Iacobum Hiſpaniæ patronū, appellando, fratrem in fugam coniecerit. Qui in fuga cum precipuo quodam ex ducibus captus eſt. Dux ille faſſus eſt, ſe nihil mirari Alphonſum tam egregiè viciſſe. Se enim, & ſuos non tam illius armis, quàm alio quodā fortiſſimo equitum exercitu, cui ſignum illud, quod Chriſtiani adorant, præire videbant, in fugam præcipitatos. Alphonſus in memoriam tam celebris victoriæ, in qua aduerſarij ſignum Crucis, & cæleſtem angelorum militiam vidētes, fugati ſunt, Cruce deinceps pro inſignibus vſus eſt. Cuiuſmodi quidem narrationibus omnis antiquitas plena eſt. *Ioan. de Barr. 1. Decad. 3. lib. cap. 11.*

Crux aurea in acie Turcis Rhodum obſidentibus terrorem incuſſit.

Quibus omiſſis, illud ſolū referam, Bernardum Breidenbachium, qui auorum noſtrorum memoria, in illa graui & formidanda Rhodi obſidione ſub Sixto quarto interfuit, à qua ciuitas ſupra omnem humanam exſpectationem erepta eſt, affirmare Crucem auream in aëre hoſtibus apparuiſſe, & Turcis maximos terrores incuſſiſſe. *Bernard. Breidenbach. de obſid. Rhodi.*

Miraculoſa regis Pagentad Chriſtū conuerſio per apparitionem infantis Crucem gerentis.

Atque illud quidem de Alphonſo ad prima initia orientalis nauigationis, hoc verò, quod iam referam, quadriennium plus minus abhinc accidit. Colloquebatur fortè Ferrātes Oſorius, vnus ex ſocietate nominis I E S V, cum rege regionis Bazainæ de Chriſto, & eius Cruce. Cui rex reſpondit, apparuiſſe ſibi nocte infantem cum Cruce, & iuſſiſſe, vt ſibi eam ſumeret: fore enim eam ſibi maximo honori. Vnde rex Chriſtum palàm profeſſus eſt, nec in cubiculo tantùm flexis genibus Crucē adorauit, verùm etiam propriis manibus Crucē ad certum quendam ciuitatis locum detulit, eamque ibi defixit, populo præſente atq; genu ſubmittēte. Rex verò edixit, vt capitalem pœnam ſubirent, qui Crucem non adorarent. Sed nec illud prætereundum *Vide Epiſtolas patrum ſocietatis Ieſu.*

eſt,

eſt, qua ratione Luſitani in Aethiopiam primùm appulerint. Nam cùm longa & periculoſa nauigatione portum aliquem Aethiopiæ fruſtra quæſiſſent, tædio tandem & laboribus fracti, demum, re deſperata, poſtridie reuerti cogitabant. Manè verò, cùm iam reditum molirentur, clara rubræ Crucis ſpecies in cælo palã conſpicuam ſe omnibus præbuit. qua conſpecta, præfectus nauis, quaſi felici & ſalutari omine diuinitus oblato; agite, inquit, diuertamus proram in eam oram, & Deũ ſalutari nobis paſſionis ſuæ ſigno præeuntem alacres ſequamur. Cùm omnes omen læti arriperent, & alacres ad eam regionem contenderent; diuturno mox deſiderio potiti, portum tam diu ante optatum inuenerũt. Quos potentiſſimus ille rex Æthiopiæ, qui quadraginta regibus præeſt, mirificè amplexus eſt; eoque cariores habuit, quo Crucis magis ſtudioſos videbat. Quæ regio, quamuis varias labes & maculas religionis acceperit, quòd tam diſiuncta ſit à Romana Eccleſia, & propter iter Chriſtianorum tot ſæculis ad eam intercluſum; Romanum tamen Pontificem vt Chriſti vicarium adorat: & ſpes eſt pios patres ſocietatis IESV, omnes eas maculas propediem abſterſuros; qui in eo labore iam toti ſunt. Meritò certè piis Luſitanis Deus Crucem, itineris ducem, dedit, cuius illi gloriam tantis laboribus quærebant. Qua exercitui poſtea præeunte, celeberrimas illi contra Paganos & Mahometanos victorias reportarunt.

Damianus à Goes de Aethiopum moribus.

Luſitanorum felix ad Aethiopiã appulſio Cruci in cælo apparenti accepta refertur.

Rex Aethiopiæ Crucis cultus ſtudioſus.

Aethiopia agnoſcit primatum Romani Pontificis.

Sed redeo iam ad Europam, & reliquam noſtram narrationem. Quæ quoniam de Carolo Magno potiſſimùm inſtituitur, nõ parum mirari me fateor, cur Chriſti, & Sanctorum illæ Imagines tanto odio inſectaretur, cùm ex præcedentibus Conciliis ab Eccleſia earum vſum probatum, & præclara illa, de quibus diximus, ſigna, quæ ætatem eius vel præceſſerunt, vel in eam potiſſimùm inciderunt, ignoraſſe, vel ea omnia contemnere eum voluiſſe, nõ ſit credibile. Imperante certè Carolo proditur, Iudæum quẽdam Imaginem quandam Chriſti telo cõtumelioſè vulneraſſe, ex qua mox ſanguis emanarit, & quaſi iteratam Chriſti paſſionem admirabiliter repræſentarit: Quem in Italia ſe cum duce ſuo Ioannes Auentinus vidiſſe fatetur. Et huiuſmodi ſanguis cum alibi, tum & Venetiis hodie viſitur, & religioſè colitur. Hoc ita accidiſſe non ignorauit Carolus, qui à Leone Romano per litteras petiit, vt rei totius veritatem accuratè perdiſceret. Quod ille quidem ſumma diligẽtia perfecit, & præſens Carolo, quaſi certiſſimam & exploratiſſimam, rem retulit. Quanquam & ante Caroli tempora ſimile quiddam * Athanaſius, & Gregorius Turonenſis (vt diximus) litteris prodiderũt. Vides itaque, quàm certis

Carolũ Magnũ ſacrarum Imaginum fuiſſe oppugnatorem, cur non ſit credibile.

Imago Chriſti à Iudæo, dum Carolus imperaret, confoſſa ſanguine manauit Ioannes Auentinus.

In Bauaria.
Gaſpar Cont. in ſumma Concil.
Ado in Chronic. Franc.
Regino in Chronic. lib. 2.
Sabel. Ennead. 8. lib. 9.
Volater. in anthropholog.
** Athanaſi. de Imagine crucifixi Beryti.*
Nican. Synod. act. 4.
Gregor. Turon. in vita Chriſti.

certis & illuſtribus nõ hominum modò, ſed ipſius etiam Dei ex tam admirabili rerum euentu teſtimoniis, tum antiquitus, tũ noſtris etiam temporibus Imaginum & Crucis vſus ſit comprobatus. Nũc cùm & promiſſis noſtris, & tuo, ni fallor, deſiderio abundè reſponderimus, inſtitutam de aliis rebus orationem abſoluamus. CRIT. Admirabilis mihi ſanè iſta tua narratio, præſertim de rebus Indicis, videtur. IREN. Sic eſt. Multa ibi eiuſmodi occurrũt, quorum ego iam tibi niſi pauca ad præſentem cauſſam apta atque accommodata propoſui: vt vel hinc diſceres, nihil eſſe, cur huiuſmodi ſigna ſuſpecta haberes, quæ paſſim apud veteres ſcriptores occurrunt.

Argumenta Euangelicorum, quibus probare conantur, librum contra Imagines ſub Caroli Magni nomine, ſed falsò editum, eſſe ipſius verum & genuinum. Locus item Ambroſii affertur, quẽ Euangelicus in concione Anglicana Eccleſiaſtes contra adorationem Crucis citat.

CAP. XVIII. CRITOBVLVS.

TV quidem & tuo promiſſo, & meo deſiderio abundè ſatisfeciſti: cùm ex noſtri temporis ſcriptoribus multa in hoc genere, eaque ſtupenda, præſertim ex nouo orbe, miracula protuleris; ſi tamen miracula dicenda ſint. Ea enim mihi omnia Caroli Magni liber ſuſpecta facit. Cuius quoniam tu parentem Carolum non agnoſcis: eius iam totius rei omnem in me probationem ſuſcipiam. Colligam igitur ea omnia, quæcunque memoria ſuggerit, argumenta, quibus noſtri perſuadere volunt, illum, quem dixi, genuinum eſſe Caroli librum, & habitam ab eo in Germania noſtra contra Imagines Synodum. Proximo loco, cuiuſcunq; ſit, oſtendam magnum in eo pondus, magnas vires ineſſe ad Nicænã illam Synodum labefactãdam, præſertim in iis, quæ Caluinus ex eodem libro deſumta inſtitutionibus ſuis attexit. Quòd ſi hæc non habeant ſatis neruorum, accerſam ad ſubſidium Apologiæ Anglicanæ architectos. Sin nec hæc ſtatio ſatis tuta, atque munita; fortiſſimos noſtros Martyres, qui ſanguinem ſuũ potius profundere voluerunt, quàm ad idola veſtra procumbere, tanquam triarios milites, contra te aduocabo. IREN. Non imperitè aciem tuam inſtruxiſſe videris, ſpecie quidem terribilem: quã tamen (vt ſpero) facile, tanquam araneæ telas, diſſipabo. Quare virum te præbeto, & illa tuorum argumenta, velut amentatas haſtas, quibus poteris lacertis, ac viribus contra me torqueto. CRIT. Scire itaque oportet, ad annum nati Chriſti milleſimum quingenteſimum quadrageſimum nonum, poſt octingentos ferè annos hunc egregium theſaurum, tot ſæculis deſideratum magna orbis totius felicitate, in lucem, per virum, vt apparet pium & doctum, cui nomen eſt Eli. Phili. (ſi modò ſit integrum ipſius nomen)

Diſputationis futura in capita diſtributio.

Caluinus.

Apologia Anglicana architecti.

Liber Caroli Magni nomine excuſus primum anno Domini 1549.

quaſi

quaſi ex orco reuocatum. Is enim, qui cum edendum curauit, *Summa præfationis, quam is libro Carolino præpoſuit, qui eum edidit.*
inter alia ſupinam ac craſſam multis ſæculis hominu in hiſtorijs ignorantiam meritò deplorat, quas iam ſe tandem poſtliminio reſtituere pollicetur, in hac præſertim imaginum cauſſa; & bellos illos hiſtoricos ſuauiter irridet, qui exiſtimant Gregorium primum, & illos alios duos Gregorios, ſecundum & tertium, Stephanum, Adrianum, aliosque Conſtantini Copronymi ſæculo Romanos Pontifices imaginum cauſſam concilijs, libris, decretis, tueri voluiſſe. Neque ſe vnquam inueniſſe Sextæ Synodi de Imaginibus canones, aut quæ Adrianus Papa pro eis ſcripſerit. Hanc Eli Phili ſententiam, qua exiſtimat, Romanos illos Pontifices, duos Gregorios, 2. & 3. & poſt eos Adrianum imaginum venerationem non probaſſe, probabiliorem facit,
1 pag 23. quod [1] Illyricus in cathalogo teſtium veritatis, & ante eum [2] Carolus Magnus, aſſerunt, Gregorium primum eam damnaſſe. *Illyricus.*
2 Li. 2. c. 3.
3 In 2. parte Hom. cõt. periculis idololatr. Quod & [3] Eccleſiaſtes ille, quem, licet natione ſit Anglus, quia *Eccleſiaſtes Anglicus.*
tamen à nobis ſtat, noſtrum placet nominare, ſuo ſuffragio confirmat. Qui etſi Gregorij imprudentiam taxet, quòd imagines in tẽplis collocatas probarit (quem ex omnibus eruditis Epiſcopis hoc primum feciſſe ait) in damnanda tamen imaginum adoratione aſſenſorem ſe Gregorium habere prædicat, & gaudet. Ad cuius rei confirmationem relegat nos ad decimam partem Epiſtolæ quartæ in libro Epiſtolarum Gregorij; vnde quædam illius ad Serenum verba, reliqua tædij vitandi gratia prætermittens, recenſet. Addit præterea nullas omnino tunc temporis in Græca Eccleſia imagines exſtitiſſe, tantum abeſt, vt adorationem earum illa aliquo modo tulerit. Quæ quidem vt Gregorio non iniuria diſplicuit, ita & ante eum D. Ambroſio; qui ne illius qui- *Ambroſius.*
dem Crucis, in qua Chriſtus noſtra delicta expiauit, venerationem æquo animo ferre potuit. *Regem*, inquit Ambroſius, *Helena*
De obitu Theodoſij. *adorauit; non lignum vtique, quia hic Gentilis eſt error, & vanitas impiorum. Sed adorauit illum, qui pependit in ligno, ſcriptus in titulo.* Hoc ſanè videtur mihi prudenter & piè ab concionatore noſtro in hac cauſſa animaduerſum: & proinde cum indignatione quadam, nec immerito de veſtra conqueritur ſuperſtitione & idololatria, qui ante quoduis lignum formam Crucis repræſentans, quod non eſt niſi typus & imago quædam huius, ſupplices procumbere ſoletis. Sed redeundum iam eſt ad præfationem Eli Phili, & reliqua ibi, quæ ad rem præſentem faciunt, perſequenda. His igitur, quæ commemorauimus, addit, ſe ſolidas rationes habere, teſteſque omni exceptione maiores, quibus probet, Carolum hunc cultum impugnaſſe; eſſeque eius, cuius nomen præferunt, hoſce libros germanos ac genuinos. Illius vero argumenta huc ferè tendunt: Pipinum Caroli patrem ad annum

Quibus argumentis probet auctor istius præfationis, hūc eſſe Caroli Magni verum librum.

Christi ſeptingenteſimum ſexageſimum ſeptimum Gentiliaci, ſeu Salmaci Synodum ea de re coëgiſſe; Carolum verò viginti ſeptem poſtea annis in frequenti Epiſcoporum Francofordiæ Synodo (cui legati Adriani Pontificis interfuerant) Nicænam Synodum paullò ante habitam de imaginum cultu aboleuiſſe; &, re cum Epiſcopis deliberata, hos libros diuulgaſſe. Quare valde eos falli, qui putant, eam Synodum Felicem Iconomachum damnaſſe; cùm ex veterum monumentis aliam conſtet damnationis eius fuiſſe cauſſam. Legiſſe verò ſe acta Nicæni concilij, nec per omnia conuenire cum narratione Caroli. Cuius variationis cauſſas aliquas explicare conatur: nec tamen dubitari debere, quin Carolo ſint hi libri adſcribendi. Nam præter antiquiſſimum exemplar, quod *in templo quodam maiore, auguſtiſſimo, ac totius Galliæ antiquiſſimo reperiſſe* ſe dicit; eundem in Romana Bibliotheca exſtare affirmat, *elegantibus, ſed priſcis Longobardorum characteribus* conſcriptum. Quin & Eckium de quatuor illis libris mentionem feciſſe, quos tamen non legerat; *qui maguam ei nauſeam*, inquit, *excitaſſent, ſi illo ſuperſtite, in publicū exiliſſent*. Huc accedit, quod Claudius Taurinenſis Epiſcopus, qui fuit Carolo intimus, vir ſummo acumine ac doctrina, vnuſque ex primis illis Pariſienſis Academiæ principibus, contra Crucis adorationem librum ſcripſerit. Et, vt rem omnem abſoluat, ipſa verba Synodi Francofordienſis, quibus illa Nicænam euertit, ex vetuſto codice (quem dicit huius Francofordienſis concilij acta continere) vt fidem ſuam liberet, adiungit. *Adlata eſt*, inquit, *in medium quæſtio de noua Græcorum Synodo, quam de adorandis imaginibus Conſtantinopoli fecerunt, in qua ſcriptū habebatur; vt qui imagines Sanctorum, ita vt Deificam Trinitatem ſeruitio, aut adoratione non impenderent, anathema iudicarentur. Qui ſuprà, ſanctiſſimi patres noſtri omnimodis & orationem & ſeruitutem eis renuentes contemſerunt, atq; conſentientes condemnarunt*. En tibi igitur illuſtria teſtimonia, & egregias probationes, vnde facile intelligas verum eſſe, quod Anglicana Apologia de hac Synodo tradit. Et iam tibi dicendi locum relinquo, niſi fortè mauis iudicium Illyrici interponi, vt quaſi vno & pleno obtutu, tantas vetuſtatis diuitias contempleris. IREN. Valde probo hoc tuum iudicium: quare audiamus & Illyricum tuum. CRIT. Illyricus igitur huius præfationis argumēta, atque auctoritatem mirificè amplectitur, & ne videatur ἀσύμβολος, de ſuo præclarè adiicit, Hincmari Remorum Epiſcopi, Rheginonis, Abbatis Vrſpergenſis, & Ioannis Auentini teſtimonia; & exſtare alicubi in Gallia acriorem atque aſperiorem Ludouici, filij noſtri Caroli, contra imagines librum, quàm ſit paternus: Gregorium denique primum imaginum adorationem prohibuiſſe. Hincmari, ex viceſimo capite libri eius

Antiquiſſima exemplaria Caroliui iſtius libri vbi reperta.

Eckius.

Claudius Taurinenſis.

Francofordienſis Synodus.

Anglicana Apologia.

Flaccus Illyricus.

In Catalogo teſtium veri.

Ludouici filij Caroli Magni Liber

Gregorius primus.

contra

contra Iandunenſem Epiſcopum, huiuſmodi verba refert. *Septima autem apud Græcos vocata vniuerſalis Pſeudoſynodus, de imaginibus, quas quidam confringendas, quidam autem adorandas dicebant, neutra verò pars intellectu ſano diffiniens ſine auctoritate Apoſtolicæ ſedis; non longè ante noſtra tempora Nicææ eſt à compluribus Epiſcopis habita, & Romam miſſa: quam etiam Papa Romanus in Franciam direxit. Vnde tempore Caroli Magni Imperatoris, iuſſione Apoſtolicæ ſedis, generalis Synodus in Francia, conuocante præfato Imperatore, celebrata, & ſecundum Scripturarũ tramitem traditionemq́; maiorũ, ipſa Græcorũ Pſeudoſynodus deſtructa, & penitus abdicata. De cuius deſtructione non modicum volumen, quod in palatio adoleſcentulus legi, ab eodem Imperatore Romam eſt per quoſdam Epiſcopos miſſum.* Ioannes autem Auentinus, de Synodo iſta, cui dicit Romani Pontificis legatos cum magna Italiæ, Galliæ, atq; Germaniæ Epiſcoporum frequentia affuiſſe, hæc habet; *Item acta Græcorum de Imaginibus adorandis reſciſſa ſunt.* Quod videtur forſan ex annalibus Rheginonis hauſiſſe. Abbatem verò, & alios Papæ aſſeclas, licet tradant hanc Francofordienſem Synodum circiter annum Chriſti ſeptingenteſimum damnaſſe illam Græcorum Synodum, Nicææ paullò antè habitam, cauſſam tamen ſubticuiſſe; cùm præcipuum ſit hiſtoriæ munus, eam expoſuiſſe. Papam deinde, licet ceſſerat Carolo, & eius Synodo, paullò tamen poſt ad ingenium rediiſſe, imaginibus omnia templa repleſſe, & Claudium illum poſt mortem Caroli damnaſſe. Præclaram denique atque Eccleſiæ cum primis ſalutarem operam poſiturum, ſi quis primam illam contra imagines Synodum cum Nicæna, ac eius per Carolum confutatione cum Francofordienſi Synodo, & aliis Hincmari, Auentini, & Eckij teſtimonijs, adiuncta illa de libro Caroli, quod non ſit ſuppoſititius, probatione in lucem proferret. Hæc ferè ſunt, quæ à noſtris ad Carolini libri & Synodi Francofordienſis confirmationem afferuntur. Quorum fides adeò indubitata eſt, vt ea pro rebus certiſſimis in Anglia etiam tua è ſuggeſtu populo proponantur; quemadmodum ex concione illa apparet typis excuſa, quæ inſcribitur Homilia aduerſus periculum idololatriæ. Ibi Eccleſiaſtes conqueritur, vt Nicænos canones, ita & Synodum Francofordienſem à veſtris Pontificibus fuiſſe corruptã, & Romanæ vrbis antiſtites eam ad ſe tranſtuliſſe, ſplendidiſſimo mendacio fingentes Carolum ab illorum partibus ſtetiſſe; vt hoc ſpecioſo commento auctoritatem Synodi Elibertinæ his temporibus cõtra imagines habitæ imminuerent. Timuerunt enim, ne Germania noſtra, Elibertinorum patrum auctoritate & exemplo commota, omnes ſuas imagines eſſet demolitura. Hæc, & alia id generis, ibi Eccleſiaſtes.

Hincmarus.

Ioannes Auentinus.

In hiſt. Boiorum.

Abbas Vſpergenſis.

Francofordienſis Synodus.

Reſpondetur ad ea argumenta, quæ in priori capite ex Euangelicis ſumta ſunt: quibus illi contendunt ſe conuiciſſe, eum qui Caroli Magni nomine circumfertur, verum eſſe ipſius librum. Quibus interſeritur refutatio eorum, quæ ex Ambroſio, & Gregorio contra imaginum & Crucis adorationem allata ibidem ſunt.

CAP. XIX. IRENÆVS.

QVÆ ex Eli Phili, Flacco Illyrico, concionatore Anglicano, & alijs iam commemoraſti, ea tu quidem firma, atque magni momenti putas, ſed quàm longè à vero aberres, mox oſtendam. Cum primis igitur perpende implacabilem diſcordiam inter tuũ Illyricum, & eum, qui præfatur, quem Illyricus tantopere ornate videri vult. CRIT. Innocentes homines diſſidij notas, quibus nihil eſt coniunctius. IREN. Excutiamus igitur mirificam iſtam coniunctionem. Illyricus dicit, omnia, quæ continentur in libris Caroli, exſtare in Nicæna Synodo. Verumenimuero quæ Carolus vellicat libro primo cap. 1.2.3.4. libro tertio cap. 3.4.8.17. libro 4.ca.17. nuſquam in actis Synodi, in eum ſaltem ſenſum quem Carolus vellicat, exſtãt: vt non ſine cauſſa ea cum libro Caroli non congruere præfatio aſſeruerit. Iam quod multo maioris momenti eſt, qui præfatus eſt, negat Adrianum, aliosque Romanos Pontifices huic imaginum adorationi aduerſatos. Illyricus illud ſingulari obſeruatione dignũ oſtendit, quòd hæc Nicæna Synodus Adriani potiſſimum auctoritate, qui legatos ſuos eò miſit, fulta ſit. Et Carolum nihil aliud egiſſe libri primi capit. 17.18.19. libr. 2. cap. 13.14.15.16.17.18.19.20.23.24.25.26. & libro 3. cap. 15. & 16. quàm vt Adriani Papæ epiſtolam, quam ad Synodum ille miſerat, diligenter atque accuratè conuelleret. Quæro igitur à te primùm, quo modo ſingulares iſtos Caroli tui patronos in gratiã reduces? aut vtri magis fidẽ dabis? quam ſi alteri accommodaris, alteri detrahes. CRIT. Ego iſtud diſſidium non ſatis animaduerteram. Verùm, ſi cetera omnia ſunt integra, næuis huiuſmodi quaſi in pulcro corpore indulgendum cenſeo. IREN. Scio facilitatem ac indulgentiam tuam erga tuos. CRIT. At non indulgebo, niſi rem ipſam probent. IREN. Id certè nunquam effecerint. Imò iis ipſis, quæ pro ſe adferunt, teſtimoniis ſuccumbunt. CRIT. Bona verba quæſo. IREN. Id quod res eſt, apertè loquor; nec verba tibi dabo more tuorum, ſed cum verbis rem ipſam, id eſt, veritatem. Vt igitur à præfatione primùm exordiar, vnde nobis tota hæc fabula naſcitur; quid eſt, quæſo, quod nomen ſuum in præfatione tam illuſtris libri non appoſuerit? cur nec templum Galliæ, vbi hic theſaurus effoſſus eſt? cur nec locum vbi, nec nomen typographi à quo fuit impreſſus? CRIT. Non poſſum ſatis explicare.

Diſſidiũ Flacci Illyrici, & eius, qui præfatur in librum Caroli cõtra imagines. Illyrici mendacium.

Irreconciliabile Euangelicorum in hac Carolini libri cauſſa diſſidium.

Defenſores Carolini libri ſuis ipſorum teſtimonijs coarguuntur.

Hic Caroli quã ſuſpicioſe liber editus ſine nomine vel Typographi, vel eius, qui præfatur, vel loci vbi aut inuentus ſit, aut excuſus.

I R E N. Sic certè tam nobilis libri, qui è ſpecu Trophonii prodierat, natalem celebrari oportuit. Tam auguſtis initiis tantum Imperatorem prodire neceſſe fuit. Et fuit hæc maior, quàm tu putas, prouidentia; voluit enim cautus & prudens homo iudicia hominum periclitari atque experiri, vt, ſi partum hunc plauſibilem fore videret, non dimidiatum deinceps aut forte fictum *Eli. Phili*, ſed integrum & verum nomen apponeret. C R I T. Tu in rebus tam ſeriis ludis. I R E N. Sed iam ſerio miror; quo modo vir iſte bonus, qui ſe acta Nicæna perlegiſſe vltro profitetur, ignorare poſſit, quid Canones Sextæ Synodi ſtatuant de imaginibus, aut quid de eis duo Gregorii, Adrianus, aut alii Romani Pontifices ſcripſerint, niſi fortè ſtertens ea legerit, ac deinde vigilans, ſomnia ſua nobis exoſculanda, ſublata imaginum adoratione, obtruſerit. Iam quoniam iſte ſibi tam ſpecioſam ſcientiam vindicat, & tam diu abſtruſam; quid ante Caroli tempora tam Græci, quàm Latini ſenſerint de imaginibus, facilè ex his, quæ antea protulimus, meminiſſe potes. Pipinum autẽ vel nominare auſum fuiſſe demiror, cùm ille eo ipſo, quem recenſet, loco Synodum habuerit, quæ Græcorum cõtra imagines errorem, Græci imperatoris legatis præſentibus, confutauit. Argumenta vero, quibus eum librum Carolo aſſerere conatur, infirma admodũ ſunt atque leuia, & cum primis illud de Romana bibliotheca: Niſi vero ea non habeat libros, tum ſuppoſititios, tũ improbatę lectionis. In qua, vt audio, non deſunt libri tam Græcè quàm Latinè contra ipſam Pontificis auctoritatem ſcripti: quorum conſeruatio nullam tamen eis auctoritatem tribuit. Etiam libero Eli Phili ab omni eo metu, qui eum habere videtur, ne recentiore ſæculo hunc librum prodiiſſe exiſtimemus, putamus enim eum librum Caroli ſæculo natum, & præterea admiratione, quod tot ſæculis delituerit. Quod non tam mirandum quàm dolendum; cùm tot hodie damnatæ lectionis libri, perpetua obliuione ſepeliendi, in vulgus paſſim exeant. Nec in hoc cum eo contendere volo, num viuo Carolo, an poſtea prodierit, quamuis ab eo ſcriptum pernegem. Nam quantum coniectura aſſequi poſſum, illis ipſis temporibus talis circumferebatur, non à Carolo, ſed ad Carolum ſcriptus; quem Adrianus Papa confutauit. Cuius confutationis fragmenta quædam apud Iuonem exſtant. Vnde facilè apparet, illum ea conuellere, quæ in hoc ficticio Caroli libro obiiciuntur. Prodiit iam ipſa Adriani confutatio, licet imperfecta & mutilata, Coloniæ recens typis excuſa cum libris Conciliorum. In quibus expoliendis & caſtigandis multam, vtiliſſimamque operam poſuit vir doctus & pius, Laurentius Surius. Ex ea confutatione abun-

Rhegino in chronic. lib. 1.
Paulus Aemilius in hiſtoria Franc. lib. 2.
Ioan. Lazard. in epitom. hiſtor.

Nicæn. Syno. 2. act. 2. 3. 4. Damaſc. in Apologetico. Paul. Diac. rerum Rom. lib. 8. Nicephor. in annalib. Conſtantinopol. Eutropio ad iũctis li. 21. & 23.

Vide 73. Canon. 6. Synodi prius pag. 514.

Commẽtitia illius figmenta, quæ in Caroli librum præfatur, exploduntur.

Supina negligentia vel aperti mendacij conuincitur.

Pipinus non oppugnator, ſed propugnator imaginum.

Argumenta Eli Phili excutiuntur, quibus perſuadere conatur librum contra imagines eſſe Caroli.

Romana Bibliotheca.

Liber qui Carolo adſcribitur quando videatur ſcriptus, & ad quem.

Vide Iuonem parte 4. cap. 83. 126. 127. 128. 141. 225. 229. Et Carolum lib. 1. cap. 5. 6. lib. 2. cap. 4. lib. 3. cap. 3 lib. 4. cap. 11.

Adrianũ Papam confutaſſe librũ Pſeudocaroli.

dè conſtat, quàm verè diximus, librum hunc non eſſe verum Caroli partum, ſed ſuppoſititium, & ab ipſo Adriano confutatũ: totumq; hoc de Francofordienſi Synodo commentũ ſimul conuellitur. Ex ea etiam manifeſtus ille error, & nimis ſupina Eli Phili ignorãtia proditur, qua ſomniat contra tantum omniũ hiſtoriarum conſenſum huius ſæculi Romanos Pontifices nihil de adorandis imaginibus ſtatuiſſe. Nam ibi Adrianus ſcribit vtroſq; Gregorios, Zachariam, Stephanũ, Paulum & alium Stephanum Romanos ante ſe põtifices damnaſſe Iconomachos. In qua refutatione inter alia oſtendit Adrianus, ſua & Romanæ ſedis auctoritate Nicænam Synodum confirmatam, & eos, qui ab ea diſſentiunt, diſſentire à ſex prioribus œcumenicis Conciliis. *Ipſam*, inquit, *Septimam Synodũ ſuſcipimus (nam ſi eam minimè recepiſſemus, ad ſuum priſtinum vomitũ erroris fuiſſent Græci reuerſi) qui pro tot millibus animarũ & Chriſtianorũ interitu habemus rationem reddere.* Nec eſt, quòd Eli Phili tam inſolẽter doctiſſimo viro Eckio inſultet, qui nihil niſi auditione de hoc libro acceperat, nec, vt homo erat Catholicus ac prudens, vnquã cogitare potuit, tam inſanum librum à Carolo proficiſci potuiſſe. Qua in re minimè falſus eſt Eckius. Quo modo enim aut paterna ac maiorũ veſtigia, aut ſolitam ipſe ſuam pietatẽ reliquiſſe iudicandus eſt? Habita eſt enim Romæ ad prima regni eius tẽpora Lateranenſis Synodus: ad quam duodecim delectos è Francia Epiſcopos miſit Carolus. In eo Concilio commenticia illa Iconomachorũ Conſtantinopoli Synodus abrogata eſt. Id quod inter alios etiam Funccius, quamquã veſtræ ſcholę alumnus, ac cõiuratus Eccleſiæ Romanę & Catholicæ religionis hoſtis, nõ putauit propter euidentẽ rei veritatẽ diſſimulandũ; quem potes hac de re conſulere. Quare non inuideo Illyrico Eckij teſtimoniũ. De Claudio Taurinenſi, vel fuiſſe eũ tam intimũ Carolo, vel illas Academiæ Pariſienſis primitias dedicaſſe, niſi melioribus teſtimoniis rem muniant, negare (quantum ſcio) rectè potero; nec ad cauſſam multũ facit. Illud certè cõſtat, non auſum eum, viuo Carolo, venenũ ſuum effundere. Quo etiã mortuo, cùm maiorẽ ſibi impunitatẽ polliceretur; per filiũ eius Ludouicum, quẽ Ionas Aurelianenſis Epiſcopus paternã pietatem imitatũ dicit, repreſſus eſt. Quo iubente, impia illius ſcripta Ionas elegãter euertit. Præterea Valeſfridus Strabo ſcribit, Græci Imperatoris legatos Ludouicũ ſollicitaſſe contra venerãdas Imagines; eaq; de cauſſa illam fuerũ Epiſcoporum Synodũ coëgiſſe, per quam Græcorum legati ſunt confutati. Atq; hæc vna præſertim ex illius temporis ſcriptoribus petita hiſtoria abundè nobis ſufficit, nõ modò ad illud Illyrici de dentato illo Ludouici libro, ſed ad reliqua illius in hac tota cauſſa mendacia infringẽda. Nec videt acutus homo, quã præclarè ea, quæ dicit, cohæreant, cùm

Nicæna Synodus à quibus cõfirmata.

Eckius.

Lateranenſi Synodo hæreſis Iconomachorũ dãnata, ad quam Carolus Magnus miſit 12. Epiſcopos.

Funccius.

Claudius Taurinenſis.

Ionas Aurelianẽſis Epiſcopus.

Valeſfridus Strabo.

Ludouicum Caroli filium coëgiſſe Concilium ſuorum Epiſcoporum contra Iconomachos.

Illyrici mendacia.

In ſcripto de imagin. ad Carol. Mag. tom. 3. Concil. Colonia editiõ, 1567. pag. 216.

Paulus Aemilius.

Lib. 8. commẽtar. in chronol. ad ann. 768.

Sigebertus in chronic. Sabell. Ennead. 8. lib. 8.

Ionas Aurelianenſis contra Claudiũ Taurinenſem libr. primo.

Valeſfridus Strabo de exordiis & incrementis rerum Eccleſiaſticarum cap. 8.

Carolo impugnanti imagines ceſſiſſe Papam, fingit; quaſi Ludouicus non impugnarit (cuius contrarium in eadem narratione oſtendit) aut cauſſam oſtendat, cur Carolus impugnarit magis quàm Ludouicus; aut cur non perinde vtrique cederet. Et multùm admiror, quid ſit, quòd præclarum illum Ludouici librum contra Imagines Illyricus tam diu ſupprimat: prodeat tandem in lucem tam nobilis fœtus. Quem credo, quantumuis parturiat Illyricus, non niſi cum mulabus pariet. Cuius hanc omnem contra non tam nomine, quàm re ipſa Ludouicum pium calumniam iam ſatis Ionas, & Valefridus compreſſere. Quibus accedere etiã poterit alius illius ſæculi non contẽnendus teſtis, Ado, inquã, Viennenſis; qui Ludouicum totius pietatis ac religionis principem appellat, multiſque cum aliis laudibus ornat. CRIT. Probabiliter mihi hactenus diſſerere videris. Sed quod omnium maximum eſt, ſupereſt. IREN. Quid illud eſt? CRIT. Decretum Synodi Francofordienſis. IREN. Huc veniebam. Eſt enim totius fabulæ pars quædam ſpecioſiſſima. Ecce enim tibi ante omnia mel Atticum, aut Romanas potius delicias. CRIT. Non iam ſyllabas aut verba aucupamur, & numeramus, ſed rès ipſas ponderamus. IREN. Parum ergo eloquentiæ, vel te iudice; prudentiæ certè multo minus. CRIT. Solitæ acerbitatis tuæ viras euomere videris. IREN. Non facio iſta acerbiora verbis, quàm res poſtulat. Nam ſi aduerſus Nicænam iſta prolata ſunt, facilè meminiſſe poteris, patres in ipſa definitione apertè negare, Imaginibus aut eam tribui, aut tribui debere adorationem, quam tribuimus. CRIT. Memini. IREN. Impudentiſſimum ergo Francofordienſis tuæ Synodi mendacium agnoſce. CRIT. Video me hic impeditum. IREN. Sed ego te ſtatim expediam. CRIT. Id ſi feceris, gratum certè feceris. IREN. Neſcio, quàm ſit tibi gratum futurum, hoc certè verè dixero, nihil hic contra Nicænam Synodum dictum. CRIT. Videris iam mihi, neſcio quas latebras ac Mæandros quærere. IREN. Non ego diuerticula, nec flexiones quæro, te facio arbitrum, repete decretum. CRIT. *Adlata eſt*, inquit, *in medium quæſtio de noua Græcorum Synodo, quam de adorandis Imaginibus Conſtantinopoli fecerunt.* IREN. Siſte, ſatis eſt: nondum animaduertis? CRIT. Quid rei eſt? IREN. Adeóne tardus? CRIT. Pape! video quò tendis; non hic *Nicena*, *ſed Conſtantinopolitana* Synodus exploditur. IREN. Rem tenes, videſque totum iſtud, quicquid eſt, incondita quadam barbarie apertis mendaciis, magnaque Iconomachorum fraude ſtructum; nec tamẽ ſatis memores fuiſſe iſtos artifices veteris adagij: *mendaces memores eſſe oportere.* Qui cùm voluiſſent Francofordienſem Synodũ deprauare, præter neſcio quæ verborum portenta, cùm alia, vt videbatur, ſatis

In chronic. Franc.

Ado Viennenſis.

Refutatur Illyrici commentum de Synodi Francofordienſis contra Nicenã Synodum decreto.

Decretum Francofordienſis Synodi etiam ſi verum eſſet, nihil facere contra Nicænam 2. Synodum.

Decretum Francofordienſis Synodi.

Fraudes, mendacia & impoſturæ Iconomachorum in deprauãda Synodo Francofordienſi.

commodè interuertiſſent, loci ipſius obliti ſunt. Vnde iudicio corrupti teſtimonij, vt olim Suſannæ accuſatores, conſtringuntur.

Abbatis Vrſpergenſis teſtimonium de Francofordiẽſi Synodo expenditur.

Atque idem reſponſum accommodamus ad id, quod ex Abbate profert Illyricus, qui non de Nicæna, ſed pſeudoſynodo Conſtantinopolitana apertè loquitur: vt fruſtra cum eo expoſtulet, cur non oſtenderit cauſſam damnatæ Nicęnæ, quam damnatam nec narrauit, nec ſenſit. Et longè ab Illyrici iudicio abhorret. Irenen enim, quam iſte ſuperſtitioſam, ille piam principem, ac Leonem & Conſtantinum, quos iſte magnis laudibus effert, conuiciis exagitat; & Conſtantinũ Antichriſti præcurſorẽ facit, quòd Imagines Chriſti, & Sanctorũ Conſtantinopoli incenderit.

Philippi Melãchthonis inepta & auctoris verbis repugnãs interpretatio.

Atq; hic pro ſua auctoritate ad marginẽ Philippus Melanchthon adſpergit, ὧδε κρίνει τὸ ῥῆμα τοῦ θεοῦ: quaſi indicaret Imagines rectè incenſas. Elegans ſanè interpres! auctori ſuo, quem in epiſtola Abbati præfixa, ac clariſſimo Bauariæ duci Philippo dicata, magnis laudibus effert, ex diametro repugnans! Verum ſi iſta tua emblemata detrahi ægrè feras, Philippe; maneant. Quare, cùm eadem ſententia, quã tu iſto emblemate ornaſti, Leonẽ impium, Conſtantinum Antichriſti anteambulonem appellet, acquieſcimus in tuis verbis, ac iſta tua auctoritate fulti ſecurè iam pronunciamus; ὧδε κρίνει τὸ ῥῆμα τοῦ θεοῦ.

Abbatis Vrſpergenſis verba de Francofordienſi Synodo.

Verba vero Abbatis iſta ſunt de Synodo Francofordienſi; *Synodus*, inquit, *quæ ante paucos annos Conſtantinopoli congregata eſt, ſub Irene & Cõſtantino eius filio, ſeptima & vniuerſalis ab ipſis appellata; ita, vt nec Septima, nec aliquid diceretur, quaſi ſuperuacua ab omnibus abdicata eſt.* Hęc verò eũ ſcripſiſſe de illa, quã ψευδοσύνοδον paſſim appellant tã Græci, quàm Latini, & ſuperiora, quæ ex eo recenſuimus, & ipſa verba eius oſtendunt. Quæ cùm habita fuerit, vt diximus, ſub Cõſtantino, vt illa altera ſub Irene & Cõſtantino; impoſtor, cùm *Irenen* alieno loco adieciſſet, vocẽ [*Cõſtantinopoli*] inducere oblitus eſt; qua velut ſorex ſuo indicio perit.

Impoſtor qui corrupit Vrſpergenſis Abbatis verba, ſe ſuo indicio prodit.

Nã nec dixiſſe, nec dicere potuiſſe Abbatẽ, Synodũ Nicænã Francofordiæ eſſe damnatã, manifeſtò inde patet, quòd præter ſuperiora apertè hic dicat, legatos Romani Põtificis Adriani fuiſſe præſentes. Quorum potiſſimùm vicaria auctoritas totã illã Nicænã regebat. Et certè Abbatẽ de pſeudoſynodi illius Cõſtantinopolitanę abrogatione hic loqui, quemadmodũ diſerta ipſius verba planè declarãt, vel Funccius veſter ingenuè agnoſcit. Sed eundẽ tamen, quemadmodũ & Platinam erroris coarguit, quod hoc conciliabulũ appellari ſeptimã Synodũ putauerit. Et verè quidem quodammodo videtur vtrumq; coarguere, ſi res ad viuũ ſit reſecanda. Nam quæ ne Synodus quidem fuit, quo iure poteſt ſeptima dici? non alio ſanè, quàm quo petulans & impudica meretrix inter virgines niuea caſtitate inſignes numerari. Verba autem Funccij hæc ſunt: *Notabis hic errorem apud Pla-*

pud Platinam, qui in vita Adriani primi dicit ſeptimam Synodum ab Occidentalibus in Lateranenſi concilio eſſe damnatam, cùm hac aliquot annis poſt illorum conuentum ſit Nicaa habita: Sed error inde eſt, quod putat illam dici ſeptimam, qua Conſtantini iuſſu contra imagines Conſtantinopoli fuit conuocata anno Domini D. C C. L I I I I. *Quod etiam Abbatem Vrſpergenſem ſeduxit.* His quidem verbis videtur Funccius duo nobis velle ſignificare; vnum, quòd Abbas & Platina, dum de ſeptima Synodo damnata loquūtur, nō aliam intelligant quàm pſeudoſynodum illam Iconomachorum, quæ Conſtantinopoli fuit. Quam & ipſe non inficiatur fuiſſe reiectam atque exploſam, ſed minime debuiſſe tamen ab eisdici ſeptimam; quandoquidem ſola Nicæna ſecunda ſit verè ſeptima appellanda. Alterum, quòd cùm ſeptimæ Synodi nomine concilium illud Nicænum indicari ſoleat & debeat, Platina non bene ſcripſerit ſeptimam Synodum fuiſſe in conſeſſu patrum Lateranenſium penitus abrogatam. Verum hic Funccius, dum anxiè conatur errorem neſcio quem tollere, in alium grauiorem incidit, &, quod multo peius eſt, ſed ſcholæ iſtæ veſtræ Euangelicæ nimium frequens (pæne dixeram perpetuum) in falſi crimen incurrit. Nam ibi Platina neq; Lateranenſe conciliū nominat, neq; de eo quicquam agit. Verba autem eius, quæ hæc ſunt: *Theophylactus & Stephanus Epiſcopi inſignes Adriani nomine Synodum Francorum Germanorumq́; Epiſcoporū habuere, in qua & Synodus (quam ſeptimā Graci appellabant) & hareſis Feliciana de tollendis imaginibus abrogata eſt:* Verba, inquam, hæc, quemadmodum & Abbatis, videntur non poſſe ad aliam quàm Francofordienſem Synodum referri. A qua ſi Nicænum Cōcilium fuiſſet iugulatū, haud eſt veriſimile quod Fūccius id diſſimulaſſet, qui præter quàm quòd ſoleat nihil eiuſmodi prætermittere (non tam ſemper fortaſſe veritatis ſtudio quàm ſedis Apoſtolicæ odio) tanta inſuper diligentia chronologiam ſuam conſcripſit, vt hiſtoricorum Ariſtarcho & primario litium veſtrarū Euangelicarum poſt Carolum Molinæum in Gallia aduocato videatur nemo accuratius in eo genere ſcripſiſſe. Sed illud hic obiter adiiciendum eſt, Annonium, ſiue, vt quibuſdam placet, Aimoinum quadringentis circiter annis (vt idem aduocatus veſter indicat) Abbate antiquiorem, ex quo & Abbas, quæ paullò ante citauimus, ad verbum tranſcripſit, eodem modo eſſe corruptum; niſi quod loco *Irena* nomen *Helena* inſertum ſit, quæ illis temporibus mater nullius Græci imperatoris, nedum Cōſtantini fuit. Tam verè igitur dicitur Nicænum Concilium in cōuentu Francofordienſi eſſe reiectum, quàm Cōſtantinus ille fuit filius Helenæ. At quàm falſa hæc ſunt, & ab omni veritatis ſpecie aliena, vix eſt credibile, Annonium, qui illa ætate vixerat, potuiſſe ignorare, vel tam abſurda & quaſi pugnantia

Ioan. Bod. in method. ad hiſtor. cognit. cap. 2.

De ætate Annonij conſule cap. 113. lib. 4. hiſtoria ſua.

voluiſſe ſcribere. Quid igitur aliud dicendum eſt, quàm Annonium quidem orationem ſuam ad conciliabulum Conſtantinopolitanum retuliſſe, cùm & ipſe illud diſertè nominet, & tam argumentum capitis, quàm nota in margine appoſita idem exprimat. Illius enim hæc verba ſunt: *De Concilij Conſtantinopolitani reuocatione*: huius autem iſta; *Synodus Conſtantinopolitana reuocata & abdicata*. Ex quo apparet totum illud de *Helena & eius filio*, eſſe ab aliquo ſiue imperitè ſiue malignè, certè alieno loco & tépore adiectum, & planè contra veritaté, atque adeo ipſius auctoris mentem, niſi velimus ipſum diſſentanea loqui. Hinc fortè error iſte vel deprauatio in Abbatem cum vnius vocis commutatione tranſlata eſt. Sed vtramque de pſeudoſynodo Conſtantinopolitana loqui ex verbis illorum, & his quæ diximus, nemini obſcurum eſſe poteſt. Nec aliter iudicauit Regino, quamuis Iconomachi & hîc ſolito ſuo artificio vſi ſint. Is cùm de hac Francofordienſi Synodo loqueretur: *pſeudoſynodus*, inquit, *Græcorum, quam pro adorandis Imaginibus fecerunt, reiecta eſt*. Cùm *pſeudoſynodum* dicit, abſque dubio de Conſtantinopolitana loquitur, quam veteres tum Latini, tum Græci cum tota Catholica Eccleſia eo nomine, vt par eſt; illam verò alteram videlicet Nicænam, *ſeptimam & œcumenicam* appellant. Certè Nicephorus Patriarcha Conſtantinopolitanus, ſuorum temporum ſcriptor, Nicænam Synodum *ſanctam & vniuerſalem* appellat, & ſcribit per eam Synodum *Eccleſiam priſca ornamenta recepiſſe, neque eam aliquid noui prædicaſſe, ſed Sanctorum patrum dogmata immota cuſtodiſſe, & nouam hæreſim abdicaſſe, ac firmaſſe Græcos Imperatores pietatem ſecundum antiqua dogmata operâ Sacerdotum, & inde pacem Catholicæ Eccleſiæ partam*. Hæc ille, & iiſdé quidé verbis: Quæ ideo in mediú adduxi, vt intelligeres, quænam ſit illa Synodus, quam ſcriptores ψευδοσύνοδον appellát. Audiamus iam Leoné nonum Romanú Pontificem: *Recordamini, inquit, illius nefandæ Synodi, quam voluerunt vocari Septimã noſtri hæreſiarchæ, quorũ conſpiratione ipſius Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ſanctorum reuerendæ Imagines, aut flammis traditæ ſunt, aut aquis ſubmerſæ; picturæ verò de parietibus Baſilicarũ deletæ. Quibus quãuis reſtiterit Romanorũ Pontificũ auctoritas; præ cunctis tamen ſanctiſſimi Papæ Nicolai vbiuis prædicanda libertas, qui per ſuos legatos tam pro ſacris imaginibus, quàm pro depoſitione beati antiſtitis Ignatij & ſubſtitutione Photij neophyti, Eccleſiam ſanctæ Sophiæ clauſit, donec ſanctæ ſedis acquieſceret decretis*. Quòd ſi Leonis tibi teſtimoniũ, quòd fuerat Romanus Pontifex, & multis ſæculis poſterior, non arrideat, accipe aliud

Lib. 4. hiſt. Franc ca. 85.

Reg. lib. 2. Chronic. anno 794.

Reginonis verba & ſententia examinantur.

Synod. Nicæn. 2. act. 1. & 3.
Zonaras in Conſt. & Irene.
Niceph. in ſumma lib. 20.
Balſamon de Concilijs.
Georgius Cedrenus in annalib. ſiue cõpend. hiſtor.
Iuo parte 4. cap. 147.
Pſellus de 7. Synod. Græcorum
Euthymius Zigabenus in Panopl. tit. 18.
Nicephor. in annalib. Conſtantinopol.
Eutropio adiunctis lib. 23.

Nicephorus Patriarcha Conſtantinopolitanus.

Scriptores, cùm mentionem faciunt de Pſeudoſynodo in hac imaginum cauſa, nunc igne Conſtantinopolitanam.

Leo nonus, Michaelo Patriarcha Conſtantinop. Iuo parte 4. cap. 147.

Leo nonus.

aliud è media Græcia, mox à Synodo conſignatum; Photij videlicet Conſtātinopolitani Epiſcopi iam commemorati. Qui cùm multa cōtra Iconomachos, deq; hac Nicæna Synodo diſſereret, inter alia: *Hoc ſacrum*, inquit, *magnumq́; concilium recens patefactam & barbaram hæreſim, quæ ab impijs & execrandis hominibus parta erat, diuina communiq́; ſententia ſimul cum ipſius auctoribus condemnauit. Infelices enim homines iſti, verbis nō confitētes ſe Chriſto vero Deo noſtro maledicere, factis omnia in eum maledicta, & linguæ petulantiā congeſſerunt. Cumq́; illū ſine medio, & ſine aliquo velo cōtumelia afficere non auderent, per venerādam Imaginem, omnē Chriſto inimicæ mentis cupiditatē expleuerunt. Adorādam enim Chriſti Imaginē, per quam idolorum error excluditur (proh nefarium: ſceleratæ atq; impiæ linguæ, cogitationumq́; ſonum) idolum appellauerūt, & omnibus ipſam ignominijs afficientes, & per plateas & vias publicas trahentes, & pedibus cōculcantes, in ignē coniecerunt: ſpectaculū Chriſtianis hominibus miſerandum, & ſola Chriſti hoſtium impietate dignū. Eadem & in reliquas ſacras Imagines contulerunt, cùm celeribus pedibus ſanguinē funderent, dextriſq; manibus, ac impuris labris petulantiā exercerent, nec vllā tanti furoris atq; dementiæ ſatietatē caperent homines peſſimi. Sacras Chriſtianorū notas, & effigies nō minus, quàm ſi Gentiū eſſent abominationes, imo verò magis publicè deteſtabantur: ex quo bellum grauiſſimū aduerſus Chriſtū, & ſanctos eius cōmouebatur. Omnibus enim perſpicuū eſt, honorē Imaginibus habitum ad eos tranſire, quos illæ referunt. Verùm iſti noua Iudæorum Chriſti hoſtiū progenies, dum Chriſti atq; ſanctorū eius Imagines afficiunt contumelia, ea perficiūt, in quibus patres ipſorū defecerunt. Irruunt enim in facinora Iudæorū, ſingulariq́; alacritate patres ſuos ſuperare conātur. Et dū non audent in medio Chriſtianorū labris etiam Chriſtū abnegare, in eundem ipſum Iudaicū, paternumq́; Zelū deprehenduntur incidere, & adulterinā etiam hanc oſtendunt imitationē: nec vllo conſiſtunt loco, ſed tanquā veneno hæreſis ebrij, huc illuc iactantur & ruunt: Chriſtianos enim ſe eſſe profitentur, & aduerſus Chriſtū debacchantur: Iudæos appellari ſe nolūt, & Imagines oppugnantes Zelū ipſorum Chriſto inimicū imitantur & ſuperant: idololatriæ nomē vitant, & ſe in ipſos Chriſtianos, diuinaq́; Chriſtianorū ſanctaq́; myſteria nihilò idololatris leuiores præbēt. Quamobrem ſanctū & Oecumenicū Concilium eos, qui adulteræ iſtius, & multis ſeminibus commixtæ opinionis ignobilitatē fugere noluerunt, tanquam nothos, & à fideliū nobilitate alienos, inſolubilibus anathematis vinculis conſtringendos iudicauit. Imaginem autē Chriſti, veri Dei noſtri ex Apoſtolorum & ſanctorū patrum traditionibus, & ſanctorum oraculorū teſtimonijs ad honorē & venerationem illius, quem ipſa refert, adorandā atq; colendam ſuffragijs omnibus cenſuit & confirmauit. Cū adorationum verū atq; honor adhibeatur eodē modo, quo in alijs ſacris notis, & formis ſanctiſſimæ latriæ vtimur. Neq; enim in illis cōſiſtimus, honorem q; & adorationē concludimus, neq; ad alios & diuerſos fines diſtrahimur, ſed per diuerſum & ſingularem*

Habetur in fine Panopliæ Euthymij Franciſco Zino interprete, viro longè doctiſſimo.

Photij Conſtantinopolitani Epiſcopi luculentum de Nicæna 2. Synodo teſtimonium.

Chriſtus per imaginem eius abolitam contumelia affectus.

Bellum gerunt cum Chriſto & Sanctis, qui eorum imagines oppugnant.

Anathema Concilij Nicæni 2. in Iconomachos.

ſingularem ipſorum cultū & adorationē, quæ cernitur, ſacra cõuenientiq;, ac minimè diuiſa ratione animos noſtros ad inuiſibilē illam, ſingularemq; atq; vnicam diuinitatem dirigimus. Sic venerabilem Crucem adoramus, in qua Domini corpus extenſum eſt, & ſanguis ille, quo mundus vniuerſus purgatus eſt, emanauit: & ligni natura illius fluxibus irrigata, pro morte vitam perpetuam tulit. Sic Crucis ſignum adoramus, quo Dæmonū agmina fugantur, & varij curantur morbi. Cùm ſemel in ipſo exemplari gratia & virtus exhibita ſit, & vſq; ad exempla ſimilis vis ſe diffundat. Hæc igitur ſingula, nempe Chriſti Imaginē, & ipſam Crucem, Crucisq; notā cultu adorationeq; proſequētes, honorē & adorationē non in ipſis cõcludimus, ſed ad eū dirigimus, qui propter incredibiles diuitias amoris erga nos, factus eſt homo, & mortē propter nos pertulit cõtumelioſam. Sic & ſanctorū templa, & ſepulcra, & Reliquias, ex quibus morborū curationes emanāt, fideliter adoramus; Chriſtum verū Deum, qui gloria ipſos affecit, collaudantes & celebrantes. Et ſi quid ijs in myſticis & ſanctis noſtris ſacrificijs ſimile eſt, per munus & gratiam in illis exhibitam præcipuū auctorē, & principē cauſſam agnoſcimus, & cõmendamus. Quapropter & Diuinus ac ſanctus ille beatorū, atq; ſacrorum virorū cætus, non ſolùm Imaginē Chriſti, quemadmodū diximus, verùm etiam immaculatiſſimæ, ſemperq; virginis Mariæ & Dominæ noſtræ, Dei genetricis, & ſacras ſanctorū omniū Imagines, pro ratione excellentiæ & ſanctitatis exemplarium colendas, & adorandas cõmunium oraculorum decretis conſtituit & confirmauit. Per ipſas enim ad præſentiam quodāmodo atq; congreſſum, animi ducimus intentionē: & per hanc diuina, naturāq; ſuperante coniunctione copulamur cum illo, qui ſummus eſt rerū expetendarū. Hæc igitur ſapienter, diuineq; ſeptimū illud Conciliū decreuit, atq; conſtituit. Quo quidem facto omnem hæreticam peſtem, ac turpitudinem à grege ratione prædito depulit: propriumq; decus, & pulchritudinē Eccleſiam recipere oſtendit: & tanquam ſponſam non in fimbrijs aureis, ſed intelligibilibus decoratam Imaginibus, ad Chriſti ſponſi dexteram conſtitutā, hilaribus et lætis oculis toti fidelium multitudini conſpiciendam honorandamq; demonſtrauit. Hæc Photius: quibus addam Funccij veſtri nõ contemnendū de Nicæna Synodo elogium, quod tu, vt à ſchola veſtra profectum, pluris fortè æſtimabis quàm reliqua omnia: *In hoc Epiſcoporū conuentu,* inquit, *priſtinū imperij Conſtantinopolitani decus redijt. Abiectis enim & condemnatis omnibus hæreſibus, antiquā Nicænæ Synodi, quæ prima dicitur, fidem in vſum reuocarunt, bellumq;, quod cum Imaginibus iā multo tempore geſtum eſt, ſuſtulerunt.* Hinc igitur intelligis, de qua Synodo patres, tam Latini, quàm Græci loquuntur, cū de *Septima Pſeudoſynodo* mentionē faciant. Quæ vox nõ ad Nicænam, ſed Conſtantinopolitanā illā ſine dubio pertinet. Ipſi deniq; Græci, qui paullo ante Conſtantinopolim à Turcis captam Florētino Concilio interfuere, Nicænā hāc pro illuſtri & œcumenica Synodo agnouere, & mirificè amplexi ſunt; & *Iconomachos impios homines* appellant,

Crucis Chriſti adoratio.

Crucis ſignum vt adoretur.

Sanctorū Templa, Sepulcra, Reliquiæ.

Imagines Chriſti, Beatæ virginis Mariæ, & ſanctorum cur & quo modo adorentur.

Lib. 8. commētar. in chronolog. ad an. 789.

Funccij de Nicæna Synodo elogium.

Græcorum, qui Concilio Florentino interfuerūt, de Nicæna Synodo ſententia.

Concil. Florēt. ſeſſ. 5.

pellant, qui nullum inter pietatem & impietatem diſcrimen fecerant, quique Domini atque Sanctorum ęius Imagines, idolorum ac Diabolorum ſigna credebant. Quoties itaque vel Græci, vel Latini Græcorũ Synodũ, quæ de imaginibus diſceptabat, vel Septimã Synodum ψευδοσύνοδον vocãt, nõ de Nicæna, ſed de Cõſtãtinopolitana ſentiũt. *Fuit enim duplex ſeptima Synodus, altera germana, altera adulterina: ſic duplex Epheſina, duplex Octaua.* Nec aliò Reginonẽ trahere poſſumus, qui prius *Crucis adorationẽ* agnoſcit, & deturbationẽ Imaginum per Leonem *ſcelus* nominat: & poſt hanc Synodum, Carolum à Leone Pontifice Romæ honorata pompa cum *vexillis*, *Crucibus*, ac Sanctorum *Reliquijs* exceptum tradit. Sin iſta ſatis firma non putet Illyricus, conſulat Valerium Anſelmum Ryddum, qui nihil prætermittere ſolet, quod quoquam modo Euangelicorum placita confirmare, Romanum Pontificem oppugnare videatur; cur ſcribat *Stephanum tertium Siculum legitimè ſuffectum, conuocata Epiſcoporum Synodo, deiecti Conſtantini Pontificis omnibus præterquam baptiſmi & chriſmatis abrogatis actis, anathemate lato ſtatuiſſe: Neminem ſcilicet, niſi ritè ſacris initiatum, Pontificem vel Epiſcopum creari; ſed & Conſtantinopolitani imperij, Græcorumq́; de abolendis Diuorum imaginibus Synodum, tanquam hæreticam, exſecratum eſſe: idemq́; egiſſe Hyerenem imperatricem Nicææ, Adrianum Pontificem Romanum, & Carolum regem Francofordiæ.* Conſulat Peucerum Melanchthonis generũ, cur ſcripſerit Nicænam Synodũ *Imperatoris vtriuſq́;* tam Occidentis quàm Orientis, Conſtantini videlicet & Caroli Magni *conſenſu* habitam: cõſulat Carionem, & Pantaleonem, & quærat ab eis, quod exemplar ſequuti ſunt, cùm ex Reginonis auctoritate ſcriberent Francofordiæ Synodũ, illam Græcorum de non adorandis imaginibus Synodũ infregiſſe. Quam negantiæ ſyllabã, ſi Reginoni, quod neceſſe eſt, adieceris; iã & ille ſibi, & reliqua omnia bellè cõſtant. Quam ego nõ tam fraude, quàm operarũ incuria prætermiſſam in Reginone iudicarẽ, homo minime natura ſuſpicioſus, niſi manifeſta fraudis indicia, ac veſtigia cernerẽ, quæ nolo iã perſequi. Eodem etiam negationis negligenter omiſſę reſponſo, Ioanni Auentino, qui, vt teſtatur Illyricus, Reginonẽ auctorẽ ſequitur, ſatisfactum volo. Quod ſi Illyricus (vt ſolet) pugnare, & cõtentionis funẽ trahere velit, videat ne manibus illius, quem authenticum hiſtoricũ appellat, & cuius gloriam amplificatam cupit, nimiam iniuriam faciat; dum mortuum eò inuitũ, quò noluit viuens, trahit. Qui ſi ſe certum de mente, ac iudicio Auentini exiſtimet; cogitet, quomodo illa altera Auentini de Carolo, cuius imaginẽ, idq; in templo, eo præſente, ab omni populo Romæ adoratã, cùm Auguſtus deſignaretur, ſcribit, cum iſta narratione aut Caroli pietate congruat. An fortè Carolus repente in Iulianũ conuerſus

Septima Synodus duplex.

Libr. 1. Chronic. ſub finẽ.

Regino quid de imaginibus ſenſerit, oſtenditur.

Libr. 2. Chronic.

Anſelmus Ryddus.

In Cathalogo annorum & Principum, &c iterum impreſſo anno 1550.

In addit. ad Chronic. Car. lib. 4.

Peuceri contra Illyricum teſtimonium.

Carion.

Pantaleon in chronologia.

Pantaleon.

Regino corruptus: & integritati ſuæ reſtituitur.

Ioannes Auentinus quid de hac re ſcripſerit & ſenſerit.

Caroli Magni imago adorata.

conuerſus eſt, qui Chriſti & Sanctorũ è templis imagines amoueret, vt ſuam Nabuchodonoſoris ſtatuam omnibus adorãdam pro illis obiiceret? Gregorium verò primum imaginum adorationem prohibuiſſe, non nego: at hanc Catholicorum adorationem, qua ſupplices ante ſtatuas Chriſtum & Sanctos interpellãt, prohibuiſſe, id verò pernego. Quî enim prohiberet, cùm Serenũ Maſſilienſem Epiſcopum, quòd imagines confregerit, reprehendat, & quidem ipſe ſe ante Chriſti imaginem, ſed non ante illam quaſi ante Diuinitatem, genibus aduolutũ fateatur? Ethnicam itaque ille imaginum adorationem ſubmouet, & ſuperſtitioſam illam, qua aliquot recens in fidem traducti primis illis temporibus non omnino carebant, qua putabant, ipſam imaginis materiam Deum eſſe, vel aliquid diuinum in ea ineſſe, vt Ethnici, aut veram formam ipſius Dei referre, vt Anthropomorphitæ, aut aliqua alia ſimili ſuperſtitione obligabantur. Eos verò, qui ita picturas adorabant, quo nomine Serenus illas confregit, inter circumfuſos Ethnicos habitaſſe, ex ipſa Gregorij epiſtola apparet. Nihil igitur receptæ in Eccleſia imaginum venerationi aduerſantur ea, quę cõcionator ille tuus Anglicanus tibi ex Gregorio ſuggeſſit. Quo in loco fraudulenter ille quidẽ, & callidè diſſimulauit ipſum quæſtionis inter nos & Euãgelicos ſtatũ; qui in eo ponitur, an liceat corã imagine Chriſti, vel Sancti alicuius genu flectere, caput aperire, & alia honoris indicia præ ſe ferre: quæ quidem neq; hic, neq; alibi vſquã, Gregorius prohibet. Hoc tantùm vult, vt coram imagine Chriſti, nõ tanquam ipſa ſit Deus, ſed in honorem ſolius Trinitatis humiliter proſternamur; vt ex fine epiſtolæ ipſius ad Serenum omnibus poteſt innoteſcere. Quòd ſi quis Gregorii ſententiã nõ ſatis adhuc explicatam exiſtimet, audiat iam quid ipſe Gregorius, & quibus verbis hac de re ſcribat. *Imagines, inquit, quas tibi dirigendas per Dulcidiũ Diaconũ rogaſti, miſimus. Vnde valde nobis tua poſtulatio placuit; quia illũ toto corde, tota intẽtione diligis, cuius imaginẽ præ oculis habere deſideras. Ab re nõ facimus, ſi per viſibilia inuiſibilia demõſtramus. Sic homo, qui aliũ ardenter videre deſiderat, aut ſpõſam amans videre conatur, ſi contigerit eam ad balneũ, aut ad Eccleſiã ire, ſtatim per viã incedenti ſe præparat, vt de viſione eius hilaris recedat. Scio equidẽ, quòd imaginẽ Saluatoris noſtri non ideo petis, vt quaſi Deũ colas; ſed ob recordationẽ filij Dei, in eius amore recaleſcas, cuius te imaginẽ videre conſideras. Et nos quidẽ non quaſi ante diuinitatẽ, ante illã proſternimur; ſed illũ adoramus, quem per imaginẽ, aut natum, aut paſſum, ſed & in throno ſedentẽ recordamur. Et dũ nobis ipſa pictura, quaſi ſcriptura, ad memoriam filiũ Dei reducit; animũ noſtrũ aut de reſurrectione lætificat, aut de paſſione demulcet. Ideoq; direximus tibi ſurtarias duas, imaginẽ Dei Saluatoris, & ſanctæ Dei genetricis Mariæ, beatorũq; Apoſtolorũ, Petri & Pauli continentes, per ſupradictũ filium noſtrũ, & vnam*

Gregorij primi de imaginibus adorandis vel non adorandis ſententia explicatur.

Gregorius primus quo modo adorauerit imaginem Chriſti.

Quam adorationem imaginum Gregorius improbet.

Gregorius quid ſenſerit de imaginibus.

Imago Saluatoris.

Imago B. Mariæ, Petri & Pauli.

Greg. lib. 7. Epiſt. 53. & 109. lib. 9. Epiſt. 9.

Li. 9. Epi. 9.

Lib. 7. Epiſt. 53. ad Secundinum.

vnam Crucē, clauē etiam pro benedictione à ſanctiſſimo corpore Petri A-
poſtolorū principis: vt per ipſum à maligno ſis defenſus, per cuius ſignum Crux.
munitū te eſſe credis: et ex eo te protegat, qui iuuenilia ſemper ſuggerit re-
cordari, vt in bonis actibus perſeuerās, alios in eius amore accēdas, propter
quē te feciſti haberi, vt vita huius mala, quæq; inimicus ſuggerit, retroa-
cta mētis prouentibus, quaſi facilius inardeſcas, pro cuius amore vitā etiā
velis finire. Ipſe quoq; te protegat vſq; in finē: qui cunctum mundū digna-
tus eſt redimere, Ieſus Chriſtus Dominus noſter, qui viuit & regnat in ſæ-
cula ſæculorū. Hæc Gregorius. Quæ cùm cōcionator tuus vniuer-
ſa, quàm parū Iconomachis faueant, vt credo, nō ignoraret, con-
ſultò pauca tantùm alibi verba hinc inde mutuatus eſt, quæ ſeor-
ſim ſumta videri poterant honorē imaginibus tributū oppugna-
re; veritus, ne ſi totū & integrum Gregorij teſtimoniū proferret,
ſe ſuo ipſius, quod dicitur, gladio iugulaſſet. Nā quòd cauſſatur, *Fraus concionatoris Anglicani*
orationē eo in loco Gregorij tam prolixā eſſe, vt tædij vitādi gra- *in Homilia cōtra periculum*
tia eam plenè nō recenſeat: nihil id quidē aliud eſt, quàm ſimu- *Idololatriæ.*
lata quædā ad homines ſimplices decipiendos excuſatio. Quod
ſi non fraudulenter hoc factū credere velis, tum certè neceſſe eſt,
vt fatearis non ferendā in tanto concionatore rerum, de quibus
hîc agitur, imperitiam. Ille nos ad Gregorij epiſtolas, nullo ex
duodecim libris nominato, & decimā partem quartæ epiſtolæ,
quaſi ad Labyrinthos quoſdam, amandat. Nam epiſtolæ illius in
nullas huiuſmodi partes diuiduntur, neq; vlla quarta totius vo-
luminis Epiſtola, quicquā, quod ad hanc cauſſam pertinet, com-
plectitur. Tanta ſcilicet religione religionis noſtræ cauſſas Eccle-
ſiaſtes iſtè tuus explicat. Sed more Euangelicæ huius ſcholæ ne-
bulas has auditoribus & lectoribus ſuis offundere voluit, non
ignarus, credo, illius apud quoſdam prouerbij: *Aquam turbatam* *Prouerbium Hiſpanorum.*
Melch. Canus de locis Theolog. lib. 6. cap. 7. *lucrum eſſe piſcatorum.* Quare cùm vel Gregorio, quem pro ſe ci-
tat, teſte, tota cauſſa ceciderit; non eſt, quòd nos in aliis illius e-
gregiis mendaciis de Gregorio, quē dicit ex omnibus doctis E-
piſcopis primū imagines publicas probaſſe, & de Gregorij ſæcu-
lo, in quo nullas fuiſſe aſſerit in tēplis Græcorū & Orientis ima-
gines, confutandis immoremur. Nam horū mendaciorum vani-
tatē videmur, antè luculenter ſatis coarguiſſe. Ad Ambroſiū itaq; *Ambroſij ſententia explicatur*
cōuertamur, quē nihil minus, quàm non adorandam Crucē ſen- *de adoratione*
ſiſſe, multa ſunt, quibus tā euidenter probetur, vt nemo niſi per- *Crucis.*
tinax propoſiti defenſor infitiari id velit, aut poſſit. Primùm igi-
tur Ambroſij ſæculo Crucē in Eccleſia fuiſſe erectā, ex illis ipſius
verbis apparet, quib⁹ aſſerit Crucē id in Eccleſia eſſe, quod arbor ✠
eſt in naui. *Sicut,* inquit, *Eccleſia ſine Cruce ſtare nō poteſt, ita ſine ar-* CRVX in
bore nauis infirma eſt. Statim enim Diabolus inquietat, & illā ventus al- *Eccleſia.*
Serm. 56. *lidit: At vbi ſignū Crucis erigitur; ſtatim & Diaboli iniquitas repellitur,*
& ventorū procella ſopitur. De adoratione verò Crucis ad Gratianū
quid

quid ſcripſerit, cùm de Nicæna ſecunda Synodo ageretur, audiſti: quæ hic iterum commemorarem, ſi tam cito è memoria tibi excidiſſe arbitrarer. Nec hic opus eſt, aliud Ambroſij teſtimonium cõquirere, quàm quod nobis hæc ipſa de Theodoſij obitu oratio, qua concionator tuus ſe munit, ſuppeditat: maximè enim nobiſcum facit. *Helena*, inquit, *leuauit Crucem in capite regũ, vt Crux Chriſti in regibus adoretur:* & poſtea dicit: *clauos Chriſti in honore habitos.* Deinde *ferro*, inquit, *pedum eius reges inclinant.* Sed Ambroſius, inquis, diſertè dicit, Helena *regẽ adorauit, non lignum vtiq;.* At cauſſam addit, *quia hic Gentilis eſt error, & vanitas impiorũ.* Fateor itaque Gentilium more Helenam non adoraſſe lignum, nec nos hodie adorare. Eum namq; per lignum adoramus, qui pependit in ligno; quem Gentes non adorant. Præterea Gentes ipſum lignum, vt Deum adorabant; quod nec Helena fecit, nec hodie faciunt Chriſtiani. Hunc verò gentilium fuiſſe errorem, his conta Symmachum verbis idem Ambroſius indicat: *Vos manuum veſtrarum adoratis opera: nos iniuriam ducimus, omne quod fieri poteſt, Deum putari. Non vult ſe Deus in lapidibus coli. Deniq; etiam ipſi philoſophi veſtri iſta riſerunt. Quod ſi vos ideo Chriſtum Deum negatis, quia illum mortuum eſſe non creditis (neſcitis enim, quod mors illa carnis fuerit, nõ diuinitatis, quæ fecit, vt credentium iam nemo moriatur) quid vobis impudentius, qui cõtumelioſè colitis, & honorificè derogatis. Veſtrũ enim Deum lignum putatis.* Nihil igitur dubitamus, Helenã, vt & Conſtantinũ eius filium, reliquosq; de quibus Ambroſius agit, Imperatores, Crucẽ Chriſti adoraſſe. Helenæ verò factũ, de quo iam ſermo inſtituitur, licet concionator iſte aliorſum, atq; vel illa fecerit, vel Ambroſius ſenſerit, accipiat; rectè tamẽ eam *imperatricem piam* appellat: in quo longè ab eo diſſentiunt Magdeburgenſes tui, qui eam eadẽ etiam de cauſſa mulierem fuiſſe ſuperſtitioſam calumniantur. Præterea cõcionator iſte orationẽ de obitu Theodoſij Ambroſio attribuit, ſed eam Magdeburgenſes videntur ei adimere. Vnde intelligere potes, quantum fidei aliis in cauſſis tribuendũ ſit doctoribus tuis, qui de eadẽ re tã repugnantia ſcribunt, cùm hoc vnum ſit illis vtrinq; propoſitũ, vt doceant nullum Cruci Chriſti honorem eſſe tribuendum. In cuius tamen typum *labarum Romanum* à Conſtantino transformatũ, cùm, victo Maxentio, Romam ille ingrederetur, Senatus Romanus ſupplex adorauit. Multũ itaq; debemus huic concionatori, quòd tã oportunè nobis Ambroſianæ huius orationis, tamque ſanctæ & illuſtris apud nos feminę, & ſingularis poſt Conſtantinũ Britanniæ noſtræ ornamenti ad impietatẽ iſtius Homiliæ, nouæq; contra Chriſti Crucem ſcholæ redarguendã, memoriam refricarit. Cuius tam præclaræ feminæ exemplo excitatam arbitramur ſereniſſimam Reginam noſtrã, venerandum Crucis in Baſilica ſua erectum

[Margin notes:]
Action. 2. pag. 482.
Quæ Crucis adoratio improbanda.
Gentiles ipſum lignum vt Deũ adorabant.
Lib. 5. Epi. 31.
Diſſidium Euangelici concionatoris & Magdeburgenſium.
Prudent. lib. 1. cõtra Symmachum.

erectum hactenus retinuiſſe trophæum. In quo piam eius prudentiam & prudentem pietatem tanto digniorem cenſemus, quæ omnium ſermone celebretur, quanta ab iſtiuſmodi concionatoribus maiori vocis contentione, & orationis acerbitate huc acuatur, vt illud permittat inde foras eiici, deinde eiectum contumelioſè conteri & pedibus conculcari. Quibus laudatiſſimæ Helenæ veſtigiis eò conſtantius inhæſuram eam ſperamus, quo hæc de falſo tam Theodoſij edicto, quàm Caroli Magni libro commenta magis ei innotuerint. De Cruce verò adoranda cùm tantæ principis, quæ Conſtantini Magni mater fuit, & ante eam Albani Britanniæ noſtræ Protomartyris, quod Martyrij illius prodit hiſtoria, exempla, tantaque Ambroſij, & pòſt eum Gregorij Angliæ Apoſtoli teſtimonia habeamus; ecquid nos vel tam cæcos, vt non perſpiciamus iſtorum fraudes, & malitioſum animi propoſitum in patrum ſententiis deprauandis; vel tã impios concionator iſte putat, vt etiamſi perſpiciamus, nolimus tamen in tantorum patrum & totius Eccleſiæ auctoritate acquieſcere, ſed potius cum Euangelicis Chriſti Crucem, eiuſque venerationem, vt rem ſacrilegam, deteſtari? Longè certè opinione fallitur, ſi ita arbitretur. Sed his omiſſis, in diſputatione de Caroli libro inſtituta progrediamur. Supereſt iam ſolus Hincmarus, qui omnem hanc molem, alioqui ruituram, ſuis humeris fulciat. Quem ego ſanè præclarum & Catholicum Remorum olim Epiſcopum, Iconomachum certè non agnoſco. Et parcat nobis Illyricus, ſi nolimus ſtatim exoſculari, neſcio quæ fragmenta; à neſcio quo auulſa, quæ penes eum ſolum adhuc deliteſcunt. Sed quod genus iſtud probationis, rem dubiam & incertam ex re alia magis impedita con firmare velle? Aut quæ eſt iſta noui Euangelij, nouæq; huius Eccleſiaſticæ hiſtoriæ Magdeburgicæ religio, quæ fides, cùm Illyricus huius antiſtes, fruſtum iſtud, quaſi ex Hincmaro nobis velut rem magnæ auctoritatis opponat (quod an eius ſit, ipſe ſolus adhuc eſt arbiter) & interim alias, ſed certas, & indubitatas Hincmari narrationes, eam præſertim de oleo diuinitus dimiſſo, cùm Remigius regem Clodoueum baptiſmo expiaret, magno faſtidio reiiciat & irrideat? Quod tamen Gregorius Turonenſis ducentis antea ſæculis, & recens à Clodouei baptiſmo memoriæ prodidit; ſi ipſi Illyrico & reliquis Magdeburgenſibus fidem habere velimus. Etſi enim in quinta Centuria negent, eum quicquam de hoc miraculo, quo columba ad Clodoueum inungendam ſacri olei pyxidem detulerit, memoriæ mandaſſe; in ſexta tamen Centuria id eum ſcripſiſſe narrant: Vt iam totus ad iſtorum temeritatem ac impudentiam obſtupeſcam: non ob id tantú, quòd Hincmari auctoritas, quæ aliàs inſtar oraculi eſt, aliàs planè frigeat: ſed multò magis quòd ad eius auctoritatem imminuendam Grego-

Regina Angliæ retinet in Baſilica ſua Crucem inuitis Euangelicis.

Hincmarus.

Illyrici fraudes.

Illyricus ſuo arbitratu Hincmarum nunc recipit, nunc repudiat, prout illi integrum videtur.

Cent. 5 cap. 6 pag 658.

Chriſmate vas plenum in baptiſmo Clodouei regis à columba allatum.

Vide Cẽt. 5. c. 6 p. 658. Cent. 6. c. 6. pag 330.

Magdeburgenſes ſibi contradicunt.

rium ſcripſiſſe negent, quæ ſcripſiſſe, ipſi mox confitentur. Quare meritò hic exclamare licet:

Neſcio, quo teneam mutantem Protea nodo. *Horat. lib. 1. epiſt. 1.*

Eligant itaque, quod velint, ſi vterque ita ſcripſit, cur poſtulant, vt ipſorum nudas & ridiculas infitiationes contra tantam auctoritatem, quaſi ſacroſancta oracula exoſculemur? Philippus certè Cominæus grauiſſimus Sleidani etiã veſtri teſtimonio (qui eius cõmẽtarios de rebus geſtis Ludouici XI. è Gallica in Latinam linguam conuertit) hiſtoriæ ſcriptor eius rei, tanquam certæ, mẽtionem facit: & Sleidanus paullò vberius miraculum narrat, nec id tamen vllo modo infitiatur, aut in dubium vocat. Sed ſi non ſcripſit Gregorius, cur iidem Magdeburgenſes ita eum ſcripſiſſe narrant? Iam cogitet ſecum Illyricus, cùm ipſe multa ex Hincmaro, & inter alia id quoque recitet, *oportere nos noſſe, quicquid Eccleſia Romana cuſtodit*, à qua principiũ ſacræ inſtitutionis nos accepiſſe dubium non eſt, & Hincmarum vt Archiepiſcopum Epiſcopos à ſe inauguratos iuramento ad canones Romanæ Eccleſiæ obſeruandos adſtrinxiſſe: quo modo Hincmarus ſuo ipſius teſtimonio non implicetur, vt cùm in aliis, tũ in Imaginibus quoque colendis, morem Romanæ Eccleſiæ neceſſario ſequatur. Iam cùm Hincmarus in Ludouici Pij tempora inciderit, extetque, vel Illyrico teſte, Hincmari ad eum epiſtola; haud facilè crediderim, illum in tam recenti Caroli Magni memoria tantam impietatis notam Carolo inurere, aut pati voluiſſe, Ludouicum tãtam manibus paternis iniuriam irrogari. Sed fortaſſis me Illyricus durũ, & difficilem clamabit, qui ei fidem nolim habere. Quare ſit ita, ſi velit: adhuc Nicæna noſtra Synodus conſiſtit, & Illyricus maiore turpitudine concidit. Nam de Pſeudoſynodo loquitur; quod nomen nemo veterum Nicænæ tribuit, vt iam diximus. Loquitur enim de Synodo, cui Romanę & Apoſtolicæ ſedis auctoritas defuit. Quod de Nicæna, vel ipſius Illyrici teſtimonio, accipi non debet. Iam ſi alia fuit aliqua Nicæna Synodus, cui non conſenſerit Romanus Põtifex; hanc exquirat accuratè Illyricus, & per me, quantum velit, cum Carolo ſuo exagitet. Nec interim videt acutus iſte Rhetor, quàm pugnantia ac contraria in eadem narratione effundat; cùm hîc ex Hincmaro Romani Pontificis auctoritatem Nicænæ Synodo abfuiſſe; aliàs, non perfunctoriè animaduertendum admoneat, Carolum rectà, omnique impetu Adrianum, qui primas tenuit in decretis Nicænis, impetere. Nec illud quoque pro ſuo acumine vidit, hanc qualemcunque auctoritatem, non Nicænam modò, ſed & Conſtantinopolitanam, pro qua defendenda tantopere à Caluino, Apologeticis, & ipſo Illyrico ſudatur, Synodum reiicere; nec tam Hincmari teſtimonium iã eſſe, quàm monſtrũ quoddam ex variis & pugnantibus inuicem ca-

Lib. 9.

In illuſtrat. rerum & deſcriptione Galliæ.

Hincmarus quid Romana Eccleſia tribuat.

Hincmarus quo tẽpore vixerit.

Hincmari quæ Illyricus citat verba ſi modo illius ſint, non poſſe intelligi de Nicæna 2. Synodo.

Illyrici contradictio.

Hincmari teſtimonium, quod Illyricus allegat, ſibi aduerſari.

cem capitibus conflatum. Illum verò calculi errorem, quo Sy-
nodum Francofordiæ habitam Illyricus narrat ad annum Chri-
ſti ſeptingenteſimum, licet toto pæne ſæculo diſſideat, & ſimilia
quædam, vt leuiuſcula præ illis aliis ſplendidis narrationibus,
prætereo. Ex his, quæ hactenus diximus, perſpici poteſt, quàm à
veritate ſint aliena, quæ Eccleſiaſtes ille tuus ſatis quidem confi-
denter, ſed parum probabiliter contra Romanos Pontifices in
hac Imaginum, libri Carolini, & Synodi Francofordienſis cauſ-
ſa effutiuit. Et hic operæpretium fuerit diligenter animaduertiſ-
ſe, qualem ille Proteum & monſtrũ faciat de excellenti illo prin-
cipe, Carolo Magno. Nã cùm duodecim ille Epiſcopos ad Ro-
manam contra Iconomachos Synodum, vt diximus, miſerit; &
deinde Nicæna œcumenica ex eius conſenſu habita fuerit; quis
vnquam ſuſpicaretur hunc librum ab eo profectum? Illa verò
quã prodigioſa inconſtantia, quòd Carolus mox à Synodo Fran-
cofordienſi, qua eum Imagines oppugnaſſe, eámque ſuo libro
confirmaſſe iſti fingunt, Leoni Romano Pontifici omni ſtudio
Imagines vbique erigenti, opem, auxiliúmque tulerit? Id enim e-
gregius iſte concionator, vt ſui ſit ſimilis, prodit. Mirum ſanè eſt
videre, quo modo iſtius hominis prudentia in omnes ſe partes
ſurſum deorſum verſat. Romæ enim & Occidentis Eccleſiæ ad
Idololatriam, vt comminiſcitur, ruenti; Græciæ, atque Orientis
ſub Iconomachis Synodum, deinde Imaginum venerationi tam
per Græcos & Orientem, quàm per Latinos & Occidentem in
Nicæna Synodo corroboratæ; librum Caroli & Synodum Fran-
cofordienſem opponit. Verum enim verò cùm non ſatis ne Græ-
cis quidem ſuis, nec Carolo confideret; videretque res ſuas in an-
guſtum locum veniſſe; non iam communibus probationibus,
ſed grandi præter conſuetudinem miraculo fretus, totius Orien-
tis, & Occidentis, & Caroli quoque ſui conſentiente auctoritate
neglecta, Elibertinos patres ante 400. fere annos mortuos ad ca-
nones cõtra Imagines edendos ab inferis reuocat. Quorum for-
midabili tonitru ita conterritum, & ingenti pondere oppreſſum
Romanum Pontificem videri voluit, vt ille hanc pro ſe, ne alie-
naretur Germania, Francofordienſem Synodum ementiri non
dubitarit. At ego iam ab iſto antiquario, non tam illud; cur Ro-
manus Pontifex, cùm res antè fuiſſet tot Synodis Romanis, &
Nicæna etiam œcumenica ſolidè confirmata, ab iſtis patribus E-
libertinis adeò ſibi & Imaginibus metueret, quã hoc quæro; quo
modo nobis probant, vllos eſſe Elibertinos, qui Chriſtianorum
Imagines oppugnent, canones; aut hoc ſalſè tempore, quod iſte
fingit, editos: cùm ea Synodus omnium ſcriptorum cõſenſu ante
Conſtantini Magni, aut circa illius tempora habita ſit. Certè hoc
tempore vel ideo haberi non potuit, vt cetera prætermittã, quòd

Francofordienſis enim Synodus coacta fuit anno Domini 794.

Illyrici error de tempore Francofordienſis Synodi.

Euangelicus in Anglia Eccleſiaſtes in qualem Proteum Carolũ Magnum transformat.

Elibertinos patres non potuiſſe canones edere cõtra Imagines eo tempore, quo hoc illis falſo attribuit Eccleſiaſtes Anglicanus.

Hiſpania, Granatæ præſertim regnum, in quo iſte Eliberim videtur conſtituere, vipote quam hodie dicat Granatam appellari, à Mauris fuerit oppreſſa. Hæc igitur, & huius farinæ alia, quibus conciones ſuas Eccleſiaſtes iſte pius referſit, indigna cenſeo, in quibus refellendis longior aliqua opera ponatur. CRIT. Omnino me planè Caroli & Francofordienſis Synodi auxilio deſtitutum crederem, niſi Ado Viennenſis celebris ad Caroli ſæculum hiſtoricus (quem Eli Phili pro ſe quoque citat) ſupereſſet, qui Synodum Septimam, quæ pro Imaginibus adorandis ſententiam tulit, abrogatam Francofordiæ oſtēdit. Qui quo fuerat rebus geſtis propinquior, eo mihi illius quoq; anctoritas firmior eſt. IREN. Quid Ado de adorandis Imaginibus ſenſerit, nec earū illū adorationē improbaſſe, ex illius hiſtoria euidēter colligi poteſt. [1] Crucis certè ille adorationem ſingulis Romæ annis ſacro Exaltatæ Crucis die vſitatā ſcribit. [2] Illas præterea Philippici Iconomachi Imperatoris, de quo diximus, litteras, quibus Conſtantinum Romanum Pontificem hortatus eſt, vt quod ipſe nefariè Conſtantinopoli fecerat, ille Romę quoque picturas patrum aboleret, *praui dogmatis litteras*, eumq; *hereticum* appellat: nec eius de more Imagines in Eccleſia introductas, nec nomē in ſacris myſteriis recitatum fuiſſe ſcribit. Quod ante eum Bedam, qui iis ipſis temporibus vixit, ſcripſiſſe conſtat. Adonis tamē ſcripta fœdos illos Iconomachorum vngues commaculaſſe, nō eſt omnino incredibile. Certè de Synodo illa ſub Pipino, in qua diximus Græcos confutatos, exemplaria multum variant. Alia enim oſtendunt in ea agitatum, *vtrum fingendæ, an pingendæ eſſent in Eccleſiis* Imagines, quod nihil ad tollendas Imagines pertinet: alia, *vtrum cremandæ an ponēdæ forent*. Hæc enim verba quædam exemplaria habēt. Quid verò ibi pronunciatum fuerit, iam bona fide oſtendimus. Neq; quiſquam qui vel ea, quæ diximus, vel temporum illorum rationem ſecum repetere velit, animum inducere poterit, vt credat hos ſub Pipino Epiſcopos, vel à ſe, vel à Romana illa ampliſſima Synodo diſſentire voluiſſe. CRIT. Sed verba Adonis videntur manifeſta: *Pſeudoſynodus*, inquit, *quam Septimam Græci appellant, pro adorandis Imaginibus abdicata penitus*: vt recta forſan & ſincera ſint Rheginonis quoq; exemplaria. IREN. Cū Pſeudoſynodū audis, ne dubites, vt diximus, illā Conſtantinopoli habitā intelligi, quā Græci Iconomachi Septimā appellabāt, quæ per Nicænā poſtea cōfutata eſt: Nicænā verò ſemper habitā ab omnib⁹ Catholicis tā Græcis quā Latinis pro Septima & œcumenica. Vtrūque me iam ſatis probaſſe arbitror: & parū dubito Adonem idem ſenſiſſe. In quo ſi negationem, vel fraude, vel negligentia detractam ſupponas, iam omnia rectè, vt in Rheginone, ita & Adone conſtabūt. Quāquam Adonis verba aliquem forſan rectū ſenſum habēt, ſi liceat

Ado Viennenſis quid de Imaginibus ſcripſerit.

In præfat.

Exaltationis Crucis die Crux quotannis adorata.

1 Ad annum 696.

2 Ad annum 712.

Beda.

De ſex ætatibus.

Adonis ſcripta corrupta.

Ad annum 767.

Varietas lectionum in ſcriptis Adonis.

Adonis verba expenduntur.

Nicænam Synodū tam Græci quā Latini Catholici agnoſcūt pro ſeptima œcumenica.

[pro ado-

Ad annum 862. [*pro adorandis Imaginibus*] in gratiam & fauorem Imaginum adorandarum interpretari. Nam vt Ado per Pſeudoſynodum, Nicænam intelligat; nec hominis pietas, nec ea, quæ diximus, nec ea, quibus mirificè Nicolaum primum Romanum Pontificem ornat, qui Iconomachorum, vt dixi, templum Conſtantinopoli clauſit, nec aliorum, de quibus mentio facta eſt, vel Latinorum vel Græcorum ſcripta vllo modo patiuntur. Adonem non intelligere per Pſeudoſynodū Nicænum Concilium.

Confutatio Magdeburg. & Ioannis Balei & aliorum, qui faciunt Albinum ſiue Alcuinum, & Angliæ, ad Alcuini tempora Epiſcopos, Iconomachos.

CAP. XX. CRITOBVLVS.

PERDITAM & conclamatatam planè omnem meam de Pſeudoſynodo Nicæna, eiuſque per Carolum exagitatione defenſionem facile crederem, niſi Alcuini, qui fuit Caroli totiuſque Carolini ſæculi quaſi Magiſter, & totius adeo Eccleſiæ hoc ſæculo Anglicanæ, Principumque eius grauiſſima auctoritas eam quodammodo inclinantem & ruentē fulciret atq; ſuſtineret. IREN. Totum quid velis exſpecto. CRIT. Affirmo itaq; hanc tam inſignem Eccleſiam, illam tuam Nicænam Synodum pro exſecrabili Pſeudoſynodo habuiſſe, eamq; epiſtola quadam ſacrarum ſcripturarum auctoritate munita per Alcuinum confutaſſe, illamque epiſtolam per eundem Alcuinum ad Carolum tranſmiſiſſe. Quo mihi magis fit credibile, quod de Carolo eiuſque libro traditur. IREN. Scis Nicænæ Synodi acta valdè diffuſa & prolixa eſſe, magnamque eius, vtpote Oecumenicæ, in Eccleſia eſſe auctoritatem: vt mirum ſit, ſi eam epiſtolaris anguſtia euerterit. Sed amabo an tu eam vnquam legiſti epiſtolam? Nam nec in illis eius operibus quæ prælo excuſa ſunt, nec in aliis eius operibus, quæ multa ſunt, nec adhuc typis impreſſa, nec inter eas eius epiſtolas, quæ tā in publicis, quàm priuatis bibliothecis reſeruantur, quicquam id genus conſpicitur. CRIT. Non equidem vidi, nec ſcio, an quiſquam noſtrorum eam viderit. Sed huiuſmodi tamen quiddam ab Alcuino editum, Balæus & poſt eum Magdeburg. referunt. Neque aliquid in ea quidem re hæreo, cùm & Angliæ tuæ noſtros Euangelicos ea epiſtola tanquam firmamento quodam con tra Pſeudoſynodum Nicænam niti intelligam, cumque præterea hiſce oculis, cùm in Anglia verſarer, teſtes bonæ fidei, tuæ inquam gentis ſcriptores Matthæum Vueſtmonaſterienſem (cuius hiſtoriam *Flores hiſtoriarum* propter ſuauitatem & accuratum earū delectum appellant) aliosque tuæ nationis hiſtoricos idem affirmantes legerim. Quos mihi noſtræ ibidem Religionis homines

Alcuinus.

Bal. de ſcript. Brit. Magde. Cent. 8.

Matthæus Vueſtmonaſterius cognomento Florilegus.

communicarunt. Quorum itidem grauiſſimas ſæpe querelas audiui, quòd in omnibus ferè ſcriptis atque adeò in Saxonicis legibus à Rege Alfredo ſiue Alredo editis ad aliquot poſt hanc Synodum ſæcula, quoties Decalogus recenſetur, ſecundùm illud illius præceptum; *Non facies tibi ſculptile, &c.* magna cum diuini verbi, honoriſque contumelia & iniuria, ad Idolomaniam conſtabiliendam, ſit penitus prætermiſſum & eraſum. Quid non in ceteros diuinorum ſcriptorum, patrumque libros ſacrilegi iſti auderent, qui vnum præcipuumq́, totius Decalogi caput præceptumque ex animis memoriaque hominum abolere delereque ſtuduerunt? Quare tanta tandem indignitate animaduerſa, poſteriores, præſertim poſt Gulielmi Nothi Regis tempora, eam clauſulam tum legibus, tū aliis libris ſuis adiecerunt. Accipe iam igitur ipſa auctoris noſtri verba: *Denuo ab incarnatione ſeptingenteſimo nonageſimo ſecundo anno, Carolus Rex Francorum miſit ſynodalem librū ad Britanniam, ſibi à Conſtantinopoli directum. In quo libro, heu proh dolor, multa inconuenientia & veræ fidei contraria reperta ſunt: Maximè quòd pene omnium Orientalium non minus quàm trecentorum vel eo amplius Epiſcoporum vnanima aſſertione confirmatū, Imagines adorari debere: quod omnino Eccleſia Dei exſecratur. Contra quod ſcripſit Alcuinus epiſtolam ex auctoritate diuinarum Scripturarum mirabiliter affirmatam, illam'que cum eodem libro, & perſona Epiſcoporum & Principum, Regi Francorum attulit.* IREN. Profectus eſt ante hunc annum 792. Alcuinus in Galliam. Neque poſt profectionem, in patriam poſtea reuerſum, ſed rationem potius ſuæ moræ expoſtulantibus cū eo propter patriæ deſertionem, ab eo redditā reperio. Sed iſtud in medio poſuerim. Illud potius ab iſtis quæro: cur iſti nobis Alcuinum aduerſarium in hac ſola Imaginum cauſſa obtendūt, qui in ceteris omnibus nouam iſtorum ſcholā prorſus labefactat? In quibus omnibus, ſi illi eum reſpuunt, cur hic ſolùm cogunt nos illius quaſi ſacroſanctam auctoritatem exoſculari? CRIT. Quid? An exiſtimas illius religionem fidemque ab ea quàm noſtri hodie in Anglia profitentur, diſſenſiſſe? IREN. Ita certè, vt nihil vnquam magis. Monaſticam ille vitam ſuſpexit, in ſummoque ſemper pretio & honore habuit, eamque diligentiſſimè & laborioſiſſimè & ipſe coluit, & alios cùm viros, tum feminas ad eam exactiſſimè obſeruandiſſimeque colendam incendit. Qui ſi hodiè viueret, grauiſſima iſtos obiurgatione increſceret, ob ſummum vitæ huius contemtum (quam ad ſuperſtitionem & hypocriſin transferunt) & ob eam inter alias iſtorum orationem, qua monaſteria euerſa & incenſa, monachoſq́, à Danis ob eorum ſuperſtitionem & hypocriſin iuſtiſſimo Dei iudicio cæſos calūniatur. Quaſi verò in Sacerdotes & Epiſcopos etiā nō ſint barbarè bacchati. Quaſi verò Scriptores noſtri, inter ceteras hui' calamitatis cauſſas,

Epiſtola 4. 22. 24. 84

Floril. an. 804.

cauſſas, remiſſiorem & indulgentiorem ſolito, vitæ Monaſticæ obſeruantiam contemtumque non recenſeant: aut quaſi ipſe Alcuinus inter alias barbaricæ huius irruptionis cauſſas non & hāc addat: [1] *Omnes*, inquit, *pene vanitates ſeculares ſequuntur, diſciplinas regulares odio habent*. Quid iam dicam de reliquis nouæ huius Euāgelicæ ſcholæ placitis, [2] cōtra liberum arbitrium, cōtra [3] iuſtificationem propter bona opera, [4] cōtra merita Sanctorum, [5] contra diſcrimen Baptiſmi Ioannis & Apoſtolorū, [6] contra aduentum Eliæ & Enoch, [7] cōtra priuatam cōfeſſionem, [8] contra doctrinam Eccleſiæ de poſſibilitate mandatorum Dei implendorum, [9] contra Purgatorium, [10] contra reliquias Sanctorum, & alia id genus Eccleſiæ dogmata, quæ Alcuinus mordicus tuetur. Quin & [11] formulas ille Miſſarum in honorem ſanctæ Trinitatis, B. Mariæ Deiparæ, & aliorū Sanctorū, & pro amore ſapiētiæ, pro pœnitētibus, pro charitate perfecta, aliasq; id genus cōtexuit & cōcinnauit. Altaria [12] verò ad quæ euertēda, tāta iſti cōtentione incumbunt, quaſi ſummā ſuæ religionis ea in re ponerent; per Danos, qui in Inſulam eruperant, euerſa grauiter queritur & deflet. Solus certè illius de Eccleſiaſticis officiis liber totam hodiernæ noſtræ Eccleſiæ faciem, ritus, cæremonias, quaſi in ſpeculo repræſentat: vbi inter alia apertiſſima ſunt de Miſſa, deque præſentia, tranſubſtantiatione, ſacrificioque corporis Chriſti, de calice miſcendo, de canone Miſſæ ſubmiſſa voce recitando, de interceſſione Sanctorum, de precibus pro defunctis, deque Romanæ ſedis exſerta amplitudine, teſtimonia. Hæc itaq; illi primū nobiſcum amplectantur, & tum poſtea videbimus, an fuerit Alcuinus Iconomachus. Quod difficile ſanè de eo eſt creditu, qui per reliqua tam conſtans eſt Catholicæ religionis aſſertor. Cur enim ille (vt de reliqua Eccleſia interim taceam) à prima Britannorum vel Anglorum poſtea ſuorum fide tam leuiter diſſentiret? Si ille Iconomachus, cur diſcipuli illius tam religioſè Imagines Chriſti & Sanctorum coluerunt? Albanus certè totius Britāniæ Protomartyr Crucem Chriſti adorauit, à cuius fide veſtigiiſque Alcuinum longo pòſt tempore confeſſorem haud receſſiſſe crediderim. Tranſeo iam ad Anglorum Chriſto dedicatorum primitias. Quis tanti noſtri boni primus auctor? Gregorius certè non tam nomine, quàm dignitate, pietate, & doctrina magnus. At eum Crucem & Imaginē Chriſti adoraſſe iam diximus. Quiſnam quæſo primus hoc bonum Angliæ intulit, primusq; ſua cohortatione conſiliiſque noſtrorum ad veram pietatem corda incendit,

1 Epiſt. 5. ad Cantianos.
2 In expoſit. Pſal. 3.
3 Lib. 1. in Ioan. cap. de Trin. lib. 1. cap. 1.
4 lib. 3. de Trin ca. 21.
5 Lib. 3. de Trin cap. 17.
6 Lib. 3. de Trin. cap. 19. lib. 3. in Ioan. cap. 5.
7 Epiſt. 68. & in 10. c. Eccleſ.
8 Pſal. 118.
9 De Trinit.
10 Guli. Malm. lib. 3. de vitis Pontificum.
11 Epiſt. 48.
12 Gulielm. Malm. lib. 3. de vitis Pontif. Aug.

In vita illius ex antiquiſſ. monumentis.

Albanus Protomartyr Britannia Crucē Chriſti adorauit.

Lib. 7. Epiſt. 53.

cendit, & inflammauit? Auguſtinus ſanè ad Angliã à Gregorio delegatus. At ille cum ſociis in primo inſulæ ingreſſu Cruce & Imagine Christi præeuntibus litanias decantans, regem Ethelbertum adiit, eumq; ad Christum traduxit. Quis omniũ Anglo- *Beda lib. 7. c.* rum doctiſſimus? Omnium certè ſuffragiis Beda primas tulit. At *25. b. eccleſ.* ille non meliori loco Philippicum Imperatorem, qui Imagines *Hiſt.* Sanctorum Conſtantinopoli demolitus eſt, quàm Hæretici, habuit: vt antè oſtẽdimus. Inſignisque extat apud eum hiſtoria de Cruce ab Oſwardo Rege exercituq; eius adorata, nobiliſque ad- *Lib. 3. cap. 2.* uerſus Barbaros deinde victoria, deque ſanationum miraculis, quæ ad illam poſtea Crucem patrata ſunt. Imagines certè ad Be- *Balæus de* dæ & Conſtantini Romani Pontificis tempora, publicè in tem- *Script. Brit.* plis Anglorum extitiſſe, Balæus & Magdeburg. non diffitentur. *Mag. cẽtu. 7.* *Hiſt. Eccl.* Quod & de Scotia illius Annales teſtantur. Quis itaque crede- *lib 10.* ret Alcuinum à præceptore Beda ei in reliquis dogmatis conſtantiſſimè adhærentem in ſola Iconomachia diſſenſiſſe! Aut Amala- *Amal. de Ec-* rium Treuerenſem, Rabanum Moguntinum? Archiepiſcopos *cleſ. officiis* *lib. 1. ca. 14.* Alcuini diſcipulos aliud de cultu Imaginum ſenſiſſe, quàm præ- *Rab. de inſtit.* ceptorem? Illorum verò teſtimonia de Crucis & Imaginum ado- *cler. lib. 2. ca.* ratione, ſunt parata & obuia. CRIT. Facilè iam in animum in- *37.* ducerem, vt crederem Alcuinum non aliter hac de re iudicaſſe, quàm præceptorem & ipſius diſcipulos, niſi hiſtoriæ illæ veſtræ, quas attigimus, in aliam me ſententiam auocarent & abducerent. IREN. At nihil prorſus cauſſæ eſt, cur illæ te abducerẽt, quæ nec cũ veritate, nec cũ ratione rerũ aliarum hoc tempore geſtarum, aut aliis auctoris tui narrationibus cohærent. CRIT. Expedi quæſo quid te moueat, vt ita ſentias. IREN. An tu exiſtimas Principes, Epiſcopos, ipſumque Alcuinum, qui Romanorum hoc ſæculo Pontificum maieſtatem, fidem, decretaque conſtantiſſimè in ceteris colebant & obſeruabant, in ſola Iconomachia diuerſos & diſcrepantes ab eis ſenſus habuiſſe? aut ipſos Romanos Pontifices, qui potentiſſimos illos Conſtantinopolitanos Imperatores Iconomachos anathemate ideo confixerunt, noſtros Anglos nulla nota inuſtos, nec vlla ſaltẽ admonitione correptos, præterire prorſus voluiſſe? Iam quid dicam de illa auctoris tui ſacrilega voce, *adorationem Imaginũ Eccleſia Dei deteſtatur*? Exiſtimas ne, ſi ab eo verè fuiſſet profecta, quòd vel legitimis pœnis, illo præſertim ſæculo, vel ceterorum ſaltem inſequentium ſcriptis non fuiſſet coërcita & repreſſa? Quam ſi tamen vt auctoris propriam in eo manere debere contendere velis, multæ aliæ illius narrationes illæ præſertim de Albano Christi Crucem adorãte, & Philip- *Flor. an. 307.* pico Imperatore, quem hæreticum appellat, de quibus diximus, *& 313.* & cum primis illa de Conſtantino Imperatore, quem vt grauiſſimum tyrannum exagitat, Martyrumq; adeo honore eos ornat,

qui

Anno 796. qui mortem potius obire voluerunt, quàm Imaginum adorationem illius iuſſu exſecrari, in ſcriptis illius induendæ & abolendæ ſunt. Quæ illius de Conſtantino narratio illam tuam tertio mox poſtea anno excepit: vt iſtorum tuorum ſtuporem, qui iſta nō viderint, vel ſi viderint ſtupendam impudentiam, qui iſtam epiſtolam ita iactare pro vera audeant, admirari cogaris: idque multo magis ſi ſub quo Romano Pontifice hæc conficta ſint, penitus cō-

Vide Concil. acta. ſideres. Romanam enim tum ſedem regebat Adrianus, cuius potiſſimum auctoritas per Petrum aliosque eius vicarios in Nicæna illa 2. Synodo regnabat. Adrianus qui non auctoritate ſolū Pon-

Sigeb in chronic. an 772. tificia, ſed & peculiari, vt diximus, libro, Iconomachiam repreſſit.

Floril. anno 765 ſed liber eſt vitioſus, quia Adrianus adhuc nō fuit pōtifex. Adrianus ille à quo Rex Merciorum Offa magna contentione, ambitioneque impetrauit, vt Lichfeldenſis ſedes, Metropolitanæ honore ornaretur. Is Offa, qui ſequenti anno, quo Imagines expugnaſſe fingitur, Romam profectus eſt, priuilegiaque à Romana ſede, nouo ſuo Monaſterio, quod in honorem Protomartyris

Floril. anno 794. noſtri Albani erexerat, impetrauit: annuumque eodem tempore vectigal, Romanæ ſedi liberaliter conceſſit. Adrianus ille, quem præ ceteris omnibus Carolus ipſe qui Synodalem illum librum

Floril anno 775. et 797. in Angliam miſiſſe à tuis commemoratur, plurimū ſuſpexit, coluit, & inſtar patris officioſiſſimè veneratus eſt. Adrianus ille, cuius & viuentis ſalutem & mortui animā Carolus Offæ populique Anglicani precibus ſollicitè commendauit. Adrianus denique ille, cuius legati amplè & honorificè auctore etiā tuo teſte in Anglia excepti ſunt: *Adrianus*, inquit. *Papa legatos miſit in Britanniam ad fi-*

Floril. anno 789. *dem, quam Auguſtinus prædicauerat, renouandam: Ipſi verò à Regibus cū clero, & populo honorificè ſuſcepti, ſuper ſtabile fidei fundamentū pulcrè ædificauerunt Chriſti gratia cooperante.* Tu ergo iam apud te facilè ſtatues, quàm immanè hæc omnia diſſideant ab illa tua, de imaginaria hac Alcuini epiſtola, narratione. CRIT. Video rationes meas valdè à te, imo ab ipſo meo auctore perturbatas atque impeditas, nec ſatis ſcio, quo modo me explicem: IREN. Ego verò te facilè explicabo ex his omnibus anguſtiis. Tota enim iſta narratio (ſi aliqua ſit ei fides danda) non ad Nicænam illam œcumenicam, ſed ad Pſeudoſynodum illam Conſtantinopolitanam (de qua hic vrbe mentio eſt) & ad Synodum ab Orientalibus ſolùm

Vide Nica. 2. act. 1 & lit. Conſtant. Imp. ibidem. & lit. Orien. Epiſcoporum act. 3. & 6. tom 1. Nican. 2. act. 1. & 2. habitam ſpectat. Ad Nicænam enim acceſſit, non ſolùm Orientis, ſed etiam Occidentis, & Romanæ potiſſimum ſedis auctoritas. Huc accedit illa vox, *omnium penè Orientalium*, quod verum eſt in Pſeudoſynodo illa cui Hieroſolymitanæ, Alexandrinæ & Antiochenæ ſedis auctoritas ſuffragiaque defuere. At in Nicæna non ſolùm iſtarum ſedium Epiſcoporum, ſed & Romanæ ſedis, immo eorum adeo in Oriente Epiſcoporum, qui Conſtantinopoli prius in aliam abierunt ſententiam, plenis calculis concur-

rebant ſuffragia. Hæc itaque narratio vt nihil pertinet ad Nicænam, ita ſi negationem (quæ neſcio caſu an Iconomachorum potius callida fraude deficit) adiicias, legaſque Imagines adorari nō debere, rectè vereque in Pſeudoſynodum competit: omniaque bellè & cum Catholica fide, & cum ratione temporum, cumque reliquis auctoris tui, & Alcuini etiam ſcriptis quadrabunt. Et hæc quidem ita ex abundanti diſſeruimus, quaſi nullū hodie certum exſtaret de Imaginibus, & earum adoratione in Alcuini ſcriptis teſtimonium. Quæ certè eo remoto, ad eluendam hanc omnem Iconomachiæ (qua eum, noſtroſque eius ſæculo Principes & Epiſcopos, fœdè iſti aſpergunt) notam ſufficiunt. Verùm enim verò, vt planè concidant, cùm nihil illi niſi vacuum & inane quoddam epiſtolæ, quæ nunquam viſa eſt, nomen nobis obtrudunt: nos è contrario certam & exploratam contra iſtos auctoritatem proponemus. Longè igitur ille ab iſtorum ſententia fuit, qui ſuperſtitioſum putant, ad ſacroſanctum Euangelium Cruce & Imagine Chriſti inſignitum iurare. Longè ab iſtorum ſententia, qui vſum ſigni Crucis in conficiendis Sacramentis & ſacrandorum initiatione ſuperſtitioni tribuunt: *Hoc*, inquit, *ſigno Crucis conſecratur corpus Dominicum, ſanctificatur fons Baptiſmatis, initiantur presbyteri & ceteri gradus Eccleſiaſtici, & omnia quæcunque ſanctificantur, hoc ſigno Dominicæ Crucis cū inuocatione Chriſti nominis conſecrantur*, Et poſtea: *venit*, inquit, *Pontifex ſolus & adoratam deoſculatur Crucē*; & mox: *ſalutante prius Pontifice ſeu populo cantatur Antiphona: Ecce lignum Crucis. Pſalmus; Beati immaculati: Item Crucem tuam adoramus: & Pſalmus; Deus miſereatur. Alia dū fabricator*, tum ſubiicit, *quando hanc Crucem adoramus, omne corpus noſtrum hareat terræ: & ipſum, quem adoramus, quaſi pendentem in ea cernamus, virtutemq́; quā accepit ex Dei filio, ipſam adoramus. Proſternimur corpore ante Crucem, mente ante Dominum. Veneramur Crucem per quam redemti ſumus, & illum deprecamur, qui redemit: Qui verò non poſſunt habere de ligno Domini, ſalua fide adorant illam quā habent*. En, hic audis & adoratam Crucē, & eam ſimul adorandi rationem, quæ Eccleſiam ab omni Idololatriæ ſpecie, quam belli iſti Theologi obiectant, facilè vindicet. Id iam etiam adiicio, fuiſſe Alcuinum noſtrum (aut vehementer fallor) præſentem cum Carolo in Francofordiana illa Synodo, cū Felicis error exploſus & anathemati ſubiect⁹ eſt. Certè cùm intimus fuerit Carolo, omniaque eius conſilia in rebus præſertim Eccleſiaſticis gubernarit, & in Gallia, vt diximus, ad obitū commoratus ſit, variiſque Synodis interfuerit, ipſeque queratur de ſuis peregrinationibus & itinerū moleſtiis; cumq́; Carolus etiam ex ipſa Britannia viros Eccleſiaſticos Francofordiam euocarit, non eſt credibile, Alcuinum, quem ægrè Carolus à ſuo latere dimittebat, Synodo defuiſſe. Sunt qui putāt, cum accitum è Britannia.

Vide Alcuinum in epiſtola ad Carolū 72.

De diuinis officiis vbi de feria 6. & Paraſceue agit.

Vide præfationē eius in lib. de Trinit. ad Carolum. & in Geneſim, ſtatim à principio.

Vt apparet ex epiſtola Caroli ad Elipantum: quæ eſt inter acta Synodi Francof.

Sigeb. in Chronic. tannia propter hanc Synodum. Sed ſatis conſtat, tum ex noſtris annalibus, tum ex Sigeberto fuiſſe eum ante hunc annum in Galia. Immo potius ipſe ſe fuiſſe præſentem ſignificare videtur, dum & ſe præſentibus patribus & Carolo longa diſceptatione contra Felicem diſſeruiſſe, librumque contra eundem contexuiſſe ſcribit. (Epiſt. 84. ad Aquilam epiſcopum.) Qui cùm fuerit in ſummo apud Carolum & eius ſæculi Epiſcopos pretio, habueritq; inter reliquos diſcipulos, illos de quibus diximus, Amalarium & Rabanum (quem Amalarium Carolus magni fecit, legatumque Conſtantinopolim miſit) vel hæc ſola Albini apud Francofordienſem Synodum præſentia, ſatis conuincere poteſt, ſi cetera nobis argumenta non ſuppeterent, iſtos grauiter errare, qui vel Alcuinum ceteroſque Angliæ viros hoc tempore Eccleſiaſticos, Iconomachos, vel Imaginum cultum in ea Synodo damnatum, vel Carolum ipſum fuiſſe Iconomachum ſomniant. Immo & hanc iam contra Magdeburg. Balæumq;, & ceteros id genus noſtrates huic diſceptationi acceſſionem addo, ipſum Alcuinum ceteroſq; Anglicanæ Eccleſiæ patres non modò Felicis errorem, quòd Chriſtus eſſet adoptiuus tantùm in humana natura Dei filius, ſed & illam Pſeudoſynodum Conſtantinopolit. (quam egregio iſti commento in Nicænam ſecundam transformare auſi ſunt) exploſiſſe & abrogaſſe. Quorum tam numeroſa ex Italia, Gallia, Germania, Britannia, aliiſq; locis ſuffragia, ſi ad illam Nicænam Synodum aggregentur (quod neceſſe eſt) quis iam deinceps dubitabit (qui aliquid ſanæ & Chriſtianæ mentis habet) quin iſte ſit plenus & iuſtus Catholicæ Eccleſiæ de Imaginum veneratione conſenſus: vt qui eum ſpreuerit, iam in ſe Catholici nomen tueri amplius nō poſſit. Atque ita tandem non confractam & euerſam, vt tu exiſtimaſti, ab Alcuino & Angliæ hoc ſæculo Epiſcopis, ſed confirmatam & inſigniter conſtabilitam Nicænam Synodum planè habemus. Illud te interim animaduertere velim, hoc ipſum quod de Aluredi legibus narraſti, hoc iſtorum de Alcuini epiſtola commentum, ſi cetera deeſſent, facilè euerſurum. CRIT. Cur ita iudicas. IREN. Si hæc epiſtola Alcuini ſit vera & genuina, non eſt credibile, Principes & Epiſcopos, quorum ea auctoritate conſilioque miſſa eſt, vllas in templo Imagines extare pati voluiſſe, aut tam inſignem, illis præſertim temporibus, in Religione commutationē, Principiſq; in cuius incidit tēpora, nomen ſilētio omnes noſtros ſcriptores obruere voluiſſe. CRIT. Credibile & id mihi etiam videtur. IREN. At regnāte Aluredo, Imagines in templis publicè extitiſſe, ex tua & aduerſariorum narratione ſatis conſtat. CRIT. Non diffiteor. IREN. Effluxerunt verò ad imperium Aluredi ab eo tempore quo hanc epiſtolam ſcriptā tradunt, circiter ſeptuaginta anni. edas iam mihi ſi potueris Principē aut Pontificem, per quē

reſtitutæ

reſtitutæ ſunt rurſus Imagines, aut ſcriptorem aliquem, qui eas, quas ante Alcuini tempora extitiſſe conſtat, abolitas ſcribat. CRIT. Nihil mihi iam huiuſmodi occurrit. IREN. Certò nec præceptores tui hic ſe vnquam expedient. Nam & regnante Ethelwolpho Aluredi Patre qui principatum iniit circiter annum 857. Imagines in templis conſpiciebantur: neque tamen quiſquam eas ab eo introductas ſcribit. Iam ad annum 832. Cantuarienſis Archiepiſcopus pallium à Romana ſede recepit, rurſus Adriano mortuo, mox omnes Angliæ Pontifices per litteras cum Leone, qui Adriano ſuffectus eſt, egerũt, vt reſcinderet quæ Rex Offa tentarat ad iniuriam ſedis Cantuarienſis. Cuius legationis princeps fuit ipſe Athelardus Cantuarienſis, votique compos rediit. Cui pro felici ſucceſſu, pro pallio redituque gratulatur Alcuinus. accepit etiam & Eanbaldus Eboracenſis pallium eodem anno ab eadem ſede: in cuius gratiam ſupplices pro pallio eius, Alcuinus illius olim præceptor, preces per litteras interpoſuit. At certum eſt, nunquam iſtos à Romana ſede pallium conſequuturos fuiſſe, ſi fuiſſent Iconomachi: cùm pallium eo potiſſimum ſpectet, vt qui illud accipiunt, ſe cum Diuo Petro eiusque ſucceſſoribus Romanis Pontificibus, coniunctos in Religione ſenſus habere conteſtentur. Ex hac igitur iſtorum de Aluredo narratione ſatis conſtat, Imagines nunquam in Anglorum templis deſiiſſe, & totum hoc, vt diximus, de egregia iſta Alcuini epiſtola commenticium planè eſſe. Cuius & Caroli Magni nomine & auctoritate, vt veteres olim abuſi ſunt, ita & recentes noſtri temporis hæretici, mira vafricie, vt ſimplicioribus illudant, abutútur. Nam & nuper librum quendam Caluini, commenticio & adulterino Alcuini titulo ad Carolum commendatum emiſerunt. Similem fraudem & facinus admiſerunt euulgando librum quẽdam Oecolampadij aduerſus Sacramentum corporis Chriſti, ſub nomine Bertrami Presbyteri de corpore & ſanguine Domini ad Carolũ. Præterea Caroloſtadij librum contra Imaginum cultores cũ hac inſcriptione: *Caroli Magni de cultu Imaginum ad ſextam Synodum in Oriente congregatam*, ediderunt.

Vide Sixt. Senẽſem in præfat. Bibliothecæ.

De decalogo, & quæ, atque quot ſint vtriuſque tabulæ præcepta: & calumnia contra Catholicos quaſi eam commacularint & mutilarint, deterſa.

CAP. XXI. CRITOBVLVS.

TAM euidẽti & illuſtri veritati cedere ac ſuccumbere cogor. Sed tamẽ ita antiquari & aboleri diuinum Decalogi præceptum, nullus æquo animo Chriſtianus ferre debet. IREN. Inani tu quidem

Exod. 32. & 34. Deut 4. dem metu religioneque concuteris. Nihil enim ab iſtis quos tu criminaris, vel ſenſui, vel verbis Decalogi derogatum eſt. Id enim & hodie & ſemper conſtitit, decem eſſe verba ſeu præcepta duabus tabulis comprehenſa. Illud etiam æquè ſemper certum fuit, primam tabulam, ea ſolùm quæ ad honorem cultumque ipſius Dei: ſecundam ea reſpicere, quæ ad hominum inter ſe cultû pietatemque, & ad humanam conuerſationem pertinent: eamq; ab eo præcepto incipere, quo de honorandis parentibus cautum eſt. Ephes. 6. Atqui quæ & quot ſint, primæ aut ſecundæ tabulæ præcepta, non eadem eſt omnium patrum ſententia. Neque ea res adhuc ita per Eccleſiam definita eſt fixa aliqua & ſtabili auctoritate, vt remota cõtentione ac pertinacia non liceat diuerſum ab aliis ſentire. Hebræi [1] quinq; vtrique tabulæ: Patres Eccleſiæ, alij [2] quatuor (neque tamẽ omnes eodem modo & forma, vt cõſtat ex Hieronymo & Heſychio) primæ, ac ſex ſecundæ. Alii [3] tria tãtùm primæ, & ſeptem ſecundæ attribuũt. Et Auguſtinus [4] quidem licet eorum ſententiam, qui quatuor primæ tabulæ adſcribunt ([1] *Non habebis Deos alienos:* [2] *Non facies tibi ſculptile:* [3] *Non aſſumes:* [4] *De Sabbatho*) recitet, nec improbet: ipſe [5] tamen in eorum magis ſentẽtiam inclinat, qui tria aſſignant primæ, & ſeptem ſecundæ tabulæ, vt primum ſit, *Nõ habebis Deos alienos:* ſecundum; *Non aſſumes:* & tertium; *de Sabbatho.* Secundæ autem tabulæ ſeptem annectit. Nam illud, *Non concupiſces*: ſecutus 70. in duo diſtrahit. Quorum alterum refert ad vxorem, alterum ad alia ibi commemorata. Et prudenter animaduertit nõ dictum eſſe, *Non concupiſces vxorem proximi tui, neque domum eius, neque agrum:* Sed ita, *Non concupiſces domum proximi tui, non agrum,* &c. Ita vt appareat ſecundùm Auguſtinum poſteriora hæc inter ſe quidem coniuncta & copulata, ſed diſcreta & ſeparata ab eo præcepto: *Non concupiſces vxorem proximi tui.* Quam illius ſententiam atque interpretationem ratio ipſa plurimùm adiuuat. Nam licet Apo- Rom. 7. ſtolus omnem illis verbis, *Non concupiſces*, vno quaſi præcepto concupiſcentiam complectatur, certumque ſit omnem concupiſcentiam in vna communi ratione conuenire; ſeorſim tamen conſiderãdo, diuerſi valdè ſunt, & longè diſiuncti cõcupiſcendi motus: Quorum alij, ad carnis tantùm ſtimulos, alij ad eam, quæ oculorum dicitur, & ad aliarum rerum poſſidendarum & adipiſcendarum cõcupiſcentiam referuntur. Quarum altera in re delectabili iucundaque; altera in re vtili & vſibus noſtris accommodata ponitur: quæ multum in ſe differunt. Multi enim præcipites ad effrenatam illam corporis libidinem proruunt, qui à furto interim &

1 *Philo in lib. de Decal. Ioſeph. lib. 3. Antiquit.*
2 *Origen. Homil. 8 in Exod. Ambroſ. 6. ad Ephes. Hieron. Oſea 10. Heſych. 26. Leuit.*
3 *Aug. ſuper Exodum quæſt. 71. In Pſal. 32 concione prima.*
4 *De quæſt. noui & veter. teſt. quæſt. 7.*
5 *Super Exod quæſt. 71. & in Pſal. 32.*

rim & rapina maximè abhorrent. Quare & diuerſa præcepta de concupiſcentiis temperandis moderandiſque dantur, ipſaque adeò inter ſe ſpecie differunt, pro actionum & rerum concupitarũ varietate. Tria verò Auguſtinus primæ tabulæ præcepta, ea potiſſimũ ratione tribuit, quòd illud ad Trinitatis myſterium pertineat, illudq́; *Non facies tibi ſculptile*, à primo ſeiungit, quaſi ad maiorem tantum illius explicationem, diligentioremque executionem ſpectans: neque enim aliò ſpectare. Quæ per Auguſtinum diligens accurataq́; præceptorũ animaduerſio & diſcretio, ſummo ſanè iudicio rationeque nititur, optimeq́; diuino cultui, noſtroque erga Deum officio ſubſeruit & accommodatur. Noſtra enim erga Deum officia obſequiaq́; ita quodam modo ſunt comparata, vt ciuium bonorum erga ſuum Principem, in quibus tria potiſſimum deſiderantur, ita ſanè vt alia inde pendeant; fides inquam, reuerentia, & obſequium. fides; vt eum & nullum alium principem agnoſcant, neq; honorem, quem ei debent, ad alium deriuent, cui non debetur, nec vlla pacta, conuenta, aut fœdera cum Principis ſui hoſtibus ineant. Reuerentia; vt ab omni erga eum iniuria, contemtuque religioſè ſibi temperent. Iam cùm Principi ſuo ob multa aut publica aut priuata beneficia accepta obærentur, ſintque obnoxij: par eſt, vt omni qua poſſint gratitudine, officio, atque obſequio, memoriam accepti beneficij ſedulo teſtentur. Atque huic quidem poſtremo (ſi ad Deum iſta referamus) præceptum Sabbathi in memoriam omnium rerum à Deo creatarum eſt inſtitutum: Reuerentiæ; præceptum illud, *Non aſſumes nomen Dei tui in vanum*; primo denique (id eſt *Non habebis Deos alienos*) præcepto; illud quod de fide erga principem diximus, aptè accommodateque reſpondent. Quanquam nec otioſa eſt illa Auguſtini obſeruatio, vt in primo, vnitatem primi principii: in ſecundo, veritatem diuinam: in tertio, bonitatem eius, quæ nos ſanctificat, & in qua, ſicut in fine, ad quem omnia referimus, iucundè placideque acquieſcimus, diligenter conſideremus. Vt itaque aliqua ratione, illud, *Non facies tibi ſculptile*, præceptum per ſe exiſtimari poterit; ita ſanè ſi rem ad accuratam diſquiſitionem exactũque calculum reuoces, nõ erit niſi primi acceſſio quædam & appendix. Nullæ alioqui Imagines ſiue in templis, ſiue extrà tolerãdæ videntur. Qui Turcarum error dicitur, qui ne in numiſmate quidem Imaginem vllam conſpici patiuntur. Quare explanandi tantum & explicandi gratia adiectum eſt, vt intelligamus nullos alios Deos cum vno & vero eſſe ſociandos, ſiue illos quidem remotis Imaginibus & idolis (quemadmodum eos olim Romani, & aliæ quædam nationes coluerunt) ſiue in idolis, eos colamus, quod Romani poſtea, & omnis ferè orbis obſeruauit. Eſt etiam & illud huius rei argumentum, quòd mox poſt illa verba, *Non facies*

Ariſt. Ethic. lib. 10. ca. 3.

Pſal. 32.

faciet tibi ſculptile; & præmia ritè, & pœnæ perperam vitioſéque colentibus proponuntur. Quod ſanè non ad illam ſolùm, proximamque clauſulam de ſculptilibus, ſed ad primum maximè præceptum referri debere, omnis ratio docet. Rectè itaque apud Auguſtinum iſta duo in vnum præceptum, ſenſumque; & ſeptem alia præcepta in ſecundam tabulam coniiciuntur. Cuius interpretationis doctrinæq; ſinceritatem, veritatem, & ſoliditatem ex eo facilè coniectare poſſumus, quòd omnis ferè Theologorũ ſchola frequentiſſimo conſenſu in eandem ab Auguſtini temporibus cum eo ſentẽtiam decurrit: vt eam propterea à Spiritu ſancto dictatam, & quaſi digito Dei, vt ipſas olim tabulas, conſignatam forſan dixeris. Quòd ſi hæc interpretatio tam probabilis idoneaque viſa eſt, etiam antequam Iconomachorum hæreſis orbem peruaſit: quanto iam eam promtioribus animis excipere debemus, cum ipſam auctoritatẽ diuini præcepti veteres olim & noſtri temporis Iconomachi non ad idola Gentium (de quibus ſolum prolata eſt) ſed ad beatæ Virginis Deiparæ, Apoſtolorum, imo ad Chriſti ipſius venerandam Imaginem Crucemque abolendam (quò nihil pertinet) obſtinatis animis pertinaciter abripiant? Sed iſti iam
Nicæn. 2. act 7. Synod. 8. act. 10. olim homines à 7. & 8. vniuerſali Synodo, exſecrationibus ob eam rem grauiſſimis deuoti ſunt. *Quicunque*, inquit Synodus, *ſententias ſacræ Scripturæ de idolis, contra venerandas Imagines adducunt, anathema. Qui dicunt, quòd Imagines Chriſtiani vt Deos adorant, anathema.* Quare ſi vel, vt tu dicis, in legibus ipſis Saxonicis, vel in aliis libris maiores noſtri illam clauſulam, *Non facies tibi ſculptile*, (ob eas quas dixi aliaſque id genus cauſſas) in Decalogo recenſendo prætermiſerunt, aut hodie Catholici, quod multi faciunt, prætermittunt, nulla quidem cum Dei aut diuini nominis iniuria, Decalogíue mutilatione, malóue animo prętermiſſum eſt: ſed vt populus intelligeret (quod neceſſarium eſt) illam Decalogi ſententiam nihil ad Chriſtianorum Imagines ſpectare. Quod eos animo haud contaminato, ſed ob eam quam dixi cauſſam fecisse, vel ex eo quod tu narraſti de clauſula illa poſtea adiecta, ſatis cõſtare poteſt. Quæ tum minori periculo inſeri potuit, cùm tota illa Iconomachiæ tempeſtas deferbuiſſet, omniumque animi eſſent iam in Catholica fide firmiter & ſolidè defixi. Nam quod tu illud ad confirmandam idololatriam factum temerè effutieris, vanum eſt. Nam tantum abſunt ab idololatria hac in re Chriſtiani, vt nec idola pro Diis accipiant, nec virtutem aut diuinum aliquid in illis ineſſe (more Gentium) nec etiam ipſos Sanctos, nedum Imagines eorum pro Diis colant. Imo nec Sacramentis eas æquiparent. Quæ licet ſint ſigna, vt ſunt & Imagines, ſunt tamen
Tractat. 80. in Ioannem. efficacia ſigna gratiæ, non ſolùm ſignificatæ, ſed etiam in illis comprehenſæ. Vnde Auguſtinus dicit, virtutem eſſe in aqua, *quæ & corpus*

corpus tangat & cor abluat. Et verum naturaleque Chriſti corpus in Euchariſtia quidem adeſt, quæ non ſolùm præteritæ Chriſti paſſionis, & præſentis gratię, quæ rectè vtẽtibus datur, ſed & futuræ in nobis gloriæ ſignum, pignus, & monumẽtum eſt. Et hæc tanta myſteria Deus in rebus nobis ſenſibilibus offert ac proponit: propterea quòd pro naturæ noſtræ caduca infirmitate conditioneq́; , quæ nullam cognitionem niſi per ſenſus haurit, ea proxima & optima eſt docendi inſtruendique ratio, cùm ſpiritualia ſola & nuda per ſe intelligere & capere non poſſumus. Et *omne* quidem *ſignum præter ſpeciem quã ſenſibus ingerit, facit aliquid aliud,* vt Auguſtinus ait, *in cognitionem venire*. Quod tam in Sacramẽtis, quàm Imaginibus verum eſt. Sed Imagines licet nec ſignificent, nec contineant gratiam, vt Sacramenta, memoriæ tamen noſtræ aliquid præter externam ſpeciem in Chriſto aut Sanctis eius repræſentant, quod vel ad credendum, vt Chriſti Natiuitas ac Paſſio, vel ad imitandum, vt præclara Sanctorum pro fide Chriſti certamina, ſit vtile aut neceſſarium. Omniſque noſter erga eas Imagines honor non in eis ſiſtit, ſed recta ad prototypa ita proficiſcitur, vt longè ab omni idololatriæ, quam tu ſomnias, ſpecie abſit. Quod te nunc vtcumque intelligere arbitror: ſperoque quemadmodum iam in Diuorum appellatione (quam iſti odioſè ad primi præcepti violationẽ trahunt) reſipuiſti, fore vt in hac quoque de Imaginibus controuerſia, te ad Eccleſiæ auctoritatem fidemque referas. Quare ex hoc iam diuerticulo, ad Illyricum tuum, intermiſſamque narrationem redeamus. CRIT. Næ iſta quidem de hac Alcuini epiſtola, Decalogique mutilatione & cõtaminatione magis ſolida videntur, quàm quæ hactenus de Carolo & eius Synodo protuliſti. Malè ſit iſtis, qui tam egregiè hactenus mihi impoſuerunt. Tu me, quod neceſſe habeo fateri, omni Caroli eiusque Synodi præſidio hodie, quòd nunquam futurum putabam, denudaſti. Duos illos Caroli patronos confutatos, cauſſa cecidiſſe video, nec tam à te conuictos quàm à ſeipſis: adeo auctores, quos proferunt, cum ipſis; & illos inter ſe pugnare cerno. Sed in illa Eli Phili, atq; Illyrici diſſenſione, vter, quæſo, propius ad verum accedit? IREN. Cùm Illyricus acta Nicæna cum Caroli libro conuenire ſcribit, vincitur, quamuis à dimidiato homine. In altera controuerſia ſuperior eſt Illyricus; ſed ita, vt quo propius ad veritatem accedit, eo lõgius ab ipſa cauſſa, quam tuendam ſuſcepit, abſcedat. CRIT. Paradoxa mihi effundis: quæ à te explicari cupio: neq; enim ſum Oedipus. IREN. Quicunq; Carolini libri architectus fuerat, id cum primis (quod inſigne quidem mendacium eſt, vel ipſo Illyrico teſtante) lectoribus perſuaſum voluit, habitam Nicænam Synodum, nulla interpoſita Romanæ ſedis auctoritate: ad quam ille, quaſi ad ſummum

De Doctrin. Chriſtian. lib. 2. ca. 1.

Illyricus & Eli Phili quo modo ſe in defenſione Carolini libri geſſerint.

Commentum libri Carolini.

Lib. 1. ca. 6.

mum tribunal, omnes cauſſas deferri voluit, & ab eo pendere. Quod cùm non ignoraret Eli Phili, noluit diſcedere quamuis à falſa auctoris ſui cogitatione; atque ideo fingit Nicænum concilium omni Romanæ ſedis auctoritate caruiſſe. Quam ſi interpoſitam fuiſſe confiteretur, vel ipſo Carolo iudice, omnis illa ementiti illius libri & Francofordienſis Synodi auctoritas ſtatim concideret. Sed cùm Illyricus primariam eam, atque egregiam fuiſſe in Nicæna Synodo fateatur, tuus ille liber Caroli cum Synodo illius Francofordienſi planè ſordeſcit. Ita Illyricus quanto verius, tanto ad cauſſam, cuius patrocinium arripuerat, ineptius dicit. Crit. Iam intelligo, quid tibi velis. Non crediſſem ſanè Illyricum noſtrum tam hebetem, aut tam mala fide fuiſſe: nec tamen propterea animum deſpondero. Remoue iam mihi, ſi placet, glorioſa iſta nomina Carolini libri, & Synodi Francofordienſis; cuiuſcunque liber fuerit, ſi ex Scripturis, ſi ex rationum & auctoritatum pondere ad rem conſentanea dicat, veritatem vndecunque diuinitus oblatam amplectamur; præſertim cùm Caluinus noſter album calculũ huic libro apponat, quem, vt diuinum theſaurum, ſuſpicit, &, argumẽtis ex eo ſolo deſumptis, tuam illam Synodum Nicænam tam ridiculam facit, vt diſpeream, ſi vnquam aliquid aut puerilius, aut tetrius legerim, quàm ſunt ea veſtra Nicænæ Synodi placita. Quanquam neſcio quo tu orationis artificio, multa mihi ad veri ſpeciem egregiè narraris. Iren. Maneat iam ergo hoc in cauſſa, nõ eſſe eum Caroli librũ, nec Frãcofordienſem Synodũ decreta Nicęna infirmaſſe, ſed cõfirmaſſe. Crit. Sic videtur. Iren. Oppones ergo adulterinũ & ſpurium Caroli librum vero Carolo? nec ei modò, ſed tam celebri Francofordienſi Synodo, vt nihil iam de Nicæna dicam? Miranda planè & ſtupenda metamorphoſis, vt fictitius tuus Carolus non iam Nicænam, ſed & Francofordienſem Synodum, atque adeo verum Carolum euertere debeat. Crit. Te iſta, atque hunc huius noſtræ cauſſæ admirabilem exitum mirari, nihil ego quidem miror: durum id quidem & pæne incredibile. Sed velim nolim eò pertrahor à Caluino noſtro. Rapit enim me ſecum vel inuitum tanquam eloquentiæ, ac Theologiæ rapidus quidam torrens. Eſt etiam & aliud, quod multùm me mouet. Nam cùm tot annis multi multa in eius libris impetant, ac percellant; nemo (quod ſciam) hactenus auſus eſt in hanc cum eo arenam deſcendere, imbecillitatis ſuæ, non dubium, metu; & quòd iſta tam putida omnes cernerent, vt nullo reſponſo defendi ea poſſe crederent. Iren. Non ita eſt Critobule, ſed ea potius, vt aniles fabulas & refutatu indignas, penitus contemſerunt: niſi quòd duo viri longè doctiſſimi, Franciſcus Turtianus & poſt eum Horrantius, bina Hiſpaniæ lumina, hanc non eſſe

Illyricus quàm fuerit ineptus Carolini libri defenſor.

Caluinus approbator libri Carolini.

Franciſcus Turtianus.

Franciſcus Horrantius.

Caroli lucubrationem paucis oſtenderunt, & pro Imaginibus multa illi contra Caluinum tuum, & Iconomachos grauiſſimè diſſeruerint. Sed intempeſtiuè orationem hîc tuam interpello: perge igitur. CRIT. Quæ Caluinus in hac cauſſa, multa illa quidem & magna mihi ſuppeditat, ea iam eſſem tibi propoſiturus, niſi vererer, ne temporis anguſtia excluſi inchoatam ſemel orationem non poſſemus abſoluere. Quare commodiſſimum erit vtrique noſtrum, reliquam διατριβὴν in craſtinum diem differre.

FINIS DIALOGI QVARTI.

DIALOGVS QVINTVS

CONTRA ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ, ET TRADITIONIS DE IMAGINVM HONORE, ET VENERATIONE OPPVGNATORES.

Caluini argumenta contra Nicænam Secundam Synodum ex libro, qui Caroli Magni nomine circumfertur, vt ipſe Caluinus præ ſe fert, mutuata.

CAP. I. CRITOBVLVS.

Caluini argumenta ex libro Pſeudocaroli contra Nicænam 2. Synodum.

QVANQVAM quatriduana, ac heſterna præſertim illa tua diſceptatio omnia cauſſæ meæ præſidia ita debilitarit, vt valde ſim de reliquo euentu ſolicitus; tamen vel ſolus Caluinus eos mihi animos addit, vt tantum abſim à clypeo abiiciendo, & fuga capeſcenda, vt potius victoriam mihi contra te pollicear. En igitur tibi Caluinum aduerſus Nicænam illam veſtram Synodum ex Carolino illo, aut alterius cuiuſcunque (neque enim valde refert) libro, ad hunc modum tonantem planè, ac fulminantem. *Qui hodie*, inquit, *ſimulacrorum vſum tuentur, Nicænæ Synodi patrocinium allegant. Exſtat autem refutatorius liber ſub Caroli Magni nomine, quē ex dictione colligere licet, eodem fuiſſe tempore compoſitum. Illic Epiſcoporum ſententiæ, qui Concilio interfuerūt, recitantur, & argumenta, quibus pugnarunt. Dixit Ioannes Orientalium: Creauit Deus hominem ad Imaginem ſuam; atque inde collegit, habendas igitur eſſe Imagines. Idem commendari nobis putauit Imagines hac ſententiâ: oſtende*

Pſeudocaroli liber.

In inſtitut. lib. 1. cap. 11. ſect. 14.

Sententia & argumenta Epiſcoporum in Nicæna 2. Synodo cur ſuis ſint Caluino.

Ioannes Orientalium.

oſtende mihi faciem tuam, quia ſpecioſa eſt. Alius vt probaret collocandas eſſe in altaribus, hoc teſtimonium citauit; Nemo accendit lucernã, & ponit eam ſub modio. Alius, vt earum adſpectum nobis vtilem mõſtraret, adduxit verſum ex Pſalmo; Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui, Domine. Alius ſimilitudinem hanc arripuit: Sicut Patriarchæ vſi ſunt Gentium ſacrificijs, ita Chriſtianis habendas eſſe Sanctorũ Imagines pro idolis Gentium. Eodẽ torſerunt illud; Domine dilexi decorem domus tuæ. Sed in primis ingenioſa eſt iſta interpretatio; vt audiuimus, ita & vidimus: Deũ igitur non ſolo verbi auditu cognoſci, ſed etiam Imaginũ adſpectu. Simile

Theodorus Epiſcopus.

Theodori Epiſcopi acumen: Mirabilis, inquit, Deus in Sanctis ſuis. Atqui alibi habetur: Sãctis qui ſunt in terra: ergo ad Imagines hoc referri debet. Denique tam putidæ ſunt inſulſitates, vt eas referre me quoque pigeat. Vbi

De adoratione imaginum.

de adoratione diſputant, illic adoratio & Pharaonis, & virga Ioſeph, & tituli, quem erexit Iacob, in medium adducitur. Quanquã in hoc poſtremo non tantùm deprauant ſcripturæ ſenſum, ſed arripiunt, quod nuſquã legitur. Tum illa: Adorate ſcabellum pedum eius: Item; adorate in monte ſancto eius: Item; vultũ tuum deprecabuntur omnes diuites plebis: Firmæ admodum & appoſitæ illis videntur probationes. Si quis per ludibrium attribuere Imaginũ patronis ridiculam perſonã vellet, poſſet ne maiores & craßiores colligere ineptias? Ac ne qua amplius reſtaret dubitatio, Theodo-

Theodoſius Mirenſis Epiſcopus.

ſius Mirenſis Epiſcopus adorandas eſſe Imagines Archidiaconi ſui ſomnijs tam ſeriò confirmat; ac ſi oraculum cæleſte in promtu haberet. Eant nunc ſimulacrorum fautores, & Synodi decreto nos vrgeant. Quaſi vero non omnem ſibi fidem abrogent venerandi illi patres, Scripturas vel tam pueriliter tractando, vel tam impiè lacerando. Venio nunc ad impietatum portenta, quæ euomere auſos fuiſſe mirum eſt: non fuiſſe autem illis reclamatum cum ſumma omniũ deteſtatione, bis mirũ. Atqui hanc tam flagitioſam amentiam traduci expedit: vt ſaltem fucus antiquitatis, quẽ Papiſtæ obtendunt, ſimulacrorum cultui detrahatur. Theodoſius Amorij Epiſcopus

Theodoſius Amorij Epiſcopus.

anathema crepat aduerſus omnes, qui Imagines nolũt adorare: alius omnes Græciæ & Orientis calamitates huic ſceleri imputat, quòd nõ fuerint adoratæ. Quibus ergo pœnis digni Prophetæ, Apoſtoli, Martyres, quorũ tempore nullæ exſtiterunt? addunt poſtea; Si Imagini imperiali cum ſuffitu & thymiamate obuiam proceditur; multo magis hunc honorem Sanctorũ ſimulacris deberi. Conſtantinus autem Conſtantiæ Cypri Epiſcopus ſe Ima-

Conſtantinus Conſtantiæ Cypri Epiſcopus.

gines reuerenter amplecti profitetur, cultumque honoris, qui viuificæ Trinitati debetur, illis ſe exhibiturũ confirmat. quiſquis idẽ facere recuſauerit, eum anathematizat, & cum Manichæis, & Marcionitis amandat. Ac ne putes priuatam eſſe vnius hominis ſententiã; aſſentiuntur reliqui. Imo Io-

Ioannes Legatus Orientalium.

annes legatus Orientalium calore vltrà prouectus, præſtare admonet lupanaria omnia in vrbem admitti, quàm Imaginum cultũ abnegare. Tandem omniũ conſenſu ſtatuitur, hæreticis omnibus deteriores eſſe Samaritanos, & ipſis Samaritanis εἰκονομάχους. Ceterum ne ſuo ſollemni [Plaudite] fabula careat; additur clauſula: Gaudeant & exultẽt, qui Chriſti habentes

Concilij clauſula.

 Imaginem,

Imaginem, ſacrificium illi offerunt. Vbi nunc latriæ & duliæ diſtinctio, qua Dei & hominum oculos ſolent perſtringere? Nam Concilium ſine exceptione tantundem ſimulacris, ac Deo viuo largitur. Audiſti iam Caluinum noſtrum, qui, cùm mihi ſemper magnus ac diuinus viſus ſit, hîc ſeipſum ſuperare videtur: tanto dicendi artificio, tanta dexteritate, tanto compendio, vaſtam illam Synodi veſtræ molem ſubuertit; ac, vt eius ille argumenta recitat, non tam ridiculam, quàm Ethnicam planè probat.

Caluinum patribus, quorum auctoritate Nicana Synodus nititur, prætermiſſis, in ipſos duntaxat Nicænos patres callide & iniuſte inuehere. Magna Latini & Græci ſermonis in Pſeudocarolo imperitia, multæ fraudes & calumniæ indicantur: à quibus longè abfuiſſe Carolum Magnum eſt credibile.

Cap. II. Irenævs.

Caluini & Pſeudocaroli figmenta.

Rectivs quàm putares forſan [*vt ille recitat*] adiecisti. Neque enim, vt ſolent liberi parentum effigiem exprimere; ita iſta teſtimonia eminẽtem illam Nicænorum patrum ſpeciem ac formam, ſed neſcio, quæ monſtra referunt. Sunt enim iſta partim apud Pſeudocarolum, partim apud Caluinum in mendaciorum diuerſorio, in falſorum teſtimoniorum contra humanas & diuinas leges officina, apud Gehennam (Geneuam ſiue Gebennam dixiſſem) aut primum nata, aut ex ſcita & eleganti humana forma, in hanc monſtroſam contorta ac deprauata. Qua in re non aliter ſe mihi comparaſſe videtur Caluinus, quàm ſi quis præclaram & egregiam regis alicuius imaginem ab inſigni artifice affabrè formatam, callidis & prodigioſis quibuſdam transformationibus horribiliter deformet; manus, pedes, oculos, ceteraque membra inuertat; ipſum deniq; caput ex humano in belluinum tranſmutet, & tandem in publicum producat, omnibuſque ſpectandam quaſi veram, & genuinam regis effigiem exhibeat. Atque ecce tibi interim noui tui Euangelij candorem, qui tantum abeſt, vt aſperius dicta, quæ tamen commodius accipi poſſent, leniat, ac molliat (quam humanitatem à Caluino tuo nõ exſpectamus) vt magis, quæ dexterè ac commodè ſunt dicta, artificioſè atq; callidè in deteriorem partem detorqueat; eaque ſola (reliquis, quæ ſunt maioris momenti, diſſimulatis) quaſi in his totius cauſſæ momentum, ac cardo verteretur, ſpectanda lectoribus proponat: in quo ſe ſanè Caluinus imbellem militem oſtendit. Si enim vir fuiſſet, ac qualis haberi vult; iugulum potius cauſſæ, ac non talos petere voluiſſet. Debuiſſet multò potius in Baſilium, Chryſoſtomum, Ambroſium, Hieronymum, ac alios

Candor noui Euangelij.

Caluinus imbellis miles dolo potius quam virtute rem gerit.

ac alios Eccleſiæ proceres, quorum auctoritatem Nicæni ſibi proponunt, impreſſionem facere: nec muliebri petulantia, conuiciis, calũniis, ac apertis mendaciis in Nicænos ſolũmodo patres inuehere. Sed quoniam ſuo ſibi arbitrio, quos voluit, quibuſcũ pugnaret, milites ſelegit, & quaſi nouus Goliath Dauidis imbecillitatem irridet; periclitabimur, mi Critobule, lacertoſi huius hominis vires: quas non dubito, quin gregarij iſti (vt iſte putat) milites confringent, vt tantus dux turpiore caſu corruat: vt & in eo quoque illud Horatianum locum habere debeat: *Caluinus alter Goliath.*

1. *Sermon. ſatyr.* 1.

Fragili quærens illidere dentem
Offendit ſolido.

Sed antequam ad ea argumenta, quę Caluinus quaſi per ſatyram proponit, veniatur; quædam pulcherrima formoſi huius ac nobilis partus lineamenta, velut in tabula huc apponam. Vnde de Carolo, ac Caluino etiam, Nicæni Synodi exagitatoribus, rectiùs iudicare poſſis. Nihil enim vnquam ſtultius, nihil hoc libro putidius legiſti. Verbis nihil magis inconcinnum, inconditum, ac barbarum, rebus nihil ineptius. Cui ſi futilem loquacitatem ac planè ἀπεραντολογίαν, ſi mendacia, ſi inanes quaſdã concluſiunculas, quibus peruerſa, præpoſtera, & ridicula quadam Dialectica ludit, qua, quaſi ſepimento, omnẽ iſtam ſuam prudentiam vallat (vt facile, ſophiſtẽ te aliquẽ, nihil aliud quàm ſyllogiſmos per totam vitam ineptè meditantem, non actuoſum ac illuſtrem Carolum audire intelligas) mihi demas; nihil erit prætera relictum, vllã animaduerſione, aut laude dignum. Cuius libri ineptam & nimiam loquacitatem Adrianus in eo, quem oſtendimus, refutationis libello, grauiter ita conuellit: *Omnem,* inquit, *vim venenorum* [aliâs *inuentorum*] *ſuorum in Dialectica diſputantes ponunt hæretici, quæ philoſophorum ſententia definitur, non adſtruendi vim habere, ſed ſtudium deſtruendi. Sed non in Dialectica placuit Deo ſaluũ facere populũ ſuum. Regnum Dei in ſimplicitate fidei eſt, non in contentione ſermonis.* Hæc Adrianus. Horridam verò Pſeudocaroli barbariem, cùm alibi, tum vel ex ſola præfatione intellige: *Salutiferum,* inquit, *corporis ediculum, vocem intendendam expoſcere, homo animalis, rationalis,* id eſt, animal rationale; *tanto quanto,* pro tantum quantum; *taxare,* pro collocare; *candor rubens,* pro candido rubore; *trimodum genus,* pro triplex; *abuti,* & *polliceri* paſſiue; *quoquàm* pro alicubi, *lucinonia dogmata*; *erga voluntatis ſuæ arbitrium,* pro ſecundùm. Hunc deniq; librum ſe *cohibentia,* id eſt, conſenſu Epiſcoporum ſuorum edidiſſe affirmat; cùm tamen alibi *res cohibitas* appellet, id eſt, prohibitas: vt neceſſe ſit doctos, concinnos, & elegantes fuiſſe patres, qui in hac Synodo, & hoc opere elaborarint. Cuius præclarum aliquod ſpecimen iam antea habuiſti. Has & alias id genus voces, ac phraſes vbique pro

Liber Pſeudocaroli ſermone barbaro, & ſenſu inepto cõtextus.

Adriani teſtimonium de ineptiis libri Pſeudocarolini.

I. no parte 4. cap. 129.

Horridus & incultus ſermo Pſeudocaroli.

l. 3. ca. 26.

ſua Imperatoria maieſtate (noſti enim hunc auſum priuatis capitalem eſſe) quaſi bonæ & aureæ Latinitatis nummos, cùm verè ſint adulterini, cudit. Quæ licet ita ſint, tamen quaſi alter eſſet Cicero, Nicænos patres, vt impolitos ac barbaros, paſſim arrodit, in Græca ipſe lingua planè infans. Et Latina certè tranſlatio longè libris Caroli purior ac nitidior eſt; cui ſi aliquid inſit vicij, ea culpa non in Nicænos patres, ſed interpretẽ conferenda eſt. CRIT. Malim indiſertã prudentiam, quàm ſtultam loquacitatẽ. IREN. Accipe ergo prudẽtiã Pſeudocaroli; quippe qui ignorarit, in qua parte orbis Conſtantinopolis ſita ſit. Quã in Bithinia collocat, & idolũ imaginis ſpeciẽ conſtituit. An tibi Carolus, qui plures prouincias victoriis, quàm multi peregrinationis ſtudioſi itineribus, peragrauit, ſitũ Conſtantinopolis: aut qui in Latina atq; Græca etiã lingua magnos fecit progreſſus, & qui Græcos Oſnaburgæ in Saxonia profeſſores, ne eius apud Latinos linguæ cognitio periret, inſtituit; quid imago, quid idolũ ſit, ac vocẽ εἴδωλον Græcè tã latè patere, atq; imaginẽ Latinè, ſi propriam & natiuã ſpectes vocis ſignificationẽ, ignoraſſe videbitur? Sed hæc leuia ſunt, præ vt ſunt illa, quæ iã dicemus. Cùm enim multa, quaſi tetra & horrẽda, non ſolũ patribus, ſed & Conſtantino, Græco Imperatori, atq; matri eius, Ireni impingat, ex iis omnibus, quæ Conſtantino & matri obiicit, vnũ tantùm in actis Nicænis reperitur; ſed tale, vt manifeſtũ eum calumniatorem comprobet. Cętera ſi vera eſſent, eiuſmodi quidẽ ſunt, vt rectè defendi poſſint. Nã quod cõtra Irenen (quam Cõcilio interfuiſſe dicũt) profert, nuſquã in actis viſitur, neq; tamen iuſta defenſione caret. Verũenimuero vbi eſt illa Caroli prudẽtia, ac conſtantia, qui hoſce principes tanquã impiiſſimos tãtis cõuiciis lacerat, & mox mutata velificatione, quaſi cõtrario vẽto abreptus, Conſtantinũ, vt eũ filiæ ſuæ, & ea ſpe fruſtratus, Irenen, vt ſibi eã in matrimonio copularet, anxiè venatus eſt? Atq; hic ſit tibi primus huius fabulæ actus. Nũc ad patres veniatur, quos ille acriter reprehẽdit, quòd dixerãt, imaginũ vſum ab ipſis Apoſtolorũ temporibus in Eccleſiam receptũ: cùm id & verè, nec ex ſe, ſed Baſilio, quẽ tamen ille nominare nõ eſt auſus, dixerint: deinde, quòd profeſſi ſint ſe imagines, vt locũ Dei, venerari & adorare; vbi multa Carolus verè, ſed extra rẽ effundit, vt Deũ loco non capi, aut concludi. Tã abſurda patres certè non ſenſere. Recitatur diſputatio quædã cum Iudæo Leontij ſanctiſſimi, & doctiſſimi Neapoleos Cypri Epiſcopi ante ducentos ferè, quàm habita eſt Synodus, annos. Quæ inter alia hæc complectitur: *Ita Syon, tanquã illius ciuitatem; Nazareth verò, tanquã illius patriam, amplectimur. Non aliter etiam Iordanẽ, quàm diuinũ illius lauacrũ reueremur. Magno enim & inexplicabili erga eũ amore, quo adſcendit, vbi reſedit, vbi apparuit, aut quod tetigit, aut omnino obũbrauit, tanquam*

Pſeudocarolum iniuſtè Nicænorum patrũ orationẽ vt barbaram reprehendere.

Pſeudocaroli aniles ineptia.

Conſtantinopolis vbi Pſeudocarolo ſita.

Carolus Magnus Græcæ linguæ peritia clarus; ſed Pſeudocarolus omnino rudis.

Pſeudocaroli in Conſtantinum & Irenen calumnia.

Pſeudocaroli puerilis inconſtantia.

Patres Nicæni vindicantur à calumniis Pſeudocaroli.

Imaginum vſus in Eccleſia quã antiquus.

Leontij cum Iudæo de modo adorandarum imaginum diſputatio.

In præfat. & lib. 2. ca. 28. lib. 3. ca. 9.

In Præfat.

Li. 3. ca. 14. Nicæ. Synod. Act. 1.

Lib. 1. cap. 1. 2. 3. 4. Lib. 3. cap. 13.

Lib. 2. c. 25. Nicæ. Synod. act. 2. pag. 481.

Lib. 3. c. 27.

Act 4. pag. 516.

quam Dei locũ colimus, & adoramus, non ipſam regionẽ, aut lapides venerantes, ſed eum, qui in illis conuerſatus eſt, apparuit, & in carne cognitus eſt, quiq; nos ab errore liberauit, Chriſtum Dominũ Deum noſtrum. Hactenus Leontius. Si Chriſtũ Deum nõ fuiſſe Carolus probarit, nos quoq; fatebimur, Deum in Iudæa non verſatũ. Sed quare, nõ vocat potius Iacob Patriarchã in ius, qui longè ante Leontium, Chriſto nondũ homine facto, dixit: *Non eſt hic aliud, quàm* *Domus Dei?* Iam Gregorij quoq; Nyſſeni, fratris Baſilij, vitã & doctrinam incognitã, neq; alicuius auctoritatis vult eſſe. Quale verò, & quàm tetrũ eſt illud conuicium, quo totã Synodum in ſuſpicionem adducit apud lectorẽ; quaſi de Spiritu ſancto à patre & filio procedẽte impiè ſenſerit; vtpote quæ Spiritus ſancti à ſolo patre procedẽtis mentionẽ complecteretur. Quod ſi fortè faceret, non vtiq; alterius vocis omiſſio ad infitiationẽ trahi ſtatim deberet; cùm ea quæſtio in Synodo non agitaretur, neq; illa accuratã totius fidei rationem ſe redditurã polliceretur. Quæ culpa tuis potius in Anglia mea Apologeticis inhæret, qui cùm ad ſui purgationem, hæreſeoſq; omnem à ſe labem detergendam, rationem totius ſuæ fidei planè & plenè reddituros ſe polliceantur, & reliqua Apoſtolici ſymboli capita recenſeant; illud, quo Chriſtus *de Spiritu Sancto conceptus traditur*, caſu an ſtudio non ſatis ſcio, planè omiſerunt. Sed iam vide impudentiſſimam Pſeudocaroli in Nicænam Synodum calumniam: quippe quæ apertè ac manifeſtè Spiritum Sanctum ab vtroque procedere fatetur. Et cùm in Florentino Concilio Græci, illius erroris aſſeclæ, talem clauſulam ſuis libris ineſſe negarent; Latini mox præter vetuſtiſſimum, & illius temporis egregium hiſtoricum, exemplar quoque Græcum, antiquiſſimum, & nulli ſuſpicioni obnoxium, protulerunt, in quo ea clauſula manifeſtè non ſine ſumma Græcorum conſternatione conſpiciebatur. De qua tamen re ſi nihil dixiſſent, non erat id ad calumniam rapiendum, quia ea de re in Synodo nulla diſputatio inſtituta fuit. Sed iam incredibilem hominis ſtupiditatem cognoſce. Nam cùm ex profeſſo fidem ſuam de tota religione, ac Trinitate præſertim, edere ſe fateatur: *Credimus*, inquit, *in Spiritum Sanctum, Deum verum, ex patre procedentem*: de eodem ex filio procedente altum & flagitioſum ſilentium. Ita, quod patres habent, calumniatur non habere; & interim ipſe plagis, quibus innocentes irretire voluit, implicatur: & quod deterius eſt, huius ſuæ fidei, aut potius perfidiæ aſſenſorem ſe Hieronymum habere gloriatur. Simili impudentia cùm Iconomachorum Synodus imperatorem Conſtantinum in cælum laudibus extuliſſet, & in eadem cum Apoſtolis æqualitate ac gloria in repurganda Eccleſia, & idololatria profliganda extuliſſet; Pſeudocarolus inuidioſè id transfert ad

[Left margin notes: Lib. 2. c. 17. — Lib. 3. ca. 8. — Vide Nicæn. 2. act. 7. pag. 598. col. 2. — Concilium Florent. ſeſ. 5. pag. 390. 391. — Lib 3. cap. 1. — Lib. 4. c. 20. — Act. 6. tom. pag. 557.]

[Right margin notes: Iacob patriarcha. — Gregorij Nyſſeni vita & doctrina Pſeudocarolo vilis habetur. — Impudẽs & tetra Pſeudocaroli in Synodum Nicænã calumnia. — Apologetici in Anglia in confeſſione fidei ſuæ omiſerunt articulum Symboli Apoſtolici de cõceptione Chriſti ex Spiritu Sancto. — Pſeudocarolus in eo turpiter oſtendit, quòd patribus Nicænis criminis loco nõ verè obiecit. — Hieronymũ perfidiæ ſuæ conſortem habere falſò gloriatur Pſeudocarolus. — Altera Pſeudocaroli impudens in Nicænos patres calumnia.]

patres Nicænos, quaſi Conſtantinum ac Irenen tam exquiſitis verbis laudaſſent; cùm illi pro ſua grauitate ac pietate indignam illam Pſeudoſynodi adulationẽ digna caſtigatione repreſſerint. Sed infinita eſt hæc Caroli tui prudentia. Nam hiſce ſalibus, hoc lepore, totus hic liber conditus eſt. Ex his certè, eloquentiæ & prudẽtiæ huius tui Caroli ſpecimen capere potes. Quòd ſi quid hic amplius deſideres, id ſtatim ex Caluino ſupplebimus. Cuius pietatis ac prudentiæ eſto vel hoc indicium, quòd talẽ & tam indignum auctorem, qui ſe non aliter ſub Caroli, quàm olim aſinus ille Cumanus ſub leonis exuuiis, tegit, ad œcumenicam Synodum euertendam, tanquam laudatiſſimum teſtem, & omni exceptione maiorem ſibi propoſuerit. cuius iam promicantes aures vidiſſe te ſatis puto.

Caluini diſſipantur calumniæ contra patres Nicænos de lucerna ſub modio.

CAP. III. CRITOBVLVS.

SVMME Deus, quàm lõge à meâ iſta exſpectatione abſunt? Nihil vnquam ineptius, nihil vanius, nihil abſurdius, nihil tetrius, quàm ſunt iſta, ſcriptum audiui. Et niſi me præceptoris mei Caluini auctoritas deterreret; præuaricatorem aliquem in hoc libro ſuppoſitum crederem, qui ſub Iconomachi vmbra omnes Iconomachos publicè traduceret, & orbi deridendos proponeret. Iſta certè quanquam valde animi mei alacritatẽ in cauſſæ huius defenſione debilitent; tantum tamen præceptori meo, vt par eſt, defero; vt non poſſim non magnum aliquem, & incognitum theſaurum in hoc libro obrutum putare; qui aut alius fortè eſt, quàm tu mihi eum facis, aut certè Caluinus pro ſua ſolertia, vt olim ille ex Ennio, è ſtercore aurum collegit. IREN. Certè non erit obryzum: nec ego tibi, tuiſque illud aurum præripere conabor. Sed iam cum Caluino cominus congrediamur. Quem in primo ſtatim pugnæ congreſſu lapis à veritate, quaſi ex funda Dauidis iactus, fronti eius impactus, vt olim Goliam, proſtrauiſſe mihi videtur. Qui mihi neſcio quam (ſtertens, an vigilans ignoro) lucernam ſomniat; quæ tamen eum ſubito deſtitutẽs, tetra mendacij ac calumniæ caligine totum opplet. Nam de lucerna illa, quam fingit, nihil in patribus, nihil in ipſo Carolo, cuius eſt ſimia, tale exſtat. CRIT. Hoc mihi proœmium non placet; quo animum mihi pæne deieciſti. IREN. Sed eum rurſus erigam. Memini enim lucernæ mentionem in Synodo, & à Carolo fieri. CRIT. Gaudeo: iam colligo animum, putabam te certè ſeriò illa primùm dixiſſe. IREN. Seriò certè & dixi, & dico. Et vt non nego exſtare illam mentionem, ita ſcio

Caluini de lucerna ſomnia.

paruam

paruam huius gaudij vſuram tibi fore. CRIT. Neſcio quo modo hanc tuam orationem implicas. IREN. Sed iam euoluam. Etſi enim de lucerna loquantur acta Synodi; ea tamen res magis Caroli & Caluini tui pudorem onerat. CRIT. Adhuc in eadem ſalebra hæres. IREN. Quare iam tibi omnia aperta, & plana, atque expedita facio. Eſt igitur in ea Synodo de lucerna ſub modio mentio: non autem à patribus, ſed à Conſtantino in epiſtola, quam patribus miſit, quæ & in Synodo à patribus recitata eſt, iniecta. Qua in re ſi quid vicij ſit, illud in Conſtantino, non patribus hæret. CRIT. Non id ego moror. Quare ſi velis, puer Conſtantinus ad patres illos tuos bis pueros illa tali Synodo digna ſcribat: inepta ſanè & ridicula eſt illa, cuiuſcunque ſit, collectio.

Cuiuſmodi mentio fuerit acta lucerna in Synodo Nicæna.

Christi ſententia de lucerna ſub modio non ponenda à Conſtantino aptè ad Epiſcoporū excitandam induſtriam accommodata.

Act. 1. IREN. Sit ſanè in Carolo, atque Caluino. Nam Conſtantinus dexterè, atque appoſitè eam Chriſti ſententiam accōmodat; qua Epiſcopos admonet, vt pro officij ac doctrinæ magnitudine, non inertes, non ocioſi deſidêrent, ſed omnia ſtudia ſua ad turbas illas Eccleſiæ pacificandas conferrent, & reliquo orbi ſuo exemplo, doctrina, ac prudentia prælucerent; ne alioqui videretur candela ſub modio abſcondita. CRIT. Non nego iſta commodè applicata: ſed quid hæc ad imagines? IREN. Quid à me quæris? quære potius à Carolo ac Caluino. Nam ego tibi rectum & genuinum ſententiæ ſenſum expoſui. Nec Carolus quidem o-

Li. 2. ca. 12. mnino dicit, ad imagines retinendas eam patres ſententiam adhibuiſſe; ſed ex lucernæ vocabulo arrepta occaſione, ſuo more nugatur neſcio quid, imagines eſſe Nicænis patribus inſtar lucernæ. At Caluinus præceptoris ingenio aut inuidens, aut eo non contentus, & fortè illud apud ſe murmurans,

Nugæ Pſeudocaroli.

Caluinus mentitur de patribus Nicænis.

Iuuenalis. *Semper ego auditor tantùm, nunquám ne reponam?*

egregij huius mendacij architectus eſt. Quare conſpicilia iam ego eum adhibere ſibi iubeo, vt eum nobis patrem proferat, qui huiuſmodi argumento vſus eſt. Quem nunquam certè eſt reperturus, etiam ſi omnes domi ſuæ lucernas ad eum quærendum accendat. Cui illud hic, quod ſolet oculis vſuuenire, contigiſſe video; vt vno quaſi obtutu duo lucernæ lumina pro vnico vidiſſe videatur. Ego iam veram lucernam accendi. Caluinus verò multum olei lychno ſuo infundere neceſſe habet, vt illam alteram ſuam lucernā, quæ adhuc ſub modio poſita eſt; aut ea, quæ Ioanni Orientalium legato obiicit, in lucem proferat. Ter namque in eum impetum facit, ſed caſſo ſemper, atque irrito ictu. Neque enim quicquam eorum protulit Ioannes: verùm illud; *oſtende mihi faciem tuam*; quodque de imagine Dei dictum eſt, ex Adriani Romani Pontificis epiſtola ad Conſtantinū, & matrem eius deſumtū eſt. Quare ſeponamus pauliſper Ioannem, & de Adriano diſſeramus. Nec iſta perfunctoriè diſſerenda ſunt.

Caluini in Ioannem Orientalium legatum mendacia.

 Eſt enim

Eſt enim hæc totius fabulæ pars quædam potentiſſima. In qua Carolus, & Caluinus, ſummos ſe artifices & nouos quoſdam Roſcios, & Æſopos oſtendunt.

Pſeudocaroli & Caluini variæ conteruntur calumniæ contra Epiſtolam Adriani Romani Pontificis.

CAP. IIII. IRENÆVS.

Carolus Magnus quid tribuerit Romanæ ſedi, quibúſq; elogiis Adrianum Papã ornarit.

SCIRE itaque oportet Carolum hunc noſtrum, id eſt, verum Carolum, nõ ſolùm hanc Imaginũ, ſed reliquas omnes religionis controuerſias ad cenſuram & iudicium Romanæ ſedis, & præcipuè Adriani Pontificis deferre; (id quod ficticius etiã tuus Carolus hoc ipſo libro facit, quem *reuerendiſſimum Papam* appellat, cuius ſe monitis obſequentiſſimũ dicit) imo eius pedes, cùm Romam veniſſet, venerabundè oſculatus eſt. Atqui in hoc ementito libello ita eum exagitat Carolus tuus, vt nemo vnquã ſcutram acerbiùs. Qui (vt quàm præclarè hic ſe comparauit, melius intelligas) cùm in hoc pulchro opere, libri primi capite 7. 9. 10. 13. 15. lib. 2. cap. 18. 19. 23. 24. 29. lib. 3. cap. 11. 13. 14. 15 17. 18. 19. 20. 24. 25. 30. libr. 4. cap. 26. virulenter Adriani illam epiſtolam impugnet; ne ſemel quidem eius mentionem facit. Quòd ſi faceret, ſtatim cauſſa caderet. Atque hìc mihi Caci illius memoria occurrit. Nam vt ille Herculis boues à reliquo grege abſtractos, conuerſis veſtigijs, in ſpeluncam, ne agnoſceretur, rapuit: ita iſte nouus Cacus Adriani epiſtolam per varios mæandros, diuerticula, flexiones, in hoc ſuum Trophonij antrum obliquo & contorto ductu callidè pertraxit. Imo potius Medeam, quæ fratris ſui horribiliter dilaniati membra, horrendâ per agros diſſipatione diſperſit, in eo ſuperauit, quòd non ſolùm Adriani, ſed & reliquorum patrum teſtimonia, inauditâ quadam diſtractione quaſi diuulſa ac diſcerpta, dilacerarit. E quibus etiam aliquot Caluinus, nulla mentione Adriani facta, miſerè lacerat ac diſcerpit; videlicet de titulo Iacob; de homine ad Imaginem Dei facto, vt & illud; *ſignatum eſt ſuper nos*; &; *Domine dilexi decorem*; &; *vultum tuum deprecabuntur, &c.* Quæ cùm atrodat Carolus, & poſt eum ſimia eius: liceret certè vnico reſponſo omnes iſtas Caroli calumnias repellere; ac dicere, Carole tolle manum de tabula, ceſſa calumniari Carole: en Adrianus magiſter adeſt, cui tu ſumma omnia detuliſti; cuius tu arbitrio ſtas aut cadis; ad cuius te pedes oſculandos ſupplicem demiſiſti; cuius tu mortem ægerrimè tuliſti; cuius tu ſepulcrum, vt ſapientiſſimi magiſtri & cariſſimi patris, epitaphio tuo ornaſti; in quo inter cetera, hæc ſcripſiſti;

Lib. 1. cap. 5. & 6.

Paulus Aemilius in hiſto. Frãcorum lib. 2.

Pſeudocaroli in Adrianum male dicta, & conuicia.

Caci in furto occultando dolus.

Liuius Dec. 1.

Pſeudocarolus alter Cacus.

Medea.

Cicero pro lege Manilia.

Pſeudocarolus membratim dilacerat Adriani & reliquorũ patrũ teſtimonia.

Caluinus quàm iniquè Adriani ſententias diſcerpat.

Pſeudocaroli omnes in Adrianum calumniæ quo vnico reſpõſo tollantur.

Poſt patrem Carolus lacrymans hæc carmina ſcripſi,
Tu mihi dulcis amor, te modò plango pater.

Tu me-

Tu memor eſto mei, ſequitur te mens mea ſemper,
Cum Chriſto teneas regna beata poli.
Et paullo pòſt:
Qui legis hos verſus, deuoto pectore ſupplex
Amborum mitis, dic, miſerere Deus.
Hæc tua nunc teneat requies, cariſsime, membra,
Cum ſanctis anima gaudeat alma poli.
& mox:
Tum memor eſto tui nati, pater optime, poſco,
Cum patre, dic, natus pergat & iſte meus.
O, pete regna, pater fœlix, cæleſtia Chriſti,
Inde tuo precibus auxiliare gregi.

Carolus Magnus cuiuſmodi ornarit Adrianum epitaphio.

Quid? an repentè tibi contra eum, & totam Eccleſiam Catholicam in religionis controuerſia tam inſolenter iudicium arrogas? Quo vno reſponſo facilè, ac iuſtè omnem iſtam hominis inſolentiam in tota hac Imaginum cauſſa frangeremus. Nec quid diceret, licet nos aliud non diceremus, haberet Caluinus; atque ita vnico in Carolum ictu impacto, eodē Caluinus vulnere rueret. Nolumus tamen eſſe tam parci, ac duri contra Caluinum; ſed liberalius ac prolixius cum eo agemus, ne difficiles nos homines clamitet. De titulo itaque Iacob primùm videbimus. Atque hîc neſcio cum Carolo, an Caluino magis expoſtulem. Carolus, prætermiſſo Leontio illo Neapoleos Epiſcopo, qui tradit
Act.4.pag. 518. Iacob per lapidem Deum veneratum; prætermiſſo Adriano, qui
Act.2.pag. 480. Iacob lapidem colendi Dei cauſſa (licet id ei à Deo non fuiſſet præceptum) erexiſſe, illudq; eius obſequium Deo placuiſſe ſcribit: his, inquam, prætermiſſis, ſolum Ioannem legatum impe-
Ibidem. tit, quaſi eo ſcripturæ loco abuſum ad Imaginum adorationem ſtabiliendam; cùm non aliò tendat Ioannis dictum, quàm vt o-
Lib.1.c.10. ſtēdat Deum corporali ſpecie Iacob apparuiſſe, ac cum eo luctatum. Caluinus verò vlterius & improbius progreſſus, dicit Nicænos patres non tantùm *Scripturæ ſenſum deprauare*, ſed id, *quod nuſquā loquitur*, arripere. Verùm ſuis ipſe inſidiis atq; calumniis, quibus patres iniuſtè appetit, iuſtiſſimè Caluinus capitur. Neque enim patres, *quod nuſquam legitur*, arripiunt: neque Ioannes, aut quiſquam, quod ſcio, patrum, titulum hunc Iacob adoratum tradit. Caluinus is eſt, qui turpiter arripit, quod nuſquam legitur, & patres Nicænos de eo, quod non dixerunt, falsò accuſat. Id tamen conſtanter dixerim, hanc Iacob patriarchæ hiſtoriam manifeſtè Chriſtianorum in colendis Imaginibus morem confirmare, & omnia Caluini aduerſus eas deliramēta euertere. Primùm enim ab ipſo Caluino quæro (qua de re nos ille
Ioſue vlt. potiſſimùm vrget) ecquod Iacob præceptum habuerit de lapide
1.Reg.7. Deo erigendo? aut poſt eum Ioſue? Samuel? & alij? Imo quo modo

Conuellūtur calumnia Pſeudocaroli & Caluini de titulo Iacob.

Pſeudocaroli in Ioannem legatū calumnia.

Ioannis Legati ſententia explicatur.

Caluinus mendax in eo turpiter offendit quod Patribus Nicænis falsò exprobrat.

Hiſtoriam de lapide à Iacob erecto Iconomachorum deliria confutare.

Iacob. Ioſue. Samuel.

modo non ſunt præuaricati illud præceptum; Non facietis vobis idolum, aut ſculptile, nec titulos erigetis, nec inſignem lapidem ponetis in terra veſtra, vt adoretis eum. (Leuit. 26.) At Caluinus clamabit, nos ei iniuriam facere: præceptum enim eſſe de non adorando, illudque eos impleſſe. Si ita eſt, cur Iudæis tam æquus eſt, Chriſtianis tam iniquus? Aut quid faciunt Chriſtiani, quod non illi fecerunt? Imo ipſius Iacob factum propius ad idololatriam acceſſiſſe videbitur. Erexit lapidē, libauit ſuper eū libamina, & effudit oleum, & exclamauit, *non eſt hic aliud quā domus Dei.* Ex quo ille præcepto hæc omnia? Cur nō vociferatur Caluinus? ô damnandā ἰθελοθρησκείαν! ô exſecrabilem εἰδωλολατρείαν! Sed

Auguſtinus.

audiamus Auguſtinum, Iacob, & nos quoque, contra tales calumnias purgantē. (Aug. quaſt. ſuper Geneſ. quaſt. 84. 85. & 116.) *Quod*, inquit, *ſtatuit lapidem Iacob, quem ſibi ad caput poſuerat, & conſtituit eum titulum, perfudit illum oleo, non aliquid idololatriæ ſimile fecit. Non enim vel tunc, vel poſtea frequentauit lapidē adorando, vel ei ſacrificando, ſed ſignum fuerat in prophetia euidentiſſima conſtitutū, quæ pertinet ad vnctionē; vnde Chriſti nomen à chriſmate eſt.* Idē rurſus; *Et vocauit Iacob nomē loci illius domus Dei, &c. vbi & ipſe rediens Deo ſacrificauit, non illum lapidē Deum appellans, ſed domū Dei, id eſt, quia in illo loco futura erat domus Dei.* Idem etiam alibi: *Iterum factum eſt, hoc loco quod factum fuerat, an iterum commemoratum eſt? Sed quodlibet horum ſit, ſuper lapidem libauit Iacob, non lapidi libauit. Non ergo ſicut idololatræ ſolent aras ante lapides conſtituere, & tanquam dijs libare lapidibus.*

Teſtimonijs D. Auguſtini refellitur omnia Caluini in Catholicos propter imaginum adorationem conuicia.

Quod Auguſtini vnicum reſponſum omnia illa impudentiſſima conuicia Caluini, quæ iacit in Catholicos, quaſi propter hunc Imaginum cultum idololatras factos, confringit; & manifeſtè docet, omnia illa Auguſtini teſtimonia contra Ethnicos adducta (quæ, velit nolit Auguſtinus, iſte calumniator contra nos in hiſce inſtitutionibus improbè detorquet) nihil ad Chriſtianum hunc Imaginum cultum pertinere.

Veneratio imaginum Chriſtiana cuiuſmodi ſit.

Quare ſi Iacob Caluinus liberare velit, multo magis nos à tam turpi ignominia liberabit, qui per Imagines, & ad Imagines non eas (abſit) ſed Chriſtum vel Sanctos, quos repræſentant, colimus; vt Iacob Deum per lapidem veneratus eſt. Neque enim Imaginem Sancti pro ipſo Sancto, nec Sanctum pro Deo, vt

Caluini in Catholicos conuicia in Iacob patriarcham recidunt.

iſti criminantur, colimus. Quare Caluinus dum nos criminatur, ipſum Iacob, & ſcalam illam admirabilem, cui Iacob Dominum innixum, atque ita Chriſti paſſionem vidit, criminatur.

Scala, quam vidit Iacob, fuit figura Crucis. Auguſtinus.

Quid eſt enim in ſcalam incumbere, inquit Auguſtinus, *niſi in ligno pendere? & Scala enim, vſque ad cælos attingens, Crucis figuram habuit. Dominus innixus ſcalæ, Chriſtus crucifixus oſtēditur.* Hæc ille. (Auguſtin. ſermon. 79. de tempor. tom. 10.) Quid eſt ergo hodie in Eccleſia Crucis figura aliud, quàm ſcala Iacob, quàm paſſionis Chriſti repræſentatio? Perculſit illud cæleſte ſpectaculum Iacob animum, miroq; Dei amore, qui tanto

eum ſpe-

eum ſpectaculo dignatus eſt, incendit. Quare in eo potiſſimum loco, vbi ſcalam vidit, Deum colendum ſtatuit. Quid nos? An aliud quicquam, quàm quod Iacob fecit, facimus? An non ad Crucem quaſi ſcalæ innixum Dominum adoramus? An non illuſtria ſæpe in Eccleſia Dei ad hanc ſcalam ſigna diuinitus ſunt edita? Vt verè poſſimus dicere, *non eſt hic aliud quàm domus Dei.*

Chriſtianos ad Chriſti Crucem idem hodie facere quod olim Iacob ad Scalam.

At Caluinus cum ſociis nouâ hac Theologiâ non ſolùm illud Chriſti à Deo patre vncti, & vnctionis noſtræ in Chriſto per Eccleſiæ chriſma myſterium, & ſacras templorum dedicationes, quas hoc etiam Iacob factum abumbrabat, ſed ipſam ſcalam, id eſt, Chriſti Crucem è templis ſuis, vt iam deinceps Diabolus in eis triumphet, magno ſacrilegio ſuſtulit. Quare ſi hunc patres locum ad adorandas Imagines accommodarunt; ſcitè, commodè, ac piè id eos feciſſe, nemo niſi impius diffiteri poterit.

Dedicationes templorum, & Chriſtiana vnctionis myſterium facto Iacob adumbrata fuiſſe.

In eadem Adrianus Epiſtola oſtendit, non ideo habendas Imagines, quia homo ſit Imago Dei, vt ſuo more nugantur Carolus, ac Caluinus, ſed ita colligit: Homo ad Imaginem Dei creatus, & libero ornatus arbitrio, multa fecit ad Dei cultum, de quibus nihil erat mandatum: ſic Abel ex primitiis ſuis obtulit: Noë altare, Iacob lapidem erexit; quorum tamen pietas Deo erat grata: proinde cùm nos per Imagines, Chriſti ac Sanctorum memoriam atque honorem apud nos conſeruamus, noſtrumque in eos amorem oſtendimus (licet de his nihil Deus præceperit) hoc tamen noſtrum obſequium Deo diſplicere non poteſt.

Act. 1.

Adriani pro imaginibus argumentum quale fuerit, verè indicatum, & à nugatoriis Pſeudocatoli & Caluini calumniis aſſeritur.
Abel.
Noë.
Iacob.

Vſus eſt etiam Adrianus in eadem epiſtola, beati Stephani Boſtrorum Epiſcopi teſtimonio quodam; qui affirmabat, hominem non dicendum idolum, cum ad imaginem Dei ſit creatus. Vbi oſtendit, omnem Imaginem ſiue Angelorũ, ſiue Prophetarum, ſiue Apoſtolorum, ſiue Martyrum in nomine Dei factam, ſanctam eſſe; nec dicendam, vt Caluinus aſſerit, idolum: nec nos lignum adorare, ſed illud, quod in ligno datur contemplandum; atque ita non niſi per recordationem, venerationem exhiberi.

Homo non eſt Idolum, quia ad imaginẽ Dei factus; nec imagines Sanctorum in nomine Dei facta idola ſunt dicenda.
Quid adoretur in ligno.

Hic vero Caluinus, omiſſis iſtis, Ioanni, qui nihil huiuſmodi dixit, conuiciatur. Et cum re vera nihil haberet, quod meritò arroderet, voluit homo callidus lectoribus perſuaſum, Catholicos Anthropomorphitas eſſe, & exiſtimare Deum eſſe corporeum. Atque ideo ridiculè illa; *Sicut audiuimus, ſic & vidimus*; &; *Oſtende mihi faciem tuam*; quaſi in eum ſenſum à patribus citata, producit.

Putida & impudentes Caluini in Catholicos calumnia.

Ad quam calumniam retundendam, ſatis erit verba ipſa audire. *Videmus igitur*, inquit Epiphanius, *omnes & intelligimus, quòd & ante ſex ſacras Synodos, & poſt has etiam Sanctorum picturæ in Eccleſia traditæ fuerint, non aliter ac ſacra Euangelij lectio. Nam quæ leguntur vbi ad aures venerint, ad animum deinde legamus, & tranſmittimus; & quæ oculis videmus in picturis, ea quoque mente complectimur;*

Nica. 2. Synod. Act. 6. tom 1. pag 555. 556.

Caluini mera calumnia verbis ex Nicena Synodi citatis retunditur.
Epiphanius.

complectimur; atq; ita per duo iſta inuicem conſequentia (lectionem, inquam, & picturam) vnam cognitionem acquirimus, qua ad recordationem rerum geſtarū peruenitur. Vnde è duobus iſtis ſummis ſenſibus, in Canticis Canticorum inuenire licet efficacem connexionē. Sic enim ibi dicitur; Oſtende mihi faciem tuam; & audire me fac vocem tuam. Vox enim tua ſuauis, & facies tua ſpecioſa. Quibus nos cōuenienter, & illud ex pſalmo accantamus: Quemadmodū audiuimus, ita & vidimus. Hæc Epiphanius; hæc patres. Vbi, quæſo, audit hic Caluinus, Deum aſpectu cognoſci? Hanc Caluinus calumniam pro malitia ſua adhibuit. Quam inſigniorē quoq; eo reddidit, quòd hanc ſententiam, quaſi noua Medæa miſerè lacerat, & duobus patribus, (quæ vnius eſt Epiphanij) ridiculè attribuit: quaſi eo ſcripturæ loco: *oſtende mihi faciem tuam*; Imagines habendas, vt ſolida probatione, confirmare niterentur. Quis itaq; impudentem iſtam Caluini contra patres calumniam non videt? vident certè omnes, qui noctuæ eſſe nolunt, & in ſumma luce cæcutire: quales ſunt tui Euangelici, & inter eos Caluini ille nobilis diſcipulus, qui à præceptore circumuentus, putarat, Nicænos patres ad Imaginum cultum ſtabiliendú hac auctoritate; *ſicut audiuimus, &c.* &; *oſtende mihi faciem tuam*; tanquam cauſſæ firmamento abuſos. Caluinus certè duplicem calumniam apponit, cùm eam ſententiam Ioanni Orientalium legato affingat, vero auctori detractam, & auctori verum quoque ſenſum detrahat. Sic & illas alias contra Adrianú calumnias ſola epiſtolæ lectio, velut ſol ſuo acceſſu tenebras, diſpellit. *Salomon*, inquit, *in eo templo, quod Domino ædificauit, Cherubim in gloriam Dei fecit, & diuerſis coloribus illos adornauit. Quare ergo non & nos quoq; ſentientes rectè, confeſſionem fidei noſtræ, & ſpecioſitatem domus Dei, ex diuerſis coloribus & picturis exornabimus? cùm Dauid canat: Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ.* Hæc Adrianus. Quod ſi recalcitret, & pugnax adhuc eſſe velit; relegabo eum ad ipſum Carolum, qui lubens Imagines, vt Eccleſiæ ornamenta, & ad rerú memoriam amplectitur; nec minus Caluino, & ſociis eius, qui eas de templis deturbant, quàm iis, qui eas adorant, iraſcitur. Mox in prædicta epiſtola hæc inſequuntur: *Rurſus idem aduentū & incarnationem filij Dei Seruatoris noſtri prædicans, magnificè faciem illius iuxta diſpenſationem incarnationis illius adorandam cenſet, dicens: Exquiſiuit te facies mea, faciem tuā Domine requiram. Iterum; Faciem tuam ſupplicabunt omnes diuites populi. Rurſus; Signatū eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine.* Quæ iſte teſtimonia, quaſi à pluribus dicta, cùm nemo patrum eorum quicquam dixerit, quippe quæ vna Adriani illa epiſtola complectitur, ad Imperatorem quidem miſſa, ſed poſtea in Synodo lecta, ſuo more diſtrahit, & ad ſuum per calumniam, non auctoris, ſenſum rapit. Quod ſi iſta nouo noſtro Ariſtarcho

extra

Lectio & pictura cognitionem rerum inſinuant.

Auditus & aſpectus duo præcipui ſenſus coniurant amicè.

Impudens Caluini calumnia.

Sententia veteratoriè à Caluino diſtracta & diuiſa.

Petri Datheni cæcitas.

Duplex Caluini calumnia

Adrianus.

Imagines ornamenta templorum.

Caluini et Pſeudocaroli inter ſe diſſidium.

Adrianus.

Adriani ſolius verba Caluinus pluribus falſo attribuit, & alienis ex ſuo eiſdem verbis ſenſum malitioſè affingit.

Cant. 2.

Petr. Dathenus Reſp. 2. contra Barth. Latom.

Act. 2.

3. Reg. 6.

Pſal. 25.

In præfat. & lib. 4. ca. 19. lib. 2. 13. & 23.

Pſal. 26.

Pſal. 44. & 4.

extra cauſſam, aut alienius ab Adriano dicta viſa ſunt; cur aliorum patrum, Athanaſij, Baſilij, Gregorij Nyſſeni, Ambroſij, Hieronymi, Auguſtini, Chryſoſtomi, Cyrilli, Stephani Beſtrorum Epiſcopi auctoritas, qua ille ſuam epiſtolam munit, tam leuis ei videtur? Atqui ex iſtis ne vnum quidem tantus Dux vel nominare auſus eſt. Atq; iſta quidem licet contra Caluini conuicia ſufficerent ad patres ab omni calumnia vindicandos, vereq; eorum ſententiam explicandā; quia tamen tam odioſum facit, tamquam à cauſſa Imaginum abhorrēs illud dictum; *Deus creauit hominē ad Imaginem ſuam*; & huic tantum tribuit; *Deum ſolo auditu cognoſci*; velut ex abundāti aliquid de hac tota re adiiciemus. Primùm itaque lubentes fatemur Eccleſiam iam olim, vt reliquas hæreſes, quarum multas Caluinus ſepultas orbi rurſus inuexit, ita & Anthropomorphitarum damnaſſe. Nec ignoramus variā eſſe illius loci; *Deus creauit hominem ad Imaginem ſuam*, patrum interpretationem. Alij Imaginem, quatenus reſpicit Trinitatem, cui in homine reſpondet intellectus, voluntas, memoria: Alij Imaginem Dei, dominium, quo omnia homini ſubiiciūtur, interpretantur: Alij propter opera Dei, quæ homo ad Dei imitationē facit (alioqui propter intelligentiam, voluntatem, memoriam eſſent & Angeli Dei Imagines) Alij, in quo potiſſimùm illa imago ſit collocanda, nō ſatis ſe aſſequi poſſe putant. Arctiſſimā verò cum Deo coniunctionem ſignificare, & rem, quam ſignificat, referre; apud omnes conſtat. Sic Chriſtus ſe Imaginē Patris dicit. Sicut enim, qui videt Imaginem alicuius, videt eum, cuius eſt Imago; ita per verbum Dei, quod eſt Imago Dei, Deum homo videt. Atq; ideo Chriſtus dixit; *qui videt me, videt & Patrem meum*. Quanquam in Chriſto ſingulare eſt, vt hæc in eo Imago ſit eadem ſubſtantia, quę patris, quem refert. Nec tamen aut imaginis, aut vllam aliam inter homines vocem, non vitam, non mentem, non Deum denique, ſi Dionyſio credimus, non terribile illud apud Hebræos *tetragrammaton*, quod ſcribi quidem ſolebat, legi non ſolebat; Diuinitatis naturam, aut eſſentiam explicare poſſe credimus. Quemadmodum itaq; certum eſt, mentis noſtræ ac animæ ornamentis nos quàm proximè ad Dei illam Imaginem accedere; ita, exploſa illa Anthropomorphitarum inſania, non omnino ineptè aliquam Dei Imaginē, etiam corpore tenus, forſan dixeris. Non quia Deus corpore veſtitur; abſit; ſed quia ſæpe ſe in humana forma hominibus oſtendit, nec in ea modo ſe filius oſtendit, ſed eam cum humana carne, quam ex matre ſumſit, etiam induit. Qui, vt Paulus ait, *formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, habitu inuentus eſt vt homo.* Ad quam in Chriſto futuram ſimilitudinem, humanamq; eius formam, ab æterno ante omnes creaturas conditas ei præſtitutam & prædeſtinatā, aliquot ex patribus

Quantā patrum auctoritate fulta ſit Adriani Papæ pro imaginibus epiſtola.

Expenditur ſententia de homine ad imaginem Dei creato.

Anthropomorphitarum hæreſis ab Eccleſia damnata.

Deus creauit hominem ad imaginē ſuam, quā variè patres interpretentur.

Conſenſus patrum in eius ſententiæ explicatione.

Baſil. contra Sabellianos et Arium.

Athanaſ. lib. 4 cont. Arianos

Chriſtus ſingulari modo imago patris.

Nicæn. 2. Synod. Act. 4. pag. 522. 523.

Nulla inter homines vox poteſt explicare naturam & eſſentiam diuinitatis.

Dionyſius.

Quomodo imago aliqua Dei etiā corpore tenus non ab ſurdè dicatur.

Daniel 7. Ezech. 1. Apocal. 4.

Deus ſe in humana forma hominibus oſtendit.

Philip. 2.

ex patribus reſpicientes de humana illa forma, quam aliquando ſumturus eſſet Chriſtus, nec de ſola Diuinitatis imagine locum illum ſunt interpretati: vt ſi eò quoque quod non fecit) reſpexiſſet Adrianus, res non fuiſſet tam abſurda, atque iſti haberi eam volunt. Auguſtinus præterea illud Pauli; *cõformes fieri imaginis filij Dei*, ad corporum noſtrorum reſurrectionem refert. Chriſtum certè Deum, non ſolo auditu, ſed adſpectu etiam atque picturis, quæ nobis eum natum, paſſum, reſurgentem, adſcendentem in cælos, & demum ad iudicium illud horribile deſcendentem repræſentant, ſi quis cognoſci neget; is ſanè adhuc, quid ſit eſſe Chriſtianum, planè ignorat.

Cypr. de habit. virg.
Origen. Homil. in Geneſ.
Irenæus lib. 5.
Tertul. de reſurr. carnis.
Procopius in Geneſim.
Gloſ. Aloyſ. Lippomani in Geneſ.
De ciuit. Dei lib. 22. ca. 16. & 17.

Auguſtinus.

Chriſtũ Deum non ſolum auditu, vt nugatur Caluinus, ſed adſpectu etiam & picturis cognoſci.

Picturas eſſe libros rudis & imperitæ multitudinis: & quibus potiſſimum de cauſis in Eccleſia habeantur.

CAP. V. IRENÆVS.

IAM quid facies ſurdis à natura, qui & muti ſolent eſſe, quo modo vllam illi religionis partem, niſi ſignis & imaginibus percipient? Quid quòd multæ atque amplæ nationes, noſtra ac patrum memoria inuentæ, nullis aliis litteris, quàm imaginibus vſæ ſint. Id quod olim ab antiquiſſimis Ægyptiis obſeruatum fuiſſe, animaduerti poteſt in litteris illis Hieroglyphicis, quibus, cùm animalium & aliarum etiam rerum imagines eſſent, animorum ſuorum ſenſa ſolebant, quemadmodum nos iam litteris, exprimere: vt exempli gratia; cùm vellent vitam venturam ſignificare, *Crucis* imaginem effingebant, ✠. Certè proditum eſt, puerum quendam mutum in India à patribus ſocietatis IESV baptiſmum per ſigna ſtudioſè poſtulaſſe. Qui religioſè atque venerabundè Chriſti in Crucem acti imaginis latus, manus, pedes contrectando atque oſculando, aliiſque ſignis, Chriſtum pro peccatis mundi obiiſſe, ſummamq́; reliquæ religionis intellexiſſe, nec imaginem illam pro idolo, vel pro Chriſto ipſo accepiſſe, ſatis demonſtrabat: ita quidem vt patres dignum cenſerent, qui baptiſmo expiaretur. Hæc cùm ita ſint, miror Caluinum affirmare, nihil nos ex picturis de Deo cognoſcere. Quid an voces ipſæ, quibus omnem noſtrã de Deo ſententiam explicamus, non ſunt ab hominibus ad id, vt ad reliquas res inſtitutæ? Quas ſi picturæ ſine voce referrent, & litterarum officium imitarentur, nihil quidem certè ea in re impietatis: neque adhuc video, quin excellentius quoddam docendi genus dici poſſet. Certe *picturas eſſe*

Surdi à natura per imagines ſolas docentur.

Multæ nationes imaginibus pro litteris ſunt vſæ.

Aegyptiorum litteræ Hieroglyphica.

Ruffin. Eccle. hiſt. lib. 2. ca. 29. & Sozom. lib. 7. cap. 25.

✠

Crux littera Hieroglyphica quid ſignificet.

Puer mutus ſignis quibuſdam ad imaginem Chriſti demonſtrauit ſe baptiſmum petere, & obtinuit.

Vide Epiſtol. patrum ſocietatis Ieſu.

Laicorum

Cap. 3. inſtit. articul. 26. ſed in recentiore editione lib. 1. cap. 11. articul. 5.

Pictura Laicorũ libri.

Laicorum libros, docuit ante mille pæne annos Gregorius; *Quod legentibus*, inquit, *ſcriptura, hoc idiotis pictura præſtat cernentibus, quia in ipſa ignorantes vident, quid ſequi debeant; in ipſa legunt, qui litteras neſciunt*. Sed Gregorium Caluinus *in ſchola Spiritus ſancti edoctum*, negat. Credo quòd, vt olim in ſe ac ſuis Montanus, ita iam Caluinus in ſe ac ſuis aſſeclis Spiritum ſanctum tantummodo reſidere exiſtimet. Quod tamen, nõ dico Catholicis, ſed ne Luthero quidem probabit: qui quales ſint Iconomachorum ſpiritus, mirificè deſcribit, *Boni*, inquit, *Domini, non eſt hic Diaboli ſcopus, vt oppugnentur Imagines, ſed vult ſibi foramen fieri, per quod ſanguinem profundat, & cædes faciat in orbe terrarum. Spiritus Iconomachorum non eſt bonus: ſpirat enim cædes & ſeditiones, etiam ſi celet & diſſimulet ad tempus, quã diu non videt opportunitatem*. Quare & aduerſus cõcionatores, qui plebem ad Imagines diſturbandas animabant, grauiſſima exempla edi voluit, & in eos ſeueriſſimè animaduerti. Sed inſolentem hunc ſpiritum Baſilius iam reprimat, qui; cùm Barlaam Martyrẽ eleganti & ornato, vt ſolet, dicendi genere amplificaſſet, & ſe tamen laudibus tanti Martyris pro dignitate prædicãdis imparem videret, pictores euocat, vt quicquid ipſe oratione obſcurius delineaſſet, illi ſuis coloribus illuminarent, atque illuſtrarẽt. A quibus ſe planè victum fatetur. Ex quo loco duplicis mendacij Caluinus ruus conuincitur; vnius autem, quòd neget picturas vllum omnino adiumentum afferre ad hominũ mentes aliqua Dei cognitione imbuendas; alterius verò, & illius quidem inſignioris, quòd auſus ſit in ſuis inſtitutionibus, quingentis ferè annis nullas fuiſſe in Chriſtianorum templis Imagines, affirmare. Nec Baſilium ſolùm, ſed & ſanctiſſimum atq; doctiſſimum eiuſdem fratrem Gregorium Nyſſenum, vt de aliis, quos ante recenſui, taceam, aduerſarium ſibi habet: quorum impreſſionem nullo modo ſuſtinere poteſt. Ob tres certè potiſſimũ cauſſas (quarum iam duas ex Baſilio & Gregorio attigimus) Eccleſia Imagines ſemper retinuit. Sũt enim rudibus & imperitis inſtar librorum. Pietatis verò & Diuini amoris nõ ſolũ in imperitis, ſed & in ſanctiſſimis & doctiſſimis hominibus earũ ſeria contemplatio ardorẽ vehemẽtiſſimè accendit. Quod exẽplis Aſterij & Gregorij Nyſſeni ex Septima Synodo oſtendimus: Vt minus iam ſit neceſſe ad profanas hiſtorias confugere, vt doceamus, quanta vi humanos ad ſe affectus abripiant Imagines. Qualis in eo genere inſignis extat de Imagine Iulij Cæſaris occiſi in cera expreſſa, quæ mox populi animos ad cædis vltionem excitauit. Ex Hippocrate præterea & Galeno, quanta vis ſit Imaginum, facilè intelligitur. Quorum alter prodit ſe mulierem adulterij nomine ſupplicium ſubituram, quòd puerum edidiſſet pulchriorem, quàm qui parentum vllam ſimilitudinem referret, inde liberaſſe, quòd in cubiculo, vbi con-

Contra caleſtes prophetas.

Quo Spiritu agantur Iconomachi, Luthero teſtimonio.

Orat. in Barlaã Martyrẽ.

Baſilius.

Pictura magis quàm oratione res illuſtrantur.

Caluinus duplici mendacij arguitur.

In vita Gregor. & Theodori Martyr.

Gregorius Nyſſenus.

Tribus de cauſſis Imagines in Eccleſia retẽta.

Vide Apianũ li. 2. de bel. ciuil.

Imagines hominum affectus mirifice mouere.

Duæ ex Hippocrate & Galeno hiſtoria.

cepiſſet,

ceperiſſet, an aliqua Imago fuiſſet appenſa, præceperit inſpici. Alter verò ſcribit, diuitem quendam, qui prolis formoſæ parens eſſe cupiebat, pulcri pueli effigiem eleganter pictam vxori tradidiſſe, hocque dediſſe conſilij, vt dum liberis operam daret, eam inſpiceret: quod cùm ille feciſſet, rem ex animi ſententia cecidiſſe. Adhæc Imagines renouant non minore cum vtilitate, quàm voluptate rerum præteritarum memoriam, eaſque ad poſteritatem tranſmittunt. At clamabit tamen Caluinus, Deum ſolo auditu, non vlla Imagine cognoſci. Quaſi verò vox, aut litteræ magis, quàm picturæ in ipſam Diuinitatis naturam penetrent. An non & ipſe auditus vnus ex ſenſibus? Sed miror Caluinum dicere, ſolo auditu cognoſci Deum? An Diuinitas in vnum, magis quàm alium ſenſum cadit? An in vllum concluditur: cùm ne à Chriſto quidem *filio Dei pater corporeis oculis videatur?* Vocem quidem Dei in rubo audiuit Moſes, an ideo vocem habere videbitur? quin ergo & cetera corporis membra. Sin non naturam, neque eſſentiam Dei, ſed voluntatem ac mandata eius in aures noſtras, ac deinde in animos tranſmitti dicat; nec Eccleſia quidem quicquam in Deo corporeum fingit, aut pingit; ſed eam tantùm formam, qua ſe Deus hominibus oſtendere dignatus eſt, ad tanti beneficij memoriam effingit; eiuſque voluntatem, præcepta, atque in humanum genus beneficia, quacunque poteſt ratione, ſenſibus omnibus (vt par eſt) offert atque ingerit. Hæc verò, quæ de homine ad Imaginem Dei facto diximus, etſi eo, quem recenſuimus, intellectu, aliquo modo ſuſtineri poſſint: non tamen aut illi olim patres, aut reliqui hodie Catholici arbitrantur, eam ſententiam propriè ad corpus referendam, quæ fuit Anthropomorphitarum, ſed iam diu exploſa ſententia. In hac verò de Imagine Dei diſceptatione cauenda diligenter eſt Euangelicorum quorundam, Oſiandri præſertim abſurda opinio. Ille enim aſſerit hominem, cùm ſit Imago Dei, fieri omnino eandem Imaginẽ Dei, quæ eſt Chriſtus, filius Dei & Mariæ. Atque iſta mihi hactenus de Adriani epiſtola dicta ſunto; in qua & illud obiter animaduertendum puto; Hieronymum illam Dauidis; *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui, Domine;* ſententiam ad Crucem, quam fronti, & reliquo corpori imprimimus, ſollemnemque ſignandi nos Cruce morẽ, quantumuis noui iſti Iuliani eum omnino irrideant, referre. *Quod olim, inquit, in lamina monſtrabatur, nunc in ſigno oſtenditur Crucis, auro legis ſanguis Euangelij precioſior eſt. Tunc ſignum iuxta Ezechielis vocem gementibus figebatur in fronte, nunc portantes Crucem dicimus; Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui, Domine.* At ſi iſtos magiſtros audire volumus, non erit Crux in fronte lumen vultus Dei, ſed Diaboli tenebræ, & planè idololatria. Etiam Caluinus non cum Nicænis patribus, ſed cum Hieronymo expoſtulet, quòd hũc Dauidis

Caluinus ad Piſcenum lib. 4. cap. 14.

Diuinam naturam in nullum ſenſum cadere, & proinde non ſolo auditu, vt Caluinus nugatur, cognoſci.

Chriſtus non vidit patrem corporeis oculis.

Aug. Epiſt. 102. tom. 2.

Deum cur forma corporea aliqua, & quo modo repræſentetur.

Homo ad Imaginem Dei creatus nõ dicitur ſecundum corpus niſi impropriè.

Oſiandri de Imagine Dei opinio.

Vide Staphilũ de Lutheran. cõcordia.

Illum Dauidis verſiculum, Signatum eſt ſuper nos &c. ab Hieronymo ad ſollemnem Cruce nos ſignandi morem referri.

Pſal. 4. tom. 8. & in Ezech. cap. 9. tom. 5.

Hier. ad Fabiolam de veſte Sacerdot. tom. 3.

Hieronymus.

uidis verſiculum turpiter, & ridiculè ad Crucis vſum deflexerit. Si quis iam ocio ſuo abuti, ac valentem audire Sophiſten, vanúque Rhetorem velit; eum ego ad iſtum Carolú, & illius ineptias, quas contra illa Adriani teſtimonia effundit, relego.

Lib 1.ca.7. 8. 10. 13. 24. 29. 30. lib.2.ca.10.

Repellantur calumniæ Caluini tam contra Ioannem Legatum, quàm Theodorum Epiſcopum: & confirmatur hiſtoria de adoratione Imaginis Sanctiſſimæ Dei genitricis Mariæ.

CAP. VI. IRENÆVS.

IAM itaque ad Ioannem redimus, & Caluinum tuum præclaram illam ſuam lucernam, ad quam iſta lucubratus eſt, maiore olei acceſſione accendere admonemus, vt ex tribus, quæ ei impingit, vel vnum eorum à Ioanne ita dictum probet. Quæ vt nó dixit, ita nec Carolus quicquam huiuſmodi illi obiicit. Subodoror tamen cauſſam, cur hanc inuidiam de lupanaribus in Ioanné potiſſimùm deriuare voluit. Is enim, atque Thomas *ſingulari viuendi ratione celebres*, vt teſtatur Photius, *& ſacro honore inſignes*, ſuſtinuerunt perſonam totius Orientis, ad Synodum ab Eccleſia Alexandrina, Antiochena, ac Hieroſolymitana legati. Quæ Patriarchicæ ſedes, miſſis per Ioannem & Thomam literis, Catholicam ſuam de Imaginibus ſententiam expreſſere, & Pſeudoſynodum illam Conſtantinopolitanam exſecratæ ſunt. Magnum itaque in Synodo pondus Ioannis ſententia, totiusq; Orientis conſenſum ſuſtinuit. Hinc illa Caroli ac Caluini inuidia: hinc ille nó Ioannis (qui nihil eorum, quæ profert Caluinus, dixerat) ſed Caluini ipſius inconſideratus calor, quo vltra magiſtrum impudenter mentiendo prouectus eſt. Nec mihi longe à canis natura abeſſe videtur, qui lapide percuſſus, non ferientem, ſed proximum quemque, inuadere ac arrodere ſolet. CRIT. Neſcio quo modo omnia Caluino noſtro hactenus, quod fateri vel inuitus cogor, aduerſari video; nec, quod pro eo reſpondeam, quicquam iam idoneum habeo. Sed ſit ita, quoniam ita neceſſe eſt, alius dixerit, non Ioannes; turpiter certè & flagitioſè, à quocunque dictú ſit, illud de lupanaribus dictú videtur. IREN. Tu rei ipſius, atq; hiſtoriæ ignorantia huc prolaberis: quæ cóſcripta fuerat ducentis ferè ante Synodú annis à ſanctiſſimo Hieroſolymitano Epiſcopo Sophronio, qué ſexta Synodus magnis laudib⁹ effert, cui⁹ hodie opera, & in illis iſta hiſtoria, exſtát. Hác aút ille hiſtoriam, re & memoria totius narrationis adhuc recenti, à Theodoro Æliota, ſanctiſſimo Abbate, accepit, qui ea ſe retulit dixiſſe cuidam, quem Dæmon grauiter infeſtabat, & omni ratione deterrebat ab Imagine quadam Sanctæ Dei genitricis, ferentis Dominum noſtrum

Photius de 7. Synod. In Euthymij Panopl. tit. 24. Niceph. in annal. lib. Conſtantinopol. Eutropio adiunct. lib. 23. hos magnis laudibus effert. Act. 3.

Caluinus cur ex ſententia de lupanaribus inuidia n cóflare Ioanni legato voluerit.

Ioannis & Thomæ, legatorum totius Orientis laudes.

Pſeudocaroli & Caluini in Ioannem inuidia & ex inuidia in eundem Caluini mendacium.

In prato ſpirituali ca. 45.

Sophronius Hieroſolymitanus Epiſcopus.

Theodorus Æliota.

ſtrum Ieſum Chriſtum, pro more ſuo adoranda. Sed quò tota hiſtoriæ ſeries magis tibi innoteſcat, volo eam ex Sophronio recitare. *Dicebat Abbas, inquit, Theodorus Aeliotes, quòd fuerat quidam incluſus in monte oliuarum certator maximus. Impugnabat autem illum fornicationis Spiritus. Die verò quadam cùm inſtaret illi vehementer, cœpit eiulare ſenex, & dicere Dæmoni: Quandiu non dimittis me? Recede iam à me, qui mecum conſenuiſti. Apparuit autem ei Dæmon viſibiliter, dicens: Iura mihi, quia nemini dices, quod tibi dicturus ſum, & te non amplius oppugno. Iurauitq́ illi ſenex, dicens: Per inhabitantem in altiſſimis, nulli dicam, quæ mihi dixeris. Tunc ait illi Dæmon, Noli adorare hanc Imaginem, & vltrà te non impugnabo. Habebat autem hæc Imago expreſſam figuram Dominæ noſtræ ſanctæ Dei genitricis Mariæ, ferentem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Ait incluſus Dæmoni: Dimitte me, vt deliberem. In craſtinum autem hoc ſignificauit ipſi Abbati Theodoro Aeliotæ, tunc habitanti in Laura Pharan, narrauitq́ illi omnia. Senex autem ait incluſo, Verè, Domine Abba, illuſus es, quia iuraſti Dæmoni. Veruntamen benefeciſti, hoc reuelans. Expedit autem tibi nullum in iſta vrbe lupanar omittere, quod non ingrediaris, quàm vt neges te adorare Deum, & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum cum matre ſua. Confirmatum igitur & corroboratum pluribus verbis reliquit illum in loco ſuo. Apparuit ergo Dæmon incluſo rurſus, dicens; Quid hoc eſt, peſſime ſenex? Nonne tu iuraſti mihi, quia id nemini diceres? Et quare dixiſti ei, qui venit ad te? dico tibi, quia vt periurus in die iudicij iudicaberis. Reſpondit incluſus, dicens; Scio quidem, quia iuraui; veruntamen Dominum, & creatorem meum adorabo; tibi autem non obediam.* Hæc Sophronius. Diſcat iã Pſeudocarolus tuus ab eo ipſo, quem tàm ridiculè oppugnat, Adriano Papa, Germani illius Caroli vnicis deliciis, in eoq; reſponſo, quo ad Carolum hunc miſſo, alterum illum tuum ſuppoſiticium omnino refutat, quàm graue & ſolidum ſit hoc Sophronii teſtimonium. De quo ita Adrianus: *Hoc teſtimonium, inquit, ex libro præcipui doctoris ſancti Sophronij oblatum eſt: & nullus eſt, vt opinamur, inter Orthodoxos Chriſtianos, qui eius Deiloqua dogmata, vel quodlibet explanationis opuſculum reſpuere auderet.* Ex hac autem hiſtoria conſtat ante mille annos, pios viros Imagines adoraſſe, eumq́ue cultum Dæmonibus fuiſſe inuiſum. Neque voluit, quantumuis à Dæmone exagitatus, vir ille ab Imagine hac adoranda deſiſtere. Non enim adhuc nota erat orbi quinti huius Euangelij, quam eius Princeps Lutherus à Dæmone hauſit, Theologia. Hanc, vt celeberrimam hiſtoriam & Sophronius; & poſt eũ Ioannes Damaſcenus ſcripſere; & in Synodo non Ioannes, ſed Stephanus quidam ex libro Sophronij bis recitauit: vt demirer, vbi mens Caluini ſit peregrinata, cùm hæc ſcriberet. Hæc autem hiſtoria adeo vrebat illius temporis Iconomachos, vt eam paſſim ex libro Sophronij, vel exſcinderent, vel vitiarent. Carolus verò, licet pro

Dæmon prohibuit virum piũ adorare Imaginem B. Mariæ Chriſtum geſtãtis.

Imagines ante mille annos à piis viris adoratæ.

Caluinus falſò attribuit Ioanni legat., quæ Stephanus Epiſcopus dixit.

In ſcripto Adriani de Imaginibus ad Carolum Magnum c. 14. quod eſt tom. 3. Conciliorũ ann. 1567. Colon. pag. 219.

Damaſc. in Apolog. 3. contra Imaginum oppugnatores.

Act. 4 pag. 520. & act. 5. pag. 548. Nicæn. 2. Synod Act. 5. pag. 548.

more eleganter in campo illo ſuo Rhetorico ſurſum ac deorſum

Pſeudocaroli minus pernicioſitas quàm Caluini.

Lib. 3. cap. 31.

ſe contra Theodorum illum Abbatem verſet, candidius tamen agit, quòd cum ipſo auctore, & non Ioanne, quemadmodum Caluinus, congrediatur. CRIT. Hanc omnem rem iam intelligo,

Act. 4. pag. 513.

nec putaſſem aut tam antiquam, aut à tāta auctoritate profectam fuiſſe hanc hiſtoriam. Illud verò perridiculum eſt, ſomnium alicuius, quaſi oraculum ad confirmandam Imaginum adorationem proferre. Nec ſatis certè ſolidum videtur, aut efficax ad conuincendum, quod de adorato Pharaone, aut virga Ioſeph traditur. IREN. Quid mihi ſomnia narras? Quanquam iniquius facis, cùm apud veſtros etiam ſomnia Philippi Melanchthonis di-

Obiicitur.

Refellitur.

Melanchthonis ſomnia.

Lib. 3. cap. 26.

uinum aliquid ſemper præ ſe ferant. Mitto hîc Carolum ex Macrobio, & Catone multa egregiè de ſomniis ſomniantem, &, cùm maximè vigilare videri vellet, ſtertentem; mitto fortes illos & maſculos ſyllogiſmos, quos tanquam clauam Herculeam, contra vētum & aërem contorquet. Venio ad Caluinum, in quo leuiora illa prætermitto, quòd pro Theodoro Theodoſiū, pro Diacono Archidiaconum ſupponat; nec iam illud vrgeo, quòd, qui ſua nobis ſomnia adoranda proponit, illuſtria beneficia Sanctorum, & illuſtres apparitiones, quæ ſæpius per ſomnia hominibus contigerunt, ſuo more irrideat: nec illud quidem quæro, cur omiſſis ferè omnibus inſignium auctorum teſtimoniis, atque clariſſimis ſignis, quibus Deus adorationem Imaginum ſibi placere oſtendit, Theodori ſomnia impetat; ſed multo poti⁹, quòd ne hîc quidem ab inſigni mendacio abſtinere voluerit. Quare ego iam hāc

Pſeudocaroli de ſomniis diſputatio.

Caluini errores.

Act. 4. pag. 513.

ſomniantis Caluini frigidam, & ieiunam calumniam diſſipabo. Fuerat recitata hiſtoria quædam de Platone Martyre, qui hominem in ſummo vitæ periculo conſtitutum à prædonibus eripuerat. Quem fuiſſe Platonem, homo ille ex Imagine ipſius agnouit. Tum ſubiecit Theodorus Epiſcopus, apparuiſſe quidem quendam in ſomniis Diacono ſuo, qui negociorum, quæ tum Epiſcopum ſolicitum habebant, felicem euentum (qui poſtea ſequutus eſt) pollicebatur. Quem Epiſcopus ex Imagine Diuū Nicolaum fuiſſe arbitratus eſt. Quid hic actū eſt de adoratione; cuius quidem nulla facta eſt mentio? Vbi quæſo ſomnium illud, quaſi cæleſte oraculum ad illam adorationem adſtruendam demiſſum, amplectitur Theodorus?

Plato Martyr ex conſpectu Imaginis eius agnitus apparuiſſe cuidam.

Diuū Nicolaum cuidam Diacono in ſomniis apparuiſſe ex Imagine eiuſdē innotuit.

Virgam à Iacob adoratam Crucis Chriſti, & Imaginum adorationem præſignificaſſe: & quò omnis noſtra referatur adoratio.

CAP. VII. IRENÆVS.

DE virga verò Ioſeph adorata exemplum, neſcio, cur repudiares.

Pſeudocaroli ridicula & futilis in eam verborũ Scripturæ interpretationẽ, quã à Septuaginta expreſſam, & à D. Paulo confirmatam Eccleſia approbauit, vociferatio.

Lib. 1. c. 13. *Cap. 11.*

diares. De qua (quia aliam lectionem propter Hebræorũ libros Hieronymus in Geneſi ſequitur) mirum quas Carolus iſte tragœdias excitet. *Noua*, inquit, *neceſſe eſt, poſt Moſen legis tradatur ſcriptio; noua poſt Eſdram legis repertatur reſtauratio; noua poſt Septuaginta interpretes, ſiue etiã beatum Hieronymum, quæratur tranſlatio: noua poſt Apoſtolos, & Apoſtolicos viros, Spiritu ſancto repletos, ſcrutetur tranſlatio*. Sed quæ eſt iſta impudentia, cùm hæc ipſa ſit vſitata Eccleſiæ, & ipſorum Septuaginta tranſlatio? quam & Paulus ad Hebræos ſequitur. Nec id ita eſſe aut Hieronymus (licet ex Hebræo aliam potius lectionem agnoſcat) aut quiſquam alius diffitetur. Atque ita cum Septuaginta Auguſtinus legit, nec leuem eos ſenſum habere putat, licet non diſſimulet illam aliam ex Hebręis tranſlationem: quamuis *Hebræa* etiam, vt doctiſſimus vir Iacobus Payua oſtendit, *ſublatis punctorum notulis* (quod Rabbinorum eſt inuentũ) *reddere vtrumque ſenſum facilè poſſint*. Chryſoſtomus verò hic demum illud impletum cenſet, quod Ioſeph ſomniabat, ſe à ſole & luna cum vndecim ſtellis adoratum. Etſi enim tum mater eius demortua fuerat, per maritum tamen, quaſi caput, eum adoraſſe intelligebatur. Adeo autem non eſt hoc exemplum à cauſſa Imaginum adorandarum alienum, vt nihil magis ſit accommodatum. Quod Leontius ille, de quo dixi, eleganter; & quò omnis noſter honor ſpectat, explicat. *Quemadmodum*, inquit, *Iacob non lignum adorauit, ſed per lignum Ioſeph, ita nos per Crucem Chriſtum adoramus*. Simili improbitate paullò antè Carolus Ioanni inſultarat, quòd Iſraël, [*mens videns Deum*,] interpretatus fuiſſet; & inter eius deliramenta ponit; & neſcire ſe dicit, an vllus patrum ita ſit interpretatus; cùm Ambroſius, Chryſoſtomus, & alij ampliſſimi patres ita interpretentur: adeo vt Hieronymus, licet aliud ex Hebræo ſequatur, grandis eos eſſe eloquentiæ & auctoritatis, & illorum ſe vmbra opprimi dicat, qui Iſraël, [*virum ſiue mentem Deum videntem*,] fuerant interpretati. Quid ſibi iam Caluinus velit per adorationem Pharaonis; vtrum cum Carolo magiſtro neget, Iacob eum adoraſſe, quia eo verbo non vtitur ſcriptura; aut ſi adorarit, hoc tamen non protrahendum ad Imagines, non ſatis ſcio. Sed ni fallor, vtroque ſpectat. Fateor exemplaria noſtra non habere adorationis vocẽ. At cùm adorationis varia ſint genera, eaque fiat, vel nudato capite, vel inclinato corpore, aut prorſus prono, atque etiam oſculo; mirum certè, cùm prono corpore fratres Ioſeph eum, quaſi Ægypto à Pharaone præfectũ, adorarint; aut hoc, aut alio adorationis genere ipſum Pharaonem cum patre non adoraſſe? Vtcunque ſit, & ex Scripturis conſtat, Abraham & Moſen etiam Ethnicos adoraſſe, & ante mille annos patres vel legiſſe, vel interpretatos fuiſſe, Iacob Pharaonem adoraſſe: hoc enim teſtimonium ex diſputatione illa Leontij contra Iudæũ petitum

Hieronymus. *Auguſtinus.* *Auguſt. ſuper Geneſ. tom. 4.*

Iacobus Payua. *Lib. 9. ethnodoxarum explicationum.*

Chryſoſtomus. *Chryſoſt. ſuper Geneſ. homil. 66.*

Exemplum virga à Iacob adorata maximè idoneum ad oſtẽdendam Imaginũ adorationẽ.

Leontius. *Act. 4. in diſput. contra Iudæum. pag. 516.*

Vocis Iſraël interpretatio perperam à Pſeudocarolo reprehenſa. *Lib. 1. cap. 11.*

Lib. 1. cap. 14.

Sententia de Pharaone à Iacob adorato expenditur.

Adorationis varia genera.

Geneſ. 23. *Exod. 18.*

Abraham & Moſen Ethnicos adoraſſe.

tium eſt. Iam quod noua hac Theologia, & neſcio quo frigido diſcrimine, iſtas adorationes ſecernat Caluinus; audiat ſe non à me, ſed à Leontio illo ſanctiſſimo, ac doctiſſimo Epiſcopo ante mille ferè annos cum Iudæo, quem tam egregiè æmulatur, euerſum. *Sicut autem tu, inquit, adoras librum legis, non naturam membranarum, aut atramenti adorans, ſed verba Dei, quæ in illo continẽtur: ſic & ego Imaginem Chriſti adorans, non lignorum aut colorum naturam adoro; abſit; ſed inanimatum characterẽ Chriſti. Hũc enim cùm habeã, per ipſum, Chriſtum mẽ tenere, & adorare mihi videor.* Et poſtea: *Agedum tu qui arbitraris nullum manu factum, aut plane effigiatum adorandum eſſe; nũquid ſæpe vxoris, aut filiorum mortuorum veſtem, aut ornamentum in veſtiario videns, illud exoſculatus es, & lacrymis rigaſti; neque tamen in hoc damnatus es? non enim, vt Deum, veſtes adoraſti, ſed ipſum amorem erga eum, qui his amiciebatur, tuũ per oſcula declaraſti. Tũ dicit, ergo vt ſæpe dixi, in omni ſalutatione intentio ipſa requiritur, & ſpectatur.* Deinde; *Atqui & tu quoque coniugem tuam fortaſſis impiam, affectionibus turbulentã, quotidie ſalutans, non reprehenderis, etſi nequaquam tibi diuino ore vxoris ſalutatio præcepta ſit: me verò cũ videris Chriſti, aut eius inculpatæ matris, aut alterius iuſti Imaginem ſalutantem, confeſtim indignaris, blaſphemias fundis, reſilis, & idololatras nos vocas. Mirum te extra verecundiam, neq; horrere, neq; tremere, neq; erubeſcere, cũ videas me per oẽm terrarum orbem idolorum fana deſtruentem, Martyrum verò templa ædificantem. Iam ſi me conſtat idola adorare, quid cauſſa eſt, quamobrem Martyres, qui idola deſtruxerunt, veneror vt Deos, & glorifico? quo pacto ipſos Martyres, qui ſtatuas ligneas confregerũt, honore proſequor?* Quibus addit; *verè magna eſt Iudæorum cæcitas, magna impietas, in veritatẽ iniurij ſunt, ingratæ Iudæorum linguæ, in Deum cõuicia dicunt.* Hæc ex Leontio in diſputatione Chriſtiani cõtra Iudæum. Quorum quid eſt, quod in Caluinum & noſtros hodie Iudæos, qui tamẽ ſe pro ſincerè Chriſtianis haberi volunt, dici nõ poterit? Caluini certè oẽs iſtas futiles argutias illa vna Scripturæ ſententia conuellit, qua ita legitur: *Benedixit omnis Eccleſia Domino Deo patrũ ſuorũ: & inclinauerunt ſe, & adorauerunt Deum, & deinde regem.* Quare ergo non vociferamur, indignum ſacrilegiũ admiſſum, cũ vna voce; & Dei & regis honor exſ licetur? Superior verò illa Leõtij diſceptatio Caluinũ in eo quoq; refellit, quòd Theodoſium Amorij Epiſcopũ inſectatur, arguentem cõuenire, vt, qui principũ noſtrorũ ſtatuas adoramus, Chriſti & matris eius, ac reliquorum Sanctorũ multo magis adoremus. Cui valde iraſcitur Caluinus, quòd anathema dictet aduerſus eos, qui huiuſmodi adorationem recuſant. Videt enim, ſe in illud iã ante multos annos incidiſſe. A quo nunquam ſe poteſt, niſi pænitentia, explicare. Sed admirabilis eſt hæc iſtorũ hominum Theologia, qui, cùm Imagines ſuas (quas tamen nullas à maioribus habent) affabrè atq; eleganter pingi, illiſque oſcula

Caluini de adoratione commenta à Leontio ante mille ferè annos exploſa.

Actio 4. pag. 516.

Liber legis vt adoretur.

Imaginis Chriſti adoratio.

Nota.

Attende, nũ hæc in nouos Euangelicos quadrẽt.

In quibus Iudæi, & Iconomachi tam veteres quàm noui conueniant.

1 Para. 29.

Omnes Caluini futiles ineptiæ vnico Scripturæ teſtimonio exploduntur.

Act. 1. Caul. lib 3. cap. 15.

Caluini in Theodoſium Amorij Epiſcopum conuicia repelluntur.

Euangelici nec Imagines Chriſti & Sanctorum æquo, nec ſuas ipſorum iniquo animo ferre ſolent.

cula à diſcipulis infigi, ægrè non patiantur; in ſolius Chriſti, & Sanctorum Imagines ſunt tam inuidi. In quibus ego certè eam modeſtiam, prudentiam, ac pietatem requiro, quæ nec Adriano, Ethnico Imperatori, defuit. Cui cùm Senatus, populusque Romanus triumphũ, qui Traiano de Parthis victis debebatur (mortuo ante triumphum Traiano) decernerent; recuſauit omnino: Traianoque licet mortuo, triumphum honeſtiſſimè, atq; ampliſſimè apparari, in quo vel per Imaginem triumpharet, curauit. Arbitratus omnem illum ſtatuç honorem ad Traiani memoriam ornandam pertinere. Sed non eſt hoc nouum, vt, qui Chriſti ac Sanctorum, veterumq; Martyrum Reliquias atq; Imagines colere detrectarent, Pſeudomartyres, eorumque Imagines & Reliquias adorarent: cui falſo cultui patres olim occurrendum cenſuerunt. Sic Thaboritæ in Bohemia, cùm ſepulcra Sãctorum, eorumque Reliquias euertiſſent ac diſſipaſſent, Ioannem, Martinũ, Scaſconem, merito ſupplicio affectos, quòd Romanum Pontificem Antichriſtũ appellaſſent, annuis honoribus proſequuti ſunt, & Reliquias eorum aromatibus cõditas in templi ſui ſacrario repoſuerunt: adeo certè, vt auſus ſit quidam ex eorum concionatoribus proximum locum Ioanni Huſſo poſt Chriſtum paſſum tribuere, & eius mortem reliquorum omnium Martyrio præferre. Sic cùm Chriſti, & Sanctorum Imagines vndique aboleuiſſent, ſceleratiſſimi tamen illius nebulonis Ziſchæ (quem defunctum annuo cultu honorabant) & angeli manu calicem tenentis, & Vuicleui Imagines in magno habuere honore. Sic horrendarum hæreſeôn, factionum, & cædium principes per Imagines honorabant. Eundem verò honorem Chriſto, & eius Sanctis per Imagines deferre, neſcio quam Idololatriam horrentes, recuſabant. An fortè cum Imagines, cum litteras, cum ſigilla principum noſtrorum deoſculamur, hîc officium præſtamus, illic iniurij atque impij ſumus? Quid hoc aliud eſt, quàm Chriſti per carnem beneficia, æterna obliuione obruere? Nec eſt, quòd Caluinus (vt ſolet) idololatriam cauſſetur. Nam qui terreſtris regis Imaginem adorant, non tabulas, *non ceram, ſed regiam figuram*, vt dicit Chryſoſtomus, aut *ipſum potius regem*, vt tradunt Athanaſius & Baſilius, adorant: & in ſola Chriſti Imagine non Chriſtum, ſed idolum adorabimus? Sed hanc omnem Iudæorum, Ethnicorum, atq; Hæreticorum impudentem calumniam iam olim eleganter ſuſtulit Athanaſius. Nos, inquit, *Crucem conſtantem, ac cohærentem in memoriam Crucifixi adoramus, diſſolutam, diuulſam, ac diſſipatam, quia nudum lignum, non adoramus.* Ita facilè apparet, quò omnis noſter honor redundet. Defuncto certè Conſtantino, ad ſtatuam eius honorem, tanquam viuo, habitum, & Iuliani quantumuis impij Imaginem à Chriſtianis more veteris Imperij adoratam conſtat. Ceterum,

Quàm longe Iconomachi noſtri temporis abſint ab Adriani Imperatoris modeſtia prudẽtia, pietate.

Ael. Spartian. in vita Adriani.

Carthag. Cõcil. 1. cap. 2. Laodic. cap. 34.

Thaboritæ Sanctorũ Reliquiis conculcatis, hæreticorum magni fecerunt.

Ioan. Cochleus in hiſtor. Huſſit. lib. 1. & 4.

Ioanni Huſſo hæreſeôs iuſtè condẽnato quantum à ſuis tributum.

Idem lib. 4.

Idem lib. 3. & 5.

Ziſcha ſceleratiſſimo nebuloni à Thaboritis Imagines poſt mortem erectæ.

Aeneas Pius epiſtola 130.

Vide actionẽ quartam Nicæn. Synod. 2 pag. 522.

Chryſoſtomus.

Baſilius.

Athanaſius.

Ad Antiochũ quæſt. 16.

Conſtãtino tam mortuo quàm viuo ad ſtatuam eius honor à Chriſtianis habitus.

Euſeb lib. 4. de vita Conſtantin.

Nazianzen. orat. 1. cõtra Iulianum. Sozom lib. 5. cap. 17.

Iuliani ſtatua quandiu à Chriſtianis honore affecta.

terum, vbi impoſtor, vt ſimplicioribus Chriſtianis ſub honore Imperatorio illuderet, eoſque clam ad idololatriam perduceret, Imperatoriis Imaginibus idola adiunxiſſet; iam prudentiores Chriſtiani à veteri adoratione ſuperſedebant. At nunc poſt tot ſæcula noua Theologia inuecta eſt, qua non poſſumus ſine ſacrilegio ne Chriſti quidem paſſi ſacroſancta monumenta honorare.

Verſum illum [Adorate ſcabellum pedum eius] *appoſite referri ad Imaginum adorationem, oſtenditur contra Caluinum: & Conſtantinum Conſtantiæ Epiſcopum verè dixiſſe, Iconomachos Samaritanis deteriores.*

CAP. VIII. CRITOBVLVS.

Inſignis Caluini in Theodorum calumnia diſſipatur.

AT illa videtur acuta cum primis Theodori concluſio, qua probat ideo habendas Imagines, quia *Mirabilis Deus in Sanctis ſuis*; aut quæ alibi habetur; *Sanctis, qui ſunt in terra eius, mirificauit omnes voluntates meas in eis.* IREN. Næ Caluinus potius tuus mirificè ad excogitandum acutus, ne dicam, inſignis calumniator, qui

Lib. 3. c. 10. Act. 3.

ob id reprehendit Theodorum, quod non dixit, nec quod apud magiſtrum ſuum Carolum inuênit. Theodorus, cùm multa de miraculis Diuorum diſſeruiſſet, adiecit, rectè propter ea de illis

Pſal. 67. Pſal. 15.

ſcriptum; *Mirabilis Deus, &c.* Et; *Sanctis qui ſunt in terra, &c.* De Imaginibus verò hactenus ne vocula quidem ei excidit. Sed neq; Carolus dicit, hunc eam ſententiam ad Imagines applicare, licet ridiculè imperitiam hominis (vt videri vult) irrideat; qui putabat poſteriorem illum verſum Dauidis priorem ſtatim inſequutum; cùm præcedat quadraginta, & amplius pſalmorum interuallo. Quod vt eſt verũ, ita nihil premit Theodorum, qui nihil huiuſmodi dixit. Ecce verò Caluinum tuum, qui, cùm id videret, voluit non Theodori, ſed obtuſum præceptoris ſui acumen pro egregia ſua indole, inſigniore mendacio illudere. Acutulus quoq;

Pſeudocarolus, quàm iniuſtè Theodorum ſugillet.

Lib. 4. c. 18.

Caluini figmentum.

fuit tuus Caluinus, cùm illam, quam nemo patrum habet rationem, excogitaret: ita nobis pro idolis habendas Imagines, vt patriarchæ habuere ſacrificia Ethnicorum. Non ignoro tamen, Epiphanium Caluini illos præceptores, & merito arguere, qui Chri-

Act. 6. tom. 4.

Imagines Chriſti & Sanctorũ non eſſe idola.

ſti & Diuorum Imagines nefario ore idola appellabant. Neque enim ideo noſtras Imagines idola eſſe, quia in Gentilibus id erat verum. Dedicatio enim eorum Chriſto & Diuis, longè & latè eas ab idolis remouet. Alioqui, inquit Epiphanius, fuiſſent & Patriarchæ idololatria conſpurcati, quia eadem habebant

Lib. 20. cap. 23. aduerſ. Fauſtum Manichæum. tom. 6.

Auguſtinus.

cum idololatris ſacrificia. Quæ non tam Epiphanij, quàm Auguſtini, ac Hieronymi ſententia eſt, quam alibi attigimus. Nec hic excidere menti noſtræ debet inſignis illa Auguſtini ſententia: *Etſi,* inquit, *vſus quarundam rerum nobis ſimilis eſſe videtur cum Gentibus;*

ſicut cibi & potus, tectorum, veſtimentorum, lauacrorum, &c. longe tamen aliter his rebus vtitur, qui ad alium finem vſum earum refert; & aliter, qui ex his Deo gratias agit, de quo praua & falſa non credit. Succedunt iam alia Caluini conuicia cõtra patres propter illos Dauidis verſus; *Adorate ſcabellum eius*: Item; *Adorate in monte ſancto eius*. Quẽ locum miror auſum Caluinum ex Carolo producere, quippe ex quo Caluinianæ Theologiæ fundamentum ſubuertit. Interpretatur enim cum Ambroſio atque Auguſtino; de vera Chriſti in Euchariſtia præſentia adoranda accipiẽdum. Quod vt verum eſt, ita non poſſe ad aliquem alium ſenſum aptari, id nec docet Carolus, nec docere poteſt. Ecquid verò cauſſæ habet Caluinus, cur tam ſacroſancta ſit Caroli contra Imagines; de Euchariſtia verò tam leuis & ſordida apud eum auctoritas? Aut cur Nicænos patres contemneret, ita hunc locum interpretantes? Quanquam nõ eſt ea quidem patrum illorum modò, ſed & Leontij Epiſcopi toties cõmemorati interpretatio. Quod Carolus, & Caluinus ſuo more tegunt, ac diſſimulant. Iudæus itaque apud eum in dialogo diſceptans cum Chriſtiano, cùm dixiſſet nullam creaturam adorãdam; Chriſtianus hunc locum allegauit. Quo Iudæum eò perduxit, vt diceret, Iudæos non *ſcabellum*, ſed per illud *Deum* adorare. Tum Chriſtianus; *Scito*, inquit, *& tu, quod & ego per cælum, terram, mare, ligna, lapides, Reliquias, templa, Crucem, angelos, homines, per omnem denique creaturam viſibilem, & non viſibilem, omnium auctori, Domino, & factori ſoli adorationem & cultum exhibeam*; & alia multa in eum ſenſum. Scabellum verò illud pro propiciatorio accipi, quod alis ſuis Cherubin ſub humana forma tegebant, de quo illud Dauidis; *Qui ſedes ſuper Cherubin*, & cetera huiuſmodi dicuntur, inter omnes conſtat. Ibi verò Iudæi Deum potiſſimum inuocabant; ibi eum adorabant. Vt igitur multa alia, quæ hodie obſeruantur, veteres illi Iudæorum typi adumbrabant: ita ſanè Cherubin expreſſam noſtrarum Imaginum præſignificationem habuere. Aptè itaque, & accommodatè Leontius: nec ille modò, ſed reliqui etiam patres, Adrianus, & Tharaſius huc illud exemplum trahunt. *Si vetus*, inquit Tharaſius, *Scriptura habuit Cherubin obumbrantes propiciatorium, & nos quoque Imagines Ieſu Chriſti, & ſanctæ Deiparæ, Sanctorum'que habebimus obumbrantes altaria.* Nec hi ſolum patres, ſed longè ante eos Athanaſius Cherubin Chriſti Imaginem præſignificaſſe prodidit. *Age*, inquit, *dic mihi cur oppugnaris? Oppugnor*, inquit Eccleſia, *propter doctrinam Euangelij, quã prophetis, & diligenter, & accuratè teneo, & propter verum & firmum Paſcha, quod agito, & propter religioſam, & puram Imaginem tuam, quam mihi Apoſtoli reliquerunt, vt haberem depictam arram humanitatis tuæ, in qua myſterium redemtionis operatus es.* Hic Chriſtus; *Si propter boc*, inquit, *te oppugnant, ne grauiter feras, néue animum deſpondeas, cum ſcias, ſi quis*

Marginal notes:

Lib. 2. ca. 5. & 6.

Pſal. 98.

Adorate ſcabellum pedũ eius.

Fundamentum Caluinianæ Theologiæ à Pſeudocarolo ſubuertitur.

In Euchariſtia præſentia Chriſti adoranda.

Leontius.

Act. 4.

Scabellum pedũ pro propiciatorio accipi.

Cherubin præſignificaſſe Imagines noſtras.

Act. 2.

Act. 4.

Tharaſius.

Athanaſius.

Serm. de Sanctis patribus, & Eccleſia.

ſi quis Paſcha neget, aut Imaginem, me eum negaturum corã Patre meo, & electis angelis: rurſus verò, qui compatitur mecum propter Paſcha, conglorificaturum. An non audiſti, quid Moſi præceperim? facies, in-
In Panopl. tit. 20. quam, *mihi duos Cherubinos in tabernaculo teſtimonij, ſcilicet ad praſigurandam meam Imaginem, &c.* Addamus iam huc & Euthymij Euthymius.
Græci hominis alium interpretationem. *Si prima*, inquit, *illa Crux quæ fuit exemplar, facta eſt ſancta, vt dictum eſt, quoniam in ea crucifixus Dominus pependit, vt Dauid oſtendit, Adorate*, inquit, *ſcabellum pedum eius, quoniam ſanctum eſt (eam enim hoc loco ſcabellum appellauit, quia pedes ipſius adorandi in eam ſuffixi ſunt) ſancta nimirum eſt & omnis figura illius, ſiue manu, ſiue materia deſignetur, ſiue ex materia aliqua conficiatur. Hæ enim ſunt Imagines exemplaris.* Hæc & alia multa e-
gregiè cõtra Iconomachos producit. Et iam ex Hieronymo oſtẽ-
In inſtit. c. 3. ſect. 25. & 37. ſed in poſtrem. edit. lib. 1. ca. 11. ſect. 3. & 14. dimus, Iudæos *Sancta Sanctorum*, quia ibi erant Cherubin, adoraſ-
ſe; vt multo nos iuſtius Chriſti Crucem adorare potuerimus. Cal
uinus interim ſatis fortiter, & prudenter ſe dixiſſe putat, ſi tãtùm
exclamet, *inſanire* omnes, qui aliquid putant affine noſtris Imagi-
nibus cum Cherubin; & ſi ſtertẽs, neſcio quã, lucernam ſomniet,
quæ non ſit ponẽda ſub modio, atque ideo Imagines in altaribus
Auguſtin. in Pſal. 98. num. 8. collocãdas. Sed vtinam Caluinus tuus gloriam iſtorũ Cherubin
perpenderet, & hũc veternũ excuteret, & quid ſit *adorare in mõte*, Adorare in mõte Sancto.
tandem ex Auguſtino intelligeret, & ad eum montem, quẽ ſpon- Auguſtinus.
te deſeruit, rediret. Mõs enim ille *Catholica Eccleſia eſt*: in quo *mõ-
te*, dicit Auguſtinus *hæreticos non adorare*. & quia *præter hunc montẽ* Hæreticos non
adorant, & laudant Deum, non exaudiri ad vitam æternam. Eccleſiam adorare in monte Sancto, id eſt,
Catholicam dicit illũ montem, qui *impleuit vniuerſam faciem terræ*: in Catholica
hæreticos verò *hærere in parte, & totum amiſiſſe.* Et quis vnquam Eccleſia.
fuit, aut erit hæreticus, ſi Caluinus non ſit, qui hunc tam amplum
Romani Pontificis, & ceterorum Patriarcharum, Cõſtantinopo-
litani, Alexãdrini, Antiocheni, Hieroſolymitani, & reliquum to- Caluinus hæreticus, ſi quis vnquam alius fuit.
tius Eccleſię ſenſum ad noſtra tempora per tot ſæcula deductum,
præ ſe contemnit & irridet? Quorum laudabili & glorioſa fide,
atque imitatione reiecta, vt in reliquis pernicioſis dogmatis, ita Paulicianorum
& hac Imaginum impugnatione Paulicianos & Bogomilos il- & Bogomilorũ
los, de quibus diximus, præclarè ſcilicet imitatur. De his ad hunc ſimia Caluinus.
In Panopl. tit. 23. modum Euthymius: *Sacerdotes & patres omnes, tanquam idolorum* Euthymius.
cultores, quoniam adorant Imagines, reprobos exiſtimant, & omnes reges pios è ſorte Chriſtianorum reiiciendos putant: ſolos autem Imaginum impugnatores orthodoxos, fideleſq; vocant, in primiſq; Copronymum. Venerandas enim Imagines aſpernantur, & idola Gentiũ appellant, argẽtumq; & aurum, & opera manuũ hominũ, ignorãtes aliud eſſe Imaginẽ Chriſti, aliud idolũ: nulla enim, aut falſa eſſe idolorũ exẽplaria, cũ Deos appellent eos, qui nõ ſunt Dij, ſed Dæmones, qui ſibi falſo Diuinitatem arrogant. At Imaginũ apud nos vera ſunt exẽplaria, & verè referũt id, quod appellãtur.

Atque

Atque idola quidem ſceleratorum ſunt ſimulacra : Imagines verò Sanctorum effigies. CRIT. Multùm me certè (vt verum fatear) illud de *adorando ſcabello & Cherubin* mouet : videntur tamen patres iſti acerbiùs iuſto Iconomachos exagitare, cùm Samaritanis, & omnibus hæreticis deteriores eos faciant, & omnes Græciæ, atque Orientis calamitates his acceptas ferant. Nec videntur tanti momēti Imagines, ac veſtri eas videri volunt; cùm Apoſtolorum temporibus nōn exſtiterint. IREN. Vt melius intelligas, à quibus, & quàm verè ſit dictum, Iconomachos deteriores Samaritanis; altius mihi ex actis Nicænis quædam ſunt repetenda. Coſmas igitur Diaconus ex libris beati Cyrilli Hieroſolymitani Epiſcopi, eiuſque Catecheſi, Synodo inter alia hæc recitarat : *Quæ verò tibi ſententia eſt de Nabuchodonoſor? Non meminiſti Scripturæ, vbi impiiſſimus appellatur, moribus item feriſſimus, leonina voluntate? Ignoras, quòd oſſa regum ad lucem eduxerit? Ignoras, quòd populum captiuum duxerit, quòd regis oculos eruerit, ſimul illi iugulatos filios obiiciens? Non audiſti quod Cherubin rapuerit? non inquam intellectiles illos & caleſtes, verum, eos qui* * *in templo erant collocati, obumbrātes propiciatorium, è quorum medio Deus loquebatur?* Hæc Cyrillus. Recitata eſt præterea pars epiſtolæ beati Simeonis Stelitæ ad Imperatorem Iuſtinum: quę mētionem facit de Samaritanis, qui templum quoddam Chriſtianorum deuaſtarunt. In qua inter cetera & hoc adiicitur; *Omnem,* inquit, *blaſphemiam excellit improbum hoc factum, quod in Deum, verbum pro nobis incarnatum, eiusq; glorioſam matrem, & in venerandam ſanctamq; Crucem deſignarunt. Hanc rem cum cogitamus, ad diuinas veſtras aures nos referimus. Nam cum videamus pias veſtras leges, eos, qui Imaginem aut ſtatuā Imperatoris ignominia afficiunt, extremo, & iuſto mortis ſupplicio plectere: qua tādem pœna puniendi ſunt, qui in Imaginem Domini noſtri: eiusq; matris, infando facinore graſſati ſunt? Profectò non video, quid mihi dicendum ſit. tantum enim ſceleris eſt commiſſum, vt nec vlla humanitatis mica ampliùs ſupereſſe credatur.* Poſt hæc Conſtantinus Conſtantiæ Epiſcopus ſubiecit. *Ego Iconoclaſtas peiores Samaritis habeo, vtpote qui in ignorantia Chriſtianiſmi verſantes, ignorāt quid faciunt. Hi verò cùm in cognitione Chriſtianiſmi ſint, non ſunt audiendi, nec excuſabiles, quemadmodum ſcriptum eſt : Is qui cognoſcit voluntatē Domini, & non facit, vapulabit plagis multis.* Hæc ille. Reperio verò & apud Procopium, hos Samaritanos, regnante Zenone, in Neapolim Paleſtinæ irruiſſe, & multos ex Chriſtianis Pētecoſtes ſolemnitatem in Eccleſia celebrantes trucidaſſe; Epiſcopum Terebinthum ſacræ menſæ adſtantem, obeuntemq; ſacra, gladiis vulneraſſe, diſſectis manuum digitis, atque ita myſteriis iniuriam intuliſſe : vt neceſſe ſit, immane quoddam eſſe Iconomachorum ſcelus, quod hæc omnia ſuperat. Quæ cū ſint tam certa, atque expedita; Caluinus iraſcitur nō modò patribus, ſed & Cyrillo, atq; beato

Iconomachos eſſe Samaritanis deteriores.

Act. 5.

Cyrillus.

Nabuchodonoſoris impietas.

Catecheſi 2.

Cherubin.

** aliàs; eos qui fuerunt ſculpti, &c.*

Simeonis Stelitæ teſtimonium de Samaritanorum impietate.

Samaritanorum in Imaginem Chriſti & B. virginis impietas.

Conſtantinus Conſtantiæ Epiſcopus.

Iconoclaſtæ Chriſtiani peiores cur Samaritanis.

Luc. 12.

Procopius.

Procop. orat. 5. de edif. Iuſt.

Samaritanorum in Chriſtianos exſecranda impietas.

beato Simeoni, quòd impios appellarint eos, qui Imagines è tē-
plis aboleuerant, & laudem atque præmium exſpectat ob huiuſ-
modi nobile ſtratagêma. De qua laudis prærogatiua facilè patior *Funeſta Iconomachorum in Græcia & Oriente tragœdia.*
eum cum Samaritanis ac Turcis certare. Quantum autem detri-
menti hæc funeſta Iconomachorum tragœdia Græciæ atque O-
rienti importarit, intelligūt, qui illorum temporum hiſtorias te-
nent. Non puto iam te ignorare (quicquid Caluinus aſſerat) fuiſ-
ſe Apoſtolorum, & primis illis Eccleſiæ temporibus Imagines,
ex iis, quæ abundè antea diximus.

Impudentiſſima euentilatur Caluini calumnia contra Conſtantinum, & reliquos patres Nicænos, quibus inde inuidiam malitioſe conflare conatus eſt, quòd dixerint Latriam & Sacrificium Imaginibus deberi; cùm ab ea impietate tam longè abfuerint, vt contrarium prorſus aſſeruerint. Laurētij Humfredi calumnia in Scholaſticos de Dulia & Latria diſtinctione diſſipatur.

CAP. IX. CRITOBVLVS.

QVÆ hactenus recenſuiſti, non tam mihi abſurda, quàm an-
tè videbantur, nunc apparent: imo iam mihi defendi ſatis com-
modè poſſe videntur. Verùm quæ ſuperſunt, talia & tam in-
digna, tamque horrenda ſunt; vt ſola eorum memoria terrorem,
atque horrorem mihi incutiat, nec eorum intolerandam impie-
tatem vlla vnquam excuſatio imminuere poſſe videatur. Con-
ſtantinus enim Epiſcopus tantundem Imaginibus honoris, ac *Impudēs eſt hæc & horrenda Caluini calumnia in Conſtantinū.*
beatæ Trinitati, & reliqua omnis Synodus etiam ſacrificium illis
deferendum putat. Quæ ſi nō ſint cum manifeſta idololatria im-
Exod.22. plicita, neſcio planè, an vlla ſit idololatria. Soli enim Deo ſacrifi-
candum eſt. IREN. Nulla ego vtar, mi Critobule, pro patribus
huius tam horrendi criminis vel excuſatione, vel deprecatione.
Nec tamen tam ſum durus, vt non Caluino ignoſcendi locum, ſi
modò reſipuerit, relinquam: quamuis ea, quæ iam calumniatur,
talia ſint, vt præ iis hactenus vir modeſtus & verax videri poſſit.
Quid enim ſi Cōſtantinus nihil huiuſmodi dixerit? CRIT. Ne- *Calumnia Caluini verbis ipſius Conſtantini conteritur.*
ceſſe habeo, velim nolim, fateri Caluinum magnum ſycophantā.
IREN. Quid ſi Conſtantinus contrarium prorſus & ſenſerit, &
dixerit? CRIT. Quid? Caluinum ſupra omnes ſycophantas no-
bilitabo. Sed expedias me, & rem omnem, vt eſt, nulla circuitio-
ne vſus, explica. IREN. Faciam. Audi igitur ipſa Conſtantini ver-
ba. *Suſcipio & amplector venerandas Imagines, adorationem autem quæ*
Act. 3. *ſit ſecundùm λατρείαν, hoc eſt Dei culturam, tantummodo ſuperſubſtan-* *λατρεία ſoli Trinitati debetur.*
tiali & viuificæ Trinitati conſeruo. CRIT. Hic licet non illud Vir-
gilij exclamare; *quantum mutatus ab illo Hectore*; ſed ô quantum
Conſtan-

Conſtantinus iſte ab illo Caluini Conſtantino mutatus eſt? Hæc calumniæ nota Caluiniano nomini iuuſta valde me pungit; quæ certè ſi diuulgata fuerit, magnum ſucceſſui recentis Euangelij impedimentum, ac detrimentum afferet. Verùm à ſe, an à Carolo iſta ſumſit? IREN. A Carolo certè. CRIT. Deus illum malè mulctet, qui tanti principis memoriam hoc libro dehoneſtauit. Atque vtinam ſe nunquam huc Caluinus demiſiſſet. At hic tamē non omnis mihi videtur defenſionis ſpes erepta; reliqui certè omnes patres (quicquid ſit de Conſtantino) in hoc fœdo luto hærent; qui iubent eos, qui habent Imagines, gaudere, & exultare, eiſque ſacrificium offerre. IREN. O lepidum Caluini caput! Neceſſe eſt hominem fuiſſe valde exhilaratum, cùm hæc ſcriberet. Hoc vnum certè mendacium tale eſt, vt reliqua omnia longè ſuperet. Hæc enim & à verbis, ac ſenſu patrum, & ab ipſius Caroli calumniis longiſſinè abſunt. Inſignem quidem hic ſe ſuo more Rhetorem oſtendit Carolus. At Caluinus inuidia credo motus, luminibus eius obſtruit, gloriamque obfuſcat. Et hîc mihi illud Horatianum rectè vſurpare poſſe videor;

Pſeudocarolus auctor calumniæ in Conſtantinum. — *Lib. 3. cap. 17.*

Caluini impudens in patres Nicænos mendacium.

1. ſerm. ſatyr. 7.

Vti non
Compoſitus melius cum Bitho Bacchius: in ius
Acres concurrunt, magnum ſpectaculum, vterque.

CRIT. Videris mihi aliquid magni contra Caluinum polliceri, quo eius pudorem oneres: ſed dubito, an præſtare poſſis. IREN. Si calumnior, fuſtem dorſo impactum volo. Fabulam ergo (ſi nō potius tragœdia dicēda ſit) accipe. Pſeudoſynodus Iconomachorum nullam aliam exſtare apud nos dixit Imaginem Chriſti, niſi in Euchariſtia. Hanc eorum orationem auerſatur Synodus Nicæna, nec poſt conſecrationem Imaginis nomen Euchariſtiæ tribui voluit. At bonus iſte Carolus non in Pſeudoſynodum, ſed Nicænam inuehitur, multaque verè quidem, ſed falſo contra patres, atque extra cauſſam, idque cum internecione Caluinianæ Theologiæ de veritate corporis Chriſti in Euchariſtia philoſophatur. CRIT. Mira mihi de iſto Carolo narras: de quo vtinam nunquam audiſſem. Nihil tamen hæc ad Caluinum pertinent. IREN. Exſpecta: hæc fabulæ pars ſuum ordinem habere debet; Caluinus, non ſatis ſcio inuidia, an fortè iracundia contra Carolum incitatus, quòd vlcus illud de Euchariſtia Caluiniana tetigiſſet, de ſuo (qua eſt liberalitate ac pietate) vt fabula eleganti [*valete, & plaudite*] claudatur, ſacrificium Imaginibus tribuit. CRIT. Caluinum dicis, & non Synodum, aut certè Carolum tribuere? IREN. Sic eſt. Sed demiror te tam obliuioſum. Nam in ipſa totius Synodi definitione cautum eſt, aliam eſſe adorationem, quæ Deo, aliam, quæ Imaginibus defertur. CRIT. Iam memini, & neſcio quo modo hæc me obliuio cepit. IREN. Quod ſi tam ornatæ,

Pſeudocarolus mendacij arguitur. — *Act. 6. tom. 3.*

Pſeudocarolus, dum inuehitur falſo contra patres Nicænos, hæreſim Caluini de Euchariſtia oppugnat. — *Lib. 4. c. 14.*

Caluini mendax de ſacrificio figmentum.

Aliter Deus, aliter Imagines adorantur. — *Act. 7.*

In defenſ. cō-tra Gardiner. Epiſcop. Ob-iect. 38.

natæ, ac frequenti Synodo fidem contra Caluinum habere noliſ; ſaltem Petro Martyri habeto, qui tradit hunc ipſum, de quo agimus, Conſtantinum, & reliquos patres honorem Dei excepiſſe apertis verbis ab eo, quo Imagines proſequimur. Quare irrideat iam ſi velit, & quantum velit, Nicænos patres, & ſuauiter ſecum illud ſuum [*valete & plaudite*] occinat. Qui, cùm pulcrum ac ſcitum hiſtrionem in hac fabula egiſſe ſibi videatur, in ipſo po ſtremo actu, ita extra omnem ſe honeſtæ actionis numerum mouiſſe oſtenditur; vt, ſi cetera fuiſſet Roſcius, hac tamen cataſtrophe ſibilis de ſcena eſſet explodendus. Nec iam Euangelico iſti gregi inuideo, ſi ἐπινίκιον ob præceptoris tantum contra Nicænam Synodum triumphum laureatus cōcinat. Inſultet iam Caluinus, quantum velit, Catholicis; quòd fruſtra cultum Dei, & Imaginū per Duliam, & Latriam ſeparēt, eò quòd patres iſti ſine exceptione tantundem ſimulacris, ac Deo ipſi largiantur. Hoc ſi contra patres Nicænos conuicium ſuum probet, non recuſo, quin, abiectis, & in ordinem redactis aliis omnibus, ſolius Caluini Pſeudoëuangelium regnet. Sin, vt eſt, atrox ſit in homines bonos & innocentes calumnia; ſpero neminem deinceps tam amentem futurum, qui iſta norit, quin ſtatim, tali præceptore abdicato, Catholicæ ſe Eccleſiæ adiungere velit. Eſt igitur hæc Nicænorum patrum recta & neceſſaria de Dulia & Latria diſtinctio. CRIT. At præter Caluinum & Germanos meos, quidam etiam Anglus, vt domeſtico te magis premam teſtimonio, tuus, Latinè, Græcè, & Hebraicè, ni ego fallor, doctiſſimus, Laurentius Humfredus hoc Duliæ & Latriæ diſcrimen, cui vos tantū tribuitis, vt ex ignoratione linguarum profectum quibuſdam quaſi ſibilis explodit. Nam libro de Interpretatione linguarum edito, vbi *concionatores* veſtros *elingues*, *& illiteratos* meritò irridet, Monachos & Theologos veſtros, ac inter eos Thomam Aquinatem (quem ironicè appellat *magnum illum Theologorum doctorem*, ſed *neque Græcè doctum, nec Latinè*) in ſacris litteris interpretandis, quòd Græci ſermonis eſſent rudes, *turpiter ſe dediſſe* arguit; inter cetera indignabundus in hæc verba erumpit: *Hinc friuolæ tot, ac tam vanæ Scholaſticorum diſtinctiones ſubnatæ ſunt, Benedico tibi, ac te; Dulia & Latria; quas abſurdas differentias, nec inueniſſent vnquam, nec inuētas adeo pertinaciter tutati fuiſſent, ſi linguas vel ſummis digitis attigiſſent.* Vides igitur, ignorantiam peperiſſe tritam illam Duliæ & Latriæ diſtinctionem. IREN. Video te, ac tuos nodum in ſcirpo quærere; & quæ in hanc partem à patribus tam Græcis, quàm Latinis rectè definita ſunt, calumniari, & peruertere propter eam, quam vobis ipſi opinionis errore arrogatis, Græcæ linguæ præ omnibus aliis peritiam. Nam licet magnos in ea progreſſus feceritis, non maiores tamen, opinor, quàm ipſi Græci, feciſtis. Quid igitur cornicū oculos

Petri Martyris teſtimonium contra Pſeudocatolicum & Caluinum.

Caluini in patres Nicænos calumnia & conuicium.

Lib. 1 de Interpretatione linguarum pag. 148. & 149.

Laurentius Humfredus.

oculos cõfigitis? Tempus olim fortaſſe fuit, cùm inani hoc Græ-
ciſmi fumo oculis ſimpliciorum hominum tenebras poſſetis of-
fundere: at nunc fucus hic veſter puerilis,& pigmenta meretricia
ita omnibus vbique gentium innoteſcunt, vt cum irriſione om-
Caluinus. nium exſibilentur. Conuiciis igitur inſectetur Caluinus tuus, *Catholica*
quantū ſibi viſum fuerit, Catholicos, & vociferetur eos hac Du- *Expoſitio*
liæ & Latriæ diſtinctione, Dei & hominum oculos perſtringere; *Eccleſiaſtica*
Architecti expoſitionis Catholica in nouum teſtamentum. appellent eã præclari Catholicæ illius, aut potius Cacolicæ & *in nouum teſtamentum in*
contaminatiſſimæ in nouum teſtamentum expoſitionis archite- *fol. Geneuæ*
cti, inertium Monachorum ſomnium; exclamet bilinguis & tri- *ab H. Steph. impreſſa.*
linguis ille noſtràs, eam vanam eſſe Scholaſticorum diſtinctionẽ
ex inſcitia linguarum ſubnatam: nunquam tamen vociferando,
appellando, exclamando, hæc ita ſe habere cuiquã perſuadebunt,
qui in ſanctiſſimorum patrum libris, ſiue Græcè, ſiue Latinè ſcri-
ptis, mediocriter fuerit verſatus. Quòd verò popularis meus in
Scholaſticos ſcriptores ſtyli ſui mucronem exacuerit, eoſque ſa-
libus amarulentis pupugerit; in hoc potes eum Euangelicæ iſtius
ſcholæ diſcipulum agnoſcere. Diuum certè Thomam, ſingularẽ
in omni pæne diſciplinarum genere, & in Theologia virum pla-
nè diuinum, quẽ omnes verè & ſolidè docti venerantur, & Græ-
cia etiam ipſa admiratur, cur ſic contemtui & ludibrio habeat, nõ
video: niſi fortè quòd voculas, vt iſte, conſectari non didicerit: &
vnde Græca vel Latina verba ſint ducta, curioſius exquirendi cu-
ram non habuerit. Sanctus Thomas in res cognitione digniſſi-
D. Thomas Aquinas. mas, hic in verborum delectum & collocationem, omne ſtu-
dium & operam contulit. Ille plura maxima cum laude ſcripſiſ-
ſe, quàm hic legendo videtur deuoraſſe. Scribat, reſcribat, de-
ſcribat cenſor iſte, quantum & quàm politè velit, Latinè, Græcè,
Hebraicè, adde etiam, ſi vis, Arabicè, & Chaldaicè; & cùm omnia
ſcripſerit, reſcripſerit, deſcripſerit, etiamſi egregia alioqui & ma-
gna forent; non erunt tamen, ſi cum diuinis S. Thomæ monu-
mentis comparentur, niſi in ſpeciem minuta. Cuius ſcripta ſi per-
legiſſet vnquam, & legendo intellexiſſet; longè aliter, quàm nũc
præ ſe fert, de eo ſentiret: quia verò ea, aut fortè non omnino le-
git, aut ſi legerit, non intellexit; non eſt mirum, vt ſcholæ ſuæ pla-
citis conſentanea ſcriberet, eum tam iniquam de Thoma & Scho
laſticis ſcriptoribus ſententiam tuliſſe: quæ cùm ipſo iure nulla
ſit, nullius apud te, aut quẽquam alium debet eſſe ponderis. Sed
de ſcriptoribus Scholaſticis nunc non eſt diſputandi locus. Ad
diſtinctionem igitur illam Duliæ & Latriæ accedo: quam cur iſte
Scholaſticos, quòd eſſent linguarum imperiti, inueniſſe ſcribat;
ipſe viderit. Sit ille Latinè & Græcè doctiſſimus (quam laudem,
quoniam in vtriuſque linguæ ſtudio omne ferè tempus ætatis vi-
detur conſumſiſſe, ei nec detraho, nec inuideo, ſed vicem illius
doleo,

doleo, quòd, quam conſequutus eſt Dei benignitate linguarum cognitionem, ea abutatur ad ſuam ipſius, & aliorum, quantum in ſe eſt, ſempiternam perniciem) non tamen opinor tantùm ſibi arrogabit, quin Græcarum litterarũ ſcientiam ipſis Græcis concedat, & eos hîc ſibi præponi non ægrè ferat. Huic igitur oppono Græcos Nicænæ huius, de qua iam multa diximus, Synodi doctiſſimos patres: quorum plus apud te valere debet, quàm huius, auctoritas: qui illi non ſolùm numero, ſed Græci etiam ſermonis peritia huic longè præponderant. Neque verò huius diſtinctionis primi auctores fuerunt Nicæni patres, ſed eam maioribus ſuis acceptam referunt. Quorum illi ſententiam his verbis exprimunt: ἡ μὲν ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ λατρεία τῇ μακαρίᾳ τριάδι παρὰ τῶν ὀρθοδόξων ἀπονενέμηται. ταῖς δὲ ἁγίαις εἰκόσιν, οὐ λατρεία πάντως, ἀλλὰ προσκύνησις, καὶ ἀσπασμὸς, καὶ τιμή. εἰ γὰρ καὶ ἡ τιμὴ τῆς εἰκόνος, ἐπὶ τὸ πρωτότυπον διαβαίνει. ἀλλ᾽ ἡ λατρεία, τῆς μακαρίας ἐστὶ μόνης τριάδος, καὶ οὐ τῶν σεπτῶν εἰκόνων, ἵνα μὴ κτισμολάτραι καὶ ὑλολάτραι δόξωμεν: Id eſt, *Cultus ille Latria in ſpiritu & veritate beatæ Trinitati tribuitur ab orthodoxis: ſanctis autem imaginibus non Latria omnino, ſed adoratio, exoſculatio, & honor. Nam tametſi honor imaginis ad prototypum & primigenium tranſit: tamen Latria ſolius eſt beatæ Trinitatis; non etiam venerandarum imaginũ, ne creaturarum cultores & materiarum eſſe videamur.* Damaſcenus verò & ipſe Græcus in eandem ſententiam ſcribit: cuius verba Græcè hæc ſunt; προσκυνήσωμεν καὶ λατρεύσωμεν μόνῳ τῷ κτίστῃ καὶ δημιουργῷ, ὡς φύσει προσκυνητῷ θεῷ: quæ Latinè ita redduntur: *Solum rerum omnium procreatorem & opificem adoremus, & Latriæ cultu veneremur, vt Deum natura adorandum.* Vides hîc Latriam dici cultum, ſiue honorem ſoli Deo & creatori tribuendum: quæ vox licet ſignificet ſeruitutem, quemadmodum & δουλεία; hoc tamen diſcrimine, vt vſus ex conſenſu veterũ Theologorũ obtinuit, quòd illa ad eam, quæ ſoli Deo, hæc ad eam, quæ creaturæ debetur, ſeruitutem referatur. Cuius rei locupletiſſimus teſtis eſt D. Auguſtinus: qui hanc differentiam his verbis explicat: *Latria, quod verbũ Græcum eſt, & interpretatur ſeruitus, non quæcunque, ſed illa, quæ tantummodo Deo ſeruitur:* Et alibi; *Hic eſt Diuinitati, vel, ſi expreſſius dicendum eſt, Deitati debitus cultus; propter quem vno verbo ſignificandum, quoniam ſatis idoneum non occurrit Latinum, Græco, vbi neceſſe eſt, inſinuo, quid velim dicere. Latriam quippe noſtri, vbicunque ſanctarũ Scripturarum poſitum eſt, interpretati ſunt ſeruitutem. Sed ea ſeruitus, quæ debetur hominibus, ſecundũ quam præcipit Apoſtolus, ſeruos dominis ſuis ſubditos eſſe debere, alio nomine Græcè nuncupari ſolet.* Id verò quid aliud eſt quàm δουλεία? An potuit quicquam apertius, & ad rem præſentem accommodatius dici? Vides igitur, qui ſint, quos Caluinus tuus hac diſtinctione dicitet Dei & hominum oculos perſtringere. Vides, quorũ ineptium

Patres ſecundæ Synodi Nicenæ.

λατρεία.

Baſil. ad Amphiloch. cap. 18.

Latria.

Lib. 3. Apolog.

Damaſcenus.

Auguſtinus.

Latria.

Lib. 15. contra Fauſt. Manich. cap. 9. tom. 6.

Lib. 10. de ciuitat. Dei cap. 1. tom. 5.

Dulia.

Monachorum ſomnium eam appellent non Catholicæ,ſed Diabolicę in nouum Teſtamentum expoſitionis conſarcinatores tui. Vides denique,quos elingues,& illitteratos Scholaſticos ſcribat Humfredus veſter friuolam hanc & vanam inueniſſe, & pertinaciter defendiſſe Duliæ & Latriæ differentiam. De qua nihil iam eſſem amplius dicturus, niſi pæne neceſſarium fore viderem, vt domeſtico etiam, & eo quidem multis partibus locupletiori, quàm quo eam preſſiſti, Catholicę veritatis cauſſam ſubleuem & cōfirmem teſtimonio. En igitur tibi Venerabilem illum Bedam, qui præterquam quod fuerit trium linguarum peritia inſignis, orbem etiam illum diſciplinarum, quam Græci ἐγκυκλοπαιδείαν vocant, feliciſſimè abſoluit. Cui ille veſter trilinguis (quod cum
Beda. bona illius pace ſit dictum) nullo modo eſt conferendus. Et Beda tamen noſter Monachus fuit, verum talis, qualem ille nō poteſt, nec debet contemnere. Sed committamus hunc fortiſſimum pugilem cum tuo imbelli milite, vt victus tandem, quàm turpiter hic ſe dederit, cogatur agnoſcere, & in poſterum diſcat non aculeatis verbis laceſſere eos, quorum impetum ſuſtinere non poteſt, etiamſi magnus alioqui videatur. Sic igitur Beda: *Quæ-ret forte aliquis, quo modo cōueniat, quod præcipitur Domino ſoli ſeruien-*
Soli Deo ſeruiēdum. *dum, Apoſtoli verbo, qui dicit; Sed per caritatem ſeruite inuicē. Sed huic* In 4. capu Luc.
facile Græca linguæ, ex qua Scriptura tranſlata eſt, origo ſatisfacit: in qua ſeruitus duobus modis, ac diuerſa ſignificatione ſolet appellari. Dicitur
Dulia. *enim λατρεία, dicitur & δουλεία. Sed Dulia intelligitur ſeruitus communis, hoc eſt ſiue Deo, ſiue cuilibet rerum, natura exhibita. A qua etiam*
Latria. *ſeruus, id eſt, δοῦλος, Græcè nomen accepit. Latria autem vocatur ſeruitus illa, quæ ſoli Diuinitatis cultui debita, neq; vlli eſt participāda creaturæ. Vnde & Idololatræ nuncupantur hi, qui vota, preces, & ſacrificia, quæ vni Deo debuerant, idolis impendunt. Iubemur ergo per caritatem ſeruire inuicē, quod eſt Græcè δουλεύειν: Iubemur vni Deo ſeruire, quod eſt Græcè λατρεύειν. Vnde dicitur; Et illi ſoli ſeruies, quod eſt Græcè λατρεύσεις. Et iterum, Nos enim ſumus circumciſio, Spiritui Dei ſeruientes, quod eſt in Græco, λατρεύοντες.* Audiſti iam Bedam, Britanniæ noſtræ lumen, cui, an præceptoribus iſtis tuis plus fidei hac in re ſit tribuendum, non eſt, cur tu vel dubites, vel ego ediſſeram. Res enim tam in promtu eſt, vt omnibus æquis rerum æſtimatoribus nullus de ea dubitandi locus relinquatur. Quòd ſi apud Caluinum, & Humfredum, vt ſui ſint ſemper ſimiles, non Nicænorum modò patrum, ſed Baſilij etiam, Damaſceni, Auguſtini, Bedæ noſtri, & aliorum deniq; hac in re patrum auctoritas, quia cum noui iſtius Euangelij paradoxis eorum pugnant teſtimonia, vilis &
Vuicleui contra Caluinum et alios Euangelicos teſtimoniū. leuis habeatur; non tamen credo tam inſolentes erunt, maximè populares meus, vt præceptorem & ductorem ipſorum Vuicleuum in ordinem cogant, ſed illi pro ea, quam in ipſos hactenus

ſemper

Tract. Mag. de Euchar. cap. 9. ſemper obtinuit, iuriſdictionis prærogatiua, ne ingrati omnino diſcipuli videantur, plus honoris deferent. Ab eo itaque diſcant, Imagines, reſeruata ſoli Deo Latria, adorari poſſe. Sed *ideo*, inquit, *adoramus Imagines nude, vt ſigna: Deum autem debemus, quantum ſufficimus, adorare*: & poſtea; *Conceditur*, inquit, *quòd Reliquiæ, Imagines, & Sacramenta ſunt cum prudentia adorandæ. Ille ergo, qui ſcit* Reliquiæ, Imagines, Sacramenta adoranda. *ſuſpendere conſiderationem ſigni ſenſibilis, & appendere communem intentionem in creatione Imaginis, modo quo clericus ſuſpendit ſcripturas concipiendo ſententiam, ille inquam adoraret Latria Deum in illo ſigno.* Hæc ille. Sed quàm præclarè Caluinus probat patres Nicænos eo diſcrimine non fuiſſe vſos; non minus ſanè eleganter eos, qui vtuntur, confutat. Et vt videatur argutulus, fingit nos licet idola per λατρείαν non colamus, eis tamen per δουλείαν ſeruire: atq; Caluini commentum. ita quamuis non cultores, ſeruos tamen eſſe Idolorum. Sed quid eſt, quòd iſti ſuis argutiis non conuellant? δουλεία enim non eò Dulia. dicitur, quod ſerui ſimus Imaginũ; ſed, cùm Latina lingua inops ſit, vberior Græca; illis Græcorum vocibus vtimur: altera, qua eum honorem, qui in ſolum Deum cadit; altera, qua eum ſignificemus, non quo, vt iſte calumniatur, idolis ſeruiamus (abſit) ſed vt declaremus, nec Sanctis in cælo, nec illorum Imaginibus alium honorem tribui, quàm quem ſeruus ſeruo, id eſt, homo homini tribuere ſolet.

Conuicia, quibus Caluinus Nicænos patres conſectatur, in ipſum recidere: nec mirum eſſe, ſi eos maledictis inceſſet, cùm in Nicæna prima, & aliarum Synodorum antiquiſſimos patres indignè & contumelioſè debacchetur.

CAP. X. IRENÆVS.

VBI iam eſt terribile illud Caluini tui contra patres Nicænos fulmen ac tonitru? Nos certè illum tuum fulminaſtrum nihil metuimus. Ea enim illius omnia, [*ſi quis per ludibrium ridiculam perſonam tribuere velit: pueriliter agere: impiè lacerare: impietatum portenta: flagitioſa amentia: Deum atq; hominum oculos perſtringere,*] non in Nicænos patres, ſed ipſius Caluini caput planè recidunt. Et quæ Nicæni patres de Iconomachorum illius tempo- Can. 9. ris ſcriptis aſſerunt; ea verè locũ habent in Caluino, & id genus aliorũ noſtri ſæculi ſcriptis: *Quæ puerilia ludibria, furioſáque dicta ac ſcripta* appellant, eorumque diuulgationem, vſumque prohibent. *Si quis* (inquiunt) *hæc celare inuentus fuerit, ſi ſit Epiſcopus, vel Presbyter, vel Diaconus, deponatur. Sin autem Laicus vel Monachus, ſegregetur.* Caluinus verò cùm tanta, & tam falſa crimina in- Caluinus. nocentibus obiecter, imo ſacroſanctum Euangelium contra omnium patrum, contra veteris Eccleſiæ auctoritatem, & con-

tra ipſorum Euangelij verborum ſenſum, peruerſè interpretari, ac calumniari ſoleat, videtur mihi non ſine cauſſa, hoc gentilicium atque hæreditarium Caluini nomen habuiſſe. Adeo nec ab ipſius moribus, nec ab ipſa Diaboli appellatione, niſi ſolius linguæ diſcrimine diſſidet. Neque certè tam ſiniſtrè & peruerſè de Nicænis ſolùm, ſed & reliquis Eccleſiæ patribus iudicat: eorumque communem ſententiam magno faſtu contemnit & irridet. Hinc illa illius vox; *pænitentia, aiunt, ſecunda tabula eſt; vt ſcribit Hieronymus. Cuiuſcunque ſit, quin planè impium ſit, excuſari nequit.* Hinc & illa, *patrum*, inquit, *me mouent, quæ in veterum ſcriptis de ſatisfactione occurrunt. Video quidem eorum nonnullos, dicam ſimpliciter, omnes ferè, quorum libri exſtant, aut hac in parte lapſos eſſe, aut nimis aſperè & durè locutos.* Hæc cùm de doctiſſimis & ſanctiſſimis patribus temere, arroganter, & impiè Caluinus effutiat; an mirum cuiquam videri poteſt, quòd Nicænæ ſecundæ Synodo detrahat; præſertim cùm, quod primi Nicæni Concilij fuiſſe omnium conſenſu fertur, & ab Eccleſia Catholica creditur, illius eſſe ſymbolum impudenter negare non dubitauerit, &, quod longè ſceleratius eſt, *carmen battologicum* blaſphemus blatero appellare non erubuerit. Sed quid ego hæc refero? cùm eiuſmodi contemtum ſingulæ ferè librorum illius paginæ præ ſe ferant? Quare rectè illi cum Propheta dixero: *arrogantia tua te decepit, & ſuperbia cordis tui:* Et rurſus; *ſcientia tua te decepit*; ſi ſcientia potius dicenda ſit, & non vana & inſolens ſcientiæ venditatio. Cui cùm veteres doctiſſimi, & ſanctiſſimi patres tanto contemtui habeantur, vt planè ſordeant; nemo aut mirari, aut omnino commoueri debet, quòd Tridentinos patres, alioſque Catholicos indignis modis exagitet; tamq; ſcurrilibus conuiciis dilaceret. Quos *pueriliter & leuiter agere*: quos *ſacroſanctis decretis hominum oculos perſtringere*: quos *ſcripturas impudenter detorquere*: quos *Neptunos patres*, eorumque decreta *putidas ſophiſtarum nenias, deplorandamq́;* eorum *audaciam & ſceleſtam impietatem*: quos *à blaterone Monacho regi*, ſumma in Spiritum Sanctum, qui œcumenicam Synodum gubernat, contumelia, & alia multa id genus affirmat. Quibus maledictis illius mala mens non ſatiata, eos *pecudes & porcos* vocat, vtque *beſtias à ſe confici* iactat. Sed inſignia ille ſua mendacia, atroceſque contra Nicænam Synodum calumnias, fœdaque, ſi poterit, conuicia, tandem à ſe abſtergat: tum demum, ſi velit, liberè, plenoque, quod dicitur, ore omne peſtiferi cordis venenum, quod tamen orbi quaſi præclarum antidotum commendat, euomere poterit. CRIT. Iam iam tandem calumnias iſtas Caluini, quaſi digitos teneo: iacet iacet certè, ſi cetera deficerent, vel ſolo Martyre, tam locupleti & tam idoneo teſte, nominiſque ſui officium contra tantum amicum

Conueniunt rebus nomina ſæpe, nis.

Caluinus patres Eccleſiæ cōtemnit & ludibrio habet.

In quadam diſputatione contra Petrum Carolum.

Caluinus faſtu turgidus, & opinione ſcientiæ inflatus.

Hier. 49. *Eſ. 47.*

Scurrilia Caluini in patres Tridentini Concilij, & alios Catholicos conuicia.

micum pro veritate implente. Abeat, abeat iam in malam crucem infelix ille Pſeudocarolus. Et ſuſpectum nunc mihi eſſe incipit non ſolùm Eli Phili, Illyrici, ſed & ipſius Caluini iudicium: nec quid faciam ſcio. IREN. Quid faceres, niſi vt quàm primum, huiuſmodi magiſtris poſthabitis, te totum Eccleſiæ Catholicæ auctoritati dedas? à qua de iis, quæ aut credenda, aut facienda ſunt, nihil niſi ſincerum & ſanctum auditurus es. CRIT. Id quidem facerem, niſi me Apologia Anglicana pæne inuitum retineret: de qua mox plura. Interim ſcire cupio illas tuas, neſcio quas, de Caluini nomine argutias. IREN. Caluor antiquum verbum fruſtrari ſignificat, vnde Caius iuriſconſultus hæc verba habet, *Si caluitur & moretur, & fruſtretur. Inde & calumniatores appellati ſunt, qui per fraudem & fruſtrationem alios vexarent litibus: Inde & cauillatio dicta eſt.* Hæc Caius. Quod verò nobis calumniator, hoc Græcis διάβολος. Quanto igitur prudentius, quanto ſanctius egiſſent, quanto ſibi & reipublicæ ſuæ ornamentis, animarumque ſuarum ſaluti rectius conſuluiſſent, ſi (vt par erat) cùm hæc triſtis Iconomachorum tragœdia occœpit, Epiſcopo ſuo, Hugoni, qui hunc Imaginum vſum à prima Eccleſia petitum, multiſque non modò prouincialibus, & inter eas Francofordienſi, verum & Oecumenicis Conciliis confirmatum abunde docuit, dicto audientes fuiſſent Tigurini, aliiq; Heluetij, quàm neſcio quibus Euangelicis, Catholicæ Eccleſiæ ex profeſſo hoſtibus, aut poſtea Caluino nihil aliud, quàm teterrimis mendaciis contra Nicænam Synodum (vt oſtendimus) ſcurriliter conuicianti. Quare nihil certè veſtri habent, quo, quod ſæpe faciunt, glorientur, Chriſti, & Sanctorum imagines in multos cumulos coaceruatas ſacro Cinerum die in cineres flammis redactas, aut cur Sleidanus id, quaſi ſummæ pietatis opus, ſuo more deſcribat. Sacco potius & cinere nobis opus eſt ad tantam impietatem deplorandam, iramque diuinam, quæ nobis tam in hoc, quàm futuro ſæculo horribiliter imminet, digna pænitentia auertendam. Sed redeo vnde deflexi.

In pandectis de verbor. ſignificat. cap. 233.

Libr. edito. 1524.

Sleid. lib. 6.

Caluiniani nominis ratio.

Caluinus, calumniator, diabolus.

Hugonis Tigurini Epiſcopi liber de imaginibus.

Tigurini.

Impia Euangelicorum gloriatio de imaginibus Chriſti & Sanctorum combuſtis.

Caluinum ineptè eodem in libro fingere Romanos Pontifices à Carolo Magno propter imagines oppugnari, & tamen ab eodem maximis poſſeſſionibus auctos, nec non ipſum Carolum ab eiſdem ad Imperium Occidentis cum iniuria Græcorum prouectum. Præpoſteram eſſe & inanem Caluini de Chilperico Francorum rege ab imperio per Romanum Pontificem deiecto querelam.

CAP. XI. IRENÆVS.

AVDISTI iam Caluini modeſtiam: audi nunc & pruden-

Caluini in Carolum, Pipinum, & Romanos Pontifices illius temporis criminatio.

tiam, vt intelligas, quàm bellè hæc ſibi de Carolo fabula apud Caluinum conſtet. Caluinus enim Carolum, ac patrem eius Pipinum cum Romanis illo tempore Pontificibus prædones facit; quòd eorum alter in Gallorum, alter in Græcorũ Imperium, Romanorũ Pontificum ſubſidio; Romani verò Pontifices illorum ope in totius Eccleſiæ adminiſtrationẽ nefariè inuolarint. CRIT. Scio hanc eſſe grauem, & videri ſatis iuſtam non ſolùm Caluini, ſed & Apologeticorum in Anglia querelam. IREN. Sed quomodo iſta inter ſe congruunt, vt eodem libro Caluinus Carolum nobis proponat, imagines, & cariſſimũ Adrianum tam acriter, & virulenter oppugnantem? & eodem tamen tempore contra fas & nefas Romanæ Eccleſiæ auctoritatem euehentem; ac à Romano ipſum Pontifice ad imperium, nec ſine iniuria Græcorum euectum. Et, ſi bonis iſtis hiſtoricis credimus, friguiſſet Romana Miſſa, niſi eam Carolus ferro & igne promouiſſet. CRIT. Hic mihi ſanè ἄσπονδος πόλεμος exotiri videtur. Neq; ego me in iſtam pacificationem interponam. Exedant per me, quod intriuerunt. Nec tamen videtur iuſta reprehenſione carere immoderata illa vel Caroli, & Pipini, vel Romanorum Pontificum ambitio, qui contra iuſiurandi fidem, quo erant Græcis obſtricti, aliò ad ſua ornamenta amplificanda imperium deriuarunt. IREN. Iſta Caluinus atque Apologetici miſerandis vociferationibus odioſa faciunt; & res ampla eſt, vt paucis explicari nequeat. Subit verò hic animũ meum admiratio, cur Apologetici Carolum Martellum, non Carolum Magnum Imperatorem à Romanis factum aſſerant: niſi forte pro ſua prudentia videbant, Caluinum ſatis in hac cauſſa hebetem, nimiſq; impeditam hanc eſſe propter eas, quas dixi, cauſſas, de Carolo ad Imperatoriam dignitatem euecto fabulam. Voluerunt itaque hos Imperij faſces in Martellum potius, vt ſe ab his anguſtiis euoluerent, notiſſimo mendacio tranſlatos videri. Quod vtrum ita ſit, nihil poſſum certi de animo alieno pronunciare. Quare cur ita ſcripſerint ipſi viderint. Id ego potius dixerim, mirari me, iſtos poſt octingentos pæne annos, tanta obliuione ſepultam (ſi quæ ſit) iniuriam alieno tempore reſuſcitare. Id etiam adiecerim, niſi diuina Caroli Martelli virtus obſtitiſſet, qui amplius quàm trecenta ſeptuaginta Saracenorum millia, qui certa ſpe totius Galliæ poſſeſſionem deuorabant, in Gallia cecîdit, mille quingentis tãtum ſuorum deſideratis, fortaſſis deſiiſſet in Gallia aliquod Chriſtiani nominis regnum eſſe, quod Romanus Pontifex, vel alius quiſpiam Pipino Martelli filio, aut cuiquã alteri deferre potuiſſet. Quis vero ignorat, multis antea annis in Gallia apud reges nudum nomen; apud magiſtros equitum totam regni curam & adminiſtrationem reſediſſe; cùm reges domi inertes deſidêrent,

In inſtit. cap. 8. lib. 4. ſect. 17.

Caluini commenta de Carolo quàm ſint abſurda & inepta.

Miſſa.

Bibliand. in Chronic.

Translationem imperij à Græcis in Latinos Romanis Pontificibus vitio verterunt Euangelici.

Apologeticorum in Anglia nouũ de Carolo Martello ad imperium euecto commentum.

Caroli Martelli præclara de Saracenis victoria.

Rhegino in chronic.

Paul. Aemilius in hiſt. Franc.

Penes Galliæ reges olim nudum nomen, penes magiſtros equitum regni adminiſtratio.

ſiderent, & ſemel per annum ad Kalendas Ianuarij ſe populo,
quaſi perſonati in ſcena oſtenderent? Quis ignorat totius populi, ac principum precibus ſolicitatum Pontificem ceſſiſſe? Cumque Chilpericus, cui nulla fuit prolis ſpes, in monaſterium detruſus fuiſſet, quis vnquàm, aut antea (nam res repentè non eſt peracta) aut poſtea, non dicam tumultum, ſed vel querelam aliquam interueniſſe audiuit, vel legit? Res certè tanta, admiratione non caruit, querela caruit: vt iſta non temere, aut fortuitò, ſed diuina quadam prouidentia contigiſſe videantur. In magnam enim poſtea amplitudinem ex perturbatiſſimo Galliæ regnū creuit: fuitque Pipinus, vir non tam illo regno, quàm imperio dignus. Cuius ſingularis prudentiæ videtur mihi vel hoc non paruum documentum, quòd etiamnum Germani tui, vt audio, quoties virum maximè prouidum ac ſolertiſſimum ſignificare velint, *Pipinum* eum appellare ſoleant. De Imperio tranſlato minus laboramus, quia id fuiſſe diuinitus, & neceſſario factum, nemo, niſi iniquus rerum æſtimator, negabit. Nam niſi hoc contigiſſet, Imperium, quod aliquod hodie habemus, ante multa ſæcula nullum, credo, habuiſſemus. Quod in Occidente ab Auguſtulo (qui, vt nomini reſponderet, imperium ab Auguſto inchoatum & auctum, in anguſtum concluſit & labefactauit) trecentis totis annis nullum erat. At iſti Rhetores Græcis iniuriam factam clamant; in Græcos, neſcio, niſi ob hæreſim, cur tam propenſi. Ex muſca ſanè elephantem faciunt. Quid enim ille Græco intercepit, cui antea totus Occidens interciderat præter Italiæ aliquam partem? In qua & ante hæc tempora propter fædam illam Iconomachiæ hæreſim populus illius imperium reieciſſet; niſi Romanus Pontifex eum in obſequio atque officio retinuiſſet. Quam contra Longobardos & alios hoſtes, aut noluit, aut non potuit defendere. Ita neceſſitas ac Diuina prouidentia reliquias illas imperij ad Carolum deduxit. Et ſi non aliis, certè vobis Germanis ſacroſancta debet eſſe Caroli memoria, per quem & ad ciuiliorem, & ad Chriſtianam vitam perducti eſtis, & apud quos, quicquid eſt hodie Romani imperij, reſidet. Sed ſit iniuria. Quid ea ad noſtri temporis Pontifices? Vnde hæc igitur hodie, niſi ex odio querela? Irene certè, quæ tum imperauit, & poſt eam Nicephorus, ac alij deinde, imperium illius ratum habuerunt, & certos vtriuſque fines deſcripſerunt. Omnes hactenus ſcriptores totum hoc Diuinæ planè prouidentiæ adſcribunt; inter quos Philippum etiam Melanchthonem repono. Ac Diuino quodā afflatu tū percitus mihi videtur Romanus populus, cùm ad eius inaugurationem ita acclamaret: *Carolo Auguſto à Deo coronato, magno & pacifico Imperatori Romano vita ac victoria.* Non debuiſſet certè Caluinus, etiam ſi iuſtam querelæ

Chilpericus.

Pipinus vir prudentiſſimus.

Tranſlatio imperij diuinitus, & neceſſario facta.

Euagr. lib. 2. cap. 16.

Inclinatio imperij Occidentis.

Euangelici in Græcos cur tam propenſi.

Rhegino in chronic.

Sine iniuria Græcorum Imperatorum à Romano Pontifice Occidentis Imperator creatus eſt Carolus Magnus.

Caroli Magni memoria cur Germanis debeat eſſe ſacroſancta.

Ado in hiſt. Franco. Rhegino in chronic. Vrſperg. in chronic. In chronic. Carion.

Melanchthon.

Acclamatio populi Romani, cùm Carolus Magnus Imperator crearetur.

cauſſam habuiſſet, tam imprudenter ac ineptè agere, vt eadem prope pagina, eodemque ore frigidum ac calidum (quod dicitur) flaret; ac tam ridiculè Carolum diſſimilem ſui facere. Iam ſi Apologetici conceptis verbis, ex certis & probatis teſtibus iuriſiurandi à Romano Pontifice violati formulam edant; nos illis poſtea, quantum veritas aut ratio poſtulabit, tribuemus. Hæc mihi de tantis rebus dicta ſunto.

Qua potiſſimum de cauſſa auctores Apologiæ Anglicanæ falſam & adulterinam Caroli Synodum tanti faciant.

Cap. XII. Critobvlvs.

Et in hac tua qualicunque breuitate exſpectationi meæ abunde ſatisfeciſti. Abeo itaque iam ad Apologiam Anglicanam, ad, quam, quaſi ad aſylum, confugere cogor. Et quamuis præſtantiſſimus vir ſit Caluinus, diuinitus ad orbis tenebras illuminandas datus; cùm tamen vnus ſit, humanitus ei aliquid contigiſſe, videri poteſt; vt propter hunc næuum, reliquas eius diuinas dotes contemnere non debeamus. Et hæc quidem ille ante multos annos, cùm non haberet, quanta hodie habemus, præſidia, & cùm adhuc denſæ eſſent orbis tenebræ; ſcripſit. At nunc in tanta & tam peruagata Euangelij, totiusque veritatis luce, in tanta totius orbis exſpectatione, quem ad ſuum Euangelium totum inclinare Apologetici fatentur, in tanta doctorum, qui communes operas conſociant, copia, nihil niſi ingenio perfectum, induſtria elaboratum, & veritatis lima adamuſſim politum ab iſta Anglorum Apologia, præſertim cùm mutatæ veteris religionis rationem in ea reddant, exſpectare debemus. Qui, cùm ex tanto teſtimoniorum numero, quibus noſtri in hoc genere abundant, tria tantùm ad ſuam Apologiam accerſant, ſine dubio ea ſunt (vt eſſe quidem debent) ſelecta atq; illuſtria; contra quæ nemo prudens vel muſire iure poſſit. Quare quicquid ſit de Illyrico, aut Caluino; ſi iſti præclarè partibus ſuis fungantur, victoria à nobis ſtabit. Iren. At ego iam vobis eam & Apologeticis tuis, velinuitis, extorſi. Crit. Quorſum hæc loqueris? Iren. Num iam oblitus es eorum, quæ de libro Caroli, & eius Synodo in medium adduximus, quæq; tam in illo, quàm in hac oppugnauimus: in qua præcipuum ſuum ad imagines abolendas præſidium Apologetici collocant? Crit. Ah cogor, velim nolim, hanc grauem plagam, per te hodie acceptam agnoſcere. Neſcio tamen quo modo Apologiæ huius maieſtas ita animo meo eſt obuerſata, vt pæne hæc mihi omnia exciderint, præ ea, quam apud me illa ſuſtinet, exſpectatione. Nec poſſum ſtatim

Apologia Anglicana Eccleſia.

Synodo Francofordienſi ad abolendas imagines potiſſimum, ſed fruſtra nituntur Apologetici.

præiudicatos ac inueteratos affectus deponere; obtinebit tamen apud me illud Ciceronis; *pertinax non ero, ſed tibi, ſi mihi probabis quæ dicis, aſſentiar.* Verumenimuero, quoniam Apologetici non ad euertendas modò imagines, ſed ad aliud quiddam magni momenti ſtabiliendum hanc Carolinæ Synódi auctoritatem adhibent; vt ſcilicet probent œcumenicam priuatæ Synodo cedere debere; eoque (ni fallor) ſpectant, vt ex hac regula Synodum Tridentinam indictam extennent, ac labefactent, non de imaginibus tantùm: ſed tuum etiam de hac re iudicium ſententiamque exſpecto. IREN. Hic igitur affirmo, Apologeticos tuos turpius ſe Illyrico, atque Caluino in hac fabula dediſſe. CRIT. Hoc Deus Optimus Maximus auertat. Sed cur iſta dicis? propter imagines, an propter alias cauſſas? IREN. Hanc ipſam imaginum quæſtionē potiſſimùm intelligo. CRIT. Ego, quomodo id fieri poſſet, ne cogitare quidē poſſum. IREN. At ego ita eſſe, facilè explicabo. CRIT. Si eò res recidat, omni ſpe decidi. IREN. Primùm itaq; hoc apud te cogitare debes, hanc omnem Apologiam huc potiſſimùm tendere, vt Synodi Tridentinæ (quod ipſe prius ſubodoratus es) ac Romani Pontificis auctoritatem eleuet, ac in contemtionem adducat. CRIT. Nec aliud ſanè mihi videtur. IREN. Atqui in tota Apologia ad œcumenicæ Synodi vires extenuandas, nihil maioris momenti adfertur, quàm quòd ea priuatæ ſæpe ceſſerit. Proinde neminem mirari debere, ſi nuper priuata huiuſmodi Synodo, nulla omninò Tridentini Concilij habita ratione, vetus in Anglia religio ſit abolita. CRIT. Quantum ego coniicio, huc collimant. IREN. Ad id verò probandum ſola Caroli Synodo abutuntur, quam eorum Synodum cùm nos ita proſtrauerimus, vt, meretriciis illis Pſeudoſynodi pigmentis abſterſis, veram Caroli Synodum ſubſtituerimus, quæ Francofordiæ imaginum vſum approbarit: ſequitur, vt potiſſima Apologiæ huius pars ſit eneruata, & debilitata, atque vna eademque opera duæ falſiſſimæ Apologiæ iſtius concluſiones ſint euerſæ. CRIT. Veriſimilia dicis. Sed nihil iſta probant, Apologeticos fœdius Illyrico ac Caluino erraſſe. IREN. Hoc eſt ergo quod iam dico, Apologeticorum tuorum non eſſe communia cum Eli Phili, cum Illyrico, cum Caluino, cum Carolo ſuppoſititio, ſed propria ac peculiaria mendacia de hac Synodo, cum illis omnibus ex diametro pugnantia. Illum præterea Caroli librum non hanc modò contra imagines, ſed reliquam omnem Apologiæ huius ſtructuram prorſus peſſundare. Ad hæc, quamuis vera eſſet tota hæc de Synodo Germanica fabula, eam tamen nihil omnino iuuare Apologeticos tuos. CRIT. Obſtupeſcit planè admiratione animus meus propter iſtam tuam orationem. Patere, quæſo, vt, quæ ſentio, liberè dicam. H...

De finibus.

Apologeticos turpius ſe dediſſe quàm Illyricum & Caluinum in fabula Francofordienſis Pſeudoſynodi.

Apologeticos Carolinæ Pſeudoſynodi exiploſum ſtra abuti ad probandum parem & eandem eſſe Prouincialis & Generalis Concilij auctoritatem.

Potiſſima Apologiæ Anglicanæ pars eneruata.

Apologia Anglicana mendax ſuis locis.

cam. Hactenus mihi viſus es probabiliter diſſeruiſſe. Atqui cùm iſta ex te audio, non tam mihi probabilitate nulla oratio tua niti, quàm ipſe mente carere videris. Nunquam enim iſta omnia probabis. E quibus ſi vel vnum probares, Apologiæ omnem prorſus fidem detraheres. IREN. Si hactenus nõ omnino abſurdè dicere viſus ſim, nec à vero abhorrentia; efficiam profectò, ne magis aliena deinceps, ſed vero propiora, ac certiora adferre videri tibi debeã. Quare diligentem aurẽ præbeto.

Synodos, quas Apologetici in Anglia ad ſuæ factionis patrocinium citant, nihil cum eis, ſed contra eos facere: & Apologeticos, quædam de Synodo Francofordienſi, quorum nec Caluinus, nec Illyricus, nec Eli Phili, qui Pſeudocaroli librum primus euulgauit, mentionem vllam fecerunt, falſo aſſeruiſſe; nec vllum tamen auctorem, vnde ea acceperint, nominare.

CAP. XIII. CRITOBVLVS.

IPSA rei magnitudo facit, vt attẽtum me auditorem teneas. IREN. Videamus itaque primum, qua de cauſſa, quóue ordine Carolinæ huius Synodi mentionem iniiciant Apologetici. De cauſſa iam diximus, hæc ergo antecedunt: *Certos ſe eſſe de voluntate Dei, incertos de Concilij inceptione, de euentu multò incertiores. Quare antiquitatis exemplo, Concilij videlicet Carthaginenſis ſub Cypriano, Ancyrani, Neocæſarienſis, Gangrenſis, Aquileienſis, cui interfuit Ambroſius, prouinciali ſe Synodo ſuis Eccleſiis proſpexiſſe.* Hæc illi. Nihil hîc iam dicam, nullam eſſe ex his Synodis, cuius patres Apologiæ huius pſeudologiæ non repugnent. Nihil hîc dicam, quàm temere ſe de voluntate Dei certos iactent. Nihil præterea dicam, cur Cypriani Synodum, quæ eam grauiter errauit, recitent; niſi forte, vt inde orbi Chriſtiano an[illegible]um dent ad iudicandum, Apologeticorum Synodum non fore paullo meliorem illa: quandoquidem, vt illa, nulla Romanæ ſedis, quam Synodis neceſſariam ante docuimus, nitatur auctoritate. Hæc & alia mitto. Aquileiẽſem verò Synodum, & Ambroſium ad ſuam defenſionem trahere auſos fuiſſe demiror; non ob id ſolùm, quod illud Apologiæ huius fundamẽtum demoliatur; rerum ſcilicet Eccleſiaſticarum iudicium ad profanos principes pertinere, quo ſolo nomine (ſi nihil aliud eis inheſiſſet vicij) anathemate dignos, Secundianum & Palladium Ambroſius pronunciauit; ſed ob illud etiã, quòd nihil magis eorum cauſſam premat, quàm Secundiani & Palladij, quo nituntur, exemplum. Prouocabant enim illi ab Aquileienſi Synodo ad Orientem, & Arrianos, qui prius œcumenico Nicææ Concilio damnati ſunt, vt non mirum ſit, ſi Ambroſius

Apologia Anglicana.

Apologiæ Anglicanæ ineptiæ.

Aquileienſem Synodum, & Ambroſium, quibus ſe muniunt Apologetici, maximè eis aduerſari.

Ambroſius.

Tom. 1. Conc.

hanc eorum

hanc eorum tergiuerſationem cum ſociis reiiceret, quum illi Arrianorum ſolas Synodos, vt legitimas, amplecterentur. An non eodem planè modo Apologetici in Anglia, & reliqui veſtri hodie Euangelici Tridentinam Synodum, quaſi non legitimam atque idoneam, recuſant? cùm tamen ſit & œcumenica, quia œcumenici Epiſcopi, & Romanæ ſedis auctoritate, & ad œcumenicam & Catholicã fidem, quæ hactenus ſemper viguit, corroborandam indicta.

Tridentina Synodus œcumenica.

Aut iſti, ſi poterunt, oſtendant, in quibus à veterum patrum decretis diſſideat. Quid? an non eadem planè cauillatione Secũdianus, ac Palladius Aquileienſes patres, atq; hodie Tridentinos veſtri Euangelici defugere conati ſunt? cauſſati eoſdẽ, & iudices, & accuſatores? Certè nullus pius dubitat, quin, ſi hodie Ambroſius viueret, Tridentinæ Synodi, vt planè Chriſtianæ atq; œcumenicæ, auctoritatem, niſi poſt tot ſæcula, à Catholica Eccleſia, & ſuis ipſe libris recedere vellet, venerabundus exoſcularetur; & anathemate Euangelicos iſtos cum Secundiano ac Palladio deuoueret.

Apologeticos eodem ſe modo erga Tridentinos patres gerere, quo olim erga Aquileienſes Secundianum & Palladium.

Ambroſius.

C R I T. Infirmum video Aquileienſis huius Synodi præſidium ad cauſſam Apologeticorũ, quam potius omnem euertit. Sed tu ad reliqua iam progredere. I R E N. Vtcunq; ſit, nihil hactenus promouerunt Apologetici, niſi vt id, de quo nemo vnquam dubitauit (veteres videlicet habuiſſe ſuas prouinciales Synodos) demonſtrarent. At niſi id quoq; probarint, œcumenicã priuata Synodo abrogatã, nihil dixiſſe videntur; & manebit ſua Tridentinæ auctoritas & maieſtas. Hoc ergo cùm iſti viderent, à Carolo Magno, quaſi altero Atlante, qui ruentem alioqui totius Apologiæ molem ſuſtineret, ſubſidium petunt. Quam hôc, quem tantopere Caluinus in cælum laudibus extulit, libro, & ſpecioſâ iſtâ Synodô Francofordianâ, quam Apologetici fingunt, quaſi humeris ſuis Pſeudocarolus iſto ſufferre videtur. Sed nos & Caluinum, & Pſeudocarolum iam labefactauimus: proinde non opus eſt plura ea de re hic adiicere. C R I T. Fateor; hunc enim nobis nobilem triumphum, quaſi clauam de manu Herculis, extorſiſti. Quare iam tu alia tua præclara paradoxa aggredere. I R E N. Affirmo igitur, Carolum Magnum imagines nunquam aboleuiſſe, neque abolendas, aut ſcriptis, aut Synodo vlla oſtendiſſe. Neque quicquam huiuſmodi Eli Phili, Illyricus, aut Caluinus de Caroli Synodo ſcribunt. Imo Carolus in eodem vicio ponit, abolere imagines, aut eas idola appellare, atque eaſdem adorare: quin & multi ex Lutheri diſcipulis retinendas in templis imagines docent. Hoc ergo totum tuorum Apologeticorum commentũ eſt.

Carolum nunquam imagines aboleuiſſe, neq; abolendas vel ſcriptis vel Synodo vlla oſtendiſſe, vt fingunt Apologetici.

In præfat. & lib. 2. ca. 23. Eli Phili in præfat. libri Carolini.

Multi Lutherani imagines retinent.

C R I T. Nunquam credo, tolerabilem aliquem huius contra imagines pugnæ exitum reperire, mihi licebit. In labyrinthum neſcio quem incidiſſe videor, è quo nunquam commodè me extricabo.

Mendacium qui dicant.

IREN. Vides itaque Apologeticos tuos non ſolùm mendacium dicere, ſed planè de Carolo mentiri. CRIT. Quid hoc ænigmatis eſt? IREN. Mendacium dicunt etiam boni viri, cùm bona fide reddunt, quæ ab aliis accepta, quæ vera crediderant, aliis referunt. Mentiuntur, qui de ſuo vana comminiſcuntur, aut ſcientes, aut prudentes fallunt. Quemadmodum itaque ex Iouis cerebro natam Mineruam fingunt poëtæ: ita hęc de abolendis imaginibus Caroli Synodus tuorum Apologeticorum proles eſt; ipſi, ſi de partu agnoſcendo agatur, eum pro ſuo agnoſcere, alere, atq; educare, per arbitros cogentur. Hanc igitur cariſſimam ſuam filiam, quam exoſculantur, & in deliciis habent, tanquàm mundo muliebri, & præclara quadam dote, iſtâ Apologiâ ornarunt atque elocarunt. Aut ſi ſe à me inuidioſè premi dicant, neque iſta à ſe commentos fuiſſe; cur non edunt nobis, quem ſequuti ſunt, auctorem & ducem? Ita iam ſi vera eſſent, quæ de non adorandis imaginibus Eli Phili, Illyricus; ac Caluinus, ex Carolo confingunt; ad abolendas tamen imagines nihil eorum ex Caroli fontibus hauriri poteſt, nec inde illi hauſerunt. Et vt nullum ad imagines, ita non maius momentum ad Tridentinæ Synodi auctoritatem imminuendam habere hanc Apologeticorum tuorum rationem, mox docebo.

Qui mentiantur.

Carolina Synodus de abolendis imaginibus est figmentum Apologeticorum.

Apologeticos in Anglia à Carolo, & vera Synodo Francofordienſi non ſolùm in cauſſa Imaginum, ſed & in Romani Pontificis auctoritate, quam maximè deteſtantur, redargui.

CAP. XIIII. CRITOBVLVS.

ISTA mihi omnia præter exſpectationem accidunt, & longè in contrarium, quàm exiſtimaram, abeunt. Sed quare arbitraris, eum Caroli librum, quem tanti faciunt Caluinus atq; Euangelici in Anglia, omnem huius Apologiæ doctrinam peſſundare? IREN. Quia Catholicam per omnia (excepta Imaginum adoratione) doctrinã profitetur: videlicet De exorciſmo in baptiſmo, templorũ dedicationibus, & rerum conſecratarũ vſu, de ſacris presbyterorum initiationibus, de chriſmate, de precibus pro defunctis, de Sanctorum inuocatione, de reliquiis, de ſalis & aquæ exorciſmo, de vaſis & veſtibus ſacris, de veritate corporis Chriſti in Euchariſtia, atque eiuſdem ſacrificio, & adoratione, deque Romani Pontificis amplitudine: ad cuius arbitrium cùm Imaginũ vſum reuocet, nec ob aliam cauſſam magis impugnet, quàm quod Romani Pontificis, & ſedis illius conſenſum abfuiſſe Nicænæ Synodo, ſtolidè fingat: cumque nos abunde docuerimus, & id quidem ex Illyrici ipſius teſtimonio, illi Synodo Ro-

Pſeudocaroli librum in omnibus, præterquam in adoratione imaginum aduerſari Caluini & Apologeticorum placitis.

Romani Pontificis auctoritati quid ſit Pſeudocarolo tribuat.

nodo Romanum Pontificem per vicarios præfuiſſe: Eli Phili, Illyricus, Caluinus, Apologetici, atque adeo Carolus iſte, velit nolit, Imaginum adorationem, idq; ex ipſius Caroli libro; nec Imagines modò Apologetici cum Caluino, ſed reliquam etiam Catholicæ Eccleſiæ religioné amplecti coguntur. C r i t. Apage, apage cum iſto laruato Carolo, qui totus iam mihi ſordeſcit. Doleo, tantos & tam doctos viros, tam turpiter collapſos, vt neſcio quod monſtrum pro Carolo, vt olim Ixion pro Iunone nubem, ſint amplexi. Ex quo monſtro Centauri rurſus nati videntur. Nec dubito tamen, quin verus ille Carolus, victoriis ac pietate illuſtris, totus noſter ſit. I r e n. Quomodo totus veſter, cùm in Francofordiana Synodo Iconomachos damnarit? C r i t. Nō de Imaginū cultu hoc loquor, ſed de reliqua religione. Quare, ſi velitis, omnes templorum angulos Imaginibus implete; &, ſi placet, adorate; cum vel Petro Martyre teſte, affectus noſter non ad Imagines reſideat, ſed rectà ad rem ſignificatam producatur, dummodo reliqua ex Euangelio, de quibus à Caluino, & Apologeticis admonemur, ſincerè teneamus. I r e n. Cetera ergo tibi omnia in Caluino & Apologeticis placent? Ergo deſultoria leuitate, quæ prius de Sanctis inuocandis, deq; eorum apparitionibus, ac reliquiis, quaſi certa tenere te affirmabas, iam reuocas? C r i t. Nec de iis quidem generali hoc ſermone ſenſi, ſed de aliis, de quibus inter nos nō conuenit. De quibus credo non aliter ſenſiſſe Carolum, quàm noſtros Euangelicos, cui nec Miſſas iſtas veſtras pro defunctis placuiſſe oſtendit Illyricus. I r e n. Verùm non meliori hæc fide Illyricus tradit, quàm Centurias illas ab eo conſarcinatas oſtendi. Cur enim Carolus à veteri, atq; adeo Apoſtolica Eccleſia, hac in parte recederet? Pleni ſunt omnium patrum libri huius rei teſtimoniis. Chryſoſtomus apertè fatetur, hoc eſſe Apoſtolicum inſtitutum, & huiuſmodi orationes multùm prodeſſe defunctis. Quod niſi Carolus quoq; ſenſiſſet, nunquam in dotando Augiæ maioris monaſterio, his verbis vſus fuiſſet: *Se illi monaſterio Vlmam pro anima ſua ac parentum ſuorum remedio* (lubens enim verbis eius vtor) *donaſſe*. In quo illud præterea conſpicitur, quantum hodie à pio illius affectu ac iudicio abſitis, qui monaſteria, quæ ille cōdidit, euertitis. *Si ſanctorum*, inquit, *monaſteriorum loca, ne labantur, frequenter ſuſtentamus, ſuſtentando dotamus; non ſolùm Deum pro hoc nobis placamus, ſed etiam noſtri totius regni ſtatum corroboramus.* Alibi etiam in huiùs pietatis opere, & regni ſtabilitatem, & æternā apud Deum mercedem conſtituit. Quod quomodo cum doctrina Apologeticorum, qui nihil nobis præſidij in operibus, & factis noſtris relictum iri ſcribunt, conueniat, ipſi diſpiciant. Quod ſi pius ille Imperator, & verè, exiſtimauit; quid aliud propediem exſpectare debemus

Carolus Magnus an quicquā habuerit cum Euangelicorū Pſeudologia commune.

Miſſa ſacrificiū pro defunctis Carolum Magnum approbaſſe contra Illyrici mendax commentū.

In catalogo teſt. veri.

Chryſoſt. homil. 69. ad popul Antiochenum.

Chryſoſtomus.

Caroli Magni verba in dotando Augia monaſterio.

In litteris fundationis Monaſterij Campedonēſ. quarum Archetyp extare videtur: & Eccleſiæ Oſnaburgenſ. & alibi frequenter.

Monaſteriorum ædificator, fautor, & conſeruator Carolus Magnus.

Apologeticorum & Caroli Magni contraria religio.

debemus (niſi matura pænitentia diuinã iram auertamus) quàm deplorandam Germaniæ tuæ, & Angliæ meæ ruinam? Niſi forte qua ratione Carolus labefactari rempublicam Chriſtianam, nos poſſe amplificari, aut prudentiores noſmet, ac magis pios Carolo exiſtimabimus. Sed fruſtra ego operã hanc in rebus ſuperfluis pono. Paſſim enim habentur Caroli, ac filiorũ eius decreta per Abbatem Anſegiſum eiſdẽ temporibus collecta. E quibus ſtatim intelligitur, nihil Catholicos receſſiſſe à recepta illorum temporum religione. Ad quos ego te libros reiicio. CRIT. At certè Illyricus oſtendit, non fuiſſe Carolo, ac aliis eius ſæculo, tam ſacroſanctam Romani Pontificis, quàm hodie eſt, maieſtatem. Nec poſſum in animum inducere, Carolum, ac illius Epiſcopos, tam abſurdè iudicaſſe, vt putarint, nullam Synodum ratam fore ſine eius conſenſu. Quare Apologetici non ſine cauſſa in patres proximi Tridentini concilij acriter inuehuntur, propter illam cautionem: *Salua ſemper in omnibus Apoſtolicæ ſedis auctoritate.* IREN. Audiſti iam ex Carolo, qui librum illum ſuum ſecum *Epiſcoporum ſuorum* (Francofordianæ vt videtur Synodi) *cohibentia*, id eſt conſenſu, elaboraſſe dicit, quid Carolus de amplitudine Romanæ ſedis iudicarit. CRIT. Quid mihi imaginarium Carolum cum Pſeudoſynodo Francofordienſi obiicis? IREN. An ego iniurius ſum, qui tuas, Caluini, ac Apologeticorum tuorum delitias tibi propono? CRIT. Imo nauſeat iam animus ad memoriam illius. Video me oleum atque operam, quod dicitur, quatriduanæ lucubrationis; & noſtros ſpecioſam, quam exſpectabant, victoriam perdidiſſe. Ego iam idoneas probationes exſpecto à te, an Carolus, & illius ſæculi Epiſcopi egregiam hanc Romano Pontifici vnquam poteſtatem detulerint. IREN. Detulerunt certè in Synodo Francofordienſi. CRIT. Miror te hominẽ prudentem ita me illudere; ſatis tergiuerſatum eſt; ſi quid præterea habes in medium proferto. IREN. Non tergiuerſor, mi Critobule, neque ego de ementita illa Francofordienſi Synodo, quæ in Apologeticorum officina nuper nata eſt, ſed de vera, ſentio. Ex qua id, quod tantopere abhorrent Apologetici, apertè probatur. CRIT. Nunquam infans tam ab vbere matris, quàm ego jam à te pendeo. Iſtud, quod quæro, ſi liquido probares, redirem certè in gratiam cum Romano Pontifice. Quod ſanè ſperarem Germaniæ noſtræ principes facturos, ſi id aliquando reſciſcerent, aut ſanè diligentius hanc totam cauſſam ad cogitationes ſuas reuocaturos. Perge itaque, non tam bonis, vt aiunt, auibus, quàm Chriſto auſpice. IREN. Hoc igitur apud te affirmo, hanc Francofordienſem Synodum, de qua ſibi fruſtra blandiuntur Apologetici, celeberrimam fuiſſe ex trecentis plus minus Italiæ, Germaniæ, Galliæ Epiſcopis;

Monaſteriorum demolitio quid portendat.

Carolum magnificè ſenſiſſe de Romani Pontificis auctoritate: etiamſi id Illyricus impudenter neget.

In catalogo teſt. verit.

In Synodo Francofordienſi Romani Pontificis auctoritatem auguſtam.

In Francofordienſi Synodo quid actum.

Epiſcopis; atque in ea Felicem Vrgelitanum Epiſcopum, qui Chriſtum Dei tantum adoptiuum filium aſſerebat, damnatum: In ea Pſeudoſynodum Iconomachorum, quemadmodum antea audiſti, abrogatam. In ea denique recitatum eſſe, præſente Carolo, Paulini Aquilienſis Epiſcopi librum, nomine Synodi aduerſus eundem Felicem conſcriptum. In quo patres ſalutem Caroli, imperiumque eius non ſolùm Deo, ſed & *interceſsioni beatæ Mariæ virginis, ac beati Petri primi paſtoris Eccleſiæ, omniúmque Sanctorum commendant.* CRIT. Itanon conſiſtunt cum doctrina Apologiæ, quæ hunc morem, vt Ethnicum, explodit. IREN. Hoc obiter attexo, vt intelligas, quantum iſti vero Carolo tribuant, qui alium nobis ad confringendas Imagines, quaſi vilem quendam & impium operarium, ſubornarunt. In ea Synodo hæc præterea habentur: *Eos autem, qui poſt hanc ſaluberrimam definitionem, quam plenaria Synodus, ſancto afflata Spiritu, concorditer ſubtili ſinceritate terminauit, falſiſsimis eorum aſſertionibus ſiue clam, ſiue in publico, voce præbuerint aſſenſum, ſimili eos ſententiæ vindictæ ſancimus eſſe plectendos, reſeruato per omnia iuris priuilegio, ſummi Pontificis ac patris noſtri Adriani, primæ ſedis beatiſsimi Papæ*: Hæc patres. Quam ideo credo illos *plenariam Synodum* appellaſſe, quòd vicarij Romanæ ſedis ei interfuerant. Nec tamen eorum præſentia effecit, quin adhuc integra eſſet Romano Pontifici ſua prærogatiua. Hic ſi quis vellet, more Apologeticorum ridiculũ Rhetorem agere; quæreret à Carolo, & ab iſtis patribus, an non ſit ineptum à ſacro Concilio Spiritum Sanctum curriculo auolare Romam, vt, ſi quid dubitet, aut hæreat, & ſeſe explicare non poſſet, ab alio, neſcio quo, ſpiritu doctiore conſilium capiat. Quid opus erat, vt Epiſcopos, tantis impenſis, tam longinquis itineribus Francofordiam conuocari? & cetera id genus, quæ iſti ſuo more vaniſſimè garriunt. Habita eſt præterea non ita multò poſt Caroli tempora Synodus in Gallia apud vrbem Sueſſionis. Quæ tamen poſtea Romanæ ſedis auctoritate confirmata eſt. Nec eſt, cur hic valde hæreres, cum iam antea hunc omnem ſcrupulum, Iulij, quam recitauimus, Epiſtola eximere tibi debuiſſet. CRIT. Nunc demum in meipſo eſſe veriſſimum illud adagium comperio: *Neſcis, quid veſper ſerus vehat.* Alius mihi ac primo mane Carolus videtur; alia etiam Francofordienſis Synodus. Sed non memini me vidiſſe illum Paulini librum. IREN. Fuit ille quidem ante aliquot annos typis impreſſus, ac diuulgatus opera eius, qui quatuor illos Caroli libros edendos curauit, ob id potiſſimum, vt oſtenderet aliam fuiſſe cauſſam damnati Felicis, quàm vulgò fertur, id eſt, non propter Imagines, ſed quia negabat Chriſtum eſſe verum Dei filium. In quo veriſſima ſanè dicit: ac eadem re quoſdam ex noſtris Catholicis, eoſq; doctos viros, & ex tuis

Paulini liber.

Caroli Magni ſalus Deo tantum Mariæ & omnibus Sanctis commendata.

Fecere in Synodo Francofordienſi eandem clauſulam, quam in Tridentina Apologetici rident.

Francofordienſis Synodus cur plenaria appellata.

Apologeticorum Sardonius riſus.

In 2 parte 4. cap. 136. 137.

Synodus Sueſ.

Paulini liber à quo editus.

Feliciana hæreſis qua fuerit.

Bal. in Adr. in act. R.P.

ex tuis etiam aliquot, vt Balæum erraſſe video: niſi fortè Iconomachus quoque fuerit, quod adhuc in veterum monumentis non legi. CRIT. Magnum vulnus hic liber Apologiæ noſtræ infligit. Sed iam te aliud rogo: noſti, Apologeticis noſtris, nihil

Romanum Pontificem a nemine iudicandum.

inſalſius dici poſſe, videri, quàm Romanum Pontificem non eſſe à quoquam iudicandum. Quem credis fuiſſe Caroli, atque illius ſæculi ea in re ſenſum? IREN. Quid illi aliud ſentirêt, quàm

Iuo parte 5. cap. 3 1 3. 2. qu. 4 cap. audium eſt.

Carolus Magnus.

quod à maioribus ſemper acceperant? Quid Carolus ſenſit, & exemplo, & edictis oſtendit: exemplo, cùm Romæ præſens, Leone Pontifice grauibus de cauſis accuſato, patribus reſpondentibus, ſedem Apoſtolicam, aliarum Eccleſiarum eſſe caput, ac propterea ab aliis non iudicandam, in eorum ſententia acquieuerit:

Paul Aemil. lib. Liſt li. 3. I. lond. Decad. 2 lib. 1.

edictis, cùm id inter alias conſtitutiones ipſe cauerit. Atq; iſtud fuiſſe totius Eccleſiæ ante ſæculum Caroli iudicium; non ex hac modò Leonis, ſed & alia Marcellini Martyris hiſtoria conſtat.

Vide conſtit. Carol.

Conſtantinus.

Iuo parte 5. ca 8. 9. 10. & 23.

Atque hîc Carolus Conſtantini optimi principis exemplum & pietatem ſecutus eſt: quo in frequenti quadam, Syluestro Pontificatum adminiſtrante, Romana Synodo præſente, id, de quo agitur, cautum eſt. Quare ſi Apologetici Francofordienſem Caroli Synodum tantopere efferant & conſectentur, vt eius potiſſimùm auctoritate Apologiam ſuam, quaſi tibicine quodam, fulcire voluerint: Synodum certè Tridentinam

Vide tom. 1. Concil.

Carolus 5.

ſub Carolo quinto (qui & ipſe quoq; propter imperij & rerum geſtarum magnitudinem, Magnus dici poterit) inchoatam, & recens ſub illuſtriſſimo Imperatore Ferdinando & tali fratri digno, Deo auſpice, feliciter abſolutam, non poſſunt ita, vt faciunt, reiicere. Imò neceſſe habent, non ſolùm illas, quas dixi, in Francofordienſi, ſed & has quoque in Tridentina Synodo patrū voces amplecti. *His*, inquiūt, *decretis inhærentes, digni reddemur miſericordijs & gratiæ Patris & magni Sacerdotis Ieſu Chriſti, intercedente inuiolata Domina noſtra Deipara, & omnibus Sanctis:* quas eorū voces ex me ante triduum audiſti, & vt reliquam vtriuſque Caroli, ita & ſummam ad Chriſti & Sanctorum eius Imaginum, atque

Caroli Quinti pietas inſignis.

Crucis honorem, propenſionē, & egregiam illam Caroli noſtri pietatem exoſculari oportet; qui cùm in expeditione illa Germanica in publico itinere Crucem præteriret ſclopetis à petulanti-

Lutheranorum in Chriſti Crucem impietas.

bus & parum Chriſtianis militibus ad ſummam Chriſti & Chriſtianæ religionis contumeliam nefariè dilaceratam; ingemuit, vt decebat pium & Chriſtianum Imperatorem; *& tu*, inquit, *Domine ſi volueris, hanc tibi iniuriam irrogatam vlciſci facilè poteris.* Quam mox Deus vltus eſt: celeberrimam contra Imperij & Catholicæ religionis hoſtes victoriam Carolo tribuens. Et meritò ſingulari pietate Carolus Chriſtianæ militiæ nobile hoc vexillum, & glorioſum aſſerti à peccatis Chriſti morte humani generis tro-

phæum

phæum venerabundè cum ob alia multa coluit, tùm quòd Crucem ſæpe, vt ſub Conſtantino Magno, & aliis Chriſtianis Imperatoribus, ita & ſub Rodolpho, primo Auſtriacæ familiæ Imperatore, feliciſſimo quodam illius Gentis omine, è cælo fuiſſe oſtéſam non ignoraret. CRIT. Summe Deus, in quos ego errores præcipitatus ſum! Arbitrabar, his proximis ſæculis hāc ſibi omné poteſtatem Romanos Pontifices temerè arrogaſſe. Perſpicio iam nō Carolum modò cum illius ſæculi Epiſcopis, ſed & antiquiſſimos tam in Græca, quàm Latina Eccleſia Epiſcopos, alioſque patres, quorum tu mihi exquiſitas ſententias recitaſti, nihil aliud olim ſenſiſſe de Romano Pontifice, quā ſentiunt hodie Catholici. Parum igitur iam abeſt, quin & ego nō ſolùm cum Imaginibus, ſed etiam Romano Pontifice in gratiam reducar. Neq; enim Carolo, & illis Epiſcopis aut doctior, aut ſanctior videri poſtulo. IREN. Immortales Deo Optimo Maximo gratias ego, quòd huius diei opera aliquo modo ſit tibi fructuoſa. Sed remoue illud, [*parū abeſt*] & totū te in Eccleſiæ auctoritate repone. CRIT. Sunt adhuc non nulla, quæ mihi morā, & impedimentum inferunt. In quibus an mihi ſatisfacere poſſis, aliâs, ſi quādo data fuerit occaſio, periculum faciam. Nūc verò quia tantopere me vrges, ne videar ſine cauſſa aſſenſum cohibere, quid in hac etiam Imaginum controuerſiis me aliquantulùm remoretur, non te celabo. Audio iam octauam Magdeburgenſium Centuriam in lucem prodiiſſe. Quæ ſi ad manum eſſet, vel à me fuiſſet perlecta; nō dubito, quin multa ad Imagines oppugnandas, & alia quædam huc pertinētia ſuppeditaret. IREN. Suppeditaret fortaſſe multa friuola, falſa, & inepta. Nam hoc tibi affirmo; in ea Centuria Magdeburgenſes tuos Pſeudoſynodi Iconomachorum, & Nicænæ ſecundæ Synodi acta ſuo more, id eſt, callidè & veteratoriè, & minutim recenſere. Ad Nicæni Concilij tum auctoritatem ex commenticia illa Francofordienſi Synodo deprimendam; tum argumenta ex adulterino & iam à ſummo Pōtifice Pio quarto & patribus Tridentinis damnato illo Caroli libro (quem illius eſſe iis, quæ iam refellimus, argumentis adſtruere nituntur) conuellenda & confringenda incumbunt. Quorum præcipuæ calumniæ cùm iam in noſtro ad Caluinum reſponſo repulſæ & contuſæ ſint, non eſt, quòd vel tu fruſtra te inani alicuius inde præſidij ſpe lactes, vel ego in eis iterū diſcutiendis rem actam non ſine tædio & faſtidio agam. Sunt enim omnia eiuſdem omnino farinæ, neque vllo certè reſponſo digna: vt non parum mirer, vel Illyricum nihil ætate & rerum vſu factum prudentiorem, vel gregales & ſocios eius, Ioannem inquam Vuigandum, & Matthæum Iudicem, tam friuolas, tam abſurdas, ſecumque pugnantes Illyrici in Catalogo rationes probare, & hanc de Francofordienſi Synodo, & Carolino

Crucis è cœlo apparitio.

Octaua Magdeburgenſium Centuria.

Illyricus.

Ioan. Vuigādus. Math. Iudex.

libro fabulam, ſplendidiſſimumque mendacium tam erudito ſæculo, vt ſinceram hiſtoriam, obtrudere auſos. Sed occæcauit planè Deus iſtos, vt audientes nihil audiant, videntes nihil videant, & mentem habeant, qua nihil intelligant. Hæc enim ſolet eſſe iuſtiſſima conclamatæ pertinaciæ, atque hæreſeos merces. Illud verò iam hic ſatis erit admonuiſſe; Pſeudocaroli & Caluini inſignes & prodigioſas calumnias ex ipſorum Magdeburgenſium, quantumuis corrupta & vitioſa narratione, ſatis tamen conſpici: quippe qui apertè produnt, Conſtantinum illum, & reliquos Nicænos patres cõſtantiſſimè adſeruiſſe, Latriã ſoli Deo, non Imaginibus tribuendã, nec patres vnquã Imaginibus ſacrificãdũ, vt Caluinus prodigioſè mẽtitur, docuiſſe: ſed id dictũ fuiſſe (vt iã oſtẽdim⁹) ab Iconomachis de Chriſti carne in Euchariſtia, idque ad Caluinianæ Theologiæ magnã ruinã. Magdeburgenſes verò etſi omnia ad cauſſæ ſuæ cõmodũ deflectãt & vertant; multa tamen, quæ partim Carolus, partim Caluinus recenſet, vtpote nimium ridicula, apertè friuola, & falſa ſilentio ſtudioſè prætermittunt. Quod vt eſt veriſſimum, ita & illud quoque non minus verum, ipſos à ſe euerti: cùm tradant ad Romanam Synodum, quæ contra Iconomachos ſub Stephano habita eſt, Carolum 12. Epiſcopos miſiſſe, & Nicænam Synodum Romani potiſſimum Pontificis auctoritate habitam, & confirmatam fuiſſe. Ex qua narratione, cui nullus ſanæ mentis refragari poteſt, omne Hincmariani teſtimonij beneficium (ſi modò ſit Hincmari, quod ego certè in animum non induco, vt credam) quo vnicè nituntur in hac Centuria, illis eripitur. Quod Nicænam quidem Synodum impugnat hoc potiſſimum nomine, quòd Romanæ ſedis ſuffragia ei defuerint. Quare non eſt dubium, hoc, cuiuſcunque ſit, teſtimonium Pſeudoſynodum Iconomachorum tantummodo reſpicere, vt & illam Hincmari de Synodo œcumenica & particulari poſt Pſeudocarolum narrationem. Nicænam enim œcumenicam fuiſſe, non ſolùm ex omnibus omnium ſæculorum Latinis & Græcis monumentis, ſed & iis, quæ Magdeburgenſes ex Nicæna Synodo recitant, verbis ſatis apparet. *Oriens*, inquit, *& Occidens, Septentrio & Meridies in vnum, vt ita dicam, conuenimus. Sanctarum Eccleſiarum pacificus ſtatus propter conſentientem fidem & ſententias conſtitutus eſt.* Fragmentum igitur iſtud Hincmarianum, aut cuiuſcunque demum ſit, non Nicænam, ſed Pſeudoſynodum Iconomachorum labefactat & peſſundat: vt neſciam ſtultitiam, an impudentiam magis iſtorum demirer, qui ad ſuam cauſſam confringendam & iugulandam iſtud inuerterunt. Et hæc quidem de octaua Magdeburgenſium tuorum Centuria: in qua ſi quid iam fortè omiſſum tibi eam in maiori otio legenti occurrerit, cui iam non eſt ſatis factum; ſi id mihi indicaueris, dabò operam,

Pſeudocaroli & Caluini prodigioſæ calumniæ à Magdeburgenſibus detectæ.

Magdeburgenſes ſuam ipſorum cauſſam iugulare.

Hincmari teſtimonium, quo nituntur Magdeburgenſes, nihil eis prodeſſe.

Vide Catalog. Illyric.

Nicænam ſecundam Synodum fuiſſe œcumenicam.

ram,

ram, vt in eo etiam tibi ſatisfiat. CRIT. De hoc in poſterum videro: interea iis ero contentus, quæ neſcio an omnino verè, ſed valde quidem probabiliter diſſeruiſti.

Quamuis vera eſſent, quæ auctores Apologiæ Anglicanæ de Synodo Francofordienſi temere aſſeuerant, nihil tamen eorum factionem inde promoueri.

CAP. XV. CRITOBVLVS.

NVNC velim, vt quod ſupereſt penſi tui, abſoluas. Ex tribus enim, quæ explicanda ſuſcepiſti, tertium adhuc reſtat; quod ego, quaſi æs alienum, vrgeo, vtq́, eo te liberes, poſtulo. IREN. Huc venio. Credo itaque te audiſſe, rege Edouardo in Anglia mortuo ſuffectam iure hæreditario Mariam ſororem, quæ abolitam ſub eo Catholicam religionem Eccleſiæ Anglicanæ reſtituit. CRIT. Memini. IREN. Eâ verò non longè poſt defunctâ, ad veſtram religionem, Epiſcopis & toto clero reclamantibus, omnia fuiſſe reuocata. Quorum alij hodie in carceribus præclaram ſuam confeſſionem obeunt, alij in voluntario exſilio, alij omnibus Eccleſiaſticis dignitatibus exuti, vt priuati degũt. CRIT. Hæc omnia vera eſſe, audio; ſed tu, quod occeperas, abſolue. IREN. Quid amplius exſpectas? iam tuo deſiderio, & meæ promiſſioni ſatisfeci. CRIT. Nõ ſum Oedipus; quare apertiùs, quid velis, dicito. IREN. Apologetici his verbis vtuntur: *Neq, ea, quæ fecimus, prorſus ſine Epiſcopis, aut ſine Concilio fecimus. Plenis comitiis res acta, longa deliberatione, frequenti Synodo.* CRIT. Rem omnem, ni fallor, teneo. Id fortè cogitas, quicquid Synodus Francofordienſis egerit, id totum non Laicorum, ſed Epiſcoporum auctoritate factum: mortua verò Maria, inuitis omnibus Epiſcopis, religionem innouatam. IREN. Rectè colligis. Ex quo animaduerte, quàm monſtroſum ſit hoc nouum Euangelium, quod quaſi exeſo matris ventre, more viperarũ, naſcitur. In quo Laici, qui diſcere, non docere debent, abactis Epiſcopis, aut illis ſaltẽ diſſentiẽtibus, quod paſſim in Germania etiam tua fieri dicitur, primas partes tenent. Quod ſanè & rationi omni aduerſatur, & omnem à natura ipſa datum rerum ordinem conuellit: vt ea, quæ ſuperiora eſſe & imperare debeant, inferioribus cedant. Videmus enim à natura comparatum, vt ferrum, quod ſua vi deorſum fertur, propter præſtantiorem tamen magnetis virtutem; & aqua etiam arcana quadam naturæ operatione, ne inane detur, ſurſum feratur: & inferiores cælos, qui ex ſe Occidentem verſus tẽdunt, ſuperiorum tamen cælorum raptu & vio-

Mutatio religionis in Anglia.

Eduardus ſextus.

Maria regina religionis Catholicæ inſtauratrix.

Epiſcoporũ Angliæ in fidei Catholicæ confeſſione conſtantia.

Apologeticorum fucus.

Religio in Anglia mutata inuitis omnibus Epiſcopis.

Præpoſterus noui Euangelij ordo.

Inuerſa rerum ſcena.

lentia ad Orientem trahi. At in ſola hodie Eccleſia, quæ optimè à Deo ordinata & conſtituta eſt, perturbato prorſus diuino ordine & ductu, Laici, qui diſcere deberent, doctorum in ſe magiſterium aſſumunt, & eis, à quibus vitæ, fideique documenta accipere ſemper ſunt ſoliti, nouas viuendi rationes, & fidei vtinam tam ſalutaria, quàm noua dictata, vel inuitis obtrudunt. Quare Laicorum iſta in Anglia mea ad veterem religionem labefactandam comitia aduerſus totius Cleri conſenſum habita, pios & prudentes parum mouere, nec vim vllam legum habere poſſunt. Eſt verò & alia ratio, cur etiamſi huiuſmodi decreta Epiſcopi probaſſent; nihilo tamen magis rata deberet eſſe Apologeticorum Synodus, quàm Arrianorum, Manichæorum, Neſtorianorum, Iconomachorum, & id genus aliæ. Cùm enim (vt oſtẽdimus, variis œcumenicis Conciliis, multa ex iis, quæ Apologetici aboleuerunt, tanquàm Catholicæ fidei cõſentanea atque neceſſaria ſint ſæpius confirmata: quo modo poterit aliquod pondus contrariæ Synodo ineſſe, quæ non ſolùm Romano Pontifice abſente, ſed contra ipſius, & totius Eccleſiæ auctoritatem ac fidem coiit?

Synodũ vel potius Pſeudoſynodum Apologeticorum in Anglia nullius eſſe momenti.

Reſpondetur ad canonem Elibertinum, quem auctores Apologiæ Anglicanæ contra Imagines proferunt: & confutatur mendacium eorundem de numero patrum Tridentinorum.

Cap. xvi. Critobvlvs.

Mvltvm me quidem triduana illa affecit, ac mouit; hodierna verò iſta tua, ac heſterna de Carolo diſputatio talis fuit, vt non tam Caluinum ac Apologeticos in Anglia, quàm te ipſum ſuperaſſe videaris. Quanquam verò non dubitem, quin Caroli Synodus, non ab Apologeticis, quos propriis armis ſpoliatos (quod pulcherrimum victoriæ genus eſt) euertiſti, ſed à te tota ſit; nec veriſimile quidem ſit, aliud fuiſſe prioris ante Caroli tempora Eccleſiæ hac de re iudicium: quia tamen ex tanto probationum cumulo, Elibertinum Concilium, atque Epiphanium ſibi Apologetici deſumunt, in quo neceſſe eſt eos exiſtimare, præcipuum ac ſingulare quoddam cauſſæ momentum poni; nec ego, vt ingenuè fatear, tantæ auctoritati quid reſpondendum ſit, ſatis ſcio: te rogo, vt id, quicquid ſit dubitationis, ne vel tenuis ſcrupulus apud me deinceps reſideat, mihi tollas. Aiunt itaq; Apologetici Cõcilio Elibertino decretũ, *ne quid, quod colitur à populo, pingeretur in templis.* Iren. Sed quando iſti patrẽ, aut Conciliũ proferent, à quo non premantur magis, quàm adiuuentur? Scio, ſcio paſſuros eos, vt oẽs templorum anguli Imaginibus compleãtur, quantumuis horrendũ nefas, & non ferendum flagitium crepẽt; potius

Elibertini Concilij decretum.

potius quàm ſinerent reliquos Elibertinorum patrum canones in ſua hodie Eccleſia locum habere. CRIT. Quare tibi iſta ita

Elibertini Concilij canonē nihil aduerſari Imaginibus ab Eccleſia Catholica hodie approbatis.

Can. 33. excidunt? IREN. Iſti certè patres adeò non indulgent Presbyteris matrimonium, vt ne prioris quidē *vſu* eos *frui* patiantur. Quare ſi ad alterutram conditionem deſcendere illis neceſſe foret, templis ſuas Imagines reddi potius paterentur, quàm ſuas ſibi

In præfat. Synod Gangr. Dalilas eripi. Sed nos iam oſtendemus, iſtum patrum canonem nihil hodiernæ Eccleſiæ ritibus aduerſari. Atque hic cum primis cautio illa Gregoriana mihi occurrit, regulas Sanctorum patrum pro tempore, loco, perſona, negocio, inſtante neceſſitate traditas.

Cautio de regulis patrum Gregoriana.

Audiamus verò ipſa Synodi verba: *Placuit picturas in Eccleſia eſſe non debere, ne quod colitur, aut adoratur, in parietibus depingatur.* Habita aût eſt hæc Synodus paullo ante tēpora Conſtantini Magni, antequam Chriſtiana religio publicè in imperio fuiſſet recepta.

Synodus Elibertina quando habita.

Hoc itaque edicto patres non ſimpliciter picturas, ſed ne more Gentilium, qui vndique circumfuſi erant, Chriſtiani ſuas picturas colerent, prohibuere: qui putabant, aut ipſam Imaginem Deum, aut Diuini aliquid in ſe continere. Atque huc quidem verba ipſius canonis, & aliorum reſpicere videntur, in quibus multa de Gentiū idolis, & de Chriſtianis, qui illis ſacrificauerūt, cauentur. Hanc autem (ſed non vſitatam) Imaginum adorationem, ob eandem cauſſam Gregorium primum poſtea ſubmouiſſe, antea diximus. Iam iſte canon non omnes Imagines, ſed parietum picturas tantùm hoc edicto ſubmouet; ne in graui illorum temporum inſectatione Ethnicis daretur occaſio Chriſtianorum picturis illudendi, ac eas violādi. Alias verò Imagines, ſiue fictas, ſiue pictas, quæ facilè auferri poſſent à Chriſtianis fugientibus, ſubmouere non videtur. Quæ certè interpretatio verbis edicti optimè conuenit.

Canonis Elibertini explicatio.

Gregorius primus.

Cuiuſmodi picturæ in canone Elibertino prohibitæ.

Sed vt demus, id quoque, quod iſti volunt, patres Elibertinos priuata Synodo, nec plures numero quā nouendecim; vel quia rudem populum, & recens ad Chriſtum traductum, occaſione picturarum ad veterem quodammodo idololatriam relabi viderent, nec aliter, quàm, illis deletis, proſpici potuiſſe exiſtimarent (ob quam cauſſam pius rex Ezechias ſerpentē æneum fregit: quanquā ſerpens non Imaginis, ſed myſterij rationem præ ſe ferebat, atque ideo fruſtra hoc exemplum ab Apologeticis tuis contra noſtras Imagines adhibetur) vel alia certa de cauſſa illis magis temporibus, quàm nunc cognita; vel omnino cenſuiſſe ita fieri debere: an Apologetici tui id, quod cupiunt, ſtatim ſe aſſequutos putant? An œcumenicarum, quæ poſtea ſecutæ ſunt, præſertim Septimæ ac Octauæ, & canonum, qui dicuntur Sextæ, ac Romanæ illius ſub Gregorio Secundo, atq; adeo Francofordienſis Synodi (quam iſti eleganter fundamentū ſuæ cauſſæ faciunt) & reliquæ totius ſupra mille annos Eccleſiæ auctoritas

Serpentem æneū ab Ezechia fractum nihil facere contra Imagines noſtras.

Elibertina Synodus non conferenda cū Septima, Octaua & Frācofordienſi.

nonendecim iſtorum patrum canoni cedere debet? Huc accedit, quòd nulla ſit hodie illius metus cauſſa in populo Chriſtiano, inueterata iam tot ſæculis religione; qualis fuit vel in Iudæis, qui toti ad idololatriam ſemper ferebantur, ac non ſolum ſerpentem illum æneum, ſed vitulum, ac alia animalia cum Ægyptiis, & aliis Gentibus colebant; vel in primo illo Chriſtianorum populo, qui veterem fortè errorem, ac ſtatuarum ſuperſtitionem ad noſtras Imagines transferebat. Hæc & alia de hoc decreto dici poſſunt.

Iudæi.

Gentes recens ad Chriſtianiſmum conuerſa.

Certè cum nulla ratione humani, aut diuini iuris congruit, vt, quæ benignius accipi poſſint, durius atque acerbius contra mentem patrum ad totius Eccleſiæ morē labefactandum vrgeamus. Alium autem habuiſſe ante quadringentos annos hæc canonis verba per Eccleſiam Catholicam, quàm iſti prætendunt, ſenſum, vel hinc liquere poteſt, quòd hodie inter decreta quæ Iuo collegit, conſpiciatur. In quo certè nullum ille habuiſſet locum, ſi aliter intelligi non potuiſſet, niſi vt Chriſtianorum Imagines euerterentur. Conſtat verò eam adhibitam, de qua diximus, interpretationem, non vt non exſtarent, ſed ne Gentilicio quodam more adorentur; omnemque eam adorationem ad res ſignificatas trāſferendam. Neque meliorem eius canonis puto interpretem deſiderare poſſumus, quàm Iuonem, qui eum alio planè ſenſu in nobile illud ſuum decretorum opus, antequam hoc, quo hodie vtimur, ius canonicum Gratianus in hanc formam & ordinem redegiſſet, retulit, & de hoc Imaginum cultu ſententiam ſuam ad hunc modum explicuit: *Picturas* videlicet *non eſſe adorandas in Eccleſia, ſed quod adorandum eſt, mentibus fidelium per eas ad memoriam reuocandum*. Idem etiam alibi. *Cùm ſanctis*, inquit, *Imaginibus ceruices inflectimus, vel Dominicæ paſſionis ſigna veneranda recolimus, aut pro aſſumta pro nobis mortalitate ipſi Deo gratias exhibemus; nullam in ipſis Imaginibus credimus Diuinitatem*. Hæc Iuo. Hoc eſt ergo, quod Elibertinus ille canon, hoc eſt, quod poſt eum Gregorius primus prohibet, cùm vetat adorari Imagines. Atque hoc forſan ſenſu Imaginum adoratores damnat Auguſtinus, de cuius nos heri ſententia latius diſſeruimus. Atq; hic iam libet apud te exactam iſtam Euangelicorum tuorum amuſſim, ad quam rationes & argumenta ſua exigunt, paullulum perpendere. Vides iam hunc Elibertinum canonem, nihil omnino prohibere hunc Chriſtianum Imaginum cultum. Sed eſto, prohibuerit fortè. Qua ratione tot œcumenicis poſtea Synodis, totiuſque Eccleſiæ auctoritati atque vſui nouendecim vnius regionis Epiſcopi præiudicarēt? Aut quo modo iſti non planè tergiuerſantur, qui Tridentini Concilij auctoritatem, cui nō negant quadraginta ex variis Chriſtiani orbis nationibus adfuiſſe Epiſcopos, eleuant, & dimidiatum illum alibi numerum, tam religioſè ſuſpiciunt? At quo modo quiſquam deinceps

Senſum alium Elibertini canonis in Eccleſia iam diu receptū, quàm Apologetici prætendunt.

Iuo, optimus interpres canonis Elibertini.

Iuonis de Imaginum cultu teſtimonium.

parte 3. cap. 40.

Chronic. lib. 3. cap. 70.

Quo ſenſu Elibertinus canon accipiendus.

Gregorius.

Auguſtinus.

Apologeticorum iniquitas de Patrū Tridentinorum paucitate querela.

Apol. Angl.

deinceps de rebus à ſæculo noſtro remotis, ac controuerſis fidem dabit iſtis, qui in re tam recenti, & viua adhuc non ſolùm totius rei memoria, ſed maxima (credo) ex parte patribus, qui concilio interfuerant, ſuperſtitibus, tam apertè mentiri nō erubeſcunt? Imminuunt enim iſti Cōcilij maieſtatem ex paucitate patrum, quòd quadraginta tantummodo adfuiſſent (quæ quanquā, vt dixi, nulla ſit cauſſa) in ea tamen ipſa aperti mendacij conuincuntur. Conſtat enim ad diem Diuæ Catharinæ virgini, ac Martyri ſacrū adfuiſſe Epiſcopos ſeptuaginta ſeptē, præter Abbates, & Monachorum quorundā generales, & plurimos Theologiæ viros peritiſſimos: qui ſex quotidie horas in rebus controuerſis accuratè diſceptandis ponebant. Ac iſtorum quidem omnium Epiſcoporum, ſi neceſſe foret, tibi nomina edere poſſum. Nec Sleidanus, aut alij nuper Euangelici, qui præſentem hanc Tridentinam Synodum impugnant, ſexaginta duos Epiſcopos præter Romani Pontificis legatos interfuiſſe diffitentur. Quaſi verò boni iſti Apologetici, qui ſuperiores propter numeri exiguitatem reiiciunt, vel hoſce hodie Tridentinos patres, è quibus ſupra ducentos illuc Epiſcopos conueniſſe conſtat, & tot clariſſima totius Catholicæ Eccleſiæ lumina quicquam reuereantur, vel ſi quadraginta tantùm, quod mentiuntur, interfuiſſent Epiſcopi, aut illud nullum, aut non fuiſſet œcumenicum Concilium, vt iſti ſomniāt, qui nullum generale Concilium haberi volunt, cui non omnes nationes interſint. Qua definitione, ſi rem metiamur; dubito, an vllum hactenus generale Concilium ſit habitum: &, niſi fallor, hoc eſt, quod iſti orbi perſuaſum volunt, nec difficilè id quidem eſt, ex ipſorum verbis colligere. Quæ tota præclara Theologia huc ſpectat, vt mille, & amplius ad controuerſias componendas ex omni orbe ſelecti Epiſcopi vni Luthero, aut Caluino cedant. Et quicquid Lutherus cum Bucero & ſex aut octo congerronibus (Bucero in Lutheri, & Luthero in Buceri viciſſim gratiam de iure ſuo remittente, ac à priore ſententia, quam vt purum Euangelium venditabat vterque, decedente) conſtituerit, quamuis contra omnia Concilia, omnes patres, atque ipſa adeo Euangelia, exoſculari ſtatim atque adorare debeamus. Sed nullam iſti habent cauſſam paucitatem iſtam contemnendi, cùm rariore numero multa præclara Concilia ſint habita: nullam ſanctionibus eius detrahendi; cùm nō alia ferè, quā patrū & veterū Conciliorū decreta, quæ Euangelici nuper diſſiparūt, hîc ſint renouata: nullam deniq; amplitudini eius derogandi; cū præſertim Romani Pontificis auctoritate, qui ſolus Cōcilia conuocandi poteſtatē legitimā habet, & qui ſolus in Eccleſia œcumenicus eſt Epiſcopus, ritè coierit: Vt, cùm omnibus per orbem Catholicis Epiſcopis liber illic patuerit pro more Eccleſiæ acceſſus, libera fuerint ſuffragia,

Apologeticorum mendacium de numero Patrum Tridentinorum.

Sleidani & Proteſtātium Auguſtanæ Confeſſionis teſtimonio conuincuntur mēdacij Apologetici.

Sleid li. 23. In proteſt. Auguſtanæ Confeſſ. cont. Synod. Trident.

Generalis Concilij inepta & falſa Apologetici deſcriptio.

Pauciores in multis præclaris Cōcilijs quā in Tridentino interfuiſſe Epiſcopos.

Tridentinam Synodum fuiſſe œcumenicam.

non ideo minus extiterit œcumenicum, quia Catholicorum plurimi Epiſcopi, aut neceſſitate, aut aliis iuſtis de cauſſis abfuerint; quàm regium ac ſplendidiſſimum illud Aſſueri conuiuium fuerit publicum, etiamſi multi ad illud, qui venire poterant, non tamen venerint. Sed hoc ſolùm iſtos vrit, quòd videant hæreſes in Catholicorum Conciliis nullos calculos, nullum conſenſum habere. Eſt itaque, & fuit illud prius Tridentinum Cõcilium œcumenicum, & ab œcumenico Põtifice, & ad œcumenicam & Catholicam fidem generaliter indictum & coactum, omnibusque patens, qui de more maiorum aut intereſſe, aut ſuffragia dare ſint ſoliti. Nos verò iam ad inſtitutam de Epiphanio orationem reuertamur. Heſter ca. 1.

Epiphanij, quod auctores Apologiæ Anglicanæ contra Imagines proferunt, teſtimonium expenditur; & eundem Epiphanium omnia Apologiæ falſa dogmata oppugnare & ſubuertere indicatur.

CAP. XVII. CRITOBVLVS.

HÆC me à te vel obiter de Tridentino concilio audiſſe iuuat. Nec iam patres Elibertinos quicquam obſtare video. Supereſt Epiphanius, à cuius teſtificatione tota iam cauſſa pendet. Dat igitur illis contra vos firmum & graue teſtimonium Epiphanius, ad hunc (vt ipſorum verbis vtar) modum: *Vetus pater Epiphanius ait, eſſe horrendum nefas, & non ferendum flagitium, ſi quis vel pictam, quãtumuis Chriſti, Imaginem excitet in templo Chriſtianorum. Iſti Imaginibus, & ſtatuis, quaſi ſine illis religio nulla ſit, omnia templa ſua, atq; omnes angulos compleuerunt.* Epiphanius itaq; non adorationem modò, ſed & ipſas Imagines è templis ſubmouet. IREN. Hunc non mediocrem, ſed grauiſſimum teſtem, ſi conſtaret iis eum verbis eſſe vſum, non poſſum contemnere. CRIT. An aliquis ſcrupulus eius tibi rei iniicitur? IREN. Fortè aliquis; vt mox intelliges. Interim id affirmo, quicquid Epiphanius hac de re iudicarit, eum ſolum reliqua totius Apologiæ commenta ſic infringere, vt etiãſi eum contra Imagines aſſenſorem, parum tamen vnde glorientur, haberent. CRIT. Id ſanè permirum: nam & in aliis cauſſis Apologetici Epiphanium totum ad ſe rapiunt. IREN. Scio; ſed plagiarij planè ſunt, ingenuum hominem ſupprimentes, eiusque libertatem intercipientes. Quod ego nullo modo ferre poſſum. Pro quo ego vindicias ſecundùm libertatem poſtulo. Liberalis enim cauſſæ cuicunque defenſio expoſita eſt. Nunquam enim illiberalem iſtam inter ſectas ſeruitutem ſeruiit Epiphanius. Affirmo eum Eccleſiæ Catholicæ ciuem ingenuum. Habeo certiſſima, ac clariſſima ingenuitatis eius teſtimonia cõtra Euangelicos, qui eum in ſeruitutem, obtorto collo, trahũt. In quam cùm eum

Apologia Anglicana de Epiphanij ſententia contra Imagines verba.

Lib. 1. tom. 2. hæreſ. 26. Gnoſtici admodum iuuenem abducere conarentur, præclarè ſe ille ab eis in libertatē vindicauit. CRIT. Sed quæ ſunt illa ingenuitatis, de qua loqueris, monumenta? IREN. Sunt in medio ipſius Epiphanij ſcripta, vnde quaſi obſignatis tabellis agam contra tuos Apologeticos. Quare ex illis veteris Epiphanij, & nouorum Angliæ patrum contentionem faciam. CRIT. Optimè. Epiphanius contra Apologia Anglicana falſa dogmata oppugnare.

Lib. 1. tom. 2. cōtra Hebionit. hæreſ. 30. IREN. Vetus igitur pater Epiphanius fatetur, ſigno Crucis & aqua precibus conſecrata incantamenta ac Dæmones profligari: noui Angliæ patres & eorum fautores hæc irrident. Crucis ſignum. Aqua ſacra.

Lib. 3. tom. 1. hæreſ. 75. Vetus pater Epiphanius damnat Aërium, vt hæreticum, quòd ſtata Eccleſiæ ieiunia violanda docuerit: noui Anglorum patres hanc ieiuniorum diſciplinam ad doctrinam Montani referunt. Ieiunia.

Bal. in act. R. Pontif. in Theleſphoro. Vetus pater Epiphanius traditionibus Eccleſiæ non ſcriptis magnam vim, & pondus tribuit: noui Angliæ patres non niſi ſcripturas audiunt; atque vtinam vel eas audirent. Traditiones non ſcripta.

Epiphan. 3. 1. 75. Vetus pater Epiphanius Epiſcopos & presbyteros diſtinguit: noui Angliæ patres confundunt. Epiſcoporum et Presbyterorum diſtinctio.

3. 1. 75. Vetus pater Epiphanius preces pro defunctis agnoſcit, & cum Auguſtino ac Philaſtro, vt diximus, Aërium hæreticum pronunciat, quòd eas reiiceret: noui Angliæ patres aſſerunt, totum eſſe futile & anile commentum. Preces pro defunctis.

3. 1. 75. Vetus pater Epiphanius Sanctorum inuocationem probat: noui Angliæ patres ſcribunt hunc morem turpem eſſe, & Ethnicum. Inuocatio Sanctorum.

In compēdio de vera fide. Vetus pater Epiphanius Zachæum quendam & alios, qui, cùm eſſent Laici, ſe ad ea, quæ ad ſolos Epiſcopos ac Sacerdotes ſpectabant, ingerebant, grauiter reprehēdit: apud nouos Anglorum patres nulla eſt legitima Sacerdotum initiatio; Laici ſacris functionibus admouentur.

Epiph. in Anacephaleoſi 80. hæreſ. Vetus pater Epiphanius ſcribit Chriſtum, ianuis clauſis, ad diſcipulos ingreſſum: nouus Anglorum Apoſtolus, *Petrus Martyr, & alij ceſſiſſe oſtia, eumque per feneſtras fortè ingreſſum, & neſcio quid aliud nugantur. Chriſtum ad diſcipulos ianuis clauſis ingreſſū. Petrus Martyr.

*Cōtra Vuintonienſem Epiſcopum.

Vetus pater Epiphanius, & ipſe vitam monaſticam amplexus eſt ante Epiſcopatum, & varia religioſorum hominum inſtituta, ſolitariamque vitam probat, cibis, veſtibus, aliiſque circūſtantiis diſcretam: noui Anglorum patres monaſteria euertunt, omnemque monaſticam diſciplinam irrident, & de eis inſigniter mentiuntur, quaſi in veſtibus & aliis externis ſanctitatem collocent. Monaſtica vita.

In compendio. Vetus pater Epiphanius tradit verū Chriſti corpus in Euchariſtia, & qui ita nō credit, eum excidere à gratia ac ſalute: noui Anglorum patres nullam talem corporalem præſentiam admittunt. Euchariſtia.

In Ancorato. Vetus pater Epiphanius tradit Eccleſiam nunquam caruiſſe externo ſacrificio; eoq; in veteri teſtamento Abelem, Noë, Abraham, Melchiſedech, Iacob, Moſen, Aaronem, Zachariam patrem Ioannis, & alios; in nouo Petrum, Andream, Iacobum cum Paulo, Barnaba, & reliquis Apoſtolis vſos: noui Anglorum patres omne huiuſmodi ſacrificium reiiciunt. Et cùm mulierum ſacrificiā Sacrificium externum.

3. 2. 29.

deteſtetur vetus pater Epiphanius: nouus Anglorum Apoſtolus,
Sacerdotium. Lutherus perinde mulieri ac Sacerdoti Sacerdotium tribuit. Vetus pater Epiphanius primatum Petri agnoſcit, de quo hæc refert: *Dominus conſtituit eum primum Apoſtolorum, petram firmam, ſuper quam Eccleſia Dei ædificata eſt, & portæ inferi non valebunt aduerſus illam. Portæ autem inferorum ſunt hæreſes & hæreſiarchæ. Iuxta enim omnem modum in ipſo firmata eſt fides, qui accepit clauem cælorum, & ſoluit in terra, & ligat in cælo. In hoc enim omnes quæſtiones ac ſubtilitates fidei inueniuntur.* Et poſtea; *Hic eſt qui audiuit ex Chriſto: Petre paſce agnos meos, cui concreditum eſt ouile.* Noui Anglorum patres, nec Epiphanio, nec illi ipſius Chriſti promiſſioni credunt. Vetus pater Epiphanius fatetur Petrum fuiſſe Romæ: noui Anglorum patres, Balæus præſertim, negant. Vetus pater Epiphanius fatetur hominis liberum arbitrium: nouus Anglorum pater, Petrus Martyr negat. Vetus pater Epiphanius ſcribit, Enoch ac Eliam viuere: nouus Anglorum pater, Petrus Martyr negat. Vetus pater Epiphanius, non ſolū nuptias Presbyteris interdicit, nec bigamos ſolùm à Sacerdotio, ſed & Sacerdotes ab vſu vxorum, quas antea duxerant, idq; ex canonibus Eccleſiæ ſubmouet: noui Anglorum patres hanc omnem de cælibatu doctrinam, ad Dæmones auctores reuocant. Vetus pater Epiphanius ſcribit Chriſtianos ieiunia, virginitatem, aliaque huiuſmodi exercere maioris virtutis, præmiorum, & coronarum gratia: noui Anglorum patres dicunt, nullum eſſe præſidium in bonis operibus. Vetus pater Epiphanius, ſeptem ſacros ordines in Eccleſia: noui Anglorum patres ſolùm Presbyterum, ac Diaconum agnoſcunt. Vetus pater Epiphanius horrendum putat eſſe, quòd quidam non fide ſolùm, ſed vel ſchiſmate ab Eccleſia diſſiderent, & quòd alij in Paſchatis ratione ab Eccleſia abhorrentes, pro Chriſtianis Audiani dicti ſint: noui Anglorum patres ſe pro Chriſtianis Lutheranos aut Zuinglianos dici, vſitatam paſchatis obſeruationem reijci, rem non ita magnam putant; nec referre, azymo an fermentato vtaris: cùm vetus pater Epiphanius, ſolos azymos panes in Eccleſia probet. Sed hanc iam cohibeo contentionem, teque arbitrum conſtituo, quàm belle inter Epiphanium, atque Apologeticos conueniat. CRIT. Diſiunctiſſimos video Epiphanij, ac Apologeticorum de noſtris hodie controuerſiis ſenſus. Qui etiam ſi fortè cum aliis patribus conuenirent, nunquam ſanè debuiſſent Epiphanium ad teſtimonium pro ſe vocare. Tantam enim ille in hanc Apologiam impreſſionem facit, vt eam ſolus pæne fregiſſe videri poſſit. IREN. Ne mihi dixeris [*fortè*]: certum eſt enim, nihil magis illis eſſe cum Athanaſio, Hieronymo, Baſilio, Gregorio, Nazianzeno, aliiſq; patribus com-

Margin notes: Primatus Petri. — In Ancorato & 2.1.59. — Petrus Romæ fuit. — Balæus. — 1.2.27. — In act. Ro. Pont. — 1.1.6. — Libera volūtas. — In defenſ. aduerſ. Gardiner. parte 4. — Enoch, et Elias. — Olocl. 11. in defenſ contra Gardiner. — Cælibatus ſacri ordinis. — Liber 2. tom. 1. hæreſ. 59. — Bonorum operū merita. — 2.1.48. — Ordinum ſacrorum numerus. — 3.1.70. — Hæreſis et ſchiſmatis malum. — Paſchatis obſeruatio. — Panis azymus. — 1.2.30. — Auctores Apologiæ Anglicanæ ab omnibus patribus diſſentire.

bus commune, quàm cum Epiphanio: quod facilè intelligent, qui diligenter illos patres cum Euangelicis iſtis conferre ac comparare voluerint.

Confutantur variæ calumniæ, & mendacia Balei contra D. Auguſtinum, Anglorum Apoſtolum, & in primis de atroci Monachorum cæde.

CAP. XVIII. CRITOBVLVS.

MENTIO Balæi iniecta mihi iam multa ſuggerit, quæ licet cum hac Imaginum diſputatione non cohæreant; quia tamen neſcio, quando aliàs de eiſdem tecum ſermonem conferendi dabitur occaſio, volo iam tibi ea, dum in memoria hærent, ne fortè elabantur, proponere. Multum enim ea confirmant religionem illam, quam Apologetici tuentur, vt non nuper natam, ſed ab antiquis & heroicis vſque ductam temporibus in hanc noſtram ætatem, licet aliquandiu fortè intermiſſam. Balæus igitur Anglus, vir in Britanniæ tuæ, & aliis antiquitatibus colligendis diligenter exercitatus, hanc omnem, quam hodie Apologetici profitentur, non recentem, aut temere inductam, ſed antiquiſſimam fuiſſe Britanniæ religionem docet. Quam non à Romanis Pontificibus, ſed à Græcis, & Aſianis, & omnium primo Ioſepho ab Arimathia hauſerant: cuius ſententiam Illyricus cum ſociis amplectitur. Auguſtinum verò inductum ac ſuperſtitioſum Monachum poſt multa ſæcula pro puro Euangelio, quod Britanni prius profitebantur, altaria, Miſſæ ſacrificium, Reliquias, Crucem, cælibatum Cleri, vſitatam Paſchatis obſeruationem (quam *frigidam hypocritarum caremoniam* appellat) mortuorum Sanctorum cultum, & templorum dedicationes, quæ non Chriſto, ſed illis conſecrabantur, & cetera id genus importaſſe. Et Londinenſi ſede ſpoliata, metropolim Cantuariam furtim tranſtuliſſe. Nam Londinum licet hodie Angliæ metropolis à Munſtero & aliis dicatur, non ita tamen propter Archiepiſcopi primatum, vt olim, ſed duntaxat propter regiam ibi ſedem ſic dici, eſt animaduertendum. Addit his Balæus, Anglorum impiiſſimas proditiones, horribilia furta, & homicidia pluſquam Neroniana Auguſtinum cõfirmaſſe, nec eos, quod debuiſſet, admonuiſſe de regno Britannis reſtituendo. Veteres Britanniæ Epiſcopos coniugatos fuiſſe, & inter eos Reſtitutum Londinenſem Epiſcopum, qui interfuerat Arelatenſi Concilio, Hilario Pictauienſi carus; cumque matrimonij vſum in Hibernia ad Bernardi tempora perductũ. Britanos verò lõgè à ſuperſtitione illa Paſchatis obſeruandi, quã Paulus improbat, & iubet, ne dies & annos obſeruemus, cũ Aſianis abfuiſſe. Habuiſſe denique tam Britannos, quã Angloſaxones ante aduentum Auguſtini

Balæi de antiqua Britanniæ religione figmenta.

In Cent. de Brit. Script. & act. Ro. Pont.

Chriſtiana fides vnde in Britanniam venerit.

Cẽt. 2. ca. 2. Cent. 6. cap. 10. pa. 748.

Auguſtinum Angliæ Apoſtolum vide vt impurus ſcurra Balæus traducat.

Prodigioſa Balæi de Auguſtino mendacia.

Galfredus Monumetenſis.

Cent 6. cap. 7 pag. 433. Galfr. lib. 8. cap. 4.

guſtini religionem Chriſti,& Eccleſias bene conſtitutas,quas Auguſtinus ſuis ritibus & cæremoniis deformauit. Cuius rei teſtem profert Galdefridum Britannum. Sed pæne exciderat atrociſſima

Balei atrox in Auguſtinum criminatio.

illa eius contra Auguſtinum criminatio: quo incenſore, aliquot millia ſanctiſſimorum Monachorum,qui Apoſtolicum plane vitæ inſtitutum tenebant, propterea quòd doctrinæ ipſius aduerſarentur,indigniſſimè ſunt trucidata. Quam me hiſtoriam memini aliquando magna confidentia à cõcionatore prolatam pro vera audiuiſſe. Atque hæc me cogitantem ingens ſæpe admiratio

Bannachorenſes Monachi.

Cent. 6. cap. 10 pa. 781.

tenere ſolet,vel quòd totis hiſce ſexcentis annis nullos Apoſtolicos in Magdeburgenſium Centuriis Monachos,niſi apud Bannachorenſes, vel quòd eos ipſos cernam ſanguinarij huius tui Apoſtoli conſilio tam nefariè trucidatos. Quod certè in illo crimẽ mihi fit eo veriſimilius,quòd non ignorem,oppugnari ſolere veram Eccleſiam ab Antichriſti ſynagoga, & hunc Auguſtinũ Monachum quidem fuiſſe,ſed Benedictini,non Apoſtolici (ſi Balæo credimus)ordinis;atque ideò veris Monachis,qui multo puriorem & ſinceriorem fidem profitebantur, longè fuiſſe infeſtiſſimum. Nec multo meliora de Bonifacio Anglo, qui Germaniæ

In Bonifacium Germaniæ Apoſtolum nefaria & impudens calumnia.

noſtræ Apoſtolus habetur,traduntur. Cuius deprauatæ ac contaminatæ doctrinæ cùm pij quidam,ac docti viri ſe opponerent,in carcerem eius operâ ſunt clauſi, vbi aliquot eorum miſerè poſtea perierunt. Cùm itaque hæc pro certis à Balæo tradantur,& Apologetici in hac ipſorum Apologia ſe,& ſuam doctrinam ad veteris Eccleſiæ iudicium,tanquam Lydium lapidem,referant: dubitandum fortè,ne hęc ipſa Apologeticorum religio,quam vos criminamini, ſit antiquiſſima, atque ea ratione ſit etiam optima.

Balæus Illyrico impudentior in hiſtoriis veterũ corrumpendis.

IREN. Quæ ſit vetus religio, ex vetere patre Epiphanio locupletiſſimum teſtimonium dedi. Nec dubites,quin in eandem reliqui patres propendeant: nec tam malus eſt Illyricus in veterum hiſtoriis corrumpendis,vt non Balæo cedat; qui præterea tam fædus ac ſpurcus eſt,vt indignus ſit planè Chriſtianis auribus. Nec

Balæus male de Anglia meritus.

Foxi & Balæi de ſua Londino intercepta prærogatiua,intempeſtiua querela.

multum illi Anglia noſtra,patria ipſius debet,cui illa præ Britannis,quos ſolos in oculis fert,tota ſqualet. Sed magno,ſi Deo placet,vir ingenio,ac pari prudentia, Londino ſuam prærogatiuam interceptam dolet. Quam tanquam atrocem iniuriam inſignis illius de Pſeudomartyribus hiſtoriæ auctor, Foxus, miſerè deplorat. Quaſi Saxonibus Ethnicis neceſſaria fuiſſet ea deliberatio, aut quaſi non eodem iure Britanni hodie regnum ipſum repetere poſſint. Nam quod de homicidio illo ſcribit,non tam mihi mirum eſt, quòd iam ad inuidiam Eccleſiæ, ac Auguſtini ſanctos Monachos inuenerit,quos omnes aliâs ſolet exſecrari, quàm auſum de tali viro tam flagitioſè mentiri. Quare ferreum hęc eius os Venerabilis Beda,à quo omnium primo hæc (ni fallor) hiſtoria pro-

In ſupplicat. ad præpotentes Angliæ proceres,ordines & ſtatus, totamque nobilitatem pro afflictis fratribus.

De homicidio in Auguſtinum [illegible] flagitio ſum [illegible]. Beda teſtimonio Balæus conuincitur impudẽtis mendacij.

Lib. 2. hiſt. Eccl. cap. 2.

ria prodita eſt, verberet. Is igitur oſtendit à rege Ethnico Monachos illos, illato Britannis bello, occiſos, adeo non accendēte faces Auguſtino, vt tum in rebus humanis eſſe deſierit. Cui non magis quàm Monachis, ſi interfuiſſet, parcere voluiſſet tyrānus, imo potius in eum exempla edidiſſet: quippe qui non tam cum Britannis, quàm Chriſtiana religione, cui erat infeſtus, pugnaret. Quanquam videtur certè hanc cladem vaticinatus Auguſtinus. Cùm enim videret, Britannos deprauatis ritibus adhæreſcere, nec vllis amicis admonitionibus cedere, & præ immani in Anglos odio noluiſſe vllas operas ad recens iactum Euangeliū promouendum ponere, diuino quodam animi impetu, quaſi ex oraculo, pronunciauit, eos, ni reſipiſcerent, pertinaciæ ſuæ pœnas daturos. Quam eius prædictionem Beda habuiſſe tum euentum putauit. Ita Balæus non tam ad criminandum, quàm more Balaam ad Auguſtinum ornandum, atque amplificandum, licet imprudenter, proſiliiſſe videtur. Sic Deus improborum conuicia ad Sanctorum ſuorum laudem conuertere ſolet. Videtur enim inter cetera eius egregia ornamenta Auguſtinus, nec prædictionis dono caruiſſe. Gregorius certè eum *virum ſanctum, doctum, & Apoſtolicis in Anglia ſignis illuſtrem* fuiſſe profitetur. Illuſtrat itaque (mihi crede) hæc Balæi calūnia Auguſtini amplitudinē. C R I T. Tu mihi videris vel ignorantia, vel credulitate mea abuti velle, vt egregium aliquod de iſtis Auguſtini ſignis, ac aliter, quàm res poſtulat, de tam nefaria piorum cæde ſentirem: ſed non præbebo me nimis credulum. Balæus enim, & Magdeburgēſes iſta omnia ſigna *ficticia*, ac *Magicis artibus effecta*, atque ideo Gregorium non ſine cauſſa eum admonuiſſe, ne nimium de eis gloriaretur, exiſtimant. Atque illam de cæde hiſtoriam Magdeburgēſes, vt inſigni animaduerſione dignam, vt in intima legentiū memoria ad ſummam tanti ſceleris deteſtationem defixa tenacius hæreret, ſepties in ſexta Centuria inculcant, eamque Bedæ, & alterius cuiuſdam Britanni, grauis ac antiqui ſcriptoris, auctoritate muniunt. Quare cùm Magdeburgenſes vbique ſe ſingulari fide, ac diligentia has Centurias ex antiquiſſimis & probatiſſimis auctoribus collegiſſe clament; eoſque paſſim lectoribus proponant; nihil ego te ſatis firmi adferre poſſe puto, quod me à mea ſententia abducat.

Auguſtini vaticinium de clade Monachorum.

Gregorij de Auguſtino elogium.

Lib. 7. Epiſt. 30. lib. 9. Epiſt. 58. Beda Eccleſ. hiſtor. lib. 1. cap. 26. lib. 2. cap. 2.

Auguſtini miracula ficticia, vel magicis artibus fuiſſe effecta calumniantur Magdeburgenſes & Balæus.

Cent. 6. cap. 10. p. 749.

De cæde Monachorum in Auguſtinum calumnia.

Pag. 74. 352. 439. 440. 627. 748. 781.

I R E N. Vtinam cautionem illām tuam, qua negas te iam futurum nimis credulum, olim accuratius obſeruaſſes, atque illud Quinti Ciceronis, *neruos atque artus eſſe ſapientiæ, non temerè credere.* Nunquam enim tot errores in pectus tuum irrepſiſſent: quorum te iā partim pœnitere video. In doctoribus certè tuis legendis illa cautio cum primis tenenda eſt, non in rebus fidei, aut patrum probatorum hiſtoriis, nunquam hactenus controuerſis. Illic enim neceſſaria, hîc præpoſtera & pernicioſa eſt iſta omnis prouiſio.

Non temerè credendum quibuſuis.

De petit. con ſul. ad Marcum fratrem.

In rebus Catholicæ fidei & laudatorum patrum hiſtoriis nunquā antè controuerſis nō poteſt eſſe nimia credulitas.

Quare

Quare, quemadmodum qui pecunia ſua ad res noxias & minus vtiles parandas abutuntur, ea ferè ad res ſalutares & neceſſarias indigent; ita certè tibi accidiſſe video; vt cùm fidem tuam totam vaniſſimis doctoribus adſtrinxeris, in optimis & ſpectatiſſimis cauſſis, veræ narrationis apud te fides infirmetur. Et quanquam ea, quæ hactenus in medium protulimus, ſatis magno documento tibi eſſe poterunt, Magdeburgẽſibus tuis nihil eſſe inſincerius, corruptius, inquinarius; neſcio tamen, an non iſtæ contra Augu-

Balæus tãquam alterum idolum Baal à Magdeburgenſibus in falſis hiſtoriis colitur.

ſtinum calumniæ, in quibus Balæum, tanquam alterum idolum Baal, colunt, reliquas atrocitate atque impudentia ſint ſuperaturæ. Facile enim hac ratione foret, Petrum aut Paulum in Ioannẽ, ac Mambrem, aut Simonem Magum commutare; eorumque omnia ſigna infirmare. Eâdem enim Gregorius ad Auguſtinum admonitione vtitur, qua olim Chriſtus erga Apoſtolos: *Nolite,*

Gregorij de Auguſtini miraculis teſtimonium.

Greg. lib. 9. Epiſt. 58. Beda lib. 1. cap. 31.

inquit, *ſuper hoc gaudere, ſed potius gaudete, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cælo.* Audi verò, an iſta Auguſtini miracula ſuſpicione aliqua apud Gregorium laborent. *Scio,* inquit, *frater chariſſime, quia omnipotens Deus per dilectionem tuam in gentem, quã eligi voluit, magna miracula oſtendit.* Ac ad finem epiſtolæ exclamat, ad horũ miraculorum, & diuinæ erga Anglos bonitatis magnitudinem; *Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* De qui-

Anglorum Apoſtolus Auguſtinus.

Greg. lib. 7. Epiſt. 30.

bus Alexandriam vſque ad Patriarcham Eulogium litteras miſit: in quibus oſtendit gentem Anglorum, quæ ad ea tempora in cultu lignorum & lapidum perfida remanſerat, per Auguſtinum & ſocios Chriſto initiatam. Ac deinde: *tantis,* inquit, *miraculis vel ipſe, vel qui cum eo miſſi ſunt, coruſcant, vt Apoſtolorum virtutes ex ſignis, quæ*

Beda de Auguſtini ſanctitate & miraculis teſtimonium

Lib. 1. c. 26.

exhibent, imitari videantur. Beda verò, cùm oſtendiſſet Auguſtinũ vnà cum ſociis Apoſtolicam planè vitam continuis ieiuniis, vigiliis, orationibus, & concionandi ſedulitate æmulatum fuiſſe, atq; doctrinam ſuam miraculis corroboraſſe; Ethelbertum deinde

Ethelbertus.

refert his commotum Chriſto nomẽ dediſſe. At Balæus & Mag-

Iudæorum, Ethnicorum, Hæreticorum propriũ, miracula Sanctorum vel negare, vel oppugnare.

1. Ioan. Xiphilin in epitom. Dion. in M. Antonino. 2. Tertul. in Apolog. Iuſtini. in Apolog. 2. Euſeb. lib. 5. cap. 5. 3. Hier. aduerſ. Vigil. 4. Cyrill. lib. 3. contra Iulian. 5. Hieron. in vita eius.

deburgenſes, cùm viderent ſe tantùm à miraculis Auguſtini edẽdis abeſſe, quantum ab eius vita & doctrina diſcrepant, & hanc doctrinam, quam oppugnant, non ſolùm Catholicæ Eccleſiæ, ſed tam inſigni etiam miraculorum diuina quadam auctoritate eſſe communitam; patres hîc certè ſuos Iudæos, & Arrianos, atq; adeo Ethnicos, vt imitarentur, omnia vel inficiando, vel inſectan-

Dion Nicæus.

do, ſuarum eſſe partium ducebant. Sic olim [1] Dion, celebris alioqui inter Ethnicos ſcriptor, admirabile illud pluuiæ miraculum,

Porphyrius.

quam Chriſtiani in exercitu M. Antonini precibus à Deo impetrarunt, quamque illorum precibus ipſe [2] Imperator in publico

Iulianus.

edicto illis acceptam refert, à Chriſtianis *ad Arnuphin Ethnicum & Magum* traducit. Sic [3] Porphyrius profano ore noſtra miracu-

Gazenzes.

la irriſit. Sic [4] Iulianus B. Paulum Apoſtolum: ſic [5] Gazenzes

B. Hila-

1. *Cent. 10. cap. 3. pag. 1393. in vita Martini.* 2. *Iuſt. lib. 36.* 3. *Orig. lib. 1. & 4. contra Celſum.*

Magdeburgenſes. Iuſtinus. Eunomius. Celſus.

B. Hilarionem *Magum* eadem, qua hodie [1]Magdeburgenſes Diuum Martinum pietate *Necromanticum*, appellarunt; aut qua [2]Ioſeph patriarcham Iuſtinus *Magum* facit. Hæreticis præterea antiquis huiuſmodi conuicia nunquam deerant: vt de Eunomianis Hieronymus, deq; Arrianis tradit Ambroſius. Clamabant enim cum impio Porphyrio Eunomius & Arriani, ſigna, quæ ad Martyrum Baſilicas contingebant, fuiſſe Dæmonum præſtigias; & nõ verè clamaſſe Dæmones, ſed ſua ſimulaſſe tormenta. Sic [3]Celſus ſcribit, ea, quæ narrat Moſes de turri Babylonica, ex fabula Aloidarum, quæq; de Sodomis & Gomorrhis igne deletis ex Phaëthontis hiſtoria eum deprauaſſe, & miracula Chriſti fuiſſe ei cõmunia cum præſtigiatoribus. Etiam dixi de Bogomilis hæreticis, qui illuſtria illa per Moſen ſigna edita præſtigias Dęmonum vocitabant. Neque iſtud quidem quicquam mirandum, cùm Iudæi palàm clamarent, Chriſtum *in principe Dæmoniorum Dæmonia exegiſſe*. Fontem autem totius huius inuidiæ Ambroſius oſtendit; inde videlicet, quòd hæretici viderent, aliam fuiſſe in Martyribus, quàm fuerat in ipſis, fidem. Quod ne dubites in noſtris hodie hæreticis perinde verum eſſe, quantumuis id callidè, omnia ſurſum ac deorſum miſcentes, diſſimulent; ne, ſi id ſemel faterentur, ſecta mox omnis frigeret. Quod propediem futurum nihil diffido; adeo magis ac magis in dies veterum Martyrum, & patrum iſti certiſſimis teſtimoniis atque hiſtoriis obruuntur, omneſque ipſorum fraudes, detecto iã ferè illo ſuo Troiano equo, in apertum proferuntur. Noſtri verò noui Iudæi noua quadam Dialectica Auguſtini miracula fucoſa fuiſſe probant, quia eum Gregorius, ne nimium ſibi inde arrogaret, prudenter admonuiſſet. O fortes Rhetores, cui talia ἐπιχειρήματα ſuppeditant! Nec meliora ſunt, quibus fidem facere conantur, Auguſtinum pluſquam ſicarium, homicidam, aut parricidam fuiſſe: ſed

Euthym. in Panopl. titul. 23. — *Bogomili.* — *Iudæi.*

Amb. de inuent. Geruaſii & Protaſii ſerm. 91. — *Hæretici.*

Parturiunt montes, naſcetur ridiculus mus.

Figmenta Baleí & Magdeburgenſium de cæde Monachorũ explodantur.

Baleús in Dionotho. — *Beda.* — *Beda lib. 2. cap. 34.*

Eundem enim exitum de hoc homicidio, atque de infanticidio illo, de quo diximus, exſpectare debes. Quanquàm magis ſit conclamata contra Auguſtinum, & minus tecta iſtorum malitia, Statim enim ſe prodit, cùm Bedam nominant, cuius ego tibi de hac re ſententiam bona fide recitaui; qui vel ſolus hanc omnem fabulam euertit. Fingunt enim hanc tam indignam cædem, & occiſionem factam ad annum Chriſti 603. Quo tempore certum eſt vixiſſe Auguſtinum. Beda vero refert, eam cædem ſequutam, idque longo poſt tempore, mortem Auguſtini: vt permirum ſit per iſtos Rhetores Auguſtini cineres tam atrox bellum excitaſſe; &, qui per totam vitam ab omni bellorum tumultu, ac huiuſmodi conſiliis fuerat alieniſſimus, eum poſt mortem tantam piorum ſtragem edidiſſe. Sed vide aſtutiam iſtorum. Magnam certè eo anno

ſtragem

Ethelfredus magnam ſtragem edidit Scotorũ, quam fuiſſe Britannorum fingũt Magdeburgenſes & Balæus, vt inuidiã eius trãſferant in Auguſtinum.

Cent. 5. cap. 10. in Congello p. 781.

ſtragem Ethelfredus Rex Northumbrorum intulit, non Britannis, ſed Scotis. Quam iſti ad Auguſtini & Catholicæ religionis inuidiam aliò transferunt. Sed bene eſt, mi Critobule, quod cum reliquos omnes Monachos Magdeburgenſes tui à Conſtantini Magni ad Gregorij primi tempora acerbè inſectentur, & ſuperſtitionis arguant; inuenerint tamen tandem, idque extra veſtrum ferè orbem, & apud nos, vt ille ait, toto diuiſos orbe Britannos *Apoſtolici ordinis*, Duce Congello, *Monaſterium*. Habemus ergo & nos tandem vel ipſorum confeſſione, quos tam ſtudioſè ante triduum quæſiuimus, Apoſtolici inſtituti Monachos. Atqui certè ſi Bannachorenſes iſti, Apoſtolici Monachi fuerunt, nihil dubito in hanc claſſem referre nõ Alexandrinos illos apud Philonem tãtummodo, & deinde Antonium ac ſimiles, quos adeo Magdeburgenſes criminantur; verùm & Benedictum, cuius inſtitutum ſequutus eſt Auguſtinus. Neque ad euertendos Magdeburgenſes alium adhibebo teſtem, quàm ipſum Balæum. Quanquam non tam illi ab ipſo, quàm ipſe à ſe euertitur. Balæus itaque in efferendo Congello, his inter alia verbis vtitur: *Hic*, inquit, *Monachatum Aegyptium valde auxit*. Quare ſi eius inſtitutum Apoſtolicum fuerit, fuerit & Ægyptiorum. Iſti enim ſunt potiſſimum, in quos Magdeburgenſes conuiciis tã atrociter debacchantur. Neque ſanè iſti ex animo ſentiunt quicquam magis egregium de Bannachorenſibus, quàm de aliis Monachis. Sed iſtam Apoſtolicam perſonam ad tempus illis callidè impoſuerunt, quàm mox, vt ſolent in ſcena hiſtriones, deponerent: vt Auguſtinum maiore inde inuidia propter ementitum iſtud homicidium grauarent. Fuit enim ex omnibus Congelli diſcipulis Brendanus celeberrimus, & multorum Monachorum pater: qui regulas ſui inſtituti ab ipſo Congello accepit. De quo iam accipe, quàm magnificè ſentiant [1] Balæus, & [2] Magdeburgenſes: *Dicitur*, inquiunt, *multa ad vitam Monaſticam ſpectantia ex ore Angeli compoſuiſſe. Sed maledictus ſit iſte Angelus, qui adfert doctrinam cum Euangelio pugnantem*. En tibi igitur iam & Congelli Apoſtolicum ordinem cum Euangelij rationibus diſſidentem.

Bannachorenſes Balæi & Magdeburgenſiũ confeſſione Monachi fuerũt Apoſtolici.

Balæi cõtra Magdeburgenſes teſtimonium.

Congellus.

Fraus Magdeburgenſium.

Brendanus.

Balæus & Magdeburgenſes ſibi contradicunt. & ſe redarguũt.

1 *Cent. 14. de Scriptor. Britanniæ.*
2 *Cent. 6. cap. 10. in Brendano pag. 754.*

Quante

Quantæ fidei ſit hiſtoria Galfridi Monumetenſis, ex qua potiſſimùm Balæus & Magdeburgenſes in Auguſtinum Anglorum Apoſtolum culpam cadu Monaſticæ conferunt. Veteres Britannos eam coluiſſe religionem, quam Euangelici iſti calumniantur. Mendacia Balæi contra D. Bonifacium, Anglum, Germanorum Apoſtolum.

CAP. XIX. CRITOBVLVS.

ISTA profectò omnia aliorſum longè abeunt, quàm ego vnquam abitura credidiſſem: & video me omni Bedæ patrocinio excidiſſe. Quare ſuſpecta iam mihi eſſet omnis iſta tam grauis homicidij criminatio, niſi ſupereſſet Galfridus, quem nobis, credo, non auferes. Ille totus noſter eſt. IREN. Quid mihi Galfridum, neſcio quem, obtrudis, qui, cuius ſit, non ita multum refert. Eum ego facile patiar Balæum & Magdeburgenſes tuos, vt vnicas ſuas delicias, exoſculari. Eſt enim recentior aliquis, trecentis amplius annis Beda poſterior. Quem nihilominus nobiles iſti Centuriones Bedæ fide, & auctoritate parem, atque æqualem, & Cardinalem videri volunt, vt Innocentij primi, & veterum hiſtoriarum fidem de Chriſtiana religione per Romanos potiſſimum Pontifices in occidente propagata labefactent. Qui tamen vel ſuo (vt mox dicemus) tam amplo, vt exiſtimant, teſte concident. Quem Beda non tantum tempore, quantum fide, veritate, pietate, ac doctrina antecedit. Vt enim ille ampliſſimis ac doctiſſimis ſcriptorum ſuorum monumentis memoriam nominis ſui conſecrauit, neque quicquam illis ſuis Eccleſiaſticis annalibus mandauit, niſi quod ab iis, qui cum Auguſtino, & paullò poſt vixerant, aut ab aliis, quibus fides temerè non eſſet abroganda, profectum fuerat: ita rurſus iſte poëtica quadam facilitate, ea primus (ni fallor) Latinè de rebus Britannorum ſcripſit, quæ meritò inter Ouidij, aut Luciani fabulas referri debeant. Incidit in librum quendam Britannicum ab homine (cuius adhuc nomen ignoratur) conſcriptum, ac ſpurciſſimis mendaciis ſcatentem: quem ille Latinum fecit. Ex eo itaque decantata illa de Bruto Æneæ nepote; de Merlino (cuius prædictiones, vt Dei oracula, amplectitur) quem fingit ſine patre natum; & neſcio quos immanes lapides ex Hibernia in Angliam deportari curaſſe, quos nulla humana vis mouere potuit, ex vltima Africa per Gigantes in Hiberniam delatos; mutaſſe denique regem Vtherpendragonem in formam Gorlois, vt eo fuco Igerna illius vxore fœdo adulterio abuteretur; & peruagata illa prætereà de Arthuro mendacia quaſi à quodam fonte promanarunt. Arthurum enim longè ſupra omnia Macedonum, ac Romanorum ſtratagemata effert. Quippe qui non Saxones modò, qui inſulam occupauerant, Scotos, Noruegiam,

Balæus in Centur. de Scriptorib. Britan.

Galfridus Monumetenſis recentior Beda 300. annis.

Cent. 2. cap. 2. pag. 9.

Magdeburgenſiũ de Galfrido fabula.

Bedæ & Galfridi hiſtoria conferuntur.

Beda.

Galfridus.

Fabulas quas recēſuerit Galfridus ex ignoto et obſcuro ſcriptore Britannico.

Mendacia de Arthuro Britannia Rege.

& Galliam, quam Flollo neſcio quis ſub Leone Imperatore adminiſtrabat, ſuo dominio adiecerat, ſed & Lucium Romæ per eundem Leonem præfectum nouo quodam Xerxis exercitu, & quadringentis & ſexaginta millibus militum inſtructum, memorabili ad omnem memoriam victoria confregerat. Et neceſſe ſanè fuit grandes fuiſſe illas Lucij copias. Signa enim eius ſequuti ſunt præter alios, quos omitto, principes, rex Græcorum Epiſtrephes, Muſtenſar rex Parthorum, Aliſacina rex Hiſpaniæ, Hittacus rex Africanorum, Boetus Medorum, Sextorius Libyæ, Pādraſus Ægypti, & Miſipſa Babyloniæ. Prætereo, quæ de Conſtantio Cōſtantini patre, & regno Britanniæ ex matrimonio Helenæ vnicæ filiæ, ac heredis Cōelis regis Britanniæ ei delato, deque Octauio, qui Conſtantino Magno, vt ſcribit, in Britannia ſeipſum ſuffecit, & alia id genus ſexcenta manifeſta vanitate tradit. Ac ſanè prodigioſum iſtud de Arthuro mendacium Centurionibus tuis (apud quos admirandæ, ſed veræ Sanctorum hiſtoriæ nihil aliud, quàm fuſtuarium meruerunt) ſatis placere videtur. Quem tradunt triginta regna ſubegiſſe, & in vno prælio 460. milites calibumo gladio peremiſſe. Atque hæc narratio inſignem locum (exploſis interim patrum omnium narrationibus de Sanctorum poſt mortem miraculis) hic obtinet. Neque quicquam bonis iſtis viris diſplicet, niſi quòd in clypeo eius Mariæ virginis Imago inſculpta fuerat, eamque more Chriſtiano coluerat. CRIT. Tu mihi certè non hiſtoricum, aut hominem, ſed portentum quoddam monſtras. Ac ſæpe mecum admiratus ſum, vnde iſta de Arthuro, & alia id genus de Britannis naſcerentur. Quorum iam mihi ſeminarium videre videor, obſcurum quendam & ſine nomine Britannicum ſcriptorem; quem nemo, quis fuerit, aut quando ſcripſerit, certò ſciat: Vt iam planè totus Balæo & Magdeburgenſibus iraſcar, qui ex tali auctore tam atrox crimen, aduerſante Beda, Auguſtino impingant. IREN. Merito quidem iraſceris; nec ſatis tamen pro rei indignitate aduerſus iſtos excandeſcere poteris. Nam nec iſte, qualiſcunque ſit, huiuſmodi quicquam vicio vertit Auguſtino: quanquam Ethelbertum Cantiorum regem ſcribat excitaſſe Ethelfredum illū, de quo diximus, vt Dionothum, & ſocios eius, exercitu immiſſo, quòd Auguſtino parere recuſarant, deleret. Quod ille quidem ſi fecit, nil dubito, quin, ſi tum vixiſſet, Auguſtinus ſe Ethelberto totum oppoſuiſſet, & à tanto facinore deterruiſſet: cuius ſemper conſilia pacis ſocia ac amica fuerunt. Sed hæc fabula facilè vel ex ipſo Balæo, vt clauus clauo pellitur: qui poſt Bedam tradit Ethelbertum nemini fuiſſe moleſtum, neque quenquam coēgiſſe ad Chriſti profeſſionem. *Didicerat enim*, vt Bedæ verbis vtar, *à doctoribus, auctoribusq́; ſuæ ſalutis, ſeruitium Chriſti voluntarium, nō coactum debere eſſe*. Ac nos exiſtimabi-

Magdeburgenſibus, qui vera Sanctorum miracula irrident, de rebus geſtis Arthuri mendacia arrident.

Cent. 6. cap. 16.

In clypeo Arthuri Imago B. Mariæ virginis.

Auctor hiſtoriæ, quam Galfridus ſequutus eſt, quid tradiderit de cæde Monachorum.

Auguſtinus pacis ſemper ſtudioſus.

Balai de Ethelberto teſtimonium.

Balæus Cent. 13. in Auguſtino.

Beda.

Bed. lib. 1. cap. 26.

ſtimabimus ſanctum regem, qui nec idololatris negotiũ aliquod exhibuerat, in pios viros ac Chriſtianos, quòd in ritibus quibuſdam, fide illæſa, variarent, tanta internecione graſſatum? Et quo miniſtro? Certè non alio quam Ethnico, ac Chriſtianis omnibus infeſto. Qui cùm acerbius longè odium aduerſus Auguſtinum, ipſumque adeo Ethelbertum haberet, quòd à patria & auita religione, Auguſtini conſilio deſciuerat; mirum illud, in ipſum potius Ethelbertum non erupiſſe, vt illius potiſſimum ſanguine ſe ſatiaret, deſertæque religionis graues ab eo pœnas expeteret. Húc certè plebeium & ignobilem ſcriptorem odio ſuo, cum hæc ſcriberet, indulſiſſe, probabile ac veriſimile eſt; quo antiquitus Britanni aduerſus Anglos laborabant, quod eum ad hoc fortè ita ſcribendum perduxit. Vtcunque ſit, quamuis nullius pretij ſit auctor; ſit tamen, quanti eum eſſe volunt: nihil ille certè Auguſtino huiuſmodi adſcribit. De quo etiam alibi apertiſſimè mentiuntur, quaſi ſcriberet Auguſtinum in Anglia *Chriſtum non docuiſſe, cuius doctrinam puriorem prius acceperant Angli à Ioſepho & Aſianis Eccleſiis, quàm à Romanis; ſed Romanam religionem hominum mandatis ac traditionibus refertã intruſiſſe*. Nihil enim huiuſmodi dicit Galfridus. Imo palàm affirmat, verbum Dei prædicaſſe Anglis, qui paganorum ſuperſtitione cæcati, totam in ea inſulæ parte Chriſtianitatem deleuerant: quæ ab Eleutherio Papa inter Britannos nunquam defecerat. Qui tamen Anglos, licet ad Chriſtum conuerſos, tam infenſis animis, quòd Britãniæ regnum occupaſſent, oderant, vt nec Auguſtino parere, nec vllas in concionando Anglis operas communicare dignarentur. De Ioſepho verò, & Aſianis nulla apud Galfridum mentio. Quãquam miror, quo modo Angli à Ioſepho & Aſianis fidem acciperent, quod à Magdeburgenſibus traditur, qui quadringentis & amplius annis poſt Ioſephi mortem, eam inſulam ſunt ingreſſi. Quòd ſi ſe lapſos dicant, & pro Anglis Britannos eſſe ſupponendos: neque ſic quidẽ, quod cupiunt, magis probarint; & hunc ipſum, quo vnicè nituntur, aduerſantem ſibi habebunt; qui tradit, Britannos ſub Lucio rege Chriſtum primo agnouiſſe, & ab Eleutherio, primos fidei ſuæ doctores accepiſſe; atque miracula paſſim per Chriſtianos edita Lucium ad Chriſtum pertraxiſſe. Quæ certè perinde licebit eludere, atq; iſti Auguſtini miracula eludunt. Atque præclari iſti Rhetores, cũ audiunt de fide per Eleutherium in Britãnia propagata, iniquis auribus id audiũt; omnia dubia atq; obſcura ea in re tradi fingũt; & totã eam hiſtoriã fide propemodum laborare Innocentium verò Romanum Pontificem, dũ tradit oẽs Occidẽtis Eccleſias, atque etiam Africanas vel à Petro, vel ab eius, vel à ſucceſſorum illius diſcipulis propagatas, magis inanis gloriolæ, terrenæque potentiæ ſtudio ita aſſerere, quàm quod rei veritas ita ſe

Cent. 6. cap. 10. in. Greg. pag. 687.

Galfr. lib. 8. cap. 4.

Mendacia Magdeburgenſium de Galfrido apertiſſima.

Britannorũ quãtum in Anglos odium, & quæ odij cauſſa.

Lib. 2. ca. 1.

Neque Anglos neque Britannos fidem accepiſſe à Ioſepho & Aſianis.

Galfridus.

Britanni quando cœperint primũ eſſe Chriſtiani, & vnde fidem hauſerint.

Cent. 2. c. 2.

Diſtinct. 11. cap. quis ne ſci.t.

Innocentius.

Inter Epiſt. Leonis poſt 51.

habeat, hiſtoriiſque probari poſſit. Vtcunque ſit de reliquo occidente, in Britannia à Galfrido (quem tamen vt ampliſſimum ſibi teſtem accerſunt) In Gallia ab Hincmaro quoque ſuo (vt antea diximus) proſternuntur. Et longè ante eius tempora totius Galliæ Epiſcopi fateri videntur, religionis ſuæ fontem, & originem è Roma manaſſe. Quod ſimiliter, vt de reliquis occidentis partibus ex aliis, ita de Africa idem fortè ex Auguſtino doceri poteſt.

Aug. Epiſt. 162. tom. 2.

Viderint itaque, quàm præclarè ad huiuſmodi de Lucio hiſtoriam infirmandam Ioſephum, & Aſianos nobis ex Galfrido óbtrudunt. De quibus ille ne ſemel quidem meminit. Quòd ſi meminiſſet, leuiſſima ſanè foret omnibus prudentibus eius auctòritas præ Beda & aliis, qui Eleutherio hoc acceptum referunt. Il-

Lib. 1. Eccl. hiſtor. cap. 4.

Aliud Magdeburgenſium mẽdacium.

lud quoque ſplendidiſſimum eſt mendacium, quod ad Auguſtini & Catholicæ religionis inuidiam, ante Auguſtini aduentum Eccleſias Chriſti non ſolùm inter Britannos, ſed etiam Angloſaxones rectè conſtitutas, vaniſſimè garriant. Quod vt nemo alius, ita nec Galfridus, ſed penitus contrarium narrat. CRIT. Demiror vbi gentium peruagatæ ſint Magdeburgenſium noſtrorum cogitationes, dum iſta ſcriberent. Qui quid, aut quo modo de tantis rebus ſcribant, nihil penſi habent: niſi fortè non alios lectores, quàm ſtipites, habituros ſe putent: qualem me hactenus fuiſſe magis ac magis ſentio. Et ô miſeros illos concionatores, quos in Anglia ſæpe tua iſtud homicidium apud frequentiſſimam multitudinem tragicè contra Auguſtinum intonantes audiui; imo me potius miſerum, qui tam faciles hactenus aures iſtorum concionibus, & libris fidem præbuerim. IREN. Meritò Euangelicorum tuorum ſortem deploras, qui per huiuſmodi Sanctorum hiſto-

Balæus mendacißimus.

rias à Magdeburgenſibus, Balæo, atque aliis miſerè ac portentoſè contaminatas miſerabili tum fraude, tum caligine circumueniuntur. In quo genere egregium quendam præ ceteris hiſtrionem agit Balæus. Quod vt prætermittantur ea, quæ attigimus, facile verum eſſe docere poſſumus, ex atrocibus illis calumniis, & tetris mendaciis, quæ contra Cuthbertum, Benedictum, Vuilfri-

Antiquos Britannos eandem coluiſſe religionẽ, qua poſtea Auguſtinus Anglos imbuit, contra Balei mendacia oſtenditur.

dum, Bonifacium, & alios Anglorum Diuos fœdo ore euomuit. Quæ aliquis propediem, vt ſpero, noſtratum, ex Beda, aut alicunde ex aliis fide dignis ſcriptoribus, omnemque hominis impoſtuтam, vanitatem, perfidiam refutabit, ac confringet. Ecce igitur tibi quaſi vno obtutu, & Balæi fidem in antiquitatis memoria explicanda, & veterum Britannorum, quos tantopere ornat Balæus, pietatẽ. Nam quod videri vult, aliam fuiſſe antiquis, & primis Britãnis religionem, quàm Auguſtinus Anglis inuexerit: nihil aliud quàm imprudenti lectori imponit.

Altaria ante Chryſoſtomi tempora in Anglia.

Altaria enim etiam ante tempora Chryſoſtomi fuiſſe in Britannia, & ipſe oſtendit, & huius Balæi impudentiam retundit. Cũ enim Gẽtiles ad Chriſtũ amplecten-

amplectendum trahere cuperet, & docere, iam paſſim per orbem eius religionem agnitam, tandem ad Britannos decurrit. Apud quos hoc argumento Chriſtum cœli docet, quòd ei altaria ab illis eſſent erecta. Quid igitur? an æquum putas, vt nos, poſthabito Chryſoſtomo, Balæo fidē habeamus? Balæus, & Apologetici tui videant, quo iure ſe homines Chriſtianos appellari velint, quorū omne ſtudium in eo potiſſimum ponitur, vt altaria vbique ſubuertantur, vt ne qua eorundem alicubi veſtigia exſtent. Quantopere verò Britanni veteres Martyrum Reliquias coluerint, hiſtoria Germani Altiſiodorenſis, Beda referente, oſtēdit, qui Pelagianos in Britannia deuicit. Atque idem prodit, veteres Britannos in honorem Sanctorum templa conſtruxiſſe. Quod & de Conſtantino Magno omnium, qui vnquam fuerunt, Britannorū illuſtriſſimo Euſebius tradit. CRIT. Balæus fortè, & Bedæ & Chryſoſtomo fidem hic abrogabit: & niſi apud ipſius tribunal aliquis Britānus ad teſtimonij dictionem vocetur, reliquorum omnium apud eum fides labaſcet. IREN. Dura quidem eſt hæc condicio, ſed quoniam pro ſua iſta amplitudine hanc legem ferre videtur; deſcendemus & ad eam condicionem. Erit itaque, ni fallor, idoneus, & omni exceptione maior *Gildas*, qui pro magnitudine prudentiæ ac doctrinæ *Sapientis* nomen conſequutus eſt. Cuius apud iſtos vel ideo grauiſſima debet eſſe auctoritas, quòd fuerit ex Apoſtolico illo Bannachorenſium cætu Monachus. Is dum Saxonum incurſionem narrat, patriæque vaſtationem deplorat, inter alia deflet per eos euerſa Chriſti altaria. Et dum inuehitur in crudelem tyrannum Cōſtantinum, eius crudelitatē exaggerat, quòd inter ſacroſancta altaria in ſede cæleſtis ſacrificij regios pueros occidiſſet. Idem Petrum Apoſtolorum principē fatetur; Reliquias S. Albani Britanniæ Protomartyris multo honore proſequitur, magnamque eas apud eius tumulum pietatis, diuiniique amoris occaſionem præbere ſcribit. Qualis fuerat Nicolaus vnus ex ſeptem Diaconis, iam antea oſtendi, & quòd ſolus ex Apoſtolis, & Apoſtolicis viris, rei vxoriæ operam dederit. Habuiſſe verò Britannos ſuos Nicolaos Gildas queritur. At Balæus huiuſmodi Nicolaitas, quaſi ſus volutabrum, in delicijs habet, & in vxoriis amplexibus ſummam religionis Chriſtianæ cōſtituere videtur. Neq; ille vnquam aut Reſtitutum, aut alium ex veteribus Britānis poſt ſacerdotium vxorē duxiſſe, aut priore vxore legitimè vſum fuiſſe docebit. Quare reliquo præſidio nudatus, ad extremū ferè totius Europæ angulū, Hiberniā, & Gentē (ſi Gyraldo Cambrēſi credimus) verè barbarā cogitur, tanquā ad aſylū cōfugere. In qua ille aut primus, aut inter primos certè, abiecto cucullo, & ſcorto ſub matrimonij ſpecie coniunctus, Epiſcopus (ſi dijs placet) factus eſt. Fuit enim ibi ſuo iudicio Epiſcopus, ſed meo Apoſcopus, tū

Chryſoſtom. tom. 5. Hom. quod Chriſtus ſit Deus. tom. 5.

Chryſoſtomus.

Lib. 1. Eccl. hiſt cap. 18.

Lib. 1. c. 26.

Reliquiæ Martyrum ab antiquis Britannis cultæ.

Germanus Altiſiodorenſis.

Lib 4. de vita Conſtant.

Templa Sanctis in Britānia antiquitus extructa.

Conſtantinus.

De excidio Britan.

Gildas Britānus ſapiens cognominatus, quid ſenſerit & ſcripſerit de altaribus.

Petrus Apoſtolorum princeps.

Reliquiæ S. Albani Britanniæ Protomartyris.

Cælibatus.

Balæus Veneris myſtes & Epicur. de grege porcus.

Reſtitutus.

Sylueſter Gyraldus Cambrenſis in Topographia Hiberniæ.

Balæus. quòd ſycophanta eſſet impudentiſſimus, tum quòd ſpurciſſimus Apoſtata: dignior ſanè qui lupanari, quàm qui Eccleſiæ præficeretur; vtpote cui multos iam annos nihil æquè aliud videtur cordi fuiſſe, atque vt turpem ipſe contra religioſum caſtitatis votum Venerem exerceret; obſcœnitate verborum omnes Lenones & Meretrices ſuperaret; conuiciorum plauſtra in optimos quosq; tum viuos, tum defunctos congereret; horrenda mendacia, partim à ſe ficta, partim aliunde emendicata impuro ore eructaret, ac in ſingulas Centuriarum ſuarum, aliorumque librorum non modò paginas, ſed ferè etiam lineas infarciret. Videri ſanè poteſt omni ſtudio contendiſſe, vt quemadmodum eſt nomine, ita vitæ turpitudine, aut orationis ſaltem obſcœnitate ſimilis, & par illi Balleo eſſet; de quo, neſcio quam verè, ſed ſcribitur tamen, *omnes, qui in eodem vico habitant, clamaſſe & in ſcriptis, & ſine ſcriptura, adulterum eum eſſe.* Credo certè Hiberniam, quantumuis efferatam, ad huius Apoſcopi, tam nefarium & inſolitum ſpectaculum totam obſtupefactam, illudque deteſtatam. At conatur vir prudens tanti ſceleris inuidiam ac nouitatem extenuare, & tegere ſub vmbra, neſcio quorum, Epiſcoporum in Hibernia ætate Bernardi, eiusq; teſtimonio coniugij vinculis implicitorum. Sed fruſtra ad eos recurrit: noui huius Apoſtolatus ipſe eſt princeps. Ille hanc laudem primus ceteris præripuit. Deplorat certè Bernardus, præcipuum illius inſulæ Epiſcopatum Armachanum multis annis factione potentum, quaſi hereditarij iuris factum, & meros ſæpe Laicos, nullis ſacris ordinibus de more inauguratos, Epiſcopatum ad ſe rapuiſſe. Et qualiſcunque tandem fuerat ille abuſus; ex eo, quam dixi, cauſſa irrepſit. Propter quem Bernardus, Paganiſmum ſub nomine Chriſtiano introductum queritur: eumq; omnem Malachias ſua prudentia, pietate, concionandi ſedulitate, exemplo, ac illuſtribus ſignis tādem ſuſtulit. Huius vitam Bernardus ei notus, & carus, in cuius quodam modo ſinu beatam ille animam efflauit, Apoſtolicis planè virtutibus inſignem verè ac elegāter ſcripſit. In qua ex ſignis per eum editis apparet, aquæ benedictæ, reliquiarum, extremæ vnctionis, & aliorum Eccleſiæ ſacramentorum, ac cæremoniarū vſum tum temporis diuino teſtimonio non fuiſſe deſtitutum. Quod cùm Balæus videret, & doleret, impudico ore in beatum Bernardū inuehitur, quaſi is, quæ de Malachia temerè, à neſcio quibus, acceperat, ea imprudenter litteris conſignata ad poſteritatis memoriam commendaſſet: cùm ille non niſi certiſſima, notiſſimaque illo ſæculo deſcribat, & de rerum geſtarum veritate ſecurum ſe fateatur. Inter quas exſiccata, atque arida pueri manus ab ipſo Bernardo ad corpus demortui applicata; ſtatim vigorem ac vires recuperauit. Sed nos iam, dimiſſo Malachia, redeamus ad Auguſtinum. In quo reprehendendo, ne

Crucis

Calcedonen. Synod. act. 10.

Balæi impoſtura.

Balæus Primus in Hibernia quinti Euangelij Apoſtolus.

Bernardus.

Bernard. in vita Malachiæ.

Malachias.

Malachiæ miracula.

Balæi in D. Bernardum calumnia repelluntur.

In Centur. de Scriptor. Brit.

Pueri manus contactu corporis Malachiæ defuncti miraculose ſanata.

Crucis quidem Chriſti venerationem, aut aſpectum pius iſte Iulianus ferre poteſt. Cui neſcio quid aliud reſpondeam, quàm vt queratur Chriſtum Crucifixum. Nec ſcio, quo aptiore hoc genus hominum nomine appellarem, quàm quo Paulus: *inimicos* ſcilicet *Crucis Chriſti*. Sed huius Balæi impietati, Cònſtantini Magni, qui clariſſimum veteris Britanniæ decus fuit, pietatem oppono. Nec erit iã mihi neceſſe repetere, quæ prius ex eius hiſtoria de vſu Crucis docuimus. Oppono præterea huic Apoſtatæ Sanctum Albanum Martyrum Britanniæ primitias, quem legimus ſupplicem Chriſto ad eius Crucem & Imaginem preces fudiſſe. Docuimus iam antea, quantopere veteris Britanniæ, ac Cõſtantini exempla à religione Apologeticorum abhorreant. His igitur iam dimiſſis, videamus, quo modo Conſtantinus Apologiæ errorem, & Balæi inſaniam de Paſchate refellat. Conſtat igitur eius cura ac pietate Nicænos patres ad Synodum duas potiſſimum ob cauſſas conueniſſe, id eſt, propter Arrium, & diſſonantiã in Paſchate. Exſtant hodie patrum, exſtant & Conſtantini de Paſchate, vno eodemque per orbem die celebrando, litteræ. E quibus ſtatim intelligimus, Conſtantinum, hunc diſſenſum aut inæqualem obſeruationem nõ poſuiſſe inter res leuiores. Nam rem appellat indignam, indecoram, fœdam, atque adeo impiiſſimam. Et ſola illis temporibus Orientis pars illo errore implicabatur. Roma enim, Africa, Italia omnis, Ægyptus, Hiſpania, Gallia, Libya, cuncta Græcia, Aſiana atque Pontica ditio, Cilicia, atque adeo Britannia, omneſq; Occidentalium, Meridionalium, ac Septentrionalium Eccleſiæ, eum, quem hodie tenemus, Paſchatis celebrandi morem etiam ante Conciliũ ſequutæ ſunt. Qua Conſtantini oratione omnis ille Balæi & Illyrici error, quòd primi Britanni Paſcha cum Iudæis ſeruarint, retunditur. Videmus enim Conſtantini tempora. Iam ante centeſimum, & octogeſimum poſt Chriſtum paſſum annum Britannia, eaque prima omnium prouinciarum, vt quibuſdam videtur, Lucio regnante, fidẽ Chriſti, Eleutherio Romanum Pontificatum adminiſtrante, amplexa eſt. Eleutherio ſucceſſit Victor ille, qui propter diſparem obſeruantiam quaſdam Orientis Eccleſias anathemate deuouit. Nec dubium eſt, vt reliquam fidem & ritus, ita & hunc Paſchatis Britannos à Roma mutuatos. Nam quod Balæus & Illyricus de Græcis, Aſianis, ac Ioſepho tradunt; id totum ex obſcuris, & incertis monumentis proditur. Proferant enim mihi vel vnum antiquæ, & probatæ fidei auctorem, qui fidem Chriſti in Britannia per Græcos, & Aſianos primùm ſeminatam aſſerat. Et vt verum ſit, Ioſephum ibi Chriſtum annunciaſſe, ecquid oſtendunt, quo eum vel Aſianum probent, vel aliud in Britannia, quàm Petrum Romæ de Paſchate ſtatuiſſe? Certè cùm ad ea tempora, quibus

Balæus, alter Iulianus et inimicus Crucis Chriſti.

Conſtantinus Magnus.

In vita eius ex vetuſtiſſimis monumentis.

D. Albanus.

Apologiæ error, & Balæi inſania de Paſchate refellitur teſtimonio Conſtantini & patrum.

Epiph. 3. 1. 70.

Conſenſus totius penè Eccleſiæ in Paſchate celebrando.

Euſebius Lib. 3. de vita Conſtant.

Cent. 2. c. 2.

Veteres Britannos nõ celebraſſe Paſcha cum Iudæis.

Beda lib. 1. Eccleſ. hiſt. cap. 4.

Britanniam fidẽ ſuſcepiſſe omniũ prouinciarum primam.

Euſeb. lib 5. cap. 24. & 25.

Britannos Paſchatis celebrandi ritum à Romana Eccleſia didiciſſe, non à Græcis, & Aſianis.

Ioſephus ab Arimathia.

per Eleutherium Britannia Chriſto eſt initiata, & conſecrata, propter Aſianos quoſdam, qui à reliqua Eccleſia in Paſchatis tempore variabant, controuerſia emerſiſſet; frequentes Synodi habitæ ſunt Romæ, in Gallia, in Achaia, in Ponto, & apud Cæſaream Palæſtinæ. Quæ omnes vſitatum hodie Paſchatis diem, quaſi ex Apoſtolica traditione manantem, tenendum ab omnibus ſtatuere. Nec veriſimile eſt, Ioſephum alios ritus in Britannia, quàm Petrum Romæ docuiſſe. Quicquid certè, aut vbicunque Ioſephus docuerit, ante Lucium Britannia palàm Chriſtum non eſt profeſſa. Ad quod ſanctum opus conficiendum Eleutherius Damianum & Fugatium in Britanniam amandauit: quorum res geſtæ temporum iniuria interciderunt. Quarum commentarios Patricius Hiberniæ Apoſtolus, ſed fugientibus atque obſoletis propter vetuſtatem litteris, reperiſſe traditur. Qui ſi ſupereſſent, videremus eandem religionis ibi faciem, quam Catholica hodie profitetur Eccleſia. Hic mihi in mentem venit inſignis Balæi, & Apologeticorum in Deum ac Romanā ſedem ἀχαριστία. Si enim non reliquis, certè Britannis Apoſtoli fuere Eleutherius, & Gregorius. Quare ſi reliquæ nationes omnes illius ſedis imperium detrectaſſent, Britannia noſtra in officio manere, & tantæ ingratitudinis in Deum atque Romanum Pontificem crimen horrere debuiſſet. Viderint itaque iam Apologetici, quo modo ſollemnem Paſchatis obſeruationem ad res leuiores, aut Balæus ad *frigidas Hypocritarum cæremonias*, referant, contra Nicænæ Synodi, Conſtantini, & totius Eccleſiæ auctoritatem. A qua non alij ferè, quàm Arriani, & id genus hæretici diſſidere ſolebant. Quos Deus non Eccleſiæ ſolùm auctoritate, ſed & euidenti miraculo fregit: cùm fons aquæ quotannis in Luſitaniæ quodam templo, non ad Arrianorum, ſed Catholicorum Paſcha diuinitus prorumpere ſoleret. Id quod Sigebertus poſt Gregorium Turonenſem, qui iſtud tam inſigne miraculum, eo ipſo tempore, quo contigerat, litteris commendauit, apertè prodit. Gregorium verò ignorantia, an ſolita vafricie Magdeburgenſes, qui eam hiſtoriam bis recitant, prætererint, neſcio. Credo certè eos, non potuiſſe huiuſmodi miraculorum lucem ſuſtinere, quæ Catholicos ritus in Baptiſmo vſitatos, quos iſti exagitant, planè confirmant, & iſtorum mendacia contra ſanctos Epiſcopos, Pium, Victorem, ac Eugeniū, quæ ſuperius attigimus, confringunt. Hinc etiam fieri credo, cur duo alia id genus miracula de fontibus ad tēpus baptiſmi prodigioſè hoc ſæculo promanantibus, quæ mox litteris conſignauit Sophronius Conſtantinopolitanus Patriarcha, ſilentio inuoluant. Cuius generis inſigne prodigium, cum Paſchaſinus Epiſcopus (qui in Chalcedonenſi Synodo vices Leonis Romani Pōtificis inter alios gerebat; quem

Euſebius lib. 5. cap. 24. & 25.

Damianus. Fugatius.

Patricius inuenit commentarios rerum Britanniæ geſtarum à Damiano & Fugatio.

Apologeticorum in Deum & Romanam ſedem ἀχαριστία.

Apologeticorum & Balæi de Paſchatis obſeruatione calumnia.

Paſchatis obſeruatio Eccleſiaſtica miraculo euidenti cōfirmata.

Sigebertus. Gregorius Turonenſis.

Magdeburgenſiū vel ignorantia, vel vafricies notatur.

Miracula duo fontium ad tempus baptiſmi.

In prato ſpirit. cap. 214. & 215.

[1] quem iſti contemtim *Paſchaſinum quendam* appellant) Leoni ipſi recenſeat, quod recens acciderat loco ſibi notiſſimo, illudque poſt eum multis ſæculis [2] Sigebertus referat; egregij iſti hiſtorici tanquam fabulas & nugas reiiciũt. Quod miror qua iſti aut fide in re præſertim eo ſæculo tam teſtata, & omnibus quærentibus tam obuia atque expoſita; aut prudentia certè ſcripſerint, qui ſimile quiddam poſtea ab eodem (vt dixi) Sigeberto petitum inter miracula conſtituant. Cuius tamen fidem lectori ſuſpectam fortè reddere voluerunt, quaſi aut meliorem, aut antiquiorem Sigeberto auctorem huiuſmodi narrationes nullum habeant. Hæc paucis de prima Britannorum fide, ad quam tantopere Balæus ac Apologetici nos reuocant. Vt itaque non fuit alia Britãnorum, quàm Anglorum fides, ita nec aliam ab Auguſtino nos Angli, quàm quæ fuerat communis totius orbis, fidem hauſimus. Qua in re nos Anglos Gregorio tanto viro, & primo ſalutis noſtræ auctori magis, quàm Balæo aut Apologeticis credere par eſt: qui ad hunc modum ſcribit: *Ecce, inquit, omnipotens Deus pæne cunctarum iam gẽtium cor penetrauit. Ecce in vna fide Orientis limitem, Occidentisq́; coniunxit. Ecce lingua Britãnorum, quæ nil aliud nouerat, quàm barbarum frendere, iam dudum in diuinis laudibus Hebræum cæpit alleluia reſonare.* Venio nunc ad Bonifacium, quem adeo Balæum deformaſſe, primum quidem veritatis ac religionis Chriſtianæ, deinde Angliæ noſtræ, quæ tantũ illius ſæculi ornamentum peperit, tũ etiam Germaniæ tuæ cauſſa, ægrè fero: cuius fuit Apoſtolus, & cui ille claram Euãgelij facem prætulit. Qui poſtquam innumeros populos, alios ex ipſo Gentiliſmo, alios ex erroribus Gentiliſmum planè imitãtibus Chriſto acquiſiſſet, pro eodem in Phriſia martyrium quoq; obiit. Quem iſte Balæus non Chriſti, ſed Romani Pontificis Martyrem ſceleratè appellat. Qui quàm procul fuerit ab illa Balæi calumnia de innocentibus Chriſtianis, quòd ſinceram doctrinam tuerentur, per eum oppreſſis; ad Ioannem te Auentinum, quem Illyricus & Balæus, quaſi grauiſſimum rerum ſcriptorem, exoſculãtur, remitto. Qui graphicè eorum improbitatem depingit; quos venationibus, ſcortis, conuiuiis, auaritiæ totos vacaſſe, ac peruerſa doctrina populum ſeduxiſſe, palàm profitetur. A quo te magis, quàm à Balæo diſcere cuperem, qualis fuerit Bonifacius noſter, aut ab illuſtriſſimo poti⁹ Carolomano, qui in edicto ſuo ita ſcribit: *omnes, quos per ciuitates deſignauimus Epiſcopos, Bonifacio archiflamini, nuncio Chriſti, & legato Diui Petri, dicto audiẽtes ſint:* aut à ſanctiſſimo Romano Pontifice Zacharia, qui eum *reuerendiſſimum & ſanctiſſimum Legatum Chriſti, & nuncium ſupremæ illius maieſtatis* appellat.

1 *Vide Epiſtolam Paſchaſini ad Leonem inter epiſtolas Leonis poſt Epiſtolam 61.*

2 *In Chron. ad annum 417.*

Greg. in expoſit. Iob lib. 27. cap. 6.

Gregorius.

Mendacia Balæi contra S. Bonifacium Germaniæ Apoſtolum exploduntur.

Ado in chronic. Franc.

Bonifacij Martyrium.

Ioannis Auẽtini teſtimonio, calumnia Balæi in Bonifacium de Innocentibus ab eo oppreſſis diſſipatur.

In Boiaria lib. 3.

Improbitas eorũ, quos innocentes Chriſtianos vocat homo nocentiſſimus.

Carolomanus.

In Epiſt. ad Epiſc. & Clerum.

Zacharias.

Repellitur calumnia Balæi & Magdeburg. contra Reſtitutum Londinenſem, & Hilarium Pictauienſem Epiſcopos: & oſtenditur, nec Hilarium fuiſſe Luciferianum, nec vxore poſt Epiſcopatum aliquando vſum.

CAP. XX. CRITOBVLVS.

VIDENTVR mihi iam certè plurimæ ex his hiſtoriis valde per Balæum deformatæ. Ceterum quæ de Reſtituto Londini Epiſcopo, deque Synodo Arelatenſi, Hilarioq; Pictauienſi tradit, ea te improbare non poſſe arbitror: cùm & eadem nobis ferè ex eius auctoritate Magdeburgenſes etiam referant. Neque video cur non & noſtri hodie ſacerdotes & Epiſcopi vxoribus, quas prius duxerant, liberè etiam poſt initiationem, perinde atque Hilarius fecit, vti poſſint. Qui licet non omnino ſine næuo repetiatur, & eo maximè, quòd, vt tradunt poſt Hieronymum Magdeburg. eos, qui ab hæreticis ad fidem Catholicam veniebant, iterato Baptiſmo perfundendos contenderet, conſtantiſſimum tamen fuiſſe Catholicæ fidei contra Arrianos aſſertorem, cenſerique à vobis inter celebres Diuos conſtat. Neque ego ei vnquam vicio datum, quòd poſt ordinationem & Epiſcopatum adeo vxori ſe commiſcuerit, reperio. IREN. Neque ego certè. Cur enim id in eo reprehenſioni obiiceretur, quod ab illo nunquam factū eſt, nec vt arbitror, vel cogitatū. CRIT. Miror ſanè, quare tibi iſta tam temerè excidant? An non verum exiſtimas; Reſtitutum etiam in Epiſcopatu vxori conſociatum interfuiſſe Arelatēſi ſimul cum Hilario in Gallia Synodo? & quòd ex ipſo Conciliorum opere Balæus tradit, in ea Synodo decretum eſſe, vt liceret Diaconis etiam poſt ordinationem, ſi ante eam ſe ducturos vxores conteſtarentur, vxoribus frui, neque tamen ideo à miniſterio functioneque ſua (quod hodie fit) excidere debere? An non Reſtitutus ad eam Synodum à Conſtantino Conſtantini Magni filio è Britannia delegatus eſt ad annum 350. An non Hilarius Pictauienſis illic interfuit, ille, inquam, Hilarius, qui in Ariminenſi poſtea Synodo Liberium Romanum Pontificem grauiſſima (vt ait Balæus) obiurgatione inceſſit, quòd ad Arrianos tranſiiſſet? Nónne Hilarius habuit in Epiſcopatu vxorem; perque eam prole auctus eſt? IREN. Dixit olim Hieronymus, Apocalypſin tot habere Sacramenta, quot verba. Ego verò de hac tua narratione dicere cogor, quot verba, tot ferè mendacia. Et vt à leuioribus incipiam, recenſet quidem opus Conciliorum duas Arelatenſes Synodos, vtramque ſub Conſtantino Magno, & poſteriorem quidem ad annum 326. neutram ad annum 350. Quare non potuit eò Reſtitutus per Conſtantinum, qui tum non imperabat, mitti. Sed neq;

Cent. 4. cap. 10. pag. 1794.

Balæus de Scriptoribus Britannicis. Cent. 1. cap. 39.

Ad Paulin.

Tom. 1.

ad annum 350. Quia & eo anno non Conſtantinus, ſed Conſtans imperabat. Non inficior tamen reperiri & aliam Synodum Arelatenſem circa hæc tempora, de qua & Hilarius ipſe mentionem facit. Sed neque ibi interfuit Reſtitutus, neque aliquid id genus; cuiuſmodi vanè fingit Baleus, ibi geſtum eſt. Euocati quidem illuc ſunt Epiſcopi contra Athanaſium: quem illi damnare noluerunt, niſi Arriani prius Nicænam fidem profiterentur. Qua de re Magdeburg. nullam mentionem faciunt: proptere a & hanc perperam confundunt cum illa Arelatenſi ſub Conſtantino Magno. Quod quàm vanum ſit, ex ipſa ſtatim Hilarij lectione proditur. Liberium non fuiſſe Arrianum, iam antea oſtendimus. Neque alia eius rei probatione nititur Balæus, quàm neſcio qua Oxonienſium & Pragenſium ad Pariſienſes epiſtola. Neque ſi fuiſſet Arrianus, potuiſſet eum in Ariminenſi Synodo, cui (quod adhuc video) non interfuit Liberius, reprehendere. Abfuit & Hilarius apud Seleuciam Iſauriæ, vbi alia Synodus eodem tempore coiit, quartum iam exſilii ſui in Phrygia annum agens. Neque magis Hilarius Arelatenſi illi cum Reſtituto interfuit; vt patet ex ratione temporis, & nomenclatione Epiſcoporum, qui præſentes fuerunt. Interfuit fateor Reſtitutus. Qui an vxorem ſuperſtitem cùm Epiſcopus ordinaretur, aliquando habuerit, non ſatis mihi adhuc conſtat, neque ad rem pertinet: fortè & hoc quoq; ad cumulum vanitatis Balæi addi poterit. Quæ ſanè in eo euidens & turpiſſima eſt, quòd fingat aut Reſtitutum, aut Hilariũ vxore etiã poſt Epiſcopatũ licitè vſum. Quicquid ſit de Reſtituto, Hilarium vxorem habuiſſe non diffitemur: ſed cum qua etiam ante Epiſcopatum, non quaſi cum vxore, ſed ſorore continentiſſimè & caſtiſſimè vixerit. Quæ, antequam ille Epiſcopus ordinaretur, obiit. Quòd ſi non obiiſſet, quis vnquam crederet, Hilarium contra Sacerdotij ſui dignitatem, Eccleſiæque; atque adeo Arelatenſis Synodi (qua vnicè nititur Balæus) placita, ſe illi commiſcere voluiſſe? Quæ quid ea in re contra iſtorum hodie impudicitiam, & quã penitus contrarium huic Balæi aſſertioni ſtatuerit, iam antea diximus. Quare imprudenter hanc de Hilario, & Arelatenſi Synodo poſt Balæum cantionem repetunt Magdeburg. In quibus & illud demiror, quòd cùm hanc Arelatenſem, ad annum 326. vt & opus Conciliorum, ponant; eandem cum Balæo poſtea, idque in eadem Centuria ad annum 350. conſtituant. Sed hunc errorem facilè condonarem, ſi cetera eſſent in eis integra & ſincera. Sed illi iam ſimilem quandam contra hunc inſignem Eccleſiæ Confeſſorem calumniam excitant, ac prius contra Cornelium illum Pium Pontificem & Martyrem, vt diximus, excitarũt. Eum enim faciunt, idq; auctoritate Hieronymi, Luciferianum. Quos demiror ex Hieronymo tam atrocem illi calumniam ſtruere, qui nihil huiuſmodi

Ad Conſtantium imperatorem.

Cent. 4 cap. 2. pag. 23.

Sulpit. ſacra hiſtor. lib. 2.

Vide tomum primum Cõcil. in Arelat. 2.

Dial. 1. pa. 156.

Cent. 4.

huiuſmodi nec ſcripſit, nec verè ſcribere potuit. Atque veluti prius, vt fabulam aut potius tragœdiam ſuam ornarent, Cypriani Martyris, ita iam Hieronymi Cõfeſſoris auctoritate abutũtur: & vt prius Cæcilium in Cornelium, ita iam Hilarium Diaconum Romanum (qui & Diaconus, vt ex Hieronymo conſtat, mortuus eſt) in Hilarium Pictauienſem Epiſcopum admirabiliter transformarunt. *Contra Luciferian.* Quorum hac in re vanitatem nolo multis perſequi, ſed te ſolum ad Hieronymum ipſum, eiusq; contra Luciferianos ſcripta, quæ pro ſe citant, remitto. Ex cuius ſtatim verbis, illorum vanitas, tã manifeſtè detegitur, vt non ſit, cur pluribus apud te eã confutem. *Hilarius*, inquit, *cum Diaconus de Eccleſia receſſerit, ſolusq; vt putat, turba ſit mundi, neque Euchariſtiam conficere poteſt; Epiſcopos & Presbyteros non habens; neque Baptiſma ſine Euchariſtia tradere. Et cùm iam homo mortuus ſit, cum homine pariter interiit & ſecta, quia poſt ſe nullum clericum Diaconus potuit ordinare. Sed omiſſis paucis homunculis, qui ipſi ſibi Laici ſunt, & Epiſcopi, auſculta quid de omni Eccleſia ſentiendum ſit.* Hæc Hieronymus. Quid manifeſtius aut euidentius dici poteſt contra Magdeburg. imo & totam hanc nouam Euangelicam ſcholam, quòd ipſi ſunt ſibi Laici & Epiſcopi, omneque in Eccleſia Sacerdotium ſuſtulerint, atque ita non magis hodie Eccleſiam habeant, quàm habuit Hilarius (verùm id iam omitto) ſed quòd non diſcernant inter Hilarium Pictauienſem Epiſcopum, & Hilarium Diaconum. Et ſi quæ fuiſſet in Dialogo contra Luciferianos difficultas, eam facilè Hieronymus in Chronicis remouiſſet, qui eadem pæne ſententia vtrumque, Hilarium, inquam, Romanum Diaconum, & Hilarium Pictauienſem Epiſcopum ita complectitur, & diſtinguit, vt nihil poſſit eſſe apertius. *Anno 360. & 361.* Quare inſigniter in eo falluntur, quod Hieronymum ſine dubio de Hilario Pictauienſi ſentire exiſtiment, quòd Hilariũ orbis Deucalionem appellet, ob id, vt illi putant, quòd poſt reditum ab exſilio Galliæ & Italiæ Eccleſias ad ſanitatem reuocarit. *Cent 4. cap. 10. p. 1146.* Quod vt eſt verum, ita hic locus non ad Hilarium Pictauienſem, ſed Diaconum illum Luciferianum reſpicit. Noſti decantatum illud & tritum de Deucalione & eius vxore, qui lapidum poſt terga iactu orbem repararunt, figmentum. Huc Hieronymus alludit. Luciferiani clamabant vniuerſum mundum fuiſſe Diaboli, & de Eccleſia factum lupanar, quod ſine nouo Baptiſmo Arrianos ſuſciperent. Significat itaque his de Deucalione Hieronymus verbis, quòd orbis ex ſentẽtia Luciferianorum nouo aquarum profluuio obruendus eſſet, quòd hæreticos ſine Baptiſmo Eccleſia admitteret, niſi nouo Hilarij Baptiſmo, quaſi à quodam Deucalione repararetur. Quod ſi nõ ex Hieronymo, cuius certè ſententia eſt ſatis perſpicua, ſaltem ex Sulpitio, quem ſæpe in ſuis Centuriis, deque Hilario mentionem facientem citant, intellige- *Sulpit. lib. 2. ſacr. hiſt.*

re potuiſſent, non fuiſſe Hilarium Pictauienſem Luciferianum, cùm diſertè tradat, Hilarium reuerſum ab exſilio, iniiſſe cõmunionem cum iis, qui Arrianos ſuſceperunt poſt pænitentiam & ſatisfactionem: Luciferum verò Antiochiæ in longè diuerſa fuiſſe ſententia. Quare admonitos Magdeburg. cuperem, vt Reſtitutum noſtrum, & celebrem illum Galliæ Confeſſorem Hilariũ, huiuſmodi deinceps maculis atque infamia aſpergere deſinant, & quod iam in illorum hiſtoria deeſt, ſuppleant, ac locum aliquẽ inter Schiſmaticos reperiant, vbi non Hilarium Pictauienſem Epiſcopum, ſed Diaconum illum, vt par eſt, collocent.

Epiphanium Imaginem Chriſti non violaſſe, vt auctores Apologiæ Anglicanæ fingunt; eoſdem'que locum quendam Hieronymi corrupiſſe, & deprauaſſe.

CAP. XXI. CRITOBVLVS.

SI pergas, vt cæpiſti, omnes noſtros propediem hiſtoricos de manibus meis excuties. Quare alium poſthac Illyricus quærat, cui centones ſarciat. Prouidebo certè deinceps diligenter, ne tam temerè Illyrico, aut Balæo fidem adhibeam: quos video, tetra ac horribili deprauatione antiquitatis hiſtorias commaculaſſe; in quas ego vnicè propendeo; & quæ me, vt à meis doctoribus proditæ ſunt, in maximam partem errorum meorũ coniecerunt. Sed ſpero, quemadmodum qui ab aſpide ictus eſt, ab eodem remedium petit; ita mihi veras hiſtorias futuras ad erroris depulſionẽ fructuoſas, quæ corruptæ animum quoque meum corruperunt. IREN. Non ſine cauſſa, mi Critobule, de Illyrico, Balæo ac ſociis ob deprauatas ac fędè viciatas Eccleſię hiſtorias quereris. Neque enim Magdeburgenſes cum Balæo, quas ipſi auctores reliquere, ſed quas ipſi commenti ſunt, hiſtorias proferunt; & magno ſupercilio, magiſterio in ſe totius Eccleſiæ ſumto, non tam quid patres ſcripſennt, quàm quid, & quo modo ſcribere debuiſſent, pro ſua auctoritate quaſi de tribunali pronunciant. Nec Diuorum, aut aliorum patrum res ſiue ante, ſiue poſt obitum geſtas, vlla, vt tu putaſti, veritatis luce illuminarunt, ſed ipſam potius veræ hiſtoriæ lucem per omnem vbique Eccleſiam clariſſimo ſplẽdore coruſcantem, denſiſſimis atque horrendis mẽdaciorum tenebris obduxerunt, eamque turpiſſimè commacularunt. CRIT. Ita ſanè ſe geſſiſſe hactenus mihi videntur. Sed ad Epiphanium redeamus: qui licet cetera totus veſter videatur eſſe; neſcio tamen quo modo graue illud illius contra Imaginem etiam Chriſti tonitru horrendo quodam fragore aures meas, animumque verberat. A qua me dubitatione ſi ſemel expedieris; nihil iam videq in tota

Balæus et Magdeburgenſes corruptores hiſtoriarum.

in tota

in tota hac cauſſa, cur amplius hæream. Sed credo te difficilem iam ſuſcepturum prouinciam. IREN. Quare? CRIT. Quia vt prouerbio iactatur; *ne Hercules quidem contra duos*. IREN. Non ſatis intelligo, quid velis. CRIT. Non Epiphanius modò, ſed Hieronymus, qui eam epiſtolam tranſtulit, vnde Apologetici hoc teſtimonium mutuantur, vno in te impetu irruunt. IREN. Nę tu homo meticuloſus es, qui fulgur ex pelui more puerorum times. Non dubito, quin hunc omnem impetum facile ſuſtineā, atque etiam comprimam. Credideram ſanè me ab omni, quantum ad Epiphanium pertinet, negotio iam fuiſſe liberatum, & me tibi ex Nicænæ Synodi auctoritate antea de eo ſatis feciſſe. CRIT. Non nego mihi ſatisfactum ad ea, quæ Iconomachi protulerunt: ſed nulla huius Epiſtolæ mentio facta eſt. IREN. An non ex eo igitur probabiliter conijcere potes, hanc epiſtolam vel fortè ſuppoſititiam eſſe, vel nihil certè afferre adiumenti ad cauſſam Iconomachorum promouendam? Si enim illis temporibus ea vel pro certa Epiphanij epiſtola habita fuiſſet, vel receptam in Eccleſia Sanctarum Imaginum adorationem oppugnaſſet, tot ſanè Iconomachorum in media Græcia Epiſcopi, nunquam fuiſſent aut tam rudes, vt eam neſcirent, aut tam dementes, vt, dimiſſis genuinis ac notis Epiphanij ſcriptis, tā illuſtri Hieronymi teſtimonio quaſi ſubſignatis, ad vana, commenticia, orbique incognita conuolarent. Nam neque hæc hodie epiſtola in Græcis Epiphanij exemplaribus vſquam apparet (quæ ſi exſtaret, rectius forſan & certius de tota hac re iudicare poſſemus) neque quicquam eorum, quæ Iconomachi proferebant, in libris Epiphanij inerat. CRIT. Imo hodie inſunt, idque in certis eius libris, id eſt, Ancorato, vnde quoddam teſtimonium Illyricus contra Imagines deſumit. Et dicit huc referri poſſe, quæ ille contra Encratitas ſcripſit. IREN. Quare ergo præclaræ iſtæ Centuriæ ad hanc tam nobilem hiſtoriam obmuteſcunt? Qui fit, vt eum Clementis, & aliorum contra idola Gentium ſententias, tanquàm contra noſtras Imagines ſcelerate producant; ac multo impudentius Chriſti Imaginem fulmine confractam, vt Deus ſignificaret inuiſam ſibi hanc ſtatuarum ſuperſtitionem, mentiantur: hanc tam certam tanti patris ſententiam, cui & Hieronymus ſuum calculum adiecit (alioqui, vt ait Illyricus, transferre in animum nunquam induxiſſet) in loco aliquo Centuriarum inſigni non collocarunt? Ruſus alia quadam de Vueſthemero tuo admiratione quaſi obſtupeſco; quare, cum tot teſtimonia contra Imagines aceruatim extra cauſſam (pertinent enim ferè ad idola) cumularit, & illam ſuam officinam iſta Epiphanij hiſtoria ornarit; de Carolo, & eius Synodo, homo Germanus nihil appoſuerit. Apologetici verò, ceteris ferè omnibus prætermiſſis, in ſolo Carolo & Epipha-

Epiphanius. *Hieronymus.*

Coniectura probabiles, cur ea nō videatur Epiphanij epiſtola, ex qua Iconomachi hodie Imagines oppugnant, aut ſi ſit, cur nihil inde colligatur, quod Eccleſiaſtica in Imaginibus venerandis conſuetudini aduerſetur.

Illyricus. *In catalogo.*

Magdeburgēſes. *Cent. 2. c. 4. pag. 54.*

Cent. 4. cap. 13. p. 1447.

Illyricus.

Vueſthemerus.

Apologetici.

Epiphanio acquieſcere videntur. In quo forſan maior eſt, quàm tu crederes, cautio. Aut enim fallor, aut quantumuis eam iactent, non ſatis tamen tutam putarunt Caroli hiſtoriam. Quæ, vt maximè eam premas ex Illyrico & Caluino, & illius libro, qui eandem primus euulgauit, nihil aliud conficiet, quàm non debere eſſe in Eccleſia Imagines, quæ adorentur. Quod & nos eo, quem ex Gregorio declarauimus, ſenſu non negamus. Quare cum adhuc nihil allatum viderent, cur deturbari, & ab Eccleſiis profligari debeant Imagines (quod vel Carolus ipſe, vt docuimus, non probat) commodùm ſanè, vt videtur, Epiphanium adſciuerunt, qui vel adſpectum Chriſti Imaginis in templo nefarium flagitiũ inclamaret. Vtcunque ſit, miror à Vueſthemero hunc locum (niſi fortè & illi hæc res ſuſpicione laborare videtur) prætermiſſum. *Vueſthemerus.* CRIT. Quaſi omnes omnia iiſdem de rebus aut poſſint, aut velint, perſequi; aut quaſi omnia in ſcribentium memoria penitus inſideant. Quanquam nec hanc Magdeburgenſes omnino hiſtoriam ſilentio prætererint, licet non ab Epiphanio, ſed Hieronymo velum ruptum aſſerant. Quod ego ab eis humano errore factum planè exiſtimo. IREN. Sed mirum eſt tot Argos vel in poſteriore aliqua editione hanc culpam non reſarciſſe. Vtcunque ſit: vt nihil de hoc velo in Græcis hodie Epiphanij ſcriptis, ita nec in eius Ancorato, ſiue Græco, ſiue Latino quicquam huiuſmodi cernitur, quale Illyricus neſcio qua noua oculorum felicitate, & acie conſpicatus eſt. *Illyrici mendacium de Epiphanio.* Imo hæc ipſa ſententia (quæ Chriſti, & Sanctorum Imagines non modò in templis, ſed nec in priuatis domibus conſpici patitur) à Nicænis patribus vt adulterina, & non ab Epiphanio ſcripta, ſed à Manichæis confictа arguitur. *Quædam à Manichæis ſub Epiphanij nomine conficta.* Imo non tam à Nicænis patribus, quàm à ſeipſo commẽticius ille Epiphanij liber (quem nobili artificio atque metamorphoſi Illyricus in Ancoratum transformat) confutatur. Fatetur enim (quicunque tandem fuerit) reliquos eius ſæculi patres à ſe diſſentire. Iam vt liber ille Epiphanio tribuendus eſſet; cùm conſtet ea ætate Baſilium, vtrumque Gregorium, Nazianzenum & Nyſſenum, Amphilochiũ, Cyrillũ Hieroſolymitanũ, Chryſoſtomum, Hieronymum, Ambroſium, aliosque primæ notæ Eccleſiaſticos ſcriptores enituiſſe; quo grauiore præiudicio cauſſam ſuã potuiſſet premere, quã quod fatetur, reliquos illos patres, tantaq; Eccleſiæ ornamẽta in eadẽ aliud ſenſiſſe? CRIT. Sed quid reſpõdes ad Encratitas? IREN. Quid ego reſpõderem? omnia inuenies ſimilia; parem prudentiam, parem fidem. Nihil enim illi cum hac Imaginum cauſſa commune habent. *Encratitarum hæreſes.* Quorum hæreſes in eo verſabantur, vt dicerent duos principatus alterum Dei, alterum Diaboli: nuptias verò à Diabolo auctore profectas. Apocryphis quibuſdam ſcripturis, quaſi Apoſtolicis, vtebantur, & interim quaſdam,

Epiph. lib. 1. tom. 3. hæreſ. 46. Lib. 2. tom. 1. hæreſ. 47.

Illyricus et Euangelici Encratitarum æmuli.

dam, quas Eccleſia ſequitur, abdicabant; vinũ hominibus omninò interdicebant; ſola aqua in myſteriis vtebãtur: quos Illyricus, ac Euangelici egregiè æmulantur. Apocrypha enim Illyricus pro veris Epiphanij ſcriptis obtrudit, & cum Apoſtolo ſuo Luthero quoſdam Scripturæ libros reiicit: ac in myſteriis Illyricus pari, licet non eodem, ſed contrario vicio laborat, pro calice mixto, ſolo vino contentus. Quæ cùm ita ſint, vir tamen iſte bonus dicit, noſtros Monachos Encratitis ſimillimos fuiſſe. Quod cur ille dicat, ipſe viderit. Illyricus præterea tuus, non modò hanc de Epiphanio & velo per eum ſciſſo, ſed & illam Gregorij Nazianzeni de coloribus ſententiam, quam oſtendit ex Nicænis patribus veteratoriè ab Iconomachis contra Imagines detortam, pro ſua ſolita prudentia recenſet. At in Centuriis conſcribendis, nihil tale aut Gregorio Nazianzeno, aut Epiphanio adſcribit. CRIT. Iſta, quæ ex Ancorato depromit Illyricus, videntur penitus commenticia. Quare non poſſum non admirari, cur, dimiſſis iis, quæ in veris libris Epiphanij, atque adeo Auguſtini inſunt, vana atq; imaginaria conſectatus ſit.

Epiphanius. Auguſtinus.

IREN. Ecquid habent Epiphanius & Auguſtinus aduerſus noſtram ſententiam? CRIT. Habent certè, quod veſtram adorationem debilitet, voſq; adeo inter hæreticos reiiciat. IREN. Demiror, ſi quid ſit huiuſmodi. CRIT. Eſt ſanè. Nam cùm varios hæreticos, & earũ hæreſes recenſeant, Simonem Magum, qui Imaginem ſuam adorãdam obtrudebat, recenſent, & Carpocratitas: è cuius ſecta Marcellina Imaginem Ieſu colebat: & Epiphanius mulieres quaſdam Mariæ Imaginem circumferentes & adorantes vehementer reprehẽdit. IREN. Iſta nihil nobis obſtãt. Simon enim Magus, relicto Chriſto, ſeipſum pro Deo coli voluit, & Romæ propter præſtigias pro Deo habitus eſt, & ſtatua ei dicata.

Simon Magus Imaginem ſuam adorandam obtruſit.

Aug. in catalogo hæreſeon. 1. & 7. tom. 6. Epip. lib. 1. tom. 2. hæreſ. 21. Lib. 3. tom. 2. hæreſ. 78. & 79. Iuſtinus in Apolog. Euſebius lib. 1. cap. 13.

Marcellina.

Marcellina verò non in eo, quòd Imaginem Ieſu, ſed quòd cum ea Imagines præterea Homeri, atque Pythagoræ adoraret, reprehenditur. Neque enim licet ſimul Deũ ac Baal colere, quòd olim Iudæis vicio dedit Elias. Ac fuit aliquãdò rex in Anglia Redualdus, qui, vt ſcribit Beda, *in eodem Fano & altare habebat ad ſacrificium Chriſti, & arulam ad victimas Dæmoniorum*. Sic & Alexander Seuerus, vt diximus, Chriſtum voluit cum aliis Diis colere; atq; ideo illius effigiem in larario habebat.

Redualdus Deo, & Baal ſacrificia fecit.

Beda hiſt. Eccleſiaſt. li. 2. cap. 15.

Alexander Seuerus.

Nec ignoramus Cerinthi, & Hebionis hæreſim in eo conſtitiſſe, quòd legis cæremonias Euangelio miſcuiſſent, & ſic noua cõfeſſi ſunt, vt vetera non amitterent; quod de eis ſcribit Hieronymus: Nec quid de Samaritanis tradit Scriptura, qui ſimul cum Iudæorum Deo idola colebant contrá Scripturam dicentem: *Videte quod ego ſum ſolus Deus, & non ſit alius præter me.* Quod & Laban feciſſe fortè videtur longè ante legẽ Moſis, dũ Deũ Abrahã, & Deũ Nachor, iudices conſtituit. Et Gregorius ſuo ſæculo Chriſtianos arguit, qui ar-

Cerinthi & Hebionis hæreſis. Samaritani.

Hieron. Epiſt. 89. quæ eſt ad Auguſtin. tom. 2. 4. Reg. 17. Deut. 32. Geneſ. 31. Lib. 7. Epiſt. 20.

qui arbores, Gentilium more rituque, venerabantur. Quare iſta
potius tua exẽpla oſtendunt, in prima Eccleſia Chriſti imaginẽ, Ethnicochriſtiani.
licet nõ Gentilicio illo errore, adoratam. Nam non ideo mulie-
res illas tam ſeuerè Epiphanius coarguit, quòd imaginem Ma-
riæ vel haberent, vel circumferrent, vel etiã adorarent; ſed quòd
Mariã pro Dea haberent, & ita imaginem eius, vt idolum, de-
teſtando ritu adorarẽt. Quæ cùm eſſent feminæ, & non ſolũ legi
bus, ſed & natura ipſa duce, ab omni huiuſmodi officio alieniſ-
ſimæ, Sacerdotij tamẽ & ſacrificij ſibi munus arrogãtiſſimè vin-
dicabant, & collyridem, ſiue placentam conficiebant, quam in
nomine Mariæ, tanquam numinis, offerebant; eiuſque, nefaria
quadam religione ſacramentum ementientes, participes fuerunt.
Huiuſmodi verò Damaſcenus imagines, quaſi idola, colentes, Damaſcenus.
hæreticos & Chriſtianocategoros appellat, eoſque vt & contra-
Lib. de hæreſibus. riam factionem Iconomachorum damnat. *Chriſtianocategori*, in- Chriſtianocategori.
quit, *ſunt & dicuntur, quòd, cum Chriſtiani vnum Deum viuum, &*
verum venerentur, ipſi venerandas imagines Domini noſtri Ieſu Chriſti,
ſanctæ Mariæ, quæ Deum ſuſtulit & peperit, Sanctorum Angelorum, &
eius Sanctorum ita coluerunt vt Deos, more Græcorum. Iconoclaſtæ au- Iconoclaſtæ.
tem vocati ſunt, quòd eaſdem ſanctas, & veneratione dignas imagines
cum ignominia tractauiſſent, tum in minutiſſimas partes comminuerunt,
tum coniecerunt in ignem, eodemq; modo eas, quæ in parietibus erant de-
pictæ, partim aqua calida, partim calce atramentoq; obliterarunt. Hæc
Damaſcenus. Nec Marcellina quidem excuſari potuit, licet Deo- Marcellina idololatria.
rum idola cum Chriſto non adoraſſet; cùm more Gentium vel
ipſius Chriſti imagini ſacrificaret; Sacrificium autem conſtat ſoli
Deo deberi. Neque dubiũ eſt, quin hos, aut ſimiles ritus Au-
guſtinus illis Chriſtianis vicio verterit, quos, vt alibi oſtẽdimus, Auguſtinus.
imaginum adoratores appellauit. Nullo enim modo de hodier-
na Catholicæ Eccleſiæ adoratione ſenſiſſe, eſt veriſimile. CRIT.
Inanis iam mihi omnis Epiphanij impetus fuiſſe videretur, niſi Hieronymus.
Hieronymi conſociatas vires haberet. Eam enim ille epiſtolam
Epiphanij in Latinum tranſtulit ſermonem. Contuli confuta-
tionem Hieronymi cum hac Epiſtola, & nihil eſt in tota Epiſto-
la, quod non poſtea in refutatione Hieronymus diligenter attin-
gat, vt ſi de hac Epiſtola dubites, iam totius Epiſtolæ, atque adeo
confutationis Hieronymianæ fides labaſcat. IREN. Non ego
Epiſtolam, ſed dubito de hac parte; quæ Hieronymianæ tranſla-
tioni fortè aſſuta eſt. Verum ecce video ad manum opera Hie-
ronymi, quin igitur locum ipſum relegimus? CRIT. Relegam:
Præterea quod audiui quoſdam murmurare contra me, quia quando ſi-
mul pergebamus ad Sanctum locum, qui vocatur Bethel, vt ibi collectam
tecum ex more Eccleſiaſtico facerem, & veniſſem ad villam, quæ dicitur
Anablatha, vidiſſemq; ibi præteriens lucernam ardentem, & interrogaſ-

 ſem,

Narratio ex Epiphanij Epiſtola ad Ioannē Hieroſolymitanum Epiſcopum de imagine in foribus templi ab eo confracta, qua hæreſiarchæ noſtri temporis abutuntur contra Chriſti & Sanctorū imagines.

ſem, quis locus eſſet ; didiciſſemq́ eſſe Eccleſiam, & intraſſem vt orarem: inueni ibi velum pendēs in foribus eiuſdē Eccleſiæ tinctum atq́ depictum, & habens imaginem quaſi Chriſti, vel ſancti cuiuſdam. Non enim ſatis memini, cuius imago fuerit. Cum ergo hoc vidiſſem in Eccleſia Chriſti cōtra auctoritatem ſcripturarum hominis pendere Imaginem, ſcidi illud, & magis dedi conſilium cuſtodibus eiuſdem loci, vt pauperē mortuum eo obuoluerent, & efferrent. Illiq́ contra murmurantes, dixerunt: ſi ſcindere voluerat, iuſtum erat, vt aliud daret velum atq́ mutaret. Quod, cum audiſſem, me daturum eſſe pollicitus ſum, & illico eſſe miſſurum. Paullulum autem moratum fuit in medio, dum quæro optimū velum pro eo mittere. Arbitrabar enim de Cypro mihi eſſe mittendum. Nunc autem miſi, quod potui reperire, & precor, vt iubeas presbyteros eiuſdem loci ſuſcipere velum à latore, quod à nobis miſſum eſt : & deinceps præcipere, in Eccleſia Chriſti iſtiuſmodi vela, quæ contra religionem noſtrā veniunt, non appendi. Decet enim honeſtatem tuam hanc magis habere ſolicitudinem, vt ſcrupuloſitatem tollat, quæ indigna eſt Eccleſia Chriſti, & populis, qui tibi crediti ſunt. IREN. Neſcio quid mihi cōturbatus videris? CRIT. Salebris neſcio quibus, & inconcinno atq; perturbato, nec ſatis cohęrenti ſentētiæ huius exordio impeditus mihi videor. Quod ſi à nobis Epiſtola hæc non ſtaret: fortè dubitarem, an hæc Hieronymo eſſet attribuenda oratio; quandoquidē non ſatis cum illius elegantia cōuenire videatur. IREN. Tu verba, nec ſine cauſſa forſan; cùm ea nec Caluinus, nec Beza, nec Vueſthemerus, nec alij fere vnquā Euangelici integra, ſed mutilata recenſent; quod malitiam quandā ac calliditatē eorum arguit: ego vero rē ipſam magis pondero, quæ, niſi aliter quàm ipſa verba primâ frōte præ ſe ferunt, intelligantur, non Epiphanij modò, ac Hieronymi ſanctitate, ſed quouis Chriſtiano ſunt indigna. Quis enim tam alienus vnquam fuit ab omni pietate, ac doctrina, vt negaret fas cuiquam habere Imaginē Chriſti; & diceret id eſſe cōtra auctoritatem Scripturarū, contra religionem noſtram? Nam nec Caluinus extra Eccleſiā, ſepoſita adoratione, haberi poſſe Imagines, negat. Ac iſta quidē imago præ foribus Eccleſiæ fuit, nec de vlla illius adoratione conſtat. Quæ ergo occaſio fuit eam cōſcindendi? Iam quæ ſcripturæ prohibent, vel in ipſa Eccleſia Imagines? cùm iam docuerim Cherubin fuiſſe ſub forma humana in tēplo Iudæorū. Vt nihil dicam de formis multorum brutorum animalium; Chriſti certè, & Sanctorum Imagines Epiphanij ſæculo in Chriſtianorum templis extitiſſe, nec patribus ſanctis diſplicuiſſe, ex Nicæna (ni fallor) Synodo clariſſimè intelligis. Si Epiphanius fuerat in hac ſententia; cur diſcipuli eius templum ſub eius nomine Deo conſecratum, picturis vndique colluſtrarunt? Cur ipſe Epiphanius cùm aut ſui, aut antecedentium omnium temporum hæreſes recenſeat, hanc tam atrocem, & omnium, vt iſti volunt,

Caluini, Bezæ, Vueſthemeri verſutiæ.

Caluinus.

Epiphanij nomine erectum à diſcipulis ipſius templum, picturis ornatum & Deo conſecratū.

Nicæn. Syno. 2 act. 6. tom. 5.

volunt, primam atque principem, vtpote quâ ad idola rurſus colenda redigimur, non recenſuit? Si Chriſti Imago non ſit ferenda, ne Crux quidem eius ferenda videtur. Quam non horruiſſe Epiphanium, nemo, credo, pius dubitat. De qua adoranda quid Hieronymus ſenſerit, alibi oſtendimus. Atque iam aliud eius inſigne teſtimoniũ, de illuſtri & ſancta illa matrona Paula ſubiicimus. De qua ad hunc modum ſcribit: *Quæ cuncta loca tanto ardore ac ſtudio circumiuit, vt niſi à reliquis feſtinaret, à primis non poſſit abduci; proſtrataq; ante Crucem, quaſi pendentem Dominum in Cruce cerneret, adorabat. Ingreſſa ſepulcrum, reſurrectionis oſculabatur lapidem, quem ab oſtio monumenti amouerat Angelus, & ipſum corporis locum, in quo Dominus iacuerat, quaſi ſitiens deſideratas aquas fideli ore lambebat.* Audi eundem rurſus ad Marcellam: *Ergo ne erit illa dies, quando nobis liceat, ſpeluncã Saluatoris intrare, in ſepulcro Domini flere cum ſorore, flere cum matre? Crucis deinde lambere lignũ, & in Oliueti monte cum adſcendente Domino in voto, & animo ſubleuari?* De ſe verò alibi ita ſcribit. *Protinus*, inquit, *concito gradu Bethleem meam reuerſus ſum, adoraui præſepe & incunabula Saluatoris.* Ecquid igitur nos facimus hodie in adoranda Cruce, cuius non habemus Hieronymum doctorem, ducẽ, & principem noſtrum? Aut cur aliud nimia facilitate, ac leuitate de Epiphanio & Hieronymo, quàm de reliquis patribus iudicamus? Epiphaniũ itaq; violaſſe Imagines ab Eccleſia receptas non credo: violaſſe verò eas poſt ducentos annos Serenũ Maſſilienſem Epiſcopũ legó, ac credo. Quem ob id reprehendit Gregorius primus, & ita, vt vel inde appareat, eo ſæculo non fuiſſe notã hanc de Epiphanio, ac Hieronymo narrationem; vel, ſi nota fuerit, alio in ſenſu acceptam, quàm ab Euangelicis hodie tuis accipiatur. Gregorius enim Sereni factũ reprehendẽs inter alia & hæc inſerit; *Dic frater, à quo factũ Sacerdote aliquando auditũ eſt, quod feciſti? ſi non aliud, vel illud te non debuit reuocare, ne, deſpectis aliis fratribus, ſolum te ſanctum, & eſſe crederes ſapientem?* Quod non eſt veriſimile eum fuiſſe vnquã ſcripturum, ſi Epiphanium, talem virum (vt in graui illa inſectatione Valentiniana tantæ fuerit venerationis, vt regnantes hæretici ſuam ignominiam putarent, ſi eum perſequerentur) ſibi præeuntem habuiſſet Serenus. Certè nec Epiphanius, nec Hieronymus, hoc in loco ſic accipiendi ſunt, vt vel à ſe, vel ab omnibus aliis approbatis Eccleſiæ patribus diſſenſerint; alioqui non ἐπιφανὴς ille, ſed ψευδοφανὴς; nec ἱερώνυμος iſte, ſed ἱεροσυλώνυμος, potius, dicendi viderentur. Audiſti iam, quid Hieronymus de adoranda Cruce ſenſerit, & quantæ inde pietatis in Paula argumentum duxerit. Quam tamen in templis, etiam ſepoſita adoratione, apparere, Apologetici tui magnum ſcelus & flagitium clamant: atq; ex pio ſuo Carolo Imagines omnes abolẽdas docẽt. Quaſi vero Caroli

[Right margin notes:]
Epiphanius inter hæreticos non numerauit imaginum cultores.
Crucis adoratio.
Hieronymi de Crucis adoratione teſtimonium.
Serenus Maſſilienſis Epiſcopus ob violatas imagines à Gregorio reprehenſus.
Gregorius.
Epiphanio quid ab hæreticis tributum.
Apologetici Crucis Chriſti aſpectum in templis ferre nequeunt.

[Left margin notes:]
Epitaphium Paulæ ad Euſtochium.
In Apolog. 3. contra Ruffinum.
Lib. 9. Epiſt. 9.
Hieron. cõtra Ioan. Hieroſol. ad Pammachium tom. 2.

Crucis adoratio Caroli Magni ſæculo ſolemnis.

Ionas contra Claudium.

ſæculo Catholica Eccleſia non iiſdem, quibus hodie, verbis crucem ad paraſceuen ſalutarit. Crucem, inquit, *tuam adoramus, & ſanctam reſurrectionem tuam laudamus, & glorificamus.* Ac iterum: *Ecce lignum Crucis, in quo ſalus mundi pependit: venite adoremus.* Aut quaſi ducentis antea annis, & Gregorij primi ſæculo nō ita conceptis verbis orarit: *Deus, qui vnigeniti tui Domini noſtri Ieſu Chriſti pretioſo ſanguine humanum genus redimere dignatus es; concede propitius, vt, qui ad adorandum viuificam Crucem adueniunt, à peccatorum ſuorum nexibus liberentur.* Aut quaſi quod in noua India, noſtris ad Chriſtum temporibus traducta, factum tradidi, non fuerit in Chriſtiano ſemper orbe vſurpatiſſimum, vt ipſa Chriſtianæ religionis fundamenta in adoranda Chriſti Cruce iacerētur. Quod ex his, quæ hoc biduo diſſeruimus, probauimus. Qua in re habemus præterea illuſtre Gregorij illius mirifici (cuius celeberrima miracula contra Magdeburgenſium calumnias aſſeruimus) exemplum. Qui cùm Chriſti fidem in magna Armenia diſſeminaret, *Cruces ligneas quibuſdam in locis collocatas adorari*, hominesque *ad eas tanquam ad ſacra profugia concurrere iuſſit*. Meritò igitur miſera noſtra tempora deplorare cogor, quibus tam egregios doctores nacti ſumus, qui ſignum Crucis Apoſtolicam traditionē eſſe negent, nec elementum eam, ſed figmentum appellandum, & non eam, ſed aſinum potius adorandum, qui naturalem dorſo portet Crucem, adfirment: Omnem denique hunc Chriſtianum cultum Magiam eſſe & Idololatriam. In quibus blaſphemiis nobiles iſti Theologi Iulianum illum Apoſtatam, & Ethnicos illos, quos diximus, Chriſtum infami pictura, & aſininis auribus traduxiſſe, egregiè æmulantur. Et quoniam hanc horrendā de aſino adorando blaſphemiam à Claudio Taurinenſi ſumſere; habeant ſibi & illud quoque reſponſum ſe digniſſimum, quod olim Claudius à Iona Aurelianenſi Epiſcopo accepit. Ad cuius ego eos libros remitto. Quare viderint Apologetici quàm piè faciant, qui eam religionē, quam ab exordio à Gregorio acceperant, tam impiè reiecerunt. Qui certè impendio magis orbi ſe Chriſtiano veræ pietatis nomine, & ſcientiæ veritatis opinione commendabiles reddidiſſent, ſi in Gregorij, à quo Chriſtianæ fidei primitias per Auguſtinum acceperunt, eiuſque pietate ac doctrina acquieuiſſent: nec temere à tam ſancto viro Epiphanio id eo animo factum prodidiſſent, quod ille neminem vnquam ſanctum feciſſe tradidit. Qui iam non tam Sereni, quàm Apologeticorum tuorum ea, quam recenſui, obiurgatione inſolentem impietatem repreſſiſſe videtur. Iam ſi fortè conſtaret, fuiſſe hoc ipſum ab Epiphanio ita profectum; an, reliqua tota Eccleſia poſtpoſita, illius vnius iudicium neceſſe ſtatim fuerit ſequi? Et licet hoc Epiphanius ea, qua iſti fingunt, mente

Oratio Eccleſiæ de Crucis adoratione Gregorij primi ſæculo recepta.

Gregorium Thaumaturgum Cruces ligneas adorandas erexiſſe.

Euthymius in Panopl. tit. 20.

Brentius in Christi Crucē quàm malè affectus.

Brentij in præfat. in reſpon. Iacob. Andr. ad refut. Hoſij.

Brentij de aſino adorando in contumeliam Crucis Chriſti blaſphemia à Claudio Taurinenſi mutuata.

Apologetici quā tum degenerarint ab auita pietate.

mente feciſſet; non illi tamen Hieronymus ideo conſenſiſſe videri debet, quòd eam Epiſtolam tranſtulerit in ſermonem Latinum. Ad quem laborem ſubeundum animus à Ioanne Hieroſolymitano, Ruffino, & Origenis erroribus valde alienus excitaſſe eum videtur. Ad hæc dicat mihi Illyricus, cùm inter Epiphanij errores eam illius ſententiam collocet, qua putat, haud ſcire nos, qua in re homo ſit Dei Imago: num, quia eam Epiſtolã Hieronymus in Latinum vertit, quæ hanc ſententiam complectitur, Hieronymum quoque huius (ſi qui ſit) erroris affinem faciet? Sed expendamus paullo accuratius Epiphanij, & interpretis eius Hieronymi verba, eaque cum Apologeticorum iniquis exclamationibus & planè ridiculis conferamus. Admittimus igitur, quæ ex Epiphanio, quæ ex Hieronymo proferuntur; neque tamen horrendam, & tragicam iſtorum vociferationem quicquam extimeſcimus. Id enim primùm aſſero non ab Epiphanio, ſed ab Apologeticis hominibus orationem dici, *horrendũ & non ferendum flagitium eſſe, Chriſti Imaginem in templo Chriſtianorum exiſtere.* Eſt enim hæc exſecranda vox, Epiphanio quidẽ indigna, Iuliano autem Apoſtata, & Apologeticis quoque ſatis digna. Imo Epiphanius hoc ipſo potius loco, Chriſti & Sanctorum Imagines in noſtris templis probat. Diſcidit quidẽ velum, in quo non Chriſti, non Sancti alicuius (abſit) ſed profani cuiuſdam hominis (fortè Iouis aut Herculis) Imago depicta erat: quæ tamen *inſtar Chriſti aut Sancti alicuius* imaginis in templo conſpiciebatur. Quod tam indignum in Chriſtianorũ templis ſpectaculum ſi tam grauiter tulerit Epiphanius, vt velum dilacerarit, & ruperit; fecit ille quidem rem ſua doctrina, pietate, & Epiſcopali munere dignam. Quid enim indignius, quàm huiuſmodi picturis Dei templũ conſpurcari? Sed quantus iam acceſſerit huius indignitatis, aut potius impietatis cumulus, ſi huiuſmodi pictura non ſolùm in templo conſpiciatur, ſed ita præterea ſpectantibus illudat, vt aliquem ex Sanctis, aut Chriſtum ipſum illis repræſentet. Produnt certè Eccleſiaſticæ hiſtoriæ pictorem quendam olim ad figuram Iouis Chriſtum delineaſſe: ſed iuſta mox vindicta tam impiam manum, vt ſtatim exareſceret, perſequuta eſt. Hoc igitur, quod oſtendimus, ſancto zelo ſanctum Epiſcopum exarſiſſe, facilè credo: in Chriſti verò Imaginẽ contumelioſum fuiſſe, nec huius ipſius epiſtolæ verba neceſſariò docent, nec ego facilè crediderim. Aut oſtendant nobis Apologetici, vel vnum his mille annis Catholicum, qui de hoc velo ab Epiphanio ſciſſo mentionem faciat, vel in eum, quem iſti, ſenſum tam calumnioſè, ac perfidè rapiat. An ipſi cum Magdeburgenſibus & Caluino tam perſpicaces ſunt, vt quod trecenti Iconomachi in ſua Conſtantinopoli Synodo non poterant in hac Epi-

Epiph. 3. 1. 70 contra ſectam Audianorum. Cent 4. cap. 10 p. 1113.

Hieronymũ quid mouerit ad Latine reddendum Epiſtolam Epiphanij ad Ioannem Epiſcopum Hieroſolymitanum

Illyricus quem errorem notet in Epiphanio.

Apolog Anglican.

Apologeticorum exſecranda in Chriſti Crucem contumelia.

Epiphanij factũ non aduerſari Chriſti & Sanctorum imaginibus in templo collocatis.

Theodor. lector in collect. lib 1. Niceph. lib. 15. cap 23.

Dei vindicta in pictorem, qui Chriſtum ad ſimilitudinem Iouis effinxerat.

Epiphanium in Chriſti imaginem non fuiſſe contumelioſum.

Apologetici, Magdeburgenſes & Caluiniani videri volunt plus vidiſſe in Epiphanio, quàm omnis antiquitas.

Variæ doctorum hominum de hoc Epiphanij facto ſententiæ & deſenſiones.

phanij epiſtola videre; ipſi iã poſt 900. fere annos mirifico quodam ingenij acumine primi viderint? Aut cum paullo poſt 350. Catholici in Nicæna Synodo Epiſcopi nihil eſſe in Epiphanij ſcriptis aſſeruerint, quod vſitato Eccleſiæ in colendis Imaginibus mori aduerſetur; ipſi iam reperêre in Epiphanio, horrendum & nefarium eſſe, in templo Chriſtum in Imagine ſua conſpicere? Ita iã quid ego de hac re ſentio, liberè & ingenuè profeſſus ſum. Non ignoro alios reſpondere; ſuſpectum fuiſſe Epiphanium hæreſis Antropomorphitarum, & ideo, vt hanc ſuſpicionem abſtergeret, velum rupiſſe: alios Imaginem hanc inſtar idoli cultam: alios hanc Imaginum cauſſam adhuc in Eccleſia non fuiſſe definitam: alios non debere nos (quod Euangelicis tuis in more poſitum video) priuatam & ſingularē vnius alicuius patris opinionem, ſed frequentiſſimum & communem patrum atque Eccleſiæ conſenſum reſpicere atq; ſequi, & alios alia ſatis forſan commodè referre. Sed Apologetici tui more perniciosorum animalium hic faciunt, quæ ex ſalubetrimis herbis, vnde apes iucundiſſimam mellis, veneni ſui materiam hauriunt. Ego vero vt nullum aliorum ſententiam reiicere, aut mihi iudicis perſonã in certo atq; indubitato in tam impedita & perplexa ſententia reſponſo eliciendo ſumere, ſed ſuam cuique potius Catholico ſententiam integram velim & illibatam relinquere: ita ſanè adfirmarim Apologeticos non modò temere, & præcipitanter, ſed & nefariè facere, qui ex Epiphanio nefarium, & non ferendum flagitium crepant, de quo ille (vt ego quidem iudico) nunquam ſenſit, nec quod ex eius verbis neceſſariò oſtendi poterit. Quorum in eo præpoſterum quæſo vide ingenium, qui in hac paullo obſcuriori Epiphanij ſentẽtia, cui molliendæ plures commodæ, vt oſtendi, interpretationes non deſunt, nullam ſequi velint, niſi quam omnium patrum ſcripta, omniumque piorum aures, & animi auerſantur. Quos non iam miror, Epiphanium ante tot ſæcula defunctum calumniari; cum non modò id impudenter, vel imprudenter tribuunt ſanctiſſimo patri Hieronymo, qui in eadem ætate floruit, quod ab eius ſententia & verbis eſt remotiſſimum; ſed Catholicos etiam hodie, & Catholicam omnem noſtri temporis Eccleſiam manifeſto hic mendacio calumniantur. Quis enim vnquam Catholicorũ ſcripſit, aut ſenſit (vt iſti calumniantur) nullam eſſe ſine ſtatuis & Imaginibus religionem? Quibus nos reſpõdemus: præcipuum quidem noſtræ fidei caput in ipſis Imaginibus non poni, ſed in iis rebus, quas Imagines adumbrant, & memoriæ noſtræ obiiciunt. Imagines itaque fidem noſtram de Chriſto incarnato, paſſo, reſurgente, & in cælos adſcendente, conſeruant & alunt: Vt ſciant iam Apologetici, qui eas aboleant, facilem & paratam ſe viam Antichriſto expedire, vt, deletis

Apologeticorum præpoſterum ſtudium & iudicium.

Apologetici ex Epiphanio neſcio quid latrandum contra imaginem Chriſti crepant quod in eo nuſquam reperiunt.

Apologeticorum euidens in Catholicam hodie Eccleſiam mendacium.

deletis ſemel Chriſti Cruce & Imaginibus, ipſe ipſam quoque noſtram in Chriſtum fidem deleat & aboleat. C R I T. Video, video iſtam de Epiphanio, qualiſcunque ſit, hiſtoriam minus certè firmamenti, quàm putaram, habere. At in quo Apologetici Hieronymum corruperunt? I R E N. Cùm ex eo quaſi certam, ac ſtabilem regulam ad hunc modum præſcribunt: *Omnia quæ abſque teſtimonio Scripturarum, quaſi tradita ab Apoſtolis aſſeruntur, gladio Dei percutiuntur.* Quod ſi ſit verum, omnes Eccleſiæ traditiones corruunt. C R I T. An non ita tradidit, & ſenſit Hieronymus? I R E N. Nihil minus: agit enim contra Tatianos ac Encratitas hæreticos, qui negabant licere Chriſtiano vxorem ducere, aut vino vti; idque quaſi ex traditione Apoſtolorum. Præterea Apologetici tui vocẽ illam [*omnia*] de ſuo adiecerũt. C R I T. Gaudeo hunc locum à te illuſtratum, in quo ego inſigniter lapſus ſum. Video cautos atque oculatos eſſe debere, qui in huiuſmodi hominum libris verſantur. I R E N. Quos certè, primùm eſt, omnino non attingere; proximum, introſpicere, ac accuratè perpendere auctorẽ ipſum, vnde ſua ſubſidia petunt. C R I T. De Hieronymo, ac Epiphanio, totaque Imaginum cauſſa abundè mihi ſatisfeciſti. Sed præter meorum certè morem facio, cum me tam facilem habeas aſſenſorem. I R E N. Scio: & tritum eſt, tria eſſe hominum genera, quibus fruſtra remedium adhibueris, phreneticos, zelotypos, hæreticos. Ac *hæreticos* quidem facile *vinci poſſe, perſuaderi non poſſe*, ſcribit Hieronymus. Te tamen nunquã hactenus pro deplorato habui, quẽ ſemper vidi errore potius abductum, quàm malitia deprauatum: in quo hominum genere facile medicina locum habet. Certè ſi Illyricum, ſi Caluinum, ſi Apologeticos præſentes haberem; neſcio an illi hanc pro Epiphanio ſatisfactionem acciperent. C R I T. De eo & ego ſanè dubito. I R E N. At eos ego aliis quibuſdam vinculis ita obſtrictos habeo, vt velint nolint, in hac cauſſa cedere cogantur. C R I T. Quo modo. I R E N. Si vera eſt Epiphanij hiſtoria eo in ſenſu, quo accipiunt Apologetici, ſuppoſititius eſt Caroli liber cum Synodo: ſi liber Caroli genuinus, hæc Epiſtola ementita eſt. C R I T. O veritatis vim immenſam, quæ omnia mendacia, vt ſtipulam confringit! Memini enim, te admonente, Carolum imagines confringi, aut è templis auferri, ſepoſita adoratione, pati noluiſſe: fieri tamen potuerit, vt, quamuis ita ſenſerit Carolus, Epiphanius imaginem illam, de qua diximus, deformarit. I R E N. Imò Carolus ipſe cum ſua Synodo apertè & nominatim negat Epiphanium, aut vllum vnquam Sanctum, imagines Chriſtianorum violaſſe. C R I T. Quantum video, ſorex ſuo indicio periit; Aiax in ſpongiam ſuam incumbit, Golias ſuo gladio conficitur.

Imagines qui tollunt, memoriam etiam rerũ, quas illæ repræſentant, tollere.

Apologetici in quo corruperint Hieronymum.

Aggæi 1.

Hieronymi ſententia, quã peruerterunt Apologetici, explicatur.

Cautiones duæ de Euangelicorum libris.

In fine libri contra Luciferianos.

Tria hominum genera vel nunquam, vel ægrè curantur.

Lib. 4. cap. 19.

Hæreſes multæ & falſa dogmata Apologiæ Anglicanæ recenſentur. Recens Tridentinæ Synodi decretum de Imaginum cultu & Sanctorum inuocatione recitatur. Apologiæ Eccleſiæ Anglicanæ auctores, dum in Imagines ex Epiphanio (vt videri volunt) temerè inuehuntur, & tragicè vociferantur, ſui officij erga sereniſſimam Angliæ reginam oblitos, eam præter fas & æquum, licet obliquè, non obſcurè tamen perſtrinxiſſe.

CAP. XXII. CRITOBVLVS.

ILLVD verò te iam percunctari velim; ſi quis fortè diceret hoc de Epiphanio videri potius confictum, quàm verè illi attributum, cùm neque Iconomachi in Conſtantinopolitana Pſeudoſynodo, etiamſi quædam illi falsò affıcta allegarent, vllam huius rei mentionem fecerint, neque quiſquam illius vel antiquioris (quod ſciam) ſæculi alius; quid cauſſæ fuiſſe exiſtimares, cur Iconoclaſtæ hoc de Epiphanio probabilius, quàm alio fingerent, eumque velut impietatis quadam ſecuri ad confringendas non quaſuis, ſed Chriſti imagines, inſtruerent. IREN. Neſcio, niſi quia Iudæus fuit; noſti verò Iudæos Chriſtianorum imagines cum primis odiſſe. Fuit verò, præter alia eius ornamenta, in pauperes valde propenſus, & in curandis, atque efferendis pauperum funeribus diligentiſſimus. Quam eius pietatem Iconoclaſta ille, qui huius artificij auctor fuit (ſi modò aliquis fuit) quia probabiliter potuit, fortè arripuit ad mendacij ſui fucum, quo voluit velo illo pauperē aliquem demortuum obuolui, atque efferri. CRIT. Non putaſſem eum fuiſſe Iudæum. IREN. Sic traditur. Atque proinde, eo mortuo, quidam paullò curioſior acceſſit ad cadauer, & quaſi delegata ſibi obſtetricis prouincia de ventre inſpiciendo, curioſis oculis, ſublata veſte, perſcrutari occepit, an, vt dicebatur, fuiſſet circumciſus. At mortuus ſublato pede grandem illi colaphum infregit, quo hominem longè à ſe repulit, & ita exanimauit, vt vix tandem tertio die, nec ante quidem ad ſe redierit, quàm ad Sancti Epiphanij cadauer delatus fuiſſet. Cuius pedes ſimul ac tetigit, ſtatim ſibi reſtitutus ſurrexit. CRIT. Ah, ah, ah, elegans fabula. IREN. Tibi ita forſan videtur, ſcripta tamen eſt ab ipſius diſcipulis, & poſt eos à Metaphraſte, cuius in Græcorum Eccleſiis ſumma eſt, vt concilij Florentini acta teſtantur, auctoritas. CRIT. Non crediediſſem tam graues, aut tam antiquos homines iſta narraſſe. IREN. Vtcunque ſit; nolo ego de eius rei veritate tecum iam contendere: hoc potius dixerim, Apologeticis tuis Epiphanium mortuum, non vnum, ſed multos, & multo, quàm iſte fuerit, grauiores colaphos incuſſiſſe. CRIT. Quomodo? aut quem colaphum? IREN.

Epiphanius Iudæus.

In vita Epiphanij in Metap.

Epiphanius mortuus pede repulit quendam, cadauer illius curioſè nimis inſpicientem.

Metaphraſtes.

Concil. Florent. ſeſſ. 7. habit. Ferrariæ. Vide Theodorum Balſam. in canon. 63. Synodi 6. in Trullo.

Niceph. lib. 14. Hiſtor. Eccleſiaſt. cap. 51.

IREN. Hæreſeos. CRIT. Vbi? IREN. Tam tardus es? an non iam oſtendi Epiphanium penitus diſſidere ab iſta Theologia, quam iſti comminiſcuntur? CRIT. Iam intelligo. IREN. Is ſi hodie viueret, eos vt merentur, ornaret. CRIT. Quomodo? IREN. Inter alias hæreſes ac errores, quos recenſet, eos etiam, quibus Apologia abundat, adiiceret. CRIT. Quos? IREN. Iſtos ſcilicet:

Apologia Anglicana falſa dogmata.

1. *Duo tantum eſſe Sacramenta.*
2. *Infantes pertinere ad populum Dei, antequam baptiſentur.*
3. *Verum Chriſti corpus non eſſe in Euchariſtia, nec aliam, quàm panis ſubſtantiam.*
4. *Communionem ſub vtraque ſpecie neceſſariam.*
5. *Non licere Presbytero ſoli communicare.*
6. *Nefas eſſe conſeruare, aut attollere Euchariſtiam.*
7. *Malos non comedere corpus Chriſti.*
8. *Arcendos ab Eccleſia, qui non communicant.*
9. *Clauem Eccleſiæ eſſe ſolum in aperiendo verbo Dei.*
10. *Confeſſionem priuatam eſſe tollendam.*
11. *Ceremonias Eccleſiæ eſſe abrogandas.*
12. *Preces in Latina lingua Barbaras eſſe, & contra præceptum Pauli.*
13. *Neminem legi ſatisfacere poſſe.*
14. *Non poſſe plures vno die vno in templo Miſſas dici.*
15. *Vnitatem non eſſe notam Eccleſiæ.*
16. *Oecumenica Concilia per priuata tolli poſſe.*
17. *Eccleſiam errare poſſe in fide.*
18. *Præcepta Eccleſiæ de ſtatis ieiuniis eſſe doctrinam Dæmoniorum.*
19. *Petrum non fuiſſe principem Apoſtolorum.*
20. *Romanum Pontificem Antichriſtum eſſe.*
21. *Diſſenſionem de fermento & Paſchate leuem eſſe.*
22. *Ethnicum eſſe, Sanctorum cum Chriſto regnantium opem inuocare.*
23. *Reliquias Sanctorum non eſſe colendas.*
24. *Nulla eſſe Sanctorum in cœlis merita.*
25. *Vanas eſſe Eccleſiæ indulgentias.*
26. *Nihil legendum in Eccleſia præter canonicas Scripturas.*
27. *In œcumenicis & priuatis Cõciliis Laicorum Principum ad dogmata fidei explicanda conſenſũm eſſe neceſſarium.*
28. *Licere ſolis Laicis, repugnante omni Clero, veterẽ religionẽ inducere.*
29. *Non eſſe Epiſcopum, qui non doceat.*
30. *Solam fidem iuſtificare.*
31. *Nulla eſſe bonorum operum merita.*
32. *Licere Presbyteris, ac Monachis vxores ducere.*
33. *Nullum eſſe Purgatorium.*
34. *Nullum eſſe externum Eccleſiæ ſacrificium.*
35. *Aqua ſacra, ac Crucis ſigno Dæmones abigi non poſſe.*

Et hanc, ne reliquas perſequar, cum primis hæreſim, cuius tamen ipſum Epiphanium parentem faciunt;

36. Nefas & horrendum facinus eſſe, ſi quis Chriſti imaginem in Chriſtianorum templis excitet.

Si igitur Epiphanius (qui aduerſus octoginta ſui & ſuperioris ſæculi hæreſes ſcripſit) hodie viueret, tondem pæne ex hac quantulacunq; Apologia forſan corraderet, eaſque, aut vt fœdas hæreſes, aut certè pernicioſos errores ex Scripturarũ, atq; Eccleſiæ auctoritate pro ſua doctrina ac pietate penitus ſubuerteret; è quibus multos iam ſcriptis ſuis redarguit. Et hi quidem ſunt colaphi, quos mortuum Epiphanium Apologeticis inflixiſſe contendo: quos & Tridentini patres multo grauius, diro illos anathemate deuouentes, infregerunt. Quorum ego tibi ſententiam his de rebus, in quibus explicandis hoc triduo verſati ſumus, dum recito; tuarum erit partium, eam velut oraculum à Spiritu Sancto dictatum auidis auribus, & qua decet reuerentia, excipere. *Mandat*, inquiunt, *ſancta Synodus omnibus Epiſcopis, & ceteris docendi munus, curamq; ſuſtinentibus, vt iuxta Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ vſum à primæuis Chriſtianæ religionis temporibus receptum, ſanctorumq; patrum conſenſionem, & ſacrorum conciliorum decreta, in primis de Sanctorum interceſſione, inuocatione, reliquiarum honore, & legitimo imaginum vſu fideles diligenter inſtruant, docentes eos, Sanctos vna cum Chriſto regnantes orationes ſuas Deo afferre; bonũ atq; vtile eſſe ſuppliciter eos inuocare, & ob beneficia impetranda à Deo per filium eius Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, qui ſolus noſter redemptor & ſeruator eſt, ad eorum orationes, opem, auxiliumq; confugere. Illos vero, qui negant Sanctos æterna felicitate in cælo fruentes, inuocandos eſſe; aut qui aſſerũt, vel illos pro hominibus non orare, vel eorũ, vt pro nobis etiã ſingulis orent, inuocationẽ eſſe idololatriam, vel pugnare cum verbo Dei, aduerſariq; honori vnius mediatoris, Dei & hominis Ieſu Chriſti; vel ſtultũ eſſe in cælo regnantibus voce, vel mente ſupplicare; impiè ſentire. Sanctorum quoq; Martyrum, & aliorum cum Chriſto viuentium ſancta corpora, quæ viua membra fuerunt Chriſti, & templũ Spiritus Sancti ab ipſo ad æternã vitã ſuſcitanda & glorificanda à fidelibus veneranda eſſe: per quæ multa beneficia à Deo præſtantur; ita vt affirmantes, Sanctorũ reliquiis venerationem atq; honorẽ non deberi, vel eas; aliaq; ſacra monumenta à fidelibus inutiliter honorari, atq; eorum opis impetrandæ cauſſa Sanctorum memorias fruſtra frequentari, omnino damnandos eſſe, prout iam pridem eos damnauit, & nunc etiam damnat Eccleſia. Imagines porro Chriſti, Deiparæ virginis, & aliorum Sanctorũ, in templis præſertim habendas & retinendas, eiſq; debitum honorem & venerationem impertiendam, nõ quòd credatur ineſſe aliqua in his diuinitas, vel virtus, propter quã ſint colendæ: vel quod ab eis ſit aliquid petendum, vel quod fiducia in imaginibus ſit figenda, veluti olim fiebat à Gentibus, quæ in idolis ſpem ſuam collocabant.*

Tridentinæ Synodi de inuocatione Sãctorum, Reliquiarum honore, & imaginum cultu ſententia.

Seſſio.9. 1563.

Sed quoniam

Sed quoniam honos, qui eis exhibetur, refertur ad prototypa, quæ illa repræſentant; ita vt per Imagines, quas oſculamur, & coram quibus caput aperimus, & procumbimus, Chriſtum adoremus, & Sanctos, quorũ illæ ſimilitudinem gerunt, veneremur. Id quod Conciliorum, præſertim vero ſecundæ Nicænæ Synodi decretis contra imaginum oppugnatores eſt ſancitum. Hæc quidem patres Tridentini. Quorum ego apud te auctoritatem, vt & illius, cuius meminerunt, Nicænæ Synodi, impudentibus Caluini, Magdeburgenſium, Apologeticorum mendaciis & conuiciis præponderaturã ſpero. CRIT. Non poſſum tam certæ, ac tam perſpicuæ veritati, tantæq; auctoritati non cedere. Et licet ea omnia, de quibus iã his paucis diebus inter nos vltro citroq; diſceptatum eſt, putauerim ante quatriduum, certiſſima eſſe Theologiæ ſacroſanctæ ac veræ Eccleſiæ oracula; magna tamen ex parte, Dei & tuo beneficio, ex hoc errore me explicui. iam incipio in veſtram religionem inclinare, & fortaſſe propediem futurũ eſt, vt eam omnino probẽ, totumq; me eidem addicẽ & conſecrem, ſi quædam ſuſtuleris impedimenta, à quibus adhuc me liberum & ſolutum non ſentio. IREN. Ego interim Deum immortalem precabor, vt, quod in te fauſtè, feliciter, ac proſperè incepit, abſoluat: eamq; mentem tibi donet, vt omnes tuas cogitationes ad Catholicæ Eccleſiæ doctrinã cognoſcendam, propagandam & defendendam conuertas. Quo nihil tibi ad laudẽ vberius, nihil ad animæ tuę ſalutẽ vtilius, nihil certè mihi ad ſolidũ gaudium optatius accidere poterit. CRIT. Certè vt verè, quod in me ſentio, apud te profitear; admirabilẽ quandã in animo commutationẽ, conuerſionemq; percipio: qua fit, vt non Sanctos tantum in cælo regnantes cum Chriſto, eorumq ſacras imagines, ſed & Sanctos, quotquot aut olim vixerunt, aut hodie viuunt, Monachos; & excellentem illam diuinitus datam Romano Pontifici poteſtatem ſuſpicere & venerari incipiam. Video enim me ea demoliri conatũ, quæ moueri non poſſunt; & doctores meos hactenus partim tam fœdè lapſos, partim tam flagitioſè mentitos, vt & reliqua illorum omnia facilè infirmari ac infringi poſſe iam exiſtimem. Neq; enim aut tam confidens, aut tam ineptus deinceps videri cupio, vt, qui præcipuo meo præſidio nudatum, & meis ipſius telis hactenus euerſum me perſpicio; in reliquis munitum me ſatis ac robuſtum eſſe ad tibi in acie occurrendum, & vim Catholicæ fidei reprimendam, perſuadere mihi velim. Iam verò non tam id miror, me in eo errore aliquando hæſiſſe, atq; meam ipſius imprudẽtiam, qua tam temere in eum inciderim. Quare deinceps non tam refellendi tui, vt hactenus, quàm diſcendi animo tecum congrediar, eaque percunctando proponam, quæ ſcio gregi noſtrò, & Apologeticis videri maximi ad hanc totam Euangelicam cauſſam momenti,

Nicæna ſecunda Synodus.

menti, & quæ me quidem adhuc ita implicant, vt quo modo ab eis me explicem, neſcire me ingenuè profitear. IREN. Mirificas Deo immortali gratias ago, qui hãc tibi mentẽ iniecit. Illi enim, non huic noſtræ palæſtrę habẽda eſt gratia, cuius ſolius beneficio totum hoc, quicquid eſt, acceptũ eſt referendũ. Ego vero ſi quid in hac mea ingenij ac doctrinæ exiguitate præſtare poſſum; noſti me ſemper, tam κτήσει quàm χρήσει (quod dicitur) tuum fuiſſe. Gaudeo itaq; te iam tandẽ à tam turpi Apologeticorũ errore liberatum. Qui cùm in Illyrico, in Caluino vaſtus & fœdus ſit; in tanto certè, quem præ ſe ferunt, Epiſcoporum numero, in tam illuſtri, cuius nomen obtendunt, Eccleſia, in eo deniq; libro, quo vltro fidei ſuæ, & Catholicæ religionis inuerſæ rationẽ reddunt, maximè intolerabilis cẽſetur; & reliquæ totius Apologiæ fidem facilè apud prudentes imminuet. CRIT. Cur cenſes, eos vltro prouocaſſe. Noſti enim Apologiæ naturam ac definitionem. Sed tamen non ſatis memini, quis eos prouocarit, aut quenquam nominatim aduerſus eos ſcripſiſſe, quem purgandi ſui cauſſa refellerent. IREN. Neque ego quidem iſta memini. Ac mihi videntur potiùs inſolenti quadam procacitate Catholicos laceſſiſſe, quos infinis conuiciis, ac calumniis totos obruere conantur, quàm aliquam neceſſariam defenſionem, aut Apologiam meditati. In quo non aliter ſe geſſerunt, quàm ſolet procax & petulans mulier, quæ, cùm non ignoret vicinam ſe ſuam meritò offendiſſe, ſponte tamen ad eam criminandam proſilit, & cùm non depellat, ſed inferat iniuriam, eam conuiciis quoque nouis cumulat, multaque garrit contra probam & honeſtam matronam de ſua innocentia, & accepta iniuria. Sed iſti quò ſpectent, etſi fortè non ſatis teneam (quanquam id quoque coniectura me ſatis aſſequi putem) illud equidem apud te profiteor (quia iam in mentẽ venit) vt hæc de Epiphanio maximè eſſent vera, ab eis tamen ita dici non debuiſſe. CRIT. Nullam video ſatis iuſtam rationem, quæ huc te trahat. IREN. Audis tremenda illa tonitrua [*horrendũ nefas; non ferendũ flagitium*] & cetera id genus? CRIT. Memini. IREN. Atque hæc tam odioſè vociferantur, vt maiorẽ inuidiam aduerſus Catholicos concitent. CRIT. Credo. IREN. Verùm aut non vident, aut videre nolunt, omnem hanc ipſorum exſecrationem (ſi quod abſit, vera eſſet) in ſolam sereniſſimam noſtram reginam Angliæ cadere? Illa enim ibi iam ſola, cum ingenti Apologeticorũ iſtorum fremitu, ſed maxima omniũ verè Chriſtianorũ approbatione & applauſu in regia ſua Baſilica Imaginẽ Crucis adhuc retinet. Debuiſſent itaq; ſi non nobis, Reginę tamen noſtræ & ſuæ parcere, præſertim cùm ipſi aliás ei adulatoriè primatũ Eccleſiæ obtruſerint, & totius religionis iudicẽ eam vltro conſtituerint. Quæ ſi iſta, & hanc egregiã de Carolo fabulã

Apologia Anglicana fædus error.

Nomen Apologiæ quàm aptè conueniat libello ab Euangelicis in Anglia edito.

Euangelici quomodo ſe in Apologia Anglicana geſſerint.

Auctores Apologia Anglicana quàm ſint ſiue prudentes, ſiue imprudentes in reginam Angliæ contumelioſi.

aliquando cum reliquis Apologiæ commentis reſciuerit (quod ſpero futurum; eſt enim, vt minimum dicam, optima indole, Græcè ac Latinè docta) non in hac ſola imaginum cauſſa, ſed cetera Catholicam futuram crederem. Quod Deus Optimus Maximus illius maieſtati, & tuæ Germaniæ, ac reliquis principibus pro ſua benignitate propediem tribuat. De quo vt bonam ſpem concipiam, nobiles illi Martyres, tam qui olim pro Imaginum cultu aſſerendo, quàm qui nuper pro Catholica fide in Anglia noſtra retinenda ſanguinem ſuum fuderunt, in primis faciunt. *Regina Angliæ Græcè & Latinè docta.*

De ijs, qui nuper capitali ſupplicio affecti ſunt, quòd nullum imaginibus honorem tribuendum pertinaciter defenderint: & de varijs eorum dictis ac factis.

CAP. XXIII. CRITOBVLVS.

NESCIO quo modo tu me anteuertis, vt olim Iacob Eſau; meamque mihi defenſionem præripis, & iam in meo regno verſaris. Meminiſſe enim debes, Martyres noſtros nobis, quaſi ſacram anchoram, reſeruatos. Quare patere me, quæſo, ſolita libertate ex Euangelicorum noſtrorum ſcriptis hanc cauſſam tueri; & omnia, quæ ad eam accommodata puto, proferre, vel vt mihi ipſi, cui iam omnis hæc noua Philoſophia ſuſpecta eſt, vel certè aliis deinceps ſatisfaciam. IREN. Prudenter tu mihi tuas rationes inſtituere videris. Vt enim lapidum conflictu ac tritu ignis, ſic ex litteraria contentione, ac contraria animorum agitatione, veritatis tandem lumē elicitur. Quare, quantum argumentorum, & quàm diu volueris, omnemque animi tui ſententiam, ſub Euangelicorum tuorum perſona liberè in medium proferto. CRIT. Hoc eſt ergo, quod dico, quodque in me potiſſimùm ſentio; infinitos homines nulla alia re à Catholica Eccleſia magis abduci, quàm quòd tot pios & doctos viros videant, corpora ſua, quaſi ſanctas hoſtias, Deo per aquas, per ignem, per ſuſpendia, per omnia mortis genera offerre, potius quàm vt veſtram religionem amplectantur. Et ne de reliquorum adhuc martyriis, quæ longè lateq; per omnes religionis partes ſparguntur, quicquam attexam, de his ſolis iam loquor, qui omnia dira atque acerba paſſi ſunt, ne hunc imaginum cultum ac idola agnoſcerent. Nam quod tu mihi occinis; inſolens certè eſt, & hactenus inauditum, aut in Anglia nuper, aut aliquando per omnem memoriam aliquem ob hanc ſolam cauſſam, quia Imaginum adorationem adſtrueret, capitis ſupplicium ſubiiſſe, aut ſi ſubierit, ampla illa ac honorata Martyris appellatione inſignitum. Hæc enim Theologia, quaſi vna horribili litura, omne Chriſtianorum

Martyrum album inducit. Qui non ob aliam cauſſam in hunc numerum relati ſunt, quàm quòd generosè, poſt omnia ſupplicia ac tormenta, Imagines atque idola adorare contemnerent. Et ante Chriſti nati tempora noſti, in ignem coniectos tres illos pueros Babylonios, quòd nollent ſtatuam Nabuchodonoſoris colere; & quàm ſtupendum Deus in igne illo miraculum ediderit.

Tres pueri Babylonij. — *Daniel. 3.*

Quale quiddam & Abraham antea contigiſſe, cùm ignem Chaldæorum adorare recuſaſſet, tradunt Iudæi. Nec video, cur non eandem glorię, Martyriique laudem noſtris tribuam eandem ob cauſſam ſupplicio affectis. Inter quos ante trecentos annos Almericum quendam virum doctum reperio: atque, vt ad noſtram ætatem veniam, Gulielmum Leitonum, Nicolaum Marſum, Robertum Ringum, Robertum Debnammum, Ioannem Lotharingum, qui vix egreſſus viginti tres ætatis annos, in celeberrimo virgini Mariæ dicato Pariſiis templo, ad ipſam B. virginis conceptionis vigiliam & veſpertina ſacra, illius imaginem enſe in fruſta concidere tentabat. Inter quos præcipuum quendam locum obtinent, Franciſcus Sanromanus, Faninus, Petrus Nauiherus, vnus ex quinque illis celeberrimis Lugduni Martyribus (qui mihi veterum Lugdunenſium Martyrũ memoriam refricant) cum alio Petro, qui Serra dictus eſt, Nicolaus Nailus, Ioannes Filiolius, & Iulianus Leuelhæus, Dionyſius Vayrus, Antonius Laborierius, & Ioannes Vernutius. E quibus Ioannes iuſſus à præſide, manu Euangeliis admota, ad ea, de quibus interrogabatur, reſpondere, cùm videret in libri ſuperficie expreſſam Chriſti crucifixi Imaginem, ſtatim, quid de tota Imaginum cauſſa ſentiret, profeſſus eſt, omnemque illum iurandi, & adorandi veſtrum ad imagines morem, verſusque illos, quibus illam idololatriam extenuare conamini:

Abraham. — *Aug. quæſt. in Geneſ. libr. 1. cap. 25. tom. 4.*

Almericus. — *Bal. de act. Rom. Pont. in Innocent. 3.*

Catalogus, facta et dicta Pſeudomartyrũ, qui, quòd in Sanctorum imagines eſſent contumelioſi, è medio ſublati ſunt. — *Foxus Anglic. pag. 70. a. 570. a.* — *Foxus Anglic. pag. 497.*

Ioannis Lotharingij audax & impium facinus.

Euſeb. lib. 5. cap. 1. & 2.

Criſpin. de act. & monument. Martyr. lib. 4. 5. 6. 7. & 8.

Ioannis Vernutij ſuperſtitioſa, impia, & ridicula iuriſiurandi recuſatio.

Eiuſdem contra imagines argumenta.

En Deus eſt, quod Imago docet, ſed non Deus ipſa:
Hanc videas, ſed mente colas, quod cernis in illa.

planè irriſit. Nihil enim eſſe in Imagine, quod Deum referat; non formam, non materiam, neque quicquam in ea præterea. Franciſcus verò Sanromanus cùm ad ſupplicium duceretur, iuſſus adorare Crucē, quam in via prætēribat, recuſauit; quia Chriſtiani ligna non adorant, ſed Deum, quem ſatis in corde adoraret. Faninus quoque allatā Crucem auerſatus eſt. Quin & Antonius, appoſita tabula, quæ repræſentabat Chriſti crucifixi imaginem, cùm præceptum ei eſſet, vt genibus flexis procumberet, &, iureiurando interpoſito, ſe verè dicturum promitteret, obſequi noluit. Sed ſubducta imagine, & Bibliis propoſitis, iurauit ſe vera dicturum. Nicolaus verò moriturus ab Imagine beatæ Mariæ virginis faciem auertit. Petrus Nauiherus cùm de fide ſua rationē redderet, multa contra imagines dixit, & vos planè idola colere;

Sanromanus. Faninus.

Nicolaus Nailus.

Petri Nauiheri contra imaginũ cultum ſophiſmata.

Epiſt. 49. quæſt. 3 tom. 2. & in Pſal. 113. tom. 8. la colere; ac friuolam eſſe eorum excuſationem, qui omnem illam ſe adorationem ad res ſignificatas referre dicerent. Eam enim Auguſtinum conuellere, qui ait, effigiem hominis in ſublimi loco poſitam efficere, vt putemus aliquid diuinitatis ineſſe; & impium dicit in templis Chriſtianorum ſimulacrum in forma & figura humana erigere: omnia præterea ſimulacra per Euangelium profligata: Ioannem deniq; per Epiſtolam nos ſeriò admonere, vt caueamus à ſimulacris. Ad eundem modum, imminente iam capitali ſupplicio, Petrus Sarra virginis Mariæ imaginem idolum planè lapideum appellauit. Ac Dionyſius quidem à Cruce manibus eius arctiſſimè colligatis impoſita, quaſi ab idolo, faciem auertit. Duo alij, Ioannes ac Iulianus dentibus arreptam à ſe indignabundi proiecere, adiicientes aliam ſibi, longeque præſtantiorem Crucem portandam. Atque iſta ſunt noſtrorum Martyrum contra idola veſtra, illuſtria partim apophthegmata, partim ſtratagemata: cuiuſmodi vix in omni antiquitate credo te reperturum.

D. Auguſtinus. *1. Ioan. 5.* *Petrus Sarra.* *Dionyſius Vayrus.* *Ioannis & Iuliani odium in imaginem Crucis.*

Confutantur ea, quæ in ſuperiori capite de Pſeudomartyribus Iconomachorum dicta ſunt.

CAP. XXIIII. IRENÆVS.

HVNC omnem inanem Martyrij ſplendorem, ac perſonam facilè iſtis tuis omnibus Iconomachis detraxero: quorum ſanè mors longiſſimè à vera Martyrum gloria abhorret. Chriſtiani enim cùm adigerentur, vt Deos Gentium & eorum ſimulacra adorarent, iuſtiſſimè detrectabant; eamque adorationem, quæ cum æterna animæ iactura, & manifeſta idololatria implicita erat, refugiebant. Quemadmodum enim Iouem, Saturnum, & reliquos impuros homines, multoque magis inanimatas, aut ratione carentes Dei creaturas, ſolem, lunam, vitulum, ſerpentem, & id genus alia pro vero, & vno Deo amplecti, turpiſſimum, & animæ pernicioſum fuiſſet: ita ſanè nec cuiuſquam eorum ſimulacra, quia omnis ille honor ad prototypa recurrebat, adorare licebat. Quare cum Sidrac, Miſac, Abdenago, ſtatuam Diis à Nabuchodonoſore dicatam, proni adorare recuſarent; ipſos quoq; Deos adorare recuſaſſe cenſebátur: Atq; ideo Nabuchodonoſor ita eos adortus eſt: *Quare*, inquit, *Deos meos non colitis, & ſtatuam auream, quam conſtitui, non adoratis?* Summa itaq; cum impietate illa adoratio coniuncta fuiſſet; vt meritò beati illi patres, etiã cum vitæ periculo, eam reiecerint. Iam adorare Chriſtũ, non ſolùm vt Deũ, ſed & hominẽ in præcipua noſtrę religionis parte ponitur. Cuius humanitatis certiſſimũ nobis documentũ ipſius Imago præbet. In qua cum nõ materiã, non formã, non colores,

Diſſimilis ratio eorum, qui ſimulacra Gentium adorare recuſarunt & Iconomachorum, qui Chriſti & Sanctorum imaginibus nullum honorem deferendum cenſuerunt. *Sidrac. Miſac. Abdenago.* *Daniel. 3.* *Chriſtus vt Deus & homo adorandus.*

Adoratio Chriſti quò tendat.

colores, ſed per ea omnia, in Chriſtum, quem tota Imago refert, penitus infixa mens eundem adoret, hanc adorationem, vt idololatricam, repudiare, quid aliud eſſet, quàm tacitè confiteri; Chriſtum, aut humanam carnem non induiſſe? aut certè hanc in ipſo non adorandam eſſe? Eadem planè ratione per Imagines beatam virginem Mariam, Apoſtolos, ac Martyres colimus. Quam adorationem defugere, conſcientiæ cuiuſdam indicium eſt temere, falſo, & peruersè iudicantis eos, vel in ſumma apud Deum gratia non conſtitui; vel iam à nobis nō eſſe honorandos. Quod certè omni ex parte abſurdum eſt, maximè cùm illos, non vt Deos (abſit) ſed vt homines apud Deum gratioſiſſimos colimus. Huiuſmodi itaque Imagines telo dilacerare, aut contumeliosè ludibrio habere, quid aliud eſt, quàm bacchantium more inſanire? Ad quam inſaniam refero Ioannis illius Lotharingij ſceleratiſſimam, ac nunquā ſatis deplórandam audaciam. Quòd ſi talium Imaginum violatio Martyres faciat, facilè licebit, quaſi in primario quodam piorum loco Turcas, & Saracenos collocare: qui in Chriſtianorum oppidis diripiendis, à nullo in ſacras Imagines contumeliæ, ac petulantiæ genere abſtinent. Nam quòd Imagines noſtras doctores tui idola appellant, & ferè in Scripturis transferendis, quoties idoli vox occurrit, eam ad Imagines transferunt, non ob aliud id quidem faciunt, quàm vt rudi & imperito populo ſub Scripturę vmbra ſuas hęreſes obtrudant. Qua tamen præclara Theologia nihil aliud conficitur, quàm vt credamus Chriſtum nunquam incarnatum, aut crucifixum, aut Deum quendam falſum eſſe. Quid enim eſt idolum, vt Scripturæ ea voce vtuntur, quàm falſi Dei per ſimulacrum repræſentatio? vt, cùm nullus ſit præter vnum per omnem orbem Deus, rectè Paulus dixerit; nihil eſſe in mundo idolum; nec eos fuiſſe, quos Ethnici putabant Deos, ac proinde non potuiſſe eſſe eas, vt illi putabant, Deorum Imagines. Illud verò non potes iam ignorare; Nicænam, quam Francofordienſis illa, vt oſtendimus, ſub Carolo ſequuta eſt, Synodum anathemate eos deuouiſſe, qui Chriſtianorum imagines idola appellarent. Quo anathemate Illyricus, Vueſthemerus, Caluinus, auctor Homiliarum in Anglia, & reliqui tui doctores, ac iſti tui Martyres toti configuntur, qui ea, quæ paſſim à Scripturis aut patribus contra idola Gentium ſcripta ſunt, malitioſa calumnia ad Chriſti & Sanctorum imagines detorquent. Nec erit iam mihi apud te (credo) accurata oratione ad cetera, quæ tui Pſeudomartyres effutiuerunt, confutanda opus. Quare viderit Antonius tuus, quo ſpiritu propter imagines recuſarit delatū ei iuſiurandum. Quod in veteri Eccleſia ad Euangelium, huiuſmodi Chriſti, ac Sanctorum Imaginibus ornatum, datum fuiſſe conſtat. Sed quid dixi viderit?

Ioannis Lotharingij ſcelus arguitur

Turcas & Saracenos eſſe Martyres, ſi imaginum violatio, Martyrij cauſſa ſit.

Euangelicos falsò & impiè appellare imagines noſtras idola.

Idolum quid.

1. Cor. 8.

Quæ de idolis dicūtur in Scripturis, Euangelici nefariè trāſferunt ad imagines Chriſtianorum.

Antonij Laborij factum redarguitur.

Forma iuriſiurandi per Euangelium & Sanctos à calumnia uindicatur.

Nican. Synod. 2. act. 4. pag. 514.

viderit? imo videt, & ſentit miſer huius perfidiæ æternas pœnas. Quam ex præceptore Caluino hauſit, qui vſitatam etiam hanc in Chriſtianorum tribunalibus per Euangelia & Sanctos iuriſiurandi formam impugnat. At eam tamen in orbe Chriſtiano fuiſſe Iuſtiniani Imperatoris ſæculo vſu receptam, non obſcura extant indicia. Nihil ego certè video, cur magis iſtis ſcrupulũ Imagines, quàm ipſe liber Euangelij, inijcerent, neque diuerſam illi vnquam rationem ſunt reddituri. Nam ſi rebus ſignificatis (quod neceſſe eſt) ſe defendant; cur nobis huius defenſionis aditus obſtruitur? Quare nihil hoc aliud eſt, quàm præpoſtera quædam Pſeudomartyrum tuorum religio, quam à Paulicianorum colluuie mutuati ſunt; qui, vt ex Photio refert Euthymius, *Euangelium noſtrum non dubitant adorare, vbi pretioſa Crucis figura non eſt impreſſa, non autem in ea parte libri, in qua Crucis Imago ſit. Dicunt autem ſe librum adorare tanquam Domini ſermones continentem. Atque ita quidem impij deprehenduntur in iis, quæ ad dogmatum rationem pertinent, vt & à veritate, & inter ſe omnino diſſentiant.* Quid potuit verius de Ioanne Vernutio, & Antonio, Pſeudomartyribus tuis, & ceteris eiuſdem ſcholæ aſſeclis dici, qui fruſtra verſus illos, qui nobis accommodatiſſimam adorandi Imagines rationem explicãt, poſt magiſtrum Caluinum arrodere conantur? Quos tamẽ duo, qui ſequuntur, apertius explicant:

In nouellis conſtit. 9. in Heleuandro. & in vulg. col. 2. tit. 3.

Caluinus.

In Panopl. tit. 21.

Paulicianorum hæreſes à noſtri ſeculi Iconomachis reſuſcitatæ.

Effigiem Chriſti, cùm tranſis, pronus adora:

Nec tamen effigiem, ſed quod deſignat, honora.

Ac ineptè quidem Ioannes quærit nodum in ſcirpo; vtrum materia, aut forma Imaginis aliquid Dei repræſentet. Neq; enim Deũ in ſua ſimplici natura, ſed Chriſtum eundem Deum ac hominem Imago refert: quem per eam Imaginem colimus & adoramus. A qua defenſione fruſtra, nec ſine magna impietate Petrus ille tuus Pſeudomartyr per Auguſtinum nos excludere conatur. Auguſtinus enim de Gentium ſimulacris palàm loquitur: quæ nec ratione ſignificationis, neq; vlla alia relatione excuſari poſſunt ab idololatria. Etſi enim nec materiam, nec formam, nec quicquam aliud in Imagine Ethnici ſe adoraſſe dicerent (quod tamen falſum eſt) nihilo magis proficerent, cùm per res ſignificatas, pro Deo creaturas Dei adorarent. Conſtat certè omnes nationes idola, inſtar Deorum, aut quaſi diuina quædam in iis virtus adeſſet, coluiſſe: neque rudem modò populum, ſed & doctiores atque ſapientiores in eodẽ hæſiſſe errore. Quare & Arnobius de ſe Ethnicæ adhuc religioni obnoxio ita ſcribit: *Si quando conſpexeram lubricatum lapidem, & ex oliui vnguine ordinatum, tanquam ineſſet vis præſens, adulabar, affabar, & beneficia poſcebam.* Idem oſtendit, Ethnicos ſenſiſſe per dedicationes Deos in ſtatuis habitaſſe. Et hoc etiam Auguſtinus in ea, quam Petrus Nauiherus Pſeudomartyr

Argutiæ Ioannis Vernutij contra Imagines redarguuntur.

Petri Nauiheri Pſeudomartyris ex Auguſtino commentum repellitur.

D. Auguſtini ſententia explicatur.

Lib. 1. & 6. contra Gentes.

Arnobius.

 profert,

Auguſtinus. profert, epiſtola his verbis innuit: *Cum talibus*, inquit, *ſimulacris cum timore cultum exhibent, eaq́; viuentibus ſimilia venerantes, adorãteſq́; contuentur, eiſ'que, velut præſentibus, preces allegant, victimas immolant, vota perſoluunt; ſic afficiuntur omnino, vt ea ſenſu carentia putare non audeant.* Sed quem hodie vel in tota aliqua Chriſtianorum regione tam ſtupidum inuenies, vt de noſtris Imaginibus ita ſentiat? Quales ſi alicubi reperiantur, non minus eos, quàm Iconomachos (vt iam ex Damaſceno docuimus) Eccleſia olim damnauit. Cuiuſmodi tamen in prima Eccleſia inter eos, qui Ethnicis circumfuſi habitabant, recensque ad Chriſtum traducti erant, aliquot fuiſſe, non modò ex Gregorio, cuius ſententiam aperuimus, ſed & ex Auguſtino, eo ipſo loco, quem Magdeburgenſes producunt, conſtare arbitror. Is enim aduerſus Manichæos ſcribens, qui ſuam vitam glorioſè præ Catholicis iactabant (quod & hodie faciunt Euangelici) iubet eos non ad Chriſtianorum colluuiem & fæcem, ſed ad bonos & perfectos potius Chriſtianos reſpicere. *Nolite*, inquit, *conſectari turbas imperitorum, qui vel in ipſa religione ſuperſtitioſi ſunt, vel ita libidinibus dediti, vt obliti ſint, quid promiſerint. Noui*, inquit, *multos eſſe ſepulcrorum, & picturarum adoratores.* Qui locus cùm ſit obſcurus, neque apertè loquatur de ea adoratione, quæ hodie à Catholica Eccleſia Imaginibus tribuitur, & commodè ad eos referri poſſit, qui ea, de qua iã locutus ſum, ſuperſtitione Chriſtianorum Imagines, vel etiam ipſa idola cum Chriſto colebant, perperam & calumnioſè faciunt Magdeburgenſes, qui, quaſi certi de Auguſtini ſenſu, contra vſitatum Eccleſiæ morem illam ſententiam detorquent. Qui vt olim reſpondit; templum, Sacerdotium, Sacrificium, & alia quæcunque ad hæc pertinentia, *cum exhibentur Deo ſecundùm eius inſpirationem atque doctrinam, veram eſſe religionem; cum autem Dæmonibus ſecũdùm impiam eorum ſuperbiam, eſſe noxiam ſuperſtitionem*: ita credo & de Imaginibus reſponſurum, ſi hodie viueret: Non damnandas Imagines, quæ vel Chriſto vel Sanctis eius, ſed quæ Dæmonibus conſecrantur. Auguſtinum enim in hac epiſtola de Chriſtianorum Imaginibus, aut Ioannem, qui iubet cauere à ſimulacris, ſenſiſſe nunquam probabunt. Quod cum Caluinus & Beza non ignorarent, ad illam de Epiphanio narrationem, tanquam aſylum, confugiunt. Nullius enim patris, aut Martyris certum atque indubitatum pro ſua impietate exemplum; infinita vero (quæ iam ante ex parte attigimus) ſuæ impietati aduerſantia habent, vt veriſſimè dixeris, noua iſta eſſe, atque hactenus non audita, aut viſa, Pſeudomartyrum tuorum, Dionyſij, Ioannis, Franciſci, & aliorum dicta, atque facta. Neque falluntur tui Pſeudomartyres, qui aliam ſibi Crucem portandam dixerunt. Primam enim per ignem hunc temporarium cum latrone, qui Chriſto in Cruce pendenti conuicia

Epiſtol. 49. tom. 2.

Non ſpectãdum, quid fæx Chriſtianorum, ſed quid perfecti Chriſtiani faciant.

De moribus Eccleſ. c. 34. tom. 1.

Epiſtol. 49. tom. 2.

Cal. in inſtit. *Bez. in epiſt. 1. Ioan. c. 5.*

Duplex Pſeudomartyrũ Crux.

ticia dixit, quos iſti imitantur: proximam & longè grauiorē Crucem apud inferos cū Diabolo (ex cuius ſchola hæc omnis Theologia prodiit) ſine dubio portant. Cùm enim non habeant frontem ſigno Thau ſignatam cum reliquis piis, à deuaſtante Angelo cum ceteris impiis pereunt. Qui certè quando Chriſtus cum glorioſo hoc Crucis trophæo ad ſupremum olim iudicium eſt proditurus, ſupremam & horribilem illam poſtremæ ſuæ damnationis ſententiam audient. *Ite maledicti in ignem æternum*. Quo tempore cùm viſuri ſint, velint, nolint, illud ipſum ſignum, quod conuiciis, ferro, atque adeo dentibus lacerarunt, tanto conſcientiæ & impietatis ſuæ terrore iniecto horreſcēt, vt ille ipſe horror, ex venerandi ſigni & irati iudicis adſpectu, omnes gehennæ pœnas ſit ſuperaturus. Neque te quicquam iuuant illuſtres illi Lugdunenſes athletæ, qui execranda quidem Iouis, Veneris, & ſimilium idola merito ſunt deteſtati: quos Crucem Chriſti, eius'ue, aut Sanctorum Imagines exſecratos eſſe, nemo vnquā ex omni memoria prodidit. Neque ſanè probarint vnquam ex Irenæi, aut aliorum veterum patrum monumentis Euangelici, talem aliquando religionis faciem Lugduni viſam, qualem ipſi, capta nuper ciuitate, informarint, & quaſi de Apoſtolica, iamq; poſt tantum poſtliminium diuinitus reſtituta gloriati ſunt. Et cum de ceteris illuſtribus Galliæ ciuitatibus, tum de Lugduno ita ſub prætextu puræ religionis reſtituendæ deformato admodum doleo: cuperemque apud graues, & pios in Gallia viros, Bernardi illud de Lugdunenſi Eccleſia teſtimonium grauius eſſe, quàm leuiſſimā iſtorum venditationem: *Inter Eccleſias*, inquit, *Gallia conſtat profectò Lugdunum anteire, ſicut dignitate ſedis, ſic honeſtis ſtudiis, & laudabilibus inſtitutis. Vbi enim æquè viguit diſciplinæ cenſura, morum grauitas, maturitas conſiliorum, auctoritatis pondus, antiquitatis inſigne? præſertim in officiis Eccleſiaſticis: haud facile vnquam viſa eſt repentinis nouitatibus acquieſcere, nec ſe aliquando iuuenili paſſa eſt decolorari leuitate*. Hæc ille. Quare nolim te exiſtimare Pſeudomartyres iſtos, qui Chriſti Imaginem & Crucem adeo auerſantur, illuſtrium illorum Lugdunenſium, aut clariſſimorum eodem tempore in Gallia Chriſti athletarum veſtigia ſequi, aut quicquam cū eis, vel in fide vel in ceteris habere commune. Qui certè non magis Imaginem Chriſti auerſati ſunt, quàm auerſatus eſt aquam ſacram Marcellus ille Apameenſis, de quo diximus: qui poſtea pro Chriſto Martyr occubuit. In cuius etiam exemplo intelligis, quàm alieni ſint noſtri Pſeudomartyres, qui aquam luſtralem adeo deteſtantur, à veterum Martyrum ſenſu & iudicio. Quòd ſi Bernardo, tanquā recentiori, minus iſti fidant, valeat ſaltem apud eos ſanctiſſimi illius Gregorij Turonenſis exemplum. Qui vt genus, ita abſque dubio eandem religionem à nobiliſſimo illo Martyre Vetio Epagatho,

Lugdunenſium Euangelicorum inanis & impia gloriatio.

Exſtat ea de re Liber Gallice.

Epiſt. 174. ad canonicos Lugdunen.

Bernardi de Lugdunenſi Eccleſia præſtantia teſtimonium.

Gregorius Turonenſis.

cuius Euſebius meminit, traxit. Quem conſtat, cùm de reliqua religione, tum de adorandis Imaginibus non aliter ſenſiſſe, quàm hodie ſentit Catholica Eccleſia. Cuius rei teſtes locupletiſſimi ſunt, non modò Clerici Turonenſes, qui vitam eius litteris mandarunt, ſed etiam libri ipſius, qui etiamnum exſtant.

Euſeb. lib. 5. cap. 1. Vide Greg. Turon. de glor. plur. mart. cap. 5. & 20.

De præclaris tam Martyribus, quàm Confeſſoribus ſub Iconomachis, qui Pſeudomartyribus, quorum ſuprà mentio facta eſt, opponuntur; deq; miraculis eorundem non modò dum viuerēt; ſed etiam poſt obitum.

CAP. XXV. IRENÆVS.

SVNT itaque Chriſtianorum Imagines, non idola (quæ abominor) ſed locuples & euidens de fide noſtra in Chriſtum natum, paſſum, reſurgentem, adſcendentem, & ad vltimum illud olim tribunal reuerſurum, teſtimonium. Atque in eam omnes ab ineunte Eccleſia patres ſententiam conſpirauere. Neque vel vnus ex omnibus repertus eſt, qui eis, aut earum adorationi interdixerit. Quare, cùm illa Iconomachorum contra Catholicos inſectatio, quæ ad annos centum viginti & amplius (licet aliquando, interuenientibus bonis principibus, ſe remitteret) perducta eſt, efferueſceret; aliquot Chriſtianorum millia ob nullam aliam cauſſam carceres, exſilia, ac acerbiſſima omnia ſupplicia ſubierunt, magnaque ex parte martyrio obiere, quàm quod hanc Catholicam Imaginum venerationem aſſererent. E quibus fuere plurimi Laici, ſummi ordinis, & magnæ in republica gerenda dignitatis. E clero verò multò plures dignitate, doctrina, pietate, miraculis, longè omnium ornatiſſimi. Atque hunc ſacrum chorum ducit Germanus Patriarcha Conſtantinopolitanus, vir doctiſſimus ac ſanctiſſimus: cuius exſtant hodie aliquot de hoc Imaginum cultu teſtimonia. Quem propterea Leo ille Iſaurus, de quo diximus, Epiſcopatu mouit. Hic eſt ille Germanus, qui, cum Leonis huius filium Conſtantinum baptiſmo expiaret, cerneretque eius excrementis ſacrum lauacrum ſordidatum, eum magnum aliquod Eccleſiæ detrimentum importaturum, nec ſine cauſſa prædixit. Leo verò, cum multos alios ad Deum martyres tranſmitteret, auſus eſt quiddam, quod omnem pæne fidem ſuperat. Fuit Conſtantinopoli exquiſitæ cuiuſdam & ſingularis doctrinæ ſocietas, atque officina: è qua in rebus perplexis ac dubiis, de diuino ac humano omni iure Imperatores, quaſi ex oraculo, reſpōſa petere ſoliti ſunt. Horum conſilio omnes grauiores cauſſas gubernabant: qui huic collegio præerat, œcumenicus magiſter dicebatur. Quem cū duodecim ſociis poſtquam Leo fruſtra fuiſſet aggreſſus, nec eos vlla ratione ad impietatis conſenſum pertrahere potuiſſet, horrendum

Multi Confeſſores, multi in Imaginum cauſſa Martyres, qui ſe oppoſuerunt Iconomachorum conatibus.

Germanus Patriarcha Conſtantinopolitanus multa ab Iconomachis perpeſſus.

Nicæn. Syn. 2. act. 4. tom. 2. Concil.

Niceph. in annal. lib. Conſtantinopol.

Leonis Iſauri impium & crudele facinus.

Eutrop. ad-iunctu. lib. 21.

Zonaras tom. 3 in Leone Iſaur.

Georg. Cedrenus in annal. lib. ſiue compend. hiſtor.

Zonaras tom. 3 in Leone Iſauro.

rendum infremuit, noctuque domum ipſam cum magiſtro ac ſociis, & inſtructiſſima bibliotheca horrendo ſpectaculo totam incendit. Audiſti iam palàm rugientem Leonem: en tibi eundem non minus ſub ouina, aut vulpina potius, pelle ſæuientem. Celeberrimus ille vir Ioannes Damaſcenus, cuius pietatis ac doctrinæ exſtant hodie præclara Grecè monumenta, his temporibus effloruit, longè tamẽ à Leone in Arabia apud Damaſcum. Qui huius Leonis impietatem doctis & piis ſcriptis, quæ adhuc manent (quòd ſolùm potuit) generosè coarguit. Quod cùm Leo cerneret; poſtquam in proximos quosque, ſuæque poteſtatis homines inſultaſſet, eosq; miſeris modis laniaſſet; infrenduit ſecum, quòd in Ioannem leoninis vnguibus inuolare non potuiſſet, nec violenta eorum tenacitate Ioannem irretitum tenere. Quid ergo facit? Leonem ad tempus deponit, & vulpem induit: accitisque notariis, qui manum & characterem Ioannis inſidioſo artificio imitarentur, ac effingerent, litteras comminiſcitur, quaſi à Ioanne ad ſe miſſas de Damaſco ſibi per Ioannem prodenda; easque ad Saracenorum principem, apud quem Ioannes gratia & auctoritate valuit, tranſmittit. Iratus princeps, nec cauſſa ſatis perſpecta & explorata, dextram manum Ioanni abſcindi iubet. Quæ tamen ei poſtea ad maximum Saracenorum ſtuporem diuinitus reddita eſt, poſtquam ad Imaginem beatæ virginis Mariæ preces fudiſſet. Cetera de Leone omitto: ex his enim intelligere poteris, quod prouerbio à me antea commemorato dicitur, ex vnguibus leonem. Nunc ad Conſtantinum, dignum tali beſtia catulum, venio. Quem Pantaleon, idque ex Sigeberto, vt ipſe prius narraſti, prudentiſſimum Imperatorem fuiſſe, manifeſto contra Sigebertum, & ipſius rei veritatem, mendacio, narrat. Eum Sigebertus refert, homines iureiurando adegiſſe, ne Chriſti & Sanctorum Imagines colerent: quod cùm plurimi detrectarent, Martyrio defunctos; adeo vt nec ſub Ethnica perſecutione plures factos Martyres ſcribat Sigebertus, quàm ſub hoc, prudentiſſimo ſcilicet Imperatore, Conſtantino. Inter quos præclariſſimi athletæ habiti ſunt, Stephanus, Andreas, Iulianus, ac Valens, multosque adeo ex Senatorio ordine ob hanc cauſſam è medio ſuſtulit. Qua in re filium habuit, nonumque Leonem, non tam imperij, quàm paterni ſceleris heredem: qui multos ex eodem ampliſſimo ordine crudeliſſimè excruciauit, & ignominioſo ſpectaculo per forum traductos in carcerem detruſit; vbi quidam ex eis beatas animas Deo commendarunt. Sedata poſtea eſt tempeſtas ad aliquot annos ſub Conſtantino & matre Irene, Nicephoro, Stauratio, Michaële Rangabe; quæ rurſus per Leonem alium ex Armenia, per Michaëlem Balbum & Theophilum, eaque turbulentiſſima, excitata eſt. Tum B. Nicephorus (is ex cuius annalibus non nulla

Ioãnes Damaſcenus quanta pertulerit ab Iconomachis, quod eorum hæreſim Scripturarum et patrum gladio iugularat.

Vide Apologetic. Ioan. Damaſc.

Io. Patriar. Hieroſolym. In vita Ioã. Damaſc.

Vulpina Leonis Iſauri fraus in Ioannis Damaſceni perniciem.

Ioanni Damaſceno manus abſciſſa, eſt diuinitus & miraculoſe reſtituta.

Sigebertus in chronic.

Panthaleonis de Conſtantino inſigne mendaciũ.

Zonaras. tom. 3 in Conſtant. Copronymo.

Conſtantini Iconomachi in Catholicos crudelitas.

Multi in cauſſa Imaginum Martyres.

Leonis Conſtantini filij nefaria in Catholicos facinora.

ante citauimus) [1] Conſtantinopolitano Epiſcopatu deturbatus, quatuordecim annos egit in exſilio. Tū & [2] Methodius Conſtantinopolis Patriarcha, dignitate pulſus, in ſepulcro multis annis loco carceris incluſus eſt. Tum fraternum illud & clariſſimum Confeſſorum iugum, [3] Theodorus & Theophanes, enituit: qui ſtigmata pro Chriſto in facie inuſta portabāt, flagella, neruos, carceres, generoſè contemnentes. Tū [4] Lazari Monachi manus, quibus Chriſti Imaginem pinxerat, igniti s laminis aduſtæ, nec tamen aut huiuſmodi vſtione, aut vllo carcere, aut ſuppliciis ad eandem iterum pingendam quicquā retardatæ. Tum B. [5] Euthymius Sardorum Archiepiſcopus, flagris cæſus, & in exſiliū abactus, Martyrio obiit. Imo, quod rarius eſt, tum temporis feminæ etiam, licet illæ quidem natura molliores ſint, & proinde ad mortem fortiter perferendam minus plerunque animoſæ, ita ſe in hac cauſſa geſſerūt, vt nullis vel blandiciis flecti, vel minis deterreri potuerint, quo minus hanc nobilem palmam obtinerent. Inter quas beata Theodoſia Martyrium generoſè obiit. Sed quid ego hæc, quæ infinita pæne ſunt, perſequor? Magnitudinem perſecutionis temporis ipſius, de quo dixi, longinquitas, Martyrum verò merita, & præſtantiam inſignia apud tumulos eorum edita miracula, & totius orbis ab eo tempore erga eoſdem veneratio, manifeſtè oſtendunt. Inter quæ, beatæ Theodoſiæ corpus ad multa poſtea ſæcula, & Frederici primi tempora integrum & incorruptu permanſiſſe, Otho tuus Friſingenſis, oculatus teſtis; ſummamq; populi Conſtantinopolitani erga eam venerationem ſcriptis prodidit. Alij verò alia eius miracula complexi ſunt. Quare aut iſti, aut tui Martyres ex Martyrum albo auferēdi ſunt. Illos verò expungere nō potes, niſi velis omnium Græcarum, & Latinarum hiſtoriarum fidem, & Synodum illam Nicænam, ac Frācofordienſem pariter abolere. Sed ne ſic quidē profeceris, niſi & miracula quoque tuorum Martyrum, dum viuerent, aut poſt eorum mortem edere potueris. Neque enim conuenit, veterem fidem tanta temporum decurſione, tot Synodis, tot ſignis, tot Martyriis confirmatam abiicere, & aliam ſubſtituere recētem, atque hactenus inauditam, & quæ nec miraculis, nec patrum auctoritate fulciatur.

Nicephorus Conſtantinopolitanus Epiſcopus.

Metholius, patriarcha Conſtātinopolitanus.

Theodorus & Theophanes.

Lazarus Monachus.

Euthymius Sardorum Archiepiſcopus.

Feminæ Martyres.

Theodoſia.

Miracula.

Theodoſiæ corpus miraculoſe a putredine conſeruatum.

Collatio veteris & recentis fidei; Martyrum in Imaginum cauſſa veterū, & Pſeudomartyrum Iconomachorum.

1. *Metaphraſt. tom. 7. Aloyſij in Nicephor.*
2. *Zonaras tom. 3. in Theophilo.*
3. *Metaphraſt. tom. 5. Aloyſij in eorum vita.*
4. *Zonaras in Theophilo.*
5. *Zonaras tom. 3 in Michaele Balbo.*

Otho Friſing. rerum ab orig mundi lib. 4. cap. 18.

Vide Pachymerū lib. 11.

CRIT. Non poſſum iam hāc de Imaginum honore doctrinam, tot patrum auctoritate, tot illuſtribus ſignis, tot piorum ſanguine obſignatam facilè contemnere. De quibus ego Martyribus nunc primum audio, neque huiuſmodi vnquam exſtitiſſe putaſſem. Illud verò obiter ex hac tua oratione colligo, erratum hactenus eſſe à multis in ætate Ioannis Damaſceni, quē ſub Theodoſio Magno præmaturè floruiſſe tradunt; cùm tamen inter huius, & illius tempora, trecentorum & amplius annorum ſpatium interueniſſe ſatis euidenter appareat. Verū qui ſunt illi Angliæ Martyres, qui

Error multorum in Ioannis Damaſceni ætate.

pro

pro Imaginum adoratione Martyrio functi ſunt? IREN. Angliæ me Martyres nominaſſe non nego, nec reuoco: de quibus mox plura. Qui non pro hac Imaginum, ſed alia de cauſſa in hunc numerum relati ſunt. Tu verò interim, ſi quid pro Pſeudomartyribus tuis, qui Imagines deteſtati ſunt, dicendum præterea habeas, id ne me celes.

Ex Criſpino, Foxo, auctoribus Apologiæ Anglicanæ, & aliis Euangelicis breuiter commemorantur Pſeudomartyrum, qui peruerſæ religionis, id eſt, impietatis, cauſſa, ſupplicio mortis affecti ſunt, inſigniores dotes, miracula, viſiones, vaticinia; de quibus illi plurimū falſo gloriantur; & vt argumentis maximi momenti abutuntur ad fidem ſimplicioribus & incautis hominibus faciendam, illorum de rebus fidei dogmata eſſe vndiquaque vera.

CAP. XXVI. CRITOBVLVS.

NON ego iam multum tibi de id genus Martyribus negotij faceſſam: fruſtra enim id facerem, cùm certò teneam, quid de hac tota re Catholica Eccleſia ſtatuat. Neque ab initio huius noſtræ orationis, tam ad eos, quàm ad reliquos Martyres reſpiciebam, quos Criſpinus & Foxus totis libris Latinè, & poſt eos conterraneus meus Adrianus Germanicè, & deinde Pantaleon iterum Latinè deprædicant, atque ornant. Ac videtur cum primis illa Apologiæ vox, quaſi terribilis quædam buccina, aures meas perſonare: *Occiderunt*, inquiunt, *fratrum noſtrorum infinitos numeros, tantum quòd verè ac purè crederent in Ieſum Chriſtum*. Ac rurſus: *Nos verò, cum proximis illis viginti annis tot millia noſtrorum fratrum inter exquiſitiſſimos cruciatus teſtimonium dixerint veritati, & principes, cū frenare cuperēt Euangelium, multa moliendo nihil egerūt, & totus iam prope terrarum orbis ad aſpiciendam lucem oculos incipiat aperire; ſatis iam dictam & defenſam putauimus eſſe cauſſam noſtram: cumq; res ipſa ſatis per ſe loquatur, non multis opus eſſe verbis*. Nec parum gloriatur Caluinus de ſuo Euangelio, quòd tam numeroſam Martyrum ſobolem produxerit: quos ipſe ſæpe grauibus litteris ad conſtantiam adhortatur. Eſt & alius vir doctus, qui grauiter in eos inuehitur, qui Zuinglianos ſcriptores hæreticos, ac impios nominant, quòd nullam rationem habeant eorum, qui ſanguine ſuo ſuam doctrinam comprobarunt. Quorum ignes & incendia in Italia, & Gallia apud Belgas, & Anglos in conſpectu Dei adhuc lucidas flammas emittunt. Nec eos animaduertere, multas ſe alias Eccleſias damnare, quæ plures ediderunt Martyres, quàm nos rixatores libros. Ita Apologetici belliſſimum quoddam totius ſuæ cauſſæ præſidium in Martyribus, & ſuorum numero quotidie creſcente, conſtituere videntur. Atque ego ſanè, cùm apud me cogito noſtra tam fecunda Martyrum ſæcula, atque eorum pietatem,

Apologia Anglicana.

Apologeticorum inanis gloriatio de numero Pſeudomartyrum ſuorum.

Criſpinus lib. 1. 6. & 7.

Caluini ſimilis gloriatio.

Ioan. Sturmius in epiſt. ad Ant. Cokum equit. Anglum.

Ioannes Sturmius.

Apologetici numero Martyrum ſuorum multum tribuunt.

doctrinam, & admirabilem conſtantiam, multùm illis quidem
Signa falſorum Confeſſorum, & Pſeudomartyrũ. non vniuerſis modò, ſed & ſingulis moueor. Ac quoniam noſtrorum ſignorum inopiam, ac ieiunitatem quandam cauſſari videris; & illa quidem Cõfeſſoribus ac Martyribus noſtris affatim adſunt, & me ad ſe, velim nolim, rapiunt. Ecquod verò poterit eſſe luculentius Euangelicæ veritatis reſtitutæ documentum, quàm hæc tanta noſtrorum Martyrum fecunditas? cùm interim veſtri Catholici ita frigeant, vt vix ſeptem, aut ad ſummũ octo, *Paucitas Martyrum ſuorũ Catholicis obijcitur.* ad mortem pro ſua fide ſubeunda incaluerint. Noſtri verò tanto numero, & tam atrocibus ſuppliciis excarnificati, veterum mihi Martyrum fortitudinem referre planè videntur. Tam parato enim, atque expedito animo ad enſes, ad aquas, ad ignes, atque alij ad regium conuiuium, procurrunt; vt hoc potiſſimum tempore illud impleri videatur: *Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiũt illud.* Et mirum cum primis eſt videre, tot homines, eoſque maxima ex parte indoctos, & imperitos, tam inuicto animorum robore præditos, & per tanta locorum interualla; ſumma tamẽ obeundi Martyrij alacritate, ſumma animorum & dogmatum conſenſione conſociatos, tam generosè omnia pro Chriſto ſupplicia irridere. Sed hoc mirari deſino, cùm perpendo, quanta vis ſit, quantum veritatis Euangelicæ robur. Quo fit, vt, qui Apoſtolicam doctrinam tot ſæculis ſepultam in lucem reuocent, Apoſtolicam quoque alacritatem, magnanimitatem, & alias dotes imitentur. Nos verò dotes illas primùm, mox reliqua explicabimus. *Foxus.*

Vuicleuus. Atque vt ab ipſis luminibus, Vuicleuo & Ioanne Huſſo incipiam, nolo iam reliqua Vuicleui ornamenta dicendo conſectari; & fruſtra id facerem; cũ grauiſſimum de illis clariſſimæ Oxonienſis in Anglia Academiæ teſtimonium ad patres Concilij Cõſtantienſis recitatum exſtet. Illud potius iam dicã, aduerſariis eius aliquãdo in quadam Eccleſia aduerſus eum infeſtis animis diſceptantibus, nec manifeſtæ veritati, quã docuit Vuicleuus, cedere volentibus, diuinam ſtatim iram impendiſſe. Repente enim horrendo tonitru de cælo intonuit, & micantibus vndique terribiliter fulminibus, vi tempeſtatis ipſum Eccleſiæ oſtium perfractum. Qua conſternatione illi attoniti ac diſſipati, alij aliò diffugere. Neque cælum tantummodo, ſed & terra ampliſſimum diuinæ voluntatis in eos teſtimonium edidit, magno motu alio tempore concuſſa, *Vuicleuus.* quo rationem fidei ille ſuæ coram ipſis reddebat, Vuicleuum verò non tam vt Martyrem (neque enim violenta morte abreptus *Vuicleuus princeps Pſeudoeuangelij nuper nati.* eſt, quàm vt principem potius totius purioris Euangelij, eius præſertim quod Caroloſtadius, Zuinglius, Caluinus ac Apologetici profitentur, recenſeo. Quanquam nec longè à Martyrum honore abeſſe tibi videbitur, ſi conſideres, quanta & viuus ab aduerſariis, & quadraginta poſt mortem annis nouo quodam *Foxus. Conſtant. Concil. ſeſſ. 15. Foxus.*

Martyrij

Martyrij genere atrociter paſſus ſit, cùm oſſa eius ſepulcro, im- *Vuicleuus 40.*
mani ſcelere effoderētur, & igni abſumerentur. Quod mihi cru- *poſt mortem an-*
delitſimum quoddam Martyrij genus videtur, quo aduerſus ci- *nis combuſtus.*
neres & memoriam piorum pugnatur. Ad quod doctiſſimos il- *Bucerus, & Fa-*
los viros Bucerum ac Fagium, quorum alter ſacras litteras, alter *gius combuſti*
Hebraicam linguam in Cantabrigienſi Angliæ Academia profeſ- *poſt mortem.*
ſus eſt, atque adeo vxorem Petri Martyris Oxonij defunctam re- *Petri Martyris.*
fero: quanquam huius cadauer effoſſum non eſt igne conſum- *Dalila.*
tum, ſed in loco profano proiectum. Succedat tanto præceptore
dignus diſcipulus, Ioannes Huſſus Conſtantiæ cum Hierony- *Ioannes Huſſus.*
mo, viro omni laude cumulato, combuſtus. Atque hîc mihi du-
plex, eaque grauiſſima aduerſus patres veſtros Conſtantienſes (in
qua Euangelici hodie frequentiſſimè verſantur) exoritur quere-
la. Qui non in innocentem modò hominem, nihil niſi purum at-
Vide Foxum que ſincerum Chriſti Euangelium aſſerentem, ſed in eum quo-
Latin. p 61. que ſæuierunt, qui publicam Synodi fidem ſequutus, ſe & ſalu-
tem ſuam illis crediderat. Sed nihil iſta omnia, neque accuratæ
Sigiſmundi Imperatoris, qui in ſuam eum fidem receperat, pro
eo preces quicquam apud iſtos ſanguinarios patres valere po-
Seſſ. 19. tuerunt. Accedit ad indignitatis cumulum, quòd publica quo-
que ſanctione cauerunt; fidem hæreticis datam impunè violari
poſſe. Quare non ſine cauſſa Germani noſtri Tridentinum hoc
Vide Tuppiū veſtrum conciliabulum (quo inuitati fuerant) recuſarunt, & edi-
aduerſus Sy-
nodum Tri- ctum illud ante omnia reuocandum, & omnino reſcindendum
dentinam. clamitant. Ioannes certè Huſſus, vt olim Agabus, ac filiæ Philip-
pi, vatem ſe oſtendit, & Euangelium, quod tum profitebatur,
poſt centum annos inſtauratum iri: ſe quidem anſerem eſſe (id e-
nim *Hus*, lingua Bohemorum ſignificat) iam iam igni aſſandum, *Huſſi vatici-*
Illyricus in *nium.*
catalogo teſt. ſed venturum poſt vnum ſæculum cygnum, qui ſuauius multò
verit. cantaret, quem omnes aduerſarij, cum maximè vellent, nunquam
opprimerent. Bohemi verò ad perpetuam Huſſi memoriam nu-
miſma quoddam argenteum, illius nomine inſcripto, concinna-
runt. Cuius oræ hoc inſcriptum erat: poſt cētum annos vos Deo,
Ioan. Criſpi- & mihi reſpondebitis. Illam autem eius prædictionem in Luthe- *Lutherus.*
nus lib. 1.
ro locum habere, & temporis ratio, quod congruit, & diuinæ i-
pſius dotes, quibus amplificatus eſt, & iſta hodie per eum Euan-
Tilem. Heſh. gelij longè lateque propagatio, planè oſtendunt. Cuius tanta fuit
in defenſ. in enarrandis ſcripturis dexteritas ac fides, vt poſt Apoſtolos in-
ter omnes ſcriptores Eccleſiæ parem non habeat: id quod de eo *Heshuſius quid*
teſtatur Tilemanus Heshuſius. Ac ipſe Lutherus ad hūc modum *tribuat Luthe-*
In lib. Teu- de ſe profitetur: *A tempore Apoſtolorum nullus doctor, aut ſcriptor, nul-* *ro.*
tonico contra
Ducem Ge- *lus Theologus, aut iuriſconſultus tam inſigniter, & clarè conſcientias ſe-*
orgium. *cularium ſtatuum confirmauit, inſtruxit, ac cōſolatus eſt, ſicut ego feci. per* *Lutherus gloriō*
ſingularem Dei gratiam hoc certò ſcio: quoniam neq; Auguſtinus neque *ſus ſui iactator.*

Ambroſium (qui tamen in hac re optimi ſunt) mihi in hoc æquales. Ac credibile certè eſt, pluſquam humano eum ſpiritu afflatum, & cœleſtibus viſionibus edoctum, & à Deo ipſo ad orbẽ Euangelij veritate illuſtrandum fuiſſe delegatum: alioqui quo modo vnus homo ſe confirmatæ religioni, omnibusq; principibus oppoſuiſſet, aut præſens ac certum exitium effugiſſet? Quare non puto ſine cauſſa palàm eum affirmare, *ſe certum eſſe, doctrinam ſuam è cælo petitam, nec ſe in ea errare poſſe.* Quod quo modo pro ſua modeſtia diceret, niſi propter cæleſtem aliquam & reliquis hominibus negatam illuſtrationem, non ſatis video. Sed quid ego argumẽta & coniecturas capto? cum huius totius rei Lutherus ipſe firmum & graue dederit teſtimonium, ad reprimendum eorum inſolẽtiam, qui neſcio quos ſibi ſpiritus, ac viſiones arrogabant. *Ego quoq;*, inquit, *fui in ſpiritu, atq; etiam vidi ſpiritus (ſi omnino de propriis gloriandum eſt) fortè plus, quàm illi ipſi adhuc intra annum videbunt:* Vt meritò, magnoq; certè iudicio Sleidanus in nobili illa ſua hiſtoria Lutherum inter Prophetas collocarit: multaq; ex eius prædictionibus euentum iam ſuum habuiſſe ſcripſerit. Atque ab initio cùm Miſſam abrogare, ac quantæ ea res eſſet molis, quantiq; periculi vnum ſe hominem vniuerſo orbi ad labefactandam communem religionem opponere, magno cum metu cogitaſſet, Chriſtum ſe verbis certis ac fidelibus cõfirmaſſe, ſcribit Lutherus. Per quem cùm tanta, & tam eximia in noſtram ætatẽ religionis mutatio interuenerit, quanta poſt Apoſtolorum ætatem nulla fuit; quid de ea ſcribat Sleidanus noſter, ſilentio hic nullo modo prætereundũ arbitror. Qui, vt libenter profeſſus eſt hanc Euangelij doctrinam Dei beneficio reſtitutam, & ſe in eum cœtũ eſſe aggregatum vehementer gaudebat; ita tam ingẽs beneficium, quo diuini numinis maieſtas hoc noſtrum ſæculum beauit, ad ſempiternam rei tã admirabilis memoriam, & Dei Optimi Maximi gloriam verè, eleganterque deſcripſit. Atque illud quidem inter alia prudenter admonet, diligenter animaduertendum, hãc viciſſitudinem, quæ omnium maximè illuſtris eſt, in Caroli quinti potiſſimum tempora, & imperiũ incurriſſe. Qui ſicut reliquos Germaniæ Cæſares à Carolo Magno potentia vicit; ita quoque propter ea, quæ in ipſius ætatem atque gubernationem inciderunt, maximè conſpicuus eſt ac memorabilis. In his verò primum locum obtinet religionis mutatio, quæ ſimul cũ ipſius regni primordio ſumſit initium. Nam *certi quidam*, inquit, *ac præ cæteris illuſtres fuerunt à Deo ſingulis temporibus excitati principes, cùm aut religionis, aut reipublicæ mutaretur ſtatus. Eiuſmodi ſunt Cyrus, Alexander Magnus, Iulius Cæſar, Conſtantinus, & Carolus Magnus; Ottones quoque Saxones, & nunc is, de quo loquimur, Carolus quintus. Eſt autẽ eius generis hæc mutatio, de qua verba facimus, vt ſine ſtupore nemo de illa poſſit, qui modo rem teneat, &*

admiratio-

In lib. Teutonico ad Senator. ciuitatum Germaniæ.

Lutherus Sleidano Propheta.

Lib. de abrog. Miſſæ.

Sleidanus quid ſcripſerit de mutatione religionis.

In præfat. & Apolog. hiſt. ſuæ.

Sleidanus.

Mutationem religionis, aut ſtatus reipub. incidere in tempora illuſtrium principum.

Carolus quintus.

admiratione ſumma cogitare. Nam & tenue fuit, ac ferè contemtum initium, & totius orbis odium, ac impetum vnus tãtum homo ſuſtinuit. Hæc Sleidanus. Sed nos iam ad alios noſtri Euangelij profeſſores, & Caroloſtadiũ præcipuè abeamus, qui primus noſtro ſæculo fœdam hanc idololatriam Euchariſtiæ aperuit, nec veritatẽ corporis Chriſti in Sacramento ſubeſſe docuit. Affirmabat apud ſuos ſibi patefactum, in illis verbis [*accipite & manducate, hoc eſt corpus meũ*] ſententiam omnem priore illa voce [*manducate*] claudi: deinde nouam ab illis verbis [*hoc eſt corpus meum*] inchoandam, quæ non ad priora trahatur: vt ſit ſenſus; *hoc eſt corpus meum*; hoc eſt, *hic ſedet corpus meum*. Nec diffitetur Zuinglius, cùm eſſet anxio & inquieto animo propter hanc de Euchariſtia quæſtionem, nec per omnes Scripturas ſatis commodum exemplum occurreret, cuius ratione hęc verba [*hoc eſt corpus meum*] ad tropum traheret; hauſiſſe noctu vocem, quæ eum vt ſegnem & inertem increpabat, cur nõ diligentius eam ſententiã excuſſiſſet [*phaſe eſt tranſitus Domini*. Quod cùm audiſſet, mirè exhilaratum, & in tota Euchariſtiæ cauſſa planè deinceps confirmatum. Hic etiam cæleſtes illas viſiones & auditiones meminiſſe debemus Samueli Martyri in Anglia oblatas: Samuel, Samuel ſis læto & firmo animo, quia poſt hunc diẽ, neque eſuries, neque ſities. Vidit præterea in carcere nouam, nec minus admirabilem ſcalam, quàm fuit illa Iacob, licet non vnicam, vt ille, ſed triplicatam, & in cælum porrectam. Fuit autem vna ex iis ſcalis, aliis productior. Tandem verò tres illæ in vnam coaluere, & coagmentatæ ſunt: non ſine myſterio Martyrij; Samuelis quidem primum; deinde duarum feminarum, quæ in eadem paullo poſt ciuitate nobili Martyrio triplicatum illum Salomonis funiculum, qui facile non rumpitur, repræſentarunt. Huiuſmodi autem viſiones veteribus Martyribus, ac patribus frequẽtes accidiſſe, antiquitatis monumẽta produnt. E quibus vna, non valde abhorrens ab iſta Samueli facta oſtenſione, in mẽtem venit: qua Sacerdos quidã pius ad annũ Chriſti quadringẽteſimũ quinquageſimum tertium, vidit tres guttas æqualis magnitudinis, cryſtallumque claritate ac ſplendore vincentes, in altare decidiſſe. Quæ per altare aliquandiu decurrentes, & tandem ſimul confluentes, repente in gemmam quandam omnium pulcherrimam euaſere. Perlongum ſanè eſſet, ſi huiuſmodi noſtrorum prædictiones, ac viſiones omnes explicare aggrederer. Nam & adhuc viuo rege Edouardo, Humfredus Middeltonus, qui poſtea Martyr factus eſt, Cranmero quaſi diuino quodam ſpiritu afflatus, quod ſequutum eſt, vaticinatus eſt. Atque inſignis ille Angliæ eques Ioannes Cobhamus, ſe, ad Eliæ Prophetæ morem, propheta & ipſe moriturum vidit & prædixit: & prædictioni reſpondit euentus, cùm in furca, quaſi Eliæ curru, igne ſuppoſito ſuſpenſus,

Caroloſtadius. — *Kemnicius in repetitione de Euchariſtia articul. 31.* — *Zuinglius.* — *In ſubſidio de Euchariſt.* — *Samuelis Pſeudomartyris viſiones.* — *Foxus.* — *Cyprian. de lapſ.* — *Victor Vticenſ. de perſecut. Vandal.* — *Greg. Turo. de glor. plur. martyr.* — *Sigebertus.* — *Sacerdotis pij viſio.* — *Humfredus Middeltonus.* — *Ioannes Cobhamus.*

ſuſpenſus,ac exuſtus πυρόεντι πρὸς ὔρανον ἤλυθε δίφρῳ. Quod de Elia *Foxus.*
à Gregorio Nazianzeno dictum,in noſtrum nouum Eliam appo
ſitè quadrat.Eliæ ac Cobhami mentio admirabilem illam(quam
Cheremon Epiſcopus & vxor eius in cælum animo & corpore ſublati.
Melanchthon narrat)hiſtoriam in mẽtem mihi reuocat de Che- *In additione ad Chronic. Carion.*
remone Epiſcopo cum vxore,corpore & animo in cælum ſubla-
to. Faceſſant itaque, qui negant, licere Epiſcopo vxorem ducere,
aut Deo nõ placere huiuſmodi nuptias: quas pari aut maiore mi-
raculo,quàm illas olim in Cana Galilææ,honeſtaſſe videtur. Sed
Tindallus.
nos iam ad ſe Tindallus,& ipſe quoq; Anglus,vocat,qui doctri-
nam,pietatemq; ſuam non libris ſolùm,ſed & ſanguine ſuo con-
ſignauit.Cuius fidei ſuæ magnitudinem Antuerpiæ oſtẽdit, cùm,
eo præſente, & Apoſtolicum ſymbolum ſecum meditante, qui-
dam, qui magicæ & præſtigiatricis ſuæ artis oſtentationem pro
more edere volebat,quantũuis eniteretur; id tamen præſtare non
potuit.Ita Diaboli omnem vim virtus & fides Martyris conſtrin-
xerat.Nec miraculo carere videtur, quod quidam ex noſtris Cõ- *Criſp. lib. 5.*
feſſoribus præter omnem humanam ſpem carcere fuerint liberati,
Gardinerus.
ti, ac ignis, qui innocentem Gardinerum exuſſit, in portum lon-
gè diſſitum repẽtè delatus,vnam ex regiis nauibus iuſta Dei vin- *Foxus.*
dicta exuſſerit, & regis Portugalliæ mors pòſt fuerit inſecuta.
Quis verò non obſtupeſcat ad inſignis illius miraculi magnitu-
Stephanus Manginus.
dinem,quo noſtri Martyres, etiam linguis exſectis, loquuti ſunt?
En igitur tibi Stephanum Manginum,pręciſa lingua,terita,vt ab *Ioan. Criſp. lib. 3.*
audientibus intelligeretur,precantem; Sit nomen Domini bene-
Ioannes Filiolius. Iulianus Leuelhæus.
dictum. Ecce tibi aliâs Ioannem Filiolium, & Iulianum Leuel- *Idem lib. 7.*
hæum,auulſis linguis,poſtridie,cùm ad ſuppliciũ ducerentur, ſe
tandem aliquando Diabolo,mũdo,carni, & omni deinceps pec-
cato nũcium in perpetuum mittere, & alia quædam ad ſummum
adſtantium ſtuporem expeditè loquutos: cùmque eos ſulfureo
illo puluere conſpergeret lictor; forti ac generoſo quodam ani-
mo,Satage,inquit Filiolius, & probe ſalito corruptas & putridas
has carnes. Quod genus miraculi neſcio, an vllis vnquam vete-
rum Martyrum contigerit,niſi quòd Cẽturiæ noſtræ ex Sigeber- *Cent. 6. cap.*
to referant,id orthodoxis quibuſdam in Africa contigiſſe. Cuius *13. p. 796.*
rei miraculum auxit, quod quidam ex eis arrogãtia quadam pro-
Ioannes Trigaletus.
pter hoc donum inflatus, repente obmutuerit. Sed quid adhuc
dubites, an iſti ſint Martyres? cùm Ioannes Trigaletus, vnus ex
egregiis illis Martyribus, quos Geneua nobis peperit,qui Came *Criſpinus.*
raci combuſti ſunt,exclamarit; Deus Martyrũ iam te ſpiritu cer-
Miraculum Crucis in Pſeudomartyre.
no ſurſum in tuo ſolio ſedentẽ, & cælos apertos video,ſicuti Ste-
phano ſeruo tuo dediſti moriturus, vt intueretur. Quid de illo *Foxus in act. & monumẽt. Anglic. pag. 1670.*
præterea exiſtimandũ cenſes, qui cum Brandfordiæ in Anglia tua
cũ quinque aliis in rogũ eſſet adſcenſurus,à Deo enixè poſtulaſſe
fertur,vt aliquod diuinitus illuſtre daret documentũ,quo popu-
lus

lius certior fieret, veram eſſe eam & ſinceram religionem, pro qua ipſe cum ſociis nō dubitaret mortem obire? Nec eius votis Deus defuit. Ilicò enim apparuit in pectore precantis niuea quædam crux; cuius latitudo ab vno ad alterum humerum porrigebatur, longitudò æquabat latitudinem. Atque ea quidem conſpicua eſſe non antè deſiit, nec ex oculis hominum prius euanuit, quàm totum ipſius corpus in ignem corruiſſet. Quid? an vel à Deo inſigniora pro Martyribus ſuis miracula; vel ab ipſis Martyribus inſigniorem fortitudinem exſpectare poteris? Cuius cùm ceteri omnes, tum & Cranmerus ille illuſtre ſpecimen dedit; cùm dexteram illam, qua paullo ante inani quadam ſpe vitæ lactatus, metuque tam horridæ mortis fractus, ad Papiſticam fidem chirographo ſuo cōteſtandam turpiter abuſus fuerat, illa omni conteſtatione ſalubri pænitētia reſciſſa, vltro in flammas ad luendam perfidiæ ſuæ pœnam iniecit. Atque hic tam maſculus Cranmeri animus valde mihi ſuſpiciendus videtur. Sed illum quidem ætatis grauitas, & dignitatis, doctrinæque magnitudò ad hanc conſtantiam facile perducere potuiſſe videtur. Quo mihi magis admiranda, & deprædicanda videtur iuuenis illius in aula educati, Thomæ Hauxi fortitudo. Qui ante mortem, cùm rogatus eſſet à familiaribus, vt in medio flammarum ardore documentū aliquod daret, num tanta illarum vis eſſet, vt omnem prorſus memoriam adimeret: toto corpore flammis pæne exeſo, cū exſpiraturus credebatur, en tibi repentè manus iam pæne ambuſtas in ſublime ſupra caput extulit; easque magno, idque tertiùm repetito, plauſu concuſſit. Verùm, quod multo magis eſt admirandum, exſtitit alius, qui, poſtquam pedes, manus, brachiaque illius ignis abſumſiſſet, è mediis flammis Papiſtis inſultabat, ſe miro Dei beneficio, inſolitoq; miraculo, omnis doloris & cruciatus expertem conſtanter exclamans: ne vel noſtris Martyribus Babylonicorum puerorum gloria deeſſet. Quare iſtos cum primis Eccleſiæ athletis iuſtiſſimè Foxus comparat. Neque hic me reprimere poſſum, quin elegantem illam collationem, illius tibi verbis referam. *Etſi, inquit, eorum cineres, catenas, gladios, pro Reliquiis non habeamus; hoc tamen ipſorum demus memoriæ, vt Dominum in Sanctis ſuis glorificemus, ac mortem eorum (qua licet) pari conſtantia, ſaltem vitā innocentia imitemur. Si Martyres Martyribus ſint conferendi, haud equidem video, cur minus & noſtris hodie Martyribus officij laudiſq; debeatur; quippe qui nulla commendationis parte ſint illis inferiores, ſiue numerum ſpectemus morientium, ſiue afflictionum magnitudinem, aut in moriendo conſtantiam; vel fructus etiam expendamus, quos vita hominum & Euangelio amplificando attulerunt. Illi ſiquidem naſcentem veritatem ſanguine irrigarunt, hi verò collapſam cineribus reſtituerunt. Illi in prima acie conſtituti, primos hoſtium impetus ingenti conſtantiæ magnitudine exceperunt, noſq;*

Thomas Cranmerus.

Foxus Latin. pag. 446.

Thomas Hauxus.

Foxus Latin. pag. 117. Anglice 1730.

Georgius Bainamus.

In proœmio commentat.

Iniqua Pſeudomartyrum cum veris Martyribus comparatio.

noſq́; docuerunt vincere: At iſti nihilo ſegnius vicerunt triarij. in vltima cadentes regione. Illi tanquam egregia mundi ſeminaria, primi omnium arua Eccleſiæ inculta conſeruerunt. At hi irrigua ſanguinis ſui fecunditate ad maturitatem hanc prouexerunt. Hactenus Foxus. Atque iſta quidem, & multa alia Deus miracula per Euangelicos edidiſſe videtur, vt totam illam veſtram cantionem, & quaſi vnicum perfugium auferret; dum aſſeritis, nullis adhuc ſignis eorum fidem eſſe confirmatam. Quę cùm Euangelicos permultum, & amplius quàm verbis conſequi poſſum, tum certè me quoque adhuc nõnihil mouent, & neſcio quod impedimentum, ne totus ad veſtros tranſeam, iniiciunt. Sed quoniam tu tuas hodie partes præclarè egiſti, & die dilabente noctem inſtare iam video; nec paucis tua concludi poſſe videtur reſponſio, ne me nimis importunum penſi tui exactorem exiſtimes, craſtinam lucem exſpectandam cenſeó. IREN. Eam igitur exſpectemus: quæ, ni fallor, omnes iſtas tenebras, quas tibi Pſeudomartyres offudere, Catholicæ Eccleſiæ, & verorum Martyrum clariſſimis radiis diſſipabit.

FINIS DIALOGI QVINTI.

DIA-

DIALOGVS SEXTVS CONTRA PSEVDOMARTYRES.

Non eſſe attendendum, quid, aut quàm fortiter, ſed quam ob cauſſam quis patiatur. Vera fortitudo in quo conſiſtat.

Cap. I. IRENÆVS.

QVÆ de conſtantia & fortitudine Euangelicorum à te heri dicta ſunt, mi Critobule, non ignoro multis quidem videri admirãda; & quæ illorum cauſſam atque doctrinam valde commendent. Verumenimuero iſti homines nõ ſatis adhuc intelligunt, in quo vera fortitudo ſit ſita; vt qui cauſſam à morte, non mortem à cauſſa pendere arbitrentur. Excellens certè & humana contemnens animus cernitur, ſi id ſolum, quod honeſtum ſit, bonum iudices. Nec eum, qui grauia atque acerba infracto animo, ſed qui ea tolerat, quæ decet, cuius cauſſa, quemadmodum, & quo tempore decet; fortem & magnanimum dixerim. Pro dignitate enim, &, vt ratio iubet, fortis agit: qui ſolius virtutis cauſſa dura & aſpera contemnit. Si enim aliò reſpiciat, ſi ignorantia cæcatus, ſi ira, odio, dolore, cupiditate, ſi aut pœnæ ſubeundæ metu, aut præmij adipiſcendi ſpe, aut alio affectu abreptus, ſe periculis exponat, à tantæ laudis ornamento remouebitur. Ignorantia certè in neminem adeo cadit, vt in hæreticos; qui falſa pro veris amplectuntur, imo qui ſe hæreticos eſſe plærunque vix, aut ne vix quidem ſciunt. Quòd ſi ſemel intelligerent, non ſe ita, credo, præcipitarẽt, & vltro in tam ignominioſam mortem abiicerent; ſed, vt olim Argiui, cùm auidi in prælium ruerent contra hoſtes, quos errore decepti Sycionios putabant, cum eos Lacedæmonios eſſe intellexiſſent, præcipites ſe in fugam dederunt: ita iſti nihil ſibi celeritatis relinquerent, vt hunc tam turpem, & triſtem obitum deſugerent. Nunc verò non magis fortes ſunt, quàm aſini, qui, ne pabulo careant, fuſtiarium dorſo excipiunt, aut adulteri, latrones, & alij id genus; qui libidinis, vel prædæ potiundæ cauſſa grauibus ac manifeſtis periculis ſeſe obiectant. Ex qua cauſſa legimus Abydonis oppidum nobilitatum propter Leandrum, qui inde per Helleſpontum ad amicam natando traiicere ad Seſton ſolebat. Nec meliore quidem ego loco [1] Vualdenſem illum pono, qui ſumma hieme idem per Ibim fluuium factitabat, vt Catholicum quendam ſua hæreſi inficeret. Et quoniam inanis quædam nominis, ac famæ titillatio atque

Cicero lib. 1. offic.

Ariſt. Ethic. lib. 3. c. 5. 6. 7. 8. & 9.

Pompon. Mela lib. 1. cap. 19.

1 Reinerius tallas. de Vualdẽ. hæ.

Hæreticos, qui mentis peruerſæ fidei pœnas ſubeunt, non eſſe fortes & magnanimos.

Fortis & magnanimus quis.

Ignorantia maximè cadit in hæreticos.

Argiui.

Hæreticorum fortitudo cuiuſmodi ſit.

Leander quid Veneris gratia fecerit.

Vualdenſis quidam quantum laboris ſubierit hæreſeôs cauſſa.

Hæreſis quid patiatur & alat.

que

que pruritus maxima ex parte hæreſes & parit, & alit (* *Hæreticus* * *Auguſtinus de vtilitate credendi ad Honoratū cap. 1. tom. 6.*
Hæreticus quis ſit. enim *eſt is, qui alicuius temporalis commodi, & maximè gloriæ, principatuſq́; ſui gratia, falſas ac nouas opiniones, vel gignit vel ſequitur*) non eſt
incredibile, multos ex tuis Pſeudomartyribus, non alia magis de
cauſſa obiiſſe, quàm ob eam ipſam, propter quam hæreſibus ſeſe
Gloriæ cauſſa multos mortem ſibi conſciſcere. primum dederunt. Crit. Non facile in animum inducam,
gloriæ ſolius quenquam cauſſâ mortem ſibi accerſere velle.
Iren. Huiuſmodi exempla in veterū libris vbique obuia ſunt. *Tertull. ad Mart.*
De quibus inter alios ad hunc modum Tertullianus: *Longum eſt,*
inquit, *ſi enumerem ſingulos, qui ſe gladio conſecerint, animo ſuo ducti.*
Lucretia. *De feminis ad manum eſt Lucretia, quæ vim ſtupri paſſa, cultrum ſibi*
adegit in conſpectu propinquorum, vt gloriam caſtitati ſuæ pareret. Mu-
Mutius Scæuola. *tius manum ſuam dexteram in ara cremauit, vt hoc factum eius fama ha-* *De Peregrino vide Lucianū de morte Peregrini.*
beret. Minus fecerunt philoſophi, Heraclius, qui ſe bubulo ſtercore oblitum
Heraclitus. Empedocles. *exuſſit; Item Empedocles, qui in ignes Aetnæ montis diſſiluit; & Pere-*
grinus, qui non olim ſe rogo immiſit: cùm feminæ quoq; cōtemſerint ignes. *Ammianum Marcellinum lib. 29.*
Dido, cùm poſt virum dilectiſſimum nubere cogeretur: Item Aſdrubalis
Dido. Aſdrubalis vxor. *vxor, quæ, iam ardente Carthagine, maritum ſuum ſupplicem Scipionis*
**videret, cum filiis ſuis in incendium patriæ deuolauit. Regulus dux Roma-* **Fortè eſſet. videns.*
norum, captus à Carthaginenſibus, cùm ſe vnum pro multis captis Cartha-
Regulus. *ginenſibus compenſari noluiſſet, maluit hoſtibus reddi, & in arcæ genus*
Cleopatra. *ſtipatus, vndique extrinſecus clauis confixus, tot Cruces ſenſit. Beſtias fe-*
mina libens appetiit, & vtique horridiores aſpides ſerpentes tauro vel vr-
ſo, quas Cleopatra immiſit ſibi, ne in manus inimici perueniret. Hacte-
nus Tertullianus. Crit. Atqui de Chriſtianis fas non eſt, hu-
Martyrium gloriæ cauſſa inutile. iuſmodi quicquam cogitare. Iren. Hanc igitur tibi omnem
dubitationem Hieronymus, aut Apoſtolus potius adimit. *Longa,* *Ad Gal. c. 5.*
inquit Hieronymus, *oratio, pallor ex ieiunio ſequens* (*non mea ſunt*
verba, ſed Saluatoris ex Euangelio perſonantis) *ipſa quoq; caſtitas in ma-*
trimonio, viduitate, virginibus ſæpe plauſum quærit humanum; &, quod
timeo dicere, ſed dicendum eſt, Martyrium ipſum, ſi ideo fiat, vt admira-
tioni & laudi habeamur, fruſtra ſanguis effuſus eſt. Loquatur Apoſtolus,
loquatur vas electionis: ſi tradidero corpus meum, vt glorier, charitatē aūt
καυθήσομαι. καυχήσομαι. *non habeam, nihil mihi prodeſt. Latini legunt ardeam, ſed ob ſimilitudi-*
nem verbi, quæ apud Græcos ardeam & glorier, id eſt, καυθήσομαι & καυ-
χήσομαι, *vna litteræ parte diſtingitur; apud noſtros error inoleuit. Sed &*
apud ipſos Græcos exemplaria ſunt diuerſa. Vides igitur gloriæ cauſſa
non Ethnicos modò, ſed & Chriſtianos mortem oppetere poſſe.
De quibus hūc locum Pauli ita etiam Auguſtinus interpretatur,
& hæreticos quidem homines, licet Chriſtum confiteantur, non
tamen propter ipſum mori: neque in eis locum habere illud Da-
uidis: *propter te mortificamur tota die, facti ſumus ſicut oues occiſionis.* *Pſal. 43.*
Hos igitur & alios huius generis nemo rectè fortes, ac magnani-
mos dixerit. Neque enim aut pericula ſine cauſſâ adeunda, neq;
cùm

cùm tempus poſtulat, refugienda. Alterum mollis ac eneruati; alterum temerarij ac præcipitis animi eſt. Quare nec ille Lacedæmoniorum mos laudandus, qui, cùm pueros ſuos ad furtum aſſueſcerent, eos maximis laudibus euehebant, qui illud ita clam admitterent, ne deprehenderentur, aut à quibus facti confeſſionem nulla tormenta exprimerent. Atque ideo valeat forte apud eos, apud nos non valebit pueili illius commendatio, qui vulpeculam furto ablatam, ſibique per ſodales traditam, vt dominorum inquirentium ſolicitudinem eluderet, veſte abditam tenuit; nec eam, quamuis latus ipſius miſerè laceraret, & dentibus atq; vnguibus effoderet, dimittere voluit. Nolo hic, neque neceſſe puto, præſertim apud te, exēpla, quibus omnis antiquitas abundat, eorum referre, qui etiam in peſſimis cauſſis animo pertinaci, & obfirmato exquiſitiſſima, nullo doloris ac gemitus ſigno edito, tormenta, quaſi ea in alieno corpore exciperent, ſuſtinuerunt. Admiranda quidem, ſed non laudanda illa, ac generoſa magni & elati animi fortitudo fuit; præſertim cùm in mediis illis tormentis quidam eorum etiam de ſceleribus ſuis exſultarent, & ſe glorioſè venditarent. Cuius rei memorabile exemplum præbuit Hieronymus Olgiatus, ſiue vt quibuſdam placet, Oleatus, ciuis Mediolanenſis, vnus eorum, qui Galeatium Sfortiam Mediolanenſem Ducem interfecerunt. Nam cùm captus fuiſſet, atque in cuſtodia miſerè diſcruciatus, vt eius cædis conſcios proderet, licet vix duos & viginti annos natus, molli & effeminato faciei & corporis totius habitu virgini, quàm viro ſimilior, nec armis vnquam aſſuetus eſſet; funi, quo torquebatur, appenſus, perinde ac ſi tribunali inſideret, omnis doloris expers, ſonora voce, & ſuum, & ſociorum facinus ſummis laudibus euehens, nullum omnino pænitentiæ, nullum formidinis ſignum edidit. Porro ad locum horrendi ſupplicij deductus, comites, qui metu exſangues videbātur, oratione ſua ad fortitudinem animi cohortatus, carnifices orare non deſtitit, vt ipſum ante alios mactarent, quo reliqui eius exemplo mortem æquiore animo perferre diſcerent. *Nudus*, vt Baptiſtæ Fulgoſi verbis vtar, *igitur in diſco protenſus, cruribus brachiisq́; addiſci pedes deligatus, cùm eos, qui adſtabant, præparata mortis ſpecies atque horror auerteret; ipſe ſpecioſis verbis atque intrepida voce perpetratum facinus extollens, nequaquam ſe, quod tunc inſtabat, ſæuum mortis genus curare oſtendit. A ſummo igitur humero vſque ad medium pectus carnificis falce diuiſus, nec verbis nec voce mutata, vitam ſimul cum oratione finiuit.* Atque ab hoc genere patientiæ ne imbecillis quidem, ac fragilis feminarum ſexus eſt excluſus; vt de Leæna illa meretrice, Epichari, & aliis feminis proditum eſt. Leæna certè *conſcia coniurationis, cùm propterea torqueretur à tyranno, & non prodidit coniuratos, & nouiſſimè linguam*

Lacedæmoniorũ mos illaudatus.

Plutarch. in Laconic. apopth.

Pueri Lacedæmonij inſignis tolerantia.

Malos nonnunquam mortẽ & exquiſitiſſima tormenta intrepido animo tolerare, & de ſceleribus his etiam in mediis cruciatibus gloriari.

Ioan. Mich. Brut. lib. 6. hiſtor. Floręt.

Hieronymi Olgiati parricidæ inuicta tormentorum tolerantia.

Fulgoſius & Egnatius lib. 3. dict. & fact. memorab. cap. 3.

Baptiſta Fulgoſius.

Leæna meretricis inuictum animi robur.

Tertull. ad Martyr.

ſuam comeſtã in faciem tyranni exſpuit: vt nihil agere ſe ſcirent tormenta, etſi vltra perſeuerarent. Sed quid ego ad antiquitatem, ad maiorum, & parentum memoriam recurro? cùm ne quotidiana quidem triſtis, & deſperati huiuſmodi exitus nobis exempla deſint eorum, qui poſt grauiſſima ſcelera admiſſa omnes quæſtiones, torturas, ſupplicia, omneſque mortes irrident: vt nihil hic omnino dicam de iis, qui vltro mortem ſibi per aquas, ignes, laqueos, enſes, venena, præcipitia accerſunt. Qui omnes, & ceteri id genus longiſſimè à veræ fortitudinis laude abſunt: nemo tamen longius hæretico, & iſtis tuis Pſeudomartyribus.

Hæreticos & Pſeudomartyres longiſſimè abeſſe à vera fortitudine.

Virum enim magnanimum ac fortem eum ſolum definimus, qui ſolius honeſtatis cauſſa nulla extimeſcit pericula, nulla deprecatur. Quò eorum mors potiſſimum referenda eſt, qui pro patria, ac vera religione omnibus ſe periculis, omnique diſcrimini, intrepido animo obiiciunt & exponunt. Huiuſmodi certè, etiam à morte per veram gloriam viuere ſemper intelliguntur. Hinc ille Rhetorum campus de Themiſtocle, Meltiade, & aliis claris viris. Hinc illa tam ampla laus apud Iudæos Gedeonis, Dauidis, Iudæ Machabæi, & ſeptem fratrum Machabæorum; & apud noſtros Conſtantini, Theodoſij, Caroli Magni, & principum Boloniorum, Gotofredi ac Balduini, & ante omnes Chriſtianorum Martyrum, qui pro republica, aut fidè conſeruanda, nullis laboribus, nulli vitæ diſcrimini pepercerunt.

Vir fortis & magnanimus quis.

Viri, qui maximè nominis inter Chriſtianos ob fortitudinem fuerunt.

Quorum quid eſt ſimile in Pſeudomartyribus? Quod enim, quæſo, eſt vinculum, & neruus reipublicæ Chriſtianæ? Annon caritas, animorumque in eadem fidei ſocietate coniunctio? hoc autem ſummum Reipub. bonum hæretici totum conuellunt, ac diſſipant: animos prius coniunctiſſimos in immenſum diſiungunt; totamque deinceps rempublicam diuexant, diuellunt, lacerant, euertunt. Ruina enim totius reipublicæ conſociata ferè eſt cum religionis Catholicæ commutatione. Sit nobis Oriens, ſit Græcia manifeſto documento. Sed quid Orientem, & Græciam nomino? Vtinam vel reliqua Europa ab huiuſmodi exemplo libera eſſet. Vtinam reſpublica Bohemica tam nobilis ac florẽs hodie eſſet, quàm fuit ante iſtas religionis perturbationes: aut intra vnam Bohemiam hoc ſe malum ſiſteret, quod iam in Germaniam, Angliam, Galliam, & alias regiones longè lateque peruagatum eſt; ita certè, vt verendum ſit (huic niſi ocyus proſpiciatur) ne non ſolùm imperio, ſed etiam omnibus pęne Chriſtianis regnis triſtiſſimi exitus immineãt: quos ſola ferè hęreſis peperit, & pręterea pariet. Ac tu mihi interim iſtos Dei ac Chriſtianæ reipublicæ hoſtes, quia vel de ſceleribus ſuis ſe libris palam orbi venditant, vel neſcio quam inanis fortitudinis ſpeciem in iuſtis ſuppliciis edunt, ad Martyrum honorem efferes? Qua-

Hæretici ſunt labes rerum publicarum.

Religionis Catholicæ mutatio pernicioſa reipub.

Oriens.
Græcia.
Bohemia.

Germania.
Anglia.
Gallia.

Hæreſes.

res? Quare ne tu mihi amplius illorum ad ſupplicia alacritatem, aut Cranmeri tui perfidam dexteram (ſi tamen ſit verum) proponas. Quid enim ad aliquod conſtantiæ & fortitudinis exemplum trahis, quod in eo facto, ſi modò factum eſt, nullum tamen eſt? Primùm enim, qua illum fronte Martyrem iactas, aut conſtantem, qui ex Catholico Lutheranus, mox ex Lutherano Zuinglianus factus eſt? cuiusque fidem & conſtantiam, quaſi leuiſſimus quidam ventus, quælibet vitæ ſpes excuſſit: quique propter modicam ſenectutis iam ingraueſcentis vſuram, centies Luthero, Caluino & reliquis ſuis idolis maledixiſſet, eosque conſpuiſſet. Sed fortiter, ais, & intrepidè dexteram ignibus obiecit. Id autem quantulum eſt? Quantula illa fortitudinis laus? cùm totum mox corpus ambientibus flammis, vellet nollet, exedendum eſſet, temporarij ignis primitias per dexteram guſtaſſe. Quæ olim propter ſalutaris facti pænitentiam cum reliquo corpore ſempiternas in perpetuo igne pœnas luitura eſt. Ego vero tibi potius Ageſilaum illum Athenienſem, & propter idem ſtratagema Mutium illum Romanum, Scæuolam dictum, multoque magis, qui illos conſtantia ac cauſſa vicit Martyrem illum noſtrum Barlaam, & inuictam illius ab igne dexteram propono. Cui quantum cauſſa, tantum animi fortitudine & gloria cedit. Cauſſam itaque reſpicere, non mortem oportet. *Prædonibus*, inquit Chryſoſtomus, *raduntur & latera, & monumentorum perfoſſoribus, maleficisq́ue. Verum idem patiuntur & Martyres; facta ſunt eadem, ceterum animus & cauſſa cur hæc fiant, non eſt eadem, eoq́ue plurimum eſt diſcriminis inter hos & illos. Quemadmodum igitur in illis non tormentum tantùm expendimus, ſed potius animum & cauſſam, ob quam cruciatus inferuntur, conſideramus; & ob id Martyres amamus, non quòd cruciantur, ſed quòd ob Chriſtum cruciatus ferunt: contrà latrones deteſtamur, non quia puniuntur, ſed quòd ob malefacta puniuntur.* Sic & Pſeudomartyres iſtos nec laudamus, nec reprehendimus ob pœnas, aut miram iſtam (ſi vera ſit) tolerantiam, ſed latronibus ipſis grauius eos exſecramur, quod propter hæreſes defendendas, quæ cetera omnia peccata delicti grauitate ſuperant, mortē potius obire velint, quàm eas deponere. Quam quo audacius, & alacrius ſubeunt, & animoſius perferunt, eo magis ſunt reprehenſioni & vituperio obnoxij, eorumq́ue etiam poſt mortem memoria ad ſempiternam infamiæ notam magis damnatur.

Cranmeri puerilis leuitas & inconſtantia.

In Cranmeri facto nulla fortitudo.

Ageſilaus.

Mutius Scæuola.

Baſil. in Barlaam.

Barlaam.

Orat. 1. aduerſus Iudæos tom. 5.

Chryſoſtomus.

 Turcas

Turcas mori potius nonnunquam voluiſſe, quàm ſuam ſuperſtitionem deſerere: & pro Martyribus celebrari à Foxo non ſolum hæreticos, ſed & fures, ſacrilegos, reos maieſtatis læſæ, aliáſque id genus rerumpub. peſtes.

Cap. II. Critobvlvs.

Neqve ego quidem impios illos, quos recenſuiſti, inter magnanimos & fortes, ſed miſerrimos potius homunciones pono. At tu interim magnam iniuriam noſtris Martyribus facis, qui eos cum homicidis, & iis, qui ſibi ſceleratas manus inferunt, conferas. Neque enim illi vltro ſibi mortem accerſunt, ſed acciti, vt fidei ſuæ rationem edant, malunt à vita iſta temporaria cum æterna Martyrij gloria, quàm à Deo, & fide ſua turpiſſimè abire. Iren. Hoc idem dicet, hoc faciet pari conſtantia Iudæus, hoc Turca. Hac tibi ratione Turcæ illi Martyres futuri ſunt, quos Carolus quintus, nuper defunctus, in Hungaria cepit, quibus viuendi condicio oblata eſt, ſi Chriſtianam religionem amplecterentur. Qua illi condicione recuſata, cæſi ſunt. Crit. Apage mihi cum iſtis tuis Turcis, quos rectius Diaboli mancipia, quàm Martyres appellaris. Noſtra omnis oratio de Chriſtianis inſtituitur, & iis, qui pro Chriſtiana fide obeunt. Iren. Pulchrè: quaſi aut hæretici iam Chriſtiani amplius dicendi ſint, aut non illi Martyria quoque ſua olim iactarint, & pro errore ſuo tuendo ad certum ſe præcipites exitium dederint. Crit. Nullos vnquam fuiſſe Chriſtianos tam inſanos puto, vt vitā potius, quàm hæreſim relinquerēt. Iren. Ad Chriſti & Eccleſiæ contumeliam Chriſtiani nominis dignitate abuteris, dum eodem hæreticos honeſtas: cùm ad eos non pertineat. Abrupit enim ſe hæreticus ab ea ſocietate, cuius non magis membrum dicitur, quàm ramus ab arbore præciſus, arboris membrum dicitur. Qua de re Auguſtini ſententiam accipe. *Certum*, inquit, *propriumq́; fidei Catholicæ fundamentum Chriſtus eſt; fundamentum enim aliud, ait Apoſtolus, nemo poteſt ponere præter id, quod poſitum eſt; quod Chriſtus* Iesvs *eſt. Neque hoc ideo negandum eſt, proprium fundamentum eſſe fidei Catholicæ, quia putari poteſt aliquibus hæreticis hoc nobiſcum eſſe commune. Si enim diligenter, quæ ad Chriſtum pertinent, cogitentur, nomine tenus inuenitur Chriſtus apud quoſlibet hæreticos, qui ſe Chriſtianos vocari volunt; re verò ipſe non eſt apud eos.* Et alibi Auguſtinus: *Quiſquis ille eſt, qualiſcunque ille eſt, Chriſtianus non eſt, qui in Chriſti Eccleſia non eſt.* Et hæreticos Chriſtianos eſſe negat Tertullianus. de quibus ita & Epiphanius. *Nam etiam nunc homines omnes hæreticos æquiuocè Chriſtianos vocant, qui Chriſtiani non ſunt, Manichæos, inquam, & Marcioniſtas, Gnoſticosq́; atque alios. Et tamen vnaquæque hæreſis*

Turcarum in ſuperſtitione ſua pertinacia.

Hæretici nō ſunt dicendi Chriſtiani.

Auguſtinus.

Aug. in enchirid. cap. 5. tom. 3.

Hæretici nomine tenus Chriſtiani.

Sermon. 181. tom. 10.

Epiphan. lib. 1. tom. 2. hæreſ. 29.

hæreſis etiam ſi aliud nomen habeat, hoc gaudens ſuſcipit, quia per nomen ornatur. Videtur enim ſe ob Chriſti nomen iactare, non item fidem & opera. CRIT. Nolo iam tecum de nomine contendere. Vix vnquam tamen mihi perſuaſerim, quenquam hæreticum tam ſtupidum, vt vitam potius quàm hæreſim deſerere maluerit.

Foxus.

Atque *ſane inter tot, qui recentiore hac ætate ambuſti ſunt, quis tandem tres mihi proferat, qui palam de Deo, aut ſenſerint, aut dixerint impie, qui Chriſti diuinæ naturæ, vel vnicam detraxerint, qui vllam in Spiritum Sanctum blaſphemiam docuerint; denique qui vllo in fidei articulo minus orthodoxè diſſenſerint? Tantum de circumſtantiis quibuſdam locorum, temporum, ac perſonarum, atq; de humanis traditionibus omnis hæc perturbata eſt camerina.* IREN. Hæc te à Foxo tuo deſumſiſſe video: qui nihil hic, atq; adeò in tota hac ſacra infernorum Martyrum hiſtoria ſuo nomini, quod apud nos vulpem ſignificare non ignoras, diſſimile facit. Qui nobis non modò teterrimos hæreticos, ſed & fures, homicidas, atque etiam diuinæ & humanæ maieſtatis imminutæ reos, tantum non pro Martyribus adorandos obiicit. Habent enim hîc ſuum locum, & aliquot ex eis etiam ſuas laudes; Cromelius, Haleſius, Randallus, Touleus, ac Graia: è quibus Haleſius & Randallus, alter in aquis, alter ſuſpendio ſe ſuffocauit: Touleus capitali ſupplicio propter furtum violentum affectus; reliqui propter læſam regiam maieſtatem gladio cæſi. In quod crimen Sanderum ac Cranmerum, Pſeudomartyres ab ipſo Foxo, vt olim Cobhamum illum & Actonum, quòd regem conflato exercitu opprimendi concilium inierant, incidiſſe ab aliis proditur. Pari prudentia quoſdam propter ſacrilegium in Anglia ſuſpenſos inter nobiles iſtos Martyres reponit. Quanquam violatæ maieſtatis crimen ſedulò ab Actono & Cobhamo remouere conetur, de quo propediem & Viatum quoq; forſan purgabit ipſe, aut alius quiſpiam ex grege Euangelico Rhetor. Conſtat enim exſtare typis excuſum librum, qui, viua adhuc Maria, poſt ſupplicium de Viato ſumtum, populum ad nouas turbas, & nouam ſeditionē excitarit; idq; duobus nominibus, altero, quia mulieri fas nō ſit imperare; altero, quod Maria veræ ac puræ religionis foret hoſtis. Sed mirum eſt, videre præpoſteras iſtas rationes, ac inuerſam Foxi tui prudentiam. Quod longè grauius eſt, ſponte Cobhamo ac reliquis crimen inſidere patitur, id eſt, hæreſis notam; illam autem alteram de horrendo quidem proditionis, ſed minore tamen crimine, præclara quadam ſpongia detergere conatur. Quod hac totum arte facit, vt, ſi ſemel lectoribus perſuaſerit, eum ob falsam religionem Catholicam impugnatam defunctum, nullo interpellante, egregiam quandam ſedem inter inferni Diuos obtineat. Quò de Cromelio, & aliis an etiam ſpectauerit, ipſe viderit. Ego certè ta-

Foxi in Pſeudomartyrologio ſuo vulpina fraus.

Polidor. in hiſt. Anglor.

Haleſius, Randallus mortem ſibi conſciuerūt.

Touleus furti reus.

Sanderus, Cranmerus, Cobhamus, Actonus rei læſæ maieſtatis.

Viatus.

Liber ſeditioſus contra regimen femininum ab Euangelica ſchola profectus.

Foxi in Cobhamo purgando imprudentia.

Cromelius.

certè talia ornamenta ac emblemata tantæ Martyrum hiſtoriæ non inuideo. Imo miſeret me potius tantæ hominum cæcitatis, qui denſiſſimas tenebras pro clariſſima luce venditant. Nec video, quid iam ſuperſit, niſi vt & Poltronium quoque, nefarium illum clariſſimi ducis Guiſiani parricidam, inter Euangelicos Martyres referamus. Prodiit enim iam libellus, qui tam horrendum factum ſummæ pietatis laude commẽdat, & ornat. Iam inter alios affinem quoque ſuum Randallum ſuſpenſum in muſæo, digito in quendam ſacræ Scripturæ locum porrecto, qui de prædeſtinatione agebat, nobis proponit; ſed ita vt lubens in Catholicum aliquem, omnem illam horrendam culpam ab affini auerteret. Quod ſi ſemel detur, nihil impedit, quin & ille Martyrum choro adſcribatur. Sed cur non ille potius, quod res eſt, & quod triſtia quotidie deſperationis exempla oſtendunt, cogitat, exſecrandam illam doctrinam, qua Deus non minus Iudæ (proh nefas) proditionis, quàm Paulo conuerſionis & pænitentiæ cauſſa fuiſſe proditur, totius huius mali fontem ac ſeminarium fuiſſe. Nam omnis iſta ſuſpicio, qua Foxus inuidiam necis illius in Catholicos fraudulenter & malitioſè conferre conatur, facile amouetur; cùm conſtet eum laqueo in collum inſerto ſtrangulatum fuiſſe in muſæo repertum, foribus muſæi peſſulo ſic introrſum obditis, vt, qui extrinſecus, & foris eſſet, ad eundẽ modũ nemo obdere potuerit. Quantũ vero eum & quàm violenter non affinitatis modò, ſed & alij propter nimiam illam ſuam in ſectas propenſionem affectus abripiant, ſatis prodit in Haleſio. Quem etſi in tam atroci facto non audet inter Martyres Euangelicos ponere; ita tamen rem agitat, ac verſat; vt nõ modò è damnatorum numero eximat, ſed & noſtris Martyribus æqualem faciat, aut certè ſuperiorem: Illis, inquam, virginibus, qui ſe ſimiliter quidem in aquas, ſed non ſimili aut conſilio, aut cauſſa olim proiecerant. Quas cur pro Martyribus colat Eccleſia, ante biduum dixi, nec repetere neceſſe erit: cum quibus nihil habet commune Haleſius. Neque enim ſolius pudicitiæ (vt Foxus fingit) ſed Chriſtianæ fidei, propter quam ad tribunalia Tyranni abripiebantur, conſeruandæ cauſſa agebatur. At licet non factum probet Foxus, tamen vt atrocitatem tollat, & purgationem aliquam adferat, grauem occaſionem ſubeſſe docuit, quia ſcilicet alioqui, ſi vixiſſet, audienda Miſſa ſe contaminaſſet. Pulchrè ſanè; cùm mors homini pio ac Chriſtiano centies potius expetenda foret, quàm vt ſacroſancta illa Miſſæ, & fidei noſtræ myſteria vel nutu, nedum verbis aut factis, violare in animum induceret: vt nihil dubitem, piaculum mille mortibus, totoque inferno nunquam expiandum admiſiſſe Gardinerum, qui in Portugallia ſacram Euchariſtiam Sacerdoti

Poltronius perditiſſimus ſceleſtiſſimus vir, Ducis Guiſiani parricida

Randallum necis culpam quàm malitioſè Foxus in Catholicum aliquem transferre contra omnem probabilitatem conetur.

Exſecranda Euangelicorũ quorundam aſſertio; Deum cauſſam fuiſſe tam proditionis Iudæ quã conuerſionis Pauli.

Haleſij mortem ſibi conſciſcentis impium facinus quàm iniquè Foxus cõparet cum factis virginum illarum quas vt Chriſti Martyres, Catholica Eccleſia colit.

Euſeb lib. 8. cap. 12.

Atrocitatem facti Haleſiani vt Foxus excuſare conetur.

Foxus.

cerdoti ereptam (horreo totus ad tam atrocem memoriam) pedibus contriuit; & Pekum, qui eandem caniculo porrigebat; ac Collinzium, qui, dum Sacerdos de more hoſtiã attollebat, ſpectante populo, caniculum pedibus arreptum ſupra verticem ad Sacramenti contumeliam erigebat. Quæ monſtra hominum, aut potius cacodæmones doleo Angliam meam vnquã peperiſſe. Sed hi, & ſi qui huiuſmodi fuerunt, certè totius inſulæ non niſi excrementa, & fæces, aut potius excrementorum, & fæcium ſentina fuerunt. Illâ vero Gardineritiâ cloacâ apud pios Portugallenſes exhauſtâ, purgataque terrâ à tam fœdo & exſecrando odore, releuata & recreata illis, vt verè erat, reſpublica videbatur. At Foxus pro ſua vulpina pietate Gardinerum, vt ſuperni numinis cæleſtem legatum, ſuſpicit, ac Portugallenſibus iraſcitur, quod nouum illum Apoſtolum non adorarint. Sed iſti Pſeudomartyres, in hoc patres illos ſuos Donatiſtas pulchrè æmulantur, qui præ odio in Catholicos, Euchariſtiam in templis eorũ repertam canibus ſuis proiecere. Sed illi ſtatim agnoſcentes diuinam præſentiam, & dominorum ſuorum in Deum immanitatem, in eos impetum fecerunt, eosq; diſcerpſerũt. Noſtros vero nouos Donatiſtas Cerberus ſine dubio apud inferos pro tam horrendo facinore diſcerpit, ac laniat. Sed redeo ad Haleſium, quem propterea pro Martyre à Foxo haberi non puto, quia Deum pro eo interpellat, ne illud eius factum ei in iudicio imputet. In quo ille nouam ſchôlam auſpicatur, non modò à Catholicis, ſed ab Euangelicis diſſentientem: Vt, cùm Euangelici pro nullo defuncto; Catholici vero pro illis, qui non deſperanter moriuntur, orent; iſte, cum pro iis, quibus prodeſſe poſſet, orare recuſet, pro illis qui deſpondent animum, & pro peccato (pro quo Ioannes orare prohibet, quia peccatum ſit ad mortem) nihilominus oret. In Touleo fortè lepidus homo voluit ſe & lectores exhilarare, quaſi in ridiculo crudelitatis exẽplo in hominẽ ſuſpenſum, mortuum, ac ſepultum, denuoque effoſſum, ac combuſtum edito. Qui Cardinalem Polum, virum certè talẽ, vt præter generis nobilitatem neſciam an meliorem eo & doctiorem Anglia vnquam pepererit, qui ſingularis ſanctitatis & eruditionis ſuę fama Europam impleuit, tanquam in ſolos mortuos fulminantem, impiè traducit. Ac indignatur religioſus homo Buceri, & Fagij Cantabrigię; Oxonij vero vxoris, ſiue potius ſcorti, Petri Martyris oſſa eruta è ſepulcro, & vel ignibus tradita, vel ignominioſè alibi proiecta. Verum expoſtulet potius cum pio rege Ioſia, qui Pſeudoprophetas occidit, & mortuorũ prius ſepulcra diſſipauit, ac oſſa igni abſumſit. Sed ignorat fortè iſte prudens homo, totus in nouam iſtã Theologiam immerſus, non ſolùm hæretici, ſed & eorum, qui patriæ aut principis maieſtatem violant, memoriam poſt eo-

Gardineri, Peki, Collinzii tetra & horrenda in Euchariſtiam flagitia.

Optatus Meleuit lib. 2.

Donatiſtarũ in Euchariſtiam flagitioſa impietas.

Diuina in Donatiſtas vindicta.

Noua penitus Foxi doctrina tam ab Euangelica quàm Catholica diſſentiens.

1. Ioan 5.

Touleus.

Reginaldus Polus Cardinalis.

Foxi iniuſta indignatio de cadaueribus Buceri, Fagii & Dalila Petri Martyris vel combuſtis vel ignominioſè proiectis.

4. Reg. 23.

2. Para. 34.

Ioſiæ iuſta in Pſeudoprophetarum cadauera animaduerſio.

Euangelicorum in ſepulcra, imagines, oſſa, & monumenta Martyrum atq; Sanctorum impietas.

S. Thomæ Cantuarienſis Archiepiſcopi Reliquiæ contumelioſè diſſipatæ.

poſt eorum mortem damnari poſſe. Verumenimuero nihil habent, quod querantur de effoſſis huiuſmodi impiorum ſepulcris, quæ nullo vnquam, aut humano, aut diuino iure ſancta fuere; qui Martyrum, qui Sanctorum cum Chriſto regnantium monumenta, Imagines, & ſacros cineres omni iniuria ac contumelia vexauerũt, & inter alios, Reliquias Thomæ Martyris Cantuarienſis olim in Anglia Archiepiſcopi; cuius & Sleidanus meminit, ignibus abſumſere. Cur non Geneuenſes ſuos potius in ius vocat, apud quos non ante ita multos annos demortui, qui Catholico more Sacramenta ſibi miniſtrari poſtulauerat, cadauer Cruci ſuffixum traditur?

Non eſſe nouum & inſolens, vt heretici vel pro fide Chriſti vel pro ſua hæreſi moriantur: & cur plures hodie ſint Pſeudomartyres, quàm vllo antea ſæculo. Pſeudomartyres laudem veri Martyrij aucupari, vt ſolent ſæpe vitia virtutum quandam ſpeciem præ ſe ferre.

Cap. III. Irenævs.

Nec iam tibi mirum videri debet, ſi cùm iſti neſcio qua cæleſti virgula, quos velint è cælo detrudant ad inferos, quos hactenus orbis Chriſtianus pro Sanctis & Martyribus veneratus eſt; eadem etiam auctoritate Pſudomartyres ac totius reipublicæ peſtes, Eccleſiæ & patriæ hoſtes, homineſque omnibus ſcèleribus nobilitatos cælo inferant. Id quod faciunt præclara quadam Montaniſtarum æmulatione; qui Alexandrum quendam ex ipſorum ſchola pro Martyre adorabant: quem tamen non pro fide, ſed propter latrocinia & alia facinora pœnas dediſſe publica iudicij monumenta teſtantur. Et Donatiſtæ *viuebant vt Latrones, moriebantur vt Circumcelliones, honorabantur vt Martyres.* Iſtud enim tam honoratum Martyrij nomen, vt hodie noſtri Pſeudoeuangelici, ita & olim veteres hæretici ſibi inſolenter arrogabant, Marcionitæ, Montaniſtæ, Meſſaliani (qui propterea ſe Martyrianos appellabant) Nouatus & multi ex eius ſecta, Arriani, & Circumcelliones (de quibus diximus) Donatiſtæ, Priſcillianiſtæ, cum aliis. Iam ſcelerati illius Manetis ſiue Manichæi diſcipuli, cùm contemtim Chriſti paſſi, & alios eius nomini dedicatos dies celebrarent, diem, quo Manes occiſus eſt, præcipuo quodam honore proſequebantur; vt his verbis oſtendit Auguſtinus: *Plerunque,* inquit, *nullum Paſcha frequentant, niſi interdum à paucis tepidiſſima celebritate, nullis vigiliis, nullo prolixiore ieiunio, nullo denique feſtiuiore apparatu, ſed Bῆμα ſuum id eſt diem quo Manichæus occiſus eſt, quinque gradibus inſtructo tribunali, pretioſis linteis adornato, ac in promtu poſito & obiecto adorantibus, magnis honoribus pro-*

Montaniſtæ Alexandrum latronem pro Martyre habuerunt.

Donatiſtæ.

Veteres Hæreticos perinde ac hodie Euangelicos nomen Martyrii inſolenter ſibi arrogaſſe.

Manichæi.

Hunericus rex Arrianus cõbuſſit Manichæos.

Euſebius lib. 5. cap. 18.
Aug. Epiſt. 68. tom. 2.

Epiph. lib. 3. tom. 2. hæreſ. 80.
Socrat. lib 2. ca. 38. li. 4. ca. 28. & 33.
Sozom. lib. 6 cap. 37.
Seuer. Sulp. in ſacra hiſtor. lib. 2.

Contra Epiſtolam Manichæi cap. 8. tom. 6.

ribus pro-

Victor de perſecut. Vand. lib.

ribus proſequuntur. E quibus Hunericus Vandalorum rex, licet Arrianus, & Catholicorum efferatiſſimus hoſtis, plurimos incẽdio abſumſit. Inter quos repertus eſt Clemẽtianus quidam, qui in femore ſcriptũ habebat: *Manichæus diſcipulus Chriſti Ieſu*. Ex iſtis verò, quos memorauimus, alij pro hæreſi ſua, alij pro Chriſto, ſed ſine Chriſto & Martyrij vero honore, obierunt. Inter quos Marcionitæ, & Montaniſtæ de Martyrum ſuorum numero ſe valde efferebant; quem ad confirmationem doctrinæ ſuæ (quod hodie faciunt Apologetici) rapiebãt. Quod ex Apollinario Hieropolitano ſcribit Euſebius. Certè Arrius ſe propter veritatem Alexandria pulſum queritur, & Philogonium, Hellanicum, Macarium ac reliquos Catholicos hæreticos vocat: & *hos*, inquit, *impios audire non poſſumus, etiã ſi mille mortes hæretici minentur*. Quare cõſtitutum ſæpe veterum patrum Synodis reperimus, ne quis, relictis veris Martyribus, Pſeudomartyres coleret. Quid hîc dicam, quia conſtantia, aut indurata potius quadam animi obſtinacia ad mortem currebant Anabaptiſtæ Bernardi ſæculo? De quibus ille inter alia ita ſcribit: *Mirabantur*, inquit, *aliqui*, *quod non modo patienter, ſed & læti, vt videbantur, ducerentur ad mortem: ſed qui minus aduertunt, quanta ſit poteſtas Diaboli, non modo in corpora hominum, ſed etiam in corda, quæ ſemel permiſſus poſſederit. Nonne plus eſt hominẽ ſibimet manus inijcere, quã id libenter ab alio ſuſtinere? Hoc autẽ in multis potuiſſe Diabolum, freqũeter experti ſumus, qui ſeipſos aut ſubmerſerunt, aut ſuſpenderunt. Deniq; Iudas ſuſpendit ſeipſum, Diabolo ſine dubio immittente. Ego tamen maius exiſtimo, magiſq; admiror, quod potuit immiſiſſe in cor eius, vt traderet Dominum, quàm vt ſeipſum ſuſpenderet*. Iam ad tempora Vuicleui & Huſſi, à quibus tu egregiam iſtam Pſeudomartyrij tui telam exorſus es, prodierunt Adamitæ in Bohemia, qui promiſcuo concubitu vtebantur, & nudi ex omni ætate & ſexu incedebant, & alio habitu ac veſtitu incedentibus omnẽ ſalutis ſpem auferebant. Illam verò nuditatem referre dicebant condicionem primorum parentum, dum adhuc fuerat innocentia illorum integra ac illibata. Ex hac collutie multa millia deleta ſunt. Feminæ vero aliquot prægnantes reſeruatæ, partu edito, nulla ratione aut admonitione ab hac inſania deduci potuere. Quare poſt omnia fruſtra tentata ignibus cum maritis iniectæ ſunt; ad quos lætæ ac canentes properabant. Huiuſmodi nouos Adamos, & nouas Euas magno numero, nec tam nouo, quàm miſerando ſpectaculo Hollandia noſtris temporibus vidit, idq; in locis celeberrimis. E quibus vnam ſumma, & egregia pulchritudine iuuenculam publicè ita obambulantem, cum quidam Hiſpanica penula tegere conaretur; illa eam reiecit, dictitans, nullo ſibi indumẽto opus; quæ tota à ſponſo ſuo Chriſto diuini verbi pulcherrimis veſtibus ornatiſſimè tegeretur. Sed

Clementianus.

Marcionitarum & Montaniſtarum eadem olim gloriatio de numero Martyrum ſuorum, quæ hodie Apologeticorum.

Epiph. lib. 2. tom. 2. hær. 69.

Catholicos inſectantur concil. 1. cap. 2. Laodic. c. 34.

Sermon 66. in cantic.

Anabaptiſtæ vt olim ſe morti ambitioſè obtulerint.

Adamitæ in Bohemia.

Feminæ pertinaces vſq; ad mortem in hæreſi Adamitarum.

Æneas Siluius in hiſt. Bohem. cap. 41.

Adami noui & nouæ Euæ noſtris temporibus.

hæc & alia id genus non arbitror tibi ignota. Iam verò cum noſtra miſeranda ætate, tanta ſectarum colluuies inundarit, vt nullo vnquam ſæculo prius, aut, vt verius dixerim, tot & tales, vt omnes hæreſes, quæ à prima Chriſtianæ fidei memoria exſtiterũt, numero & atrocitate ſua æquent; neque quiſquam ex his omnibus tam abſurdè ſentiat, qui non putet, ſe purum Euangelium profiteri, & paratum ſe oſtendat ad omnia pericula ſubeunda pro ſectæ illius defenſione: nõ poteſt aliter euenire, quin plures noſtra ætate ſint Pſeudomartyres, quàm vlla habuit hactenus ætas, aut fortè vniuerſa totius fidei Chriſtianæ memoria ac tempora. Nunquam enim aut tanta errorũ fuit ſeges, aut tanta deſperatio perditorum hominum animos ſuaui quadam moriendi inſania occupauit. Atque interim exortus eſt nobis nobilis ac facundus orator, qui ex tanto aceruo ne tres quidem nobis relinquat Pſeudomartyres. Atque vtinam apertius tanta myſteria, mentemque ſuam explicuiſſet, quos demum pro hæreticis haberet. Nam aut ego vehementer fallor, aut ex iſta arithmetica Anabaptiſtæ multum huic debent, quos noluit ex hoc glorioſo Pſeudomartyrum numero ſubduci. Credo enim plures ex hoc numero tribus periiſſe. Rotenburgi etenim ad Naccarum fluuium nouem Anabaptiſtæ exuſti ſunt; feminæ decem aquis ſubmerſæ. Paſſauiæ octo exuſti, duæ mulieres ſubmerſæ; præterea in quodam Rheni loco quinque in flumen proiecti ſunt, qui nullam doloris aut triſtitiæ ſignificationem dabant. Ac iuuenes quidam Baſileæ flagris atrociſſimè cæſi, alacres ac ridentes illa perferebant. Quid ego iam cõmemorarē reliquos, qui in Bauaria, Auſtria, Turingia, & per alias Germaniæ partes perfidię ſuæ pœnas dederũt? Quibus addo illos duos, ne ſe prætermiſſos querantur, qui Valentinianæ capitis ſupplicio affecti ſunt, quòd Chriſtum in Cruce obiiſſe impiè negarunt. Atq; iſti pro puro ac ſincero Euangelio, quodq; purè ac verè in Ieſum Chriſtũ crederent, ſe iſta omnia paſſos, non minus, quàm Lutherani & Zuingliani hodie ſolent, paſſim clamabant. Quorum propter hanc ſolam cauſſam cæſorum (ſepoſita illa ruſticorum ac Monaſterienſi clade, quæ ſupra centum millia ex illis miſeris abſumſit) ſi quis numerũ inire velit; maximũ profectò conficiet cumulũ. Sed leuauit nobis Foxus aliqua ex parte hunc laborem. Ecce enim, vel ipſo teſte, in Anglia Ioannam Cantianam, quæ negauit Chriſtum humanam carnem ex virgine Maria ſumſiſſe. Ecce tibi in Anglia Petrum, hominem Germanum, cum alio quodam eiuſdem hæreſeos aſſecla. Ecce Coubrigium, qui ne Chriſti quidem nomen ferre potuit. Ecce demum duodecim Anabaptiſtas igne abſumtos. Si ergo hanc eius arithmeticam ſequamur, in numero Martyrum reponendi ſunt Anabaptiſtæ. Quos ſi non habet pro hæreticis, magnum certè habet

Cur plures noſtra ætate Pſeudomartyres quàm vlla alia.

Nũquam tot ſimul hæreſes viguere, quot hodie vigent.

Foxus apertiſſimi mendacij cõuincitur.

Anabaptiſtarũ noſtri temporis, qui in Pſeudomartyrio læti, et alacres tormenta atque mortis etiam pœnas vicerunt, ingens numerus.

Duo Pſeudomartyres qui negarũt Chriſtum in Cruce expiraſſe.

Vide Caluinũ aduerſ. Libertinos.

Monaſterienſis clades.

Quot in Anglia noſtro ſæculo, partim ob Arrianiſmum, partim ob Anabapiſmũ capitali ſupplicio affecti ſint.

tè habet de tali viro Anglia noſtra ornamentum. Si habet: profero iam illi plures hæreticos, quàm tres combuſtos. Ioannes ſanè Vueſellanus, quem Foxus inter Martyres refert, cum Græcis de Spiritu Sancto à ſolo patre procedente erraſſe legitur: nec id Foxus diſſimulat. Cui ego certè non ſum tam iniquus; aut tam malè ei volo, vt non lubens cuperem, eum hanc rationem inducere, nec hic ſolùm, ſed in toto numero Pſeudomartyrum ſuorum meliorem calculum certiore iudicio ſubducere. Sed fortè homini valde in cauſſa Martyrum ſuorum amplificandorum occupato hic error, neſcio quomodo, irrepſit; nec de Anabaptiſtis, ſed Arrianis ea verba protulit. Verum nimia, heu nimia, qui hodie ſcatent, Arrianorum copia hanc omnem arithmeticam conturbat. Quæ vtinam vera eſſet, & non ex cineribus Serueti aliquot nobis millia prodiiſſent. Nam & Geneuæ nuper Valentinus Gentilis, diſcipulus Serueti, tanquam ſancti Martyris nomine ferociter gloriabatur: qui nos ad diligentem Scripturarũ perpenſionem reuocat. Quod ſi faceremus, promittit fore, vt facile tot monſtra, quæ hactenus Trinitatem inuaſerũt, & eam blaſphemiis contaminarunt, propulſentur. *Si quis vnquam* (inquit Valentinus) *indignè perſecutionẽ paſſus eſt ab ijs, qui verã pietatem profitentur; ego quidem, optimi viri Dei, is dici poſſum.* Et poſtea cùm ad ſupplicium duceretur, vociferabatur, ſe pro gloria altiſſimi Dei pati. Et antea verbis, ſcriptiſque conteſtatus eſt, ſe patrocinium ſuſcepiſſe eminentiæ Dei patris. Pro cuius gloria, & eminentia neminẽ ſe ſcire adhuc mortuum, nulloſq; eum adhuc Martyres habuiſſe; pro Chriſti verò gloria Prophetas, Apoſtolos, & alios magno numero Martyres obiiſſe. Iam ante Seruetum Georgius quidã ob eandẽ cauſſam in Anglia, ſententia, per Cranmerũ lata, exuſtus eſt. Quid dicã de Dauide illo Hollando, qui ſe lõgè ſupra Chriſtum efferebat? Cuius corpus triennio hinc Baſileę effoſſum cum imagine & libris, dignis ignibus cõflagrauit. Conſtat præterea nõ deeſſe in Germania tua, qui beatam Trinitatẽ (horreo ad narrationẽ tam abominandam) non meliore loco habẽnt, *quàm Cerberum illũ tricipitem.* Exſtitit alius in Morauia his proximis annis, qui beatam Trinitatẽ, qui quatuor prima Concilia, qui Symbolum Apoſtolicum prorſus repudiarit. Neque ignotum eſt, ſcholam Vuittenbergenſem Illyrico obiicere, quaſi ſentiat, quod vox illa ὁ λόγος apud Ioannem non ſignificet perſonam diuinæ Trinitatis. Fuerunt verò, qui tres perſonas, tres Chymęras appellarint. Ac coryphæus huius Euangelij præclarum quoddam eſt Arrianorum ſeminarium, dum ſcribit, multos præclaros viros τῦ ὁμυσίυ vocem reieciſſe, & ſe neſcire, quid veneni habeat. Atque ideo adiecit, quod *ſi odit anima mea vocem homouſij, non ero hæreticus.* Audiui certè nuper à quodam docto viro, & graui, qui

huic totæ

Ioannis Vueſellani hæreſis de Spiritu Sancto.

Seruetus.

Valẽtinus Gentilis.

In epiſtola ſcripta in carcere Geneuæ & ibidẽ impreſſa 1561.

In refutationibus Valent. Gentil. impreſ. Geneuæ in 4.

Georgius quidã in Anglia ob Arrianiſmum per Cranmerum damnatus, combuſtus eſt.

Foxus.

Staph. de cõcordia Luth.

Horrenda quorundam in Germania de Trinitate blaſphemia.

Cromer. li. 1. colloq. de religione.

Hæretici cuiuſmodi in Morauia.

Illyrici hæreſis.

Luther. contra Iacob. Latom. tom. 2.

Horribilis de Trinitate blaſphemia.

Diſſenſiones multorũ in fide, qui hæreſeon cauſſa carcere erant conclusi.

huic totæ rei inquirendæ cum aliis præfuit, ex viginti plus minus Euangelicis vno carcere clauſis, ne duos quidem inter ſe de ſumma religionis, non maritum cum vxore, non parentem cum filio conueniſſe: atque ex ſeptem Sacramentis alium vniuerſa, alium ſex, alium quinque, alium quatuor, alium tria, alium duo, alium denique vnicum, agnouiſſe: ac inter eos fuiſſe complures Arrianorum, aut πνευματομάχων hæreſi contaminatos. Quare vtinam vel id certè verum eſſet, non plures fuiſſe inter tot Pſeudomartyres tribus Arrianis. Quod vt opto eſſe verum, ita vix credo. Quod tamen ſiue verum, ſiue falſum, nihil cauſſam Foxi promouet, quo minus reliqui Pſeudomartyres, quos ſuo catalogo dignatus eſt, inter hæreticos referantur: quod pluribus poſtea oſtendam. Illud interim quod te hactenus mouit, amplius mouere non debet; neque enim exiſtimandum tibi eſt; hæreticos aut olim non affectaſſe Martyrum nomen, aut non habuiſſe hæreſim ſua vita cariorẽ. Circumcelliones certè, de quibus dixi, ſponte, nec accerſiti à magiſtratu, in medios Ethnicos conuiuantes irrumpere ſolebãt, & magiſtratibus ſe vltro offerre, vt ab eis occiderentur, cùm graues illæ perſecutiones arderent. Quæ cùm deferbuiſſent, ipſi ſe aqua, igni, laqueo, præcipitiis, & aliis modis perimebant; vt poſtea pro Martyribus apud ſuos Donatiſtas colerentur. Quos tamen non magis Martyres affirmarim, quàm Zarmanochagam illum, qui ridens, ludens, vnctus in rogum ſe coniecit. In cuius ſepulcro inſcriptum fuit: *Hic iacet Zarmanochagas Indus ex Bargoſa, qui ſecundum patriam Indorum conſuetudinem ſe immortalem fecit.* Quod ſi fortè aut mireris, aut dubites extitiſſe olim, qui, cùm ſibi manus horribiliter inferrẽt, ſanctitatis tamen eximiæ, martyriiq́; inde laudẽ ſibi venarentur; nec noſtræ quidẽ & patrũ memoriæ in ſimili tragœdia triſtia deſunt exẽpla. In illis enim regionibus, quas nouis & inuſitatis nauigationib⁹ Hiſpani & Luſitani luſtrarũt; in regno præſertim *Bengolæ*, vxores, demortuis maritis, poſt ſumtuoſa amicis conuiuia exhibita, pretioſiſſimis veſtibus, eoq́; planè ſplendore atq; apparatu, quo ſe primo nuptiarũ die ornabant, excultæ vltro magnaq; animorũ alacritate in maritorũ ſe ardentes rogos conficere ſolitæ ſunt. Quanquã Luſitanorũ cohortatione eum poſtea morẽ ſenſim abiicere cœperunt. Apud illam verò, quam Occidentis Indiam appellant, in plerisq; locis, rege defuncto, qui ad quotidiana obſeqnia & domeſticos vſus illi inſeruiebant, ſponte mortem ſibi accerſere conſueuerunt: arbitrati eo ſe loco atque condicione in cælis quoque apud eum fruituros, quibus, dum viueret, fruerentur: aliorum verò animas, qui defunctum regem ad eum modum ſequi recuſarent, cùm corporibus inſtar brutorum animalium interituras. Quemadmodum itaque horum per idolorum cultum, & Circum-

Circumcelliones quàm importunè & nefariè Martyrii laudem ambierunt.

Aug. contra 2. Epiſt. Gaudentii lib. 2. ca. 19. tom. 7.

Multos & noſtra & patrum memoria mortem ſibi conſciuiſſe, vt inde Martyrii et ſanctitatis laudem aucuparentur.

Strabo libr. 15.

In nouo orbe glorioſum fuiſſe quandoque mortem ſibi conſciſcere.

Vide hiſt. Indiæ authore Gonſaluo Ferdinando.

Circuncellionum per horrendas hæreſes, Dæmon ſibi deditorum mentes nefaria iſta opinione ita imbuit, vt omnium teterrima homicidia, pietatis tamen & Martyrij honore tegeret, atque commendaret: ſic & noſtris quoque hodie Pſeudomartyribus, quorum mentes horrendis hæreſibus totas repleuerat, non diſſimili fraude illuſit. Nec ambigendum eſt, cùm concionatores, cùm Apologetici, aliique Euangelici ſcriptores, ſtolidæ multitudinis leuitatem blanda iſta ſpecioſi Martyrij voluptate titillant, ex ſtultis inſanos eos facere, eiſque claſſicum quoddam, vt præcipites in æternum corporis animæque exitium prouolent, canere. Neque adeo mirari debes, aut iſtos, licet videantur generosè omnia tormenta pro fide ſua ſuſtinere, eſſe tamen Pſeudomartyres; aut, cùm ſint Pſeudomartyres, haberi tamen apud leuem & indoctum populum pro veris Martyribus. Occuluntenim ſe, atq; tegũt ſæpe vitia ſub vmbra & imagine virtutum, & falſo honeſti ſplendore incautis illudunt. Sic auari & ſordidi, dum variis & aſtutis rationibus lucra vndique conſectantur & corradunt, prudentum; dum ab alienis fortunis inuadendis ſe nullo quidem iuſtitiæ amore, ſed ne per eam rapinam grauioribus ipſi poſtea detrimentis afficiantur, cohibent, iuſtorum; dum luxum, quia ſumtuoſus eſt, fugiunt, ſobriorum & temperantium; ſic denique dum per mare pauperiem fugiunt, per ſaxa, per ignes, fortium nomen aucupantur. Idem in ceteris quoque vitiis accidit, vt ſimilitudine virtutis homines parum prudentes circumueniant. Sic & Diabolus veræ Eccleſiæ ſuam ſynagogam opponit: & ad Eccleſiæ ſuæ auctoritatem amplificandam ſacras Scripturas cumulatim pro ſe citat. Qui cùm habeat, & ſemper habuerit ſuam Eccleſiam; quid miri eſt, ſi & Martyres ſuos habeat? ſed tales Martyres habet, quale habet & Euangelium. Vna quæque enim res, quod dici ſolet, qualis eſt, tales actiones edit: vt quemadmodum Catholica fides veros Martyres, ita hæreſis non niſi Pſeudomartyres pariat, qui tamen, vt prodigus ſub liberalitatis, & aſtutus ſe ſub prudentiæ integumento, deploratiſſimam ſuam audaciam Martyrij & veræ fortitudinis pallio veſtiant. Cum qua vt coniunctiores rationes audacia habet, quàm nimia illa animi ad dura ſubeunda mollitudo; ita ſibi ſæpe ipſius nomen fraudulenter mentitur. Cuius falſæ & commenticiæ fortitudinis varias ſpecies philoſophi nobis depingunt: quas omnes iſtam iſtorum deploratam audaciam ſuperare, nihil dubites.

Cur Pſeudomartyres ab imperita multitudine pro Martyribus habeantur.

Vitia virtutum ſimilitudine homines fallere.

Auguſt. lib. 4. contra Iulianum ca. 3. tom. 7.

D. Thom. 1. 2. quæſt. 18. art. 1.

Fortitudinis multæ falſæ & commenticiæ ſpecies.

Ariſt. magn. mor. lib. 1. cap. 21. & ad Eudemum libr. 3. cap. 2.

Hæreticos

Hæreticos, licet pro Chriſto tormenta, aut mortem patiantur, non tamen eſſe dicendos Martyres.

CAP. IIII. CRITOBVLVS.

NIHIL ego iam amplius ambigo, quin non ſolùm veris Martyribus mors pro Chriſto dulcis ſit, ſed & hæreticis pro ſua hæreſi, neſcio quæ inſana moriendi voluptas cum ſuauitate affluat & illabatur. Quod vt ego vix ante tuam orationem credidiſſem, ita certè permultum inter ipſorum hæreticorum mortem diſcriminis pono. Qui enim manifeſtam hæreſim propugnant, vt Arriani, Anabaptiſtæ, Adamitæ, & mortem potius expetunt, quàm vt ab ea ſe abduci patiantur, eos ego tantum remoueo à Martyrij gloria, vt planè ad inferos detrudere non ambigam. Neſcio enim, quam ſalutis ſibi ſpem polliceantur, qui, cùm teterrimas hæreſes in vulgus ſpargant, nullius conſilio, aut admonitioni locum relinquunt; imo errorum ſuorum tam pertinaces & præfracti ſunt propugnatores, vt vitam potius, quàm eos deſerere malint. Quorum tantam eſſe noſtro ſæculo ſegetem, vix ante hanc narrationem tuam credidiſſem. Sed ſint iſti, non repugno, & cum primis nefarij illi Circumcelliones, Pſeudomartyres. Ceteros ſanè, licet alioqui hæreſim tuerentur, ſi tamen non ob eam cauſſam, ſed ne Chriſtum negarent, carceres, flagra, tormenta, mortemque ſubirent, perdurum mihi videretur à Martyrij gloria, certè ab æterna ſalute extrudere. Neque mihi iſti à Chriſto alieni pereunt, pro quo ipſam vitam, qua homo nihil habet carius aut pretioſius, læti & alacres profundunt. IREN. Adeo quidem Martyres veri hæreticos, licet propter eandem cauſſam, Chriſtique confeſſionem eodem ſupplicio afficerentur, pro Pſeudomartyribus olim habuerunt; vt, cùm eadem vtroſque procella communis inſectationis inuolueret, ne in morte quidem aliquid cum eis commune habere voluerint; magnique beneficij loco duxerint, à iudicibus impetraſſe, vt ſeorſim ab eis occiderentur; ne veri Martyrij gloriam conſortium illorum aliquo modo contaminaret, quos neque Martyrij, neque meriti paſſionis Chriſti fuiſſe capaces, probè ſcirent. CRIT. Quare arbitrati ſunt eos, nec Martyrij, nec meriti paſſionis Chriſti capaces, qui eandem, eademque de cauſſa, & pro eodem Chriſto mortem obierunt? IREN. Propterea quòd nemo aut Martyrij gloriam aſſequi, aut Chriſti beneficio frui poteſt, qui caritate vacuus eſt. Qua deſtituti, nec iuſti, nec caſti, nec prudentes, nec boni denique homines, tantum abeſt, vt Martyres ſint dicendi. Vt enim non ſine prudentia, qua eas moderetur & dirigat, morales; ita nec veras morales, nec diuinitus in-

Veris Martyribus hæretici etiamsi eiſdem de cauſſis vltimo ſupplicio afficerentur, pro Pſeudomartyribus habiti.

Hæretici cur neque Martyrij, neq; meriti Chriſti capaces.

Euſeb. lib. 5. cap. 16.

Abſq; caritate nulla virtus perfecta.

nitus infuſas virtutes cuiquam, abſente caritate, adeſſe facile crediderim. Etſi enim non inter Chriſtianos modò, ſed & Ethnicos iuſti complures, dum ſingulis ſua tribuere; prudentes, dum verū à falſo diſcernere, magnaq; res omnes dexteritate obire; temperantes, dum corporis voluptates cohibere; fortes denique, dum magno ſe animo periculis obiicere viderentur, exſtitiſſe crediti ſunt: non tamen illas, veras aut ſolidas virtutes, caritate deſtitutas dixerim. Finis rerum agendarum ita mihi comparatus videtur, vt prima diſciplinarum axiomata. Atq; ideo non magis eum iuſtum, prudentem, temperantem, aut fortem appellarim, cuius actiones iuſtum finem non reſpiciunt, quàm ſcientem, qui rudis & ignarus eſt ipſorum artis ſuæ principiorum. Scopum autem omnium noſtrarum actionum, ad quem collimare debemus, eundem, quem Chriſtus toti legi, id eſt caritatem & dilectionem, conſtituo. Eſt enim caritas, quod dici ſolet, omnium virtutum forma. Et quamuis bonam eſſe aliquam actionem, etiam ſepoſita caritate, contendas, quales videntur eorū, qui non eò, quò debēt, reſpicientes, egenis, vel cibos famelicis, vel veſtes nudis ſuppeditando, proſpiciunt; non tamen actio illa abſolutionem ſuam, aut perfectum virtutis nomen, quemadmodum nec fides, nec ſpes, quæ caritate deficiuntur, niſi eò, quò dixi, referatur, habere poterit. Bonum itaq; virū *ex ordinata*, vt Auguſtinus ait, *dilectione* metimur. Quæ in eo ponitur, *ne aut diligat* quis, *quod non eſt diligendum, aut non diligat quod eſt diligendum, aut amplius diligat quod eſt minus diligendum, aut æque diligat quod vel minus vel amplius eſt diligendum, aut minus vel amplius, quod eſt æque diligendum.* Ab iſta verò ita, vt dixi, ordinata dilectione nemo omnium mortalium longius diſiungitur iſtis Pſeudomartyribus; qui, quod omnium maximè eſt deteſtandū, id eſt hæreſim, ſupra proximum, ſupra totam Eccleſiam, & ſupra Deum ipſum diligunt. Quos certè cum ſumma Dei, vetorum Martyrum, & veritatis contumelia Euangelici Martyres faciunt; cum Martyrium non à qualibet (quæ tamē in ipſis nulla eſt) ſed à perfecta quadam, cui nihil adiici poteſt, dilectione proficiſcatur. *Eſt* enim *caritas inchoata*, quæ & *inchoata iuſtitia*: eſt *caritas prouecta*, quæ & *prouecta iuſtitia*: eſt *caritas magna*, quæ & *magna iuſtitia*: eſt *caritas perfecta*, quæ & *perfecta iuſtitia*; *caritas* ſcilicet *de corde puro, conſcientia bona, & fide non ficta, quæ tunc maxima eſt in hac vita, quando pro illa ipſa contemnitur vita.* Quo modo autem iſtam ſibi maximam caritatē Pſeudomartyres vindicabunt, qui fide ipſa Catholica exciderunt? Imo qui, ne quemadmodū Catholici credant, grauiſſimos ſibi potius cruciatus & mortes acceſſunt; quique non pro caritate, ſed contra ipſam caritatem deſperata quadam audacia, quæ tamen fortitudinē imitari videatur, obeunt. Caritas itaque ſola cum recta fide coniuncta

Vide D. Thom. 1. 2. quæſt. 65. artic. 2. & 4. et 2. 2. quæſt. 23. artic. 7. & 8.

Caritas actionū noſtrarum finis, & virtutum omnium forma.

Aug. lib. 1. de doctr. Chriſt. cap. 27. tom. 3.

Auguſtinus.

Ordinata dilectio in quo conſiſtat.

Hæreticos longiſſime abeſſe ab ordinata dilectione, & caritate.

Aug. cap. vlt. de natura & gratia. tom. 7.

Martyrium nõ ſecus ex perfecta caritate.

coniuncta mater eſt Martyrij; quę vt tum maxima eſt in hac mortali vita; cùm propter eam vita ipſa deponitur; ita certè in cæleſti regno, multo, quàm hic fuit, cumulatior futura eſt. Quæ ſola, fide & ſpe excidentibus, non tamen excidet. Caritas ſola eſt, qua manente, nuſquam ab officio diſcedemus, aut ſi quid fortè vitij humanitus obrepat, ab ea, vt aqua ab igni, obruetur. Eſt enim caritas, quæ operit multitudinem peccatorum, quæ magna quidem, ſed perfectiſſima eſſe in hac vita non poteſt. Verùm quæ hic deſideratur caritatis plenitudo, in cælo, vt laboris in hac vita noſtri merces, obtinebitur; cuius in hac peregrinatione meritum comparandum eſt. Quo modo itaque caritatis abſolutionem & perfectionem in cælo exſpectabunt, qui adeo nullam eius partè hic habent; vt contra eam infelici quadã deſperatione moriantur? Iam cum Martyrium ſit alter baptiſmus, quo fit, vt catechumenis ſuo pro Christo ſanguine delibutis ſit inſtar baptiſmi; imo in eo præſtantius baptiſmo, quòd non cælum modò, ſed & maiorem quendam beatitudinis cumulum acquirat, (licet eam rectiſſimam patrum ſententiam Magdeburgenſes ſuo more non probent:) quanta eſt iſta, vel in tuis Pſeudomartyribus temeritas, & proiecta audacia, qui cùm teterrimarum hæreſeωn iuſtas pœnas luant, tantum præmium exſpectare; vel tuorum Euangelicorum, qui illud eis tribuere audent? Neque enim vel vir bonus, ne dum Martyr erit, qui non habuerit ſimplicem illum, de quo Chriſtus loquitur, & qui totum corpus illuminat, oculum. Quem vt habeas, duo potiſſimum, teſte Bernardo, exiguntur: *Caritas* ſcilicet *in intentione, & veritas in electione*. Ab vtraque verò ſunt diſiunctiſſimi Pſeudomartyres. A caritate certè, quòd homines arctiſſimè prius, & ſanctiſſimè in recta fide coniunctos per horrenda diſſidia diuellant, diſtrahant, & diſſipent: à veritate, quòd pro falſis & damnatis dogmatis propugnandis, ne mori quidem recuſent. Quantumuis itaque Apologetici, & alij Euangelici ſuos Pſeudomartyres iactent, certè quemadmodum Auguſtinus, id ſolum bonum opus appellandum cenſet, quod nos ad æternum Dei bonum, vitamque æternam perducit; ita ego nullum Martyrium agnoſco, per quod eò non peruenitur. Quo Pſeudomartyres iſti nunquam peruenient; cùm & contra Chriſti caritatem, & extra Eccleſiæ vnitatem moriantur. CRIT. Etſi hæc de caritate ſubtilius & ſpinoſius diſſeruiſſe videaris, vera tamen eſſe non ægrè admiſerim. Verumenimuero cùm Chriſtus dicat; *nemo maiorem caritatem habet, quàm vt animam ſuam pro amicis ſuis ponat*;

Vera caritas & recta fides pariunt Martyrium.

1. Pet. 4.

Aug. de perfectione iuſtitiæ tom. 7.

Martyrium alter baptiſmus.

Tertull. in Scorpiaco & Apologet. & lib. de anima.

Origen. hom. 7. in iudic.

Cypr. in exhortat. Martyr.

Proſper in epig. Et quicquid ſacri fert myſtica forma lauacri, Id totum implenit gloria Martyrij.

Aug. de ciuit. Dei lib. 13. cap. 7.

Victor lib. 2. de perſecut. Vandal.

Cent. 5. cap. 4. pag. 516. & 519.

Cent. 3. cap. 4. pag. 85.

Matth. 6.

Vt ſimplicem quis habeat oculum, quæ requirantur.

Bernard. de præcep. & diſpenſ.

Opus bonum quod.

Contra Iulianum lib. 4. cap. 3.

Obiicitur.

Ioan. 15.

ponat; quo modo ei detrahes caritatem, qui eam abundantiſſimè habet, ipſo Chriſto teſte, & ſe pro Chriſto morti obiicere non veretur? IREN. Imo nemo à caritate remotior. Nam qui non diligit proximum, quem videt; quo modo Deum quem non videt, diligeret? At ſi caritate, atque ita Martyrij laude deſtituatur, qui vel vnum ex proximis odio habet, quantum ille ab hac laude abeſt, qui vniuerſam Eccleſiam, Chriſti ſponſam, exſecratur? CRIT. At quis ille tandem eſt? IREN. Certè omnis hæreticus is eſt. Et noſti ſcriptum eſſe, *qui ſeruauerit legem, & in vno offenderit, omnium reus eſt*. Vnum autem illud caritas eſt, quæ ſi defuerit, reliqua totius legis conſtitutio irrita & inanis eſt. A qua nemo longius hæretico abeſt, qui ſingulari quadam arrogãtia ſubnixus, reliquam omnem præ ſe Eccleſiam contemnit, ac infeſto odio proſequitur: neq; vlla ratione, aut admonitione, in gratiam cum ea vt redeat, perſuaderi poteſt: vt non ſit mirum, ſi id illi contingat, quod olim Sapritio, Martyrij quidem candidato, ac Martyri deſignato accidit; ſed quo propter caritatis inopiam miſerabiliter excidit. CRIT. Quis tu ille Sapritius, & quid ei contigerit, non ſatis memini. IREN. Inciderat ei aliquando inimicitia cum Nicephoro. Non ita multo poſt inſecuta eſt magna contra Chriſtianos per Ethnicos perſecutionis tempeſtas; raptusque eſt ad tribunal Sapritius, vt Chriſtum eiuraret. Demũ poſt multa grauia tormenta, quæ generoſè pertulit, cùm deſperaſſet tyrannus conſtantiam eius frangi poſſe, capite plecti eum iubet. Dum itur ad ſupplicium, Nicephorus occurrit, & ad pedes eius concidens, veniam, pacemq;, quã antea ſæpe fruſtra, iam rurſus poſtulat, & vel hoc tam neceſſario & extremo tempore, gratiæ ianuam hactenus occluſam ſibi à Martyre aperiri, humiliter ac demiſsè rogat. Ille verò vetus odium adhuc animo incluſum retinens, ne colloquio quidem, aut amico vultu hominem dignatur. Verum ecce tibi horrendum tam implacabilis animi exitum: cũ iam gladius capiti immineret, magna voce exclamat, ſibi nihil eſſe cum Chriſto, quem deteſtari paratus eſſet, negotij. Mox Nicephorus tanta eius in Chriſtum perfidia perculſus, exſiliit: At ego, inquit, liberè Chriſtum profiteor. Quare, dimiſſo Sapritio, coronam Martyrij ei paratam Nicephorus ſibi præripuit. CRIT. Pulchra ſanè hiſtoria, & obſeruatione digna, quæ oſtendat Martyri futuro neceſſariam caritatem. IREN. Cuius cùm ſumma ſit in omnibus hęreticis ieiunitas, ac ſterilitas, ex eo fit, vt nemo vnquam hęreticus ad Martyrij honorem peruenire poſſit. Ex quo hominum genere, Martyres oriri non poſſe, duorum patrum grauiſſima àliquot teſtimonia, Cypriani Martyris atque Auguſtini (vt reliquos interim omittam) exſtare ſcio. CRIT. Ea tu mihi vt communices, rogo. IREN. *Quam ſibi*, inquit Cyprianus, *pacem promittunt inimici*

Margin notes: *Refutatio.* — 1. Ioan. 4. — Iacob. 2. — *Caritas illud vnum eſt, in quo ſi quis offenderit, eſt omnium reus.* — Aug. Ep. 167. 29 tom. 2. — Metaphraſt. in Niceph. Martyrio. — *Memorabilis Sapritij hiſtoria de neceſſitate caritatis ad Martyrium.* — *Diſce Sapritij & Nicephori exemplo qui cupis verus Chriſti Martyr eſſe, caritatem in primis amplecti.* — *Hæretici omnes expertes caritatis.* — De vnitate Eccleſiæ. — *Cypriani teſtimoniis aliquot oſtenditur hæreticos Martyres eſſe non poſſe.*

inimici fratrum? quæ ſacrificia celebrare ſe creaunt ennuli Sacerdotum? An
ſecum eſſe Chriſtum, cum collecti fuerint, opinantur, qui extra Chriſti Ec-
cleſiam colliguntur? Tales etiamſi occiſi in confeſſione nominis Chriſti fue-

Eſſe Martyr non poteſt, qui in Eccleſia Dei non eſt.

rint, macula iſta nec ſanguine abluitur. Inexpiabilis & grauis culpa diſ-
cordiæ nec paſſione purgatur. Eſſe Martyr non poteſt, qui in Eccleſia non
eſt: ad regnum peruenire non poteſt, qui eam, quæ regnatura eſt, dereliu-
quit. Ac paullò poſt; *Cum Deo manere non poſſunt, qui eſſe in Eccleſia*
Dei vnanimes noluerunt, ardeant licet flammis, & ignibus traditi, vel ab-
iecti beſtiis animas ſuas ponant; non erit illa fidei corona, ſed pœna perfidiæ,
nec religioſæ virtutis exitus glorioſus, ſed deſperationis interitus. Occidi ta

Eadē olim Donatiſtarum quæ hodie Euangelicorum inanis de ſuis Pſeudomartyribus gloriatio.

De patientia bono.
De oratione Dominica.

lis poteſt, coronari nō poteſt. Hæc Cyprianus, & idē alia alibi, in ean-
dem ſententiam. Atque vt hodie Lutherani, Zuingliani, Suenck-
feldiani, Anabaptiſtæ, ita Auguſtini ſæculo Donatiſtę clamabant:
Noſtram fidem, quam Dominus Chriſtus Apoſtolis dereliquit, ſolæ nobis
iſtæ perſecutiones grauiſſimam reddunt. Felices, inquit, *eritis, cùm vos per-*
ſecuti fuerint homines, & maledixerint, & dixerint aduerſum vos omne
nequam propter filium hominis; gaudete & exultate, quia merces veſtra
multa eſt in cælis: Sic enim perſecuti ſunt prophetas, qui ante vos fuerant,
patres eorū, &c. Deinde dicit Apoſtolus Paulus; *Qui volunt in Chri-*
ſto ſanctè viuere, perſecutionem patiantur neceſſe eſt. hoc autem in Euan-
gelio Dominus dixit: Veniet hora, vt omnis, qui interficit vos, putet ſe vi-

Lib. 2. contra Gaudent. ca. 22. tom. 7.
Matth. 5.
2. Tim. 3.

Auguſtini quibuſdam teſtimoniis conuin itur hæreticis capaces non eſſe martyrij.

Lib. 2. contra Gaudentium cap. 12.

ctimā dare Deo; ſed hæc facient, qui non nouerunt Patrem, neq; me. Qui-
bus, nec minus Apologeticis noſtris Auguſtinus, *Rectè,* inquit, *iſta*
dicerentur à vobis queren::ibus Martyrum gloriam, ſi haberetis Martyrum
cauſſam. Nō enim felices ait Dominus, qui mala iſta patiūtur, ſed qui pro-
pter filium hominis patiuntur, qui eſt Chriſtus Ieſus: vos autem non pro-
pter ipſum patimini, ſed contra ipſum. Patimini quippe ideo, quia non ei
credidiſtis; & toleratis ideo, ne credatis. Quod nos Caluino de diſcipu-
lorum ſuorum Pſeudomartyrio, & Apologeticis ſimiliter reſpō-

Non felices ſunt qui mala patiūtur, niſi patiantur propter Chriſtum.

Ser. de monte lib. 1. cap. 9.

dimus. Idē alibi: *Hæretici nomine Chriſtiano animas decipientes mul-*
ta patiuntur, ſed ideo excluduntur ab iſta mercede, quia non eſt dictum
tantùm; Beati qui perſequutionem patiuntur; ſed additum eſt propter iu-
ſtitiam. Vbi autem ſana fides non eſt, non poteſt eſſe iuſtitia: quia iuſtus
ex fide viuit. Neque ſchiſmatici aliquid ſibi ex iſta mercede promittant:
quia ſimiliter vbi caritas non eſt, nō poteſt eſſe iuſtitia. Dilectio enim pro-
ximi malum non operatur. Quam ſi haberēt, non dilaniarent corpus Chri-
ſti, quod eſt Eccleſia. Rurſus, *Baptiſma non prodeſt hæretico, ſi, quamuis*
Chriſtum confeſſus, extra Eccleſiam fuerit occiſus, quia caritatem non ha-

Hæretici cur Martyrij præmio excludantur.

Schiſmatici cur excludantur à mercede Martyrum.

De Baptiſmo contra Don. lib. 4. ca. 17.

buiſſe cōuincitur. Et verè dixit Optatus Donatiſtis; *Nolite putare vos*
eſſe, quales non eſtis, & perire tales, quoniam non vos hæc fides, ſed veſter
malus error hortatur, vt non libenter pro Deo, ſicut dicis, in iſta perſecu-
tione moriamini, ſed nequiter pro Donato factis veſtris perſecutionem pa-
tiamini. Atq; in hunc ſenſum & Hieronymus; *Sine caritate,* inquit,
Martyrio ſanguis effuſus, corpusq; flammis traditum, coronam non habet

Hæretico baptiſmum non prodeſſe in Chriſti confeſſione occiſo.
Optatus.
Hieronymus.

Aug. lib. 2. cap. 29. contra 2. Epiſt. Gaudentij.

præmio-

1 Cor. 13. *præmiorum*. Nec tam Hieronymus, quàm Paulus ex noſtra Latina interpretatione: *Etſi tradidero*, inquit, *corpus meum, ita vt ardeam, caritatem autem non habeo, nihil ſum*. Audiamus adhuc Auguſtinum in Beda loquentem. *Qui perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam. Qui perdiderit*, inquit, *propter me, tota cauſſa ibi eſt. Qui perdiderit non quomodocunque, non qualibet cauſſa, ſed propter me. Illi tam in prophetia dixerant Martyres; Propter te mortificamur tota die. Propterea Martyrem non facit pœna, ſed cauſſa. Quando Dominus paſſus eſt, tres cruces cauſſa diſcernit: inter duos latrones crucifixus erat, hinc & inde facinoroſi crucifixi, in medio ipſe. Et tanquam illud lignum tribunal eſſet, inſultantem damnauit, confitentem ſaluauit. Quid faciet iudicaturus, qui hoc fecit iudicatus? Iam ergo diſcernebat Cruces. Iam ſi pœna interrogaretur, ſimilis erat Chriſtus latronibus. Sed interroget quis Crucem; Chriſtus quare crucifixus eſt? Reſpondet nobis, propter vos. Dicant illi & Martyres quoniam propter te: Ipſe propter nos, nos propter illum*. Hæc Beda. Interrogemus iam & nos Pſeudomartyrum iſtorum Crucem, quid reſpondebit? an illos propter Chriſtum mortificatos, an propter illum perdidiſſe animam? nunquã certè ita reſpondebit. Imò reſpondebit potius hanc eſſe illorum Crucem, qui Catholicam fidem, quã in Baptiſmo imbiberant, & quam ipſi à parentibus, parentes à maioribus, ab auis, atauis, & ſuperioribus, & illi à prima per longas ſucceſſiones Eccleſia acceperant, perfidè deſeruerunt. Reſpondebit eos adeo ab omni veri Martyrij laude abeſſe, vt contra Eccleſiam Chriſti ſponſam, atque ideo contra ipſum Chriſtũ deplorata quadam obſtinatia miſerrimè ad ſempiternam corporum & animarum perniciem moriantur. Ita iam vtrumque probatum vides; non eos modò, qui pro hæreſi ſua, ſed qui in hæreſi ſua moriuntur, licet alioqui pro confeſſione veræ fidei, à Martyrij præmio ſubmoueri.

Qui ob hæreſim ſuam moriuntur, quod faciunt omnes noſtri hodie Pſeudomartyres, omnium mortalium maximè ſunt deteſtandi.

CAP. V. IRENÆVS.

ILLVD verò perditorum, ac deploratiſſimorum hominum genus, qui vitam potius quàm errorem deponere ſolent (inter quos omnes noſtræ ætatis Euangelicos Martyres ſine vllo diſcrimine refero) adulteris, homicidis, regiæ maieſtatis læſæ reis, atque adeò illis, qui ſibi manus violenter inferunt, eſt longè deteſtabilius. Neque enim quiſquam eorum factum ſuum defendere ac tueri; ſed potius erroris, ſtultitiæ, cæcitatis, humanæ prolapſionis, iniuriæ acceptæ, ebrietatis, aliiſque multis id genus excuſationibus veniam, ac improbitatis ſuæ odiũ deprecari ſolet.

Qui in hæreſi ſua pertinaciter moriuntur, cur omnium hominum maximè deteſtandi.

Iſti, cùm inconſutilem Chriſti tunicam (quod ne in paſſione quidem Chriſti auſi ſunt nefarij milites) id eſt Eccleſiam, miſerè diſciderunt, ac laniarunt; nulla deprecatione vtuntur, ſed ſacrilegium ipſi ſuum concionibus, libris, atque morte adeo ſua animoſè atque inſolenter defendunt, & in iuſtiſſimis horrendi ſchiſmatis pœnis Martyrij gloriam ſibi arrogantiſſimè vindicant. E quorum fæce audiui aliquando, qui palàm iactaret in frequenti hominum concione, certò ſe ſcire, non minorem ſibi in cælo gloriam repoſitam, quàm Petro ac Paulo Apoſtolis. Qua ratione infinitam leuis ac inconſtantis populi multitudinem, & rerum nouarum auidam, ad eandem naſſam atque inſaniam ſecum trahūt. Non aliter atque inter Iudæos aliquādo veterator aliquis ſibi arroganter Moſis ſpiritum atque officium vindicans, magnamque ea venditatione diſcipulorum multitudinem cogens, cùm promiſiſſet ſe eos prioris Moſis exemplo per medium mare ſaluos & illæſos perducturum, miſeros illos miſerè in aquis perdidit.

Iactantia intolerabilis Pſeudomartyrum quorundam.

In hæreſi pertinaciter mori, peccatum eſſe in S. Sanctum, & pro quo non ſit cuiquam orandum.

Quare ſi aliquod ſit peccatum, pro quo non debeamus orare; ſi aliquod in Spiritum ſanctum, quod nec in hoc ſæculo, nec in futuro remittetur; ad illud certè tam deſperata illorum mors referenda eſt. Cuius magnitudinem (quæ etiam idololatriæ ſcelus ſuperet) horrendum illud in Core, Dathan, & Abyron, quos terra abſorpſit, editum exemplum (quale nunquam in aliquos idololatras, quos in populo Dei gladius tantum interemit, editum legimus) facile arguit. Quorum tamen omnis concitatio atque ſeditio aduerſus Moſen, ſi conferatur ad noſtros hodie turbulētos & tumultuoſos Euangelicos, qui ſe Romano Pontifici, qui Epiſcopis, qui Imperatori, qui principibus ſuis, qui patribus omnibus, omnique Eccleſiæ opponunt, & vno quaſi impetu omnia tam humana quàm diuina iura conuellere conantur, nulla videri poteſt. Quos nullæ Martyrij coronæ, quas iactant, ſed longè acerbiora tormenta manent, quàm ſeditioſi illi patiuntur. Quare non eſt cum laude, admiratione, aut gaudio (vt faciunt Apologetici) ſed lacrymis potius, ac lamentis excipienda calamitoſa iſta, quaſi infelicis cuiuſdam matris fecunditas. Eſt enim vel ob id infeliciſſimum hoc hominum genus, quòd nullus conſilio aut admonitioni locus apud iſtos relinquatur: adeo vt Apoſtolus, *poſt vnam aut alteram admonitionem* (aut obiurgationem potius) eos vitari iubeat, vt homines deploratos, ſuoque iudicio damnatos.

Socrat lib. 7. cap. 38.

Num. 16.

Apologetici de eo gloriatur, de quo maximè eſt dolendum.

Ad Tit. 3

Hæretici

Hæretici cur ſuo iudicio damnati dicantur; & hæreticos ignorare ſe hæreticos eſſe;atque ideo hæreſim eſſe omnium malorum maximũ.

CAP. VI. CRITOBVLVS.

ID quo modo, aut qua ratione dixerit Apoſtolus, non ſatis teneo. Certè nemo hodie ex omnibus noſtris Euangelicis ſe damnat, aut ſibi ipſi diſplicet. Aut quo modo tandem damnaret, cùm non intelligit ſe errare, idque adeo certè, vt nulla pericula, ac ne mortem quidem ad erroris defenſionem deprecari, ac recuſare velit;& mori ſibi quaſi pro explorata Euangelij veritate, pulcherrimum putet. IREN. Eo quidem ipſo, ſuo ipſe ſe iudicio maximè damnat. Etſi enim arbitretur ſe belliſſimè ſentire, atque ideo reliquam præ ſe Eccleſiam contemnat;non ignorat tamen ſe aliud olim ſenſiſſe, ac aliud hodie ſentire Eccleſiam. Cum itaque non ignoret ſe ab Eccleſia, & eius vnitate deceſſiſſe;ac propterea totius ſe Eccleſiæ iudicem conſtituat;& ſenſus ſui ſuperbia inflatus reliquis inſultet,has ſuperbiæ ſuæ pœnas luit,vt cùm fœdiſſimè erret, errare ſe tamen non intelligat: ac interim à ſeipſo damnetur,non ignarus ſe priori ſuæ, ac totius Eccleſiæ fidei nuncium miſiſſe. Hoc enim certè non ignorat, ſe à propria, ac recepta totius Eccleſiæ fide ſponte diuertiſſe. Ex quo conſequitur, eſſe eum quidem hæreticum, licet talem ſe aut non ſciat, aut certè ſe ſcire diſſimulet. Nam vt Tertullianus ait,& vox ipſa declarat; *hæreſes dicta ſunt Græca voce ex interpretatione electionis, qua quis ſiue ad inſtruendas,ſiue ad ſuſcipiendas eas,vtitur. Ideo & ſibi damnatum dixit Paulus hæreticum, quia &, in quo damnatur,ſibi elegit. Nobis verò,* inquit Tertullianus, *nihil ex noſtro arbitrio indulgere licet,ſed nec eligere, quod aliquis de ſuo arbitrio induxerit: Apoſtolos Domini habemus auctores, qui nec ipſi quicquam ex ſuo arbitrio, quod inducerent, elegerunt, ſed acceptam à Chriſto diſciplinam fideliter nationibus adſignauerunt.* Cui conſentire videtur Cyprianus, de ſchiſmaticis & hæreticis verba faciens. *Et quidem,*inquit, *de Dei prouidentia nobis hoc nec volentibus nec optantibus,imo & ignoſcentibus & tacentibus,pœnas,quas meruerant, pependerunt, vt à nobis non eiecti vltro ſe eiicerent, ipſi in ſe pro conſcientia ſua ſententiam darent, ſecundùm veſtra diuina ſuffragia coniurati,& ſcelerati de Eccleſia ſponte ſe pellerent.* Hieronymus verò, quid de hac re ſentiat,his verbis declarat;*hæreticus propterea à ſeipſo damnatus eſſe dicitur,quod adulter, fornicator, homicida, & cætera vitia per Sacerdotes ab Eccleſia propelluntur. Hæretici autem in ſemetipſos ſententiam ferunt, arbitrio ſuo de Eccleſia recedentes: quæ receſſio propriæ conſcientiæ videtur eſſe damnatio.* Ac Chryſoſtomus quidem D. Pauli verba de hæretico, qui ſuo iudicio ſit damnatus, ita interpretatur. *Quid verò eſt, quod ait, cùm ſit à ſe ipſo damnatus? Quia ſcili-*

Margin notes: *Hæretici cur ſuo iudicio dānati.* — *Tertul. de præſcription.* — *Tertullianus.* — *Hæreſes vnde dicta.* — *Lib. 1. Epiſt. 8.* — *Cyprianus.* — *In Tit. ca. 3.* — *Hieronymus.* — *Homil. 6. in Tit. cap. 3.* — *Chryſoſtomus.*

cet profectò dicere non poteſt, nemo corripuit. Cùm ergo poſt admonitionem in ea infidelitate perſtiterit, ex ſeipſo damnatus efficitur. Ob hanc verò, quam ſuperius dixi, cauſſam hæreſis magnitudine ſua reliqua omnia mala longè ſuperat. Neque vlla huic æqualis calamitas Chriſtianæ reipublicæ accidere poteſt. Cogita enim tecum, quàm difficilis & grauis ſit morbus, cùm ægrotus neſciat ſe ægrotare, & inuiſentem ac conſulentem medicum reiiciat, aut potius in eum inuolet, pugniſque verberet & conuiciis, omnique alio cõtumeliæ genere pulſet. Repræſenta tibi hominem, qui per medias plateas in obuios quoſque, atque etiam amiciſſimos, lapides iacit, & aliena omnia à ſana mente, & facit, & loquitur; & tamen præ ſe reliquos omnes inſanire clamitet. In quibus expreſſam habes hæreticorum tuorum, ac Pſeudomartyrum effigiem.

Hæreſis omnia alia mala ſuperat.

Hæreſis cur difficulter, vel nunquam curetur.

Cur, qui in vno articulo fidei pertinaciter erret, ſit hæreticus, etiamſi reliquos omnes credat.

CAP. VII. CRITOBVLVS.

ATQVI non ſatis mihi adhuc aſſequi videor, cur, qui vnum fortè aut alterum errorem, idque in re non ita magna tueatur, reliquæ totius fidei, quam lubens fatetur, & pro qua moritur, beneficio ſpolietur. Aut quæ iuſtitiæ ratio ferat æqualem damnationem eorum, qui pro Chriſto ceruicem ſuam gladio obiiciunt, cum aliis, qui pro pertinacia ſua, &, ne rectè credant, obſtinatè ſe in certum exitium præcipitant? Cur enim vnius veritatis negatio tam amplæ patenti reliquarum cõfeſſioni præiudicaret? Nec noſtri quidem (vt aiunt) vllo fidei dogmati, aut Apoſtolico ſymbolo quicquam detrahunt. Omnes iſtæ hodie, vt iam ex Foxo recitaui, controuerſiæ in circumſtantiis quibuſdam locorum, temporum, perſonarum, ac humanis conſtitutionibus conſiſtere videntur.
IREN. Æqualem eſſe vtriſque damnationem, iam antea ex Cypriano & Auguſtino docui: hoc eſt, vtrosque à regno & facie Dei prorſus ad pœnam æternam excludi. Non negarim tamen, fortè non æqualem eſſe vtriſque pœnæ cumulum, quæ ſingulis pro delicti ratione intenditur, aut remittitur; Vt mors ab hæretico ſuſcepta non tollat, ſed æternas tamen pœnas alleuet, & mitiget, damnationemque ipſam tolerabiliorem faciat, quàm ſi Chriſtum negaret, aut pro hæreſi pertinaciter vltimo ſupplicio afficeretur. Atque huc propendere videtur Auguſtinus. Quod verò ſpectat ad illam tuam alteram quæſtionem; perinde rogare poſſes, cur, qui reliquas virtutes accuratè ſeruatit, ob vnius homicidij aut adulterij crimen, niſi reſipiſceret, & lacrymis hanc maculam elueret, æterna ſalute excideret. Quod palàm fatetur Iacobus, & dicit: *Iac. 2.*

Etſi vterque, tã qui vnum fidei articulum, quã qui omnes neget ex æquo damnetur, non tamẽ pares vtriuſque pœnas fore.

Mortem ab hæretico ſuſceptam pro Chriſto, non tollere pœnas, ſed mitigare. Auguſtinum.

Lib. de patientia cap. 26. tom. 4.

Eum,

Eum, qui in vno peccauerit, omnium reum factum; non quia æquales pœnas luet cũ eo, qui reliquam quoq; legem infregit, ſed quia totius legis ac præmij totius beneficio careat: quod non debetur niſi totam legem ſeruanti. Videtur omne humanum officium, quaſi vnius cuiuſdam, ſed latè patentis, præcepti conſeruatio. Nec inſcitè Philoſophi iuſtitiæ ſolius ambitu omnes virtutes, omneque officium circumſcribere ſolent: vt omnium virtutum coaceruatio vna quædam ſit iuſtitia, quæ Deo & proximo, quòd ſuum eſt, tribuat. In quo præcepto conſeruando totam legem poni Christus ipſe fatetur. Ac iuſtum quidem hominem Scripturæ ſacræ eum appellant, qui omnes pietatis, officijque numeros abſoluit, vt Abraham, Zachariam, & alios. Atque ex ſola iuſtitia etiam apud Ethnicos boni viri cenſebantur. Nobis verò Christianis etſi multa ſint ad ſalutem neceſſariò credenda; illorum tamen omnium eſt vna fides, ſicut vnus Deus, & vnus baptiſmus; atque etiam propterea vna Eccleſia. Quemadmodum itaque vna fides, ita totius fidei vna veritas. Neque pro multitudine rerum credendarum aut hominum, veritas quæ ſimplex, quæ ſingularis, quæ indiuidua, quæ vna eſt, ſcinditur, aut maior, aut minor redditur. Neque enim aliquid plus, aut minus alio vero verum, neque poteſt eſſe alia, quàm vna aut fidei aut aliarum rerum veritas. Nam ſi quid addatur, aut detrahatur; acceſſio illa aut deceſſio veritatem ipſam prorſus contaminabit, ac corrumpet. Atque hinc fit, vt, qui aliquam partem Christianæ fidei negauerit, nihil commodi ex reliqua aſſeueratione conſequatur, cùm ex eo, quòd vna ſit veritas, qui partem inficiatur, reliquam omnem inficiari videatur. Quãquam in vna huiuſmodi veritate; atque adeo vna fide nihil impedit, quin maior ſit vnius quã alterius fides: vt eius fides maior dicatur, qui certius, firmius, propenſius, pleniori aſſenſu atque fiducia, quique, quæ alij implicitè atque inuolutè, ipſe diſertè atque explicatè credit, & profitetur. CRIT. Hæc tua mihi nimis ſpinoſa & ſubtilis oratio videtur. IREN. Non eſt mirum tibi ſpinoſiorem videri, cui hactenus non tam curæ fuit ad veritatem limare, quàm vel ad vulgi opinionem, vel ad dictata Euangelicorum tuorum, probabilia illa quidem prima ſpecie, ſed re tamen ipſa falſa & inſulſa accommodare orationem. Quòd ſi ad orthodoxos noſtros aliquando diuerteres, & eorum libros ſtudioſè euolueres; hæc certè, quæ nunc tibi ſubtilia admodum & ſpinoſa videntur, breui perſpicua & familiaria forent. Et quod ad præſentem diſputationem pertinet, quæ à me hîc aſſeruntur, non ignoro tibi & tuis ſimilibus paradoxa videri: quia in his diligenter exquirendis nullam operam ponere ſoletis. Verum hæc (vt nihil neque de Græcis neque de Latinis dicam) libro quodam noſtra vernacula

Qui offenderit in vno, omnium reus quomodo intelligatur.

Ariſt. Eth. 5. cap. 1.

Iuſtitia quàm latè pateat.

Cicero offic. lib. 2.

Iuſtus homo qui in Scripturis ſacris appellatur.

Multa creduntur, ſed eorum omnium fides vna & totius fidei vna, ſimplex, & indiuidua eſt veritas.

Cur plus obſit vnius articuli fidei negatio, quã reliquorum omnium aſſertio prodeſſe poſſit.

Licet vna ſit fidei veritas, tamẽ maior vnius quã alterius fides eſſe poteſt.

D. Thom. 22. quæſt. 5. articul. 4.

lingua ingenioſiſſimè conſcripto, ex quo nonnulla hic mutuati ſumus, diſtinctè, planè, & feliciter explicantur, vt cuiuis, quemadmodum ſunt, ita videantur veriſſima. Et quoniam tu linguam Britannicam vtcunque calles, optarem, vt huic potius operi legendo, quàm vel Homiliis illis, de quibus mentionem feciſti, vel Pſeudomartyrologio Foxi, in quo intelligo te eſſe verſatum, aliquid temporis impertires. Hoc verò, quicquid eſt operis, nobis elucubrauit optimè de Anglia noſtra meritus, Ioannes Guinæthus (quem honoris cauſſa nomino) vir certè, præter ſingularē vitæ integritatē, diuino ingenio prædiditus, vt qui fuerit αὐτοδίδακτος, niſi malis eum θεοδίδακτον appellare. Ex eo diſces, quàm miſeram & deploratam vitam agant omnes hæretici; quosque ſoleat generatio hæc peruerſa fructus ſe dignos, ſuique ſimiles edere: vt, quemadmodum bene incepiſti, à tam impio conſortio te penitus ſubducere ne moreris; quod & tibi erit vtiliſſimum & mihi gratiſſimum. Sed longius digreſſus ſum, quàm putaram; tu igitur, quod eras dicturus, effare. CRIT. Guinæthi librum, quàm primum potero, comparabo: vt periculum faciam, an vera ſint, quæ tu de eo tam magnificè prædicas: interim verò oratio tua vt ſpinoſa videtur & ſubtilis, ita certè eo nomine non vſquequaque vera, quòd inde neſcio quæ abſurda conſequantur. Eam enim ſi amplectamur, cùm rerum omnium ſit vna veritas, non minus periculi nobis imminere videtur, ſi quis quacunque de re, quæ nihil habet cum fide implicitum, erret, quàm ſi Chriſtum Deum aut hominem neget, aut certè nihil intereſſe in religione ipſa, de magna aut parua re erres. IREN. Non iſta ita omnino, vt tu accipis, dico. Quantumuis enim vna ſit in rebus omnibus veritas, cui nihil accedere, nihil decedere poteſt, vt non recedatur ab ipſa veritate: non tamen eſt æquale cuiuſcunque veritatis negatæ periculum. Ea enim quæ caſu ac fortuna feruntur, etiam prudentiſſimus ignorare ſine culpa aliqua poteſt. Ea quæ in quotidiano vitæ vſu, & oculis quotidie, & in naturali quodam ac certo curſu, & ordine ponuntur, vt verbi gratia, ſolem rebus humanis lucem infundere, & id genus alia, negare, etſi nullam hæreſis, maximam tamen ſtultitiæ atque ineptiæ, aut inſaniæ potius notam neganti inurit. Ea verò, quæ ſacræ Scripturæ complectuntur, præſertim quæ difficiliores explicationes habent, à feminis, ruſticis, militibus, aliiſque id genus hominibus ſine aliqua culpa, ab illis verò, qui Eccleſiaſtico muneri adſcripti ſunt, aut qui eas ex inſtituto vitæ profitentur, non ſine reprehenſione ignorantur. Quæ verò cum præceptis Decalogi, aut Chriſtianæ fidei, ac Catholicæ Eccleſiæ cohærent, ea nemo Chriſtianus ſine luculento animæ damno negare, aut ignorare poteſt. Atque hic licet eadem ſit omnium rerum veritas, propter res tamen ipſas, quas debemus credere,

Ioannes Guinæthus.

Cùm vna ſit omnium rerum veritas, quî fiat, vt non ſit æquè periculoſa cuiuſcunque veritatis negatio.

Fortuita prudentiſſimus ſine culpa ignorare poteſt.

Negare quæ manifeſto ſiunt in rebus naturalibus, ſine hæreſis, non autem ſine ſtultitia, aut inſania nota quiſpiam poteſt.

Difficiliores Scripturæ locos à multis ſine culpa, ab eccleſiaſticis nō ſine reprehenſione ignorari.

Præcepta Decalogi & articulos nemo impunè ignorare poteſt.

dere, maius periculum adeſt. Nec tamen ea res plures facit veritates. CRIT. Quid eſt ergo, quod Propheta multas veritates *Cur multa in Scripturis dicantur veritates.*
Pſal. 11. palàm exprimit? *Diminutæ ſunt*, inquit, *veritates à filiis hominum.* IREN. Reſpondebit tibi pro me Auguſtinus. *Veritas*, inquit, *vna eſt, qua illuſtrantur ſanctæ animæ. Sed quoniam multæ ſunt animæ, in iſtis multæ veritates dici poſſunt; ſicut ab vna facie multæ in ſpeculis Imagines apparent.* *Auguſtinus.* CRIT. At enim id durum, quemlibet in religione errorem ad hæreſim, aut quamlibet hæreſim ad totius fidei inficiationem trahi. Errare forſan noſtri poterint, hæretici certè (ſi Foxo credimus) dicendi non ſunt: quo vos nomine inuidioſè illos oneratis. Iam in geometrica, & aliis diſciplinis num qui vnam aliquam particulam inficiatur, totam diſciplinam inficiari videbitur? In moribus quoque & communi vita qui auarus eſt, caſtus tamen & ſobrius; & qui non ſatis caſtus, liberalis & fortis, & eſſe quidem poterit, & ſæpe ſolet. Quo modo igitur in ſola religionis cauſſa illud ſingulare erit, vt nihil, te arbitro, credere cenſeatur, qui non vniuerſis certum & indubitatum aſſenſum præbeat? IREN. Hæreſis in ſola pertinacia, & animi obſtinatione hæret. Quem igitur hæreticum dicimus, eum de ſuſcepta ſemel ſententia, nec Eccleſiæ totius auctoritas depellere poteſt. Quæ vbi ſemel ſuum decretum, & honorarium arbitrium interpoſuit, etſi alioqui res ea apertis Scripturis non nitatur; fixum, firmum, & in-
Ioan. 14. uiolatum apud omnes deinceps eſſe debet, perinde atque ipſius Spiritus ſancti oraculum: qui docet ac regit Eccleſiam, quem olim ei Chriſtus promiſit: *Ipſe*, inquit, *docebit vos omnia.* *Decreta Eccleſiæ Catholicæ, vt Spiritus ſancti oracula accipienda.* Neque iam nos ex noſtro ingenio res huiuſmodi, iudicio Eccleſiæ definitas, negare vel extenuare poſſumus, aut debemus. Neque hac tergiuerſatione hæretici notam à nobis depellere poſſumus; licet eò iam ſit huius infelicis ſæculi malignitate deuentum, vt, cùm omnem veterem religionem perturbauerimus, nihil tamen aut leniter nos erraſſe putemus. Ideo verò vnius articuli fidei inficiatione reliquos omnes ſublatos dixi; non quia directò & palàm, ſed obliquo ductu imprudenter, ac inſcius, quilibet hæreticus, etiam ſi pro Chriſto moriatur, eos tollit. *Qui non niſi vnum articulum fidei directò inficiatur, eum omnes reliquos obliquè negare.* Neque enim cetera, quæ affirmat, veriora putat, quàm illud vnum, quod inficiatur. Quod cũ non putet verum (cùm tamen ſit tam certum atque expeditum, quã quicquid ille pro exploratiſſimo habet) in has anguſtias miſer detruditur, vt nihil ex omni fide magis pro certo tenere credatur, quàm illud ipſum, in quo errat. Etſi enim credat, nõ ea tamen ratione, quæ illi ſit fructuoſa, & quæ Chriſtianum deceat, credit. Cùm Chriſtiana fides conſiſtat in veritate religionis, ideo ſuſcipere eam & profiteri debemus, quia ab Eccleſia diuinitus edocta, & ex Scripturis S. Dei voluntate nobis patefacta ſit. Quare qui non credit huic veritati, ille quidem Chriſtianus non eſt:

& qui ex multis religionis partibus vel vnã inficiatur, nulla illius in reliquis fides cenſetur: quia fides illius nulla idonea & Chriſtiana ratione, ſed priuata tantũ & ſpeciali credentis opinione nititur: cũ non ob eã cauſſam, quod Eccleſia ita ex Dei ſententia ſtatuat, ſed ob aliam aliquam credat. Nam (vt diximus) vnicam tantũ ſincerè & fructuoſè credendi rationẽ habemus; qua ſi excidimus, iam tota ſimul fide excidimus. Quę certè iam non magis in nobis fidẽs dicẽda eſt, quã ſi aliquem tenere alicuius diſciplinæ ſcientiã dixeris, qui aliquid verum putat, quod, cur ſit verum, ignorat. At ſcientia ſemper, Ariſtotele teſte, cum cauſſa cognitionis cohæret. Vt itaq; ille nullam ſcientiam, ita nec iſte fidem habet. Nec quicquã quæ ex diſciplinis aliis protuliſti, aduerſantur, in quibus qui vnum axioma negat, non cenſetur cetera negare, quia diuerſæ ſunt rationes, quibus id, quod verũ eſt, probetur; quorum vnam ſcire poterit, qui aliam ignorat. Sed vnica eſt, vt oſtendimus, credendi ratio. Et quamuis qui vnum Dei mandatum reſcindat, alia ſeruare videatur, ſi cogitationes referamus ad externos illius actus; ſi tamen ad Dei præceptum reſpiciamus, qui totam legem ſeruandam præcepit, & qui non mancum aut dimidiatum, ſed plenum atque perfectum obſequium exigit: iam ab iſta obedientia receſſit, qui vel vnum præceptum violauit: vnde ſuccedit illud Iacobi: *Qui offendit in vno, factus eſt omnium reus*; quod vnum, vt Auguſtinus interpretatur, *caritas* eſt. Quemadmodum itaque caritatem vnumquodque peccatum mortale, ita fidem quælibet hæreſis extinguit. Mendacem præterea facit Spiritum Sanctum, cuius Eccleſia Spiritu ducta, decreta omnia ſua ſancit. Quæ ſi vel in vno (vt iſte putat) labatur, nihil habet, quo magis reliquis confidat.

Vide D. Thom. 22. quæſt. 5. articul. 3.

Iacob. cap. 2.

Cyprianum, licet grauiter errarit, non fuiſſe tamen hæreticum: & Cyprianum omnes iſtos hodie Pſeudomartyres, vt hæreticos damnare.

CAP. VIII. CRITOBVLVS.

ISTA quidem tua de hæreticorum Martyrio argumenta non omnino ſunt leuia aut infirma. Quæ tamen apud me plus ponderis haberent, niſi viderem totam Catholicam Eccleſiam in ipſo Cypriano contra hanc, quam ex eo protuliſti, ſententiam aliud ſequi. Quem noſti, quamuis fœdiſſimo illo rebaptizandi errore commaculatum, habitum tamen per omnem Eccleſiæ memoriam pro ſanctiſſimo Martyre; & nullius patris teſtimonia apud nos grauiora eſſe. Quare itaque tam duri ſumus in ſolos hodie Euangelicos, vt non etiam ipſorum mors pro Chriſto & veritate ſuſcepta, alios neſcio quos humanos & leuiores errores, ſi qui forte illis humanitus irrepſerunt, abſtergat planè ac aboleat? Audiſti

Cum Cypriano Martyre iniquè comparantur Euangelicorũ Pſeudomartyres.

diſti enim paullò ante Apologeticos clamitantes; *Occiderunt fratrum noſtrorum infinitos numeros, tantum quòd verè ac purè crederent in Ieſum Chriſtum.* Quid amplius de Cypriano, aut vllo alio Martyre dici poterit? IREN. Non tam cælum à terra immani interſtitio, ac Cypriani à cauſſa Pſeudomartyrum diſiungitur. Nec ſcio, an quicquam afferre poſſis, quod eos magis premat. Primum enim certum atque expeditum eſt, Cyprianum, ne idolis ſacrificaret, ac Chriſtum eiuraret, in hoc Martyrij ſtadio generoſè decertaſſe: iſtos verò, non ne Chriſtum eiurent, ſed quia errores à tota ſemper Eccleſia damnatos, & anathemate confoſſos eiurare noluerunt, dignis perfidiæ pœnis irretitos. Erraſſe verò grauiter Cyprianum non nego, longè tamen extra omnem hæreſeos notam aut culpam, vtpote in ea re, quæ magna rationum ac Scripturarum pondera habere videbatur: in ea, ad quam explicandam, atque definiendam Eccleſia auctoritatem ſuam adhuc non interpoſuerat; neque vllis publicis decretis errorem illum reiecerat: in ea, propter quam nullam ille ab Eccleſia ſeceſſionem fecerat, neque ab aliorum ſe ſocietate, aut communione abſtinuerat, aut eorum ſententiam improbauerat: in ea, cuius errorem ante obitum reuocaſſe, & in qua, in Concilij plenarij, quod poſtea ſequutum eſt, auctoritatem conceſſurus, ſi ſuperuixiſſet, planè credebatur: in ea denique, in qua illum errorem, quem nulla obſtinacia defenderet, næuumque illum omnem quaſi in pulchro corpore ignis ille diuini pectoris, quo ad præclarum vſque Martyrium incaluerat, penitus abſorbuiſſe & exhauſiſſe credatur. Poſt cuius mortem diſcipuli eius, quàuis de tali præceptore ſeſe venditarent, nihilque, quod non ille prius, aſſeruerint; quia tamen poſt apertam ac manifeſtam Eccleſiæ definitionem eum errorem præfractè & mordicus retinuerunt, pro miſeris & deploratis hæreticis ſemper habiti ſunt: vt non fine cauſſa exclamet doctiſſimus ille Vincentius Lyrinenſis: *O mira rerum conuerſio, auctores eiuſdem opinionis Catholici; conſectatores verò hæretici iudicantur. Abſoluuntur magiſtri, condemnantur diſcipuli; conſcriptores librorum filij regni erunt, aſſertores verò gehenna ſuſcipiet.* Hæc Vincentius. Cuius totius rei cauſſam præclarè explicaſſe videtur Auguſtinus: vbi docet, Cypriani errorem imitari Donatiſtas, caritatem non imitari. Quare quamuis & noſtro ſæculo Eraſmus, qui ingenij & doctrinæ fiducia multa innouare & peruellere auſus eſt; viſus ſit ab initio ad hanc Cypriani ſententiam inclinatior, poſtea tamen, re melius deliberata, totum ſe ad Eccleſiæ auctoritatem tranſtulit. Hoc itaque beati Martyris Cypriani exempla adeo non promouent ſuam cauſſam Pſeudomartyres, vt

Diſsimilitudo Cypriani Martyris & Pſeudomartyrum Euangelicorum.

Aug. Epiſt. 48.

De baptiſmo contra Donatiſt. lib. 1. ca. 18. & lib. 2. cap. 4. 6. & 7.

Cypriani de iterato baptiſmo cur error nõ hæreſis fuerit.

Cyp. ad Stephanum, & ad Iubhaian.

Hier. contra Luciferian.

Diſcipuli Cypriani cur hæretici fuerint.

Aduerſ. profanas hæreſes.

Vincentius Lyrinenſis.

Auguſtinus.

De baptiſ. contra Donatiſt. lib. 2. cap. 7.

In Epiſtola præfixa operibus Cypriani: cuius verba pro Cypriani ſententia in poſterioribus editionibus ſunt ab eo omiſſa.

Eraſmus.

Cypriani fides & religio quam diſsimilis fuerit à Pſeudomartyrum perfidia.

eam

eam potius planè ſubuertant. A cuius libris inſana omnia iſtorum dogmata prorſus labefactantur. Cyprianus enim Martyr eſt, qui Sanctorum pro nobis interceſſionem, & Romani Pontificis amplitudinem contra Pſeudomartyres fortiter aſſerit. Id quod iam abundè docuimus. Et vt reliqua ſummo compendio perſtringã, Cyprianus Martyr eſt, qui priuatam [1] cõfeſſionem in Eccleſia retinendam; qui grauioribus [2] peccatis grauiorem pænitentiã, longioremque iniungendam; [3] qui baptiſatos, ſigno Crucis muniendos, & chriſmate vngendos, & ab eis exorciſmo Dæmonẽ abiiciendum; & ante baptiſmum aquam à Sacerdote mundari & ſanctificari docet. Hierarchas [4] præterea in ſacrificiis olim eleuatione manuum Crucis myſterium repræſentaſſe, & chriſma [5] antiquitus die cœnæ tãtummodo confici ſolitum, & eo potiſſimum die pęnitẽtes Eccleſiæ reſtituros: cuius & hodie reſtitutionis veſtigia alicubi tenemus. Cyprianus Martyr eſt, qui oblationes [6] & deprecationes pro defunctis olim in prima Eccleſia vſurpatas tradit, nec fuiſſe ſolos, vt hodie inter Euangelicos videmus, Presbyteros & Diaconos (qui tamen ſi verè rem æſtimemus, nec Presbyteri nec Diaconi ſunt) ſed & [7] Hypodiaconos, [8] Acoluthos, [9] Lectores, [10] Exorciſtas, & pro [11] Schiſmaticis habitos, qui Epiſcoparum ſibi arrogarent, cùm nemo, qui defendi auctoritatem haberet, eum deferret; virginitatem [12] & bona opera apud Deum mercedem ſuam habere, & primam quidem mercedem eſſe Martyrum, proximam virginum: & virginẽ, quæ votum violaret, Chriſti eſſe adulteram. Cyprianus Martyr eſt, qui liberum [13] Chriſtiani hominis arbitrium contra Pſeudomartyres tuetur. Cyprianus deniq; Martyr eſt, qui tam Zuinglianos quàm Lutheranos Pſeudomartyres nõ minus inter ſe, quàm ab Eccleſia in cauſſa Euchariſtica diſſectos expugnat. Illos quidem dum [14] veritatem & præſentiam corporis Chriſti, quod non minus [15] mali, quàm boni manducent; vtroſq; verò, dum [16] tranſubſtantiationem, [17] altaria, & [18] ſacrificiũ corporis Chriſti, ſacræ Euchariſtiæ [19] conſeruationem & vnius ſpeciei, atq; diuini [20] poculi vino & aqua temperandi vſum manifeſtè adſtruit. A Cypriani verò Martyris

Confeſſio.
Pænitentia.
Baptiſmi cæremonia.
Eleuatio manuum.
Chriſma.
Sacrificia & preces pro defunctis.
Eccleſiaſtici ordines.
Epiſcopatus.
Bona opera.
Votum virginitatis.
Libera volũtas.
Euchariſtia.

1 *Lib. 3. Epiſt. 14. 15. ſerm. de lapſ.*
2 *Lib. 1. Epiſt. 2. & 3. lib. 4. Epiſt. 2. lib. 3. Epiſt. 14. ſerm. de lapſ.*
3 *Lib. 3 Epiſt. finali. ſerm. de chriſm. ad Quirinum lib. 1. Epiſt. 12. & lib. 4. Epiſt. 6.*
4 *Serm. de cœna.*
5 *Serm. de chriſm.*
6 *Lib. 1. Epiſt. 9.*
7 *Lib. 3. Epiſt. 5. & 22.*
8 *Lib. 1. Epiſt. 3. lib. 2. Epiſt. 8.*
9 *Lib. 2. Epiſt. 5. lib. 3. Epiſt. 22.*
10 *Lib. 4 Epiſt. 7.*
11 *De ſimp. prælat.*
12 *De habitu virg. de bono patientiæ & eleemoſ. & lib. 3. Epiſt. 25. & lib. 1. Epiſt. 11.*
13 *Ad Quirinum lib. 3. cap. 52.*
14 *Serm. de cœna lib. 1. Epiſt. 2. & de lapſ.*
15 *De lapſ.*
16 *Serm. de cœna.*
17 *Lib. 2. Epiſt. 3. & ſerm. de cœna.*
18 *Lib. 2. Epiſt. 3. & ſerm. de cœna.*
19 *Serm. de lapſ.*
20 *Lib. 2. Epiſt. 3.*

Martyris iudicio reliqui primæ Eccleſiæ Martyres, quorum hodie lucubrationes extſtāt, ne latum quidem (quod dicitur) vnguē recedunt: vt ſi verus & germanus ſit Chriſti Martyr Cyprianus, neceſſe ſit, iſtos Diaboli Martyres appellari, qui inaudita moriendi pertinacia adeo iſta dogmata cū Eccleſia & Cypriano nō profitentur, vt, ne profiteantur, contra Eccleſiam mori potius voluerint. Sūt itaq; iſti omnino tum Cypriani, tum aliorum veteris Eccleſiæ Martyrum exemplis, prǽſidioq́, destituti, nihil aliud quàm inſignes quidam Pſeudomartyres, quātumuis magnis latratibus, & impudenter Apologetici vociferentur, *infinitos fratrum ſuorum numeros non ob aliud, quàm quòd purè in Chriſtum crediderint, occiſos.* Occiduntur quidem, ſed nō ab Ethnicis & perfidis, ſed Chriſtianiſſimis principibus; poſtquam, aliis omnibus clementiæ rationibus tentatis, nullū pœnitentiæ locum relictum in illis vident. Occiduntur, ſed à Chriſtianis principibus, qui ſaluos eos magis cuperent: quos tamen, licet dolenter, gladio, quē illis Deus ad vindictam malorum dedit, ne cōtagio ad extremam Chriſtianæ reipublicæ perniciem ſerpat, reſecare tandem coguntur. Occidūtur, ſed eo zelo, quo Phinees adulterum & adulteram vno pugione confecit, magnamq́; ex eo facto apud Deum gratiam promeritus eſt. Occiduntur, ſed ab iis, qui, ſi illis parcerent, vereri ſibi merito poſſent, quod Sauli, qui Agag intēpeſtiua miſericordia pepercerat, accidiſſe legunt. Occidūtur, ſed eo iure, quo Sacerdotes Baal occidit propheta Elias. Neque iam eos quicquam habere vides, in quo Cypriani Martyrio ſua ſacrilegia tegant.

Euangelicos non eſſe niſi Diaboli Martyres.

Apologeticorum inanis & falſa querela de nece Pſeudomartyrū ſuorum refellitur.

Euāgelici à quibus & cur olim fuerint capitali ſupplicio affecti, vel hodie afficiantur.

Pauca illa Apologeticorum verba [omnem iam prope terrarum orbem aperire oculos ad aſpiciendam lucem] *tria inſignia mendacia complecti. De admirabili Dei prouidentia, qui vt optimus paterfamilias pro grege aut demortuo, aut per Mahometanos & hæreticos imminuto, nouum orbem Chriſtianum ſubſtituerit. Multa memorabilia de pueris Indicis.*

CAP. IX. IRENÆVS.

VENIO iam ad infinitos illos numeros, & tot Pſeudomartyrum millia. Quod cùm vociferantur, à copiis magis & numero militum ſuorum, quàm cauſſæ æquitate victoriam exſpectare videntur. Et miror certè ad quam amuſſim, ad quod perpendiculum iſti rationes ſuas accommodent. Ineunte enim ſecta, nec ad aliquas vires adhuc coaleſcente, illud paſſim occinebatur; *Noli timere puſille grex*; & veritatē nō à multitudine, ſed ſelecta piorum paucitate pendere. Rurſum, veritati ſemper infeſtam multitudinem, & veritatem odio ac ſuppliciis ſemper obnoxiam, fidemque Chriſtianam liberam, ac ſolutam ſemper ab omni metu & neceſſita-

Euangelici quibus verbis in principio de paucitate ſuorum gloriabantur.

Euāgelici hodie de ſuorum multitudine quā glorioſè ſe venditent.

Arriani.

Donatiſtæ.

neceſſitate eſſe debere. Nunc, commutata cum tempore argumenti ratione, multitudine nos terrere ac obruere volunt, & noſtram paucitatem contemnunt. Nunc illas Arrianorum voces audimus: *Subſcribite, aut ab Eccleſiis recedite.* Nunc Donatiſtarum: *Recedite à plebibus noſtris, ſi non vultis, vt interficiamus vos.* Sic iſta Theologia cum tempore aliam atque aliam faciem induit. Verumenimuero an numerus peccatum tollit? Auget certè potius. Sed ego, ni fallor, omnem iſtam præclaram oſtentationem, atque arithmeticam, ompesque iſtas copias diſſipabo. Atque id primùm affirmo, pauca illa verba [*omnem iam prope terrarum orbem incipere oculos aperire ad aſpiciendam lucem*] tria manifeſta mendacia complecti. Neque enim aut hactenus apud Chriſtianos ſepultum eſt Euangelium, aut abſtruſum, vt per iſtos neceſſe ſit illuſtrari; neque lux eſt iſta, vt iſti pollicentur, ſed denſæ ac planè Ægyptiacæ tenebræ. Illud prætereà adiicio, noſtra memoria maiorem acceſſionem factam Catholicæ fidei, quàm deceſſionem. CRIT. Id quo modo verum eſſe poſſit, non ſatis video, cùm præſentem hunc Europæ noſtræ ſtatum conſidero. IREN. An tu orbem terrarum ſola Europa circumſcribes? CRIT. Aut fallor, aut certè, quò tendas, iam teneo; ad illum videlicet nouum orbem, noſtra ætate magna ex parte ad Chriſti religionem conuerſum. In quo audio plurima regna Chriſti fidem iam amplecti & profiteri. IREN. Nihil aberras à ſcopo. Illa enim regna cùm prius Solem, Lunam, & alias creaturas, atque Dæmones colerent pro diis; & tot hominum millia, vt numerus eorum ferè ſit incredibilis, annuatim illis horrendo ritu in ſacrificiis immolarent, iam Chriſtum, & hanc omnem, quam nos nuper turpiter abiecimus, Catholicam fidem agnoſcunt. Ac inter alios Catholicos ritus Sanctorum inuocationem, & Imagines (quarum vſum ſtupendum illud, de quo dixi, de Imagine Mariæ miraculum commendauit) amplexa ſunt. CRIT. Obſtupeſcendum planè fuit illud miraculum, quod nulli ex omnibus, quæ hactenus recenſuiſti, cedat; & quod ſolū omnes illas Caluini atque Apologeticorum contra Sanctorum inuocationem, earumque Imagines, calumnias confringit. IREN. Atque iam tu ſingularem, & admirabilem Dei in Eccleſiam ſuam prouidentiam mecum perpendito. Ad ea enim tempora, quibus impius Machometes caput ſuum primum extulit, multaſque nationes à Chriſto, atque Chriſtiano imperio ad ſceleratam ſuam ſectam abduxit, Angli, & Lōgobardi, & eodem antea ſæculo Frāci, qui ex Germania Galliam inuaſerant, ex Ethniciſmo ad Chriſtianam fidem diuinitus ſunt vocati. Poſt aliquot ſæcula cùm iam Saracenorum ac Turcarum ſuperſtitio, atque potentia per Orientem & Africam longè lateq; diffunderetur, Germani, Bulgari, Roſci, Poloni, Hungari, Dani, Sueui,

Athanaſ. ad ſolit.

Aug. Epiſt. 166.

Apologeticorum pauca verba cō- plecti tria inſignia mendacia.

In nouo orbe multa regna ab idolorum cultu ad fidem Chriſti noſtro ſæculo conuerſa.

Mirabilis Dei prouidentia in regni Chriſtiani inſtauratione contra omnes Ethnicorum & hæreticorū perditos conatus.

Machometes.
Angli.
Longobardi.
Franci.
Saraceni & Turcæ.
Germani,
Bulgari,
Roſci.
Poloni.
Hungari.
Dani.

Sueui, Pruſſi, Lithuani, multæque aliæ nationes, quæ Dæmonibus ſeruierant, Chriſtianam religionem, non Lutheranicam, non Zuinglianam, ſed eam ipſam per omnia, quam hodie Romana ac Catholica Eccleſia profitetur, amplexæ ſunt. Quæ certè omnes, aut nunquam in Chriſti religione rectè ſunt inſtitutæ (quam orationem deteſtor) aut ſincera eſt planè atque Apoſtolica religio, quam Lutherus atq; Zuinglius abolere conati ſunt. Poſtea cùm, peccatis id noſtris poſtulantibus, auorum memoriâ Turca Conſtantinopolitanum imperium, & noſtrá Rhodum, magnamque Hungariæ partem Chriſtianis extorſiſſet; ac Ioannes Huſſus primùm, deinde ante quadraginta annos Lutherus miſeras Europæ Reliquias multis fœdis hæreſibus contaminaſſent: Deus pro immenſa ſua pietate ac prouidentia, more optimi patrisfamilias, in demortui huius per Turcicam ac hæreticam impietatem gregis locum, alterum hunc Chriſtianum orbem, veluti egregiam quandam & nobilem feturam ſuppoſuit, ac ſuffecit. Quod quidem perfeciſſe mihi videtur ad reprimendam iſtam planè vanam & glorioſam, quam futuram præuiderat, Apologeticorum tuorum iactantiam; qui in mediis tenebris, talparumque oculis, neſcio quam lucem ſomniant, & errantium hominum multitudinem, quaſi ad magnum cauſſæ ſuæ firmamentum, arripiunt. Atque hæc admirabilis & ſtupenda in nouo orbe Dei prouidentia iuſtam exclamãdi contra Apologeticos occaſionem præbet; Deum de lapidibus filios ſibi excitaſſe, & feciſſe infantes diſertos, qui iſtorum mendacia refutarent. Ferrea enim Ethnicorum, & idololatrarum corda omnem lapidum duritiem ſuperant; quæ iam videmus in tot regnis (quæ antea ne exſtitiſſe quidem, vllis vnquam libris eſt traditum, vlla fama & auditione acceptum) ad Chriſti fidem capeſſendam emollita. Vbi, cùm quaſi in fecunda meſſe rari eſſent operarij, pueri quidam felicioris & maturioris indolis à præceptoribus non ſolùm prima fidei noſtræ dogmata, ſed integras conciones edocti, cùm eas coram infinito populo rurſus recitarent, præter parentes & affines, totas etiam ciuitates ad ſuaue Chriſti iugum ſuſcipiendum facile perducebant: Vt hic quoque illud verè locum habeat: *Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem*. Certè cum altius apud animum meum repeto, quæ de iſtorum pia facundia, & ſanctis vitæ inſtitutis litterarum monumentis nuper ſint mandata; non ſolùm Apologeticorum, ſed & noſtrorum etiam Catholicorum, atque adeò meiipſius me pudere occipit. Tanta enim eſt eorum in Chriſtum fides, amor, alacritas, conſtantia; vt publicè per plateas Chriſti doctrinam (pro turpibus, quas prius vſurpabant, cantionibus) die noctuque occinant: profunda nocte ad laudes Deo canendas (quas Euangelici hodie, vt ſuperſtitioſas, abrogarunt) alacres, & expedi-

Sueui. Pruſſi. Lituani.

Conſtantinopolitanum imperium.

Rhodus.

Hungaria.

Hæreſes Huſſi, & Lutheri.

Propagatio fidei Chriſtianæ in nouo orbe.

Apologeticorum vana & glorioſa iactantia.

Pueri Indorum, quam multos miraculosè Chriſto lucriſecerunt.

Vide Epiſtolas patrũ ſocietatis Ieſu.

Indicorum puerorum ſingularis pietas.

Nocturnæ vigiliæ & preces.

In Chriſtum amor.

expediti ſurgant: alios pueros Ethnicorum, & Maurorum filios ſuo exemplo, cohortationeque quotidie ad fidem pertrahant. E quibus multi, inuitis parentibus, quos etiã propter nomen Chriſti relinquunt, ad baptiſmum confugiunt.

In fide conſtantia.

Neque vllis poſtea vel minis, vel verberibus, vel mortis metu intentato à ſuſcepta fidei conſtantia deiiciuntur. Nec patres ipſi ſuos, idololatras, & maleficos palàm reprehendere verentur, licet ob id ſæpe grauiſſimè ab illis cædantur.

Zelus.

Qui, cùm prætereuntes fortè quoſdam idolis ſacrificantes inueniſſent, ſaxis eos impetierunt.

Præclara hiſtoria de filia cuiuſdam Maurorum regis ad fidem Chriſti conuerſa.

Extat inter alias pulchra quidem, & egregia narratio de filia cuiuſdam Mauri regis, quæ, licet arctiſſimè in ædibus paternis Goæ conſeruaretur, & ab omni Chriſtianorum colloquio ſtudioſè arceretur, cùm aliquando publicas Chriſtianorum ſupplicationes è feneſtra vidiſſet, & furtiuo matronæ cuiuſdam Chriſtianæ colloquio per feneſtram frueretur, adeo ad fidem Chriſti ſuſcipiendam exarſit, vt baptiſmum enixè flagitarit. Quare, vel inuitis parentibus, abducta, baptiſmo expiata eſt.

Vitiorũ cautio.

Cum tanta eſt in his pueris ſemel ad Chriſtum conuerſis vitiorum omnium cautio, tam accurata viuendi diſciplina, vt admiratione digna videatur.

Pænitentiæ agendæ in adultis ſtudium.

Adultorum verò, & grandium incredibilis quidam feruor, & pænitentiæ cum primis agendæ acerrimum ſtudium. Ac ſtupendum planè ſpectaculum eſt, videre atroces & ſanguinarios hos, quibus ante paucos annos ludus erat, innocentes homines occidere; & quibus illud demum inſtructiſſimum, ac iucundiſſimum conuiuium fuit, quo nefariè occiſos magis nefariè comedebant, ita vt vix à patre & matre deuorandis abſtinerent; iam ſic mãſuefactos, ſic ferinos hoſce mores abiecisse, vt non ſolùm à tantis piaculis ſibi temperent,

Quàm graues criminum, etiam leuiorum à ſe pœnas exigant.

ſed & leniorum criminum grauiſſimas à ſe pœnas exigant; adeo ſanè, vt in publicis ſupplicationibus nudata corpora vltro tam ſæuis verberibus tundant, vt patres ſæpe Societatis Ieſu miſericordia ducti, dum liuentes eorum humeros, & totum corpus ſanguine irrigatum vident, flagellum è manibus extorqueant. Sed quis crederet pueros, teneramque ætatem vltro ſibi hãc pænitentiam acceſſere? Quod tamen ab eis factitatum conſtat.

Catholica fidei dogmata.

Qui inter alia Catholicæ Eccleſiæ dogmata, quæ accuratè tenent, & parentes ſuos ſtudioſè docent; eos de Sanctorum ope imploranda, de Chriſti Cruce, & Sanctorum Imaginibus adorandis, & in primis, ne liberos abſque baptiſmo (ſine quo ad Eccleſiam eos non pertinere, rectè iudicant) mori patiantur, diligenter admonent.

Baptiſmus paruulorum neceſſarius.

Ita verò vſuuenit, vt parentibus atque vniuerſa familia piſcandi gratia domo profectis, puer quidam cum infante in cunis poſito domi relinqueretur: qui, cùm in parentum abſentia puerum periculosè ægrotare, iamque extrema ei imminere perſpiceret, accepta aqua, eum baptiſmo perfudit, & verba, quæ in hunc

Infans à puero in mortis articulo baptiſatus.

hunc caſum proferri ſolent, apertè & diſtinctè pronunciauit: quo peracto mox infans mortuus eſt. Multo igitur rectius pueros iſtos, quàm Apologeticos in Anglia cum ſua Epiſcoporum Synodo, qui infantes non baptiſatos ad Eccleſiam pertinere, atque ideo baptiſari poſſe arbitrantur, ſentire conſtat: rectius, quàm aut ipſos, aut ipſorum præceptores, Caluinum & Bucerum, qui tandem poſt mille quingentos annos regnum cælorum repererunt, in quo infantes non baptiſatos collocarent. Longè in hoc Pelagianis deteriores, qui licet neſcio quo, non tam acuto, quàm ſtolido diſcrimine, huiuſmodi infantibus vitam æternam, non tamen regnum cælorum pollicebantur. Apologetici verò tui licet hunc tam turpem errorem apertè adhuc proferre non audeant: protulerunt tamen, licet tectius, & cuius ſint diſcipuli, ſatis oſtenderunt; cùm non tam falſa, quàm ridicula & contraria oratione filios Chriſtianorum ad Eccleſiam pertinere, & ideo baptiſandos dicant. At non pertinent ad Eccleſiam, niſi per baptiſmum; vt, ſi iam pertineant, baptiſmo non ſit opus. Quanto rectius facundi noſtri infantes, qui voce profitentur, & re ipſa declarant ad Eccleſiam non pertinere infantes, niſi per baptiſmum membra Eccleſiæ conſtituantur, à qua fuerant prius omnino alieni: atque ideo à vita quoque æterna, niſi eo aliena opera & fide (quoniam nullam ſuam habent) per baptiſmum ducerentur. Quam doctrinam licet tam adulti quàm infantes verbis, factiſque in nouo orbe amplectantur, probentque; non tamen nouam eſſe, ſed planè Apoſtolicam, & eos, qui aliter docent, totam damnare Eccleſiam, ex Auguſtino, & aliis patribus ante quatriduum oſtendi: Vt iam, ſi nihil aliud praui dogmatis in Caluini diſcipulis hæreret, à Martyrij laude longiſſimè vel ob hoc vnum ſint remouendi. Niſi fortè vt nouos Martyres, ita & nouos quoque cælos repererint ſint, in quibus eos, qui Apoſtolicæ prædicationi, & toti Eccleſiæ aduerſantur, reponant. Ea enim ſemper totius Eccleſiæ conſtans fuit doctrina; infantes, quia nec votum, nec deſiderium aliquod ſuæ ſalutis per ætatem habeant, niſi aliorum ope ad baptiſmum perueniant, ad ſalutem æternam peruenire non poſſe: licet in catechumenis propter votum, & deſiderium aliud credatur. In quibus tamen non videtur illud expeditum, vt cum culpa omnis ſimul pœna præcidatur: quod baptiſmi & Martyrij ſingulare priuilegium rectius forſan conſtituitur. Sed vt ad diſertos noſtros in nouo orbe infantes redeamus, audiſti iam facundiam: audiſti admirabilem vitam Catholicorum infantum; audi iam & ſtupenda eorum opera. Oratione enim, & precatoriis globulis (quos iſti glorioſi Rhetores, vt ſuperſtitioſos, irrident) ægrotis impoſitis eos ſæpe admirabiliter ſanarunt. Hæc nos verè de diſerta Catholicorum noſtrorum infantia, & admirabili Dei dono,

Apologetici.

Caluinus.

Bucerus.

Pelagiani.

Auguſt. lib. 2. cōtra duas Epiſtolas Pelagianorū ca. 4. ſerm. 14. de verbis Apoſtol. lib. de hæreſibus, hæreſi 88. & de peccatorū meritis lib. 1. cap. 28.

Apologeticorum falſa & ridicula de baptiſmo infantum oratio.

Caluiniſtæ Martyres eſſe nequeunt, quòd contra Eccleſiam ſentiant de neceſſitate baptiſmi in paruulis.

Catechumeni.

Miracula puerorum Indicorum.

Precatoriis globulis ægroti ſanatis

& Catholicæ fidei, quam iſti ante mille annos acceptam nuper turpiſſimè abdicarunt, ſtupenda propagatione gloriari poſſumus. Ipſi verò interim oſtendant, quæſo, lapides, quos Deus excitauit, & infantes, quos diſertos fecit, vt Catholicorum mendacia refutarent. Audio verba magnifica & ſplendida, ſed ab omni re ac demonſtratione vacua: quæ mihi foliosãm, vt cum Plinio loquar, arborem referunt, ſed alioqui ieiunam, ac omnis fructus inanem. Quare viderint ipſi potius, ne in lapides, aut ſi quid durius ſit, miſeranda metamorphoſi commutati ſint, quorum adamantina corda contra omnium patrum, totiusque Eccleſiæ auctoritatem ita obdurauerunt. Certè lapides iſti, & facundi (de quibus diximus) pueri totius huius Apologiæ mendacia nouâ quadam & inaudita eloquentia iam refutarunt; & Apologeticorum iſtam duritiem, defectionemque à Catholica fide olim apud ſummum Dei tribunal planè accuſabunt, ac condemnabunt.

Mendacia Apologeticorum ab Indicis pueris refutata.

Apologeticos & alios Euangelicos temerè mirari ſectam ſuam ita eſſe auctam: & fruſtra eos vagam, imperitamque multitudinem in argumentum veritatis arripere. Quibus additur cauſſa, cur hodie ſecta ſit ita multiplicata.

CAP. X. IRENÆVS.

ATENIM purum hoc eſſe Euangelium, neceſſe eſt, aiunt, quod *tanto curſu ac impetu omnia peruadit ac proſternit, quodq́ principes, cum omnia molirentur, ſiſtere non poſſint.* *Apol. Angl.* Optimè. Redeant verò, redeant (quod quidem opto, nec deſpero) ipſi ſemel principes ad matrem, quam deſeruerunt, & tota mox ſecta, ſi nihil interim ipſi moliantur, valde frigebit. Emiſerint verò ſemel debitæ ſeueritatis aculeos, & ſtatim in magnas anguſtias copiæ iſtæ contrahentur. Quòd ſi adhuc ſuperſint fortè aliquot obſtinatæ ac deſperatæ mentis homines, ad certum corporis animæque exitium ruituri, non valde mirandum. Quid enim facies hominibus mẽte obcæcatis, apud quos omnis veritati aditus obſtruitur? Aut quid præclarius de iis exiſtimabis, quàm de illis, qui ſua ſponte in aquas, in ignes, & præcipitia proruunt? Aut quid ſplendidius de iis ſenties, quàm de inſanis aut ſtultis hominibus, qui, cùm nihil ſciant, omnia ſe ſcire exiſtimant, aliosque omnes magno faſtu contemnunt? CRIT. Atqui non poſſum non vehementer cum Apologeticis admirari, cùm videam, tantum valere, quas vos quidem hæreſes, illi veras & rectè de Deo conſtitutas ſententias, & ideo etiam multum valere putant. IREN. Nulla mihi omnium patrum hac de re admonitio magis opportuna videtur,

Si principes redeant ad Eccleſiã, Euãgeliũ ipſorum breui corruet.

Apologetici temere admirantur vim hæreſum ſuarum.

quæ tibi ac tuis in mentem reuocetur, quàm illa vetuſtiſſimi ſcriptoris, Tertulliani, qui quaſi non ſuo, ſed noſtro ſæculo ſcripſiſſet, hæc inter alia aduerſus hæreticos ſcribit. *Conditio, inquit, præſentium temporum (fratres) etiam hanc admonitionem prouocat noſtram: Non oportere nos mirari ſuper hæreſes iſtas, ſiue quia ſunt: futuræ enim prænunciabantur: ſiue quia fidem quorundam ſubuertunt: ad hoc enim ſunt, vt fides habendo tentationem, haberet etiam probationem. Vanè ergo & inconſideratè pleriq; hoc ipſo ſcandalizantur; * quod hæreſes tantum valeant, quantum non valerent, ſi non fuiſſent. Cùm, quod fortitum eſt, vt omni modo ſit: ſicut cauſſam accipit, ob quam ſit; ſic vim conſequitur per quam ſit, ne eſſe non poſſit. Febrem deniq; inter cæteros mortiferos & cruciarios exitus, erogando homini deputatam, neque, quia eſt, miramur: eſt enim; neque quia erogat hominem: ad hoc enim eſt. Proinde hæreſes ad languorem & interitum fidei productas ſi expaueſcimus hoc eas poſſe, prius eſt vt expaueſcamus eas eſſe: quæ dum ſunt, habent poſſe: & dum poſſunt, habent eſſe. Sed enim febrem, tanquam malum & de cauſſa, & de potentia ſua (vt notum eſt) abominamur potius quàm miramur, & quantum in nobis eſt, præcauemus, non habentes abolitionem eius in noſtra poteſtate. Hæreſes verò mortem æternam, & maioris ignis ardorem inferentes, malunt quidam mirari, quod hoc poſſint, quàm deuitare ne poſſint, cùm habeant poteſtatem deuitandi. Cæterum nihil valebunt, ſi illas tantum valere non mirentur. Etenim dum mirantur, in ſcandalum ſubminiſtrantur, & quia ſcandalizantur, ideo mirantur, quod tantum valeant, quaſi ex aliqua veritate veniant. Mirum ſcilicet, vt malum vires ſuas habeat? niſi quòd hæreſes apud eos multum valent, qui in fide parum valent. In pugna pugilum & gladiatorum, plerunq; non quia fortis eſt, vincit quis, aut quia non poteſt vinci: ſed quoniam ille, qui victus eſt, nullis viribus fuit: adeo ille idem victor bene valenti poſtea comparatus, etiam ſuperatus recedit. Non aliter hæreſes de quorundam infirmitatibus habent, quod valent; nihil valentes ſi in bene valentem fidem incurrant.* Atque iſta quidem præclarè Tertullianus. Quod ſi fortè, vt Apologeticorum penitus reprimatur inanis vel admiratio, vel iactantia, aliquid præterea deſideres, audi quæſo, quid Brentius & ipſe Euangelicus Bullingero eadem, quæ Apologetici, de ſuorum multitudine & frequentia inſolenter iactanti reſponderit. Quo non minus Apologetici, quàm Bullingerus, perſtringuntur; vtpote qui ſe eiuſdem eſſe, cuius ille, factionis & ſectæ non obſcurè præ ſe ferunt. Sic igitur Brentius: *Sed nec illud debet Bullingerus impunè ferre, quod impotenti iactantia commemorat, ad quàm multa regna Cinglij dogma peruenerit. Nunquam,* inquit, *efficiet Brentius, vt multa illa hominum millia per Germaniam, Galliam, Angliam, Italiam, Poloniam, Lithuaniam, Hungariam, per q; alia regna, quæ per gratiam Dei ex prædicatione, & ſcriptis Cinglij veram Chriſti cognitionem hauſerunt, non ſint honore debito, digna gratitudine virum tantum perſequutura.* Et mox: *Cedo igitur Cingliane, tot ne ſunt regna, quæ Cinglius*

De præſcrip.

Tertulliani præclarum aduerſus hæreticos tũ ſui, quàm noſtri temporis teſtimonium. Hæreticorũ confutatio eſt Catholicorum comprobatio.

* Quod hæreſes valeant tantum, quantum ſunt.

Res malas & perniciosas curnemo debeat admirari.

Victoria nõ ſemper arguit virium vincentis, ſed victi prodit imbecillitatem.

In recognitione contra Bullingerum.

ſuo dogmate (quod Bullingerus pro ſua ſententia veram Chriſti cognitionem vocat) inuaſit & expugnauit? Quid ergo faciamus? Quid niſi vt veterem Cinglij triumphum renouemus. Spero autem vos, Cingliani, mihi propitios fore, quòd hactenus ignorauerim veſtri patriarchæ maieſtatem. Putabam eum eſſe aliquem gregarium bellatorem iuxta vulgatum verſiculum, quem ſupra recitaui:

Brentius quibus verbis Bullingeri de Zuinglianiſmo multiplicato ſerectam comprimat.

Occubuit patrio bellator Cinglius enſe,
Et preſſa eſt armis gens populoſa ſuis.

Nunc autem intelligo, eum eſſe inuictum Imperatorem ac triumphatorem. Immane, quantus eſt hic heros? Quid ceſſant viri, mulieres, maiores, minores, ſenes ac etiam infantes, quin ad Bullingeri buccinam conclamēt; Cinglius triumphator Germanicus, Gallicus, Anglicus, Italicus, Polonicus, Lithuanicus, Hungaricus, & plus vltra etiam Calicuticus. Sciamus igitur, quæ ſunt heroica illa ſtratagemata, quæ in tot regnis peregit. Non enim fruſtra tanti honoris titulos reportat. Ecce igitur tibi; docuit in Euchariſtia, panem eſſe panem, vinum eſſe vinū. An nō hoc eſt inſigne ſtratagema? pergamus. Docuit Imagines & ſtatuas ſanctorum non eſſe niſi fictitios colores, non niſi lapides, & ligna; ideoq́; luto conſpergendas, aut è medio tollendas. O quantum hoc eſt beneficium! Quid amplius? Docuit Herculem, Theſeum, Socratem, Numam Pompilium, & alios Ethnicorum heroës commorari in cælo cum Abraham, Iſaac & Iacob, & alijs Sanctis. Plaudite igitur omnes gētes manibus, & ἀρχιστρατηγὸν veſtrū dignis perſequimini laudibus. An non hæc bella tibi videntur Critobule?

Heroica bellatoris Zuinglij ſtratagemata.

CRIT. Neſcio ſanè quàm bella: ſed parū bellè videtur Brentius Bullingerum tractaſſe; quanquam, ſi vera ſint hæc omnia, ſatis bellè. Sed bella iſti bellatores inter ſe gerant: nos pacifici eos nūc dimittamus. IREN. Rectè mones. Vt igitur in diſputatione inſtituta progrediar, nō video ſanè, cur quiſquā adeo miretur, in tantum hodie numerum homines iſtos Euangelicos excreuiſſe. Eſt enim iſtud perquā molle ac delicatum Euangelium, quod ventri ac cupiditati ſua deſideria liberè indulgeat, ac ſubminiſtret; & iiſdem initiis, quibus olim Machometica ſuperſtitio, id eſt, ſeuerioris vitæ remiſſione, ac nimia faciendi & credendi libertate incepit; & ad hanc, qua iam laborat, multitudinem, propter mutua diſſidia propediem ruiturum creuit. Quod nobis tātam omnium virtutum ieiunitatem peperit, vt vel ex eo ſolo, vnde ſit profectū, facilè intelligatur. Produnt certè hiſtoriæ Chamum magnum, ac potentem Tartarorum regem, cùm circiter quadringentos hinc annos ſtatuiſſet, idolorum cultum prorſus abiicere, & ſe atque ſuos ad aliam religionem transferre, ea de re deliberantem; hinc Chriſtianos, hinc Turcas ad ſe trahere ſedulo conatos: Illum verò ſpretis noſtris ſacris non alia magis de cauſſa Turcicæ ſuperſtitioni fidem ſuam adſtrinxiſſe, quàm quod videret, ſi noſtris ſe ſacris addixiſſet, in vnico deinceps matrimonio, vxorum multitu-

Quintum Euangeliū cuiuſmodi ſit, & vnde ſic propagatum.

Chamus Tartarorū rex cur Turcicam ſuperſtitionem prætulerit Chriſtianæ religioni.

Mathias Michou. de Sarmatia Aſiana lib. 1. cap. 5.

multitudine & aliis indulgentioris vitæ illecebris abdicatis, viuendum. Neque vlla magis hodie cauſſa Iudæos, Mauros, Turcas, & Paganos ad noſtram fidem ſatis alioqui in India propéſos, ab ea deterret, quàm ne diuitias ex vſuris & aliis iniquis rationibus accumulatas, ne vxorum multitudinē, ne ſeruitia malis artibus quæſita relinquere cogantur. Ego verò de tota hac re malim, vt Hieronymum non tam Iouiniano, quàm Apologeticis tuis, eius diſcipulis, potius quàm me reſpondentem audires. *Ne glorieris*, inquit, *quòd multos habeas diſcipulos. Quòd multi acquieſcunt ſententiæ tuæ, indicium voluptatis eſt. Non enim tā te loquentem probant, quàm ſuis vitiis fauent. Semper enim Pſeudoprophetæ dulcia pollicentur, & ad modicum placent. Amara eſt veritas, & qui eam prædicant, replentur amaritudine.* Eſt certè noſter hodie Euangelicus populus ſic affectus, vt olim Iudaicus ille apud Prophetam, qui ſemper clamabat: *Dic nobis placentia.* Atque hic ſanè aurium pruritus noua quæque ac iucunda tantummodo audiendi, in hanc, quam hodie habet, magnitudinem hoc Euangelium perduxit: dum concionatores huiuſmodi illecebris captam multitudinem ineſcarent, & ad perniciem pellicerent. Neque vllum ego melius ſanandi huius popularis morbi remedium cogitare poſſum, quàm illud apud Demoſthenem: qui afflictæ & prope perditæ Athenienſium reipublicæ curam ab auribus populi inchoandam prudenter exiſtimabat. Ne videlicet aures oratoribus tam noua & iucūda, quàm ſalutaria concionantibus præberet. Quo tam prudenti conſilio repudiato, paullò poſt intempeſtiuæ voluptatis grauiſſimas pœnas populus ille pependit. Quas & nos tandem exſpectare debemus, ſi nullos libros legere, niſi qui aſſentando, multitudinis leuitatem quaſi voluptate titillant; ſi nullas conciones audire velimus, niſi quæ cum noui cuiuſdam dogmatis ſuauitate, & licentioris vitæ libertate promiſſa, in aures noſtras cum iucunditate quadam affluant & illabantur. Huiuſmodi igitur libros & conciones infinitum ad ſe populum pertrahere quis admirabitur? Quare non eſt, quòd iactent ſuorum multitudinem, nec iſta, quibus hodie Euangelici adeo ardent, in hanc doctrinam ſtudia.

Contra Iouinianum lib. 2.

Idem reſpondetur Apologeticis gloriantibus de numero ſuorum, quod olim Iouiniano eadem ſe de cauſſa venditanti reſpondit Hieronymus.

Euangelicus populus ſic hodie affectus, vt olim Iudaicus.

Cauſſa cur quintum Euāgelium vſque adeo creuerit.

Quod optimum remedium ſtet de quinto Euangelio Demoſthenes.

Demoſt. Olinth. 1. & 3.

Ruituram tempore hanc, quantumuis iam numeroſam ſectam Euangelicam, multoſq́ ab ea quotidie deſciſcere; vt olim Auguſtinus à Manichæis, poſtquàm nouem annis eorum hæreſi fuiſſet irretitus.

CAP. XI. IRENÆVS.

TEMPVS, tempus certè, cuius filia veritas, vt olim Arrij, & aliorum impia dogmata, ita & has omnes peſtes aliquando conficiet. Tempus hoc totum Pſeudoëuangelium, poſtquam ſemel matu-

Commēta quinti Euangelij dies delebit.

maturuerit tam mõſtroſus partus, reddet planè vietum & caducum. Quanquam fortaſſis nondum completæ ſint iniquitates Amorrhæorum. Ac quemadmodum multi iam ex ipſis Euangelicis rerum vſu, longa lectione, & ætatis maturitate prudentiores

Qui viri egregiè docti Euangelicam ſectam deſeruerint.

facti, ſponte ex caſtris Core, Dathan, & Abyron, ad Moſen, & dulcem Catholicæ matris ſinum, magno fratrum applauſu redierunt (inter quos honoris cauſſa Franciſcum Duarenum noſtri ſæculi Papinianum, Georgium Vuicelium, Vitum Amerbachium, Fridericum Staphylum, Franciſcum Balduinum, Staniſlaum Orichouium, ac Theobaldum Thamerum nomino) ita non dubitandum, quin alij infiniti ſemel de fraude, inſidiis, improbitate huius Pſeudoëuangelij plenius vſu, lectione, piorum conſilio, & Eccleſiæ in primis auctoritate inſtructi, ad matris gremium ſint redituri. Quod nuper à multis factum eſſe audio; certè aliquot mihi notos feciſſe & ſcio, & gaudeo. Ad quod cùm tu iam gra-

Auguſtinus nouem annos Manichæorum hæreſi infectus ab ea reſipuit.

dum quendam & aditum ieceris, eſt, cur in primis ſperem, te feliciſſimè euſque, quo debes, progreſſurum. In quo illuſtre habes Auguſtini ante oculos propoſitum exemplum; qui ex deteſtanda illa Manichæorum ſecta, cuius ſordibus totos nouem annos immerſus fuerat, in tantum, quale hodie videmus, Eccleſiæ ornamentum, ac doctorem euaſit. Cuius pia mater Monica, cùm il-

Pia ſollicitudo Monicæ matris D. Auguſtini de filio ſuo ab hæreſi liberando.

lam filij eius cæcitatem continuis lacrymis proſequeretur; & Catholicum aliquando Epiſcopum rogaret, vt pro luce dignitatis, & doctrinæ ſuæ cum filio diſſereret, ac iuueniles illius impetus retunderet, erroresq́; conuinceret: noluit tamen cum eo Epiſco- *Confeſſ. lib. 3. cap. 12. tom. 1.*

Quale reſponſum mater Auguſtini acceperit à quodam Epiſcopo de ipſius conuerſione.

pus congredi. Dicebat enim eum adhuc nimis inſolentem, nimiumque ſibi placere, quaſi de inſignis cuiuſdam doctrinæ magnitudine; cuius opinione inflatus Catholicos ad diſputationem procaciter laceſſiuerat, & nonnullis quæſtionibus iam multos imperitos exagitauerat. Quare intempeſtiuum eſſe, & immaturum adhuc cum tam feroce ac inſolente iuuene diſputandi tempus: fore vero, vt ætatis progreſſu, tam arrogãtes ſpiritus ſe remitterent; fore, vt diuturnitas lectionis omnem illam ferociã emolliret, ac frangeret. Nam & ſibi olim iuueni illud ipſum, quod Au-

Grandiores natu inter Euãgelicos incipiunt tædere ſectæ ſuæ.

Iuuenes Euãgelici præ aliis pertinaces.

guſtino, accidiſſe, idem Epiſcopus affirmauit. Certè, vt audio, multi qui ætate atque prudentia prouectiores ſunt inter Euangelicos, iam incipiunt cauſſæ ſuæ diffidere, & ſecum atque apud amicos, quibus fidere audent, iſtam Germanorum à Catholica fide diuulſionem deplorare, & cupidiſſimè eam reſtitutam cupere. Iuniores verò potiſſimùm pertinaces ſunt, ***hoc miſerabiliores, quod bona, quibus priuati ſunt, ignorent***, vt olim de ſui temporis hæreticis ſcripſit Baſilius. Quorum tamen, vt ſperamus, deferueſcet aliquando in nouum hoc Euangelium ardor; & tum egregios iſtos, qui nunc Martyrum nomine celebrantur, eſſe reuera Pſeudo- *Epiſt. 61.*

martyres,

martyres, ob eamque cauſſam omnium mortalium abiectiſſimos, clamabunt.

Pſeudomartyribus iſtis infiniti veteres Catholicæ Eccleſiæ Martyres opponuntur. Adrianum in Germanico ſuo Pſeudomartyrologio fruſtra ad defenſionem falſorum Martyrum ſuorum ex Paulo, Irenæo, & veteribus Martyribus nonnulla arripere.

CAP. XII. IRENÆVS.

DEMIROR, Criſpinum, Foxum, & Apologeticos tuos ita laudibus efferre Pſeudomartyres iſtos, nec cogitare interim de verorum Martyrum infinitate, eorumque vera ac ſolida apud Deum, & homines pios gloria. Demiror, illos ante Valdenſes, & Huſſios reperire nullos potuiſſe, qui vel pro hac fide, vel in ea obiiſſent. Catholici certè noſtri Martyres, hos Imaginarios & numero, & cauſſa infinitis partibus ſuperant, pluresque non vno ſolum anno, ſed vno etiam menſe, imo vno die pro fide Catholica aſſerēda defuncti ſunt, quàm ſunt omnes iſti noſtri hac ætate Euangelici Martyres, etiamſi ad hunc nobilem cumulum adiicias omnes antecedentium ſæculorum Pſeudomartyres. Ecce enim tibi totam ciuitatem Chriſtianorum in Phrygia cum omnibus cuiuſcunque ætatis, ſexus, & ordinis incenſam. Ecce tibi Mauritium cum tota Thebanorum legione, quæ ſex millia, ſexcentos, ſexaginta ſex milites complectitur. Ecce tibi triginta dierum ſpacio, ſeptemdecim millia Martyrum. Ecce tibi in Perſide circiter ſedecim millia Martyrū; Ecce tibi è Britannia noſtra XI. millia Virginum & Martyrum duce Vrſula. Ecce tibi vno die viginti millia Chriſtianorū Nicomediæ conflagrantia. Denique ſi ſtellæ cadant in aliquem numerum, cadent & noſtri Catholici Martyres. CRIT. Nō de veteribus, ſed noſtræ ætatis Martyribus agitur. Quorum cùm tanta ſit copia apud Euangelicos, nō videtur Foxus fruſtra commemoraſſe vix octo ex omni Catholicorum colluuie inuentos, qui eam religionem vitæ ſuæ præponerent, nec ſine cauſſa mirari, voluiſſe homines graues, nec indoctos, propter rem nō ita grauem, ac homuncionem Pontificem vix vita dignum, mortem oppetere. Neque ducunt Martyrum ſuorum narrationem Euangelici à Vualdenſibus, aut Huſſo, ſed ab ipſis Apoſtolis, primiſque illis ineuntis Eccleſiæ illuſtribus athletis, eamque ad Vualdenſes, Huſſum, ac noſtros hodie Martyres deducunt. Quam rem Adrianus, qui

Plures vno non ſolum anno vel menſe, ſed etiam die pro fide Catholica aſſerenda mortē obiiſſe, quàm fuerint omnes omniū ſæculorum Pſeudomartyres.

Ciuitas Chriſtianorum incenſa.

Mauritius & 6666. milites Thebani Martyres.

Martyrum 17. millia.

Viginti millia Martyrum vno die.

Euſeb. lib. 8. cap. 11.
Vſuard. 10. cal. Octobr.
Gregor. Turonenſis.
Tertul. ad Scap. Bed. de temp. Oroſ. lib. 7. cap. 25.
Metaphraſt. in vita Domnæ & Iudæ. tom. 5. Aloyſij Lippomani.
Sozom. lib. 2. cap. 14.
Vſuard. x. Kalend. Octobr. & VI. Kal. Maij.
Rodulph. in Kalend. 21. Octobr & Vualdelb. Parmēnſis in Martyrol. metrico.

Foxus.

Adriani in Pſeudomartyrologio ſuo Germanico methodus.

Germanis noſtris hûc Martyrum theſaurum materna nuper lingua communicauit, prudenter animaduertens, hanc quaſi ſupremam manum Criſpino ac Foxo defuiſſe, proponit nobis Stephanum Martyrum primitias, Petrum, Paulum, ac reliquos Apoſtolos: Ignatium, Irenæum, Laurentium, Romanum, & alios quàm plurimos. Qua narratione abſoluta, ac eleganter ſæpe ad confirmationem eorum, quæ aut dicta aut facta ſunt à noſtris hodie Martyribus, & commodè applicata, poſtremò in ipſorum hiſtoriam ingreditur. In Paulo itaque oſtendit, infinitis partibus ſacram cœnam Domini magis contaminatam, atque à Chriſti inſtituto per Romanos Pontifices longius abductam, quàm per Corinthios, quos ille reprehendit. In Martyribus Lugdunenſibus, propter admonitionem diuinitus Atalo factam, hunc omnē ciborum delectum, & Eccleſiæ ieiunium ab Antichriſto originē trahere. In Irenæo ob reprehenſum Victorem, Romanum Pontificem, propter eius aduerſus Orientales acerbitatem, Paſchatis & huiuſmodi feſtorum ac ciborum exquiſitam obſeruationem, in Pauli ad Galatas & Coloſſenſes reprehenſionē incidere: *Dies*, inquit, *obſeruatis & annos*. Imagines denique Eccleſiæ deteſtatur, Martyrum exemplo, qui fortiter, ac generosè omnia ſupplicia atque mortem ſubierunt, quòd idola huiuſmodi colere detrectarent. Hæc & alia id genus, quaſi emblemata, veterum Martyrum narrationi Adrianus interſerit. IREN. Adrianus ſi ſic agit, non tam veterum Martyrum hiſtorias narrat, quàm ſcelerate contaminat: nec meliore fide Eccleſiaſticas hiſtorias vobis explicat, quā Sebaſtianus ille Francus, qui ante triginta annos eaſdem miſerrimè, & per eas magnam populi multitudinem, vt audio, deprauauit. Quæ, cùm imperita ſit, & quæ vernacula lingua ſcribuntur, vix legere quidem ſciat; ponderare verò ac iudicare ſingula omnino neſciat; facile tum ſeducta eſt; & ab eo tempore per infinitas Euangelicorum in hoc genere fraudes, ac captiones miſeris modis in hodiernum vſque diem seducitur. Nec ſatis habent Magdeburgenſes tui, ſi iis, qui Latinam linguam intelligunt, ſcelerate imponant; niſi iſta ſua venena promiſcuo etiam populo bibenda proponant. Quam gratiam ſibi ab aliis præripi nolūt; quibus grauí conteſtatione, ne quid huiuſmodi attentetur, denunciant. Quibus certè de hoc beneficio nemo pius maiorem gratiam reponet, quàm iis, qui publicos fontes veneno corrumpunt. Quanquam niſi quis deploratus ſit, ac planè perditus, magis ex lectione huius hiſtoriæ in Catholica fide confirmabitur, quàm deterrebitur, ſi aut per ſe, aut aliunde fraudes ac inſignem iſtorum malitiam ſemel ſubodoretur. Audiſſe verò te credo graues illas Magdeburgenſium querelas contra Geneuenſes, quod hanc ipſorum hiſtoriam turpiter, nec ſine fæda falſi nota in Gallicam linguam,

Adrianus quid veteratorie attexuerit ex veteribus Martyribus ad defenſionem Pſeudomartyrum ſuorum.

Cœna Dominica.

Ciborum delectus & Eccleſia ieiunium.

Galat. 4.

Imagines.

Sebaſtianus Francus corruptor hiſtoriarum Eccleſiaſticarum.

Imperita multitudo miſerè ſeducitur hiſtoriis rerum Eccleſiaſticarum vernacula lingua perfidè corruptis.

Magdeburgenſiū cura et ſolicitudo de populo corrupta ſua Eccleſiaſtica hiſtoria ineſcando.

In præfat. Cent. 6.

Magdeburgenſiū querelæ de perfidia Geneuenſiū.

vt & ante Lutheri commentarios ad Galatas, transfuderint. Sed tu hic perpende iuſtam Dei vindictam. Qui aduerſus beatos illos viros, Sozymum & alios, propter horrendum illud falſi crimen tantopere hactenus, ſed falſo & malitioſè vociferati ſunt, iam & Euangelicos quoque inuenere, quibus hoc crimen iuſtiſſimè, vt putant, poſſunt intendere. Et qui hactenus omnium patrum monumenta tam fœdè commacularunt, eaſdem pœnas, fraudeſque non per Catholicos, ſed Euangelicos patiuntur. Sed vt ad Adrianum reuertar, neque illi maiorem te fidem, quàm Magdeburgenſibus adhibere velim. Qua enim ille ratione probauit vnquã, Eccleſiam à Chriſti aut Pauli inſtituto in cœna celebranda receſſiſſe? Neque enim credo, eam ſibi auctoritatem, quam ſoli Deo tribuimus, arrogabit Adrianus, vt, quæ ipſe dixerit, ſtatim facta credantur. Aut qua ille fronte iſtam ſceleratorum hominum colluuiem Martyrij honore amplificat, qui ob eius potiſſimum negationem deſperatis animis ad ſempiternum corporis, ac animæ interitum ruunt, quod Chriſtus ipſe, & poſt eum Paulus tanta verborum luce oſtendunt; venerandum ſcilicet Chriſti corpus in ſacris myſterijs verè ac ſubſtantialiter adeſſe? Aut quem alium ritum in cœnâ peragendâ, vniuerſa Eccleſia tenere credẽda eſt, quã eum, quem Paulus ipſe Corinthiis tradidit? Quod ſe facturum promiſit, cùm diceret: *Cetera, cùm venero, diſponam.* Atque ô vtinam exſtaret hodie liber, quem de traditionibus Eccleſię Ignatius ſcripſit. Nihil enim dubito, quin ritus, quos hodie obſeruant in cœna, & aliis in rebus Catholici, quos Euangelici nuper aboleuerunt, planè Apoſtolici reperirentur. De Victore verò, & idolis ſatis me iam dixiſſe apud te puto, è quibus intelligis, quàm ſcitè Adrianus tuus Scripturas accommodet. Cuius prudentia æquè in Attali hiſtoria apparet. Neque enim Alcibiades Martyr ex præſcripto Eccleſiæ, quæ moderata ieiunia præſtituit, quæ & ipſa etiam, ſi iuſta cauſſa ægritudinis, aut ſimilis ſubſit, prorſus eiuſdem auctoritate remittuntur, ieiunabat; ſed neſcio quo animi rigore, vitæque ſeueritate, aut potius, vt ipſa hiſtoria ſignificare videtur, praua & ſiniſtra aliqua opinione, quaſi aliter facere non liceret, ab omnibus penitus eſculentis & poculentis, præterquàm pane & aqua, ſibi abſtinendum putauit: vt nõ ſine cauſſa reliquis Martyribus offenſionis occaſionem dediſſe, & prudenti admonitione caſtigandus videretur. Cuius factum quo modo cum rationibus noſtrorum hodie ieiuniorum cohæreat, Adrianus maturiore deinde cogitatione ſecum diſpiciat. Parum itaq; promouit hac ſpecioſa fraude Pſeudomartyrum ſuorum cauſſam Adrianus; quæ tantum diſtat à Catholicorum Martyrum gloria, quantum lux à tenebris, vita à morte. Hi noui Adam, illi veteris Adam Imaginem referunt. Adam vetus, quia peccauit, alioqui immortalis fu-

Iuſta Dei in Magdeburgenſes vindicta.

Adriani commẽta refelluntur.

Eccleſiã Catholicam non receſſiſſe in cœna celebranda ab inſtituto Chriſti, vt nugatur Adrianus.

Aug. ad Ianuar. Epiſt. 118 tom 2. Euſeb lib. 3. cap. 35.

Ignatij liber de traditionibus Apoſtolicis.

Alcibiadis ieiunium expẽditur.

Catholicos Martyres Imaginem noui, Pſeudomartyres verò veteris Adami imaginem referre.

turus, mortuus eſt. Nouus Adam, Chriſtus, qui nunquam peccauit, & pro prioris Adam peccato, & ne nos deinceps peccaremus, mortuus eſt. Hi quaſi cæleſtis Adã filij, vt id, propter quod Chriſtus mortuus eſt, re ipſa præſtarent; ne peccarent, ne Deum & veritatem negarent, Chriſti Crucem portant. Illi vt terreſtris Adam filij, quia Chriſtum, quia veritatem negant, quia diuina & Spiritus Sancti præcepta tranſgrediuntur; in peccati pœnam, primùm hiſce temporariis, deinde, quod horribilius eſt, perpetuis ignibus obiiciuntur. Eſt itaque hæc omnis iſtorum, non Chriſti, ſed Diaboli crux: habet enim & ille, vt ſuam Eccleſiam, ita & ſuos Martyres. Non bibunt iſti ex calice Ioannis & Iacobi, non bibũt ex calice Martyrum, ſed Diabolo planè litant: ac crucem quidem portant, ſed eius (vt diximus) ſocij, qui in Cruce pendenti Chriſto conuiciatus eſt.

Pſeudomartyres Crucem portant eam, quã latro, qui Chriſto maledixit.

Nullo iure Martyrij pro Chriſto laudem Pſeudomartyres Euangelicos vindicare ſibi poſſe. An veteres Prophetæ occiſi, Machabæi, & Innocentes, quos Herodes interfecit, ſint dicendi Martyres. Triplex eſſe in Eccleſia Martyrium.

CAP. XIII. IRENÆVS.

ATQVE iſtud tam honoratum, tam amplum Martyrum nomen miror quenquam audere iſtis Pſeudomartyribus tribuere, quod ego vix auſim Abelo, Eſaiæ, & aliis ante Chriſtum prophetis impiè occiſis, adſcribere; niſi generali quadã notione, hoc eſt, quatenus cũ rectè crederent, propter iuſtitiam in cauſſa Dei morte affecti ſunt. Sed neſcio tamẽ, an potiori quodam iure Machabæi fortè in Martyrum numerũ à nobis ſint adſciſcendi. CRIT. Cur Machabæis hunc honorem potius, quàm aliis deferendum opinaris? IREN. Quia certè, ſi non propriè Martyres (eo quod Chriſtus nondũ ſit paſſus, à quo omnis noſtri Martyrij ratio propriè trahitur, neq; quiſquã adhuc è patribus in cælum receptus) proximè tamen ad eiuſmodi Martyres accedunt. Martyres enim Chriſti propriè ſunt, qui ei teſtimonium ferunt, quod nomen ipſum indicat. Qui verò non tam voce, & libris, quã ſanguine ſuũ de Chriſto teſtimonium muniunt atq; obſignant; ij hodie vel ſoli propriè, vel præ aliis maximè huius tam ampli nominis honore afficiuntur. Machabæi ſanè, quia nolebant patrias Dei leges præuaricari, & cum idololatris & profanis gentibus ſe contaminare, hoc eſt, vt rem vno verbo expediam, propter fidem, quemadmodum noſtri Martyres, mortẽ oppetierũt. Abel verò & Prophetæ, non ob eam cauſſam, ſed ille fraterno odio, qui meliores illi ſucceſſus inuidebat; Prophetę, quòd impios reges, ac idololatras pro

Abel, Eſaias & alii in veteri teſtamento licet nõ propter Chriſtum ſint interfecti, quo modo tamen dicantur Martyres.

Machabæi Martyres.

Martyres qui vel ſoli propriè vel præ aliis maximè appellẽtur.

officio ſeuerius reprehenderent, licet nō omnino propter fidem, iniuſtè perempti ſunt: & proinde ij non tam propriè, quàm illi Martyres appellari poſſe videntur. Prima certè Eccleſia ſolos ex omnibus veteribus Machabæos annuo die, ſtatiſque honoribus coluiſſe videtur.

Chryſoſtom. tom. 1. Nazianzen. Leo de natiuitate Machabæorum.

Innocentes pro Chriſto ab Herode occiſi, an fuerint Martyres.

C R I T. Ergo, te iudice, Innocentes illi, quorum *quatuordecim pro Chriſto millia (tot enim quidam numerant) in Iudæa cæſa ſunt, non erant Martyres, quod negandi aut aſſentiendi propter teneram ætatem, ac conſilij non capacem, poteſtatem nullam habuere.

**Hunc numerum habet Miſſa Aethiopum.*

I R E N. Quid ſentis de infantibus baptiſmo perfuſis, deinde vita decedentibus; an cælos eis obſtructos exiſtimas? C R I T. Abſit, tam impiè ſentirem, & ſalutem illis adimerē.

Caluiniſtarum error de ſtatu infantium hinc ſine baptiſmo decedentium.

A quo tantū abſunt noſtri doctores, præſertim Caluinus, & multi ex noſtris Martyribus Caluini diſcipuli; vt, etiā ſi baptiſmo nunquam expientur, certā tamen ac indubitatam illis ſalutem adſcribant. I R E N. Scio; atque ideo Auguſtinum, qui contrarium ſentit, non ferunt, licet ea in re nihil aliud ille, quàm tota illius ſæculi, & ſuccedens Eccleſia ſenſerit. Quare Caluinus viderit, ne ſuos diſcipulos vel propter hanc ſolam hæreſim non Eccleſiæ, ſed Diaboli Martyres fecerit.

Auguſtinum cū Catholica Eccleſia conſentientem Caluiniſtæ reiiciunt.

Cuius errorem etiā Apologetici tui ſequūtur. Tu verò rectè iudicas infantes baptiſmo ablutos, ex hac vita migrantes ſalutem conſequi. Ego verò à te quæro, vbi eſt illorum ad credendum voluntas? Si itaque non inuidemus ſaluti eorum, nec Martyrij coronis inuideamus. In ſanguine enim ſuo baptiſati, Martyres facti ſunt.

Apologeticorum error.

Triplex in Eccleſia Martyriū.

Triplex enim in Eccleſia Catholica Martyrium inuenio: primum quidem omnium abſolutiſſimum, ad quod & mors ac morientis voluntas concurrunt: cuius princeps eſt beatus Stephanus. In Ioanne voluntatem quidem, ſed non mortem, quod proximum genus eſt: In Innocentibus verò, quod poſtremum genus eſt, mortem ſine voluntate reperio.

Stephanus. Ioannes Euangeliſta. Innocentes.

Bern. in natal. Innocentium.

Quare cū nullum ſit Martyrium, quod non aliquo ex his, quaſi terminis, ſepiatur, peropportunè ex veteris Eccleſiæ inſtituto cadit horum annua memoria ad ſacrum Chriſti natalem diem, idq; eo, quem diximus, ordine. Hanc igitur veterum Martyrum infinitatē, quos omnis Catholica Eccleſia hactenus venerata eſt (quorum ſenſus longiſſimè ab iſta Euangelicorum doctrina diſſitos fuiſſe cōſtat) tuis Pſeudomartyribus oppono.

Foxus Pſeudomartyrum buccinator, & Catholicorum iniquus ſuggillator.

Verum quandoquidem nobilis iſte Pſeudomartyrum buccinator noſtrorum hodie hominū frigus, languentes, molles, ac degeneres animos criminatur, quod pro Catholica fide periculis caput obiicere nolint, audiat à me, quod, licet ſit verum, fortaſſis non credet: audiat inquam, vt tandem vanam eius iactantiam frangam, plures Catholicos noſtra ætate nouo quodam Martyrij genere à Canibalis deuoratos, quā omnis iſta ſectarum ſentina Martyres ediderit.

Plures

Plures veros Martyres recenti memoria à Canibalis fuiſſe deuoratos, quàm ſint omnes, quos ſectæ pepererint. Ex horribili Lutheranorum atque Zuinglianorum inuicem, & Lutheranorum inter ſe, atque Zuinglianorum inter ſe diſſidio oſtēditur, neutros illorum eſſe Martyres; & primum de ſola Zuinglianorum in cauſſa Eucharistiæ inter ſe diſcordia.

CAP. XIIII. CRITOBVLVS.

TV mihi in his tantis, & tam ſeriis rebus neſcio quid nugarum, atque ineptiarum aucupari & conſectari videris. IREN. Quid ego tibi ineptus videar, qui inſignes noſtri ſæculi Martyres (quales nullorum hactenus veterũ monumenta prodidere) contra imaginarium atque ementitum tuorum Martyrium propono? Inter eas enim gentes, quæ noſtra ac parentum memoria primùm, ad notitiam reliqui orbis peruenerunt, ſunt Canibali ἀνθρωποφάγοι, ad quos cùm aliquot ex noſtris acceſſiſſent, vt verbum Chriſti, & Euangelij illic ſemen ſererent, concionantes eos adorti occiderunt, occiſos deinde comederunt. CRIT. Inſolens ſanè Martyrium, inſolens conuiuium. Tales certè apud me conuiuas non deſidero. Sed quantus erat iſtorum concionatorum numerus? IREN. Credo ſanè ſenarium, aut denarium numerum non exceſſiſſe. CRIT. Hos ego vt facilè veros eſſe Martyres conceſſerim; ita ridicula eſt illa tua tam paucorum contentio ad tot Centurias, ad tot millia, ad tam infinitos numeros Martyrum Euangelicorum, de quibus Apologetici gloriantur. IREN. Facilis certè, atque expedita eſt hæc mihi omnis arithmetica. Sint Centuriæ, ſint, ſi velis, millia; Martyrem planè nullum, Pſeudomartyres abſque dubio vniuerſos reperies. Alioqui cum Arriani, Anabaptiſtæ, Zuingliani, ac Lutherani in hanc nobilem hiſtoriam ſe conglobarint, cui ſectæ dabis Martyrij palmam? CRIT. Captioſa ſanè, & valde lubrica quæſtio: cui ego vix reſpondere poſſum, vt non alterutram partem premere, omnemque laudem ſinceræ religionis illi detrahere videar. Nam, vt nihil dicam de Arrianis & Anabaptiſtis (quos nulla ratione volo eſſe in hoc numero, ſed inter hæreticos referri, nec ea in re ſatis rectè à Foxo noſtro rationem ſupputatam puto) ſi Zuinglianis hunc triumphum decernam, Lutherani me in ius vocabunt; ſi Lutheranis, Zuingliani. Nec quid reſpondeam, ſatis ſcio. Verùm quoniam huc ſemel ventum eſt, vt quid ſentiam, explicem; potiores partes mihi videntur Zuinglianorum. Hæc ita dico, vt, ſi hic à te victus fuero, hanc ſententiam reuocem; ſin minus, ſecurius in ea deinceps permaneam. Id certè ſcio, Zuinglij ac Caluini diſcipulos regnare in hoc catalogo; qui frigeſcit ſanè, ſi eos expungas. IREN. Atenim

Canibali.

Martyres à Canibalis deuorati.

Nullus inter Euangelicos Martyr.

Foxus eos, qui ſunt omnium ferè Euāgelicorum conſenſu hæretici, inter Martyres numerat.

In Catalogo Pſeudomartyrum plures ſunt Caluini, et Zuinglij diſcipuli, quàm Lutheri.

Atenim eos omnes non ſolùm Catholica Eccleſia, verum etiam Lutherani ipſi expungent; atque ita mira lacuna in hoc catalogo relinquetur. CRIT. Id & ego hactenus veritus ſum, donec in Apologiam incidiſſem; quæ hunc mihi omnem timorem ademit, ac nutantem animum confirmauit. *Illi, inquit, quos iſti contumeliæ cauſſa appellant Zuinglianos, & Lutheranos, re vera ſunt vtriq; Chriſtiani, & inter ſe amici, ac fratres. Non de principiis aut fundamentis religionis, non de Deo, non de Chriſto, non de Sancto Spiritu, non de ratione iuſtificationis, non de æterna vita, tantùm de vna, nec ea ita graui, aut magna quæſtione inter ſe diſſentiunt. Nec deſperamus, vel potius non dubitamus breui fore concordiam.* Alibi verò Lutherum & Zuinglium *præſtantiſſimos* viros, *& ad illuſtrandum orbem terrarum à Deo datos* fatetur. E quibus facile intelligimus, ſentire Apologeticos, coniunctiſſimos eſſe Lutheranorum ac Zuinglianorum in eadem religione & ſententia animos; aut, ſi quid fortè ſit diſcriminis, eos humanitus (vt fit) non niſi leuiter diſſentire: ob eamque cauſſam promiſcuè illos tot Martyrum aceruos, tot millia ad vtrosque referri debere. Nec ignoras Caluinum, & alios conſtanter affirmare, Confeſſionem Auguſtanam ſuam eſſe, nihil ſe ab ea alienum, aut diſſentaneum tueri. IREN. Facilius probarint, cygnum eſſe nigrum, aut coruum candidum, quàm hanc, quã fingunt, Zuinglianorum atque Lutheranorum cõcordiam. Ac miror non ſuppudere iſtos tantæ impudentiæ, & tam manifeſtæ vanitatis: niſi fortè Gygis illum, de quo veteres loquuntur, anulum conſecutos ſe putant, cuius beneficio, quicquid arbitratu ſuo dixerint, & fecerint, à nemine deprehendi queunt: aut facies forſan ſuas ita opinantur vndique eſſe contectas, vt à quoquã ne videri quidem poſſint. Sed ego eis hanc omnem laruam, ac perſonam detraham, vt nudata facie, quàm ſint ridiculi, omnibus appareant. Nam mihi quidem nõ longè ab eorum ſtultitia abeſſe videntur, qui, poſtquàm nudum corpus rete contexerint, impudenter paſſim obambulant, quaſi à nemine conſpiciantur. *Non diſſentiunt ergo* (vt aiunt) *de re aliqua graui Lutherani, & Zuingliani; amici ſunt, fratres ſunt.* Miror, ſi ita ſe res habeat. Nam cum atrociſſimè, tum Zuingliani inter ſe, tum etiam Lutherani inuicem diſſideãt, quæ, precor, concordiæ ſpes inter ipſos Zuinglianos ac Lutheranos relicta erit? Et quoniam hæc mihi camerina neceſſario mouenda eſt, ab ipſis Zuinglianis auſpicabor; & te rogo, an Sacramenta Eccleſiæ inter res leues conſtituenda ſint? CRIT. Abſit, vt ita dicam. IREN. At non ſolum de numero, ſed de veritate etiam, & efficacia Sacramentorum grauiſſimè inter ſe diſſentiunt. Nam cum Zuingliani tantùm duo, Baptiſmum & Euchariſtiam, Lutherani plura conſtituant; de illis duobus atrociſſimè digladiantur. Baptiſmum enim paruulorum Zuingliani negant eſſe neceſſarium:

Zuingliani Lutherani ſunt Pſeudomartyres.

Apologetici in Anglia quid ſcripſerint de mutua Zuinglianorum & Lutheranorum inter ſe concordia & diſſidio.

Caluinus.

Apologetici conuincuntur aperti mendacij.

Diſſenſio Lutheranorũ & Zuinglianorum de ſacramentis.

ſarium: quorum opinio in celebri Lutheranorum Synodo Vuittenbergæ in ædibus ipſius Lutheri, nec ſine cauſſa (cùm ſit ab omni ſemper Catholica Eccleſia exploſa) damnata fuit. Atque in hac Synodo duos, eoſque inſignes errores Bucerus reuocauit: alterum contra corporis Chriſti in Euchariſtia præſentiam: alterum, de quo hîc iam agitur, qui certè omniũ fuit abſurdiſſimus. Aſſeruit enim quoſdam infantes ſine baptiſmo æternam ſalutem conſequi, quoſdam autem baptiſmo perfuſos in Gehennam trudi. A qua etiam ſententia non diſſentire videtur * Petrus Martyr. Et ne Bucerus gratis in Lutheri ſententiã cõceſſiſſe videretur; Lutherus quoque ſe in illius gratiam inflexit, illiuſq; voluntati acquieuit, vt extra ſacramenti vſum nullam corporis Chriſti in Euchariſtia præſentiam definiret. Sed iſte Zuinglianorum contra Baptiſmi neceſſitatem error non ſine alio errore diſplicet Lutheranis; affirmantibus infantes habere motus quoſdã, & inclinationes ad credendum & diligendũ, ſimiles motibus fidei. Imo Magdeburgenſes aiũt, infantes habere propriam fidem; & ideo Iuſtinum Martyrem cũ reliquis patribus reprehendunt, quod tradant infantes aliena fide ſaluos fieri. Sed vt ad Zuinglianos orationem referam; affirmo, in ſolius Euchariſtiæ cauſſa Zuinglianos, illiuſq; ſectæ aſſeclas; tam horrenda atque exſecranda inter ſe diſſenſione diuulſos, vt pæne horreat eam referre. Hanc ſentinã primus noſtra ætate mouit Caroloſtadius, qui vt eriperet nobis verum, & Catholicum horum verborum ſenſum, [*hoc eſt corpus meum,*] nobili interpretatione, & cælitus delata, tantoque Euangelio digna, [*hic ſedet corpus meum,*] expoſuit. Hũc ſenſum vt inſulſum exploſit ſtatim Zuinglius, & [*eſt*, pro, *ſignificat*] interpretatur. Oecolampadius verò huic inuidẽs, aliam cenſurã adfert, [*Hoc eſt corpus meũ,*] *Hoc eſt*, inquit, *corporis mei ſignum*. Succedens Suenckfeldius, quẽ, quaſi teterrimam ex his omnibus ſentinam, Stenckfeldium Lutherus appellat (quia, vt audio, vobis Germanis, [*ſtank*,] tale quiddam ſonat, quemadmodum & nobis Anglis, [*ſtink*,] cùm videret tantas in illis paucis verbis dimicationes, illa omnino repudianda; quippe quæ ſpiritali intelligentiæ remoram quandam inijcerent, clamitat. Exorti ſunt deinde alij, qui ad hunc modum verba diſcerpunt, [*accipite & comedite, quod pro vobis datur, hoc eſt corpus meum,*] &, [*accipite & comedite, hoc eſt corpus meum in commemorationem.*] Septimo ſe loco aperuit Ioannes Campanus, qui hunc locum ita explicat. [*Accipite & comedite: hoc eſt corpus meum panem.*] Nec defuit octauus, qui cùm videret doctores ſuos non melius ſibi conſtare; pro ſua benignitate, liberalitate, ac auctoritate vnicuique liberam poteſtatem, quicquid velit, in hac parte credendi indulſit. Neque enim in alterutro vllum eſſe ſalutis æternæ diſpendium, aut hanc rem cum vlla ratione fidei implicitam.

Errores Euangelicorum de baptiſmo.

Anno Domini 1536.

Buceri & Petri Martyris abſurdiſſima hæreſis.

Vide Bucerũ in 3. cap. Matth quem citat Tapperus tom. 1. articul. 2.

Petr. Mart. in cap. 7. prior. Corinth.

Magdeburgenſes.

Cent. 2. c. 4. pag. 63. & Cent. 5. c. 4. pag. 516.

Horrendæ zuinglianorũ inter ſe de verbis Chriſti in Euchariſtia diſſenſiones.

Caroloſtadius. 1.

Zuinglius. 2.

Oecolampadius. 3.

Suenckfeldius. 4.

Aliæ duæ Zuinglianorum ſectæ. 5. 6.

Ioannes Campanus. 7.

Alia Sacramentariorum ſecta. 8.

De cauſa ſa. 7. tam. Quam velut egregiam quandam diſſenſionum iſtarum inter Zuinglianos & Lutheranos conciliandarum rationem nuper ſequutus eſt Bernardinus Ochinus. *Bernardin. Ochinus.*
Qui in eo aſſertionis ſuæ fundamentum collocat; non eſſe fidem, propter quam Deô placeamus; omnibus tam Catholicis, quam Lutheranis & Zuinglianis, & ipſi Apoſtolo contradicens, clamitantibus: *Sine fide impoſſibile eſt placere Deo:* *Ad Heb. 11.* omnia videlicet ad prædeſtinationis abyſſum, qua ante mundum conditum à Deo electi ſumus, referens. Atque hanc ineundæ concordiæ rationem amplexus eſt & Frithus vnus ex noſtris Pſeudomartyribus, cuius hac de re commenta Thomas Morus & Ioannes Guinæthus in vernacula noſtra lingua luculenter confutarunt. *Ioannes Frithus.*
Sed cum Foxus nihilominus hoc nomine pro ſua pietate ac prudentia ſuſpicit; optatque ad aliquot dies iuſtitium ac ſilentium de modo præſentiæ. Sed hic nihil facit aſtutus homo à ſe alienum. *Foxus aſtute inter Euangelicos ſyncretiſmum, ſed fruſtra optat.*
Videt enim & dolet, propter hanc immanem animorum inter Euangelicos diſſipationem, & conſenſus diuulſionem, noui huius Euangelij maieſtatem valde imminui, ludibrioque paſſim exponi. Syncretiſmum igitur ad tempus optat, vt, communi omniũ Euãgelicorum impetu Catholicis, quod ſperabatur, penitus ſemel obrutis, atq; oppreſſis, poſtea liberius, ac ſecurius in hac opinionum licentia ipſi vagentur. Neque enim vulpes iſta Samſonis illas vulpes ignorat, *Iudic. 15.* colligatis inuicem caudis, facie tamen auerſa, ſegetem incendiſſe. Qua quidem quaſi viua effigie Scriptura hunc Syncretiſmum depingit. *Syncretiſmus Euangelicorum vulpinus.*
Sed fruſtra id optat: male ſarta gratia male coiit. Neque potuit ſe continere iſtud diſſidium, quin in has, quas diximus, diſſenſiones, idque intra biennium, quo diſceſſum eſt ſemel à vera Euchariſtiæ fide, erumperet. Ita enim contigiſſe, & has octo, quas retuli ſectas, Lutherus ipſe recitat, *Luthe. de 8. ſectis Sacramentariorũ.* & ex magnitudine diſſidij à Diaboli ſpiritu profectas oſtendit. Ab eo verò tempore totidem aut plures in ſolo Euchariſtiæ negotio, inter ipſos Zuinglianos ortæ ſunt huiuſmodi contentiones. Inter quas neſcio an non primas ſibi præripiat & ingenij & Martyrij ſui magnitudine Antonius Perſonus, *Foxus in hiſt. Martyr.* Sacerdos Anglus: qui ea omnia Chriſti verba de corpore & ſanguine ſuo, nihil eò, ſed ad ſolas Scripturas, quas à Chriſto accipere, & populo diuidere debeamus, pertinere conſtanter affirmauit. *Antonij Perſoni pernicioſa de verbis Chriſti in cœna interpretatio.*
Quod videtur Antonius à veteribus illis hæreticis Paulicianis ſumſiſſe, *Euthymius Zigabenus in Panopliis tit. 21.* quos Conſtantinopolitanus patriarcha Photius coarguit. *Pauliciani.*
Qui ne panem quidem vel vinum Chriſtum ad cœnam adhibuiſſe aſſerunt. Sed cum Antonio fortaſſis de palma contendet Coubrigius, qui non eſt veritus hæc Chriſti verba, [*Accipite & manducate, hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur,*] ſic peruertere, *Hoc eſt corpus meum, in quo populus circumuenietur & decipietur.* *Coubrigij execrabilis verborũ Chriſti interpretatio.*
Caluinus verò, cuius ingenij acumen ac *Caluinus.*

fidei

fidei luculentam iam tibi ſpeciem in deſcribenda Nicæna Synodo exhibui, turpe ſibi putauit in tanta ingeniorum fecunditate, ac ſenſuum varietate aliorum veſtigiis inſiſtere. Quare nouo ille commentó interpretatur; *Hoc eſt corpus meum, id eſt, virtus & efficatia corporis mei*, propterea quòd anima nõ minus ſpiritaliter alatur corpore Chriſti, quàm corpus noſtrum pane. Atque huc Apologetici tui, & totus ferè Euangelicus grex hodie proruunt, & relictis ceteris, huic ferè adhæreſcũt; vt iam ſibi & Euangelio ſuo ipſi Lutherani valde timere incipiant. Rationem enim Caluinus pro ſuo acumine excogitauit, qua ignem & aquam, humida & ſicca, frigus & calorem in mutuam gratiam atque amicitiam reduxit, id eſt, Auguſtanam Confeſſionem ad Zuinglianos transtulit: cuius ſe contra Vueſtphalum patronum, atque aſſertorem palam clamitat. Nihil enim eſſe in ea; quod à ſua vel reliqua Zuinglianorum doctrina abhorreat; & inani hactenus diſſenſionis ſpecie Germanorum oculos ab impoſtoribus perſtrictos, qui amiciſſimos homines, ac fratres ad magnum renaſcentis Euangelij detrimentum inſanis clamoribus ſine cauſſa diuellant. Se itaque cum de aliis, tum de Euchariſtia nihil alienum à nobili illo fidei ſymbolo Auguſtæ edito profiteri. Hoc enim lenocinio ita ſe Caluinus in Lutheranorum gratiam inſinuauit, vt multi docti, multi illuſtres viri, multæ ciuitates ei dederint dextras. Sed & alij docti proſilierunt ex Caluini ſecta, ad ſe rapientes Auguſtanam Confeſſionem. Quod ſcriptis apud Senatum Francofordienſem Ioannes à Laſco cum aliis peregrinis, qui illic Euangelium profitebantur, palàm teſtatur. Sed ita rem interim pro ſua prudentia moderati ſunt, vt ſi ea ratione non proficerent, nihil dubitarent, eam à rationibus ſacræ Scripturæ alienam affirmare: à qua magis, quàm ab hominum iudicio penderent. Boquinus denique & alij, qui iurarunt in verba ipſius Auguſtanæ Confeſſionis, eam cum Zuinglio in gratiam reducere conantur. Quod ſi non obtineant, vt nouum quoddam Euãgelium planè reiiciũt. Maxima verò Auguſtanæ fidei, eiuſque maieſtatis inclinatio per Philippum Melanchthonem cœpit; qui, cùm eſſet quidam in ea princeps & quaſi terreſtris Deus, neſcio ætatis delirio, an in ſolita leuitate ſibi conſtans, aut certè noua quadam inſania correptus, vt olim à Catholica fide, ita certè nuper, poſt totos triginta annos (vt non modò ex Staphylo & Villagagnone, ſed ipſius etiam verbis conſtare videtur) ab ipſa Auguſtana perfidia in aliam, ſed maiorem abiit. A cuius ſcriptis ac factis Caluiniſtæ magnum argumentum ducunt, Cõnfeſſionem illam Auguſtanam, quam & ſcripſit, & Apologia poſtea muniuit Melanchthon, ab initio fuiſſe ſuam & Zuinglianicam. Quorum impudentiam non verba modò ipſius Cõfeſſionis, ac Apologiæ, quæ manifeſtè de vera & ſub-

Apologetici in Anglia.

Caluini nimium acumen in reconciliatione eorũ, quæ ex diametro inter ſe repugnant.

De Auguſtana Confeſſione Euangelicorum contentiones.

Caluinus quibus illecebris Lutheranos ineſcauerit.

Ioannes à Laſco. Peregrini.

Extat eorũ defenſio Gallicè impreſſa anno 1562.

Boquinus.

Melanchthonis inconſtantia & leuitas.

In iudicio Heidelberg. ad comitem Pala. inum.

Ad Fridericū Myconium. 1538.

Melanchthon noluit dicere, aue, Oecolāpadio propter diſſenſionem in Euchariſtia.

& ſubſtantiali corporis præſentia loquuntur, ſed ſcripta ipſius Melanchthonis, in quibus Oecolampadii ſententiam verbis diſertis iugulat, & Saxonica viſitatio, cui ille præfuit, atque adeò ipſe Oecolampadius planè conuincunt. Noluit enim Melanchthon, dum vterque eſſet Marſpurgi apud Heſſorum Principem, vel colloquio eum dignari, nec aue ei, quaſi homini è cœtu fidelium eiecto, dicere, qua ille de re grauiter conqueritur. Quid recenſeam acta Philippi Vuittenbergæ, in conuentu Schmalcaldico & Ratisbonæ? Quis iam ignorat, quæ & quàm acerba Lutherus contra Caroloſtadium, Zuinglium, Oecolampadium, atque alios ſcripſerit? de quibus mox plura. Quis neſcit Auguſtæ à Zuinglianis & quatuor illis imperii ciuitatibus, Argentorato, Memminga, Conſtantia, Lindauia, priuatam fidei confeſſionem ſeorſim Imperatori oblatam? Quid excluſit Argentoratum & alias Sueuiæ ciuitates à fœdere reliquorum Euangelicorum, niſi hæc ipſa fidei de Euchariſtia diſſenſio? Atque ego iſta apud te iam recenſeo, non ob eam modò cauſſam, vt impudentiſſimam Caluini ac ſociorum hac in re impudentiam conſideres (vtraque enim & Zuinglianorum & Auguſtana Confeſſio à vera ac Catholica fide longe remota eſt) ſed magis, vt perpendas, non eſſe mirum, iſtos in antiquos patres, quorum ſæpè ſcripta lectorem candidum, nec nimis peruicacem deſiderant, & in Catholicam atque antiquam fidem, contra quam multa ad veri quidem ſpeciem ab hæreticis callidis, atque ingenioſis ſemper ſunt dicta, & dici ſemper poſſunt, proiecta quadam audacia tanta nuper molitos, qui auſi ſunt conuellere, quæ adhuc in recentibus ſcriptis, ac viua hominum, etiam principum, memoria hærent, qui rebus gerendis Auguſtæ non ſolùm interfuerunt, ſed & præfuerunt. Tum vt illud magis ac diligentiùs cogites, vel hoc vno argumento Euangelicorum iſtorum doctrinā omnem planè labefactari, quòd tam hoſtiliter de Auguſtanæ Confeſſionis tam recens editæ interpretatione (quam quaſi certiſſimum quoddam, ac indubitatum fidei Chriſtianæ ſymbolum Catholicis hactenus oppoſuerunt) digladientur. Quanto item præſtaret Euāgelicis, Catholicam fidem amplecti, quæ his mille quingentis annis inter homines Catholicos per tot regna, & remotiſſimas terras diſſipatos, vnà tamen ſemper atque eadem permanſit. Huic autem impudenti Caluini commento, non modò Vueſtphalus, & alii Lutherani, ſed & ſocii eius conſtanter reſiſtunt. Ecce tibi Tigurinos, qui Auguſtanam Confeſſionē palàm damnant, vt à ſua & purioris Euangelii profeſſione recedentem. Atque hæc ſit tibi alia nota præclara inter Zuinglianos concordiæ. Caluinus interim non modò Auguſtanam Confeſſionem ſuam eſſe dicit, ſed ſe, ac Tigurinos etiam eiuſdem ſententiæ clamitat.

Oecolamp. de Euchariſtia.

1536. 1527. 1541.

Lutherus maximus aduerſarius Sacramentariorum.

Non eſſe mirum Euāgelicos vim inferre patrum ſcriptis, cùm res adhuc noſtra memoria recentes & plurimis non modo auditas, ſed compertas deprauare non erubeſcant.

Diſſenſiones Euangelicorū de interpretatione Auguſtana confeſſionis eorum Euangelium labefactant.

Vueſtphalus.

Bullinger. in ſcripto ad Lāgrauium Heſſorum Principem 1561. Tiguri edito: cuius mentionem facit Heſhu-

Tigurinorū & Caluini diſſenſio de Auguſtana confeſſione.

mitat.

mitat. Hic interim id etiã obſeruandũ eſt, Caluinũ ipſum Bernæ hęreſeos *accuſatũ, libroſq́; Geneuenſes ibidem fuiſſe damnatos.* *Cũ enim Andreas Zebedeus, & Ioannes Angelus, miniſtri Zuingliani, ille Nyonæ, hic Burſini oppidorum Bernatenſium, publicè in ſuis concionibus, & priuatis colloquiis hæreſi notarent Ioannem Caluinum, ipſe cum ſuis quibuſdam diſcipulis Bernam profectus anno 1554. menſe Nouembri, in eos actionem calumniarum intendit: illi contra, collectos ex eius libris Latinis & Gallicis articulos quindecim de prædeſtinatione, & reprobatione, hæreticos eſſe pœna incendij, docendum ſuſcipiunt: & præterea conqueruntur, quorundam Francorum exſulum clandeſtinis perſuaſionibus ſuos Bernenſes Geneuam attrahi, vt illic cœnam de Caluini manibus ſumerent. Itaq. Senatuſconſulto Bernenſi 1555. 3. Non. April. ne Geneuenſes libros, quibus huiuſmodi articuli continerentur (qualis eſt inſtitutio Caluini) deinceps venderent; vtque formula ſolius Catechiſmi Bernenſis retineretur, repudiato Geneuenſi. Hæc Carolus Molinæus in libello Gallico, quem pro ſui defenſione contra Caluiniſtas nomine Simonis Challudri edidit. pag. 62. 63. 64.* Sed in hac ſcena omnium ſe præclariſſimè geſſit Beza. Is enim apud electorem Palatinum profeſſus eſt non ſolùm Geneuenſium, ſed & Tigurinorum nomine, verum, reale, & ſubſtantiale Chriſti corpus in Euchariſtia, verè, realiter, & ſubſtantialiter adeſſe. Mox illi falſæ legationis accuſatio à Tigurinis intenditur. Vbi verò paullò poſt domum rediit è Germania, nullam aliam eſſe in Euchariſtia participationem contendit in cœna Domini, quàm in baptiſmate, in lectione, & meditatione ſacræ Scripturę; tantum denique abeſſe à terris corpus Chriſti, quod in Euchariſtia credimus adeſſe, quantũ cœlũ à terra abſit. Iam ipſa Apologia Eccleſiæ Anglicanæ dabit nobis aliam in hoc genere diſcordiã. Nam cum Tigurini palã fateantur, ſe ab ea diſſentire; Caluinus contrà Auguſtanæ Confeſſioni conſentire ſe affirmet, atq; ita ad ineſcandum Germanos Lutheranus videri velit: Apologetici in Anglia mediam quandam rationem ingrediuntur, vt non negent diſſenſionem, ſed eam leuem quidem ac modicam, idque de re vna. Non vno tamen mendacio hæc ab illis effutiuntur, cùm, & de multis ac maximis rebus altercentur, & hæc ipſa vna res, id eſt, Euchariſtia (quam nominare non auſi ſunt) ſit ex omni religione res maximi momenti, vt Zuinglius, Bullingerus, Petrus Martyr, & alij paſſim teſtãtur. Quamuis itaq. vna de re, eaq; leui, quandã inter Euangelicos diſcordiam Apologetici fingant: alij tamẽ Euangelici grauiſſimas de rebus maximis inter ſe excitatas diſſenſiones ingenuè fatentur, & valde deplorant: huiuſque rei memoriam omnem, ex hominum pectoribus, ipſiſq;, ſi fieri poſſet, libris funditus deletam cuperẽt. Quod vt facilius confici poſſit, alij aliud tentarunt. Quidam verò ex Euangelicis non modò Catholicorum, ſed & fratrum ſuorum libros

ſcelerate

In ſua defenſ. cõtra Caluinũ, Bezam, quaternion d 3. Michael Fabritius pro Balduino cõtra Bezam 1564. Coloniæ.

Hæc ad verbum ex Chronographia Ar. Põtaci Anno 1554. De eadem re cõſule reſponſ. Laudij Sãcleſij ad Apolog. Bezæ. pag. 45. & ſequent.

Beza perfidia & inconſtantia in Euchariſtiæ ſacramento.

Apologetici media via incedũt inter Tigurinos & Caluinum.

Apologetici cur nominare non ſint auſi rem illam vnã de qua altercãtur Zuingliani & Lutherani.

ſceleratè corruperunt, atque commacularunt. Inter quos eſt quidam ex noſtratibus, qui Sleidani nuper hiſtoriam in Britannicum ſermonem tranſtulit. Qui omnem illam Alexandri Farneſij coram Carolo Cæſare & Ferdinando rege habitam orationem, in qua inter cetera mutuas Euangelicorum diſſenſiones perſtrinxit, prorſus omittit. Huc referendi ſunt, qui, cum Pauli Iouij hiſtoriam typis Baſileæ nuper excuderent, vt multa alia alibi, quæ maieſtatem noui huius Euangelij lædere videntur, ita quæ ille de hac diſcordia verè ſcripſit, in ſua editione, nouo quidem, ſed eodem ſtulto & perfido commento eraſerunt. Verba verò Iouij lib. 30. huiuſmodi ſunt. *Quanquam, inquit, à Laurentio Campegio Cardinale cuncta prope firmiſſimis rationibus refellente, tractari, & iure optimo dānari poſſe Lutheri placita viderentur (ea enim non reiicienda modò atq. abolēda, ſed riſu excipienda eſſe cenſebāt, qui ſacrarū litterarū peritia mediocriter valerēt) quādo nulla conſtātia plures diſcipuli ipſo magiſtro inſaniores, prouecta in immēſum interpretādi libidine, à prima rebellionis argumētis impudentiſsimè deſciuiſſent, vt ipſi de nomine peculiares ſectas conderent, et imperita multitudo ad factiones atq. inteſtina bella traheretur.* Et lib, 39. *Luthero enim hæreſiarcha adhuc ſuperſtite, qui ante viginti annos, eadē in vrbe, ac eodē Cæſare conuentui præſidente, inducta placita defēdere conatus fuerat, impunitusq; diſceſſerat, pleriq; alij nouas diuerſasq; à Luthero ſectas condiderāt, publicatisq; dogmatibus, antiquas hæreſes excitarāt, quas ſuperioribus ſæculis Sanctiſſimorū Pontificū ac Sacerdotū decreta, Concilijs toto terrarū orbe celebratis, legitimè ſuſtuliſſent.* Hæc Iouius. Sed vt ad Apologeticos reuertar, hæc iſtorum fraus veteres Arrianorū aſtutias redolet. Sic enim & illi populo perſuadebant, contentionem illam ὁμουσίου magis de vocibus, quàm de rebus fuiſſe. Atque hac fraude Gothi, qui poſtea horrenda cæde in Catholicos graſſabantur, Arriani facti ſunt; hac patres Ariminenſes miſerè circumuenti ſunt. Accipe iam & aliam quandam egregiam iſtorum concordiam, qua Petrus Martyr, ſociis paſſim reclamantibus, qui non audent eſſe diuinæ poteſtatis menſores ac penſores, vt cum Auguſtino loquar, Deum clamat non poſſe, ſi maximè velit, corporis ſui præſentiam in Euchariſtia facere. Illi verò ſe aiunt non ex poteſtate, ſed voluntate Dei (quam abeſſe fingunt) iſtam omnem controuerſiam metiri. Melanchthon autem, vt ad eum reuertar, non ſolùm ab Auguſtana, ſed in aliam quandam confeſſionem ſibi peculiarem, nec reliquis Sacramentariis communem abiit. Quippe qui iis potius verbis [*hæc eſt participatio corporis mei*] quàm illis [*hoc eſt corpus meum*] vtendum putauit. Sed quò abeo? quo vſque infinitas iſtas inſanias perſequor? Reliqua igitur iſtorum, ac præſertim inſignem illam de tropo ſuo varietatem, qua in Luca & Paulo in voce [*teſtamenti*] in Matthæo & Marco in voce [*ſanguinis,*]

Sleidan. lib. 13.

Ioannes Dauſon Sleidani hiſtoriam quàm bona fide vertent.

Anno Dom. 1560. in 8.

Pauli Iouij hiſtoria in editione quadam Baſilienſi corrupta.

De euangelicorum diſſenſione ex Paulo Iouio.

Apologeticos imitari fraudes Arrianorum.

Theod. li. 4. cap. 37.

Apologeticorum & Petri Martyris in Euchariſtia diſsidium.

Hier. contra Lucifer.

Petri Martyris blaſphemia in Deum.

Contra Vin ... obiect. 7 part. 1.

Melanchthonis priuata & diſſentiens ab omnibus Euangelicis de Euchariſtia opinio.

Tropica interpretatio verborum Euchariſtia apud Euāgelicos quàm varia.

ac rurſus in Paulo in voce [κοινωνία] eum affigunt; ac, quod admirabilius eſt, cùm in Luca & Paulo, vbi de ſanguine agitur, *metonymiam* ſuam in voce [*teſtamenti*) reponunt, in altera parte (*hoc eſt corpus meum*) metonymiam in voce (*corpus*) conſtituunt; hæc inquam, & reliqua id genus, ne iuſto ſim prolixior, prudens omitto. Cùm tantum itaq. ſit bellum de ſola Euchariſtia, inter ipſos Zuinglianos, exſpectabis forſan maiorem inter ſe Lutheranorum ac Zuinglianorum pacem?

Quanta ſit Apologeticorum impudentia, qui nullam, aut leuem inter Zuinglianos & Lutheranos diſcordiam fingunt.

CAP. XV. CRITOBVLVS.

HÆC tua oratio de hoc Zuinglianorum diſſidio magnam mihi totius huius rei dubitationem inijcit. Videtur tamen Apologeticis (vt dixi) omnis iſta diſſenſio medica & leuis, atque ſine omni pacis ac fraternæ, aut Chriſtianæ amicitiæ iactura. IRE. Apologeticorum itaque os obturet præceptor iſtorum Petrus Martyr. *Teneor*, inquit, *multos iã annos huius aſſerendæ veritatis mirifico ſtudio, vel quod cauſſa ipſa per ſe inter religionis noſtræ capita, maximi ſit momenti, vel quod in ea hallucinari, ad omnem ſuperſtitionem ac idololatriam ſit feneſtram latiſſimam facere*. Hæc ille. Hunc autem eum librum, vnde iſta ſumta ſunt, non tam contra Catholicos, quàm Lutheranos ſcripſiſſe perſpicuum eſt. At idem, vt agnoſcas noui huius doctoris conſtantiam, alibi ait: *hanc quæſtionem non eſſe tanti momenti, vt inter fideles communionem & caritatem ſoluere debeat*. Et quoniam Lutheranos & Zuinglianos, amicos & fratres eſſe volunt, omiſſis illis alijs, eiſdemque tragicis ſcriptis, quibus vtrique ſe ante quadraginta fere annos lacerarunt; dicamus paucis verbis, quàm amicè ſe inuicem his proximis annis ſalutarunt. Bullingerus igitur doctrinam Brentij *ſomnium* nuncupat, & *delirium*, & quidem *Eccleſiæ Dei valde noxium*. Præterea, quia Brentius eum premit Lutheri auctoritate, *prouocamus* inquit Bullingerus, *ab irato & furioſo Luthero*. Sed vt certius intelligas, quàm verè Apologetici ſcripſerint, Lutheranos & Zuinglianos amicos inter ſe & fratres eſſe; audi quæſo quibus adhuc elogiis Brentium ornet Bullingerus, quemadmodum Brentius ipſe teſtatur: cuius verba hæc ſunt: *Ego Bullingero*, inquit, *ſum rixator, ſpiritus inflatus, calumniator, ſcurrilis luſor, Momus; peruerſor, mendax, impurus, impudens, garrulus, logodædalus, iactator, eiector Chriſti è cæleſti ſuo throno, furens, leuis, leptologus, conuiciator, contumelioſus, Eutychianus, ſophiſta, debacchator, & peior Scuencfeldio ipſo. Doctrinam autem, quam profiteor, & librum, quem de maieſtate ſcripſi, vocat Brentianas nebulas, figmenta, nugas vanas & futiles, ſcurriles ineptias,*

doctrinam

Petri Martyris teſtimonium cõtra auctores Apologiæ Anglicanæ.

Contra Vinc. in Epiſt. præfixa oper.

Petri Martyris inconſtantia qui idem modo ait modo negat

In reſponſ. ad Senatum Argentoratenſem. vt refert Ioſias Simlerus in oratione de vita & obitu Petri Martyris.

Bullin. etiam quàm fraternè & amicè diſſentiat à Brentio.

Bulling. de cælo & dextra Dei.

Brentius in recognitione prophetica et Apoſtolicæ doctrinæ impreſſa Tubingæ 1564. pag. 64.

Bullingerus prouocat à furioſo Luthero.

Quibus elogiis amicè & fraternè ornet Brentiũ Bullingerus.

In recognitione Brent. pag. 4.

doctrinam diſſoluentem ſpem de certa fidelium ſalute in cælo, inſaniam, philautiam, artem ſophiſticam, ambages ſubdolas, commenta falſiſſima, elumbe ſcriptum, ſophiſmatum verſutias, librum maieſtuoſum, librum perplexorum, Chimæram vbiquariam, ſophiſticam Aegyptum, nugas putidas, vbiquitatem prodigioſam, verba furioſa, & ſi quid eſt his amarulentius. An putas hæc amica & fraterna verba? an ab amico & fraterno animo profecta? Sed his non contentus Bullingerus, exprobrat etiam Lutheranis, quòd capita fidei in diſputationes trahant. An poſſunt capita fidei cuiquam Chriſtiano videri res leues? Audiſti, quàm fraternè Brentium Bullingerus tractauerit: nunc audies, num Brentius par pari retulerit. Brentio igitur Bullingerus *eſt quaſi vaniſſimas bullas gerens*: quem ſcribit *attrociſſimis & horrendis criminationibus pios ac piorum doctrinam conſpuiſſe*: Zuinglianos autem generatim ab iis, qui Confeſſionem Auguſtanam agnoſcunt, magno cum offendiculo, & iactura veræ Eccleſiæ ſe ſeparaſſe. Errorem vero *Cinglij*, quē tuetur Bullingerus, non eſſe *ſimplicē, vt quibuſdā fortaſſe videtur, ſed, qua error eſt fæcunditate, alterum alterū parere*. Vnde paullo poſt ſubiūgit, *eos, qui faciunt Chriſtum in cælo Deum & hominem, in cæna tantum Deum, Neſtorianā hæreſim reuocare*. Sed, vt, quàm graues ſint Zuinglianorū errores, omnibus innoteſceret: *Cinglius*, inquit, *in cælo ſtatuit Catones; alij non tantùm primam promiſſionem de Chriſto; Semen mulieris conteret caput ſerpentis, verùm etiam alias propheticas de Chriſto promiſſiones non exponunt* κατὰ τὸ ῥητὸν *de Chriſto, ſed Iudaicè de rebus & beneficiis corporalibus. Quibus dogmatis viam præparant non ſolùm ad obſcurandum; verum etiam ad tollendum è medio Dominum Ieſum Chriſtum, vnicum noſtrum & perpetuum ſeruatorem*. Sed vt ad Brentium nominatim redeam, aſſerit ſollemnia cœnæ Domini verba Bullingero, & ſociis eſſe, quaſi *ſudes in oculis, & aculeos in cordibus*. Quæ cùm Brentius dicat, ne putent magis ad Bullingerum quàm ad ſe pertinere tui Apologetici. Exſtant & Petri Martyris contra Brentium non valde fraternæ velitationes. Iam quàm amico & fraterno oſculo Ioachimus Vueſtphalus Ioannem Caluinum; ac eundem cum Beza, Boquino, Clenuuitzio, ſiue Clebitio excipit Heſhuſius? Quanta rurſus virulentia Vueſtphalum, Heſhuſium, Magdeburgenſes, ac alias Germaniæ Eccleſias exagitat Caluinus? Vueſtphalum ille pro ſua Pontificia amplitudine anathemate conficit, eumque ac ſocios inter pertinaces hæreticos, & ad ſuperbam illam Gigantum factionem refert. Et certè nemo ſatis admirari poterit admirabilem, & repentinam illius transformationem. Prouocans enim ad Saxoniæ Eccleſias, & miniſtros illorum contra aduerſarium Hamburgenſem, exquiſitis eos titulis ornat. At mox vbi ab aduerſario contra ſe ſtetiſſe videt, ſtupenda metamorphoſi ex *ſymmyſtis, viris honorandis, fratribus, patribus & fideliſſimis*

Lutherani capita fidei in diſputationem trahunt.

In recognition. p. 172.

Brentius quàm amicè & fraternè de Bullingero ſcribat.

Ibidem pag. 217.

Hæreſis Neſtoriana.

Ibidem pag. 320.

Iudaica Zuinglianorum interpretationes aditum patefaciunt ad tollendum è medio Chriſtum.

Petrus Martyr.

Ioachimus Vueſtphalus.

Caluino Vueſtphalus, Magdeburgenſes, ac cæteri Lutherani ſunt fraternè & amicè pertinaces hæretici.

Saxoniæ Eccleſias et miniſtros quam fraternè & amicè Caluinus tractarit.

Tilemanus Heſhuſius quibus elogiis fraternè & amicè ornet Caluinum.

In defen. ſua.

fideliſſimis Chriſti ſeruis,eos nebulones,gigantes, pecudes,aſinos, Diabolos,& neſcio quæ monſtra,reddit. Ecce vero tibi fraterna oſcula, quæ Caluino rurſus infigit Heſhuſius. Cui *crudelitatem et tyrannidem,dolum,perfidiam,contemtum Epicureum, garrulam & ſophiſticam philoſophiam , futiles nugas, ieiunos cauillos, effrenem & impudentem mentiendi libidinem,petulantem ac impudentem ſycophantiam;& falſum in veteribus ſcriptoribus ab eo admiſſum,& quòd ludat in enarratione diuinorum oraculorum non aliter, quàm ſi Ouidij Metamorphoſeos, vel Sibyllinos verſus explicaret*,& alia id genus obiicit. Nec minus honorificè ceteros appellat: ex *Beza beſtiam & Cyclopem,atq. adeo proſtitutum ſcortum* facit. Et ne inuicem de honorum prærogatiua decertarent,*vniuerſos impudentes nebulones appellat*. Nec minus laurè, atq; amicè nuper Heſhuſium Clebitius tractauit, cui tanquam Saxonico Papæ iam ruenti miris modis ac côuiciis inſultat:cuius pedes non magis oſculari velit,quàm Papæ Romani. Quare Lutherani Caluinum & ſocios non tam ſtylo & diſputatione,quàm legitima magiſtratus ſeueritate refutandos ac caſtigandos clamitant. Exſtat Ioannis à Laſco,& ſociorum peregrinatio,regnante in Anglia Maria,qui apud Haffniam, Vuiſmariam, Lubecum, Hamburgum, & alias Lutheranorũ ciuitates commorari ſe non potuiſſe conquerũtur. Viderint itaq; Apologetici,que ſint illa lamentoſa Eccleſiæ apud Vtenhouiũ diſſidia. Ecce vero tibi aliud par fratrum,Stancarum,& Caluinũ. Stancaro certè Caluinus, Petrus Martyr, Bullingerus;cũ reliquis Tigurinis & Geneuenſibus, Arriani, Eutychiani, Apollinariſtæ, Acephali, Theodoſiani, Gaianitæ, Macariani, ac omnium deniq. deploratiſſimi hæretici habentur. Qui iudicat vnum Petrum Lombardum pluris eſſe,*quàm centũ Lutheros,ducentos Melanchthones,trecentos Bullingeros,quadringentos Petros Martyres, & quingentos Caluinos. Atq. ſi omnes in mortario contunderentur,non exprimi poſſe vnam vnciã veræ Theologiæ,præſertim in articulis de Trinitate,incarnatione, mediatore, & Sacramentis. Eſſe ter miſeros,et infelices,qui neſciant quid ſcribant,aut de quibus affirment*. Clamabit Nicolaus Amſdorfius;*Nos Zuinglianam & Oſiandrinã hereſes & errores tranquilla conſcientia amplecti non poſſumus,nec eorum, quæ ſe illi à Luthero ſegregarũt,ſeceſſioni,ac nouationi ſubſcribere & adſtipulari*. Clamabit Iacobus Smidelinus Goppingenſis Eccleſiaſtes, Lutheranos *nunquam diſſimulaſſe ſchiſma de negotio cœnæ, & doluiſſe illis ſemper,fuiſſe quoſdam,qui plus rationi humanæ ac ſuis cogitationibus,quàm ſimplici ac aperto Dei verbo tribuerint. Qui ſicut diſerte affirmat,carnem ſuam verè eſſe cibũ,ſanguinem autem verè eſſe potum,ita virtute verbi ſui verè etiam ac præſenter cum pane & vino ea diſtribuat*. Refugiet, refugiet certè Heſhuſius Germanus Lutheri diſcipulus cum ſociis hanc omnẽ Apologeticorũ fraternam ſocietatẽ,& inſidioſæ paci atq. amicitiæ reſiſtet,& quod ipſi contra Catho-

Beza Heſhuſio beſtia & Cyclops.

In victoria veritatis ac ruina Saxonici Papatus. 1561.

Zuingliani omnes Heſhuſio impudentes nebulones.

Clebitius vt Heſhuſio inſultet.

Lutherani caſtigatos vt velint Caluinianos.

Ioãnes à Laſco.

Narr. Ioan. Vtẽh. 1559.

Stancarus Caluino, Petro Martyri, Bullingero, Tigurinis, Geneuenſibus quales & quot hæreſes fraternè & amicè obiiciat.

Stanc. de trinit. & mediatore.

Petri Lõbardi cũ coryphæis Pſeudoeuangelicorũ collatio.

Nicolaus Amſdorfius qualis frater & amicus Zuinglianis & Oſiandrinis.

In lib. cui titulus publ. conf. puræ. Doct.

Iacobus Smidelinus quàm fraternè & amicè ſentiat de ſacramentariis.

In refut. Heſſ. propter prolegom. Brentij.

Heshuſius abhorret ab omni Apologeticorum inter Zuinglianos & Lutheranos fraterna ſocietate.

Apol. Angl.

Heſhuſ. in prædict. defenſ.

Catholicos, hoc ille contra ipſos clamabit, *vt prodatur veritas Euangelij, vt errores nefarij diſſimulentur, vt Chriſtianorum hominum oculis imponatur, vt in Deum apertè conſpiretur, non ea pax eſt, ſed iniquiſſima pactio ſeruitutis.* Clamabit contra Apologeticorum fictam & ſimulatam pacem, *ſe Deo, Eccleſiæ, & orbi teſtatum facere, Heshuſium non colluſiſſe, vt nunc multi proditores veritatis faciunt, cum blaſphema ac ſacrilega Caluiniſtarum ſecta, ſed in acie ſtetiſſe contra eam, & teſtamento filij Dei ſedulam nauaſſe operam.* Ego vero imprudens fortè videri poſſum, qui hæc ſequor, & in hiſce prodendis noſtro otio abutor. Quare, ceteris dimiſſis, Lutherum Euangelij inſtauratorem *diuinitus datum ad illuſtrandum orbem*, vt Apologetici fatentur, vt honorariam ſententiam contra ipſos, à qua prouocare non poſſint, ferat; tibi iam ſolummodo proponam. Quem Brentius refert ſcripſiſſe; *Caroloſtadium & Zuinglium victos Marsburgi: & Zuinglium palam lacrymis coram Lantgrauio, & omnibus rogaſſe tantùm, vt fratres dignaretur appellare, & ſimulare concordiam. Sed Lutherus noluit eos pro fratribus agnoſcere. Zuinglianorum tamen quidam, homines planè refractarij, audent nobis contrariam prorſus de hac Synodo cantionem occinere: & Caluinus in primis, præcipuus & ipſe Sacramentariorum magiſter, cuius ſi libet verba audire, hæc ſunt: Interea miror Synodum Margpurgenſem præteriri, in qua Lutherum, & pars aduerſa, noſtros pro fratribus agnoſcere non dubitarunt; quum tamen nondum tam dilucida, & plena huius controuerſiæ explicatio, ſicut hodie, conſtaret. Quum hoc nouerit Veſtphalus, & diſſimulet, quid apud prudentes, & ſanos lectores proficiet, ficticias Synodos crepando? Hæc Caluinus. Verum Bocquinus quantumuis in Zuinglium totus etiā propendeat, videtur hîc à Caluino palā diſſentire. Aſſerit enim Zuinglium non potuiſſe obtinere à Luthero, & ſociis, vt Zuingliani haberentur loco fratrum.* At Lutherum ipſum contra Zuinglianicam ſectam fulminantem audiamus. *Nullos (inquit) hoſtes capitaliores ſum expertus hactenus, quàm ſuaues illos fratres, collegas, amicos, quos tanquā filios in ſinu noſtro fouimus, nouarum ſectarum magiſtros, Sacramentarios dico, et alios phanaticos.* Is itaque cum poſt annum 1524. quo hanc funeſtam contra Eucharistiæ veritatem tragœdiam inſanus homo Caroloſtadius occepit, multa amarulenter contra Zuinglianos ſcripſiſſet; & pax ſæpius tentata nullos ſucceſſus habere potuiſſet, ſed malum potius quotannis incrudeſceret; biennio ante mortem anathema contra illos ad hunc modum tonat: *Quicunq. credere nolunt panem Domini in cæna illius eſſe verum ac naturale corpus, quod Iudas et, impius non minus percipiat ore, quàm Diuus percipiat Petrus, & ſancti omnes; hoc inquam quiſquis credere nō vult, is à me abſtineat, epiſtolis, ſcriptis, vel ſermone, neque vllam meam exſpectet cōmunionem. oleum enim operāq. perdiderit.* Ac paullo poſt, *Suermeris, ait, nihil contulerit, quod circa ſacramentum plurimum illi nugantur de ſpirituali eſu, & potatione corporis*

Lutherus noluit agnoſcere Zuinglium & Caroloſtadium pro fratribus.

Brent. in append. ex Luther.

Caluin. in vltima admonit. ad Ioach. Veſtphalum.

Ludouic. Lauaterus in hiſtor. de origine controuerſiæ Sacramentariæ.

Lutheri, quem diuinitus datū ad illuſtrandum orbem Apologetici agnoſcunt, omni exceptione maius contra Apologeticos teſtimonium.

Luth. in reſp. ad Muleſ. ſcrip. Reg. Angliæ.

Nullus fraternus amor Luthero cum Zuinglianis.

Suermeris.

& ſanguinis Chriſti, & de Chriſtianorum charitate atque vnitate, & fruſtra quoque illi in Deum Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, & Chriſtum ſeruatorem credunt. Omnia, inquam, hæc nihil illis proſunt, quantumuis ſanè & inculpatè ea mendaci ac blaſphemo ore pronunciant, quando hunc vnum negant articulum, eumq. falſi inſimulant, dum de Sacramento Chriſtus ait: accipite panem & manducate, hoc eſt corpus meū.

Lutheri anathema in Apologeticos.

Hac itaque Lutherus ſententia Apologeticos tuos anathemate planè confixit, & totius fidei beneficium eis eripuit. Apud quem exſecranda eſt tota illa iſtorum oratio: *Et ſi Chriſti corpus dentibus & faucibus non attingimus, eum tamen fide, mente, ſpiritu tenemus, ac premimus. Neque verò vana ea fides eſt, quæ Chriſtum complectitur; nec frigidè percipitur, quod mente, fide, & ſpiritu percipitur.* Imo Lutherus ore quoque percipiendum Chriſti corpus palàm affirmat. Iam cùm iſti hanc velint eſſe, quaſi inſignem quandam Euangelicæ ac purioris ſuæ Eccleſiæ notam, qua eam à Romana deprauatiſſima ſecernant; quòd ipſi Chriſti corpus non niſi ab hominibus piis & fidelibus, & Chriſti ſpiritu imbutis; Catholici etiam ab impiis & infidelibus comedi poſſe exiſtiment; audierūt iam ex ore Lutheri ſuam certam condemnationem. A qua, cùm Lutherus ipſorum confeſſione *ad illuſtrandum orbem diuinitus ſit datus*, quo modo ſe extricare poſſint, etiam atque etiam cogitent.

Apol. Angl.

Apologeticorum de Eucharistia verba, in eum ſenſum, quem in Suermeris & aliis Zuinglianis Lutherus condemnauit.

De nouis, & antehac inauditis faſtis à Foxo Pſeudomartyrum præcone inuentis & publicatis. In quibus non modò Lutherani & Zuingliani, ſed alij etiam hæretici & malefici, veris Eccleſiæ Martyribus deletis, in eorum loca ſupponuntur: Zuinglianos item cum Lutheranis non conſiſtere, & alteros alteros viciſſim expungere; nec non & alios omnes maleficæ & hæreticæ factionis aſſeclas in Martyrum Kalendarium iniuſtè intrudi, & proinde excludi debere oſtenditur.

CAP. XVI.

CRITOBVLVS.

HORRENDAM tu mihi hódie Zuinglianæ, ac Lutheranicæ concordiæ ſpeciem exhibuiſti. Hæc ego diſſidia nunquam antè animaduerteram. Apologeticos verò noſtros ita à te irretitos video, vt neſciam, quo ſe modo explicent. Quanquam de meipſo quoque id dicere debuiſſem, qui iam cogor propemodum Caluino meo nuncium mittere, atque, vt olim maritus vxori, *res tuas tibi habeto*, dicere. Vnde fit, vt nunc ad diſciplinam Lutheri, vnde temere diſceſſeram, neceſſe habeam redire. Quamuis verò magis ac magis mihi Foxus noſter iam diſplicere incipiat; forſan tamen minus candidè cum eo agis, & nimis

rigidè omnia exigis. Neq. enim ille propter furtum, ſacrilegium, aut Regiam maieſtatem læſam capite damnatos, aut alioqui Anabaptiſtas, & Memnonianos, & ſimiles, imo nec promiſcuè omnes Lutheranos & Zuinglianos (quod nulla ratione fieri poſſe, iam tandem intelligo) Martyribus adſcribit. Id verò ſatis perſpicio, eum in Suinglianos totum inclinare, quos ſolos forſan veros Martyres arbitratur. Cuius tamen iudicio, prudentiaque incipio iam propter deteſtãdam iſtam inter ipſos contentionem, aliaſque cauſſas diffidere; & me totum ad Lutheranos Martyres ſuſpiciendos conuertere. Vt cunque ſit, ego certè malim benignius interpretari, quàm fingere hunc tam ineptum ſcriptorem, aut duriore eum, quàm res ipſa poſtulat, ſententia premere.

IREN. Tu longè falleris; neque ego quidem eo ſum ingenio, vt malim exacerbare cauſſam, quàm eam benignitate atque æquitate moderari, & miniores partes in iudicando ſequi. Sed eum, quem dixi, eſſe hominis ſenſum, facile perſpicies; ſi accuratius ſcripta eius expendas. Certè id palam fatetur, ex omni iſta fæce tres Pſeudomartyres oſtendi non poſſe, & quaſi de re certa ſe venditat. Cuius inſolentem venditationem nos iam antea, vt opinor, fregimus. Quòd ſi aliqua de hac re prius dubitatio ineſſet, eam ille omnem nobis nuper pro ſua facilitate prorſus ſuſtulit; ſententiamque ſuam, nihil circuitione vſus, aperuit. Qui cùm virulento ore vnà cum Apologeticis vbique in Romanum Pontificem inuehatur, tum propter alia, tum quòd ille, vt ſtolidè iſte putat, quos velit cælo impudenter inferat, & venerandos Eccleſiæ proponat; ipſe iam, nemine deferente, tantam ſibi arrogauit iuriſdictionem, quantam nec quiſquam vnquam, quantumuis in Papam propenſus, ei detulit; nec quiſquam Papa, quantumuis ambitioſus, conatus eſt ſibi adſcribere; neque quiſquam ex omnibus omnium ſæculorum hæreticis auſus eſt ſibi arrogare. Nouos enim nouus iſte Papa faſtos, nouas Martyrum apotheoſes, & tam admirabiles pro ſua amplitudine excogitauit, vt neſcias impudentiam & impietatem hominis, an ſtultitiam magis demireris, edito nuper libro, quem tu deguſtaſſe videris, ingenti quadam nugarum, mendaciorum, & blaſphemiarum mole onerato, non Latinè vt prius, ſed Anglicè: in quo ſolo aliquod prudentiæ ſpecimen oſtendit. Ex eo enim fortaſſis fiet, vt impietas & ſtultitia illius minus per reliquum Chriſtianum orbem, & in ſola ferè Anglia celebretur. Quanquam, ſi verum ſit, quod audio, is nuper in Gallicam linguam eſt conuerſus: nec id ſanè mirum, quia *Iudas nunquam dormit*, & Satanas rerum ſuarum ſemper ſatagit. CRIT. Ante paucos abhinc dies apud mercatorem quendam Anglicum, qui cum aliquid mihi negotij interceſſerat, in hunc Foxi librum fortè incidi,

Foxus.

Foxus in eo peccat ipſe, quod Romano Pontifici iniuſtè exprobrat.

Foxi grande Martyrologium Anglicè conſcriptum cuiuſmodi.

Satanas rerum ſuarum ſemper ſatagit.

quem mercator ille mirificè mihi commendauit. Quare vehementi cupiditate eius legendi accenſus, quantum per otium licuit, tum temporis delibaui, & valde placuit. Ab eo autem tempore apud noſtrates quoſdam mentionem honorificam eius feci, qui eum quam primùm eſſent comparaturi, ſi Britannici ſermonis forent periti. Cuius ignoratione ſe tanti theſauri fructu priuari, perquam ſanè moleſtè, & ægrè ferunt. IREN. Nihil eſt, cur doleant; nullum inde incommodum ferunt. Optandum enim eſſet, vt eius farinæ libri, non aliis litteris, quàm quæ ſub aſpectum non cadunt, ab omni materia Mathematicè abſtractis conſcriberentur; neque alio quàm ad Kalendas Græcas tempore ederentur; nec alibi, quàm in Vtopia exſtarent. Me verò pænitet bonas aliquot horas in eo legendo perdidiſſe; niſi quòd aliquibus inde præſidiis inſtructior, & paratior ad hanc contra Pſeudomartyres diſputationem acceſſerim. Quantum igitur temporis ratio, & præſens inſtitutio patietur, non grauabor, tibi, quia tu nondum in ea ſatis exercitatus videris, ex Pſeudologia illa potius, quàm hiſtoria de actis & monumentis Pſeudomartyrum, ea, quibus potiſſimum niti videtur Foxus, exponere; & cùm expoſuero, refellere. Eſſe quidem eius generis narrationem, qualem Latinè edidit, non ignoras, niſi quòd iſte liber ad tantam creuerit magnitudinem, vt mole laboret ſua. In quo illud ego animaduerſione in primis dignum exiſtimo, quòd ſingulis huius noui Euangelij Martyribus & Confeſſoribus ſingulos in Kalendario dies attribuerit, inductis & deletis ex eo Sanctis ferè omnibus, quos Eccleſia hactenus venerabundè coluit. Præclari ſanè neceſſe eſt vt ſint iſtiuſmodi Martyres, qui non poſſunt niſi per aliorum iniuriam creſcere: qui, vt aliquo in numero habeantur, antiquis Chriſti Martyribus è poſſeſſione ſua & ſede deturbatis, in eorum locum tam violenter & ambitioſè intruduntur. In hoc autem Foxi Kalendario, ne quem fugeret, quando ſit futurus dies profeſtus, quando ſacer & ſollemnis (vt omnia ſcilicet pulchrè inter ſe hic conſentiant) ſacri dies minio, & rubricatis litteris inſigniuntur, vt olim legum tituli & capita, de quibus Poëta ille cecinit:

Fox. non eſt hiſtoria, ſed Pſeudologia de actis & monumentis Martyrum.

Foxi faſti.

Præſertim ſi quid Maſuri rubrica notauit. *Perſius.*

Hic promiſcuè video non ſolùm Zuinglianos, Lutheranos, Anabaptiſtas, alioſque hæreticos, ſed & in quos propter furtum, atq; ſacrilegium, propter Magiam & damnatas artes, propter læſam denique maieſtatē, capitali pœna animaduerſum eſt, ſanctiſſimorum Chriſti Martyrum locum occupare. Video veteres Catholicæ Eccleſiæ Martyres, vt eorum nomina perpetua obliuione ſepeliantur, è Kalendario impiè ſubductos, & nouos quinti Euangelij Pſeudomartyres nimis quàm arroganter ſuppoſitos. Ita do-

Quos veros Chriſti martyres è Kalenda-

12 Kalend. Mar. Ita doctori Martino Luthero rubricato confeſſori, Maximus & Claudius cum ſociis; imo Simeon ille Hieroſolymitanus Epiſcopus, Chriſto Chriſtique propinquus anno ætatis ſuæ 120. Martyr: ita Ioanni Huſſo (quem Lutherus ſuum vult eſſe, non Zuinglianum) 6. Nonas Maij. celeberrimus ille Confeſſor Chriſti Athanaſius cum Saturnino & aliis Confeſſoribus, atq; Martyribus: ita Roberto Idib. Octob. Barneſio Pſeudomartyri ex ſecta Lutheri, trecenti quadraginta ex ſacra Thebeorum legione, aliique Martyres & Confeſſores aliis Lutheranis, falſis & ementitis Confeſſoribus ac Pſeudomartyribus cedere coguntur. Sed hi quidem in hoc Catalogo pauci & exigui ſunt: Zuingliani vero hic ſingulares & præcipuas partes obtinent. Inter quos rubricati Martyres, Ioannes Vuicleuus, Ioannes Hoperus, Robertus Farrarius, Thomas Bilnæus, Thomas Cranmerus, Ioannes Frithus, Ioannes Bradfordus, Gulielmus Tindallus, Nicolaus Ridlęus, Hugo Latimerus, ſollemniori quodam obſequio, velut Dij maiorum gentium, colendi conſpiciuntur. Et licet Vuicleuus naturali morte, domique in hiſtor Latin. p. 15. ſuæ menſe Decembri obierit (id quod Foxus ipſe fatetur) principatum tamen ineuntis anni, & totius huius Zuinglianici Martyrij notiſſimo mendacio pro ſingulari Foxi in Zuinglianos propenſione occupat, deturbatis beato Machario Abbate cum beatis 4 Non. Ianuarii. Martyribus Iſidoro, Argeo, Narciſſo, & Marcellino. Hoperus 6. Kalend. Mart. verò ipſum Mathiam Apoſtolum cum Sergio Martyre; Farrarius Alexandrum Alexandrinum Epiſcopum, grauem illum 4. Kalend. Mart. Arrij hoſtem, cum Neſtore Epiſcopo, & Martyre; Bilnæus beatos 6. Non. Mart. Martyres, Iouinum & Baſileum; Cranmerus multos & illuſtres Africanos ſub Arrianorum inſectatione Martyres; Frithus 10 Kalend. April. verò Proceſſum, & Martinianum, & 47. Romæ præter plurimos 6. Nonas Iulii. eodem die apud Campaniam illuſtres certatores. Bradfordus celebrem illum, de quo contra Apologeticos diximus, 4. Non. Iul. Vldaricum Auguſtanum Epiſcopum cum Iucundiano & aliis Martyribus, & Oſea & Aggęo prophetis; Tindallus Sergium, No. Octob. & Bachum, Marcellum, & Apuleum Martyres; Ridlęus Pro- 14. Kalend. Nouemb. lemeum & Lucium; Latimerus Capraſium Martyrem, in or- 13. Kalend. Nouemb. dinem redegerunt, & ex Martyrum Catalogo exegerunt. Atque hi quidem duces Zuinglianæ factionis, & ideo maiuſculis & rubricatis litteris à ceteris diſcreti. Sed ego non tam iſtos rubricatos, quàm lubricatos, vt cum Lactantio loquar, Martyres dixerim. Neque enim fixum aut ſtabilem aliquem locum in Martyrum Catalogo obtinere poſſunt, vt qui præcipites inde, tum per veros Catholicæ Eccleſiæ Martyres, tum per Lutherú quoq., vt partim audiſti, partim in poſterum audies, qui & ipſe hinc foras cú ſuis diſcipulis mox deturbandus eſt, detruſi ſunt. Hęc de Lutheranis & Zuinglianis doctoribus. Sed quis vnquam crederet,

Marginal notes:

rio Foxus expunxerit, & in eorum locū quos Pſeudomartyres ſubſtituerit.

M. Lutherus.

Ioan. Huſſus.

Robertus. Barneſius.

Zuinglianorum Pſeudomartyrū coryphæi.

Vuicleuus Foxo Martyr, licet nō niſi naturali morte ſit è medio ſublatus.

Hoperus.

Farrarius.

Bilnæus.

Cranmerus.

Frithus.

Bradfordus.

Tindallus.

Ridleus.

Latimerus.

Alij hæretici.

Vueſelianus. crederet, Ioanni Vueſeliano, qui negauit Spiritũ Sanctũ à Patre, *2. Martij. Fox Latin. pag. 154.*
Filioque procedere, quod nec Foxus diffiteri poterit, locum in
Petrus Germanus. hoc Catalogo datum iri? Quid quòd non ſolùm Petrus, homo *Aug. 571. & 598.*
Germanus (quem Foxus ipſe non negat; Chriſtum nihil carnis *5. Id. Octo.*
ex Maria matre ſumſiſſe, ſolitũ aſſerere) Sed & Coubrigius, qui
ne Chriſti quidem nomen ferre poterat; hic quaſi in honorata
Coubrigius. quadam Martyrũ ſede, exploſis ſanctis & veris Dei Martyribus
Tharaco, Probo & Andronico, collocantur? Illud ego ſatis mirari
non poſſum, cur Ioannem Vueſelianum Martyrem faciat; cùm
non appareat, eum violenta morte abreptum: imo Foxus ipſe
tradit, eum & illum de Spiritu ſancto, & alios quoque qui
Bilnæus palinodiã bis cecinit, & obijt in Catholica fide. hodie vigent, errores reuocaſſe. Id quod & Bilnæus quoque
fecit: qui, licet ignibus abſumtus fuerit, magna tamen pœniten-
tiæ ſignificatione errores ſuos dãnauit. Quæ ei palinodia ad ani-
mæ quidẽ, ſed non ad corporis præſentem ſalutem profuit, pro-
pterea quòd olim eoſdem errores & aſſeruiſſet, & reuocaſſet, in
quos iam iterum reciderat. Atque hæc quidem contra Foxi nar-
rationem, qui eum ad extremum ſpiritum errores conſtanter de- *Thomas Morus in confutat. Tindali pag. 587.*
Thomas Morus. fendiſſe ait, Thomas ille Morus, quem omnis Europa ſuſpicit &
admiratur, diſertè ſcripſit: cui nemo, credo, prudens eſt, qui non
maiorem, quàm Foxo, fidem habebit. Quare non iam Bilnæus
beatos Martyres, Iouinum & Baſileum excludet, quorum, vt ſpe-
ro, conſortio fruitur, non dicam, vt Chriſti Martyr (quippe qui
pro Chriſto, aut eius religione non ſit paſſus) ſed ex immenſa Dei
bonitate, qui verè pœnitentibus cælum nunquã claudit. Vtcunq.
ſit de Bilnæo, ſi non verè pœnituit, eum cum reliquis omnibus
Zuingliani omnes et Sacramẽtarij Luthero heretici ſunt; ergo non Martyres. rubricatis ſociis (etiamſi Eccleſiæ Catholicæ, vt ſolet, apud Fo-
xum vili pendatur auctoritas) Lutherus ſaltem ex omni Marty-
rum conſortio inter hæreticos, & ita ad inferos præcipitem a-
get. *Hæreticos*, inquit, *ſerio cenſemus, & alienos ab Eccleſia Dei* *Contra artic. Louanienſ. an. 1543.*
Zuinglianos, & omnes Sacramentarios, qui negant corpus, & ſan-
guinem Chriſti ore carnali ſumi in venerabili Euchariſtia. Atque hanc
Apologetici & Caluinus quàm praclarè ſenſerint de Luthero. Lutheri ſententiam non facile, opinor, Foxus cum Apologeticis
declinabit; cùm Apologetici clament *Lutherum diuinitus datum ad*
orbem illuſtrandum, & ipſorum præceptor Caluinus ita ſcribat; *Lib. 1. de libero arbitr. cõtra Pighiũ p. 24. in edition. Ioã. Girard. Geneua. 1543. in 4.*
Non diſſimulanter, inquit, *teſtamur, Lutherum nos habere pro inſi-*
Caluinus. *gni Chriſti Apoſtolo, cuius maxime opera & miniſterio reſtituta hoc*
tempore fuerit Euangelij veritas. Quanquam, ſepoſita Euchariſtica
cauſſa, tot & tam graues hæreſes inter Zuinglianos & Calui-
nianos graſſantur, quas non modò Catholica Eccleſia, ſed Lu-
therus explodit & exſecratur, vt, ſi Zuingliani, qui ſoli ferè in
hoc Catalogo dominantur, rectiſſimè de Euchariſtia ſaperent,
iuſtiſſimè ad Pſeudomartyres redigendi forent. Atque hic ſe
cum primis exerit deteſtanda illa Pelagianorum hæreſis, qua
Pſeudo-

Aug. de hæreſibus ad Quoduult-Deū tom. 6.
**Artic. 9.*
Tom. 1. Luth. in diſp. de Baptiſm. Articul. 3.
Caluiniſtæ quà ex parte Pelagiani & Manichæi ſint.
Melanchthon.

Pſeudomartyres iſti, & Caluini diſcipuli baptiſmum infantibus neceſſarium diffitentur. Quæ & Manichæorum quoque fuit; qui aſſerebant nullam eſſe ſalutem in aqua baptiſmi; quos non minus *Auguſtana Confeſſio, quàm Catholica Eccleſia damnat, & contra Zuinglianos clamat Philippus Melanchthon; *Furor eſt affirmare, quòd paruuli ſine Sacramentis ſalui fiant.* Iam cum Auguſtana Confeſſio Catholicæ fidei de Chriſto ad inferos deſcendente conſentiat, licet aliquot ex Lutheri diſcipulis Chriſti animam non deſcendiſſe ad inferos affirment; Caluinus non ſolum deſcendiſſe, ſed eaſdem prorſus ibidem, quas animæ damnatorum (horrendum dictu) pœnas ſubiiſſe clamitat. Atq; is liber, in quo hæc tradit Caluinus, in tanto apud noſtros hodie in Anglia ſatrapas pretio eſt, vt vix quenquam Eccleſiaſticæ functioni præficiant, qui non hunc librū habeat, & ſtudioſè euoluat. Vnde nihil mirū, ſi pernicioſa dogmata (præſertim iſtud de quo agimus) quæ Caluinus tuetur, noſtri tam mordicus retineant, & ſcriptis atque concionibus propugnent. Certè, viuo adhuc rege Edouardo, rubricatus ille Martyr Latimærus (quem tamen ex noſtratibus quidam rectius Angliæ Apoſtolum, quàm Auguſtinum appellandum ſcripſit) in publica, ipſo rege præſente, cōcione hoc Caluini de Chriſti pœnis in inferno dogma probauit. Clamitant tamen Apologetici, Zuinglianos & Lutheranos fratres eſſe, & tantùm de vna, nec ita graui, aut magna quæſtione diſſentire. Quorum tamen impudens mendacium, vel Apoſtolo huius noui Euangelii Luthero & teſte, & iudice, retunditur: qui hos omnes rubricatos Martyres, & in primis Vuicleuum, hæreticos denunciat: vt iam neceſſe ſit Foxū, aut Lutherum, aut illos ex hoc libro diſpungere. Et, vt maius ſit momentum in Lutheri ſententia, adiiciemus & Philippi Melanchthonis egregii in hac cauſſa Confeſſoris de Vuicleuo calculum. *Inſpexi*, inquit, *Vuicleuum; qui valde tumultuatur in hac controuerſia* (loquitur de cœna Domini) *ſed deprehendi in eo multa alia errata, ex quibus iudicium de ſpiritu eius fieri poteſt. Prorſus non intellexit, nec tenuit fidei iuſtitiam. Ineptè confundit Euangeliū & politica; nec videt Euangelium nobis cōcedere, vt legitimis omnium gentiū politiis vtamur. Contendit Presbyteris non licere, vt poſſideant quicquam proprium, decimas nullas vult ſolui niſi docentibus. Quaſi verò Euangeliū vetet vti politicis ordinationibus. De Domino ciuili ſophiſticè, et planè ſeditioſe rixatur. Ad eundem modū de cœna Domini ſophiſticè cauillatur publicè receptā ſententiā.* Idē alibi. *Planè furebat Vuicleuus, qui negabat licere Sacerdotibus, tenere propriū.* Quomodo itaque, precor, Martyris locum Vuicleuus tuebitur in hoc Catalogo, qui præter alios exſecrandos (idq. Lutheri ipſius teſtimonio) errores, totius huius noui Euangelij fundamentum, id eſt, ſola hominem fide iuſtificari, prorſus ignorabat? Quin niſi caueat

In inſtitut. Chriſtian. relig. lib. 2. cap. 16. ſect. 10. & 11.
Caluini blaſphemia de anima Chriſti pœnas damnatorū perferente.
Inſtitutio religionis Caluini quanti fiat ab Euangelicorum coryphæis in Anglia.
In libello quodam, vbi agitur de collatione Latimari & Ridlei.
Latimari exſecranda aſſertio
In Apologia Eccleſiæ Anglicanæ.
Apologeticorum inſigne mendacium.
Melanchthō ad Fridericū Myconium.
Vuicleuus qualis Melanchthoni fuerit.
In Apologia titul. de humanis tradit. & in locis communibus titul. de poteſtat. Eccleſ.

Huſſum notat Lutherus horribilem, vt ipſi videtur, & Diabolica blaſphemia, nouaque Idololatria.

caueat Foxus, & Huſſum quoq; ex hoc albo extrudet Lutherus, non ſolùm quòd nihil de iſta iuſtificatione nouiſſe videatur; ſed & propter *horribilem et Diabolicā blaſphemiam,& nouam Idololatriā*, quam ei Lutherus adſcribit. Huſſus igitur duodecim concilia Euangelica,& ea quidem à præceptis diſtincta,agnoſcit. Inter quæ numerat Paupertatem, Matthæi 19. *Si vis perfectus eſſe*,&c. Abnegationem ſui: *Si quis vult venire poſt me*,&c. Lucæ 9. Caſtitatem, Matthæi 11. *Sunt eunuchi,qui caſtrauerunt ſeipſos,etc.* Quid ad hæc Lutherus? primum queritur, hanc doctrinam à Papiſtis, vt eos appellat,receptam;probatam quoq; à Sancto Ioanne Huſſo,idq; in eo libro,ob quem ignem paſſus ſit:deinde dicit hanc doctrinā; *horribilem & Diabolicam blaſphemiam,& nouam Idololatriam,vt Monachi in traditiones humanas,imò Dæmoniacas doctrinas,vouerent*. Item cùm dicat,*eos cum Iudæis,Turcis & aliis gentibus,fruſtra credere Deum patrē,imò & omnes alios fidei noſtræ articulos,qui nos ſola fide iuſtificari negant*, diſpiciat ſecum diligenter Foxus, quo modo hanc ſuam de Vuicleuo aut Huſſo ἀποθέωσιν aduerſus eos, qui refractarij eſſe velint, defendat. Diſpiciat etiam ille alius, quo modo orationem illam ſuam in libro, quem Anglicè conſcripſit, tueatur, qua gratulatur Angliæ, quod Vuicleuum pepererit; quem facit parentem Huſſi,vt Huſſum Lutheri;totam deniq. ſententiam ita claudens: *Hac eſt ſecunda natiuitas Chriſti*. Id etiam diligenter cogitet Foxus, quo modo ſe, aut à nimia ingratitudine, aut craſſa obliuione viudicet,qui Zuinglium totius huius Caluiniani exercitus ducem, quiq. armatus obierit in Euangelij ſui defenſione, nullo huius Catalogi loco dignatus eſt. Sed hanc eius latam culpam reſarcit Pantaleon,qui Zuinglium,& aliquot millia cum eo cæſa in Martyrum album contulit: quibus etiam eos,qui in horrenda iſta nuper contra regem Galliæ, Chriſtiq; Eccleſiam ſeditione interemti ſunt,annumerat. Sed cum ij omnes Zuinglij & Caluini diſcipuli fuerint,etiam ſi nulla ſeditio interueniſſet,quo tamen loco habendi ſint,iam ex Luthero audiuimus. Verùm Foxus interim multum debet Pantaleoni,qui hanc tantam lacunam impleuit. Quòd ſi ille fortè nullam putet gratiā ei reponendam: neq. iſtos, qui non modò contra Eccleſiam, ſed & Principem & patriam conſpirarunt, pro Martyribus agnoſcat; mihi iam certè ipſe magis placere incipiet. Sed tum admonebo, vt hunc ſuum Catalogum corrigat,& emendet,niſi velit tam à ſuis,quàm à Catholicis explodi; cùm non minus in hac parte, quàm Pantaleon ipſe, peccarit. Multos enim ex ſuis etiam rubricatis Pſeudomartyribus iſti Catalogo eximere debet; maximè verò eos,qui propter furtum &ſacrilegium, qui propter magicas & damnatas artes; qui denique propter læſam maieſtatem,aut propter alia horrenda crimina capitali ſupplicio affecti ſunt: quique aut aliis, aut ſibi ip-

Tom. 1. pag. 493. in diſput. anno 40.

Ibid. pag. 410.

O blaſphemiam non ferendam.

Zuinglius immerito inter Pſeudomartyres à Foxo omiſſus.

Pantaleon quos Pſeudomartyres à Foxo prætermiſſos ad reliquorum numerum aggregarit.

In additiō. ad Foxū lib. 3. pag. 72. & lib. 12.

Martyres Foxi, qui vel mortem ſibi conſciuerūt, vel furti, vel ſacrilegij, vel magiæ, vel læſæ maieſtatis cauſſa capitis pœnas luerunt.

ſibi ipſi, vt Hunnus, nefarias manus intulere. Ex his ſunt Robertus Kingus, Robertus Debnamus, Nicolaus Marſus, ſacrilegi; Guilielmus Florus, Gardinerus, quibus & Ziſcham Bohemiæ peſtem adiicio. Atque hic Ioannem Cobhamum & Rogerum Actonum, Rogerum præterea Onlæum, licet duo primi patriæ, & nobiliſſimo Principi Henrico arma intulerint, & iſte cum Aleonora Cobhama de morte regi Henrico quinto magicis præſtigiis inferendâ ſceleratè conſilia ceperit: rubricatos tamen Pſeudomartyres conſpicies. CRIT. Si hæc ita ſint (quod facile non credo) certè non modo apud Catholicos, ſed & apud ipſam, ni fallor, ſectam (ſi ei ſemel innotuerint) Foxi, & totius huius Catalogi fidem debilitabis, atque infringes. Sed hæc mihi quidem parum videntur interim veriſimilia. Nam vt à poſtremis primùm ordiar, quod de Onlæo, de Aleonora, & altera illa fœmina narrat, an non à veſtris annalibus, Hardingo præſertim & Fabiano, ſumtum refert? Quos ipſe nominatim pro fide ſua liberanda citat. Et, vt iam tibi intima animi mei ſenſa aperiam, non leui mihi veſtra Britannia laude digna videtur, quæ tam longè ante Lutherum natum, tot nobiles viros, & Heroinas peperit, quæ ſacrum Chriſti Euangelium vita ſua potius habuerunt. Ex quo numero ſunt Onlæus cum duabus iſtis Heroinis, quamuis Aleonora non breue per mortem, ſed longum diutino exſilio Martyrium paſſa ſit. Iam quid nobilius Actono & Cobhamo? qui ad tantam generis, maiorem tamen generoſi animi, pro Chriſti regno amplificando fortiter concertantes nobilitatem adiecere. Nam quod ſeditionem iſtis Polydorus obiicit, eum ea in re Foxus, aut malitia deprauatum, aut errore lapſum, ex recta ratione temporum, in qua Polydorus falſus eſt, perſpicuè docet. Neque iſti ſanè vlla ſcelerata coniuratione aduerſus Regem & patriam coierunt. Hoc enim ingens mendacium eſſe aſſerit Foxus in illo ſuo recens edito Anglicano Martyrologio; in quem ego locum, dum à mercatore eius Martyrologij mihi copia facta fuit, commodè, vt fit, incidi. Non diffiteor, iuuenem Regem ab Eccleſiaſticis viris circumuentum, aduerſus veros Euangelij profeſſores, qui tum *Vuicleuiani* odioſo vocabulo dicebantur, idque ob nullam aliam cauſſam, quàm quòd Scripturas ſacras vernacula lingua ſcriptas ſtudioſè voluerent, Neronianum planè edictum, legemque ſtatuiſſe, qua ſancti iſti viri inſtar perduellionum haberentur; atque ideo gemino ſupplicio, id eſt, ſuſpendio & incendio conſumerentur. Quam crudelitatem in hos clariſſimos viros, & Ioannem Brounum, Ioannem Beuerlaum, denique & in 36 alios exercuere. Iam nullam aliam fuiſſe huius tam Manlianæ legis cauſſam, quàm ſacrarũ Scripturarũ materna lingua lectionem, Foxus oſtendit; & in eius rei fidem lectores

ad ip-

Ioannes Cobhamus.
Actonus.
Onlæus.
Aleonora Cobhama.

Fox. in Lat. hiſt. p. 116.

Onlæus.
Aleonora Cobhama.

pag. 107. Latin. Anglic. 173.

Actonus.
Cobhamus.

Polydorum Virgilium cur Foxus ſuggillet.

Fox. Anglic. pag. 275.

Henrici 5. edictũ in Vuicleuianos.

Quos Foxus cauſſam ſuſpẽſos & cõbuſtos, quod Scripturas in vernacula lingua legerent.

Foxus in Latin. hiſt. pa. 109. Angl. pag. 173.

ad ipſum Henrici edictum, & Synodum quandam remittit. Sed
quis tam impium edictũ in Chriſtiana Republica, & à Chriſtia- *Vide hiſtor.*
no principe latum ferre poterit? Quo magis miror, luce Euan- Fox. Angl.
Ioan. Porterus. gelij iam in Anglia reſtituta, ad annum Domini 1542. Ioannem pag. 621.
Porterum fame in carcere obiiſſe, ob nullã aliam cauſſam, quàm Latin. pag. 181.
Thomas Bernardus. quòd Anglicana Biblia legiſſet; & Thomã Bernardum, & Iacobũ
Mortonum incendio abſumtos, alterum quidem, quòd Domi-
Iacobus Mortonus. nicam orationem vernacula lingua docuiſſet; alterum, quòd apud
ſe Iacobi Apoſtoli Epiſtolam patrio idiomate conſcriptam reti-
nuiſſet. Iſta iam ad Cobhami & Actoni defenſionem ſuffecerint.
Ziſcha. Quod ad Ziſcham attinet, nihil fere de eo refert Foxus, non ab
Ænea Pio Romano Pontifice deſumtum, quem auctorem ne tu
quidem, credo, improbaris. Cetera, quæ adfers, facile refellun- Fox. Latin.
Hunnus. tur. Nam Hunnum manus ſibi non intuliſſe, ſed ab Horſeo, Lon- pag. 119.
dinenſis Epiſcopi Cancellario, aliiſque eius adminiſtris ſtrangu- Angl. 390.
latum, manifeſtis documentis, & duodecim proborũ virorum
iureiurando, Regiique fiſci Iudicis ſententia conſtare video. Illi
Sacrilegi. vero tres, quos tu ſacrilegos facis, nihil rei ſacræ ſuis vſibus Idem Latin.
attribuere; neque ob aliam cauſſam, quàm quòd idolum è têplo pag. 126.
abduxerant, incendioque abſumſerant, laqueo ſuffocati ſunt. Angl. 495.
Sed quæ Martyrij laus ſpecioſior eſſe poterit, quàm quæ ſubi-
tur ob idola euerſa? Ad quæ euertenda ſcriptura nos paſſim
inuitat. *Aras eorum*, inquit Scriptura, *deſtruetis, lucos eorum com-* Deut. 7.
minuetis, & omnes titulos eorum confringetis. Atque hoc vno re-
ſponſo videor mihi & Flori atque Gardineri defenſionem ab-
ſoluiſſe. Nam cùm conſtet teſtimonio tam Lutheranorum, quàm
Zuinglianorum, nullam eſſe grauiorem idolomaniam, quàm
Florus. quæ in Miſſa exercetur; videtur certè vterque nouo quodam
Phinees zelo oppletus: iſte quidem, cùm, præſente rege Portu-
galliæ, hoſtiam ſacrificanti eripuit, & pedibus conculcauit; ille,
Gardinerus. cùm tam impia ſacra diſſipauit, & tam exſecratis ſacris operan-
tem etiam plagis & vulneribus affecit. Quod ſi Gardinerus, qui, Foxus de Flo-
dum iſta tentaret, grauiſſimo vulnere cruentatus eſt, quique, niſi ro Anglic. p.
rex ſeuerè prohibuiſſet, totus in partes minutas à præſente mul- 1135. Latin.
titudine diſcerptus & comminutus fuiſſet, in ipſo tam clari fa- pag. 431.
cinoris actu confoſſus ab aduerſariis exſpiraſſet; clamaret Fo-
xus eum ſtatim ad cælos euolaſſe, qui eum ob hoc nobile ſtra-
tagema cum Quintiis, Laurentiis, Ciriacis, Creſcentianis, &
Foxus non ignobilis hiſtoriarum Eccleſiaſticarũ corruptor & deprauator. Gordiis conferendum putat. IREN. Et ſi in hac noſtra his
paucis diebus diſceptatione multas tetras, & horribiles Eccle-
ſiaſticæ hiſtoriæ deformationes audieris; ne putes tamen
Foxo tuo poſtremas hic partes huius ſceleris in hoc ſuo Pſeu-
domartyrologio concinnando deberi. Cuius fidei & prudentiæ
ſpecimen aliquod ex iis, quæ iam diximus, capere poteris.

Anglic. pag. 385.6.3. 751. — ** pag. 3. & 751.* — ** pag. 1.* — ** pag. 3. & 751.*

Fidei & prudentia Foxi ſpecimen.

Vldarici enim illam de atroci, quod retuliſti, infanticidio, & illam de Africana Synodo atq; Nicænis canonibus corruptis, alteramque de Synodo Francofordienſi, de Epiſtola Epiphanij ad Ioannem Hieroſolymitanum, & ex commenticio * Epiphanij cõtra Encratitas libro, * illam deniq; de Ioanne 8. quẽ feminam aſſerit, fabulã, tanquam Euãgelium, adorat. Iam & * Elibertinos canones, quaſi rem magni contra Imagines momenti, recenſet. Sed hic multo eſt, quàm concionator ille Anglicus, de quo diximus, prudentior, quòd tam fædè, vt ille, in temporum ratione non errarit. Cuius generis ſexcenta alia facile commemorare poſſem. Sed illius mihi improbitas in eo maximè eminere videtur, quòd, dum nimis peruerſo affectu ad ſuos Pſeudomartyres ornandos abripitur, ita obcæcatur, vt eos, quaſi eximios Chriſti Martyres, ſuſpiciat; quibus, ſepoſita hæreſis cauſsâ, nihil in orbe ſceleratius aut deteſtabilius exſtitit. Et quoniã video, neſcio quẽ, inanis nobilitatis falſum ſplendorẽ caligantes tuos oculos perſtrinxiſſe in illo tuo Rogero Onlęo; eum tibi primũ errorẽ eripere conabor. Primùm ergo exuat Rogerus ille tuus leoninas illas exuuias, quibus ſe ſub Onlæi, Equitis aurati ſpecioſo titulo vẽditat, & ſe ſuo vero nomine, id eſt, Rogeri Bolinbroki prodat. Detrahemus etiam pellẽ illam leoninam, qua inſignis quædam Maga & vitæ regiæ inſidiatrix, Margareta in quã Iordemana ſub martis dominę longę exuuiis callidè ſe tegit & occulit. In primis verò glorioſam illã, quã illis & Aleonoræ Foxus imponit, Euangelij conſtanter defenſi perſonã detrahemus; cùm cõſtet, nihil illis negotij, aut moleſtiæ ĩ ob eam, quam Foxus ſimulat, cauſſam exhibitũ; ſed totũ accuſationis caput in eo, vt dixi, verſari, quòd ſcelerata cõſilia in necẽ Henrici ſexti Regis inierint.

Foxi peruerſa Pſeudomartyres exornãdi ratio.

Fabula Foxi de Rogero Onlæo et ſocijs vitulatur.

CRIT. Suppetunt ne tibi auctores tuæ aſſertionis? IREN. Plurimi & grauiſſimi. CRIT. At Foxus pro ſe Fabianum ſaltem & Hardingum habet, quos & citat. IREN. Citat quidem, ſed ita, vt inde ſibi Foxus perpetuam & indelebilem fædiſſimi mendacij, & ſceleratæ hiſtoriarum deprauationis notam inurat. Nam quæ ego dixi, eadem ipſa apertiſſimè illi referunt; & nihil omnino, quod vel leuiter cauſſam Foxi promoueat. Cum quibus & aliorum quoque omnium ſcriptorum auctoritas conſpirat. E quibus ne vllum habeat Foxus ſubterfugium, Edouardus Haullus, qui, regnante Henrico octauo, hiſtoriam conſcripſit; Thomas Cooperus, qui hiſtoriam, quam ſub Edouardo ediderat, quinquennio ab hinc recognitam auxit; poſtremo Richardus Graftonus, qui, dum hæc meditamur, Chronica quædam euulgauit, in eandem omnino ſententiam concurrunt. Horum verò alij vberius, alij preſſius hiſtoriam iſtam explicant: vberius Fabianus, & Haullus; reliqui preſſius, vt qui epitomen fere ſectentur vniuerſi

Foxus mendacij arguitur.

Vide omnes hos hiſtoriographos in anno. 19 & 20. Hẽrici 6. Cõſule etiã additiones ad Polychronicon.

Edouardus Haullus. Thomas Cooperus. Richardus Graftonus.

1564.

quidem in hoc conſentiunt, quòd propter violatæ maieſtatis crimen, id eſt, quia Magicis & exſecrandis artibus Regem è medio tollere cogitauerant, ad tribunal fuerint abrepti; de religione ne minima quidem mentio. Imaginem enim ceream nefariis artibus ita ordinatam commenti ſunt, vt quemadmodum illius accenſæ lumen, ita quoque vita regis ſenſim extingueretur. Cooperus & Hardingus ſolius Aleonoræ, vt huius tragœdiæ principis, mentionem faciunt; Fabianus & Haullus non illius modò, ſed & Rogeri Bolinbroki, & Margaretæ Iordemanæ, quam Magam Aienſem vocant. Et illum quidem Magicarum artium peritum fuiſſe aſſerunt, & perduellionis pœnas ſuſpendio, ac, vt ita dicam, deartuatione; hanc, Magiæ ſupplicium, vtpote eiuſdem criminis ream igne exſoluiſſe. Neuter eorum (neque quiſquam alius, quem hactenus vidi) eum aut Onlæum, aut Equitem appellat. Aleonoram verò omnes ob eam, quam dixi, cauſſam in Monam inſulam exſilij cauſſa fuiſſe deportatam ſcribunt.

Margareta Iordemana Maga an inter Martyres Foxi locum habeat vel vē dicare ſibi poſſit.

Sed miror iam non ſolùm, cur Foxus pro Bolinbroko Onlæum ſubiicere, &, quod exſecrabilius eſt, eum cum Aleonora pro Martyre ſibi venditare auſus ſit; ſed quòd cum & alibi, & hîc etiam in accumulandis & ornandis Pſeudomartyribus ſit tam prodigus & profuſus, hanc Margaretam (cuius cauſſa cum Aleonora & Bolinbroko cômunis fuit) hoc catalogo excluſerit. Quid hîc vel in ſpeciem prætendere potuerit, ipſe viderit. An fortè dicet fuiſſe Magam, & merito ſupplicio affectam? Quo modo igitur Aleonora, & Bolinbrokus in hunc catalogum irrepſerunt? Etiam pſeudomartyrologus iſte rogādus eſt, vt præclaros illos annales, credo in Vtopia ſcriptos, certè à veritate & communi aliorū conſenſu alieniſſimos, proferat; in quibus Onlæus traditur *pro veritate ſtrangulatus*. Atqui dum accuratius iſta excutio, nec ipſa Margareta videtur ab hoc catalogo reiecta, & ſi non ſuo, alieno tamen nomine à Foxo, ſciente vel imprudente, in hos nobiles faſtos relata. Etſi enim & narratio & catalogus alterius mulieris nomen complectatur; dies tamen, qui illi in catalogo adſcribitur, non ei, ſed Margaretæ debetur: quippe quæ, poſtridie quàm Bolinbrokus ſupplicio affectꝰ eſt, eiuſdē ſceleris pœnas luit. Illa autē altera mulier, vt alia de cauſſa, & quinquaginta poſtea annis, ita non Februario menſe (quem Bolinbroko Foxus tribuit) ſed Aprili, eiuſdemq; menſis 28. die, qui incidit in annum nonum Regis Henrici ſeptimi, incendio conflagrauit. Et neſcio certè, num in hac quoq; narratione aliquid myſterij ſubſit? Cur enim alienum menſem affingit? Cur & auctoris, vnde hæc ſumſit, & mulieris item (quæ Ioanna Boughtonia dicta eſt) nomē ſuppreſſit? Quid eum cōmouerit, ego quidem neſcio. Id verò exploratum habeo, cùm noſtros, quos comparare potui, annales de hac

Vide Fox. Latin. pag. 116.

Ioanna Boughtonia.

muliere

muliere aliquid expiſcaturus euoluiſſem, nihil me potuiſſe de ea, niſi apud vnum duntaxat reperire: de cuius nomine nondum mihi conſtat, licet ſint, qui Fabiano eum tribuunt. Sed & hic liber hactenus non eſt, niſi fortè fallor, typis excuſus. Cuius quiſquis fuerit auctor, quo menſe & quam ob cauſſam illa obierit, tradit, id eſt, quòd egregiam ſe Vuicleui diſcipulam oſtendiſſet. Quæ mira quadã vanitate in tãta ſe apud Deum gratia poſitã iactabat, *Vana Pſeudomartyris iactatio.* vt nullis corpus ſuum ignibus cõſumi poſſe palam prædicaret. Id etiam idem ſcriptor prodit, illam Deum quidẽ, atq; adeo beatam Mariam virginẽ ſæpe inter ignes appellaſſe; nulla tamen potuiſſe ratione eò adduci, vt IESV nomen inclamaret. Sed iſta iam mittamus. CRIT. Miror, quid in mentem venerit Foxo, vt ita orbi illudere voluerit. IREN. Rectè dicis. Cuius tamen culpam & hoc auget, quòd cum ante decennium Latinum illud Martyrologium Argentinæ ediderit, in iſto ſuo recenti Anglicano adeo nihil diſpunxerit, vt omnino eandem quaſi conceptis verbis fabulam repetat. CRIT. Atqui ſinceriora credo ſunt, quæ de Cobhamo atq; Actono tradit. IREN. Sinceriora dicis? Certè tam prodigioſè & hic mentitur, vt neſciam, quod cui mendaciũ præponderet. *Foxi prodigioſa de Cobhamo & Actono mendacia refelluntur.* Omnes enim hiſtorici noſtrates, quos modò recenſuimus, Actonum cum ſociis non ſolùm ob hæreſim, ſed & ob ſeditionem aduerſus Regem & patriam captos, & capitali ſupplicio ſuſpendij ob læſam maieſtatem, incendij ob hæreſim affectos, *Vide Hard. Fabi. Haul. Cooperum, & Graftonum.* *Actonus cur ſuſpenſus & combuſtus.* tradunt; & vtranque hanc cauſſam publica iudicij acta ita complecti Haullus diſertè fatetur: *Haullus.* atque his ſeditioſis omnes Londini carceres oppletos fuiſſe ait. Habes itaque veram & certam cauſſam ſupplicij in Actonum, Bronnum, & Beuerlaum, & illos alios 36. (qui pro eadem quoque ſeditione cæſi ſunt) irrogati. At falſum fortè dices Polydorum, qui Cobhamum illius ſeditionis principem, cùm tamen non interfuerit, fuiſſe clamitat. *Polydorus Virgilius.* Hic error (ſi modò ſit error, neque enim deſunt alij probati auctores, qui eum non modò interfuiſſe, ſed & præfuiſſe dicunt) non eſt Polydori proprius. Non interfuit corporis, ſed animi, conſiliique præſentia. Poſt fugam eius, ſocij ipſius ſeditioſè coierunt: fateor. At & Cobhamum quoque ex fuga poſtea reductum, vtriuſque, *Cobhamus cur ſuſpenſus et combuſtus.* id eſt læſæ maieſtatis atque hæreſeos fuiſſe conuictum, & vtriuſque pœnas dediſſe, Fabianus & alij teſtantur. Eat iam ſi velit, &, quantum velit, exclamet Foxus; *Magnum eſſe eorum mendacium, qui iſtos aliquid nefariè contra Regem & patriam cogitaſſe aſſerant.* Sed lubet penitius excutere admirabilem iſtam Rhetoricam. Nam *Foxi dolus malus.* ſummam iſte inuidiam in Regem & regni primates, præſertim in Eccleſiaſticos, deriuare callidè voluit; quaſi nulla alia tam atrocis legis & ſupplicij cauſſa ſubeſſet, quàm ſola Sacrarum litterarum materna lingua ſcriptarum lectio; vt ita lectorum animos

ab atrocium criminum, hæreſeos, & ſeditionis cogitatione vtcunque auerteret; & iſtud ſuum Pſeudomartyrologium glorioſius ornaret. CRIT. Sed quid tu dicis ad Synodum, & ad ipſum Regni edictum, quod pro ſe Foxus allegat. IREN. Id certè dico, prudentiam & fidem præclari huius Pſeudomartyrum buccinatoris hîc cum primis elucere. Nam ne vocula quidem aduerſus eos, qui materna lingua ſcripturas legerent, adſpergitur; neque huiuſmodi lectione cuipiam illic interdicitur. CRIT. Quid audio? IREN. ipſam veritatem. CRIT. At enim ſaltem Synodus interdixit. IREN. Nihil minus. CRIT. Verumenimuero ita eſſe ab Euangelicis, cùm eſſem in Anglia, ſæpe audiui, qui ea de re grauiſſimè conquerebantur. IREN. Scio id nō modò ſermonibus, ſed & concionibus atque libris agitatum; ſed id adhuc nunquam probarunt, neque vnquam probabunt. Hoc tantum cautum ſcio, ne quis libros ſacros à Vuicleuo & ſimilibus tranſlatos legeret, niſi prius ab Epiſcopo aut aliis, quibus tranſlationem excutiendi, & expendendi cura mādata eſſet, probatos. Quare nullo modo credibile eſt, quod Foxus narrat, regnante Henrico octauo, illos, quos nominaſti, ob eam ſolùm, quam tu ex eo cauſſam monſtraſti, incendio abſumtos. Id certè omnem fidem ſuperat: imò hoc tam ſplendidum mendacium præcedens pagina prorſus euertit. Nam non ſolum anno 1536, quod & ipſe Foxus tradit, ſed & anno Domini 1541 Henricus 8. rex præcepit, vt ſingulæ Eccleſiæ totum vetus & nouum Teſtamentum in Anglicanam linguam tranſlatum, vt omnibus ad legendum liberè pateret, commodo aliquo templi loco conſeruarent. Hæc cùm ita Foxus ipſe narret, proxima omnino narratio occurrit de iſtis ſuis Pſeudomartyribus anno 1542 ob nullā aliā cauſſam cōbuſtis, quàm quòd Scripturas vernacula lingua docerent, aut perlegerent. Sed nihil ego iam aliud dicam, quàm illud Terentianum: *Non ſat commode diuiſa tēporibus ſunt tibi, Daue, hæc.* CRIT. Iam video Euangelicos noſtros parum penſi habere, quid, aut quo modo ſcribant. IREN. Sed exſpecta: ſupereſt adhuc vana illa Foxi iactatio, qua inſigne illis mendacium adſcribit, qui Actonum & ſocios aliquid ſiniſtrè in regem aut patriam cogitaſſe aſſerunt, ex actis regni publicis, & parlamenti, quod pro ſe citat, ſtatuto retundenda. CRIT. Id ſi feceris, de Foxo tuo conclamatum eſt. IREN. Cùm itaque primo Henrici quinti anno Actonus cum ſociis illis, de quibus narrauimus, propter eam, quam diximus, cauſſam comprehenſi eſſent, & legitimas pœnas luiſſent; ſequenti anno Rex cum principibus regni Leceſtriam venit. vbi ampliſſima totius regni comitia habita ſunt, & cautum, vt, quemadmodum hactenus homicidæ & alii ſcelerati, ita iam deinceps hæretici bonis & poſſeſſionibus omnibus ad fiſcum deuoluen-

Sacrorum librorum tranſlationes, quæ prohibita.

In tit de magiſt in conſtit. prouincial.

Foxus pugnātia ſcribit, & ſe mendacij arguit.

Foxus pag. 124. & 620.

Biblia Anglicana publice in templis.

pag. 621.

Actonum & ſocios perniciosa in regem & patriam conſilia iniiſſe.

Vide ſtatut. an. 2. Henrici 5. cap. 7. deuoluẽdis exciderent; & alia quædã aduerſus hæreticos ſtatuta. Atqui quod hæretici pro perduellionibus deinceps haberentur, & geminatas pœnas ſuſpẽdij & incẽdij luerẽt, vt nugatur Foxus, nullo modo illic traditur. Vnde apertè colligitur, quod & hiſtoriis noſtris conſonum eſt; Actonum & ſocios, de quibus mentionem feciſti, vtroque ſe ſcelere obſtrinxiſſe. Alioqui perduellionis ſolum crimen ſuſpendio & deartuatione; hæreſeos, ſolo incendio de more coërcetur. CRIT. Rectè. Iam equidem nihil dubito, quid certi de hac hiſtoria teneam. IREN. Sed mane paullulum, adhuc magis & certius, idque ex eodem *parlamento*, Foxi tui impudentia reprimenda eſt. Nam & cauſſa, cur pœnæ aduerſus hæreticos aggrauantur, refertur: & illa quidem huiuſmodi eſt, quæ hanc omnem nobis de iſta ſeditione Euangelicorum dubitationem auferat. Narratur enim ibidem; tum hæreticos, (quos Lollardos ſtatutum appellat, quod illis temporibus non ſolùm in Anglia, ſed & in multis aliis prouinciis nomen hæreticis tribuebatur) tum alios eiuſdem ſocietatis & fœderis nefaria nuper conſilia iniiſſe, quo modo non ſolum Chriſtianam fidem, & Eccleſiam ſubuerterent, ſed & ipſum regem, atq; omnes alios regni ordines tam Eccleſiaſticos, quàm Laicos, totiusq; regni leges extinguerent; & alia quædam in hunc ſenſum. Ne igitur dubites Pſeudomartyres, *dignum patellæ operculum*, dignum ſe taliq; hiſtoria ſcriptorem reperiſſe. Vide, nunc, quo modò, quantumuis celare eam ſtuduerit, tandem tamen hanc ipſam ſeditionem Foxus, & ſuam imprudens vltro fraudẽ his verbis prodat: *Quocirca Rex, indicto Leceſtriæ Concilio (quod fortaßis Londini ob Cobhami fautores non erat tutum) propoſito edicto immanem denũciat pœnam his, quicunq; deinceps hoc doctrinæ genus ſectarẽtur; vſq; adeo in eos ſeuerus, vt non modò hæreticos, ſed perduelliones etiam haberi, ac proinde gemino eos ſupplicio, ſuſpendio ſimul & incendio afficiendos ſtatuerit; quibus, nec ſacra aſyla, nec vlla priuilegia quæcunq; auxilio futura eſſent. Adeo ille vires, rationesq; intendebat omnes aduerſus Vuicleuianos. Vuicleuiani id temporis dicebantur, quicunq; Scripturas Dei ſua lingua lectitarent.* Hactenus Foxus. Verum enimuero vt iam hæc omnia Foxi mendacia infregi, ita ille mihi rurſus reſpondeat, quàm officioſè Cobhamus Regiam maieſtatem coleret; aut, ſi nihil ille contra regem & rempub. cogitaret, qui tales fautores haberet, vt Rex, & totius regni proceres Londini eorum metu conſiſtere non auderent. Ediſſerat deinde, quinam illi fautores alij fuerint, quàm Actonus & ſocij, quos iſte glorioſos fecit Martyres. Et quamuis vaniſſimum ſit, quod iſte eos nulla iniiſſe conſilia de Regis nece nugatur; tamẽ quod in hac ipſa vana narratione ſe, & ſuam cauſſam imprudens iugularit, manifeſtũ eſt. Faceſſant igitur è Martyrum Catalogo Cobhamus, Actonus, Brounus; & Beuerlaus cum reli-

Cauſſa ſeueritatis in hæreticos ſub Henrico quinto edicti quæ fuerit.

Lollardi.

Pag. 107.

Foxus ſe mendacij arguit.

Seueritas Henrici quinti in hæreticos.

Vuicleuiani.

Cobhamus. cum reliqua nefaria cohorte; & pro Cobhamo Anatholium *8. Id. Febr.*
Martyrem beatum cum beatis virginibus & Martyribus, Sothere atque Dorothea: pro *Actonus.* Actono Clerum Martyrem, & doctiſſimum illum Presbyterum & Martyrem Lucianum: pro *Brounus.* Brouno *7. Id. Ianua.* *6. Id. Ianua.* Seuerinum Epiſcopum cum Timotheo, & aliis Martyribus: pro *Beuerlaus.* Beuerlao deniq; ſuo loco & honori Iulianum Martyrē cum beata virgine & Martyre Baſiliſſa ſufficiemus. *5. Id. Ianua.* *Ziſcha.* Quin & Ziſcham, qui *Non. Febr.* proximè præcedit Cobhamum in Catalogo, & principem in ſeditione illa Bohemica locū obtinet, è numero Confeſſorum detui babimus, & pro eo beatum Auitum Epiſcopum, & Confeſſorem cum inſigni illa virgine, & Martyre B. Agatha ſupponemus. Atq; vtinam Foxus (quod quidem faceret, ſi pij & Catholici hominis nomen tueri velit) vt narrationem Pij de Ziſcha, ita & pium atq; rectum illius de Ziſcha iudicium (quem pro ſcelerato lattone & impuriſſimo hæretico habet) ſimiliter imitaretur. *Ziſcha ſceleratus latro & impuriſſimus hæreticus.* Poſſum & alios plurimos, qui ob læſam maieſtatem ſuſpenſi, & deartuati ſunt, recenſere: quos in hoc Catalogo Foxus Martyrū honore dignatur. [1] Inter quos eſt Georgius Ægleus. [2] Touleum vero & Adamum licet pro furto ſuſpenſos, quia tamen ille Romanum Pontificem, iſte Sacroſanctam Euchariſtiam, quam idolum moriturus nefariè appellauit, ferre non potuit, è Martyrum & Confeſſorū numero minimè excludēdos putat. Omitto alios multos, [3] eos præſertim, qui ſeditioſis verbis & libris religioſiſſimā reginā Mariā inſectati ſunt, & qui in ſuis ſacris, ad quæ clam coire ſolebant, Deum precabantur, vt aut animū illius ab Idololatria auerteret, aut primo quoq; tempore eam perderet. Sed diſiūctiſſimi ſunt iſtorum mores [4] à primæ Eccleſiæ Martyribus, qui etiam Ethnicis Imperatoribus, & qui Chriſtianā religionem immani laniena obruere, & extinguere conati ſunt, longū imperiū & prolixos annos precabantur. Et certè ſi Cranmerus, qui à regiis iudicibus læſæ maieſtatis damnatus erat, hoc & non hæreſis nomine obiiſſet, inſignē tamen reperiſſet in hoc catalogo locum, in quo etiam rubricatus præ aliis emineret. CRIT. Mirum in modū hunc Catalogum, & rubricatos hos Martyres deformaſti. Sed iam tuum de Hunno iudiciū exſpecto: cuius cauſſam valde dubiam, & perplexā nec ipſe diffiteberis. IREN. Nihil certè hac cauſſa expeditius; nihil certius, cum non eſſe Martyrē, ſed Pſeudomartyrem. *Hunnus cur non ſit Martyr.* Hæreticū eum fuiſſe certè conſtat. Ergo vt ex abundanti donemus, eum nullam ſibi, ſed Horſæum, & alios illi vim intuliſſe; id quidē facit (ſi verum ſit) ad Horſæum grauiſſimo crimine irretiendū, ſed ad hanc ſtolidam ἀποθέωσιν nihil facit: niſi volumus eos, qui in publicis

1 *Vide Foxum Latin p. vlt. Anglic. p. 1613. Aegleus eſt in catalogo 31. Auguſt.*
2 *Latin. pag. 443. Anglic. 1142.*
3 *Vide parlamentum anno 1. & 2. Philippi & Mar. cap. 9.*
4 *Tertullian. in Apologet.*

viis à

viis à latronibus interimuntur, in Martyrum quoque album referre. CRIT. Probabilis oratio: ſed illa adhuc, vter vim intulerit, quæſtio dubia & impedita manet. IREN. Nihil mea, vel ad hunc Catalogũ, refert, impedita vel expedita ſit. Cùm enim diu res fuiſſet agitata, & cauſſa à Regio conſilio, ipſo Rege præſente, cognita, & demum ad Iuris cognitionem, Regiumq; pro cauſſis capitalibus tribunal reiecta, Regius procurator Horſæum & ſocios innocentes pronũciauit; quod & publica iudicij acta teſtantur. Quis igitur Foxus eſt, aut quàm amplam ſibi iuriſdictionem prorogat, qui rem iudicatã poſt tot annos reſcindere audet? Et vide, quàm candidè, & quàm ſincerè rem tractet, & quàm ſibi in ſuo mendacio diſſentiat. Aliàs enim primum cauſſæ præconem, quiq; primas in ferẽdo teſtimonio partes obtinebat; aliàs ipſum Regis procuratorem immodicis largitionibus corruptũ, liberaſſe Horſæum clamitat. At quæ corruptionis veſtigia indicat? quas probationes adfert? Si ſic rem agat, videat ne non ſolum in hos, ſed & in Regios prçſides, Regiosq; cõſiliarios, atq; adeo in ipſum Regem hæc calumnia recidat. Rex enim, qui cauſſam accuratè cognouerat, procuratori ſuo præcepit, vt Horſæi innocentiam teſtaretur, & ab omni illa accuſatione eum expediret. Sed quia Foxus non audet Regi hanc inuidiam conflare, eam in Eccleſiaſticos potiſſimum deriuat, quorum crudeli conſpiratione nefariè peremtum Hunnum vociferatur. At prçterquam quòd Horſæus Iudicum ſententia ſit abſolutus; quis crederet eum, virum ætate, dignitate, doctrina & Sacerdotio grauem, ad æternam animi corporisque ſui perniciem, idque ſine ſuo aliquo commodo, manus tam nefariè cuipiam intuliſſe? Si odio hominis id facinus aggreſſum dicas; quæ cauſſa odij, quæſo, interceſſerat? Quod ſi homini negotium faceſſere, odioque tam atroci indulgere omnino voluit; non neceſſe habuit ad homicidiũ confugere; cùm aliunde odium ſuum ſaturare potuiſſet in hominem, quem certa iuris ratione irretitum, hæreſeosq; conuictum & conſtrictum teneret. Hæc cùm videret Foxus, fingit, vel alterius ſaltem figmentum pro re certa refert, nimirum hæreſeos crimen ob ſolùm Sacerdotum inuidiam dictatum, Hunnumque in carcerem non antea abreptum, quàm parocho cuidam ſummum periculum creare conatus eſſet, ob actionem quandam, quam in foro Eccleſiaſtico aduerſus Hunnum exercuerat; quam Hunnus in ſolo Regio foro exercendam clamabat. Sed vide perfidiam. Cõſtat enim Hunnum prius in carcerem ob hæreſim coniectum, quàm parochum ad Regium tribunal traxiſſet; neq; alia ratione Hunnus hanc litem intendebat, quàm vt ſuſceptam aduerſus ſe hæreſeos cognitionẽ vel extinguere, vel ſaltem remorari poſſet; quam quidẽ eo pacto remoratus eſt, ſed non ſuſtulit. Regij enim

Foxi lubrica & ſibi repugnans oratio.

Foxus vt hîc, ſic aliàs fere Vatinianum ſuum in Eccleſiaſticos odium prodit.

Mendax ſiue Foxi ſiue alterius cuiuſpiã figmentum, cur Hunnus ſit de hæreſi poſtulatus.

præſides, cauſſa cognita, cognitionem illius ad Eccleſiaſticum iudicem reiecerunt. Eſt enim exploratiſſimi iuris, huiuſmodi actiones, vt decimarum appendices, eſſe fori Eccleſiaſtici. Hunnus itaque, cùm hac ſe ſpe eluſum videret, indignatione & deſperatione, aut neſcio de qua cauſſa, motus; huius nefarij ſceleris de ſe tollendo, vt veriſimile eſt, conſilium cepit. Certè id auſim affirmare, regnante Maria Regina, vnum ex hoc grege, cùm eſſet in carcere, ſe ad ſuſpendium paraſſe; quod facinus perpetraſſet, niſi cuſtos, Deo ita ordinante, carcerem eo ipſo tempore fuiſſet ingreſſus, & in ipſo ſcelere deprehenſum prohibuiſſet. Alioqui forſan habuiſſemus, & ex eo nouum quendam hodie Hunnum in hoc ſancto Catalogo ſplendidè inter reliquos Pſeudomartyres collocatum. Multa iam mihi ſuppetunt, quæ in hac Hunni cauſſa, dicenda reſtant: ſed ſciens & prudens prætermitto, præſertim apud te, quem, ſi vberius de his rebus intelligere cupias, ad Thomam Morum remitto: quo homine nemo certè ex omnibus noſtratibus hanc cauſſam aut certius nouit, aut verius deſcripſit. Audebimus itaque, vel inuito Foxo, è Martyrum ſacra cohorte Hunnum, quantumuis eum, vt antiquiſſimum, & πρώτιστον Pſeudomartyrum amplificet, explodere, iubereque eum abire in ſedem ſe dignam; neque ſuum honorem Carpophoro Martyri, & B B. virginibus ac Martyribus, Eulaliæ atque Iuliæ intercipere. De reliquis tuis Pſeudomartyribus non eſt, quòd ſollicitii ſimus. Robertus enim Kingus, Robertus Debnamus, Nicolaus Marſhius ſacrilegij ſui pœnas exſoluerunt: quippe qui rem ſacram è loco ſacro, id eſt, imaginem Chriſti crucifixi, & alia quædam abſtulere; eamq; imaginem ignibus nefaria impietate abſumſere. Iam quod imago Chriſti non ſit idolum, nõ eſt, quòd apud te amplius diſſeramus; quippe qui tuam ea in re ſententiam, ſubducta melius ratione, commutaſti. Sed aliam iam diſſerendi rationem inibimus. Finge enim (quod vel cogitare horrendum eſt) imaginem Chriſti, aut ſacroſanctam Euchariſtiam nihil aliud, quàm idolum eſſe; an tibi ideo tres iſti viri, aut Florus atque Gardinerus, martyres videbuntur? nihil certè minus. Quare ſi Gardinerus ex vulnere, quod ei inflictum erat, mox obiiſſet, neque Martyrij, neque vlla alia laude ob illud facinus dignus iudicaretur. CRIT. Noua mihi hæc tua diſſerendi ratio videtur, quam ſi idoneè probaris, iſtos ex Martyrum Catalogo ſtatim extrudam. IREN. Hoc eſt ergo, quod adfirmo; Chriſtianos, qui vel Iouis, vel Veneris, vel alia inter Ethnicos idola violare, & confringere tentant, & deprehenſi propterea occiduntur, nullam inde Martyrij laudem acquirere. Et quoniam Apologeticis, & aliis Euangelicis Elibertinum Concilium adeo arridet, eius hac de re verba, cuius tu in alia cõtra me cauſſa mentio-

Hæreticus quidam ſe in carcere interfeciſſet, niſi fuiſſet prohibitus.

Thomas Morus.

Hunnus.

Dialog. 4. et. 15. & Aduerſus ſupplicem libellum mendicorum.

4. Idus Decemb.

Kingus, Debnamus, Marſhius ſacrilegi.

Florus.

Gardinerus.

Qui idola Ethnicorum violant & conterunt, ſi deprehenſi ideo occiduntur, non ſunt pro Martyribus habendi.

Canon Elibertinus.

Canon 60.

mentionem feciſti, in medium afferemus. *Si quis*, inquiunt patres
Eliberini, *idola fregerit, & ibidem fuerit occiſus, quia in Euangelio non
eſt ſcriptum, neq; inuenitur in Apoſtolis vnquam factum; placuit, in nu-*
Serm. 6. de verbis Domini ſecund. Matth. in fine tom. 10. *merum eum non recipi Martyrum*. Quid quod Auguſtinus Chriſtia- *Auguſtinus.*
nos adhortatur, ne, inuitis Ethnicis, ipſorum idola confringant,
& illud, quod tu attuliſti, præceptum interpretatur. *Aras*, inquit,
eorum deſtruetis. Sed iubet nos animaduertere, quid præcedit:
Deut. 7. & 12. *Cùm data vobis fuerit terra in poteſtatem, aras eorũ deſtruetis*. Et mox:
*Cùm acceperitis poteſtatem, hoc facite; vbi nobis non eſt data poteſtas, non
facimus; vbi data eſt, non prætermittimus. Multi pagani habent iſtas
abominationes in fundis ſuis, nunquid accedimus & confringimus? prius
enim agimus, vt idola in eorũ corde frangamus*. Hæc Auguſtinus. Qua-
re ſi Martyres non habentur, qui nefaria idola pio zelo euertunt;
quid ſtatuemus de Chriſtianis, qui ſacram Chriſti Crucem, qui
ſacroſanctam Euchariſtiam ſacrilegis manibus nefariè violant?
Prid. Non. Maij. Quare Kingum, Debnamum, Marshium è Martyrum Catalo-
Non. Maij. go exigemus, vt & Florũ atque Gardinerum; & B. Ioannem Eu-
8 Id. Maii. angeliſtam, Euodium Epiſcopum & Martyrem, Iuuenalem Vi-
4. Id. April. Prid. Non. Septemb. ctorem, & alios Martyres, adhæc B. Procorum, vnum ex 7. Dia-
conis cum 7. Virginibus & Martyribus apud Sirmium: Marcel-
lum denique, & alios Martyres cum Moſe ſummo illo Dei Pro-
pheta, ſuo reddemus loco & honori, vnde per iſtos Pſeudomar-
tyres detruſi ſunt.

Fabuloſa Foxi figmenta de cauſſa & circumſtantiis iuſti de Galielmo Coubrigio heretico ſumti ſupplicij exploduntur; & vera eiuſdem hiſtoria bona fide explicatur.

CAP. XVII. CRITOBVLVS.

QVÆ hactenus de Cobhamo, Actono, Onleo, Hunno & ce-
teris diſſeruiſti, id genus ſunt, vt meum ſuffragium, velim nolim,
extorqueant. Sed Coubrigij cauſſa magnam adhuc dubitatio-
nem habet, qui atrociſſimæ hæreſeos pœnas homo innocentiſſi-
mus nefaria Theologorum coitione luiſſe dicitur. Neque hîc a-
liquis tergiuerſationi locus relictus videtur. Coubrigianæ enim
innocentiæ, indignique eius incendij non tam auritum, quàm
oculatum teſtem ſe nobis Foxus exhibet. Et quoniam præcla-
ri illius rerum Eccleſiaſticarum commentarij iam mihi ad manus *De ratione &*
obuij ſunt, non me, ſed ipſum Foxum audies. IREN. Placet. *cauſſa necis Cou-*
CRIT. *Me puero concrematus eſt Oxonij quidam Coubrigius nomine,* *brigianæ mẽdax*
pag. 139. *in Gloceſtriæ finibus deprehenſus, atq; Oxonium traductus, qui in ſequen-* *& perfidiæ ple-*
tem annum, aut circa hoc maximè tempus inciderat. Præſidebat tum *na Foxi fabula.*
An. 1536. *ſcholæ Theologiæ doctor Smithæus, & doctor Cootſus, qui cum ceteris
Theologis & doctoribus nequaquam eo videbantur officio functi in hac re,*

quod in Theologis manſuetiſsimus requirit Apoſtolus erga eos, qui in errores collapſi inſtitutione egent & doctrina meliorum. Nam vt hoc ponamus, in dogmatis & controuerſiis Theologicæ Philoſophiæ non vidiſſe eum, quod vident illuminati Theologi: Paulus tamen ad Romanos ſcribens, nec eo tantùm loco, admonet; Infirmos in fide aſſumendos eſſe, nõ ad diſceptationum diiudicationes, ſed ſuſtinendas infirmitates imbecillium à firmioribus. Et alibi; Spiritum lenitatis & manſuetudinis in iis, qui ſpiritales ſunt, requiri audimus; quibus videlicet cum grege Domini infirmo res futura eſt. Ceterum ab hac Apoſtolicæ manſuetudinis regula, dolenda res, quantum receſſerant iſtorum conſilia Theologorum, qui poſtquam in carcere Bocardo irretitum habuerũt, fame ac inedia eò ſanctum Chriſti ſeruulũ adegerunt, vt longa tabe, ac inſomnia exhauſta naturæ facultas rationem prius, quàm vitam amiſerit. Ex quo factum eſt, vt cùm ille mentis iam emota multa aliena, atq; inconcinna amentium more effunderet, rumores ſpargerentur à Theologis; hæreticum quendam Oxonij eſſe, qui Ieſu quidẽ nomen, cùm audiret, ferre poſſet; Chriſti autem non poſſet, eam ob cauſſam incendio dignum eſſe, vulgi perſuadent auribus. Quod à plerisq; etiam Oxonienſibus certò credebatur, quum longè tamen haberent aliam eius ſupplicij cauſſam. Sic igitur, conſtituto mactationis die, mitis Chriſti ouicula cum armatorum manu ad laniarium producitur, vbi demũ in mediis flãmis, Domini Ieſu Chriſti ſæpe inclamato nomine, magna cum tranquillitate vitam cum Dominõ commendaſſe vidimus. Hæc Foxus. Eadem fere in Anglicano ſuo Martyrologio recitat: vbi apertè aſſerit, Coubrigiũ falſæ accuſationis & iniuſtæ criminationis prætextu, primùm à Theologis Oxonienſibus nefariè fuiſſe damnatum, mox eodem prætextu, Regio ad comburendum hominem reſcripto impetrato, magis nefariè ignibus abſumtũ. In mediis enim flammis longè contra ipſorum exſpectationem nomen Ieſu Chriſti identidem piè appellabat. I R E N. Nolim te hîc, mi Critobule, exiſtimare Foxum ſubitò ſui diſſimilem eſſe, & antiquum in hiſtoriis depranandis non obtinere. Certè tam perfidè, tam ſceleratè rerum geſtarum fidem hic corrupit, vt, ſi cetera in eo omnia ſarta tecta eſſent & illibata; vel ob hanc ſolam narrationem tam prodigioſè deformatam ab omnibus piis foret explodendus. Primùm itaq; quàm cõclamata, quæſo, eſt ea illius impudentia, qua Oxonienſes Theologos in tam ſæui & incredibilis criminis inuidiam vocat, à quo non ſolũ illa Theologorum, ſed vel communis Chriſtiani nominis profeſſio facile quemuis hominem vindicarit? Cur illi, quæſo, miſerum hominem inedia & fame ita conficerent? Cur illi delirantis & inſani hominis temerarias voces incendio ſtatim expiarent? C R I T. Nulla quidem cauſſa ſuppetit, atque ideo magis horrendum eſt hoc in iſtis crimen. I R E N. Et ego id quidem fateor, ſi hoc in eis vllo modo hæreret. Cuius rei probatio, demta nuda & puerili Foxi aſſeueratione,

Rom. 14.
Rom. 15.
Gal. 6.
pag. 570. anno Domini 1539.
Foxi falſa narratio de cauſſa necis Coubrigianæ confutatur.
Foxi narratio nulla probabilitate nititur.

ſeueratione, nulla quidem conſpicitur. Et multùm illi certè debet Oxonieſis Academia, quam tam atroci infamia falsò adſpergit. An hanc mercedem nutrici ſuæ Foxus refundit? An hoc eſt ἀντιπελαργεῖν? Verum nos non iam querelas, ſed iuſtas aduerſus iſta Foxi mendacia & ingratitudinem probationes afferemus. Vt itaque hæc aduerſus Theologos Oxonienſes criminatio ex ſe nullo modo probabilis, aut credibilis eſt; ita paruam habere veri ſpeciem ex ipſo Foxo oſtendemus. Cur enim illi ad falſa innocenti homini crimina ingerenda confugerent, cùm alia certa & explorata occurrerent, quorum nomine cuiuis in iis obſtinatè perſeueranti iuſtum ex legis præſcripto ſupplicium deberetur? Huiuſmodi autem in hac Coubrigij cauſſa interueniſſe, ipſo Foxo ſuggerente, didicimus. Coubrigius enim, cum Laicus planè eſſet, nulliſq; ſacris initiatus, ſe tamen pro Sacerdote venditabat, omniaq; Sacerdotum munera, vt plures ad ſuam ſectam attraheret, obire neutiquam formidabat. En tibi igitur nouum Ozam, qui, cùm non eſſet vnctus Domini, auſus tamen eſt manum in arcam Domini extendere: Nouum Oziam, contra legem Dei ſacrificium ſibi arrogantē: nouum Nadab & Abihu, qui alienum ignem altari Domini impoſuerunt: nouū deniq; Chore, nouum Dathan, nouum Abyron, qui ſacrificandi licentiam nefariè ſibi vindicabant. Atqui cùm in hos tanta & talia exempla ediderit Deus, eorumq; culpam aut æquarit, aut potius ſuperarit Coubrigius; cogimur eum in hoc ſacro Catalogo, vt ſacroſanctum Dei Martyrem, adorare. Aſſeruit præterea Coubrigius (quod nec Foxus diffitetur) quemuis Sacerdotem non minus poteſtatis & auctoritatis, quàm quencunque Epiſcopum, habere; quæ quidem eſt antiqua Aerianorum hæreſis. Quare cogendus eſt iam Foxus, aut Auguſtinum & Epiphanium cum reliquis patribus è ſanctorum; aut Coubrigium ſuum ex Martyrū Catalogo deturbare. Fuit præterea Coubrigius, Foxo referente, Vuicleui diſcipulus, eiuſq; hęreſes lōgo ſucceſſionis ordine vna cum auita hereditate ſuſcepit. Quanquā tam bellè in hac ſchola hic diſcipulus profecit, vt præceptorē ipſum, quamuis ſectę anteſignanum, longo tamen poſt ſe interuallo in hoc ſuæ impietatis curſu, vt mox vberius explicabimus, reliquerit. Iam quis vnquam in animum inducat, ſi ementita hæc eſſet ſceleratā Theologorum conſpiratione aduerſus Coubrigium criminatio, quòd Chriſti nomen aduerſaretur; potuiſſe illos vnquam à Thoma Audlæo, regni ſummo Cancellario, homine huic nouo Euangelio impensè dedito, Regium ad Coubrigium comburendum reſcriptum impetrare? An ille hominem ſuæ ſectæ, innocentem, atque adeo affinem ſuum, ſi Foxo credimus, tam nefariè opprimi paſſurus vnquam fuiſſet? Hæc cui velit, mihi certè Foxus nunquam perſuaſerit.

Sed

Foxi ἀχαριστία in Academiam Oxonienſem, et in Theologos eiuſdem ficta criminatio.

Coubrigiū Laicum Sacerdotis munera obiſſe ſcribit Foxus.

2. Reg. 6.

2. Para. 26.

Leuit. 10.

Num. 16.

Coubrigius hæreſi Aerianorum infectus Foxi confeſſione.

Auguſtin. de hæreſibus hæreſi 53.

Epiphan. hæreſ. 75.

Coubrigius Vuicleui diſcipulus.

Cur criminatio aduerſus Coubrigium ementita non videatur.

Foxi mendacia vndique ſe produnt.

Sed vide, vt vndique puerilia Foxi mendacia ſe produnt. Neque enim Eccleſiaſtici iudices huiuſmodi reſcripta impetrare ſolent. Quare falſa & ficta eſt iſta omnis aduerſus Theologos Oxonienſes accuſatio. Videamus iā alias rimas, per quas Foxiana iſta mendacia effluunt: in quibus nec cum veritate, nec ſecū illius conſentit oratio. In Latino Pſeudomartyrologio annū Domini 1536. in Anglicano 1539. huic incēdio tribuit, vtrobiq; à veritate aberrans. Referendū enim eſt ad annū Domini 1538. Adhæc, præclara iſta ἀπολέγων ad v. Idus Octobris reiicitur, cum tamē ille VII. Idus Septembris ſupplicio affectus ſit. Præterea illic in finibus Gloceſtriæ, & inde Oxonium; hic in comitatu Bersheriæ deprehenſum Coubrigium, & inde ad Lincolnienſem Epiſcopum, de quo Latina narratio non ſine fraudis ſuſpicione omnino reticet, abductum ait. Sed & hic nihil vtrinque probabile: ſolent enim huiuſmodi homines non ad alium, ſed eius diœceſis Epiſcopum amandari, in qua deprehenduntur. Sed ſit hoc leue: ſunt autem cetera craſſiora mendacia. Illud enim mihi iam, ſi poteſt, expediat; quo iure, quo more maiorū eum Smithæus & Cootſus cum ceteris Theologis damnarent. Quod ſi facerent, hæc cenſura nō Epiſcopalis, ſed Scholaſtica eſſet, & notam hominis famæ inureret, non vitæ periculum crearet; niſi Epiſcopalis cognitio ſuccedat: vt iam pueris puerilē illam ſuam Foxus cantionē de reſcripto regio à Theologis Oxonienſibus impetrato, ſi velit, deinceps occinat. CRIT. Valde tu hanc Coubrigianam Foxi narrationē debilitaſti; mihiq; iam valde vacillare videtur. IREN. Audi reliqua. Adhibebimus iam fortiores arietes, quibus ea percuſſa & contuſa, neceſſe eſt, vt funditus euertatur. Nam ne erres, vel ſola Lincolnienſis Epiſcopi mentio Foxum hunc è vulpinis latebris ſuis extractum humi ſternit. Hic ſe fabula tota prodit.

Inconſtans error Foxi in die & anno Coubrigiani incendij.

Vera narratio de nece Coubrigij & circumſtantiis eiuſdem.

Nam Gulielmus iſte Coubrigius non Oxonij à Theologis, ſed Vincamiæ à Longlando Lincolnienſi Epiſcopo, lata pro tribunali de more ſententia, damnatus, & obſtinatus hæreticus pronunciatus eſt; & deinde tranſmiſſus Oxonium, vt eo potiſſimum loco propter oppidi celebritatem combureretur. CRIT. Quid ais? perge quæſo, & totam hanc mihi narrationem vberius explica. IREN. Faciam, & id quidem ſumma fide, & ex certis piorum, & grauium virorum narrationibus, qui non ſolum incendij, vt Foxus, ſed partim eorum, quæ Vincamiæ, partim eorum, quæ Oxonij cum Coubrigio agebantur, oculati teſtes erant; homines eo quidem tempore non pueriles, vt Foxus meus, ſed maturæ & ætatis & iudicij: vt nihil neceſſe ſit à puero Foxo, aut oculis eius pendēre. Accipe igitur plenam, & veram ſimul Coubrigianæ hiſtoriæ explicationem. CRIT. Ego diligentem aurem accommodabo. Nam mira huius hiſtoriæ audiendi me

tenet cu-

tenet cupiditas. IREN. Cùm igitur Coubrigius ad ædes Epiſcopi Vburnianas, quas prope Vincamiam habebat, deductus eſſet, & grauiter accuſatus, quòd varias hæreſes in illius diœceſi ſeuiſſet; cum primis hoc ei obiectum eſt, quòd Chriſti nomen auerſis ſemper auribus exciperet, ſed neque vel lectionem, vel mentionem eius ferret.

Coubrigius eius hæreſis nomine ad Epiſcopum Lincolnienſem delatus.

Quod quidem aduerſus eum crimen tam expeditum erat, vt neutiquam negaret; multis teſtibus, ſi negaſſet, palam coarguendus. Imo huic tam horrendæ hæreſi præfractè & obſtinatè adhærebat: neque vel doctorum, qui multi erant in Epiſcopi familia, vel aliorum, qui frequentes ad Epiſcopum confluebant, vel ipſius denique Epiſcopi ſiue conſilio ſiue auctoritate à tanta inſania deduci potuit. Nullam ille dementiæ (niſi, quod verum eſt, hanc hæreſim dementiam appelles) nullam delirij alicuius ſignificationem dedit. Aliquot menſes apud Epiſcopum hærebat in ſuo errore. Quo quidem toto tempore nec alimenta corpori fouendo, nec conſilia animæ ſanandæ neceſſaria vnquam deerant.

Coubrigius nulla alia quam hæreſis dementia correptus.

Cùm tempus itaque traheretur, nec vlla ex priuata admonitione reſipiſcentiæ ſpes luceret; denuntiat ei Epiſcopus, niſi maturè in viam redeat, & ſanioribus conſiliis aures, animumque patefaciat; fore, vt propediem in grauiſſimum & corporis & animæ periculum vocaretur; primum à Chriſto & eius Catholica Eccleſia, atque ita ab omni piorum ſocietate per ſacrum anathema; mox etiam ab omni hominum conſortio abſcindendus, & meritas obſtinationis ſuæ pœnas in ignibus de more luiturus.

Epiſcopi Lincolnienſis in Coubrigium paternus affectus.

At ille neque propter hanc denuntiationē quicquam de ſolita pertinacia remiſit.

Pertinacia Coubrigij.

Quare paullo pòſt Epiſcopus Vincamiam proficiſcitur, cauſſam Coubrigij pro tribunali cogniturus. Confluunt eò vndique ex omni hominum genere cùm alij plurimi, tum multi ex generoſis & nobilioribus, vt hominē, de quo tam prodigioſa & pæne incredibilia audiſſent, præſentes ſpectarent. Siſtitur ad tribunal Coubrigius. Quem Epiſcopus, vt erat homo mitiſſimus & manſuetiſſimi ingenij, piis & mollibus verbis ad reſipiſcentiam hortatur. At cùm pertinacem propoſiti defenſorem videret, ad preces & Domini miſericordiam confugit, rogatque præſentem omnem multitudinem, vt preces accuratè apud Deum pro miſero Coubrigio funderet. Vniuerſi ſe in genua ad preces effundunt. At pium Epiſcopum non ſolum preces, ſed & lacrymas effudiſſe conſtat.

Preces & lacrymæ Lincolnienſis Epiſcopi pro Coubrigio.

Poſt preces rurſus cum Coubrigio congreditur, ſed fruſtra. Mox habetur à viro doctiſſimo (qui, niſi nuper obierit, hodie ſuperſtes eſt) docta & pia concio, tota fere ad Coubrigianam hæreſim retundendam comparata, diuinis Scripturis aptè & accommodatè adhibitis, inſtructiſſima. Atque hîc rurſus publicæ pro hominis emendatione & reſipiſcentia preces implorantur. A concione itur rurſus ad tribu-

Cō io aduerſum Coubrigij hæreſim ad flectendū illius animum.

Preces iterū pro Coubrigio, ſed fruſtra funduntur.

ad tribunal. Rogatur Coubrigius, vt adhuc, dum locus reſipiſcẽtiæ opportunus daretur, errorem agnoſceret, & diuinam miſericordiam ad veniam imploraret. At ille non homini ſed lapidi loquitur. Stat Coubrigius immotus, vt Marpeſia cautes. Epiſcopus cùm conclamatã videret hominis pertinaciam, ad ſententiam contra eum ferendam inuitus cogitur. Quare, vt bonum paſtorem decebat, putridam & ſcabioſam illam ouem à ſano grege ſecernendam, & extra gregem proiiciendam pronunciat. Neque ſic tamen omnem ſanandi hominis cogitationem, & curam abiecit. Amandato enim Coubrigio Oxonium, vt ibi de more pœnas hæreticæ ſuæ obſtinationis expenderet, Theologos Academiæ rogauit, vt nihil prætermitterent diligentiæ, quo eum ab errore reuocarent. Cum quo illi diligenter, ſed fruſtra, diu egêre. Et quoniam Cromuuellus hoc tempore in aula Regia primum gratiæ obtinebat locũ, qui & Euãgelicorum partes ſtrenuè propugnabat, etſi hæc ita, vt dixi, geſta ſunt, delata tamen eſt ad eum querela; quaſi Epiſcopus præcipitanter, & caloris cuiuſdam repentini æſtu abreptus, re non ſatis cognita, Coubrigium hæreſeos damnaſſet. Cromuuellus per litteras Epiſcopum admonet, vt, quid egerit in cauſſa, diligenter ſecum & ſerio cogitet; &, ſi quid fortè minus perpenſo iudicio aduerſus hominem ſtatuiſſet, id reſcinderet, neque innocenti homini moleſtias faceſſeret. Fuit autem illis temporibus Cromuuellus eo loco, vt etiam in cauſſis Eccleſiaſticis cognoſcendis maiore, quàm vllus Epiſcopus, auctoritate ex poteſtate ſibi à rege delegata emineret. Epiſcopus mox nuncium, virum quendam grauem, & doctum cum litteris & actis cauſſę Coubrigianę ad Cromuuellum tranſmittit. Qui cùm ſeriem totius rei geſtæ legiſſet, Coubrigium inſignem hæreticum exclamat; & apage mihi hunc, inquit, hæreticum; qui vt quam primùm iniiciatur ignibus, quos meretur, ſedulò curabitur. En tibi igitur non iam Theologorum Oxonienſium, neq; Lincolnienſis Epiſcopi, ſed & ipſius Cromuuelli, quem tantopere Foxus laudibus ad cælum vſque in hoc ſuo Martyrologio euehit, quique primùm totius etiam Eccleſiaſticæ auctoritatis poſt Regem locum obtinebat, contra Coubrigium ſententiam. Quem tamen tot præiudiciis, tot ſententiis confoſſum, contra ſcita non ſolum Catholicę, ſed & Euangelicę ſuę Eccleſiæ Martyrem nobis facit. CRIT. Pudet, pudet me certè nimiæ meæ credulitatis, & huius incredibilis Foxi mei impudentiæ. Qui quoniam negat ſe potuiſſe alia, quàm quæ receſuiſti ex eo, accuſationis Coubrigianæ capita reperire: tu, ſi quid, quæſo, tibi ſuppetat, fuſius explica. IREN. Neſcio, num potuerit (qui alia tam accuratè, & tam laborioſè exquiſierit) an noluerit potius reperire, & in medium proferre; ne alioqui nimis ſacro-

ſanctum.

Aeneid. 6.

Sentẽtia in Coubrigium pertinacem hæreticum lata.

Coubrigius Oxonium miſſus, vt à Theologis ibi, ſi fieri poſſet, ab hæreſi deduceretur.

Cromuuello Epiſcopus Lincolnienſis iniuſte accuſatus de cauſſa Coubrigiana.

Cromuuelli iudicio Coubrigius vt inſignis hæreticus igni adiudicatur.

ſanctum hunc Catalogum deformaret. Audi igitur ipſum Coubrigium. Neq; enim quicquam ex ipſius verbis immutabo, ſed ex noſtra in Latinam linguam fideliter tranſferam.

1. *Ego, inquit, Gulielmus Coubrigius publicè aſſerui, Sacerdotes reos eſſe læſæ maieſtatis diuinæ, quòd hoſtias in 3. particulas diſtribuant, & non integram more noſtro recipiant.* (Hæreſes Coubrigianæ.)
2. *Neminem debere ieiuniis ſe macerare, aut corpus caſtigare.*
3. *Nolle me Confeſsionem apud Sacerdotem edere, niſi meo me arbitrio abſoluat, & mihi præſcribat, vt dicam, Deus propitius eſto mihi peccatori; & benedicat me Deus pater.*
4. *Neque Apoſtolos, neque Euangeliſtas, neque quatuor Eccleſiæ doctores adhuc pateféciſſe, qua ratione peccatores ſalui fiant.*
5. *Confeſsionem meam hoc ſeptennio fuiſſe mihi inutilem.*
6. *Aſſerui, neque vitam piè actam, neque ieiunia poſſe prodeſſe ad bonminus ſalutem.*
7. *Aſſerui, Chriſtum non eſſe mundi redemptorem, ſed futurum mundi deceptorem.*
8. *Arbitratus ſum hanc vocem* [Chriſtus] *eſſe fædum nomen, illudq́ue vbicunque in libris meis occurrebat, plerunque diſpunxi.*
9. *Chriſti nomen in Ieſum commutaui. Et vbi habetur in Symbolo Apoſtolico, in Ieſum Chriſtum, ego canebam: Et in Ieſum Ieſum: hoc idem egi in precibus in Paſchate.*
10. *Aſſerui & ſcripſi, vniuerſos, qui in nomine Chriſti crediderunt, in inferno damnatos.*
11. *Apertè negaui, me vnquam nomen Chriſti confeſſurum.*
12. *Hæc præterea Chriſti verba: Accipite & manducate, hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur, ad hunc modum interpretatus ſum: Hoc eſt corpus meum, in quo populus circumuenietur, & decipietur.*

Habes iam tandem peruerſa Coubrigij dogmata, quæ, cur Foxus reticuerit, veram, ni fallor, cauſſam reddidi. Qui nullo modo ferendus eſt, quod Theologos Oxonienſes, qui tam piè officio ſuo functi ſunt, tam impiè calumniatur, quaſi falſis criminibus hominem innocentem circumuentum obruerint. Qui, ſi reſipiſcendo gehennæ incendium euaſerit; hoc illorum potiſſimùm poſt Deum ſanctis conſiliis, & officioſæ ſedulitati debet, qui nihil intentatum reliquerunt, quo eum ab his exſecrandis erroribus abduceret. Quibus ſine dubio gratiſſima fuit ea illius vox, qua Ieſum Chriſtum in incendio inclamabat. Quæ vt illi per pænitentiam prodeſſe potuit, ita cur Martyrem eum faceret, nihil adhuc video. Atque vtinam reliqui Pſeudomartyres, qui in hunc Catalogum, quaſi in nouam quandam Philippi πομπόστιχον adſcripti ſunt, Coubrigij, & Bilnæi, de quo diximus, pœnitentiam fuiſſent imitati. Etſi enim hac ratione multum huius (Iniquè in Theologos Oxonienſes Foxi calumnia.) (Coubrigius etſi in medio flammis reſipuit, non tamen Martyr eſt dicendus.)

Catalogi

Catalogi numero deceſſiſſet, plurimum tamen eorum ſaluti acceſſiſſet. *Primus* enim, vt ait Beatus ille Martyr Cyprianus, *felicitatis gradus eſt, non delinquere; ſecundus, delicta cognoſcere. Illuc currit innocentia integra & illibata, quæ ſeruet: hic ſuccedit medela, quæ ſanet.* Et quod ille de Nouatianis, hoc ego de Pſeudomartyribus iſtis dicere cogor. *Vtrunque*, inquit, *iſti, offenſo Deo, perdiderunt, vt & amiſſa ſit gratia, quæ de baptiſmi ſanctificatione percipitur, & non ſubueniat pænitentia, per quam culpa curatur.* Hæc ille de Nouatianis, qui pænitentiam poſt grauia peccata ſuſtulerunt: ego verò de iſtis, qui in tanta delictorum magnitudine adeò pænitentiam non quærunt, vt de delictis glorientur, atque ita grauiſſimi morbi omni ſe remedio prorſus ſpolient. CRIT. Ita iam tu Foxiani Martyrologij fidem apud me imminuiſti, vt pæne omnia illius mihi ſuſpecta reddideris. Certè iam è Martyrum Catalogo non ſolùm Onlæum & illos alios, ſed & Petrum, & hunc potiſſimum Coubrigium diſpungam; & diligenter deinceps diſpiciam, quid cui credam. IREN. Prudenter tu quidem feceris, ſi teſtudineo poſthac gradu ad hæc & ſimilia credenda prorepas. Neque tu iam Petrum & Coubrigium, ſed & Colinzum quoque, qui aut eundem cum illis in hoc Catalogo, aut antecedentem diem certè occupat, è Martyrum albo abolere debes. Qui, quod eo tempore, quo Sacerdos ſacroſanctam hoſtiam populo oſtendere ſolet, caniculum quendam pedibus arreptum in ſublime in templo extulerit, & ſancto Chriſti ſacrificio illuſerit; locum ſibi in hoc Catalogo inuenit. Sed talem certè Catalogum tales decent Martyres, *& ſimiles habent labra*, quod dicitur, *lactucas.* CRIT. Sed tu iam in his, quæ ſuperſunt, tuas partes obi, ego mihi non deero.

Cyprianus. — *Lib. 1. Epiſt. 3 ad Cornelium.* — *Felicitatis duo gradus.* — *Colinzus quo nomine Martyr ſit apud Foxum.*

Lutheranos non eſſe veros Martyres, eò quòd Lutherus multas veteres hæreſes, in quibus & pro quibus pertinaciter ipſius aſſeclæ mori non reformidant, ex Orco reuocauerit.

CAP. XVIII. IRENÆVS.

IAM in hoc Foxi Catalogo & Calendario præter eos, de quibus diximus, reponuntur alij, qui malè inter ſe conueniunt, Confeſſores. Ibi enim reperies non Bucerum modò & Fagium, ſed & Eraſmum Roterodamum, atque Picum illum Mirandulæ comitem. Ita contemta Eccleſia & Romani Pontificis auctoritate (quæ apud omnem orbem Chriſtianum in rebus ad religionem pertinentibus maxima ſemper fuit meritò, & grauiſſima) iſte cornicum, quod dicitur, oculos planè configit, & pro noua & ſtupenda quinti Euangelij auctoritate, quos vult, infert, quos vult, de-

Confeſſores in Calendario Foxi malè conuenientes.

vult, de faſtis Diuorum eximit, & portentoſa conuerſione veros Chriſti Martyres è cœlo ad Tartara deturbat, & arrogantem illum Luciferum noua quadam Mercurij virgula è Tartaris, velit nolit Deus, in cœlos rurſus ſubuehit. CRIT. Admirabiles ſanè faſtos video. IREN. Sic eſt. Iam quod, Caluino poſtpoſito, ad primi præceptoris Lutheri doctrinam rediturus videris; conſultius certè fuerit, & Luthero quoque ipſi repudium dare. Illa enim fuit tua temeritas, qua temer inconſulta facilitate in eius errores primùm præcipitaſti. Sed mox de Lúthero plura. Vbi verò ſunt interim infiniti illi aceruí, & tot millia Martyrum, qui quòd verè ac purè in Chriſtum Ieſum crederent, diris ſuppliciis addicti ſunt? Ex his enim omnibus, quos recenſent Criſpinus, Foxus, Adrianus, ſi deleas Arrianos, Memnoniſtas, Anabaptiſtas, Zuinglianos, fures, homicidas, læſæ maieſtatis reos; nónne videbitur hæc omnis Pſeudomartyrum tuorum ſemina prope exhauſta? Mera enim Lutheri ſchola vix nobis decem, credo, ſuppeditabit. CRIT. Nihil à vero alienum dicere mihi videris. Atque iam miror nos à tantis copiis, quibus hodie fœlices ac beati abundauimus, ad hanc tantam inopiam tam repente redactos. Quanquam iniuriam facio beatis iſtis Martyribus. Hæc enim inopia vel Crœſi ipſius diuitias obſcurat. Quare abundè nos conſolabimur his ipſis reliquiis. Magnificum enim planè, & peramplum eſt ad omnem laudem & temporum memoriam, vnum hominem (Lutherum intelligo) tantam & tam claram veritatis tot ſæculis obrutæ cæcutienti mundo lucem inuexiſſe; diſcipuloſque aliquot habuiſſe, qui præceptoris doctrinam vita cariorem haberent. Quibus tu, credo, vel concordiæ, vel illuſtris Martyrij laudem non inuidebis. IREN. Quid ego miſeris inuiderem? atque vtinam aliquid in eis eſſet, quod eis inuiderem, quorum iam me miſeret multo magis. Lutherani enim diſſidiorum magnitudine, atque atrocitate Zuinglianos longè ſuperant. Neque aliter euenire poteſt; cùm nec Lutherani à Zuinglianis, nec alterutri inter ſe magis diſſideant, quàm ſolus Lutherus ſibi ipſi. In qua hydra reperies non ſeptem capita (vt in fabulis) ſed re vera multo plura ad mutuam inuicem perniciem armata. Atque horum diſſidiorum narratio ſuum tempus & otium deſiderat: quorum illud vnum egregium tibi ſpecimen dare poteſt, quòd in vna de vtraque Sacramenti ſpecie quęſtione triginta ſex inuicem pugnantia reſponſa effuderit. Quare reliquos ille omnes ſuos diſcipulos licet inter ipſos de ſola iuſtificatione ſupra viginti partim diuerſas, partim contrarias ſententias recitare tibi poſſem, Apologeticis interim tuis egregiè ſcilicet, nihil illos de ratione iuſtificationis diſſidere, clamantibus, longè profectò in hac tam monſtroſa

Paucitas Lutheranorum Martyrum.

Lutheranorum inter ſe diſſidiū.

Lutherus quam ſibi contrarius.

Caſp. Querhamerus Hallenſ.

Diſſidium Lutheranorum de iuſtificatione.

contradictionum ſchola ſuperauit, vt ſectæ ipſius principe dignum fuit. Vnde iam mihi de Lutheranis, & aliis Euangelicis illud Hilarij de Arrianis dici rectè poſſe videtur: *Scribendæ & innouãdæ*, inquit, *fidei vſus inoleuit, qui, poſtquã noua potius cœpit cõdere, quàm accepta retinere, nec veterata defendit, nec innouata firmauit; & facta eſt fides temporum potius, quàm Euangeliorum, dum & ſecundum annos ſcribitur, & ſecundum confeſſionem baptiſmi non tenetur*: & rurſus: *annuas & menſtruas de Deo fides decernimus*. At Athanaſius ait, *Arrianos in decem & pluribus Synodis nunquam eadem perſcripſiſſe*.

Hilarius. *Hilarius ad Conſtantinum Auguſtum.* *Athanaſius.* *Athanaſ. in epiſt. ad Afros.*

Alij verò Lutheri errores atq; hæreſes tam fœdam, tam longam narrationem poſtulant, vt nec exiguo tempore narrari, nec ſine horrore audiri poſſint. Veteres enim omnes ferè omnium ſæculorum hæreſes, Manichæorũ, Iouiniani, Vigilantij, Aërij, Berengarij, Huſſi, & ſimilium interpolauit, & expoliuit: alias, easque atrociſſimas, apud ſe peperit: vt omnia ferè contra vniuerſos hæreticos Eccleſiæ anathemata in ipſius Lutheri deuotum caput horribili exſecratione recidant. Iam ſi tempus pateretur, facilè docerem, omnes fere funeſtas huius calamitoſi ſæculi hæreſes ab eius libris, & doctrina cauſſam, occaſionemq; arripuiſſe. Sed quoniam iſta omnia præclarè noſtri ſæculi illuſtriſſimus Hoſius, ac doctiſſimus vir Staphylus (quos te legiſſe puto, aut legi certè abs te primo quoque tempore cupio) præſtiterunt, ad eos te magis refero. Reperies apud Staphylum, Auguſtanæ Confeſſionis profeſſores in tres ſectas diſſipatos. Primum locum obtinent rigidi ac præfracti diſcipuli, qui ne latum quidem vnguem à ſcitis magiſtri diſcedere volunt: inter quos ardent quatuordecim diſſidia. Eos excipiunt molliores ac teneriores Philoſophi, in decem diſſenſiones diſſecti. Poſtremi ſunt alij quidam extraordinarij, ſeptem factionibus inter ſe diuiſi. Quæ omnia cùm Staphylus apertiſſimè probet contra Smidelinum, non poſſum ſatis admirari, Apologeticos videri velle, vel tam ſtupidos, vt non iſta intelligant, vel tam impudentes, vt adhuc audeant orbi profiteri, nullas eſſe Euangelicorum inter ſe graues de dogmatis fidei diſſenſiones. Quod ſi obtinere ſe poſſe putent, ego facilè illis conceſſero, nullas eſſe hodie inter Euangelicos hæreſes, neque vllos in Eccleſia vnquam exſtitiſſe hæreticos.

Lutherus veteres hæreſes exOrco reuocauit, & nouas peperit. *Omnes hæreſes huius ſæculi à Lutheri radice pullulaſſe.* *Hoſius.* *Staphylus.* *Hoſius de expreſſo verbo Dei.* *De ſectis noſtri temp. & alibi.* *Multiplex, diſcors & deformis Lutheri propago.* *Staph. de concordia Luth. & alibi.* *Apologetici.*

Refelluntur

Refelluntur Apologeticorum calumniæ, tum contra ſanctiſſimum & doctiſſimum virum, Staniſlaum Hoſium, quem ridicula Metamorphoſi in Suencfeldianum transformare conantur: tum contra alios Catholicos, quos Scripturas ſacras libros hæreticorum appellare, & Lutherum falſo accuſare, quod tumultui ruſticorum dederit occaſionem, ſcribunt.

CAP. XIX. CRITOBVLVS.

NONDVM Hoſium, aut Staphylum legi: veſtrorum enim libris hactenus non valde animum adieci: ſed eos ego in poſterum diligentius teram. Id certè ſatis intelligo, magnam illos noſtris bilem mouere, multumque negotij faceſſere, vt ab eis habeant, vnde ſatagant. Magna verò admiratio animum meum

Apol. Angl.

ſubit, *cur Hoſius Polonus, vt ipſe dè ſe teſtatur, Epiſcopus*, Catholicæ Eccleſiæ tam acer ac fortis propugnator, de ſacroſanctis Scripturis tam impiè ſentiat, ac tam contumelioſè ſcribat. *Nos*, inquit, *ipſas Scripturas, quarum tot iam non diuerſas, ſed etiam contrarias interpretationes afferri videmus, faceſſere iubebimus, & Deum loquentem potius audiemus, quàm vt ad egena iſta elementa nos conuertamus, & in illis ſalutem noſtram conſtituamus. Non oportet legis, & Scripturæ peritum eſſe, ſed à Deo doctum. Vanus eſt labor, qui Scripturis impenditur. Scriptura enim creatura eſt, & egenum quoddam elementum.*

Apologeticorum impudens calumnia in Staniſlaum Hoſium.

Atq; iſta ita dicit Hoſius, non quaſi ex priuata, ſed communi Catholicorum omnium ſententia. Nec eos ita ſentire à verò abhorret, cùm non vereantur palam vnà cum impiis illis regibus, Aza, Antiocho, Maximino ſacras Scripturas hæreticorum libros dicere, & paſſim comburere.

Alia in Catholicos calumnia.

Ac mihi magnam Luthèro iniuriam facere videris, qui eum aſſeras, claſſicum quoddam Anabaptiſtis, Zuinglianis, Suencfeldianis, ac turbulentis ruſticis ceciniſſe. Contra ruſticos enim vehementiſſimè atque acerrimè multa ſcripſit, eoſque ad pacem atque obedientiam reuocauit. Neque apud Euangelicos, ſed eorum aduerſarios, peſtes iſtæ Anabaptiſtarum, Libertinorum, Memnonianorũ, Suencfeldianorum exordiuntur, ac vires capiunt.

Elogium Apologia Anglicana.

Apol. Angl.

IREN. Etſi tota hæc Apologia tetris, ac manifeſtis mendaciis ita ſcateat; vt ea libri paginas longè ſuperent; neſcio tamen, an vllum exſtet vel inſignius, vel turpius, vel quod minus poſſit meretricio verborum fuco tegi, quàm ſit iſtud cõtra ornatiſſimum virum Hoſium. Hic enim quaſi reti illo, de quo diximus, circumdati, totos ſe nudos, vt derideantur, & conſpuantur ab omnibus, proponunt.

Apologeticorum calumnia tetra contra Hoſium retunditur.

Cùm enim toto eo libro Hoſius huc incumbat, vt probet hanc omnem noſtri ſæculi per hæreſes calamitatem hinc profectam, quòd quiſque ſibi priuatam quandam Scripturæ interpretationẽ paſſim arripiat, cõmuni Ec-

cleſiæ ſenſu repudiato, contra admonitionem Petri, qui docet ſcripturas non eſſe *priuatæ interpretationis*; tandem eò decurrit, vt doceat Suencfeldium cum ſociis ipſas etiam Scripturas penitus explodere, quibus non ſit opus, ſed ſolo ſpiritu intus nos admonente. Quorum ille ſententiam verè & eleganter illis, quæ Apologetici recenſent, verbis extulit. Quæ iſti Hoſio, idque velut ex communi Eccleſiæ ſenſu dicta tam putidè, ac tam meretricia fronte obiiciunt, vt, ita me Deus amet, ſupra Lutherum, Caluinum, & reliquos gregales ſe ad omnem poſteritatem nobilitariut. Quare deinceps etiam pueri cenſoriam illam eorum, quæ ſequitur, grauitatem; [*eodem*, inquiunt, *ſpiritu, quo Montanus & Marcion*] & [*ô columina religionis! ô præſides Eccleſiæ Chriſti! An hæc reuerentia veſtra, quam adhibetis verbo Dei?*] & cetera id genus ſuauiter irridebunt. Admirabile ſanè eſt nouæ iſtius Theologiæ acumen, qua facile Hieronymum in Iouinianum aut Vigilantium, Auguſtinum in Donatiſtam aut Manichæum, Athanaſium in Arrium ſtupenda Metamorphoſi, vt olim Circe Vlyſſis ſocios in porcos, transferre poſſem. Sed heus tu, ecquid paſſi ſunt tui Apologetici, qui tantum Scripturis deferre ſe dicunt, vt repente eas naſum cereum appellent, qui in omnes modos fingi aut flecti poſſit, vt dicant Romanam Eccleſiam, quam faciunt ſedem Antichriſti, normam tamen & regulam veritatis; & iniuſſu Romani Pontificis nihil in Conciliis tentandum? CRIT. Illi hæc dicerent? nunquam certè dixerunt, ſed hæc à Prieria, Pighio, & Canoniſtis, paraſitis Pontificum profecta ſunt. Quæ ſi à te audirent, clamarent te inſignem ſycophantam. IREN. Quid? tam hebes, vt nec adhuc intelligas, quò ſpectem? CRIT. Iam intelligo, & mihi de Hoſio ſatisfeciſti. IREN. Legerant iſta apud Iacobum Andream Smidelinum. Quare pro more ſuo in aduerſaria primùm, deinde in hanc præclaram Apologiam retulerunt. Ita ſine omni iudicio proruunt ad ſua dogmata propugnanda. Qui cùm aliorum ſedes, quod omnes ſciunt, iniuſtè inuaſerint, contemtim tamen de tanto viro, quaſi dubitarent, an ſit Epiſcopus, loquuntur: cùm ſit Epiſcopus, de quo nemo pius aut prudens dubitat; & ſuo nomine digniſſimus. Ipſi potius viderint, ſi non illud Cypriani ad Euangelicos potiſſimum pertineat. *Hi ſunt*, inquit, *qui ſe vltro apud temerarios conuenas ſine diuina diſpoſitione præficiunt, qui ſe præpoſitos ſine vlla ordinationis lege conſtituunt, qui, nemine Epiſcopatum dante, Epiſcopi ſibi nomen aſſumunt. Quos deſignat in Pſalmis Spiritus ſanctus, ſedentes in peſtilentiæ cathedra, peſtes & lues fidei, ſerpentis ore fallentes, & corrumpendæ veritatis artifices, venena letalia linguis peſtiferis euomentes. Quorum ſermo vt cancer ſerpit, quorum tactus pectoribus & cordibus ſingulorum mortale virus infundit. Cōtra eiuſmodi clamat Dominus; ab his refrenat & reuocat errantem*

Marginalia (left): *Suencfeldianorū de ſcripturis perniciosa hereſis.* — *Apologetici id pueriliter, & inſulſe vel potius malitioſè aſcribunt Hoſio, quod ipſe vt paradoxon abſurdiſſimum, ſed Suēcfeldianorū placitis conuenientes in eorum perſona loquutur.* — *Apologetici hic oratores vehementes, ſed parum ſubtiles.* — *Apologetici vnde mutuati ſint calumniā ſuam in Hoſium.* — *Quam contemtim de clariſſimo viro Hoſio Epiſcopo Apologetici tetra ſity loquantur.* — *Euangelicorum miniſtrorum deſcriptio.* — *Cyprianus.*

Marginalia (right): 2. Pet. 1. — Irenæ. — Cypr. de vnitate Eccleſiæ. — Pſalm. 1.

Hier. 23. *errantem plebem ſuam dicens: Nolite audire ſermones Pſeudopropheta-*
rum, quoniam viſiones cordis eorum fruſtrantur eos. Loquuntur, ſed non
ab ore Domini: dicunt ijs, qui abijciunt verbum Dei, pax erit vobis & o-
mnibus ambulantibus in voluntatibus ſuis: omni, qui ambulat in errore
cordis ſui, non venient ſuper te mala. Non loquutus ſum ad eos, & ipſi pro-
phetarunt. Hęc Cyprianus. Videtur certè apud Euangelicos Chri- *Sacerdotium nullum Chriſtianũ inter Euangelicos, ſed Ethnicum.*
ſtianum Sacerdotium abrogatum, & Ethnicum pro eo ſuppo-
Geneſ 47. 3 Reg. 12. ſitum. Quale erat illud Pharaonis & Hieroboam: qui *fecit Sacer-*
dotes de extremis populi, qui non erant de filijs Leui. Et flagitiosè po-
pulo illudunt, qui ſibi Presbyterorum & Epiſcoporum auctori-
tatem, qui remittendi peccata, qui conficiendi corpus & ſangui-
nem Chriſti (quam nullam habent) poteſtatē inſolenter & per-
niciosè arrogant. Sed quorſum loquor de corpore Chriſti, quod
Apologetici cum reliquis Zuinglianis Eccleſiæ eripuerunt? cui
nec in Lutheranorum Eccleſiis, quantumuis de illius præſentia
cum Zuinglianis digladientur, locus vllus relinquitur. Imo nec
Eccleſiam vllã habent, cùm, vt ait Hieronymus, non poſſit con- *Hieronymus.*
Contra Lucifer. ficere Euchariſtiam, qui nõ eſt Sacerdos, nec Eccleſia eſſe poſſit,
quæ non habet Sacerdotem. Ethnicum vero iſtorum Sacerdo-
tium ideo appellaui, quia totum à ciuili magiſtratu, eiusque au-
Politic. 7. cap. 8. ctoritate pendet, vt olim apud Ethnicos, quod Ariſtoteles inter
reliquas politicæ ciuitatis partes conſtituit. Sed vt ad illam Apo-
logeticorum calumniam reuertar; ipſos iam Apologeticos tantæ
& tam proiectæ calumniæ propemodum ſuppudere cœpit. Ha-
beo enim duo Apologiæ illius exemplaria; ſecundo quædã adii-
ciũtur, quæ primo deſunt. In quibus etſi inſigne hoc conuicium
agnoſcere palã, & deprecari nolint, & neſcio quid ad ſe purgan-
dum garriant, ſatis tamen oſtendunt tacitè, temeraria & incõſul-
In proteſta. cõtra Concil. Trident. ta facilitate ad hanc ipſos calumniam conuolaſſe. Quare cùm Il- *Illyricus.*
lyricus cum ſociis eam poſtea arripiat, quaſi rem magni contra
Hoſium & patres Tridentinos momenti, inſignem & egregium
ſe ſycophantam probat, nec tam ornatiſſimum omni doctrinæ,
virtutis, & dignitatis laude Hoſium, alioſq; patres, quàm ſe de-
honeſtat; planeq; oſtẽdit ſibi ac ſociis nihil certi & ſolidi criminis
aduerſus eos ſupereſſe, qui ad tam putida & tetra conuicia con-
fugere conantur. Simili vanitate noſtris obiiciunt, illos ſolere
ſacras litteras hæreticorum libros appellare, inuidioſos eos ex eo
facere ſtudentes, quaſi ſentiant illas hæreſibus plenas. Quod ne-
Hilarius ad Conſtant. Hier. contra Lucifer. mo Catholicorum ſcripſit, dixit, ac ne cogitauit aliquando. *Sa-*
cras ſcripturas non in legendo, ſed intelligendo conſiſtere, Hilarius, Hie- *Apologeticorum altera calumnia refellitur.*
ronymus, ac alij patres, & noſtri hodie vltro fatentur. Hoc am-
plius omnes omnium ſæculorum hæreticos non minus, atq; no-
ſtros hodie Euangelicos iactare ſolitos, ſua dogmata è diuinis o-
raculis petita, & apertiſſimè ſacris litteris eſſe conſignata: neq; in

alium ſenſum Scripturas hæreticorum librum appellari, ſi tamen quis ex noſtris ita appellarit. Cur enim nomen, & verba ſcriptoris in tam atroci crimine non producunt? Sed cur non potius

Luthero ſacræ literæ hæreticorum libri.

illa criminatione contra totius ſectæ anteſignanú vtuntur, quem conſtat huiuſmodi verba vſurpaſſe, propterea quòd omnes hæretici præſidium ſuum in ſacris litteris conſtituant? Sed cauti hîc fuere Apologetici. In eo enim iſta libro ſcribit, quo Sacramentarios acerrimè vellicat; atque ideo ſtudioſè diſſimulant, ne vel hinc appareat ipſorum illa quoque vanitas, qua iactant *Zuinglianos & Lutheranos amicos & fratres*; & Catholicos illis fruſtra diſſidium exprobrare. Quamobrem cùm Lutherus hæc ſcribat, datus à Deo ad orbem illuminandum; ſi ego iam Apologeticorum

Quòd hæc verba, hoc eſt corpus meum, ſimpliciter adhuc ſtant contra Sacramentarios.

Apologeticorum falſa criminatio in Catholicos iuſtè retorquetur in Lutherum.

illam perſonam inducerem, & magnis lateribus clamarem; *Eodem hac ſpiritu ſcripſit Lutherus, quo olim Montanus & Marcion. O columen religionis! ô præſes Eccleſiæ Chriſti! An hæc reuerentia tua eſt, quam adhibes verbo Dei, vt ſacras Scripturas, quas diuus Paulus ait diuinitus afflatas eſſe, quas Deus tot miraculis illuſtrarit, in quibus Chriſti ipſius certiſſima veſtigia impreſſa ſunt, quas omnes ſancti Patres, quas Apoſtoli, quas Angeli, quas Chriſtus ipſe filius Dei, cum opus eſſet, pro teſtimonio citarit, hæreticorum libros appellare audeas?* Hæc & alia id genus ſi vociferari velim, vereor, ne non Lutherani modò, ſed ipſi iam mihi Apologetici valde iraſcerentur, & me putidum & ridiculum Rhetorem clamarent. En tibi iam illam de exuſtis ſacris li-

Refellitur Apologeticorum calumnia de exuſtis ſacris libris.

bris non diſſimilem calumniam. Si non extarent, & ſemper extitiſſent ſacri codices, Latini, Græci, & Hebræi, aut, ſi alij nunquam exuſti fuiſſent, quàm quos iſte grex interpretationibus, commentarijs, & annotationibus, fœdiſque mutationibus prodigioſè contaminaſſet; habuiſſent iuſtiſſimam querelæ cauſſam. Nunc non conſulunt Euangelio Chriſti (quod omnes, quanta par eſt, reuerentia exoſculamur) iſtis clamoribus, ſed ſuo Pſeudoeuangelio. Probata enim atque ſincera exemplaria non modò

Sacri libri in omnibus Europæ linguis.

in illas tres linguas, ſed in reliquas pæne omnes Europæ diffuſa per orbem hodie ſparguntur. Neque memini, vllo vnquam Eccleſiæ edicto huiuſmodi lectione cuiquam fuiſſe interdictum.

Qui libri Angliæ de religione, quando & cur ab Epiſcopis prudenter prohibiti.

Inuenio certè in conſtitutionibus prouincialibus Angliæ, cùm Vuicleui hæreſes primùm caput infauſtum efferrent, ab Epiſcopis prudenter cautum, ne qui id genus libri, niſi diligenter prius ab Epiſcopo perlecti, & ab eodem probati, in vulgus exirent.

Lib. 5 cap. periculoſa. tit. de magiſtris.

Qua tamen conſtitutione non de libris ſacræ Scripturæ olim tranſlatis, ſed poſtea transferendis caueri videtur. Et, ni fallor, primus, qui hanc lectionem publico edicto in Anglia ſuſtulit, fuit rex Henricus octauus, idque poſtquàm à Romano Pontifice defecerat. Quare hæc contra Catholicam Eccleſiam euidens, & inſignis eſt contumelia. Quæ & hodie recipit, & reuerenter

Henricus octauus.

ſemper

ſemper excepit vbique integras Scripturas. Quas iſti, vt olim Cerdon, Marcion, & alij id genus partim admittunt, partim repudiant & abolent. Et ſi non manu Scripturas, certè ſenſu earum expoſitiones interuertunt. Neque enim, vt ait Tertullianus; *ſi Valentinus integro inſtrumento vti videtur, non callidiore ingenio, quàm Marcion manus intulit veritati. Marcion enim exertè & palam machæra, non ſtylo vſus eſt; quoniam ad materiam ſuam cædem Scripturarum confecit. Valentinus autem pepercit: quoniam non ad materiam Scripturas, ſed materiam ad Scripturas excogitauit: & tamen plus abſtulit, & plus adiecit, auferens proprietates ſingulorum quoque verborum, & adiiciens diſpoſitiones non comparentium rerum.* Hæc Tertullianus. Iam ſi me iniurium Luthero arbitreris, nimiſque iniquum, propter ruſticorum ſeditionem, lege Staphylum, Cochlæum, Hoſium, &, ni fallor, aliter ſenties. At ſcripſit, inquies, contra eos. Rectè: Perinde ac ſi quis obſequentiſſimam prius vxorem poſtquàm quotidianis querelis de graui & intolerabili marito ſemel cum marito commiſerit, pacificatoriam ſibi aliquam deinde de reconciliatione mutua legationem imponat. Atque hic mihi perinde facere Lutherus videtur, ac ſi quis in ardui & excelſi montis vertice conſtitutus, frequentiſſima omnis ætatis & ſexus multitudine referto, ingentem aliquam lapidum molem magna vi è vertice deuolui curet, ac deinde ex alto clamet, vt multitudo ſibi à lapidibus caueat. Nam quod apud Catholicos peſtes illas & naſci, & confirmari aiunt, quæ poſtea ab Euangelicis, illis interim ſedentibus ac aliud agentibus, conficiantur; id tam verum eſt, quàm reliqua omnia. Atque ideo aſſeueraſſe ſolum ſine vlla probatione ſatis habuere. Quæ mihi tum demum probarint, cùm docuerint, aut doctrinam Catholicam Lutheranos efficere, aut exſtitiſſe vnquam hoc ſæculo Anabaptiſtam, Memnonianum, Zuinglianum, Suencfeldianum, qui non in ſacra Lutheri ſchola primùm initiatus, huc quaſi ad abſolutiorem & auguſtiorem diſciplinam profecerit.

De præſcrip. — *Catholici integras, Euangelici mutilatas Scripturas recipiunt.* — *Tertullianus.* — *Lutherum cecinisse claſſicum ruſticis, & occaſionem dediſſe tumultus, licet poſtea contra eos ſcripſerit.* — *Apol. Argl.* — *Apologeticorum de Catholicis mendacium.*

Fruſtra Euangelicos vociferari, Scripturas à ſe ſtare, aut ſe non eſſe hæreticos: & quot, qualeſq́; hæreſes ſolus Lutherus excitarit. Quis nam ſit dicendus hæreticus ex Origenis ſententia.

CAP. XX. IRENÆVS.

CVM igitur conſtet Lutherum, atque eius diſcipulos multas hæreſes propugnare, partim nouas, & domi ſuæ natas, partim antiquas, quarum auctores & principes ante mille annos ab Eccleſia anathemate, & hæreſeos nota adnſti ſunt, vt Iouinianus, Vigilantius, Aërius, & inter alia propter liberum arbitrium

Manichæus, vt taceam de poſterioribus hæreticis, Berengario, Vuicleuo, Huſſo, & ſimilibus; aut delenda eſt in iſtis hæreſeos macula, aut Lutherani eadem ita adſperguntur, vt nulla Martyrij laus in eis hærere poſſit. Qua illos ſolos ornamus, qui omnia potius ſupplicia ſubire, quàm aut Chriſtum, aut aliquam Catholicæ fidei veritatem abnegare maluerunt; aut hæreſim aliquam ab Eccleſia exploſam profiteri: quorum nihil in iſtos cadit. Sunt enim Chriſtiani & Catholici Principes, per quos in eos animaduertitur, qui & ipſi vitã ſuam pro Chriſto, ſi res poſtularet, profundere nõ detrectarent. Qui, ſi iſtis parcerent, quid aliud quàm quaſi facem quandam accenderent, qua omnia hæreſibus conflagrarent. Quare cùm gladium datum ad vindictam malorum in iſtos exerunt, non minus, ſed multo magis apud Deum, quàm Phinees ille, vt dixi, promerentur. Nec eſt quòd hæreſeos iſti à ſe ſuſpicionem amoliri conentur; aut cauſſentur, ea ſibi, vt dicant vt faciant, imperari, quæ ſalua religione nec dici nec fieri à Chriſtianis poterunt. Quid enim ab eis poſtulatur, quod non tota hodie profitetur, & antiqua etiam Eccleſia olim profitebatur? Edant vel vnum dogma, ad cuius confeſſionem vrgeantur, quod antiquiſſimæ Eccleſiæ damnarunt? Suppetunt hodie antiquiſſimorum patrum libri, Epiphanij, Auguſtini, Philaſtrij; ſuppetunt variæ tum prouinciales, tum œcumenicæ Synodi. In quibus nos expeditè notare poſſumus plurima dogmata, quæ iſti mordicus, cumque corporis & animæ interitu tuentur, ab illis vt praua & hæretica, anathemate iugulata. Qualia ſi Catholici adſtruant, & iſti, quia ſimilis confeſſio ab ipſis elici non poterit, ſupplicijs obiiciantur; cauſſam non dico, quin Catalogus Foxi ſit deinceps inſtar iuſtorũ Eccleſię faſtorum. Sed iſti Scripturas tamen clamant à ſe ſtare, patres à ſe, Concilia à ſe ſtare. Quos quidem nõ poſſum omnino diffiteri, Scripturas habere, ſed ſuas, non Eccleſiæ; patres habere, ſed ſuos, non Eccleſiæ; Synodos habere, ſed ſuas, non Eccleſiæ. Scripturas habent, ſed vt Pſeudoprophetæ olim, qui clamabant: *hæc dicit Dominus*, cùm non diceret: Scripturas habent, ſed inſidioſas & letales, quibus nõ recreent, non reficiant, ſed incautas animas iugulent. Ideo autem non Eccleſię, ſed ſuas Scripturas obtrudere affirmo, quia cum præter, & contra omnium patrum, omnium veterum Eccleſiarum ſummam conſpirationem, conſenſúmque nouos, & adulterinos ſenſus cudunt; ſuas iam faciunt Scripturas. Sic non Eccleſiæ, ſed ſuos patres producunt, cùm frequentes & apertiſſimas pro Catholica veritate ſententias aut lacerantes, aut contemnentes, in vna aliqua obſcura deliteſcunt; eamque callidè ad erroris ſui tenebras inuertunt. Suos, non Eccleſiæ patres proferunt, quoties vnum aliquem fortè ab Eccleſia diſſentientem nacti, in

Martyrij laus in quos ſolos cadat.

Inanis & falſa Euangelicorum gloriatio de Scripturis, patribus, & concilijs.

Cuiuſmodi Scripturas Euangelici habeant.

Cuiuſmodi patres habeant Euangelici.

cti, in eo hærent, de eo ſe magnificè venditant, alios omnes patres cum Eccleſia ſentientes, imò nec eiuſdem auctoris, alia vel ſexcenta, eademque clariſſima contra ſe teſtimonia, pili quidem facientes. Eadem eſt & illis erga patrum Synodos religio. Si incidant in aliquam priuatam Synodum, quæ videatur ſectæ patrocinari, eam vnicè admirantur, exoſculantur, & in oculis ferunt; Catholicoſque vociferantur iacere, diffidere, & abiicere haſtas. Cui ſi illi mox œcumenicæ alicuius poſtea Synodi auctoritatem, aut illam ipſam illis Synodum pro aliis Eccleſiæ decretis opponant, iam non œcumenica modò, ſed & illa ſua tam laudata, tam diuina Synodus omnino ſordeſcit. Atque hæc eſt vera nouæ Pſeudomartyrum tuorum Theologiæ effigies. Sed quorſum ego tam longum diffundo, aut tam altè petitum ſermonem, vt probem Lutheranos tuos omnes eſſe Pſeudomartyres? cùm domeſticis eos teſtimoniis irretitos habeam. Fatentur enim Magdeburgenſes, Epiphanium, Auguſtinum (de quibus dixi) varias hæreſes numeraſſe. Inter quas cùm & Lutheranorum varia dogmata recenſeantur, & Eccleſiæ auctoritate conuellantur; erunt iam vel ipſorum Magdeburgenſium teſtimonio Pſeudomartyres. Niſi fortè poſt mille iam & trecentos pæne annos, eos vt ſacroſanctos Chriſti Martyres adorabimus, quos illi cum aliis primæ Eccleſiæ patribus in hæreticorum claſſem relatos ſcribunt. Præterea cùm Apologetici tui fateantur, ſimiliter eoſdẽ aduerſus varias hæreſes ſcripſiſſe, & Epiphanium octoginta numeraſſe oſtendant, & alias adiecisſe Auguſtinum, è quibus aliquot in hac Apologia conſpiciuntur, de quibus quaſi ſincero & diu abſcõdito Euangelio ſe efferunt; an non egregiã ipſi de ſe, de ſua Apologia, deque tot millibus Martyrum, quos nobis tantopere obiiciunt, ſententiam tulerunt? Vt enim de aliis hæreticis taceam, idque, quod modò attigi, certius vberiuſque explicem; vnde, quæſo, Lutherus horrendam illam hæreſim, qua docet nos libero ſpoliatos arbitrio, omniaque abſoluta fieri neceſſitate, quàm à Ioanne Vuicleuo mutuatus eſt? Vuicleuus vero à Petro Abailardo, qui Bernardi ſeculo hoc virus euomuit, quem ſuĩs ille ſcriptis cõfutauit, Petrus ab aliis, & à Manichęo potiſſimum, Manichæus à Marcione; Marcion denique, vt ad primam tandem Lutheranicæ Eccleſiæ originem veniatur, à Simone Mago hauſit. Vnde vero Lutherus & reliqui Euangelici huius totius noui Euangelij fundamentum, quo ante omnia ſtatuunt, excluſis bonis operibus, ſolam fidem ad iuſtificationem ſufficere, niſi ab eodem Simone ſumpſere? Vnde quæſo illæ contra Diuorum inuocationem atque Reliquias Lutheri, & ſociorum hæreſes, niſi à Claudij & Vigilantij, vt diximus, ſchola? Iam illa Lutheri hæreſis, quòd concupiſcentia poſt baptiſmum ſit peccatum

Euangelicorum religio erga Synodos.

Magdeburgenſium teſtimonio Lutherani Pſeudomartyres.

Lutherus quot & quales hæreſes hoc infelici ſeculo renouarit.

Hæreſis de ſeruo arbitrio.

Vide Epiphanium, Auguſtin. & Philaſtrium de hæreſib.

Clement. lib. 3. recognit. Irenæus libr. 1. cap. 20.

Hæreſis de ſola fide.

Aug. lib. 1. cõtra 2. epiſtolas Pelagian. ad Boniface. ca. 13. & 7.

Hæreſis contra inuocationem Sanctorum.

Hæreſis de Baptiſmo.
Hæreſes Aëriana.
Hæreſis de virginitate.
Magdeburgenſes Vigilantij, Iouiniani, Aërij errores amplectuntur.

Euthym. in Panopl. tit. 22.
Aug. libr. de hæreſ. tom. 6.
Hieron. contra Iouini. in.
Ambroſ. Epiſtol. 81. vbi agitur de Iouiniano.

ab Auguſtino & Euthymio olim euerſa; vnde quæſo niſi à Maſſalianis, & aliis veteribus hæreticis ſumpta eſt? Vnde illi errores; nihil Sacerdotem ab Epiſcopo, nihil ieiunantem à non ieiunante differre, nec debere pro mortuis ſacrificiũ facere, niſi ab Aërio Arriano, quod antea oſtendimus, manarunt? Vnde illa hæreſis, nihil intereſſe inter matrimonium & virginitatem, nullumque eſſe virginitatis apud Deum præmium, niſi à Iouiniano profluxit? Magdeburgenſes verò, licet in illis duabus hæreſibus, quas primo loco commemorauimus, ſuos magiſtros, quantum poſſunt, diſſimulent, neque eos lubenter, vt ſuos doctores, agnoſcant; adeo tamen in Vigilantium, Iouinianum, & Aërium propendent, vt quos Vigilantij errores Hieronymus confutat, eos illi, vt veras eorum ſententias, amplectantur. Iam aduerſus miracula illa, quæ ad reliquias Geruaſij & Protaſij accidiſſe diximus, cùm ea ex Ambroſio recitarent, illi, vt egregium quendam veritatis teſtem, pium hunc Vigilantium opponunt. Aërium verò & Iouinianum adeo non reponunt inter hæreticos, vt Epiphanium potius, Hieronymum, Ambroſium, Auguſtinum, Siritium Romanum Pontificem, à quibus partim ſcriptis, partim Synodo Romæ, & Mediolani habitâ Iouinianus damnatus eſt, inter hæreticos reponendos cenſeant. Atque hic ſæculi noſtri vel infelicitatem, vel infidelitatem potius deplorare cogor. In quo hæc Iouiniani hæreſis, quæ non ſolum Auguſtino & Hieronymo, ſed vel ipſis Magdeburgenſibus referentibus, Romæ neminem ex Sacerdotibus, ſed paucas quaſdam mulieres & alibi paucos tantum infecerat, citoque extincta & obruta fuit, hodie languescente & refrigeſcente antiquo caſtitatis feruore, tam altas latiſque radices egit, vt non ſolum pauculas virgines ſed immenſam nõ modò earum, ſed & Presbyterorum atq; adeo Monachorũ multitudinẽ ad impuras & inceſtas nuptias abripuerit. Iraſcuntur iam Magdeburgẽſes & Epiphanio, quaſi præter rem exaggeranti Aërij crimen; illi non ob aliud, vt opinor, infenſi, quàm quòd in deſcribendis Aërianorum moribus Magdeburgenſes, & alios hodie Euangelicos graphicè depingat. De quibus ita ſcribit. *Apud ipſos, inquit, ſtudium eſt, vt potius in die Dominica ieiunent; quarta verò & proſabbato edant. Sæpe verò etiam quarta ieiunant, non ex ſtatuto, ſed ex propria voluntate. In diebus autem Paſchatis, quando apud nos fiunt humi dormitiones, caſtitates, afflictiones, ſiccorum eſus, preces, vigiliæ, ac ieiunia, & omnes animarum ſalutes per ſanctas afflictiones; ipſi à ſummo mane obſonantur, carnéque ac vino venas ſuas explentes, cachinnantur, ridentes & ſubſannantes eos, qui ſanctum hunc cultum hebdomadæ Paſchatis perficiunt. Tametſi enim renunciatorium habeant hi vitæ modum, non tamen exercetur apud ipſos, ſed multo plus carnis, eſus, & vini potus.*

Cent. 4. pag. 458.
Ambroſ. Epiſtol. 85.
Epiphanius, Hieronymus, Ambroſius, Auguſtinus, Siritius, Magdeburgenſibus potius hæretici, quàm Aërius & Iouinianus.
Cent. 4. pag. 381. et 401.
Epiphanius.
Epiph. libr. 3. tom. 1. hæreſ. 75.
Aërianorum mores; qui & Euangelicorum hodie noſtrorum ſunt.

Hæc

Hæc Epiphanius. Ceterum adeo nihil Magdeburgenſes hoc ſuo artificio hæreſis à ſe labem abſtergunt, vt ea ſe multò magis inficiant: quemadmodum quo quis ſe altius limo immergit, eo fœdius deformari & commaculari ſolet. Cùm nullus, quòd ſciam, ſit ex Lutheranis Martyribus, qui non illas Simonis Magi, Manichæi, Aërij, Vigilantijque hæreſes vſque ad extremum vitæ halitum pertinaciter tueatur, proque earum obſtinata aſſertione deſperatè moriatur: quo modo aliter euenire poterit, quàm vt, etiam ſi nullo alio præter iſta dogmate prauo inficerentur, vel ob ea ſola & dicantur, & verè ſint Pſeudomartyres. Neque quicquam Foxum iuuat, quòd vel iſti, vel alij de Deo, & ſancta Triade nihil palam impiè ſenſerint. Quanquam & hoc quoque falſum eſſe, iam ſatis docuimus. Neque ſcio, an aliquis quicquam deterius de Deo ſentire vnquam potuerit, quàm ſentiunt omnes tam Lutheranici, quàm Zuingliani Pſeudomartyres; qui, dum liberum arbitrium tollunt, omniaque peccata noſtra Deo auctori adſcribunt, Deum ipſo Diabolo deteriorem planè conſtituunt. Nemo enim hactenus tam fuit perditus, vt vel Diabolo omnia ſua peccata imputaret, ſed ſibi potius, & aliis cauſſis magnam culpæ partem tribueret: quam iſti ſancti Martyres aut ſcientes, aut certè imprudentes in Deum ipſum planè conferunt. Sed ego iſtos non ſolum ob hæc grauiora, & atrociora, ſed vel ob ea etiam, quæ ipſi omnium leuiſſima dogmata putant, hæreticos, atque ita Pſeudomartyres pronunciare nihil dubito. Quam hæretici notam & infamiam nemo effugere poterit, qui vel traditiones Eccleſiæ ſuperbè reiicit, vel aliter de aliqua fidei parte ſtatuit, quàm habet Eccleſiaſtica traditio. Talē enim eum eſſe Origenes definit, eámq; eius ſententiā celeberrimus & doctiſſimus ille Martyr Pamphilus probat.

Lutherani quia hæretici nō Martyres, ſed Pſeudomartyres ſunt.

Lutheranorum impia & nefaria de Deo ſententia.

Hæreticus quis.

Origenes.

Origen. primo capite ad Titum. vt citatur à Pamphil. in Apolog. Orig.

Epiſt. 86. ad Caſulanum tom. 2.

Auguſtinus.

De qua re exſtat inſignis Auguſtini quoque ſententia: *In his, inquit, rebus, de quibus nihil certi ſtatuit Scriptura diuina, mos populi Dei, vel inſtituta maiorum pro lege tenenda ſunt.* At iſti omnia pæne maiorum inſtituta, quæ ab Apoſtolis, eorumque diſcipulis ad nos defluxerunt, prorſus diſſiparunt. Quis verò eſt, non dico ex Zuinglianis, ſed vel ex Lutheranis (quos tu iam ſolos, vt Martyres, ſuſpicis) quem iſta Origenis & Auguſtini ſententia non ita percellit, vt ad hæreticos, atque ita ad Pſeudomartyres pertineat? Id iam amplius probabiliter dixero, quamuis cetera omnia Lutheranorum dogmata ſana eſſent; quamuis ſub Ethnico, aut Saracenico aliquo tyranno pro Chriſti ipſius confeſſione moreretur aliquis ex Lutheri ſecta: eum tamen non futurū forſan Martyrem, ſi vel in illo ſolo dogmate erraret, quo Lutherani ſtatuunt, odium peccati & triſtitiā non requiri ad pænitentiā, ſed magis

Dogma Lutheranorum peruerſum de odio peccati.

Quibus gradibus perueniatur ad tantam Dei dilectionem, vt pro eo mori non dubitemus.

Vide Alexādr. Haleſiū part. 4. q. 17. mēb. 8 Ruardum. Tapper. tom. 1. articul. 3. Melchiorem Canum in 3. part. relectionis de pœnitentia.

magis facere hypocritam. Adeo enim ad veniam peccatorum obtinendam non ſola vitæ emendatio, ſed & dolor pro eiſdem peccatis requiri videtur, vt nec Martyrium fortè, ſi hominibus quibuſdam piis & doctis credimus, eius vicem ſuppleat. Ad hanc enim tantam Dei dilectionem, & tam eximij amoris magnitudinem, quo vitam quoque noſtram pro Chriſto libenter deponimus, gradatim ita prouehimur, vt primùm peccata noſtra, quibus eum offendimus, recordemur atque deteſtemur; deinde vt, poſtquam ſeriò ea fuerimus deteſtati, firmam ex illius bonitate remiſſionis ſpem, peracta pœnitentia, concipiamus; tum denique tam benigni & propitij Domini amore adeo incaleſcamus, vt, ſi res & tempus poſtulet, duriſſima omnia in illius gratiam ſubire parati ſimus. Sed quorſum ego tot Lutheranorum pernicioſa dogmata accumulo? cùm qui vel vnum ex vniuerſis obſtinatè aſſerat, hæreticus; atque ita, ſi pro eo obeat; Pſeudomartyr ſit habendus. Atqui ne longè ab hoc noſtro his paucis diebus ſermone abeamus; nónne Lutherus cum ſociis, vel propter ſolum Sanctorum honorem impugnatum, te iudice, in hæreticos relatus eſt?

Lutherum & omnes hæreticos affirmare, ſi Auguſtino credimus, Chriſtum in carne non veniſſe, & licet infeſti ſint Zuinglianis Lutherani propter Euchariſtiam; negare tamen & ipſos corpus Chriſti; dediſſeq́; Zuinglianis erroris ſui occaſionem. Lutheranos, qui obierunt, ne tranſſubſtantiationem Euchariſtiæ confiterentur, non pro fide, ſed pro ſenſibus ſuis obiiſſe.

CAP. XXI. CRITOBVLVS.

Foxi impudens mendacium.

NON poſſum ab ea ſententia, quam à me ipſa veritas impetrauit, iam abire; neq; aliquam iuſtam Lutheranorum defenſionem comminiſci, qua eos ab hæreſeos & Pſeudomartyrij nota liberem. IREN. Vides igitur quò impudentiæ Foxus tuus prorupit, qui huc nos vltro prouocat, & vrget, vt vel tres ex omni iſta Pſeudomartyrū ſentina producamus, qui *de Deo aut dixerint, aut ſenſerint impiè, qui Chriſti diuinæ naturæ vel vnicam detraxerint, qui vllam in Spiritum ſanctum blaſphemiam docuerint, qui denique vllo in fidei articulo minus orthodoxè diſſenſerint*; & alia id genus, quæ ſummo nobis hodie mane ex eo occinuiſti. Quæ nos eius mendacia ſatis opinor ſuperiori oratione refutauimus. Neque dubito, quum aliquādo vera & ſincera acta atque monumenta Pſeudomartyrum ab Italia, Hiſpania, Gallia, Germania, & Britannia noſtra prodierint (proditura autem ſperamus) quin ea ipſa tum & noſtram orationem confirmabunt, & Rhetorum iſtorum vanitates, ac prodigioſa, quibus ad ſuæ cauſſæ commodum

omnia iam rapiunt & inuertunt, mendacia manifeſtè arguent; tum multa etiam alia contra Chriſti humanitatem, atque diuinitatem, contra Spiritum Sanctum, contra reliqua certiſſima Eccleſiæ, fideiq; Chriſtianæ oracula opinionum & hæreſeon monſtra, quæ apud ſe noui iſti Euangelici doctores & Pſeudomartyres aluerunt, orbi adhuc incognita patefacient. Id ego verò interim affirmo, non vnum aut alterum, ſed omnem iſtam Pſeudomartyrum colluuiem ipſum Chriſtianæ fidei fundamentum, quo fatemur Chriſtum in carne veniſſe, aliaque Chriſtianæ diſciplinæ firmamenta inficiari. Quorum quidem ſpiritus non ſunt

Omnes Euangelici Pſeudomartyres negāt Chriſtū in carne veniſſe.

1. Ioan. 4. ex Deo: cùm, vt Ioannes ſcribit: *In hoc cognoſcitur ſpiritus Dei: omnis, qui confitetur Ieſum in carne veniſſe, ex Deo eſt, & omnis ſpiritus, qui ſoluit Ieſum, ex Deo non eſt.* CRIT. Certè ſi te Caluinus, ſi Apologetici, ſi Magdeburgenſes audirent; atrocem ſibi fieri iniuriam vociferarentur, & ſe conſtātiſſimè affirmare, Chriſtum in carne veniſſe. Imo ſi hoc quaſi lydio lapide ſpiritus, an ſint ex Deô, probandi ſint; neceſſe eſt, & illos, & Martyres, quos adeo ornant, Catholicos eſſe, & Spiritum Dei habere; cùm ex illis nemo, quod ſciam, Chriſtum in carne veniſſe neget, niſi forte aliquot ex Anabaptiſtis. IREN. Si ab Arriano, Eunomiano, Macedoniano, Nouatiano, Donatiſta, aliiſque hæreticis quæras, an Chriſtum in carne veniſſe credant; credere ſe ſinguli conſtanter affirmabunt: cùm tamen negent Chriſtum in carne veniſſe. CRIT. Ab aliis hæreſibus non poſſum eos excuſare, ſed iſta eos hæreſi implicitos fuiſſe iam primum abs te audio. Quod ſi eſſet verum; quid eorum crimen ad noſtros hodie Euangelicos inuidioſè trahis? IREN. Audi ergo non meam, ſed Auguſtini ſententiam. CRIT. Non optarem magis claſſicum teſtē. IREN. *Quiſquis, inquit, non habet caritatem, negat Chriſtum in carne veniſſe. Nūc iam interroga omnes hæreticos, Chriſtus venit in carne? venit; hoc credo, hoc profiteor. Imo hoc negas. vnde nego? Audis quia hoc dico; imò ego conuinco, quia negas: dicis voce, negas corde;*

Anabaptiſtæ.

Auguſtinus.

Auguſt. in 1. canonic. Io. tract. 6. & ſerm 33. de verb. Apoſt. *dicis verbis, negas factis. Quomodo, inquis, nego factis? Quia ideo venit in carne Chriſtus, vt moreretur pro nobis. Ideo mortuus eſt pro nobis, quia caritatem multam docuit: Maiorem hac caritatem nemo habet, quam vt animam ſuam ponat pro amicis ſuis. Tu non habes caritatem, quia pro honore tuo diuidis vnitatem. Ergo hunc intelligite ſpiritum ex Deo, pulſate, tangite vaſa fictilia, ne fortè crepuerint, & male reſonēt. Videte, ſi integrè ſonāt, videte, ſi ibi eſt caritas. Tollis te ab vnitate orbis terrarū, diuidis Eccleſiam per ſchiſmata, dilanias corpus Chriſti. Ille venit in carne, vt colligat; tu ideo clamas, vt ſpargas:* & alia, quæ in hūc ſenſum ſequūtur. Cùm itaque Chriſtus ideo in carne venerit, vt mutua & arctiſſima nos inuicem caritate in vna fide deuinciret; & hanc iſti caritatem concionibus & ſcriptis conuellant ac diſſipent, & coniunctiſſimos

Omnes hæretici licet verbis dicant, factis tamen negāt, Chriſtum in carne veniſſe.

ctiſſimos prius in recta fide animos diuellant, & contra ipſam vnitatem moriantur: affirmo Pſeudomartyres tuos cùm reliqua vita, tum ipſa potiſſimum ſua morte Chriſtum in carne veniſſe negare: & tantum à verorum Martyrum ornamentis moriendo abeſſe, vt maius, quàm ipſi Iudæi, qui Cruci Chriſtum ſuffixerunt, piaculum admittant. Illi enim tunicam Chriſti non lacerarunt, aut ſecuerunt; Chriſtum autem iſti non modò negarunt, ſed immaniſſima diſſipatione diuulſerunt. Quod ne tu fortè à me alienius dictum putes, ignorare neutiquam debes, Chriſtum, & caput & corpus eſſe: *Caput vnigenitus Dei filius, & corpus eius Eccleſia, ſponſus & ſponſa, duo in carne vna.* Proinde non minus Chriſtum, eumque in carne veniſſe negat, qui ab Eccleſia, eius corpore, ita diſſentit, vt eius communio non ſit cum toto, quacunq; diffunditur, ſed in aliqua parte ſeparata inueniatur; quàm is, qui ea negat, quæ Scripturæ ſanctæ de Chriſto capite prodiderunt. Iam cùm Chriſtus ex omnibus Sacramentis Euchariſtiam nobis commendarit, vt ſignum vnitatis & vinculum caritatis; quis vnquam Pſeudomartyr appellandus eſt, ſi non ſint iſti, qui non ſolum dum viuerent, infinitas & acerbiſſimas de ea contentiones excitarunt, verum etiam in ſua contra eam hæreſi pertinaciter moriendo illas magis auxerunt? Qua in re etſi Lutherani, in quos tu iam ſolos inclinare videris, tolerabiliores videantur Sacramentariis, cùm ſubſtantiam corporis Chriſti nobis non auferant: reliqua tamen, quæ vel in ſola Euchariſtiæ cauſſa innouarunt, quibus Eccleſiæ vnitatem concionando, ſcribendo, moriendoque diſſiparunt, tot & talia ſunt, vt, ſi cetera Catholici eſſent, effici non potuerit, quin Pſeudomartyres eſſent, & ipſa quoque corporis ſubſtantia poſtea, vellent nollent, ab aliis adimeretur. Quod cùm callidus ſerpens Diabolus non ignoraret, noluit primo impetu ad negãdum præſentiam irrumpere, quod ſe obtinere non potuiſſe ſatis perſpiciebat; ſed callidè ſcopum, ad quem collimabat, diſſimulans, incautis hominibus ſenſim obrepſit, & ea pedetentim ſpargebat, quæ facilem viam præſtruerent, & quæ in vulgus plauſibiliora futura ſperabat. Ecce enim primò quaſi magnum quendam, & excellentem diuinæ legis amorem, & ſinceriſſimam de corpore & ſanguine Chriſti fidem præ ſe ferens, atrociſſimam quandam Chriſtiano populo iniuriam fieri clamabat, Cui Chriſtus in tanto Sacramẽto non totus, ſed dimidiatus daretur; quippe qui pretioſo Chriſti ſanguine miſerè ſpoliaretur. Hic fucus ſpecioſus cum primis videbatur, & multos imperitos, atque leues homines illuſit. Quare cùm hæc alea ex voto ſucceſſiſſet, vt poculum contra Scripturas ſubtractum, ita multa alia ſuperſtitioſè Sacramenta acceſſiſſe quiritatur: Vinum nimirum aqua temperari; Sacramentum.

Pſeudomartyres peiores Iudæis, qui Chriſtum in Crucem egerũt.

Chriſtus caput eſt & corpus.

Aug. de vnitate Eccleſiæ contra Petiliani Epiſtolam. cap. 4.

Lutheranos eſſe Pſeudomartyres, & occaſionem dediſſe Zuinglianis ſui erroris in Euchariſtia.

Quibus technis & artibus cœperit Diabolus Euchariſtiæ Sacramentum oppugnare.

Errores Lutheranorum in Euchariſtia.

mentum reſeruari; à ſolo Sacerdote, populo eſuriente, recipi; perniciosè credi ſubſtantiam panis, quæ maneret, ablatam, aut corpus alio tempore, quàm cùm ſumeretur, adeſſe; perniciosè adorari, pernicioſiſſimè denique in Sacrificium pro viuis & defunctis conuerti. Iſti vero errores in vno Euchariſtiæ Sacramento, cùm ſint Lutheranis omnibus communes, & cùm, quicunq; ex ea ſchola patiuntur, hos ad vitæ exitum pertinaciter defendãt; vniuerſos Lutheranos, vt ſemoueas cetera omnia eorum pernicioſa dogmata, Pſeudomartyres planè conſtituunt: cùm ſi non Chriſtum caput, Chriſtum tamen, vt dixi, corpus pati, & ad eandem animarum perniciem, errore inficientur. Sic Catholici, quicunque pro aliquo ex his dogmatis obeunt, veri; & Euangelici, qui contra aliquod huiuſmodi dogma moriuntur, falſi Martyres redduntur: quantumuis iſta Foxo tuo leuia (præſertim tranſubſtantiationis dogma) videantur. Cui, quod olim Catholici Arrianis in ſimili cõſubſtantialitatis voce, & quod Magnus ille Baſilius Valentis præfecto, querenti Eccleſias ex tenui dogmatum inquiſitione in diſcrimen venire, reſponderunt; nos id iam reſponſum dabimus: *Adoleſcentulis huiuſmodi ſermones congruere; eos vero, qui diuinis litteris innutriti eſſent, nullam ſyllabam illarum in diſcrimen venire pati poſſe; ſolereq́ue, ſi res poſtulat, nullum genus mortis pro illis ſubeundum recuſare.* Martyres itaque eſſe adfirmamus contra Foxum, quicunque vel pro iis, quæ ille leuiſſima putat, Eccleſiæ decretis obeant; & vniuerſos Lutheranos, qui hanc contra tranſſubſtantiationem hæreſim ad mortẽ mordicus retinent, non pro verbo Dei, ſed pro ſuis ſenſibus mori: pro quibus mors ſuſcepta Martyrem nunquam efficere poterit. Iſti vero hunc errorem tanta contumacia ſequuntur, quod externi ſenſus illis dictent, panem ſubeſſe. Nec recordantur interim, *fidem eſſe ex auditu, auditum ex verbo Dei*: & Iacob Patriarcham, cùm contrectaret Iſaac, facile circumuentum, cùm vocem audiret, non fuiſſe deceptum. Certum itaque eſt verbum Dei, *hoc eſt corpus meum*: quæ vox omnem aliam ſubſtantiam neceſſariò excludit. Ex verbo itaque Dei nos Catholici nullam ſubeſſe panis ſubſtantiam credimus; imo certi ſumus, & ſcimus. Etſi enim opinari, minus ſit quàm credere, & credere minus quiddam, quàm ſcire; & credere, non ſcire ea, quæ ad fidem pertinent, dicamur: minus quidem eſt ad cognitionem, non ad meritum, imo nec ad cognitionem omnino, licet ad euidentem cognitionem minus ſit; nec tamen minus ad certitudinem; cùm nihil ſit certius, quàm quod fide tenemus, licet ea ſit iuxta Paulum rerum non apparentium. Quæ enim fide ex verbo Dei apprehendimus, certiora ſunt, quantum-

Idem reſpõdetur Foxo, quod Catholici olim Arrianis, & Baſilius Valẽtis præfecto reſponderunt.

Theod. lib. 4. cap. 19.

Innutritus diuinis libris nõ poteſt pati vt vlla earum ſyllaba in diſcrimen veniat.

Lutheranos, qui mortis ſupplicio affecti ſunt, quod nollẽt trãſſubſtãtiationem agnoſcere, nõ pro fide, ſed pro ſenſibus ſuis obiiſſe.

Fides vnde ſit.

Hugo de ſancto Vict. libr. 1. de Sacram. part. 10. cap. 2. Richard. S. Victoris de Trinitate lib. 1. cap. 2. D. Thom. 2. 2. quæſt. 4. art. 8.

Fides rerum non apparentium.

quantúuis à noſtris ſenſibus remota, quàm quę oculis & auribus quotidie vſurpamus: Vt non ſine cauſſa, quæ credimus, ea & nos ſcire Ioannes Euangeliſta dicat. Catholici itaque adeſſe Chriſti corpus, nec tamen panē adeſſe, ex verbo Dei, & Eccleſiæ auctoritate credimus, ſcimus, & certi ſumus. Euangelici non verbum Dei, non fidem, ſed ſenſuum ſuorum incertum & infirmum iudicium ſequuntur. Quare quicunque pro hoc errore obeunt, non pro verbo Dei, aut fide (vt iactitant) ſed pro ſenſibus ſuis obeunt: quorum nimium certè anguſtis finibus verbum Dei, & eius magnitudinem, turpiter circumſcribunt. Pſeudomartyres itaque ſunt non ſolum propter hoc, ſed & propter reliqua illa contra Euchariſtiam dogmata. Quæ cùm propriè ſit vnitatis Sacramentum, quod nos cum Deo & hominibus arctiſſimè copulare deberet; Lutherani propter eam potiſſimum ſchiſmata & hæreſes ſuas excitarunt; & ſe primùm, deinde infinitum populum à Deo & eius Eccleſia diſſecarunt. Quod cùm ita ſit, quo modo pro Chriſto ſanguinem ſe ſuum, vel Zuingliani fundere iactitant, qui corpus & ſanguinem eius ſumma Dei contumelia, & maximo omnium detrimento eripiunt: vel Lutherani, qui rem ipſam, quæ non ſolùm per ſymbola corporis, ſed per ipſum corpus, quod ſymbolis illis *verè* continetur, ſignificatur, ſpiritalem videlicet illum Sacramenti fructum, id eſt, vnitatem, per tanta & tam atrocia contra hoc vnitatis Sacramentum ſchiſmata, adeo horribiliter diſcerpunt & lacerant? Qui quantumuis Zuinglianos improbent, nihil tamen magis inde lucri ad æternam ſalutem ſibi acquirunt, vel quòd ipſi ad tam tetram hæreſim Zuinglianis aditum aperuerint; vel quòd tot & tam deteſtandis hæreſibus, idque vel in ſola Euchariſtica cauſſa, implicentur: vt longiſſimè ſe & à Catholica Eccleſia, & à Dei gratia diſſocient, dum eas ſermone, concionibus, libriſque defendunt; ſeque demum Pſeudomartyres inſignes reddunt, dum vitam potius, quàm hæreſes illas deponere malunt. Quare cùm hæc, de quibus modò diximus, paſſim à ſectariis, quaſi oracula de cælo demiſſa, exciperentur, & adorarentur; tum demum quaſi fundamento optimè iacto, totum ſe oſtendit Satanas, & apertè negauit vllam eſſe corporis Chriſti in Euchariſtia ſubſtantiam; quippe quæ tanto interuallo disiungerentur, quanto cælum & terra. Superiora enim dogmata ruere non potuerunt, vt non ipſam corporis Chriſti præſentiam ad eandem ſecum ruinam mox traherent. Neque alio grauiore telo Lutheranos Zuingliani impetunt, quàm quòd adorationē Euchariſtię ipſi abſtulerint; quæ, manente corpore, manere neceſſariò debet. Quare ſi Lutherus homines in recta de præſentia corporis Chriſti in Euchariſtia fide retinere ſerio cogitabat, nullo modo debuiſſet

De Euchariſtia Sacramēto vnitatis, maximas tragœdias excitarunt Lutherani.

Nec Zuinglianos nec Lutheranos pro Chriſto ſanguinem ſuum fudiſſe.

Aug. in tractatu 26. Ioan. tom. 9.

Lutherani eque perinde atque Zuingliani ab æterna ſalute excidunt.

Zuingliani quo potiſſimum argumento Lutheranorum de Euchariſtia ſententiam conuellant.

cetera,

cetera, de quibus, diximus, Eccleſiæ circa venerandam Euchariſtiam dogmata conuellere. Quæ mira inter ſe ſerie colligantur, & vnum ex alio ſic ferè nectitur, vt, ſi vnum moueris, labent & reliqua. Vt itaque nudum corpus Lutherus, reliquis ablatis, nobis reliquit; ita eius diſcipuli illud quoque ipſum ſuſtulere. Atque iſta Zuinglianorum doctrina tanto iam Euangelicorum applauſu excipitur; vt incipiat iam Lutheri ſchola frigere, &, qui tantus paullò ante fuerat Apoſtolus, iam delirare ſuis videatur: tanta animerum inclinatione ad Zuinglium proruitur. Quod non alia magis ratione accidiſſe puto, quàm quòd Chriſtum, eiusque corpus negarint, id eſt, Catholicam Eccleſiam eius ſponſam. Quam vt rebus ipſis omnes Euangelici negant, ita Lutherus hanc vocem [*Catholicam,*] qua vna omnes ſemper hæreſes peſſum ierunt, è ſymbolo Apoſtolico ſuſtulit: vt iam non illud modò, quod negat Foxus, Euãgelicos tuos de articulis fidei diſſentire, ſed etiam, quod maius eſt, eos omnino ſuſtuliſſe dixerim. Noui certè Pſeudomartyres aliquot, quibus nunquam perſuaderi potuit, vt in recitando ſymbolo illa verba [*Catholicam Eccleſiam*] vſurparent. Quam alij irrident, & cacolicam ſumma blaſphemia appellant. Quod quid aliud eſt, quam Chriſtum, ſi non caput, Chriſtum tamen corpus negare, totamque prorſus fidem infirmare. Eſt enim *Eccleſia* (vt Paulus ait) *columna & firmamentum veritatis*, eſt ſponſa Chriſti, quam non ſine maxima Chriſti contumelia Pſeudomartyres adulteram faciunt. Cuius tamen nos Chriſtus caſtiſſimam vocem, tanquam ſuam, audire iubet, eumque, qui eam non audierit, pro Ethnico & publicano haberi: quam qui audit, non poteſt non in his hodie controuerſiis apud Deum, eo ita iubente, ſecurus eſſe: vt iam, quò referendi ſint tui Pſeudomartyres, ſatis intelligas. Certè ſi Chriſtus vnum aliquem nobis prudentem hominem commendaſſet, qui ſemper apud nos supereſſet, vt, quoties de ſacris Scripturis, aut diuina eius voluntate hæſitatio aliqua oriretur, eum conſuleremus, eiusque reſponſo pareremus; ecquid non æquiſſimum foret, vt ei dicto audiẽtes eſſemus, eiusque reſponſum in rebus impeditis, tanquam ſacroſanctum Dei oraculum, exciperemus? Nemo ſanè inficias ire poterit. At hoc ille munus Eccleſiæ, cariſſimę ſponſæ, credidit & mandauit. Cuius vocem cùm contemnimus, ecquid Chriſti ipſius vocem non contemnimus? Certè contemnimus: grauesque huius à tuis Pſeudomartyribus contemtus pœnas Deus partim in hoc ſæculo exegit, partim longè grauiores in futuro exiget.

Vide paruum & magnum Catechiſmũ Lutheri.

Catholicam Eccleſiam omnes Euangelici negant.

Lutherus.

Euangelicos non modo diſſentire de articulis fidei, ſed eos tollere.

Pſeudomartyrũ quorundam odiũ in Catholicam Eccleſiam.

Eccleſia.

Sſ In

In quibus Pſeudomartyrum & veterum hæreticorum mores atque facta conueniant. Apologeticorum in Catholicos de Origene corrupto calumnia retunditur.

CAP. XXII. CRITOBVLVS.

QVO longius oratione progrederis, eo mihi magis ac magis Euangelicos noſtros premere, omnemque ab eis veri Martyrij laudem remouere iuſtiſſimè videris. IREN. Id magis dixeris, ſi facta, ſi mores, ſi vitam Euangelicorum longiſſimè à Martyrum, à patrum, à veteris Eccleſiæ inſtitutis ac diſciplina diſcrepantem, & antiquos nobis hæreticos, quemadmodum liberi parentum ſuorum ſimilitudinem referre ſolent, repræſentantem diligentius introſpicias. [1] Veteres hæretici Canonicas Scripturas partim admittebant, partim reiiciebant. Ecquid verò aliud facit Lutherus in Epiſtola Iacobi & Iudæ, in Apocalypſi, in libris Machabæorum, & in Epiſtola Pauli ad Hebræos? Veteres Arriani, aliique hæretici, inter quos erat [2] Sabinus Macedonianus, Nicænos patres quaſi indoctos & imperitos contemſere. Neſtorius iactabat ſacram Scripturam ſe primum & ſolum intellexiſſe, ceteros omnes erraſſe. Euangelici Nicænos patres impudenti calumnia impetunt, non ſolùm quaſi militiam omnem inter Chriſtianos damnent: ſed & propter ipſum homouſij nomen, vt in Luthero oſtendimus. Cuius ſe egregium hîc diſcipulum oſtendit Brentius quoque; vt nihil iam ſit miri, tot hodie Arrianos conſpici. Sed nec reliquos patres ferunt: quod ſatis iam tibi in Magdeburgenſibus tuis perſpicuum reddidi. Veteres hæretici Clementis, Dionyſij, Athanaſij, Leonis, & aliorum patrum ſcripta fœdè commacularunt, mutilarunt, deprauarunt. Quantumuis verò Apologetici Catholicos mutilarum Origenem, vbi ipſorum errores confutat, edidiſſe clamitent; non Catholici, ſed Euangelici, egregij quidem ſunt hac in re artifices. Cuius rei Baſileenſes illi, de quibus diximus, typographi ſatis magnum documentum dedere. Cuiuſmodi ſcripturas & veterum libros contaminandi, & corrumpendi varias fraudes in Ioanne Brunero Tigurino, Hiobo Gaſtio, Oecolampadio, Muſculo, Caluiniſtis, Magdeburgenſibus, &, vt alios omittam, in ipſo ſectæ principe Luthero facile probare poſſum; meque iam ſatis in Muſculo, Magdeburgenſibus, & Luthero hoc artificium oſtendiſſe arbitror. Quod crimē [1] à Brunero Ignatius Martyr, ab [2] Oecolampadio Nicæni patres, & Athanaſius, à

Veterum hæreticorum & noſtrorum hodie Euangelicorum mores et facta ſimilia.

Scripturæ reiectæ.

Patres deſpecti & contemti.

Euangelicorum calumnia in Nicænos patres.

Brentius.

Orthodoxorum patrum ſcripta corrupta, mutilata & deprauata ab hæreticis.

1 Epiph. lib. 1. tom. 3. hæreſ. 42.

2 Socrat. li. 1. cap. 9 tripart. lib. 2. cap. 8.

Vincent. Lyrinen. aduerſ. hæreſ.

Brent. contra Petr. à Soto.

Euſeb. lib 4. cap. 23.

Leo Epiſtola 69. ad imp. Martian. Synod. 6. in Trullo. act. 8. & 9.

Nicæn. Syno. 2. act. 5. pa. 546. 547.

Euagr. lib. 3. cap. 31.

1 Bruner. præter omnium hiſtoriarum, & non modo aliorum exemplarium, ſed ſui etiam fidem ita tranſtulit Ignatium ad Philadel. vt dicat omnes Apoſtolos habuiſſe vxores.

2 tranſtulit: ἀθύτως ὑπὸ τῶν ἱερέων θυομένων: qui nō victimarum more ſacrificatur: cum eſſet. qui incruentè (id eſt, abſque mactatione & cruore) ſacrificatur. De quo, vide doctiſſimum illum Dunelmenſem Epiſcopum,

Gaſtio

Cuthebertum Tonſtallum de veritate corporis Chriſti in Eucharistia lib. 1. fol. 40. 41. Et de Athanaſ. conſule eundem lib. 2. fol 62. 63.
3 Vide Paſchaſium impreſſum Hagenoæ anno D. 1528. & Epiſtolam Nicolai Mameranı præfixam Paſchaſio per eum ſuæ integritati reſtituto.
4 In loco Auguſtini ſerm. 12. de verbis Domini, quem ita legunt; qui fecit te ſine te, non iuſtificabit te ſine te? vide Bartholomaeum Camerarium lib. 1. cap. 8. de gratia & libero arbitrio.

[3] Gaſtio Paſchaſius, à [4] Caluiniſtis autē admiſſum Auguſtinus, quem ſceleratè contaminarunt, manifeſtè docent. Quorſum verò nos de hoc crimine alios reos facimus, cùm hæc licet parua Apologia, quæ Catholicos propter Origenem ita exagitat, huic crimini maximè omnium ſit expoſita? Quod facilè ex Cypriani, Hieronymi, & Epiphanij teſtimoniis, quæ corrupiſſe Apologeticos oſtendimus, intelligere poteris. Atque iſtius quidem fraudis & in Gelaſio documentum habemus. Cuius iſti verba (ſi tamen illius ſint, quia non eſſe, vir multæ lectionis & acris iudicij Melchior Canus Canarenſis Epiſcopus multis argumentis conuincere videtur) vt faciliorem ſibi viam ad tranſubſtantiationem euertendam faciant, bis in hac Apologia, & vtrobique peruersè recitant: *Non deſinit*, inquiunt, *eſſe ſubſtantia panis, vel natura vini:* rurſus; *Non deſinit eſſe ſubſtantia panis & natura vini:* cùm quæ tribuuntur Gelaſio verba ita concipiantur: *Non deſinit eſſe ſubſtantia, vel natura panis & vini.* Quid? quòd nefariè Canoniſtis, doctrinam, quam non tradidere, adſcribant, quaſi doceant populum, ſimplicem fornicationem non eſſe peccatū. Quod ſi fortè vnus ex omnibus, Ioannes videlicet de Magiſtris (vt ipſi aiunt) ita ſcripſerit, quid eius culpam, vel ignorantiam ad omnes, & totam Eccleſiam deriuant? Aut cur accuſant eum, quaſi populum ita doceat, cùm doctis potiſſimùm, & non populo ſcribat. Quanquam credibile eſt, & hîc quoque ſolitas ſuas partes agere Apologeticos. Cùm enim nobis Ioannem de Magiſtris de temperantia proferunt, huiuſmodi ego doctorem, qui de temperantia ſcripſerit, quantumuis diligenter quæſitum, adhuc non inuenio. Reperio autem alicubi Ioannem quendam de Magiſtris in Matthæum aliquid ſcripſiſſe; & Martinum eiuſdem etiam cognominis, cum alia quædam, tum de temperantia etiam quæſtiones edidiſſe; ſed an is iuris Canonici fuerit candidatus, de eo nondum mihi conſtat. Hoc autem ſcio, aliquando Theologiæ profeſſorem, aliquādo Theologum Pariſienſem appellari. Huius libri exſtant, de quibus alij frequentem mētionem faciunt, & cuius ſententiam contrariam planè ab ea, quam Apologetici proferunt de fornicatione, recitant. Quod ſi ita ſit (quod ſanè credo, neque tamen pronuncio) non ſolùm in nomine, ſed in re ipſa grauiſſimus eſt error, & impudentiſſimum mēdacium. Is enim apertè ſimplicem fornicationem non tantum peccatum, ſed & mortale peccatum fatetur, licet priuata quadam opinione,

In Apologia Anglicana patrum ſcripta paſſim corrupta.

Gelaſius.

In locis Theologicis lib. 6. cap. 8.

Pag. 24. & 31.

In Antidoto contra diuerſas omniū ſæculorum hæreſes Baſileæ 1528.

Apologeticorum putida calumnia in Canoniſtas de ſimplici fornicatione.

Vide clypeum piorum Thomæ Elyſij in fine.

Vide Caietā. in 2. 2. Thō. q. 34. de odio artic. 1. item quæſt. 154. de luxuria artic. 2. item q. 123. de fortitudine, articul. 1.

Apologia Anglicano referta mēdaciis.

Vide Alphonſum cōtra hæreſes lib. 4. tit. coitum.

quam alij impugnant, non exiſtimet hæreticum, qui aliud crediderit. Sed quorſum ego vnum aut alterum ex Apologia huius rei exemplum profero? cùm in ſingulis ferè paginis hoc vicium, quo vel verba Scripturæ, & patrum, vel certè ſenſum deprauant, ſæpe occurrat: vt fruſtra Catholicos propter Origenem (quantumuis eſſet verum, quod improbè fingunt) laceratum & truncatum accuſent; cùm ipſi in hoc artificio, non ſolùm huius Apologiæ, ſed totius noui Euangelij proram, vt ita dicā, & puppim conſtituant. Sed ego iam ab iſtis tam ſeueris accuſatoribus rogo; qua tandem ratione tam atrocem ſuam accuſationem probent? quibus documentis muniant?

Apologeticorum in Catholicos impudentiſsima de Origene corrupto calumnia.

Cur nuper, inquiunt, *cùm excuderent veterem patrem Origenem in Euangelio Ioannis, ſextum illud caput, vbi illum credibile, vel potius certum eſt, contra ipſos de Euchariſtia multa tradidiſſe, integrum omiſerunt, & librum mutilum potius, quàm integrum, qui errores ſuos coargueret, dare maluerunt? An hoc eſt antiquitati confidere, antiquorum patrum ſcripta lacerare, ſupprimere, truncare, comburere?* Magna quidem hæc ab iſtis confidentia iactātur; ſed quibus tandem

Calumnia Apologeticorum de Origene à Catholicis corrupto retunditur.

probationibus in tanto crimine aſſerendo nituntur? Quid proferunt, cur non dicam, certum, ſed vel credibile ſit, Origenem aliquid ibi prodidiſſe, quod Catholicæ Eccleſiæ de Euchariſtiæ doctrina aduerſetur? Nihil certè. Neque enim vnquam poterunt. Eius enim in aliis libris certam & exploratam ſententiam Eccleſiæ decretis conſentaneam tenemus. Iam quomodo docent, eos, qui Origenem interpretati ſunt, (ſi quid tale, quod fingunt, vſquam apparet) aliud reddidiſſe, quàm quod in Græco ſuo exemplari repererunt? Neq; id quidem vnquam probarint. Duo enim

Bartholomæus Ferrarius. Ioachimus Perionius.

Ferrarij editio fuit anno D. 1551. Perionij 1555.

doctiſſimi viri eodem ferè tempore, huic interpretando operam dederūt; Bartholomæus videlicet Ferrarius, & Ioachimus Perionius; ille in Italia, hic in Gallia. Perionij editio triennio poſt alteram edita eſt. In quibuſdam vberius Ferrarij, in quibuſdam Perionij fuiſſe videtur exemplar; vtrobique Origenis integra in ſextum caput commentaria deſiderātur. Vterque verò interpretum, quo & bona ipſorum hac ex parte fides, & malitioſa iſta atq; futilis Apologeticorum calumnia omnibus magis innoteſcat, vnde habuerit exemplar, ſcriptis mandauit. Ferrarius enim ſuum è bibliotheca D. Marci Venetiis; Perionius ſuum è regis Gallorum bibliotheca, quæ eſt in pago Callirōe Pariſiis vicino, ſe nactum eſſe ſcribit. Iam Apologetici, ſi poſſint, doceant vtrumque, aut alterum horum de induſtria huius capitis interpretationem prætermiſiſſe, ne Catholicorum cauſſam læderent. Alioqui quamuis

Interpretes Origenis à calūnia Apologeticorum vindicantur.

alicubi fortè exſtaret Græcum exemplar, quod aliquid huiuſmodi, quale iſti dulciter ſomniant, complecteretur; niſi interpretum quoque malam fidem arguant, quid aliud quā meras calumnias ſectātur? Quod ſi adhuc fraudem ſubeſſe clamitant; cur quintum

& ſe-

& ſeptimum quoque caput, vbi nulla fraudis ſuſpicio obijcitur, ſimiliter vtrobique deſiderantur? Quòd ſi hæc ad depellendam à doctiſſimis illis viris omnem malæ fidei ſuſpicionem, propterea quòd Catholici fuerint, Apologeticis ſatis idonea non videantur; domi conſulant Laurentium Humfredum, qui biennio poſt editionem Perionij in Gallia, Origenis operibus Baſileæ impreſſis præfationem ſuam adiecit, neque aut hunc locum ſuppleuit, aut quicquam de noſtrorum perfidia queſtus eſt. Et iam non cum Catholicis, ſed cum illo expoſtulent, vel ſecum potius, qui adeo pudere dedidicerint, vt ſolùm quid contra Catholicos, nō quàm verè dicant, quærere videantur. Nam cùm omnia ſurſum & deorſum inanibus & falſis iſtis vociferationibus miſcuerint, nihil aliud habebunt, quo cauſſam ſuam tueantur, quàm quòd liber Origenis mutilus circumferatur. Nam in eo ſolo illorum probationem conſtitui, ex illis ipſis verbis margini appoſitis cōſtat. Atque ô vtinam exſtaret illa Origenis in ſextum Ioannis caput interpretatio; Zuinglianos, ni fallor, planè conficeret: fidem certè Eccleſię in nullo labefactaret. Cuius, qui exſtant, libri vt iſtud contra Euchariſtiam, ita & reliqua tam Zuinglianorum, quàm Lutheranorum dogmata prorſus peſſundant. Quare non Catholicos deinceps ob patrum libros mutilatos & fœdè deprauatos, ſed fratres ſuos Baſileenſes, & Geneuenſes; ac belliſſimum illum, de quo diximus, Sleidani interpretem, & ſe potiſſimum reprehendant. Sed quid non in demortuos auſi ſunt, * qui Eraſmum, tantum virum adhuc ſuperſtitem, volentem nolentem, Zuinglianum eſſe, alijs perſuadere voluerunt. De qua iniuria ille vehemēter conqueſtus eſt, & tam atrocem ſuſpicionē à ſe amouit, profeſſus, *malle ſe membratim diſcerpi, quàm illius doctrinæ videri fautorem*. Et iam diximus, quàm ridicula facundia Apologetici ex Hoſio Suencfeldium nobis reddiderint. Iudæi Chriſti gloriæ ac paſſioni inuidentes cùm alia multa in Scripturis, tum eum præcipuè locum, *foderunt manus & pedes meos*, qui nobis quaſi præſentem paſſionem obijcit, ſcelerata audacia; & alias Scripturæ partes hæretici ſæpe corruperunt. Euangelici hodie in hoc artificio valde ſunt eruditi, qui ex Scripturis naſum planè cereum, & *Lesbiam regulam* faciunt (quantumuis Apologetici tui contra Pighium propter illum cereum naſum inuehant) quas ad errores ſuos, non autem errores ad eas accommodant. Quare prodigioſis commentarijs, interpretationibus, tranſlationibus, ex Chriſti Euangelio Pſeudoëuangelium reddiderunt. In quo genere Lutherus regnat. Quoties itaq; Scripturæ habent [*idola*] flagitioſè hanc vocem [*imagines*] ſupponunt, vt incautis illudant; quaſi nihil interſit inter Imaginem & idolum; & ſic, velut Lesbia regula & naſo cereo, Scripturis abutuntur. Cùm Lutherus ad illam Apoſtoli ſententiam: *nunquid non habemus poteſtatem*

Laurentius Humfredus.

* *Eraſm. in detectione præſtigiarum cuiuſdam libelli Germanic: ſcripti cum hac inſcriptione: Eraſmi & Lutheri opiniones de cæna Domini.*

Eraſmum, dum viueret, inuitum in ſuas partes trahere Zuingliani conati ſunt.

Eraſmi odium in Zuinglianos.

Epiſt. Eraſmi ad Pellicanū.

Apologia Anglicana auctores.

Petr. Galatin. de arcanis Catholicæ fidei lib. 8 cap. 17.

Pſalm. 21.

Iudæi.

Scriptura Apologeticis naſus cereus, & regula Lesbia.

Scriptura à Luthero deprauata & corrupta.

ſtatem mulierem ſororem circumducēdi; ſcelerate de ſuo, *in vxorem, vel pro vxore*, ad inceſtas Monachorum nuptias confirmādas adijcit: cùm in alia Pauli ſententia illam vocem [*perfecti*] ad confirmandum portentoſam illam doctrinam; *iuſtum in omni opere bono peccare*, aſtutè omittit: cum aliam Pauli ſententiam malitioſa adiectione; *per legem*, inquit, *non niſi cognitio peccati* ad Pſeudoëuangelium promouendum, multaſque id genus commaculet: cùm denique ad eam Pauli ſentētiam: *arbitramur hominem iuſtificari per fidem*, addat contra mentem & verba Pauli, hāc vocem [*ſolam*] quem propterea feſtiuè quidam ex noſtris irriſit, vt diceret [*ſolam*] ad calcearios remittendam, qui ea commodius vterentur: quid aliud quàm Scripturas vt naſum cereum pro ſua libidine flectit ac reflectit, fingit ac refingit, & non ſenſum ſuum ad Scripturas, vt ad normam, ſed Scripturas ad ſuum ſenſum, quaſi Lesbiam regulam, perperam applicat? Ac fuerunt certè ſupra mille huiuſmodi errores, & deprauationes, vt magnum poſtea operæpretium fecerit Emſerus, qui Biblia rurſus Teutonicè tranſtulit, eoſque errores detexit. Atque hîc quoque ſui ſimilis Lutherus in illa ſua poſt quinquennium editione, in ſolo Matthæi Euangelio trigeſies, vt minimùm, à priore variauit. Et quoniam de Iudæis mentionem fecimus, & Euangelici noſtros contumelioſè Phariſæos appellare ſolent; cogitent potius, an illud Chriſti magis in Phariſæis quàm Euangelicis hæreat: *Dilatant phylacteria, & magnificant fimbrias*. Euangelici enim ſunt, non Catholici, qui illam ſententiam; *verbum Domini manet in æternum* (quod tamen in eorum cordibus non manet) tunicarum manicis appenſam Phariſaica planè ambitione, ac ſimulatione iactant & oſtentant. Veteres hæretici, quæ ad cauſſam ſuam promouendam facere aliquo modo videbantur, ea ſemper proponebant, licet falſa: quæ aduerſus ſe facerent, quantumuis nota & teſtata, callido ſilentio diſſimulantes. in quo fraudis, & calliditatis artificio Sleidanus & Magdeburgenſes tui primas tenent. Veteres hæretici cùm rem ipſam labefactare non poſſent, voces tamen, quibus res aptè explicantur, calumniari non deſiſtebant, vt patet in Arrianis de *Homouſio*, in Eutychianis de *duabus naturis*; quaſi hæ voces nullis Scripturis proditæ eſſent, recensque tum inuentæ. Sic & hodie veſtri verbum *tranſſubſtantiationis*, quo appoſitè veritas Euchariſtiæ, moduſque præſentiæ corporis Chriſti deſcribitur, calumniantur; &, vt Arriani Catholicos *Homouſianos*, ita & iſti *Tranſſubſtantiatores* contumelioſè appellant. Veteres hæretici, cùm patres ipſis apertiſſimè aduerſarentur, eos tamen à ſe ſtare, magna contentione clamitabant: quod in Neſtorianis, Iconomachis & alijs videmus. Sic Neſtoriani clamabant: *Nullus à paterna fide deficiat*: quam & nos vt depoſitum apud filios deponimus, & ſe confirmare fidem Apoſto-

Marginal notes:

1. Cor. 9.

Ephes. 6.

Supra mille errores & deprauationes in tranſlatione Bibliorum Lutheranica.

Hieronymus Emſerus.

Euāgelici potius Phariſæi, quàm Catholici.

Sleidanus. Magdeburgēſes.

Socrat. lib. 2. cap. 15. & 17.

Calumniæ de vocibus.

Baſil. Epiſt. 73.

Epheſ. Syn. tom. 1. Concil. in petit. 2. ad Imp. Et Homil. Ioan. Antioch. Et tom. 2. in Synod. Iconomach.

Epheſ. Synod. in petitione. 1 ad Imperator.

Prouocatio ad Laicos in cauſa religionis.

Apoſtolicam à ſanctis patribus expoſitam. Sic Iconomachi fidem ſuam orthodoxam appellabant, & patrum fidem. Sed hoc nullo vnquam ſæculo tanta impudentia factum, atque hoc noſtro conſtat. Veteres hæretici ad populũ & Laicos in cauſſa religionis prouocabant, vt illi, de quibus diximus, Neſtoriani: *Noſtræ*, inquiunt, *preces ſunt, vt iudicium à tua pietate accipiamus*; Euangelici noſtri hodie eò potiſſimum totius religionis arbitrium reuocant. Veteres hæretici varijs ſemper inter ſe diſſidijs conflictabãtur; vt Arriani, Eunomiani, Donatiſtæ, & ſimiles: quorum tamen omnium diſſenſiones ſumma cõcordia videri poterunt, præ tot capitibus hodiernæ noſtræ Euangelicæ hydræ. Iam in ſacro chriſmate violando, in altaribus effodiendis, in ſacroſancta Euchariſtia (abhorret animus à tanti facinoris cõmemoratione) ſacrilegis pedibus proculcanda, inſignes ſe Euangelici parẽtum ſuorum, Ethnicorum, Arrianorum, Donatiſtarum, Eutychianorum, imitatores præſtiterunt. De qua impietate Baſilius, Gregorius Nazianzenus, Optatus, & ante eos Elias Propheta queſtus eſt: *Altaria*, inquit, *tua Domine deſtruxerunt*. At veſtri Euangelici egregiam quandam pro iſtis pluſquam beluinis factis ἀπολογίαν, Martyrijque laudem, qua Gardinerum ac Bertrãdum, & alios (de quibus diximus) ornent, quòd Euchariſtiam Sacerdoti ad altare Dei ereptam, populo ſpectante (horreo referre) impijs pedibus protriuerint, pro ſua pietate commenti ſunt. Sed ſimiles habent, quod dicitur, labra lactucas: quales præceptores, tales diſcipuli; quales confeſſores, tales Martyres; qualis doctrina, tale Martyrium. Nam & Beza huius Gallicani incendij fax cum ſuo ſatellitio in Eccleſia Diui Medardi in Gallia, tam horrendum ſimiliter facinus, inter Euangelicos hoſce tumultus, perpetraſſe traditur. Qui cùm ſe tantum non pro Martyre venditet, non religionis cauſſa, ſed quia non potuit paria facere cum creditoribus, poſtquam iam decoxerat ampliſſimos Eccleſiaſticorum beneficiorum prouentus, aliosque reditus abligurierat, Geneuam ſe, quaſi ad ſacroſanctum aſylum, contulit, factus ex Iuriſconſulto perditiſſimus Theologus, ac nouæ huius Euangelicæ factionis poſt Caluinum princeps. Quid? an quæ de moribus ſui temporis hæreticorum ſcripſit Tertullianus, exiſtimas nõ perinde in noſtros hodie quadrare? *Non omittam*, inquit, *ipſius etiam conuerſationis hæreticæ deſcriptionẽ, quàm futilis, quàm terrena, quã humana ſit, ſine grauitate, ſine auctoritate, ſine diſciplina, vt fidei ſuæ congruens, &c. Pacem quoq; paßim cum omnibus miſcent. Nihil enim intereſt illis, licet diuerſa tractantibus, dum ad vnius veritatis expugnationem conſpirent. Omnes tument; omnes ſcientiam pollicentur, &c. Ordinationes eorũ temerariæ, leues, incõſtantes: nũc Neophytos collocant, nunc ſæculo obſtrictos; nunc Apoſtatas noſtros; vt gloria eos obligent, quia veritate nõ poſſunt. Nuſquam facilius proficitur, quàm in caſtris rebellium;*

Socrat. lib. 5. cap. 23. & 24.

Auguſtin. de Chriſtiano agone. cap. 29.

Sozom. lib. 6 cap. 5.

Optatus lib. 2. & 6.

Baſil Epiſt. 70. & 72.

Greg. ad Arrian. & de ſeipſo ad Heronem.

Optat. lib. 6.

3. Reg. 19.

Criſpinus & Foxus.

Diſſenſiones.

Rerũ ſacrarum violatio.

Gardineri & Bertrandi ſacrilega in Euchariſtiam ſcelera.

Beza nefarium facinus.

Beza cur Geneuam confugerit.

Michael Fabricius pro Balduino contra Bezam.

Tertullianus.

De præſcrip.

Mores hæreticorum à Tertulliano hic deſcripti, diſpice, num conueniant Euangelicis hodiernis.

vbi, ipſum eſſe illic, promereri eſt. Itaque alius hodie Epiſcopus, cras alius; hodie Diaconus, qui cras Lector; hodie Presbyter, qui cras Laicus. Nam & Laicis Sacerdotalia munera iniungunt. De verbi autem adminiſtratione quid dicam? cùm ſit hoc illis negotium, non Ethnicos conuertendi, ſed noſtros euertendi; hanc magis gloriam captant, ſi ſtantibus ruinam, non ſi iacentibus eleuationem operentur; quoniam & ipſum opus eorum non de ſuo proprio ædificio venit, ſed de veritatis deſtructione. Noſtra ſuffodiunt, vt ſua ædificent; &c. Ceterum nec ſuis præſidibus reuerentiam nouerunt. Et hoc eſt, quòd ſchiſmata ferè non ſunt apud hæreticos, quia, cùm ſunt, non apparent. Schiſma enim eſt vnitas ipſa. Mentior, ſi non etiam à regulis ſuis variant inter ſe, dum vnuſquiſque perinde ſuo arbitrio modulatur quæ accepit: quemadmodum de ſuo arbitrio ea compoſuit ille, qui tradidit. Agnoſcit naturam ſuam, & originis ſuæ morem profectus rei. Atque hæc quidem Tertullianus.

Oſtenditur, quàm longè abſint Euangelici Pſeudomartyres à Fructuoſi Martyris, & ſociorum eius exemplo.

CAP. XXIII. IRENÆVS.

EGO verò ſi reliquas iam huius contentionis partes vrgerem, magnam temporis partem ea ſola abſumeret. Hoc itaque in ſumma dixero, nullos vnquam ante hæreticos in tantum ieiunij, orationis, eleemoſynæ, caſtitatis, ac reliquarum virtutum contemtum, in tantam omnium ſcelerum licentiam paſſim effuſos. Quæ enim illis ieiunij cura eſſet, qui præſcripta Eccleſiæ ieiunia doctrinam Dæmoniorum appellant, quíque ſacrum illum Paraſceues diem, quo Christus mundi peccata expiauit, in Bacchanalia conuertunt? Sed dignum patella operculum, digna tali Martyrio diſciplina; vt non videatur à vero alienum, quod à fide dignis narratur, multos ex his Pſeudomartyribus, poſtquam exhauriendis poculis ſtrenuè vacarint, pelle calidiſſimis vinis tota diſtenta, ita demum quaſi bellè armatos ad ignes proceſſiſſe; vt & hic quoque locum fortè habeat Horatianum illud:

Pſeudomartyres quidã Euangelici quàm diſsimiles Fructuoſo Martyri.

Ennius ipſe pater nunquam niſi potus ad arma
Proſilijt.

Atqui longè iſtorũ vita, & mors ab exemplo Chriſti Martyrum, Fructuoſi, Augurij, Eulogij, abſunt. Qui cùm ad ignes pro Chriſti nomine ſubeundos properarent, & pertranſeunti Fructuoſo quidam ex populo potum obtuliſſet:

Fructuoſus Martyr & ſocij eius.

Ieiunamus, ait, recuſo potum, *Prudentius.*
Non dum nona diem reſignat hora,
Nunquam conuiolabo ius dicatum:
Nec mors ipſa meum ſacrum reſoluet.

Quibus

Quibus ſi noſtri Pſeudomartyres adfuiſſent, grauem credo eis ſuperſtitionem pro ſua pietate exprobraſſent: cùm tamen ab illis non cauſſa ſolùm mortis, ſed & ſignis ad Martyrium ipſorũ editis (quæ ipſi nulla habent) vincantur. Exuſtis enim vinculis, quibus manus illorum à tergo vinciebantur, non auſus eſt ignis in corpora eorum graſſari, donec id illi à Deo precando impetraſſent. Qui non vino ſe, ſed precibus, & ſigno Crucis aduerſus mortem munierunt. At hoc ſignum noſtri boni Martyres vt ſuperſtitioſum abominantur; nec credunt, aut beatos poſt mortem apparere, aut vllum honorem, aut curam Reliquiarum habendam. Quorum omnium habemus ex hac vna Martyrũ hiſtoria aduerſus Pſeudomartyres argumenta. Illi certè, vt alia omittam, nunquam ſe vino & carnibus cùm alijs ieiuniorum diebus, tum potiſſimum ſacratiſſimo Chriſti paſſionis die oppleſſent; qui ne bibere quidem ante ſtatam & fixam horam voluerũt. Noſtri autem delicati & molles Martyres nullo magis tempore lautè & delicatè epulantur, ventrem carnibus vinóque infarcientes; quas veteres Martyres vix per totam vitam guſtaſſe conſtat. Vt itaque nullas cum iſtis, ita nec cum alijs Chriſti Martyribus veſtri Euangelici aut vitæ, aut mortis, aut religionis coniunctas rationes habẽt: & proinde nec vllam veri Martyrij gloriam exſpectare poſſunt.

Miracula edita in martyrio Fructuoſi & ſociorum eius.

Incredibile videri, Deum voluiſſe Euangelium ſuum, etiamſi obliuione ſepultum in deſuetudinem abijſſet, per iſtiuſmodi Euangelicos reſtituere: de quibus illud Euangelij dici poteſt; Ex fructibus eorum cognoſcetis eos. *Licet Catholicorum ſæpe mores mali ſint, hoc tamen non ex doctrinæ genere, vt in Euangelicis, accidere.*

CAP. XXIIII. IRENÆVS.

NEQVE ego ſanè vnquam, ſi, quod iſti iactant (quod tamen vel cogitare impium eſt) tot ſæculis Euangelicæ veritatis lux extincta & obruta fuiſſet, crediderim, voluiſſe Deum, huiuſmodi homines hanc tam amplam legationem Euangelij ſui inſtaurandi obire. De quibus Prophetis rectè illud dicitur: *Currebãt, & ego non mittebam eos*. Quare hanc omnem ementiuntur iſti legationem. Quos nos multo iuſtiùs falſæ legationis accuſabimus, quàm olim accuſauit Æſchinem Demoſthenes. Ac legiſſe te aliquando puto, quanta fuerit Lacedæmoniorum prudentia, apud quos cùm vir aliquando omnibus flagitijs contaminatus, ſententiam optimam & reipublicæ apprimè neceſſariam dixiſſet; eam quidem auidè arripuerunt, ſed ne aliquid detrimenti reſpublica caperet, & propter hominis indignitatem aliquid de ſententiæ dignitate detraheretur, ſub alterius illuſtris ac boni viri nomine, at-

Plutarch. in Lacon. Apophteg.

Lacedæmoniorum prudentia.

quę auſpicijs populo commẽdarant. Hoc itaque laxum & diſſolutum viuendi genus ſatis oſtendit, iſtos non Euangelicos, ſed Pſeudoëuangelicos, nõ Martyres, ſed Pſeudomartyres eſſe. Nam hîc diligenter animaduertendum eſt illud Chriſti, *Ex fructibus eorum cognoſcetis eos.* CRIT. Hanc tantam in Ethnico populo prudentiam demiror: huic verò tuæ orationi, ſi te Apologetici audiſſent, ſe fortiter opponerent. Nam primum illa Chriſti verba non ita eſſe accipienda dicerent, vt ſit ſtatim Pſeudopropheta, cuius doctrinæ vita non reſpondeat; alioqui nemini credendum foret. Deinde, ſi hoc ita eſſet, ad Catholicos tamen magis, quàm ad ſe pertinere, quorum vita præ Euangelicorum puritate ſordidiſſima ſit. In qua reprehendenda maxima Apologiæ pars impenditur. Si quid verò vitij in Euangelicis inſit, non aliter id fieri, quàm ſi *exiguam quandam in veſte candidiſſima labem adſpicias*. Quos vos tamen homines innocentiſſimos multis & atrocibus criminibus oneratis. IREN. Imò ego arbitror Chriſtum eo loco Pſeudoprophetam delineaſſe, nõ eum, qui malè viuat (de Phariſæis enim ait; *quæ dicunt, facite; quæ faciunt, nolite facere*) ſed hæreticum in primis, & eum, cuius doctrina ad malè viuendum apertã feneſtram aperit: vt, cùm propriè Pſeudopropheta & falſus doctor ſit, qui falſa doceat, eum ijs potiſſimum ſignis, male docuiſſe, deprehendas. Atque ideo cùm dixiſſet; *Intrate per anguſtam portam, quia lata eſt & ſpatioſa via, quæ ducit ad perditionem*: Et rurſum; *anguſtam eſſe portam & arctam; quæ ducit ad cælum*; ſtatim ſubiicit: *Attendite à falſis Prophetis*, &c. Ac deinde cùm dixiſſet; *Ex fructibus eorũ cognoſcetis eos*, adiecit; *Non omnis, qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum; ſed qui facit voluntatẽ Patris mei*; & cetera in hunc ſenſum. Hoc ergo affirmo; Euangelicos, non Catholicos hanc latam viam nõ modò ingredi, ſed & docere; imò lupos exiſtere ſub pellibus ouinis, quia peſtiferam doctrinam lenocinio verbi Dei populo cõmendant, & ſeſe diuinæ legis ſententijs, velut quibuſdam velleribus obuoluunt; vt, cùm quiſpiam lanarum mollitiem præſenſerit, nequaquam aculeos dentiũ pertimeſcat; atque ideo eſſe eos Pſeudoprophetas, à quibus cauendum Chriſtus admonuit. Sed exempli cauſſa, paucis per aliquot diuinæ legis capita decurramus; vt vtrumque adſtruamus. Cùm itaque audis vociferantem ex Paulo; *honorabile coniugium, & thorus immaculatus*; ouis tibi videtur. Atqui cũ mox eius loci auctoritate Monachorũ, Sacerdotum, & ſacrarum virginum vota violanda propter inceſtas nuptias contrahendas pronuntiat, iam ſe lupum oſtendit. Cùm clamat: *Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies*, ouis eſt. Verum cũ eius loci teſtimonio Diuorum, Reliquiarum, omnemque Imaginum honorem auferre conatur, non iam ouis, ſed lupus eſt. Sic cùm ex Pauli teſtimonio; *Arbitramur hominem ſine operibus iuſtificari*; opera bona

Ex fructibus eorum cognoſcetis eos.

Pſeudopropheta ex fructibus cognoſcitur.

Euangelici ſunt lupi ſub pellibus ouinis.

Apol. Angl.

Vincent. Lyrinenſis.

Matth. 7.

Vincent. Lyrinenſ. aduerſ. profan. hæreſ. nouit.

Rom. 3.

Hebr. 10. bona nihil ad ſalutẽ conferre;ex alio,*vnica oblatione nos conſummauit in æternũ*;nullũ eſſe in Eccleſia corporis Chriſti ſacrificiũ,ex il-
1.Tim. 4. lo;*doctrinam Dæmoniorũ eſſe, prohibere cibos,quos Deus cum gratiarum actione ſumendos creauit*; ſtata Eccleſiæ ieiunia cultũ Dæmoniorum eſſe; & ſexcẽta id genus ex Scripturis diuinis aſtruere conatur, ne dubites Pſeudoprophetam te audire,lupinã ferocitatẽ ouinis velleribus tegentẽ;eũq; ex fructibus cognoſcendũ;hoc eſt,non ex ſacris vocibus,quas religioſè profert, ſed ex interpretatione earũ, quã callidè ad incautos homines circumueniendos aduerſus Eccleſiæ,patrumq; ſenſum & auctoritatẽ contexit.Nunc videamus, *Lata Euangelicorum porta.* quo modo hæretici, & Pſeudoprophetæ noſtri in eo quoque cognoſcuntur,quòd latiſſimã illã (de qua diximus) viã aperiant.Lex iubet,vt vnũ Deũ colas: Euangelici tot idola colũt, quot hæreſes fouent.Atq; ex Lutheri ſchola prodierunt Arriani,*πνευματομάχοι*, *Idola Euangelicorum.* Memnoniani, Zuingliani,Anabaptiſtę,& alij in beatã Trinitatem planè blaſphemi.Lex vetat,ne nomen Dei in vanum accipiamus; Euãgelici paſſim ad hæreſis confirmationẽ Scripturis ſacroſanctis abutuntur:neque certè poteſt quiſquã grauius nomine Dei abuti. Lex præcipit ſanctificationem Sabbati:Euangelici volunt omnes dies æquales, ac ſimiliter feſtos: imò reperiuntur, qui ne natalem quidẽ Chriſti celebrare volunt.Lex mãdat honorẽ parentum:pa- *Sabbati apud Euangelicos contemtus.* rentes autẽ Chriſtianis ſunt nõ naturales modò,ſed & Chriſtianę religionis ac reipublicæ præſides: quorũ pæne omnis apud populum ex libris & concionibus Euangelicorũ auctoritas vileſcit. A *Obedientia cur pæne nulla erga magiſtratus in populo Euangelico.* quibus omnia Eccleſiæ, & Romani Pontificis decreta cõuelluntur. Docemur etiã ab Euangelicis,ciuilis magiſtratus decreta cõſcientias noſtras non conſtringere. Quid?quòd Lutherus doceat, nullã debere eſſe inter Chriſtianos poteſtatẽ,aut ſuperioritatem:
Lib. de ſecu- vnumquemque enim alteri æquè ſubiectum.Iam audi & aliã eius *Lutherus.*
lari poteſtate. contra principes cotẽ:*Veſtram*,inquit,*tyrannidẽ & libidinem homines neque volunt,neq; poſſunt tandẽ perpeti.Itaque vobis iam conſulite*.Idem profitetur, nullã aliam eſſe remedij ſpem,niſi reuocato libertatis Euangelio,ſecundũ ipſum,ſemel extinctis omnium hominũ legibus,omnia iudicemus,& regamus.Nullũ enim magiſtratum,imò nec Angelum è cælis habere poteſtatẽ,vel auctoritatẽ legẽ vllam Chriſtianis præſcribendi,præter quã quod ipſi vltro libenter amplecti & habere velint. Siquidẽ Chriſtianos ab omnibus immu-
De captiuit. nes eſſe.Paullò poſt generoſus huius doctrinæ fructus per ruſti-
Babylonica. ços,& Anabaptiſtas in Germania erupit,populo Euangelico no- *Ruſticorum tumultus in Germania & cædes.* uam legẽ Agrariã poſtulante,nec minus ſe iniuſtè per nobilitatem ab agris,quàm prius per Clerum à calice depulſum paſſim clamitante.Hic tumultus abſumſit nobis cẽtum millia Germanorum. *Seditiones Euangelicorum in Anglia.* Nihil hic dico de ſeditionibus illis Euangelicorum in Anglia,regnante Edouardo ſexto, aut nefaria illa per Viatũ aduerſus Ma- *Thomas Viatus.*

riam

riam coitione: nihil de recentibus Scotiæ motibus. Vbi, vt ab iis, qui fide digni ſunt, audiui, tãta rabie monaſteria depopulati ſunt, vt ipſas etiã arbores in pomerijs radicitùs euerterint. Taceo de luctuoſa iſta hodie in Gallia ſeditione: quam quidã, nec ſine cauſſa, Caluini tumultus appellat. Tradũt enim Bezam Caluini dictatis, conſilijsq́; inſtructũ, primùm regnante Henrico, perturbare omnia cœpiſſe, ac in Germaniam profectum, vt principes ab amicitia, fœdere, & ſocietate Henrici abalienaret, eosq; in Gallos immitteret. Quo mortuo, noua, & ad omnẽ poſteritatem exſecrãda in necem Franciſci Regis conſilia cũ factione ſua in Gallia cepiſſe: diem & locum tam horrendæ cædi deſignaſſe. Deinde verò cum paullo pòſt Franciſcus viuere deſijſſet, ad concitandã Amboſianã coniurationẽ, mutata veſte, per Galliam diſcurriſſe: Poltroniũ denique, ſceleratum illum hominem ad Guiſianum Ducem nefariè occidendum ſubmiſiſſe. Quæ an vera ſint omnia, non habeo pro certo dicere. Illud autem affirmare poſſum, hæc ſcriptis quibuſdam tam Gallicis, quàm Latinis publicè editis, in Bezam vniuerſa conferri. Quorum an fuerit conſcius, ipſe viderit; & hanc notam ſibi inuſtam, ſi voluerit & potuerit, deleat. In cõfeſſo certè eſt, ipſum in hac funeſta ſub Carolo factione, cruentisq́; tumultibus armatum in Euangelico exercitu præconem egiſſe, faceſque horrendo huic incendio addidiſſe. Iſtius verò factionis exſecrandę in Deum & eius Sacramenta, in Sanctos & eorum Imagines, in Diuorum, Regum, & Principum ſepulcra & cineres flagitia atq; ſacrilegia, inq; Catholicos inauditam cędem vir doctiſſimus Claudius Sanctius patrio idiomate nuper graphicè depinxit. Apologetici tamẽ clamant, habere principes propter hoc Euangelium *populum obſequentiorem, nullibi principem magis coli, nullibi populum minus tumultuari, nullibi rempublicam aut Eccleſiam tranquilliorem: putidũ eſſe, cùm noua & recentia crimina nulla eſſent, obſoletis mendacijs inuidiam facere.* Sed nimium, magnoque ſuo malo ſentit orbis, ſeditionẽ non eſſe aut nouam, aut raram, ſed quotidianam inter Euangelicos. Quæ vtinam in ſola corpora ſæuiretur. Prima enim & primaria peſtis eſt animarum, in quas peſtiferâ iſtâ doctrinâ, infinita quadam depopulatione Euãgelici graſſantur. Mox corpora quoque ſuorum in apertum exitium per horrendas ſeditiones præcipitant. Vix enim fieri poteſt, vt, qui Eccleſiæ ſemel imperium reiecerunt, magiſtratibus poſtea ciuilibus ex animo pareant. Quibus quiddam potius ſimile accidit, atque olim primo parenti Adamo. Quem cùm Deus perfecta iuſtitia imbuiſſet, omneſq; eius imperio corporis partes ſubieciſſet, eumq́; in ſumma mentis, corporisq́; tranquillitate collocaſſet; poſtquã ipſe ſemel à Dei, & corpus quoque ab ipſius imperio receſſit. Sic & magiſtratus Euãgelici, poſtquam Eccleſiæ, & Eccleſiaſticarum cõſtitutionum omne iugum, imperiumque

Tumultus Gallicus à quibus concitatus.

Beza nefaria in Regẽ conuratio.

Vide primam defenſionem Regis & Religionis: Michael. Fabric. pro Balduino cõtra Bezam. & Dubitantiũ Lindani.

Claudius Sanctius.

Apologetici.

Apol. Angl.

Seditiones non noua aut rara inter Euangelicos.

Qui rebellis eſt in Eccleſiam, vix eſſe poteſt ciuilis magiſtratus morigerus.

riumq́ue vnà cum populo reiecerunt, populum non minus ſibi poſtea, quàm Eccleſiæ prius, rebellem experti ſunt. Qui certè, reuulſa ſemel illa, quam Eccleſiæ debet, obedientia, vt nauis temone deſtituta, huc illucq́ue, quo ſuæ quemque libidinis æſtus impellit, temerè fertur: neq; ſe lubenter cuiuſquam poſtea imperio, aut auctoritate coërceri debere exiſtimat. Quem euentum ex nouo iſto Euangelio conſequuturum Leo primum, & deinde Adrianus Romani Pontifices ſtatim ab illius exortu prudenter proſpexerunt, & Germaniæ principes ea de re admonuerunt. At huius Euangelicæ doctrinæ promulgator, cùm legitimas & ſalutares Eccleſiæ indulgentias abrogaſſet; pro ſua Pontificia amplitudine, ac liberalitate, admirabiles quaſdam de ſuo conceſſit, quibus cælum ſtatim morituris promiſit, qui in delendis Epiſcopatibus, *Lutheri indulgentia.* collegiis, ac monaſteriis ſtrenuam operam nauarent. Iam quoties impingitur in illud de falſo teſtimonio non ferendo præceptum? cùm patres & ipſas Scripturas flagitiosè deprauant, & pro ſe detorquent, à quibus contra eos graue, & firmum teſtimonium datur. *Falſa teſtimonia.* Lex adulterium morte vindicat. Euangelici turpiſſimum totius adulterij genus, quo virgo Deo dicata, Chriſto ſponſo fidem datam frangit, & Monachus Monachæ nefario inceſtu conſociatur, *Adulteria & nuptiæ inceſtæ.* præclaro nuptiarum velamine tegunt ac ornant, illasq́ue pro ſuggeſto palàm defendunt: vt nihil habeant, quo inde glorientur Apologetici, ſi proſtibula, quæ Eccleſia, licet *Proſtibula.* non probet, dolenter tamen vt multa alia tolerat, aboleuerint; cùm peiora lupanaria domi alant, & publicis concionibus tueantur. Quos demum bonorum operum fructus ab eorum diſcipulis exſpectabis? quorum præceptores docent, neminem legi ſatisfacere poſſe: iuſtum in omni opere bono peccare; nullam mercedem bona opera manere; Chriſtianum hominem ſola fide *Opera.* iuſtificari; ac ob ſolam infidelitatem condemnandum: quíque, *Fides.* quod omnium eſt deterrimum, liberum arbitrium homini adimunt, nec minus Iudæ proditionis, quàm Paulo conuerſionis, *Voluntas.* Deum fuiſſe auctorem contendunt. Qua horrenda oratione Deum ipſo Diabolo deteriorem reddunt? Quæ verò poſt tanta *Deus.* flagitia pænitentiæ iuſtæ ſpes, cùm coryphæus ſectæ doceat, contritionem magis facere peccatorem. Quis caput pro ſalute reipu- *Contritio.* blicæ obiiciet, cũ idem ſcribat, non eſſe aduerſus Turcas pugnandum? Quod partim propter alia, partim eã illum ſapientiã ſcri- *Lutherus, cur contra Turcas pugnandum negauerit.* pſiſſe puto, vt, quia deſperabat ſectam poſſe inter Chriſtianos principes eſſe diuturnam, credebatq; principes, quos corruperat, reſipiſcere aliquando velle; imminenti Turcæ omnia impunè, & liberè occupanda relinqueret, quo vel ſub eius imperio Pſeudoëuangelium liberum curſum haberet. Hæc, & alia id genus cũ doceant Euãgelici, neceſſe eſt apud eorum diſcipulos omne virtutis

excolendæ ſtudium frigere, ac langueſcere. Quòd ſi coneris huic hominum generi tribuere, perinde facis, ac ſi (vt ille dixit) cum ratione inſanias. Hæc eſt illa lata porta, quæ, Chriſto teſte, rectà ad inferos ducit: vt neceſſe ſit eos, qui eam ſcribendo, aut concionando aperiunt, inter Pſeudoprophetas cenſeri. Catholica ſanè Eccleſia per illam alteram, & planè contrariam cælum intrare conatur. Atque vt non nego, ſed ex animo doleo, infinitos ex Catholicis ſpurciſſimam vitam agere, etiam ex iis, qui ſua virtute, ac doctrina aliis prælucere deberent; ſic apertè fateor, iſtud Apologeticorum cauſſam nihil iuuare, licet in eo exaggerando maxima parte glorioſæ ſuæ facundiæ abuſi ſint; neque propterea ſequi, Chriſti verba de Pſeudoprophetis in eis locum habere. Neque enim ex ipſo doctrinæ genere ad hanc improbitatem, cui illa tota reſiſtit (quod tamen fit in Euangelicis) proruunt. Quare omnes illæ criminationes contra Romanum Pōtificem, & Catholicos Apologeticis tuis prorſus extra modeſtiam, atque adeo omnem cauſſam effuſæ ſunt. Quæ vt non eſſent manifeſtis mendaciis (quod facile oſtendere poſſum) plenæ; niſi tamen probarent, aut ex ipſa doctrinæ ratione Catholicos malos fieri, aut ſuos non fieri, aut in hac morum contentione Euangelicorum puritatem præponderare; nihil omni hac criminatione egerunt.

Lata porta.

Malam Catholicorum vitam non ex doctrina genere prouenire.

Ex Eraſmo atque adeo Luthero oſtenditur, puriores eſſe Catholicorū, quàm Euangelicorum mores; eoſq; eſſe ſolito longe deteriores.

CAP. XXV. IRENÆVS.

NESCIO certè, quid alibi agitur: in Anglia verò Euangelici concionatores priores probitatis partes Catholicis interdū vltro deferunt. E quibus non longè ab hinc quidam in frequentiſſima concione, vrbeque celeberrima è ſuggeſtu affirmauit, tam parum bonæ fidei inter Euangelicos apparere, vt multo nuda Catholici aſſeueratione, quàm Euangelicorum ſuorum chirographis & cautionibus ſecuriorem ſe credat. De quorum candida veſte, de qua tantopere ſe venditant Apologetici, niueis moribus, & ſpiritu ab omni ſeditione (vt aiunt Apologetici) remotiſſimo; malim te ex Eraſmo, qui ſectæ principibus notiſſimus erat, & inter Euāgelicos magnam vitæ partem detriuit, quàm à me audire. *Lutheranos*, inquit, *video multos, Euangelicos aut nullos, aut admodum paucos. Circumſpice mihi populum iſtum Euangelicum, & obſerua, num minus illic indulgeatur luxui, libidini, & pecuniæ, quàm faciunt hij, quos deteſtamini? Profer mihi, quem iſtud Euangelium ex comeſſatore ſobrium, ex feroci manſuetum, ex rapace liberalem, ex maledico benedicum, ex impudico reddiderit verecundum. Ego tibi multos oſtendam, qui facti ſunt*

Euangelici concionatoris de mala fide ſuorum querela.

Eraſmi de Euāgelicorum moribus teſtimonia.

In ſpongia aduerſ. Huttenum.

Populus Euangelicus qualis.

Fructus noui Euangelij.

Epiſtola in Pſeudeuang.

ſeipſis

ſeipſis deteriores. Fieri poteſt, vt hæc mea ſit infelicitas. Mihi adhuc neminem contigit noſſe, qui non videatur ſeipſo factus deterior. Ad hæc nunquàm eorum, inquit, *Eccleſias ingreſſus ſum, ſed aliquando vidi redeuntes à concione veluti malo ſpiritu afflatos, vultibus omnium iracundiam ac ferociam præ ſe ferentibus. Sic opinor diſcedunt milites à concione Ducis ad prælium exhortati. Quis vnquam vidit in eorum concionibus quenquam fundentem lacrymas, tundentem pectus, aut ingemiſcentem?* Idem alibi. *Noui,* inquit, *Monachum, qui pro vna duxerit tres. Noui Sacrificum, qui duxit vxorem, quã poſt comperit alteri nupſiſſe. Similia multa de Monachorum & Monacharum coniugiis referuntur, qui ductas repudiarunt eodem iure, quo duxerãt. Sacerdotem Baſileæ virgis cæſum, mox vrbe eiectũ non nomino. Quid refert, quando deſierit concionari? Iſtius erat profeſſionis. Is, vt publicus ferebat rumor, & in carcere, & extra portam, cùm à carnifice dimitteretur, publice teſtatus eſt, ſe, poſteaquam ſe illi ſectæ addixerat, in omne flagitiorum genus proruiſſe. Quid de tota ſecta dixerit, non referam.* Et quoniam Apologetici ſuos tam accuratè à ſeditione purgant, accipe Eraſmi de hac re teſtimonium. *Populus,* inquit, *iſte tam Euangelicus, etiam Turcarum Principi dicitur deteſtabilis, quem ait ſeditioni natum. Quos ſubinde tumultus excitat? quoties, quàm leuibus de cauſſis procurrit ad arma? ne ſuis quidem Eccleſiaſticis ſatis obtemperans, niſi dicant blanda auribus; profligaturi etiam, ſi liberius in vitam eorum inuehantur, aut ab opinione diſſentiant. Initio tantum non Deus erat illis Lutherus, nunc iiſdem prorſus delirat, quòd nouum de Euchariſtia dogma non recipiat.* Et rurſus: *Sed quamobrem tantopere nunc horrent ſeditionis vocabulum, quum Lutherus ſcripſerit, eam eſſe Euangelij peculiarem naturam mouere ſeditionem, celebreturq́; Zuinglij dictum: Euangelium vult ſanguinem.* Nec ſcripſit modò, ſed & re ipſa declarauit in grauiſſima illa Heluetiorum ſeditione, quã ſua doctrina præceptisq́; quaſi claſſico excitarat, cum aliis in eodem motu deprehenſus & occiſus. Quare & illud meritò cõtra Apologeticos tuos ex Eraſmo addo: *Nec illud,* inquit, *abſque riſu legetur, quod aiunt ſe à ſeditione longè lateq́; abhorrere.* De toto denique hoc Euangelio pronunciat, *adeo per illud non corrigi homines, vt potius videantur deteriores, nec fieri vt peccare deſinant, ſed vt peccẽt impunitius.* Atq; iſta quidem Eraſmi teſtimonia, quæ ſola, vt ego nihil aliud attuliſſem, vaniſſima Apologeticorum mendacia abundè confringunt; nulla iuſta ratione infirmare, aut labefactare iſti poterunt; tum quòd vera ſint, tum quòd à confeſſore Euangelico profecta, ſi Foxi Catalogo credimus, quem ab Apologiæ huius contexendæ conſilio non abfuiſſe arbitror. Quales autem, & quàm non lætos, aut iucundos, ſed triſtiſſimos atque acerbiſſimos fructus orbis hodie demetat, ac percipiat ex hoc nouo Euangelio, tum alij præter Eraſmũ multi, tum ante paucos menſes cultiſſima, & ornatiſſima, ſed eadem veriſſima epiſtola ſereniſſimę Anglorum Reginæ dicata abundè explicuit

Conciones Euãgelicæ.

Ad fratr. infer. Germania.

Monachus Euangelicus eodẽ tempore trigamus.

Nuptiæ apoſtatarum Euangelicorum quales.

Sacerdos Euangelicus virgis cæſus Baſileæ.

In li. in Pſeudoeuang.

Populus Euangelicus quàm ſeditioſus.

Ad fratr. infer. Germaniæ.

Lutheri et Zuinglij teſtimonia de ſuo Euãgelio.

Zuinglius bellator Euangelicus.

In Hiperaſpiſte ſecund.

Quintum Euangelium deteriores reddit homines.

Eraſmus inter Confeſſores Euangelicos in Kalendario Foxi.

Hieronymus Oſorius.

plicuit Hieronymus Oſorius. Qui, ſi cum Eraſmo parum apud iſtos ponderis habeat, accerſam ad dictionem teſtimonij ipſum ſectæ Coryphæum. *Mundus*, inquit, *fit deterior. Sunt nunc homines magis vindictæ cupidi, magis auari, magis ab omni miſericordia remoti, magis immodeſti & indiſciplinati, multò que deteriores, quàm fuerunt in Papatu.* Et alibi ſuos obiurgans, dicit: *eos decies Sodomitis peiores.*

Lutheri de corrupta Euangelicorum moribus teſtimonia.

In poſtil. ſuper Dominica 1. aduent.

Eraſmus.

Nonne Lutherus, inquit Eraſmus, *coactus eſt viſitatores mittere, qui populum in omnem licentiam ruentem cohiberent? Nonne idem dixit, ſe malle priſtinum Papæ, & Monachorum regnum, quàm hoc hominũ genus ſub Euangelij prætextu in Sogdianorum vitam ſeſe proripientium? Nonne idẽ ſuis ad me litteris deplorauit Melanchthon? Nonne idem in colloquio faſſus eſt Oecolampadius?* Quare vel ſolus Lutherus efficit, ne Apologetici nimium de ſua candida veſte glorientur. Quam ita denigrauit, vt multo lixiuio ad tãtam labem eluendam opus ſit. Quæ certè, niſi totius vitæ ac opinionũ mutatione, & acri pænitentia, nunquam eluetur. Neque omni ex Anglia noſtra contra Apologeticos præſidio deſtituimur. Audi enim ipſum Foxum ita optantem: *Vtinam, inquit, ij ipſi, quos nos maximè pro Papiſtis nauſeamus, in multis ciuilis officij partibus multos non præterirent, qui tantopere Euangelij titulo nobis adblandimur.* Quod ſi iſti omnes nihil vnquam ita litteris prodidiſſent; nonne inmoderata & effuſa iſta viuẽdi dicendique libertas, qua effrenatè ad omnia nefaria dicenda, faciendaq; Euangelici feruntur, omnibus aliis tacentibus, reipſa & tantum non voce emiſſa, hęc à me veriſſimè, illa ab Apologeticis falſò dici, palàm loquitur? Quare quantumuis Apologetici & alij *Euangelium, Euangelium, verbum Dei, verbum Dei* crepant (vt olim falſi illi apud Iudæos Prophetæ; *templum Domini; templum Domini*) certè fructus qui ex eo percipiuntur, de quibus iam ſatis diximus, non hoc eſſe Chriſti Euangelium apertè oſtendunt. Quod mihi quidem videtur ſimile arboribus illis iuxta mare mortuum in Iudæa, quas tradunt adſpectu pulcherrimas: quarum tamen fructus, ſi decerpas, fauilla & cinere plenos reperies.

Eraſ. ad fratres inferioris German.

Melanchthon.
Oecolampadius.

Apologeticorum veſtis candida atro carbone à Luthero notata & vndique denigrata.

Foxi contra Apologeticos pro Catholicis teſtimonium.

Quintum Euangelium inſtar arboris quæ fruct⁹ caducos parit.

Aug. de ciuit. Dei cap. 5. lib. 21. Egeſipp. lib. 4.

Quàm falſè, & ineptè, idq; ad totius Kalendarij ſui ſubuerſionem, Foxus retulerit Eraſmum in ſacroſanctos illos ſuos faſtos.

CAP. XXVI. CRITOBVLVS.

De Eraſmo quid vulgò ſeratur.

QVALESCVNQVE ſint viuendo Euangelici, aut qualecunque ſit Eraſmi, aliorúmue de eis teſtimonium, non videtur certè Eraſmus in dogmatis valde ab eis diſſentire; de quo noſti vulgò illud iactari: ant *Eraſmus Lutherizat, aut Lutherus Eraſmizat*, vt non ſine cauſſa Foxus eum in ſuum Catalogum retulerit. Quem conſtat Apologeticos adeo præ oculis ferre, vt ſingulæ ipſorum Eccleſiæ,

cleſiæ, illius in Euãgelia paraphraſes veſtra lingua redditas, conſpicuo quodam loco omnibus ad legendum obuias,& expoſitas habere cogantur. Et memini, me aliquando varia teſtimonia ex Eraſmi libris per Euangelicos corraſa legiſſe, quibus apparebat Eraſmum Euangelicis coniũctiſſimum, eademque omnino cum illis ſenſiſſe. IREN. Non eget meo patrocinio ad ſui purgationem Eraſmus contra Foxi tui calumnias. Cui, eiuſque Pſeudoëuangelio pro glorioſa iſta apotheoſi quantam rurſus gratiam ap ponat,& quàm egregiè ab iſtis mendaciis ipſe ſe vindicet, ab ipſo potius, quàm à me intelliges. *Ante triennium*, inquit, *teſtatus ſum in coronide addita colloquiis familiaribus Louanij, me ab ea factione alieniſſimum & eſſe,& ſemper futurum. Nec ipſe ſolùm abſum, verùm amicos, quoſcunque potui, vt eadem facerent, pro mea virili ſum adhortatus, & adhuc adhortor, nec id facere deſinam. Non indixi bellum Romano Pontifici, non ſcripſi poſtillam in bullam Pontificis, non profeſſus ſum me protectorem Lutheranæ factionis, non aduerſatus ſum edicto Cæſaris.* Atque ibidem; *Conſtat Græciam in Romani Pontificis poteſtatem conceſſiſſe. Et ſi principatus Pontificis non eſſet à Chriſto, tamen expediret vnum eſſe, qui ceteris auctoritate præemineret. Qui Luthero fauere videntur, modis omnibus conati ſunt, me in ſuas partes trahere. Qui Lutherum inſectantur, conati ſunt me in illius factionem propellere; paſſim in publicis concionibus odioſius in nomen meum debacchantes, quàm in ipſum Lutherum. Ego tamen nullis machinis à ſtatu mentis meæ dimoueri potui. Chriſtum agnoſco, Lutherum non agnoſco, Eccleſiam Romanam agnoſco:* Et aliquanto pòſt; *Quod aduerſetur dignitati ſedis Romanæ, certo certius habeto non eſſe profectum ab Eraſmo, quocunque titulo circumferatur.* Alibi verò: *Prophetarum*, inquit, *vaticiniis prædictum erat futurum, vt gentes, relicto Dæmonum cultu, verum Deum agnoſcerent, quemadmodũ & de Iudaicis cæremoniis prædictum erat, futurum vt ad coruſcantem Euangelij lucem, velut vmbræ, euaneſcerent. At in his, quæ vos conuellitis, quid, obſecro, vel abſurdum, vel ridiculum? Aut quis vnquam Prophetes prædixit hoc futurum, vt totus orbis ignoraret Chriſtum ab Apoſtolis prædicatum, ac pro Deo coleret idola: tum quotquot in Apoſtolorum vicem ſucceſſerant, excæcati nihil viderent in ſacris litteris; deinde poſt mille trecentos annos à neſcio quibus nouis Euãgeliſtis ad virtutis cognitionem reuocaretur.* Et alio quodam libro: *Quum doceant ſummam impietatem & idololatriam eſſe adorare Euchariſtiam, quod factum eſt ante ætatem Auguſtini & Cypriani, &, vt eſt credendum, ab ipſis traditum Apoſtolis, nónne damnant totam Eccleſiam? confugiant ipſi ad illam nulli cognitam Eccleſiam, ſub cuius titulo, cuiq; liceret, quod libet. Si quid tribuendum externis quoque indiciis, mihi tot patrum, tot Conciliorum & orbis Chriſtiani conſenſus pro oraculo eſt, maximè cum & Scripturæ ſtent à nobis. Nemo*, inquit, *obligatur ad confitendum Sacerdoti, Pontificum præſcriptiones de ieiuniis ac delectu ciborum reiiciendæ ſunt. Non eſt, quod*

Tt quiſquam

Eraſmus quãnto in pretio apud Apologeticos in Anglia.

Eraſmus à factione Euangelicorũ ſe alieniſſimum eſſe profitetur.

In ſpõgia aduerſ. Huttenum.

Eraſmi lib. 16. Epiſtola 11.

Eraſmi ſentẽtia de Romani Pontificis auctoritate.

Aduerſ. Pſeudoeuang.

Hoc nouum Euãgeliũ nemo Prophetarum prædixit orbem illuſtraturum.

Euchariſtia adoratio.

Ad fratr. inferi. Germaniæ.

Euangelicorum Eccleſia.

Euangelicorum pernicioſa dogmata.

quiſquam ſeſe maceret operibus ſatisfactoriis. Nec ad ſalutem refert, bona an mala ſint opera noſtra, tantùm crede illum pro te redimendo mortuũ, & ſaluus eris, qualiacunque fuerint opera tua. In Euchariſtia non eſt niſi panis & vinum. Pontificum & Epiſcoporũ ſanctiones non obligant quenquam. Vota vt ſuſcipienda non ſunt; ita reſcindenda ſunt, quæ ſuſceperis. Ius contrahendi matrimonij nullius auctoritate cuiquam poteſt interdici. Hæc aliaq́ſ ſimilia prima ſpecie blandiuntur auribus; ſed etiam atque etiam vidẽdum, ne poculum melle prælitum habeat aconitum diſſimulatum. Iam quis ignorat Eraſmum cũ ipſo ſectæ architecto congreſſum, ſeruumq́; ipſius arbitrium oppugnaſſe? Et vt veniamus ad ea, de quibus hoc quatriduo diſſeruimus.

Inuocatio Sanctorum.

Frequenter, inquit, *hoc inculcant, mirè gloriantes noui huius dogmatis auctores, à ſolo Chriſto petendam ſalutem; quaſi petamus à Diuis, aut ab Imaginibus, aut à Sacrificiis ſalutem. Atqui cùm peccator ſibi ipſi diſplicens, nondum tamen valens à vitiis recedere, ambit piorum hominum preces, vt per illos impetret bonam mentem, num ab alio petit ſalutem, quàm à Chriſto? Non ab alio, ſed per alium. Idẽ dici poteſt de Diuis.*

Sanctorum miracula.

Eos etiam reprehendit, qui, vt Magdeburgenſes tui factitarunt, Sanctorum miracula nihil aliud, quàm præſtigias Dæmonum dixerunt.

Statuæ.

Excuſſæ ſunt, inquit, *è templis ſtatuæ; ſed quid refert, cùm nihilo ſecius in animo colantur idola viciorum? Nec video,* quo conſilio quidam tanto ſtudio demoliti ſint Imagines, niſi vt eſſet conſpirationis ſymbolũ. Interim obtenditur horrendum Idololatriæ crimen. Sed quis nunc eſt tam lapis, vt putet lapidibus ac lignis ineſſe ſenſum? Et, ſi qui tales ſint, quantulum erat negotij, docere populum, Imagines ad hoc tãtum repertas, vt imperitis memoriam adiuuent?*

Contra Pſeudoeuãgelicos.

Eraſmi iudiciũ de Catholica hodie Eccleſia.

Et vt totum Eraſmi iudiciũ de Catholica Eccleſia tribus verbis explicem: *Si Paulus,* inquit, *hodie viueret, non improbaret, opinor, præſentem Eccleſiæ ſtatum; in vicia hominum clamaret.* Nũc accedamus ad glorioſos iſtos Apologeticorum & Foxi Martyres atque Confeſſores; & experiamur, an & de illis quoque ſententiam aliquã Eraſmi elicere valeamus. Nec hîc quidem deſtituimur, & tali, vt, cùm eam audierit Foxus, eum credam ſtatim iracundia arſurum, & Eraſmi nomen ex Sanctorũ iſto Catalogo prorſus obeliſco deleturum. Irridet enim planè hanc omnem Foxi tui ſiue pietatem, ſiue prudentiam, & in tam prolixo Catalogo conficiendo diligentiam.

Contra Pſeudoeuãgelicos.

Eraſmus quid ſenſerit de Pſeudomartyribus quinti Euãgelij.

Scio, inquit, *multos non ſine riſu lecturos, quòd ſuos Martyres conferũt cum priſcis Eccleſiæ Martyribus, qui ſanguine ſuo teſtimonium reddidere Chriſto. Si illos rectè conferunt cum Stephano & Laurentio, meritò Cæſar conferendus eſt cum Nerone, Diocletiano & Maxentio.*

Ad fratr. inferior. Germ.

Pſeudomartyres Euangelici cum antiquis Chriſti Martyribus ridicule collati.

Et in eodem rurſus libro: *Vix temperabam à riſu, quoties ſeſe Chriſto & Apoſtolis, Martyribuſq́; comparãt; quod ſubinde faciunt.* Quod vt verè ac feſtiuè ſcripſit Eraſmus; ita ſanè, vt ego tibi meos quoque affectus prodam, ſæpe cùm aut lego, aut recolo Satanicam iſtorum ſuperbiã, qui Satanæ Martyres cũ Chriſti Martyribus conferunt, aut potius (quod ſcio Foxum tuum facere)

cere) præferunt; lacrymas continere non poſſum. Etſi enim tam impia & ridicula ſit iſtorum actio, vt,ſi hodie Democritus & Heraclitus viuerent, quorum alter ſemper ferè riſiſſe, alter ploraſſe memoratur, ridendi & plorandi vberem quandam materiam adipiſcerentur; eſt tamen hoc non tam comica cataſtrophe, quàm luctuoſa quædam tragœdia, nullis lacrymis ſatis excipienda. Iam cùm Pſeudomartyres ob nullam magis cauſſam in certum ſe corporis,animæque exitium deuoluunt,quàm quòd rectam de Romanæ ſedis auctoritate, Euchariſtiæque fidem agnoſcere detrectent; Eraſmus profitetur ſe, ne morte quidem à Romana ſede auulſum iri,& malle potius *membratim diſcerpi,quàm* vt iuſtam aliis præberet anſam,qua ad Zuinglianam perfidiam proruant. Atque alibi: *Pro Luthero*,inquit, *proq́ Lutheri paradoxis non dum eſt animus mortem oppetere. Optarem eſſe Chriſti Martyr, ſi vires ipſe ſuppeditet; Lutheri Martyr eſſe nolim.*

Democritus. *Heraclitus.*

Vide Epiſtolam ad Pellicanum. *Eraſmus Romanæ ſedi quã fuerit addictus.*

In ſpong. aduerſ. Huttenum. *Eraſmus noluit eſſe Martyr Lutheri.*

Ioannem Picum Mirandulam immeritò in Kalendarium Foxi eſſe relatum: & totum iam Foxi Catalogum eſſe exinanitum, exactis inde Anabaptiſtis per Lutheranos & Zuinglianos, Zuinglianis verò per Lutheranos, vtrisq; deniq; per Eraſmum & Picum Mirandulam.

CAP. XXVII. CRITOBVLVS.

VIDEO Eraſmum à ſenſu,iudicioq; Euangelicorum diſiunctiſſimum. At is tamen fuit præcipuum noſtræ Germaniæ ornamentum. Doleo igitur me hactenus leuiſſimum quemque in religionis ratione conſtituenda & ſequẽda potius principem ac ducem mihi propoſuiſſe, quã tantum virum, cuius præter cõmunis patriæ ſocietatem, præſtãtes ingenij atq; doctrinæ dotes me ad ſe totum attrahere ac rapere debuiſſent, *ſi*, quod à Poëta dicitur,

Mens non læua fuiſſet.

Nec quicquam iam mihi occurrit, quid ſequutus Foxus Eraſmũ huic Catalogo adſcriberet, quem is ita conturbauit & deformauit, vt videatur Foxus præuaricatorem ſe potius cauſſæ appoſuiſſe, quàm Euangelicorum patronum, quum Eraſmum apponeret. Iuſtiorem forſan facti ſui rationem habet in Pico Mirandula, propter quædam contra tranſubſtantiationem,& adorationem Crucis, aliaque illius dogmata, non ſatis cum Catholica fidè coniuncta. IREN. Illuſtris igitur ille orbis & circulus igneus, qui diuinitus parientis matris cubiculum illuſtrauit, & ſupra familiæ claritatem,ac fortunæ bona, raras corporis dotes,& totius virtutis diſciplinarumque omnium ſplendorem; atque magnitudinem,ad quam poſtea peruenit (vnde meritò cognomine Phœnix appellatus eſt) felici omine præſagiebat, nihil aliud quàm hæ-

Frãciſcus Picus in vita Ioannis Pici.

Picus Mirandula.

Circulus igneus cubiculum, vbi & quãdo in lucem editus Picus eſt, illuſtrauit.

reticum nobis hominem deſignaſſe videbitur? Quale felix & læt.m omen in ſanctiſſimo, qui hodie Eccleſiam moderatur, Pontifice lux illa, quæ ipſius cunas, cubiculumque ita nocte illuminauit, vt candelam à nutrice extinctam, ipſa ad rei nouitatem obſtupeſcente, accenderet, nobis, Catholicæque ſuæ Eccleſiæ optimis, vt ſperamus, auguriis oſtendit. Quæ videri poteſt non tam dignitatis magnitudinem (quam ſummam in rebus humanis adeptus eſt) quàm diras illas peruerſæ doctrinæ tenebras, quæ Europæ his quadraginta amplius annis horribiliter incubuere, propediem, & per eum præcipuè, depulſum iri; & Catholicā doctrinam tenebricoſo iſto & horrido Lutheri, Zuinglij, & Anabaptiſtarū Euangelio pœne obrutā, emerſuram rurſus, & veritatis ſuæ radios lōgè lateq; en iſſuram portendiſſe. Quod partim iam impletum eſt per ſacroſancta Tridētinæ Synodi ſub ipſo tandem feliciter abſolutæ decreta, partim vberius, vt ſpes eſt, Pij Pontificis, Imperatoris, & reliquorum Catholicorum Regum auſpiciis, ac cura Epiſcoporum; denique totius Catholicæ Eccleſiæ cleri diligentia, ſtudio, doctrina, vitæq; ſanctioris clariſſimis exemplis (omnibus ad accuratam vitæ degendæ rationem iuxta Tridētinæ & veterum Synodorum Canones enixè contendentibus) propediē implebitur. iam, vt ad Picum redeam, clariſſimum illud, eo naſcēte, lumen lubens amplector; horrendas iſtas ſordidæ atq; impuræ doctrinæ, mendaciorumq; tenebras, quibus Foxus tuus totus obducitur, penitus horreo. Nihil enim illi cum Pſeudomartyribus. Nam nihil vnquam lōgius à cogitationibus Pici abfuit, quā vt vel in minimo Eccleſiæ dogmate ab illius decretis recederet. A quibus vt nunquam diſceſſit, ita, ſi vitam ei Deus prorogaſſet, peculiari quodam & accurato opere omnes hæreſes, quæ alicubi à Chriſto nato ortæ fuerāt, euertere cogitabat. Sed videamus, quid illi in vita, vel in morte cum hæreticis & iſtis Pſeudomartyribus, & fictis confeſſoribus commune fuit. *Propriam ille carnem illis diebus potiſſimum, qui Chriſti cruciatus & mortem noſtræ ſalutis gratia repræſentāt, in ſummi illius beneficij memoriam, delictorumq; expiationem flagello cecidit.* At non credo Foxum in præclaro iſto Catalogo ob hanc eum cauſſam collocaſſe. Fratres Prædicatores, quos iſti omnes deteſtantur, adeo non eſt auerſatus, vt, antequam moreretur, in animo habuerit illi ſe ſocietati addicere. Sed nec hāc ſatis idoneam cauſſam puto, cur inter Euangelicos Diuos referatur. Pico, cùm ægrotaret, poſt ſumtum Euchariſtiæ Sacramentum, *ſigillum crucifixi, vt inde plenos amoris hauſtus ob ineffabilem illius paſſionis ſalutis noſtræ gratiâ memoriam, priuſquam animam exhalaret, ſumere poſſet, oblatum eſt, fortiſſimum aduerſus quæcunque aduerſa munimen, validiſſimumq; contra iniquos Dæmones propugnaculum. Interroganti mox ſeniori, an firmiter crederet, veram eſſe illam veri Dei, veriq; hominis Imaginem;*

Vide Onuphriū in addit. ad Plat.

Lux diuinitus miſſa in natiuitate Pij 4. Pōtifici Opt. Max. quid portēderit.

Picus ſcripturus erat, ſi vixiſſet, contra omnes hæreſes.

Picus in memoriam paßionis Chriſti ſe flagellare ſolebat.

Picus voluit ſe addicere ſocietati fratrum Prædicatorum.

In morte vt Picus ſe geſſerit.

Sigillum crucifixi.

Franciſcus Picus Mirandula.

ginem; non modò ſe credere, ſed & certum eſſe reſpondit. Hæc his de eo
verbis nepos eius Franciſcus. Sed nec ob iſtud, credo, Foxus hoc
eum Catalogo dignatus eſt. Sic enim reliquos pæne omnes, eos
præſertim, quos tu heri viſus es valde efferre, quòd cùm more-
rentur, ne adſpectum quidem Crucis ferre potuerant, nec ſibi
temperare, quin dentibus, cùm nihil aliud potuiſſent, eam diſcer-
perent, Pſeudomartyres & ementitos Confeſſores ex egregio i- *Foxus cur Picu*
ſto Diuorum albo inducere, atque abolere oportet. Quid ergo *in ſuum Catalo-*
ſequutus tanta eum prærogatiua ornauit? Certè quia non ſatis *gum retulerit.*
cum quibuſdam Scholaſticis conuenire viſus eſt de modo ado-
randæ Crucis; tum quia affirmauit, non repugnare diuinæ poten-
tiæ, *vt ſit in Eucharistia ſine panis eſſentia panis exſiſtentia*, vt eã appel-
lat; &, *ſicut corpus Chriſti præſens eſt ad accidentia, quæ in nullo ſunt ſub-
iecto, præſens ſit ad illa accidẽtia, quæ exſiſterent in panis exſiſtentia*. Hæc
& ſimilia tantum apud Foxum potuere, vt ex Catholico hæreti-
cum & Euangelicum Confeſſorem fingeret. Verùm cur ille non
recordatur, nihil hic contra fidem Catholicam credendum, ſed,
qualiacunque fuerunt, inter doctos, vt vſuuenire ſolet in Acade-
miis, diſputanda ab eo, tum feruido iuuene & tyrone, propoſita. *Pici fides de*
Sed non opus habet Picus me patrono. Ipſe ſe contra vulpinam *Eucharistia.*
iſtam aſtutiam atque improbitatem aſſerat & defendat. *Cum Ec-
cleſia*, inquit, *firmiter teneo, quòd accidentia Sacramentalia de facto ſint
ſine ſubiecto*. Qua vna voce omnem hunc Pſeudomartyrum Ca-
talogum ita diſſipat, vt iam liceat veteribus & veris Eccleſiæ Mar
tyribus in poſſeſſionẽ, vnde per Foxum deiecti ſunt, reuerti. Au-
di rurſus; *Concluſio*, inquit, *quæ negat adorandas Imagines formâ Ec-* *Imaginum ado-*
cleſiæ conſuetâ, non ſolùm eſt ſcandaloſa, vel piarum aurium offenſiua, ſed *ratio.*
ſimpliciter hæretica. Quid? an non & iſta quoque digna Pici vox,
omnes ferè tam Lutheranos, quàm Zuinglianos Pſeudomarty-
res hæreticos pronunciat? Audi præterea: *Examinabunt*, inquit,
*hæc deinde & alij viri docti & inſignes, & apud noſtras & apud exte-
ras Academias, iudicabit ſancta ſedes, & ſedens in ea Innocentius octa-
uus, cuius iudicium negligere & violare nefas. Ipſe iudex ſupremus in ter-* *Primatus Roma-*
ris, qui eum refert, qui iudex eſt viuorum & mortuorum. Ipſe promtua- *ni Pontificis.*
*rium arcanumq́ veritatis, qui eius agit vices, qui eſt ipſa veritas, & ca-
ro factus habitauit in nobis, vt veritatem nobis annunciaret*. Audi deni-
que eundem: *Oro, obſecro, obteſtor amicos & inimicos, doctos & in-
doctos, per viſcera Ieſu Chriſti Domini noſtri, per mirabile deſcenſus eius
ad inferos myſterium, per æternum damnatorum ignem, qui non extin-
guitur, hæreticis præcipuè & ſacroſanctæ Eccleſiæ hoſtibus debitum, per
veri & myſtici corporis, ſanguinisq́ Chriſti Sacramentum, per Dei omni-
potentiam, per exhibendam merito filij eius, & coheredum Imaginibus
reuerentiam; legant ſine liuore, ſine inuidia, quæ nunc ſcribimus. Priora,
ideſt, ipſas propoſitiones non enarratas, non explicatas non legant: quando*

Nullus Pſeudomartyrũ in Foxi Catalogo eam, quam Picus & Eraſmus, fidem eſt profeſſus.
Apologetici.

inter doctos eas propoſuimus diſputandas, nõ paſſim legendas omnibus publicauimus. Edat iam mihi Foxus vel vnũ ex omni hoc Catalogo Pſeudomartyrem, cuius de his rebus ſententia cum Eraſmi & Pici iudicio coniungatur: ſed ſcio non poſſe. Quare aut illos omnes, aut iſtos expungere eum oportet. Et videtint iam Apologetici, quantam ſtragem à tanto & tam intimo amico acceperint: cui tamen meritò iraſci non debent. Pari enim fide atque dexteritate ille Eraſmum ac Picum in hunc Catalogum congerit, atque illi prius monſtroſa metamorphoſi ornatiſſimum, doctiſſimumque Hoſium in Suencfeldium commutarunt. Quòd ſi iam rem, vt par eſt, animo tecum reputare velis, totus hic Catalogus exinanitus planè eſt. Suencfeldianos enim & Anabaptiſtas tam Zuingliani quã Lutherani, Zuinglianos Lutherani, Lutherani Zuinglianos, vtroſque non tam reliqua Catholica Eccleſia, quàm, ipſo Foxo iudice, Eraſmus atque Picus hinc protrudunt. Quos ſolos iam ſupereſſe video, qui non cum inferni iſtis Diuis, ſed cum Chriſto & antiquis Eccleſiæ Martyribus atque Confeſſoribus, vt ſperamus, feliciter conregnant. Qui certè non magis ad hunc Foxi Catalogum pertinent, quàm columbæ inter coruos, aut oues inter lupos referantur. Atque hîc mihi ad illius prudentiam, quem veteres ſcriptores commemorant, quàm proximè videtur accedere, qui, quoties naues mercatorum appuliſſent, valde exſiliebat, & effuſo quodam eas gaudio excipiebat, ſtolidè fingens, & iactitans omnes merces vndecunque importatas ſuas eſſe. Atque vtinam Foxi iſta ſtultitia non haberet maius aliquod periculum ſecũ coniunctum, quàm hábuit illa illius. Non valde ei, quantumuis ſe efferret de incomparabili hoc theſauro, inuideremus: Nec iã inuidemus, ſed deploramus potius craſſiſſimam quandam ſtultitiam, quæ tamen comitem habeat inſignem, quod dolemus, impietatẽ.

Catalogus Foxi exinanitus.

Porus videtur mentis parum ſanæ.

Athenæus lib. 12.

Euãgelici Pſeudomartyres Satanæ athletæ.

Eraſmum itaque, & Picum, &, ſi qui ſint ſimiles, huic Foxi Catalogo detrahemus. Reliquos verò iſtos Pſeudomartyres, vt inſignes Satanæ athletas, manere vel inuiti patiemur. Quos etiam ardentiſſimo certè voto, & ſtudio, ſi liceret, eximeremus. Sed cùm & vixerint, & mortui ſint (quantum ad eos iudicandos humana ratione penetrari poterit) ab Eccleſia Catholica ſeiuncti, eiuſque grauiſſimi hoſtes; etſi doleamus de tanta illorum cæcitate, deque tot corporum & animarum ſempiterno interitu: id tamen, quod res eſt, ad Catholicæ Eccleſiæ & verorum Martyrum dignitatem tuendam, atque contundendam miſeram iſtam Foxi, & Apologeticorum véditationem fateri cogimur; vniuerſos videlicet, tam Zuinglianicæ, quàm Lutheranicæ ſcholæ ſectatores, qui pro nouo hoc Euãgelio aſſerendo, tam deſperatè & perditè vitam ſuam proiecere, nihil aliud eſſe, quàm egregios quoſdam Satanæ milites. Neque enim talium præceptorum, Lutheri, inquam, & Zuin-

glij (qui damnatarum hæreſeôn principes fuere) diſcipulis veri Martyrij laudem tribueris, qui in erroribus & pro erroribus magiſtrorum ſuorum, idque penitus contraria docentium, obierunt. Neque tribuere alioqui poteris, niſi veteri Eccleſiæ & ſuos Martyres, & ſuam quoque doctrinam atque fidem eripias: & recentem quandam, quæ hactenus neſcio quo in angulo delituit, Eccleſiam ſubſtituas: vt iam contra iſtos multo iuſtius, quàm olim contra Marcionitas & Valentinianos Tertullianus dicere poſſe videatur. Aliquos Lutheros & Zuinglios *liberanda veritas exſpectabat: interea perperam euangelizabatur, perperam credebatur; tot millia millium perperam tincta; tot opera fidei perperam miniſtrata; tot virtutes, tot chariſmata perperam operata; tot Sacerdotia, tot miniſteria perperam functa; tot denique Martyria perperam coronata.* Sed manebit, vel inuito Foxo, veteri Eccleſiæ ſua fides; manebunt vera illa & glorioſa Martyria: vt iam reliquum ſit, iſtos nouam de ſuo doctrinam mundo intuliſſe, & propterea nihil aliud, quàm perfidiæ ſuæ pœnas ſenſiſſe.

De præſcriptionibus.

Tertulliani in Marcionitas & Valentinianos dicta quadrare in Lutheranos et Zuinglianos.

Apologeticis eiulantibus de iniuſta Pſeudomartyrum ſuorum nece reſpondendum, quod Parmenianis olim reſpondit Auguſtinus: & in illis eſſe cor illud durum, quod deſcribit Bernardus. Verum Martyrium facere ex malo optimum; Pſeudomartyrium ex malo peſſimum.

CAP. XXVIII. IRENÆVS.

QVARE id in vniuerſum Foxi & Apologeticorum tuorum miris eiulationibus de tot innocentũ cæde reſpondebimus, quod Parmenianis olim de iniuſto ſuorum ſupplicio querentibus reſpondit Auguſtinus. *Quid non iſti, inquit, iuſte patiuntur, cùm ex altiſſimo Dei præſidentis, & ad cauendum ignem æternum flagellis talibus admonentis iudicio patiuntur, & meritò criminum, & ordine poteſtatum? Prius enim probent, ſe non eſſe hæreticos, vel ſchiſmaticos, tum demum de indignis pœnis ſuis* * *liuidam emittant vocem; tum demum ſe ſe audeant, cùm mali aliquid patiuntur, veritatis Martyres dicere.* Quam vocem abſque dubio, ſi hodie Auguſtinus viueret, aduerſus Apologeticorum inanes iſtas querelas multo magis vſurparet. Si non ſit Martyr, qui vel pro Chriſto obit, ſi aliqua hæreſi commaculetur, licet non pro ea obeat; ſi citra omnem dubitationem Pſeudomartyr ſit, qui vel vnã aliquam hæreſim vita ſua cariorem habeat; iſtos neceſſe eſt omnium eſſe nobiliſſimos Pſeudomartyres, qui tot & tam tetras hæreſes, tam deſperata audacia atque morte defendere, quàm deſerere malint. Quæ certè tam proiecta pertinacia non abeſt ab idololatriæ cuiuſdam ſpecie: cùm

Lib. 1. ca. 7. contra Epi. Parm. tom. 7.

Auguſtinus.

Hæreticos iuſte pati ſupplicia.

* Aliâs, liberã.

Euãgelicos Martyres eſſe Pſeudomartyres.

Pertinaces Euãgelici ſunt quodam modo idololatræ.

cùm ſcriptum ſit; *quaſi peccatum ariolandi eſt, repugnare, & quaſi ſcelus idololatriæ, nolle acquieſcere.* Iſti verò inter omnes alios mortales, non tam quòd non acquieſcant, ſed quòd nolint acquieſcere, dãnantur. Quippe qui non humanitus, vt fit, errant, ſed cùm ſe videant ſacræ Scripturæ, Conciliorum, patrum, totiusque Eccleſiæ auctoritate obrutos, inaudita obſtinatione ſe ſolos ſapere, & rectè credere, totamque Eccleſiam errare clamitãt: & potius quàm errores deſerant, hanc temporariam, & futuram quoque, vitam deſperatè abiiciunt. Hoc demum eſt nolle acquieſcere, hoc illud eſt horrendum contra Sanctum Spiritum peccatum; quod neq; in hoc, neque in futuro ſæculo expiabile dicitur. In Pſeudomartyribus potiſſimum tuis illa Bernardi ſententia locum habet: *Omnis, inquit, inobedientia eſt inexcuſabiliter culpabilis, nulla tamen æternaliter damnabilis, niſi quam remedium pænitentiæ non ſanat, nulla eſt letaliter criminalis, niſi quæ contemtum ſuperbiæ non euitat.* In iſtis cor illud durum, quod deſcribit idem Bernardus, conſpicitur: *Quod nec compunctione ſcinditur, nec pietate mollitur, nec mouetur precibus, minis non cedit, flagellis duratur, præteritorum obliuiſcens, præſentium negligens, futura non præuidens.* CRIT. Quo longiores tecum de his rebus ſermones miſceo, eo magis ac magis fidem, prudentiam, ac pietatem in Foxo, non ſine cauſſa, deſidero. Et exhauſta eſt iam mihi omnis mea pro Martyribus Euangelicis defenſio: niſi fortè illud tibi Cypriani obiecero, multos ſępe mœchos, ſanguinarios, ebrioſos, & aliorum ſcelerum reos ad Martyrij palmam perueniſſe. Sed video te planè oblitum eius, quod iam nobis ſolum relictũ eſt, perfugij: ſigna illa & viſiones, ac prædictiones noſtrorum Martyrum intelligo. Quibus non eſt veriſimile, Deum Pſeudomartyres ornare voluiſſe. IREN. Cyprianus Cypriano ſatisfaciat, per quem iam antea ſatis intelligere potuiſti, neque vitam, quantumuis ſanctè peractam, neque mortem ipſam, idque pro Chriſto obitam, non dico ad Martyrij laudem, ſed ne ad ipſam quidem ſalutem hæretico prodeſſe poſſe. Catholici verò, quantumuis improbi, Martyrij capaces ſunt. Nam & Martyrium prioris vitæ pænitentia antecedit, & ſi quid ad iuſtam pænitentiam deſit, id totum Martyrij magnitudo ſupplet, omnemque culpam obruit. Sic verum in Catholica fide Martyrium ex malo optimum, Pſeudomartyrium ex malo peſſimum reddit: cùm hoc genus mortis ſit cum peccato in Spiritum Sanctũ (vt diximus) coniunctum. Quare quicquid hîc pœnarum luunt, nihil illis vel ad gloriæ incrementum, vel ad ipſam animæ ſalutem, ſed ad ſempiterna ſupplicia, maioremque damnationis cumulum (quam in his ſuppliciis quaſi cominus conſpiciunt) cedit: niſi fortè in ipſo vitæ exitu, celeri & ſalubri erroris pænitentia illam præueniant. Temporaria enim iſta ſæpe flagella multis ad reſipiſcentiam profuere,

Margin notes: 1. Reg. 15. — *Pertinacia Pſeudomartyrum peccatum in Spiritum Sanctum.* — *Bernardus.* — *Bern. de præcepto & diſpen.* — *Pſeudomartyrũ cor durum.* — *Bern. de conſid. ad Eugenium lib. 1.* — *De ſingularitate clericorum.* — *Cyprianus.* — *Hæreticus non eſt capax Martyrij.* — *Catholicus licet improbus, Martyrij capax eſt.* — *Verum Martyriũ facit ex malo optimũ, Pſeudomartyrium ex malo peſſimum.*

2. Paralip. & Dan. 4. fuere, vt olim Manaſſi & Nabuchodonoſori. Imo & ideo ea benignus Deus immittit, vt vel hac tantilla pœna æternam formidemus, &, dum tempus pœnitentiæ ſuppetit, oportunè præuertamus. Sed in iſtis hominibus (proh dolor) durum illud, de quo dixi, cor ſemper ferè apparet. Qua in re non de Deo, ſed de ſe potius & ſuo lapideo corde, quod nulla ratione ad pænitentiam emolliri patiuntur, querantur. In quo ſanè Pharaonem imitantur, qui flagellis adeo non reſipuit, vt pertinacior & durior ſit redditus. Nam *ſi piè de Deo, & ſicut expedit*, cum Auguſtino & aliis patribus, & non peruerſè cum Caluino, ſentiamus, etiam Pharao ad magnam illam, de qua Lucas Euangeliſta loquitur, cœnam vocatus eſt, eique datam vt reſipiſceret, ſi vellet, *miſericordiam*, iudicare debemus. Perquàm enim abſurdum, & impium eſt illud Caluini dogma, quo ſtatuit in impios à Deo non ideo animaduerti, quo ad meliorem vitam redeant, ſed tantũ vt Deum magno ſuo malo iudicem, & vltorem experiantur; quodque Deus inimicos ſuos vlciſcatur, vt iram aduerſus illos ſuam exerceat, vt confundat, vt diſſipet, & in nihilum redigat: quod ſanè duriſſimi & impotentis tyranni eſſet. Quæ tamen Caluini ſententia, ſi vnquam vera fuit, in iſtis potiſſimum Caluini Pſeudomartyribus obtinere videtur. Quibus ego certè tam durus eſſe nolim, vt omnem ſpem veniæ vel in extremo, quod dicitur, halitu pœnitentibus præciderem. Quos niſi pæniteat, gehennæ primitias, vt olim Pharaonem & Herodem, guſtare crediderim; vt eam totis poſtea faucibus hauriant. Cùm enim ob quinque potiſſimum cauſſas pœnæ hic à Deo irrogentur; vel vt per patientiam merita augeantur, quod Iob & Eccleſiæ Catholicæ Martyribus accidit; vel ad excitandam accuratiorem virtutis curam, vt in Diuo Paulo; vel ad corrigenda peccata, vt in Mariæ lepra; vel ad gloriam Dei, vt in eo, qui cæcus natus eſt; vel ad æternæ, vt dixi, pœnæ primitias; Pſeudomartyres hanc ſolam, quæ maximè horrenda eſt, pœnam patiuntur.

[Margin: Pharao.]

[Margin: Aug. lib. 83. 50. quaſt. 68. tom. 4. De prædeſt. & gratia ca. 14. tom. 7.]

[Margin: Impium & abſurdum Caluini dogma.]

[Margin: Pœna in hac vita hominibus à Deo irrogantur ob quinque potiſſimũ cauſſas.]

Nulla eſſe vera miracula apud hæreticos, ſed ſolos Catholicos. Qualia cenſenda ſint veterum & recentium hæreticorum miracula.

CAP. XXIX. IRENÆVS.

CAVE verò ab hoc genere hominum miracula exſpectes. Fruſtra enim exſpectaris, niſi fortè qualia Iannes & Mambres aduerſus Moſen; & Simon Magus aduerſus Petrum Apoſtolorum principem, aut poſterioribus temporibus Polychronius Monothelita, Cirola Arrianus, atque Iconomachi patrarunt. E quibus Simon propter magnitudinem præſtigiarum huiuſmodi, Romæ

[Margin: Simonis Magi præſtigia Damnabilia.]

Euſeb. lib 2. cap. 13. & 14.

Simonis infelix exitus.

Egeſ. lib. 3. cap. 2. Excidij Iudaici.

Polychronius Monothelita in Concilio 6. Oecumenico fruſtra ad hæreſis ſuæ confirmationem mortuum ſuſcitare tentauit.

Ambroſ. ſiue Maximus inter ſerm. Ambroſij ſerm. 67.

Epiphan. lib. 1. 2. 21.

6. Synod. act. 15.

Iconomachi.

Nicephorus in annalib. Conſtantinopolit. Eutropio adiuncta lib. 24.

dicata ei publicè ſtatua, pro Deo habitus eſt. Sed captus eſt tandem, & irretitus ſuis præſtigiis: cùm ſe in cælum euolaturum iactaret, iamque Diabolicis alis, fraudeque ſubnixus, ſe ſublimem ſuſtuliſſet, repente in terram decidit. Quo caſu, corpore concuſſo ac quaſſato, nō ita multò pòſt miſerè exſpirauit. Veterator autem ſuo nomini reſpondens Polychronius, auſus eſt os impudens, ad confirmationem ſectæ ſuæ, vltro apud ſextam œcumenicam Synodum in Trullo polliceri ſe mortuum vitæ redditurum. Non ita multò pòſt allato cadauere, virtutis ſuæ ſpecimen editurus, cū diu fruſtra mortuum ad vitam reuocare tentaſſet, ab omni concione, vt vaniſſimus nebulo, exploſus eſt: nec tamen errorem deponere voluit. Iconomachus verò ſepulchro clam incluſus (quaſi à mortuo ea vox prolata fuiſſet) magnis laudibus Cōſtantinum illum, de quo diximus, Copronymum extulit; vt eo commento hæreſim illam, quæ in Imagines graſſabatur, populo plauſibilem redderet. Inter Arrianos prætetea in Africa quidam Cirola *falſo vocatus Epiſcopus, hæreticorum maximus aſſertor*, partim inuidia cæci illius (quem diximus ab Eugenio illuminatum) & aliorum donorum, quibus Catholici Epiſcopi illuſtres erant, cōmotus; partim hæreſis ſuæ propagādæ ſtudio incitatus, quinquaginta aureis ſubornat quendam, qui ſe cæcum fingeret, ac repente oculorum lumen ab eo acciperet. Prætereuntem itaque Cirolam cum Eugenio, Vindemiali, & Lōgino, *Sanctis Dei* & Catholicis Epiſcopis, lugubri voce impoſtor impoſtorem adoritur; *Audi me*, inquit, *beatiſsime Cirola, audi me, ſancte Sacerdos Dei: reſpice cæcitatem meam, experiar ego medicamenta, quæ ſæpe cæci à te reliqui meruerunt, quæ leproſi experti ſunt, quæ ipſi etiam mortui præſenſerunt. Adiuro te per ipſam virtutem, quam habes, vt mihi deſideratam reſtituas lucem, quia graui ſum cæcitate percuſſus.*

Cirolæ Arriani fraus diabolica.

Greg. Turon. hiſtoria lib. 2. cap. 3.

Tum Cirola pius homo, ac minimè parcus aut auarus, pro ſua liberalitate opem imploranti laturus, manum oculis eius admouens, per fidem, inquit, noſtram, & rectam, quam de Deo habemus perſuaſionem, faceſſant oculorum tuorum tenebræ. Vix hæc dixerat, cùm hominem tam incredibilis ex oculorum cruciatu dolor opprimit, vt eos manu, quanta poterat vi, comprimere, ne forſan è capite proſilirent, cogeretur. Mox *clamare cœpit miſer ac dicere: Væ mihi, quia Deum per pecuniam irridere volui, & quinquaginta aureos accepi, vt hoc facinus perpetrarem.* Ad Cirolam autem aiebat: *Ecce aurum tuum, redde lumen meum, quod dolo tuo perdidi.* Tum ille Catholicos Epiſcopos vehementer rogabat, vt vellent ei *velociter ſuccurrere pereunti*. Quem, poſtquam Arrianam hæreſim fuiſſet deteſtatus, (*ſigno crucis ſuper oculos eius facto, Eugenius* his verbis; *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, quem trinum in vna æqualitate, atque omni potentia confitemur, aperiantur oculi tui*; priſtinæ ſanitati reſtituit. Neque neceſſe eſt, iſta tam altè ex vetuſta-

Cirola miraculum quale ediderit.

te, aut ab externis repetere. Habemus enim nuper recens, & illuſtre, quodque cum omni vetuſtate in hoc exemplorum genere certare poſſit, documentum. Nunquam certè Arriani maiori, quàm noſtri hodie Euangelici aduerſus Catholicæ Eccleſiæ miracula, odio atque inuidia exarſerunt. A quibus cum ſuam ſectam planè nudam & deſtitutam vident, non erubeſcunt tamen manifeſta ac ridicula vanitate, etiam ſigna: viſiones, prædictiones, & neſcio quid de Vuicleuo, Huſſo, Caroloſtadio, Zuinglio, Luthero, & aliis id genus, Criſpinus, Foxus, Illyricus, ac alij magnificè oſtentare. Quorum omnium veritatem ex ſtupendo illo prodigio, quod nuper Deus in confinibus Poloniȩ, & Hungariæ oſtendit, & quo omnem iſtam iſtorum arrogantiam confregit, metiri & poſſumus & debemus. Exortus eſt enim ibi nouus Polychronius, concionator, inquam, Euangelicus, qui cum Matthæo quodam, ac vxore eius conuenit, ſilentij ſtipulatione interpoſita, eoque mercede redemto, vt ille quaſi mortuus ad ſepulturam efferretur, vxore de more atrata, maritum elugente, ac funus proſequente. Effertur, itur, & ad Eccleſiam venitur pagi *Biethaga* non procul à Cracouia. Ibi nouus ille Polychronius, conſcenſo ſuggeſtu, multis verbis renaſcentis Euangelij gloriam amplificauit, de quo tandem poſt multa tam certum ac ſecurum ſe dicebat, vt nihil dubitaret, Deum mox ad illud magis illuſtrandum, vitam mortuo tum præſenti reſtituturum, & quam prædicabat Euangelij veritatem, tam inſigni miraculo, & in omnem poſteritatem memorabili confirmaturum. Quare vt olim Prophetæ Ieſabelis ad ignem cælitus demittendum, ita iam ille ad defunctum excitandum exclamat: In nomine Chriſti, cuius veritati hodierna cõcione teſtimonium dedi, Matthæe ſurge. Cùm nihil moueret ſe Matthæus, intendit vocem, & clamorem. Et cùm ne ſic quidem hilum proficeret, acceditur ad ipſum feretrum, hominiſque facies detegitur. Nec iam impoſtorem ſimulatè, ſed verè mortuum reperiunt: ita vt vxori, cui antea dolus fictas, iam dolor veras lacrymas, ac lugubrem eiulationem & vehementem totius Pſeudoeuangelij execrationem exprimeret. Et ſimilis quidem fama de Caluino diſſeminata eſt; ſed vera, an falſa ſint, quæ huiuſmodi auditione de eo accepimus, nõ poſſumus certò ſtatuere. Illud verò certius à Staphylo, qui dum ſub Lutheri ſignis militaret, toti actioni interfuit, proditur; conatũ quidem Lutherum, nouis noui huius Euangelij exorciſmis Dæmoné à quadam ipſius diſcipula exigere. Qui mox in tantũ timorem, aluumque exonerandi neceſſitatem coniectus eſt, vt quàm citiſſime ſe ex eo loco proripere cuperet: verũ à Dæmone omnes illi viæ obſtructæ ſunt. Nã & fores ita Dæmõ obſtruxerat, vt neq; ab iis, qui intus erant, neque ab eis, qui aſſiſtebãt, aperiri potuerint, & nulla perſe-

Euangelicorum falſa de fictis fucatis miraculis gloriatio.

Anno Domini 1558.

Cuiuſdam Euangelici dignum quinto Euangelio miraculum.

Caluini ſimile miraculum.

Vide Staph. in abſolut. reſponſ.

Lutheri miraculum ridiculum.

per feneſtras ferreis cancellis obductas euadendi facultas daretur. Quare neceſſe habuit Staphylus, ſecuri effractis foribus, viã patefacere. Lutheri verò alia, egregia videlicet, & tanto Apoſtolo digna miracula, ſi ſcire deſideres, ad eundem te Staphylum remitto. Quod verò pro confirmatione erroris ſui præſtare non potuerunt Polychronius, & alij hæretici; hoc pro Catholica fide confirmanda ſæpe præſtitere in mortuis ad vitam reuocãdis beati Confeſſores ac Martyres. Inter quos Macarius in Ægypto, ad hæreſim Eunomij refutandam, defunctum à morte excitauit, clandeſtinam fugam meditante hæretico, qui id ſe quoque facturum iactauerat.

Catholici miraculis fidem ſæpe ſuam confirmarunt, hæreſes refutarunt.

Macarij miraculum.

Caſſian. collat. 15. cap. 3.

Refelluntur quæ de teſtimonio Academiæ Oxonienſis pro Vuicleuo; & quæ de terræ motu atque fulmine, dum Vuicleuus cauſſam ſuam coram Epiſcopis diceret, Foxus comminiſcitur.

CAP. XXX. IRENÆVS.

VIDES igitur quid ſperare debeas de præclaris iſtis tuorum Pſeudomartyrum dotibus. Nam vt à Vuicleuo exordiar, tam ſunt reliqua de ipſo & ſociis vera, quàm eſt illud Oxonienſis Academiæ pro eo prolatum teſtimonium. Sunt enim illæ litteræ falſæ ac corruptæ; cùm non modò à Synodo quadam Romana, ſed & de communi totius Academiæ Oxonienſis ſententia Vuicleuus hæreticus ſit pronunciatus. Quare has litteras ſubditicias eſſe non tantùm acta Conſtantienſis Concilij teſtantur, ſed hiſtoria Huſſi Vuittenbergæ impreſſa cum præfatione Lutheri. Qui eam ſcripſit, oſtendit ſe rebus geſtis interfuiſſe. In qua hiſtoria proditur, Anglos apud patres Conſtantienſes Ioannem Huſſum arguiſſe, quòd auſus eſſet quandam epiſtolam, quaſi ab Academia Oxonienſi in purgationem & laudem Vuicleui miſſam ad Pragenſes, palàm recitare, vt Vuicleui cauſſam apud populum commendatiorem faceret. Tum Huſſus eò confugit, vt diceret eam ſibi à duobus ſcholaſticis allatam, Academiæ ſigno munitam. Atenim vbi ad inquiſitionem, quínam illi eſſent, & vbi gentium verſarentur, ventum eſſet; reſpondit; alter in itinere dum reditionem in Angliam molitur, morte interceptus eſt: Alterum amicus ille meus (qua voce Stephanum Paletz innuebat) æque, atque ego, nouit. Interrogatus Paletz reſpondit, non Anglum, ſed Bohemum fuiſſe, qui de lapide ſepulcri Vuicleui neſcio quid ex Anglia aſportaſſet, quod eius diſcipuli, tanquam ſacroſanctas Reliquias exoſculantur: Vt planè appareret omnes illas litteras, & laudes domi apud Huſſum natas. Mox Angli alias, & à prioribus penitus abhorrẽtes litteras totius Academiæ ſigillo obſigna-

Exploditur fabula illa apud Foxum de teſtimonio Academiæ Oxonienſis in Vuicleuum honorifico.

Redarguuntur in Concilio Conſtãtienſi litteræ de laude Vuicleui Academiæ Oxonienſi falſo adſcriptæ.

Stephanus Paletz.

obſignatas in hunc ferè ſenſum proferunt: Nihil ſibi grauius aut moleſtius, quàm quòd viderent Vuicleui hæreſes per Angliam ſumma populi pernicie diſſeminatas. Cui malo vt obuiam iretur, communi Academiæ conſenſu duodecim ſelectiſſimis viris negotium datum, vt libros Vuicleui accuratè perlegerent, atque excuterent. Ab eis ſupra ducentos errores repertos: libros itaque ignibus diſſipandos tota Academia acclamabat. Quæ tamen pro ſua in œcumenicam Synodum obſeruantia totius rei honorarium iudicium ac cenſuram ei deferret. Hæc & alia, quæ in hunc ſenſum recidunt, Academia Oxonienſis: vt magnam mihi admirationem moueat Foxi tanta temeritas, apud quem iſta omnia tam leuem habent auctoritatem. Nam ne quid hic obganniat Foxus, &, vt ſolet, Catholicum aliquem ad Huſſi inuidiam veritatem deformaſſe aſſerat; hiſtoria hæc non à Catholico, ſed ab Euangelico contexta eſt, & eo, qui αὐτόπτης fuit. Ad hunc enim modum de ſe canit: *Neque enim*, inquit, *ab aliis accepi, ſed ipſe his omnibus interfui; atque ita, vt potui, litteris mandaui, vt ſanctiſſimi viri, & egregij veritatis Euangelicæ doctoris memoriam qualicunque hoc meo officio conſeruarem.* Atque hæc ita de eo refert Criſpinus, qui & ſe quoque totum cum Foxo ornandis Pſeudomartyribus deuouit: quique cum illo Huſſum, vt principem quendam huius glorioſæ palæſtræ, nobis exhibet. Sed ne tam ſancti Martyris gloriam nimium defædaret, ſtudioſè ab huius hiſtoriæ mentione, & tanta Huſſi fraude in commenticiis litteris concinnandis magna quidem ſe vterque, ſed non pari perfidia cohibet. Criſpinus enim vt prudentior hanc hiſtoriam & litteras prætermittit; Foxus verò dignam rem putauit, cuius mentionem in hiſtoria ſua ad Vuicleuum orbi commendandum faceret. Quid quòd hæ ficticiæ litteræ apud Euãgelicos noſtros tanti fiant, vt nuper quidam eas, tanquam rem maximi momenti, in concione recitare Oxonienſibus non dubitaret: & inde eis hoc quintum Euangelium perſuadere conaretur, de quo tam amplum & honorificum nobiliſſimæ illius Academiæ, nec id quidem recens exſtaret teſtimonium. Sed licet in arte dicendi plurimum valuerit, nõ eſt mirum, non potuiſſe eum tam inſigne tot Argis perſuadere mendacium. Vide, quæ mendacia docti etiã inter Euangelicos arripiant, & auditoribus ſuis obtrudant; cùm iactare ſoleant, ſe nihil niſi purum putum prædicare Euangelium. Quare deſinat iam Illyricus & ſocij Catholicis falſi crimen à Sozimo, & aliis Romanis Pontificibus (quod hactenus non probarunt) tam odioſè obiectare, & in eo potius elaborent, vt hanc culpam à ſuo tanto Pſeudomartyre abſtergant. Et iam vt reliquam de Vuicleuo narrationem pertexam; quando nobis grauem aliquem auctorem nominaturus eſt de tonitru illo, de fulmine, de terræ motu? Quod ſi

Litteræ vera Academiæ Oxonienſis de hæreſibus Vuicleui ad Concilium Conſtantienſe.

In actis & monument. Martyrum. fol. 27.

Criſpini & Foxi in Huſſi hiſtoria concinnanda diſpar perfidia.

Litteræ à Vuicleuianis Academiæ Oxonienſis nomine confictæ pro re comperta, & maximi momenti in publica Oxonij concione recitatæ.

Foxi commenta de fulmine, tonitru & terræ motu diſcutiuntur.

faceret, quid aliud hîc oſtẽderet, quàm eſſet à natura profectum, & cum vſitato rerum ordine, cauſſiſque coniunctum? Neque ego ſanè puto fuiſſe Epiſcopos tum temporis noſtros gentilicia illa Romanorum, aut alia ſuperſtitione conſtrictos, vt aut, cælo tonante, nefas putarent comitia habere; aut, quæ ex rerum natura cauſſas haberent, pro prodigiis aduerſus ſe & Catholicam fidem interpretarentur. In quo ſi aliqua eſſet obſeruatio, illa omnis huc planè ſpectare videretur: ex illa videlicet Vuicleui doctrina, niſi maturè opprimeretur, totam Angliam magnis motibus cõquaſſatum, & periculoſo incendio inflammatum iri. Atque ita iudicaſſe Regem, optimates, & populum cum Clero, apparet; cùm per ampliſſima totius regni comitia grauiſſimis ſanctionibus orienti huic incendio obuiam ierint. In quorum laudata veſtigia vtinam nuper Anglia noſtra incurriſſet; tum certè non modò tam horrendum incendium latè omnia populari paſſa non fuiſſet, ſed diuino etiam, ac ſuo honori, & tot animarum, totiuſque regni ſaluti optimè conſuluiſſet. Quam, faxit Deus, ne hic Vuicleui terræmotus grauius aliquando exſpectatione ſua concutiat.

De portentis, ſi quæ fuerint in Vuicleuiana examinatione, quid iudicarit Rex Angliæ cum optimatibus, populo & clero.

Lutheri inſignis arrogantia, qui vaticinium de ſe, quaſi Huſſo auctore, confinxit, & ſtupenda eiuſdem arrogantia atque ſtultitia in actis Vuormacienſibus ſcribendis. Fruſtra Lutherum Huſſo tantũ tribuere, quem Zuingliani potius ad ſe trahunt, vtpote germanum Vuicleui diſcipulum.

CAP. XXXI. IRENÆVS.

Huſſi, ſi quod fuerit vaticiniũ, nõ ad Lutherũ, ſed ad Caroloſtadium & Zuinglium potius pertinere.

VVICLEVI diſcipulus fuit Ioannes Huſſus. Quare eius vaticinium Sacramẽtarij ad Caroloſtadium & Zuinglium magis rapient, deq; Lutheri & diſcipulorum eius iniuria querelam inſtituent, & recuperatorio aduerſus eos interdicto, vt ad poſſeſſionem Huſſi, vnde deiecti ſunt, reſtituantur, experientur. Huſſum enim acerrimè defendiſſe Vuicleuum, & optaſſe, vt anima ſua Vuicleui animæ conſociaretur. Perabſurdum verò ac ſtolidum eſſe, ſiquis exiſtimaret Huſſum de Luthero tam præclarè ominatum, qui Vuicleuum præceptorem, qui Zuinglium, qui Caluinum, ac reliquos Germanos Vuicleui diſcipulos ad Tartaros ab omni rectè ſentientium ſocietate detrudit. Adiicient præterea illam omnem de cygno interpretationem à Luthero ipſo primùm ortam, & ipſum ſemet ad eas laudes, quas nemo ei prius tribuit, impudenter ingeſſiſſe, & intolerabili quadam fraude atque arrogantia diuinitatis quandam ſibi opinionem, vt olim illum in Lybia Pſaphonem, colligere voluiſſe: qui aues quaſdam domi hanc cantionem occinere docebat: *magnus Deus Pſaphon*; quas ita edoctas,

Lutherus quam infenſus Vuicleuo & eius diſcipulis.

Fictum Lutheri de ſe ſub Huſſi nomine & perſona vaticinium.

Pſaphon quibus præſtigiis, vt in Deorum numerum referretur, obtinuerit.

In lib. Luth. Teutoni. qui dicitur gloſſa in edictum Imperiale.

Maximus Tyrius ſerm. 19

ctas, liberas dimiſit, vt ſub dio & in montibus viuerent: vbi cùm veterem cantilenam repeterent, & iam aliæ quoque aues ex frequenti auditione eaſdem voces imitarentur, tantùm hæ præſtigiæ apud populum valuere, vt eum inter Diuos referret. Nec diſſimile fraude atque arrogantia Lutherum illa occinere: ***De me***, inquit, ***prophetauit ſanctus Ioannes Huſſus: Nunc***, inquit Huſſus, ***aſſabunt anſerem***: at ***poſt centum annos, audient cantantem cygnum, quem pati debent***. Sordeſcere verò laudes, quas ipſe ſibi quiſque occinit, nec apud viros prudentes vires aliquas habere. Neque certè eum earum laudum capacem, quippe qui verum & ſincerum in cauſſa Euchariſtiæ Euangelium infeſto animo oppugnet, vt non iam cygnus, ſed coruus potius ſit appellandus. Huſſum verò nullam mentionem de cygno feciſſe, & verba illa numiſmatis nihil aliud ſignificare, quàm illis Huſſum, quaſi extremos vitæ terminos aduerſariis præſcripſiſſe, intra quos vita omnes defungerentur, cauſſam apud Dei tribunal de tam atroci iniuria ei facta dicturi. Iſta atque alia quædam, quæ tu heri recitaſti, in quibus Lutherus tam impudentem ſui ipſius buccinatorem agit, etſi huiuſmodi ſint, vt non à Dei, ſed ſuperbiæ & Diaboli ſpiritu (quem in eo loqui Tigurini, vt diximus, adfirmant) profecta videantur: neſcio tamen, an quæ iam recenſebo, illa vel non æquēt, vel potius non ſuperent. Statim à conuentu Vuormacienſi, vbi à Carolo Imperatore & reliquis Germaniæ proceribus Lutheri præſentis cauſſa cognita eſt, editus eſt liber nullius auctoris certum nomen præferens. In quo, vt ea, quæ Lutheri cauſſam valde premebant, callidè ſupprimuntur, ita quæ eam populo plauſibiliorem facere poſſe videbantur, magnificè augentur, & amplificantur. In eo præterea Rhetor ille, cum de Carolo tanto Imperatore mentionem facit, nudo eum Imperatoris Caroli nomine appellat: At vbi ad Lutherum venitur, ibi aliâs ***Homo Dei Lutherus***; aliâs ***Doctor Martinus pro ſua incredibili humanitate & comitate benignè reſpondit***, alias ***benigniſſimus pater manſuetiſſimè reſpondit***, & ſimilia maiuſculis litteris, & ſplendidis titulis inſcribuntur. Tum vt fabula glorioſa cataſtrophe claudatur, hæc ad finem libri apponuntur: ***Hunc pium itaque hominem natum & conſeruatum à Deo ad Euangelium propagandum Deus diutiſſime ad ſummam Eccleſiæ ſuæ vtilitatem cuſtodiat cum ſuo ſancto verbo, Amen.*** Hæc ibi de ſe Lutherus, licet nomen ſuum ſuppreſſerit. Quis verò vnquam fuit tam vanæ gloriæ appetens, quis vnquam tam arrogans Thraſo, vt ita ſe venditaret? Aut quis vel leuiſſimè ſuſpicaretur illum, qui tam Apoſtolicum ſe virum fingit, hæc ad hunc modum tanta oſtentatione, vanitate, atque arrogantia orbi de ſe effundere vnquam voluiſſe? Nunc accipe tanti Apoſtoli parem prudentiā. Etſi enim hic liber alterius perſonæ larua tegatur, ne alioqui omnes

Lutherus coruus, non cygnus.

De actis Vuormat.

tam

tam Thraſonicum Apoſtolum ſtatim deteſtarentur: non potuit tamen continere, quin vel inani quadam gloriæ titillatione huc prolectus, vel à Deo totus occæcatus, quo orbi teſtatior talis Apoſtolus redderetur, ipſe ſe libri huius architectum proderet. Nobilis enim huius figmenti, ſuæq; commenticiæ perſonæ planè oblitus, ſcad hunc modum aperit. *Hiis itaque actis, Imperij orator aſperioribus verbis obiurgans, ait, nihil me ad rem ipſam reſpondiſſe, nec debere ab œcumenicis ſemel Synodis definita à me rurſus in quæſtionem vocari. Proinde exſpectari à me planum & ſimplex reſponſum, vtrum erroribus renunciare vellem, nec ne. Tum ego ita reſpondi.* CRIT. Si hæc ita ſint, pudet me, neſcio inſolētis dicam vanitatis, an inſignis potius Lutheri ſtultitiæ. IREN. Ego verò vt ad Huſſum, & Zuinglianos, qui eum ad ſe rapient, veniam, ſi in tanta cauſſæ æquitate ac luce obtinere nō poſſent Zuingliani, quin Huſſus Luthero adiudicetur; tum certè, quantumuis ſanctè iuret Illyricus hunc anſerem maiore honore dignum, quàm illos, qui olim Romanum Capitolium à Gallis defendebāt, ac propterea poſtea publicè ibi alebātur; flocci facient Huſſum, & omnem iſtam anſerinam prædictionem: & iam illis videbitur

Lutherus imprudens vulpinam fraudem ſuam cum intolerabili arrogantia coniunctam prodit.

Huſſus argutos inter ſtrepere anſer olores. (*Virgil. Bucol. eclog. 9.*)

Nec iam amplius, aut prophetes, aut Martyr erit Huſſus, aut ſocius eius Hieronymus, quantumuis ſibi ipſi Martyrij triumphū, quaſi alteri Chriſto ad hunc modum cecinerit:

Hieronymi Pragenſis Pſeudomartyris digna gloriatio.

Salue feſta dies, toto venerabilis æuo, (*Criſpin. lib. 1.*)
Qua Deus infernum vicit, & aſtra tenet.

Hæc & alia id genus proferent Zuingliani. Quanquam ego certè nihil video, cur vel Zuingliani, vel Lutherani Huſſum ad ſe tanta contentione rapiant; cùm multa ille, vt hiſtoria de actis ipſius teſtatur, dogmata, quæ iſti vt purum & ſincerum Euangelium amplectuntur, conſtanter palàm in templo & in loco ſupplicij reſpuerit: nonnulla etiam, quæ iſti exſecrantur, conſtanter ad obitum vſque aſſeruerit. Nam non modò præſentiam corporis Chriſti in Euchariſtia contra Zuinglianos, ſed tranſubſtantiationem etiam contra Lutheranos confeſſus eſt. Neque vllam ſinè cauſſam video, cur iſti Catholicis iraſcantur, immaniq; contra eos, quaſi idololatras, odio exardeſcant, quòd venerentur beatorum Martyrum Reliquias, cùm Hieronymus ille Pragenſis in genua procumbens, palum (ad quem poſtea eſt alligatus) veneratus ſit. Quod de Ioanne Hopero, Ioanne Bradfordo, Ioanne Bilnæo, Philpotto, & Cardimachero Foxus tuus ſimiliter tradidit, qui partim ſtantes, partim proni, ſtipites & faſciculos oſculati ſunt. Quod dum nos in Chriſti Cruce facimus, idololatras eſſe pro ſua prudentia & pietate clamant. Hic iam locus poſtulat, prius quàm Huſſum dimitto, vt ubi de patribus Conſtantienſibus ſatisfa-

Huſſus agnouit præſentiam corporis Chriſti in Euchariſtia & tranſubſtantiationem. (*Cochlæus in hiſtor. Huſſi. lib. 3. p. 75.*)

Pſeudomartyres qui palum, ad quem alligati ſunt, adorauerunt. (*Poggius. Criſpin. lib. 1.*)

Patres Conſtantienſis Concilij nullam iniuriam Huſſo feciſſe, nec fidem illi datam fregiſſe.

tisfaciam, quos tu in Huſſum cõtra fidem publicam ei datam ſæuiſſe criminaris. In quo te iuris, & rerum geſtarum ignorantia lapſum eſſe perſpicio; quamuis hîc præceptores tui non tam inſciẽter, quàm doloſè aut malitioſè peccaſſe mihi videantur. Non dubito igitur, quin tu, ſi ex æquitate & rectè cum ratione rem, vt geſta eſt, expenderis, omni violatæ fidei culpa patres hoſce vacare, vnà mecum ſis dicturus. Neque enim contra vllam à ſe fidem datam, vt Foxus calumniatur, venerunt. Imperator quidem, non Synodus, ſuam fidem interpoſuit. Atqui neque adhuc Euangelici probarunt, neque vnquam (ni fallor) probaturi ſunt, œcumenicam Synodum ex huiuſmodi Imperatoris fide vllo modo criminiobnoxiam eſſe; cùm, vt dici ſolet, noſtrum, non alienum, factum præſtare cogamur. Atque id iam miror, iſtos hæc tam odioſè exacerbare, de quibus ne ipſum quidem Huſſum queſtum memini. Neque certè ille vllam iuſtam ea de re querelam inſtituere poterat. Trahunt enim huiuſmodi diplomata, & commeatus ſuas ſecum cohærentes, & implicitas condiciones. Quid igitur ſi Huſſus ipſe omne beneficium ſua ſibi culpa reſciderit, & euerterit? Quid ſi in itinere hæreſes ſuas aſſeruerit? Quid ſi alia egerit, ob quæ merito hac immunitate ſit priuandus? Quid ſi poſtquam Conſtantiam venit, hanc ſibi immunitatem inutilem reddiderit; tum (vt alia omittam) quòd hæreſibus, quas reuocare promiſerat, obſtinatè tamen poſtea adhæſerit; tum quòd fugam clam arripuerit? Iſta enim, & alia multa (quæ, ne iuſto ſim prolixior, prætermitto) in hanc cauſſam dici poterunt. Quæ vt accuratè diſputentur, prolixiorem & iuſtam quandam operam, iuriſque diſceptationem deſiderant. Nobis ad alia properantibus iſta leui, quod dicitur, digito attigiſſe, ſatis erit. Illud autem verum non eſt, quod Euangelicorum in Germania tuorum grex ait, vel Huſſi tum exuſtionem Imperatori diſplicuiſſe, vel vllam ſe nuper Tridentinam Synodum declinandi cauſſam iuſtam habuiſſe; cùm non ſolùm Imperatoris & aliorum principum, ſed totius etiam Synodi ad eorum ſecuritatem fides interuenerit. Quòd verò Huſſum ab omni hæreſi alienum fuiſſe exiſtimas: in eo quantum erres, non erit neceſſe pluribus indicare, cùm ex ipſis Synodi actis eum multis, & iis quidem grauiſſimis, hæreſibus implicitum fuiſſe conſtet. CRIT. Credidiſſem Huſſum à Synodo, interpoſita ipſius fide, euocatum: ſed video Foxum credulitate mea abuſum: quare deinceps cautior ero. Tu verò, quæ reſtant, abſolue.

Quibus modis Huſſus iure ſalui conductus exciderit.

Vide Huſſitarum hiſtor. per Ioan. Cochleum lib. 1. pag. 72. 74. & lib. 2. pa. 107. 108. & 109.

Euangelicorum in Germania cõtra Tridentinam Synodum calumnia retunditur.

Huſſus hæreticus.

Cuiuſmodi fuerint viſiones Caroloſtadij, Zuinglij, & Cuthberti Simpſoni Pſeudomartyris Anglici.

Cap. XXXII. Irenævs.

Svccedvnt iam cæleſtes illæ illuſtrationes, ac viſiones Caroloſtadij, Zuinglij, Lutheri, tali Euangelio digniſſimæ. Illam itaque Caroloſtadij tanquam inſani hominis interpretationem non Catholici tantùm, nec Lutherus, ſed etiam Zuinglius, Oecolampadius, Caluinus & reliqui, eiuſdem tamen contra Euchariſtiam erroris ſocij, reiiciunt. Ac quamuis ab initio intima quadam amicitia Lutherus atque Caroloſtadius coniuncti fuerint; poſtea tamen tanta inter eos propter doctrinę varietatem animorum offenſio interceſſit, vt Lutherus apud principem ſuum & ſectam factione ſuperior Caroloſtadium à Vuittenbergenſi archidiaconatu, ac omni alia Eccleſiaſtica functione ad ſtiuam, & aratrum cum ſcorto (quod primus omnium in Germania Sacerdotum quaſi vxorem duxerat, eamque ex nobili familia) detruſerit. Quas inceſtas nuptias Euangelici ridicula quadam, aut exſecranda potius Catholicæ Miſſæ imitatione ornare conabantur. In qua huiuſmodi inerat collecta, ſiue oratio: *Deus, qui poſt tam longam & impiam Sacerdotum tuorum cæcitatem, beatum Andream Caroloſtadium ea gratia donare dignatus es, vt primus, nulla habita Papiſtici iuris ratione, vxorem ducere auſus fuerit: da quæſumus &c.* Ita pij iſti viri, qui verè beatos, ac Chriſti Martyres gigantea quadam ſuperbia è cælo ad inferos deturbant, Caroloſtadio propter has impuras nuptias, adhuc viuenti, ἀποθέωσιν concinnarunt. Verum omnis illa beatitudo in triſtes paullò pòſt, de quibus diximus, exitus deſiit, præter diuinam offenſam, eiuſque pœnam in altero ſæculo repoſitam: Vt de illo iam multo magis, quàm de Roberto, verſus ille iactari poſſit:

Interpretatio Caroloſtadij de Euchariſtia ab ipſis Euangelicis reiecta.

Diſſenſio inter Lutherum & Caroloſtadium, quā acerba & odio plena.

Miſerabilis conditio Caroloſtadij.

Caroloſtadius Sacerdotum primus in Germania Veneri publicè ſacra fecit.

Cochlæus de act. Luth. anno 1525.

Collecta ridicula de inceſtis nuptiis Caroloſtadij.

Infauſta Caroloſtadij nuptiæ.

Ob ſolum punctum caruit Robertus Aſello.

Crit. Non ſatis memini, vnde illud dictum ſit ortum. Iren. Fuit aliquando Robertus monaſterij (quod ab Aſello nomen habet) præfectus, homo ſordidus, parcus, tenax. In foribus verò monaſterij inſcriptus erat ab antiquo ille verſus:

Hiſtoria lepida de præfecto monaſterij ſordido & auaro.

Porta patens eſto, nulli claudaris honeſto.

Vnde quaſi propter hoſpitalitatis quandam teſſeram, pauperes & peregrini eò frequentes conuolabant: atque illius hoſpitalitatis nomine fuit illud monaſterium celebre. Robertus cùm videret, eam frequentiam ſuæ auaritiæ obſtare, quam eò verſus ille proliciebat, non auſus eum abolere, callidè tamen cęſura, manentibus ad hunc modum verbis,

Senſus verſiculi, verbis eodem ordine manentibus, prapoſtera diſtinctione mutatur.

Porta patens eſto nulli, claudaris honeſto:

ſenſum,

ſenſum, & antiquam hoſpitalitatis gratiam aboleuit. Auctoritate enim ipſius verſus aduentantibus hoſpitium ſe renunciare dicebat. Qua querela ad Epiſcopum delata, Epiſcopus à præfectura hominem amouit. Atque ita quidem Robertus quamuis ab Aſello, non tamen ab aſinis ad boues, quod prouerbio dicitur, tranſiuit. CRIT. Lepida profectò hiſtoria. IREN. Quæ apertè docet, ſaluis verbis Scripturæ, tamen ſententiam à callidis ac malitioſis hominibus variè inuerti poſſe. CRIT. Atqui valde demiror, quis tam abſonum ſenſum Caroloſtadio aperiret. IREN. Quis, niſi is, qui Zuinglio, qui Luthero, qui Anabaptiſtis, qui Suenckfeldianis, aliiſque tanta myſteria patefecit? ſpiritus ſcilicet erroris & mendacij; qui & morituro Caroloſtadio, ſi vera ſunt, quæ in epiſtola de eius morte circumferuntur, ſe oſtendit. Cuius iam partem audies: Baſileenſes Eccleſiaſtæ ſcribunt, *Caroloſtadium fuiſſe peſtem Eccleſiæ ſuæ venenoſiſſimam, & occiſum à Diabolo; ſcribunt apparuiſſe ei concionanti virum grandem, ingreſſum in templum, & iuxta quendam conſulem ſtetiſſe, rurſuſq́; egreſſum, in ædes Caroloſtadij intraſſe. Ibi ſolum filium inuentum, manibus eleuaſſe, quaſi in terram colliſurus; ſed illæſum dimiſiſſe, ac iuſſiſſe, vt patri diceret, ſe reuerſurum poſt triduum, & ipſum ablaturum. Quod etiam factum eſt. Nam ſubitis terroribus correptus, poſt triduum mortuus eſt. Caroloſtadius interrogauerat conſulem, quis ille vir grandis fuerit: Conſul dixit, ſe neminem vidiſſe, &c.* Nec eſt, cur anxiè inquiramus, qualis fuerit Zuinglij ſpiritus, cum & tam prodigioſæ doctrinæ promulgatio, & ipſius verba eum ſpiritum ſatis indicent. Hæc enim ſibi per ſomnium à neſcio quo admonitore patefacta atque illuſtrata, qui tamen ater fuerit an candidus, ſe ignoraſſe palàm affirmat. Et nos miſeri, abiectis Chriſti tam luculentis verbis, & totius Eccleſiæ auctoritate, certaque interpretatione, ſomniantis huius doctoris nocturna, aut potius atri Dæmonis, ludibria exoſculabimur? Simili nocturni ludibrij vano ſplendore videtur & Cuthebertus Simpſonus apud Foxum Pſeudomartyr illuſus. Cui quidam ad mediam ferè noctem, tribus carceris oſtiis reſeratis, magna circumfuſus luce apparuit: & cùm nihil aliud quàm [ba] dixiſſet, mox abiit. Quiſnam ille fuerit, neque Simpſonus dicere potuit, neque Foxus definire audet. Audet interim certis & illuſtribus viſionibus, quæ in Eccleſia Catholica frequentes ſunt, & quas nos ante biduum abundè confirmauimus, detrahere: ſed hanc tamen pro vana haberi non patitur. Atqui cùm Simpſonus aliud de Catholica fide ſenſerit, quàm aut Sancti illi viri, quos apparuiſſe diximus, aut quibus illi apparuerunt; facilè pronunciare poterimus, non hanc viſionem diuinitus (vt perſuadere conatur Foxus) ſed à Diabolo planè profectam; qui ſuo Pſeudomartyri, tanta pro tã mala cauſſa patienti, illudere voluit. Quid enim aliud

Quis ſpiritus auctor Caroloſtadio tam abſurdæ de Euchariſtia interpretationis.

Caroloſtadio cuiuſmodi Spiritus apparuerit.

Zuinglius in ſubſid. de Euchariſt.

Zuingliana de Euchariſtia interpretationis cuiuſmodi Spiritus auctor.

Foxus Angl. pag. 1735.

Viſio Cuthberti Simpſoni Pſeudomartyris Anglici non à Deo, ſed à Dæmone profecta.

illam, quàm irridentis Diaboli vocem, aut tam deſperatam ſui cultoris obſtinationem admirantis, aut certè vanum Simpſoni ſomnium cenſebimus? Neque enim affirmat, vel vnquam, credo, affirmabit, reperta mane illa tria oſtia carceris aperta. Quod ſi idoneè probet, aliquid egerit. Iam ſi me, quod à nouo iſto Euangelio abhorream, ſiniſtrè tam egregiam viſionem deformare Foxus cauſſabitur; eum ad Lutherum totius huius Euangelij Apoſtolum amandabo, qui & hæreticum Simpſonum, & nihil aliud hic quàm Dæmonis præſtigias contigiſſe, palàm clamabit. Sed vt ad Zuinglium reuertar; habuit ille exitum doctrina ſua dignum in bello, quod Catholici Heluetij cum Zuinglianis geſſere, cæſus; cuius deinde cadauer fuit ad ſempiternam memoriæ eius labem combuſtum. Catholici cùm eſſent numero, omnique apparatu bellico inferiores, ipſa tamen cauſſa ſuperiores, quinque prælijs aduerſarios egregia quadam victoria confregerunt. Mors Zuinglij audita Oecolampadij animum ita deiecit, ac debilitauit, vt poſt paucos dies doloris magnitudine repentè obierit.

Exitus Zuinglij qualis.

Catholicorum Heluetiorũ contra Zuinglianos memorabilis victoria.

Oecolampadij ſubita mors.

De viſionibus, ſpiritus afflatu, & alijs Lutheri dotibus; & quàm temerè ei vaticinium Sleidanus adſcripſerit.

Cap. XXXIII. Irenævs.

Venio nunc ad Lutherum. Lutherus dicit; *Ego fui in ſpiritu, & Chriſtus me dubitantem erexit, & confirmauit*; & multa huiuſmodi. Ergo erit nobis Lutherus prophetes, & alius Paulus? Et quicquid homines glorioſi & mendaces, varijsque Dæmonum fraudibus circumuenti ad ſuas laudes ſemel effutierint, nos pro Euangelio ex nuda ipſorum aſſeueratione amplexabimur? At Sleidanus, inquies, & Euangelici prophetam eum aſſerunt. Eodem ſanè iure, quo Montanum, Maximillam, & alios antiquos hæreticos prophetas fuiſſe aſſererent, qui ſibi olim prædictionis & prophetici ſpiritus dotes inſolenter arrogabant. Quorum vanitatem, ac mendacia contrarius rerum euentus palàm coarguit. Quod & Luthero ſæpe accidiſſe ſcimus. *Dogmata mea*, inquit, *ſtabunt, & Papa cadet, inuitis omnibus portis inferi, & poteſtatibus aeris, & terræ, & maris*. Et alibi: *Ego vtique certus ſum, verba mea non eſſe mea: oportet igitur os meum illius eſſe, cuius verba loquitur*. Ac magna aſſeueratione promittit poſt biennium non futurum Papam, Cardinalem, Presbyterum, Monachum, Monialem, & alia eadem vanitate. Præterea ducem Brunſuicenſem captiuum nunquam dimittendum iactabat, ac Catholicis omnia dira atque infauſta, ſuis verò omnia felicia ac proſpera, tanquam ex Apollinis tripode omi-

Lutheri de viſionibus ſuis gloriatio.

Lutherus prophetes qualis.

Euſeb. lib. 5. cap. 16. & 18.

Lutheri de ſuis paradoxis falſa & vana vaticinia.

In reſpon cõtra regem Henricum 8.

Lutheri de Catholicis quam atrocia tam mẽdacia prognoſtica.

In lib. Teutonic contra Thom. Muncerum 1525.

de ominabatur. In quibus rebus omnibus impudentiſſimam hominis vanitatem, non eſt quod multis refutem: quam partim inſignis illa Caroli Imperatoris poſt biennium victoria, partim res ipſa ſine verbis ſatis confringit. Lutheri ſanè prædictiones tam certæ fuerunt, quàm illæ aliæ Euangelicorum ad annum Chriſti 1533. In quo illi certum ac fatalem diem ad totius orbis interitum conſtituerunt, ac definierunt: tanta certè ſtulti populi credulitate, vt quidam à terra aratro proſcindenda, & aliis conſuetis operibus abſtinuerint; alij, atque ex iis aliquot nobiles Euchariſtia ſe, quaſi ad præſentem vitæ exitum armarint: quos, fatali die lapſo, tantæ leuitatis valde puduit. Nec minus certè pudere deberet Euangelicos illius Apoſtoli ſui vanitatis, qua poſt biennium Papatus internecionem, & ſupremam cladem pollicebatur. Qui certè ruere non poteſt, vt non ſacroſancta Chriſti promiſſa Petro facta, & tota ſimul Catholica religio eadem ruina labaſcant. Adeo enim Romanæ ſedis dignitas (licet in eam magna quadam Germaniæ portio, & aliæ quædam nationes nefariè conſpirauerint) ab eo tempore non eſt ſublata, vt infinitis partibus plures eam hodie religioſè colant, quàm quo tempore Lutherus noui huius nobis Euangelij oracula cœpit occinere. Nam præter nouum illum orbem, præter Æthiopiæ Regẽ, cuius imperium tam latè propagatur, qui per legatos ſæpe; Armeni certè ſub ditione Regis Perſarum conſtituti, ter noſtra ætate per legatos illius ſedis amplitudinem, ſuamque in eam reuerentiam confeſſi ſunt, & ſui ab ea Patriarchæ confirmationem ſupplices poſtularunt. Eandem etiam religioſè agnouit Antiochenus Patriarcha. At Abdiſu Aſſyriorum propè Tygrim fluuium Patriarcha Romam ſummis laboribus, ſummoque vitæ periculo venit, vt à Pio quarto, qui huic ſanctæ ſedi hodie præſidet, confirmaretur. Cuius eminentem ſupra reliquas Eccleſias auctoritatem agnouit, & ſe atque ſuos omnes Tridentini Concilij decreta religioſè conſer uaturos, palàm profeſſus eſt. In eo autem quòd Lutherus doctrinam ſuam ſtabilem, ac perpetuam fore iactat; quis non videt vanitatem & arrogantiam hominis? Nam dogmata eius non ſolùm Catholici, verum etiam diſcipuli ipſius exſecrantur. Ac nulla pæne pars eſt illorum; quæ ille voluit à ſuis pro oraculis haberi, à quibus diſcipuli eius iam non receſſerint ab ipſo, & inter ſe non minus diſſecti, quàm ille ſe olim ab Eccleſia Catholica ſcidit: vt non minus, aut multò certè magis de Luthero dicere poſſimus illud, quod olim de Donatiſtis dixit Auguſtinus. *Nunc autem non attendunt iam in ipſo Donato completum eſſe, quod dictum eſt: In qua menſura menſi fueritis, in eadem remetietur vobis. Sicut enim Chriſtum diuidere conatus eſt, ſic ipſe à ſuis quotidiana conciſione diuiditur.* Atque cùm in morem Chamæleontis doctrinam ipſe ſuam ſemper mu-

Euangelicorum de die indicij & mundi interitu ridicula prædictiones.

Falſum Euangelicorum de ſede Apoſtolica prognoſticon.

Rex Æthiopiæ.

Armeni.

Abdiſu Patriarcha Aſſyriorum.

Quàm falſo iactauerit Lutherus doctrinam ſuam perpetuam fore.

Auguſt. de agone Chriſtiano cap. 29. tom. 3.

tarit, vt nullius vnquam hæretici in hoc genere tam ſtupenda ſit impudentia, fidemque, non quod olim de Arrianis ſcripſit Hilarius, *annuam ac menſtruam*, ſed in ſingulos dies, aliam atque aliam habuerit: audet tamen maieſtatem, ac veritatem Chriſti ſpurco ore contaminare, vt os ſuum os Chriſti dicat? Verum quoniam religio mihi eſt tanto Apoſtolo, tanquam alteri Paulo, cæleſtes illos ſuos afflatus prædicanti fidem abrogare; audies iam ex ipſo, quos ſpiritus viderit, & ſub quibus magiſtris in tantum Theologum euaſerit. Fatetur itaque ſe diſceptatione à Diabolo victum, priuatam (vt ante triduum oſtendimus) Miſſam aboleuiſſe. Fatetur alibi, ſe Diabolum bellè nouiſſe, & multum ſalis cum eo comediſſe. Vt vel hinc intelligas, quàm longe à veſtigiis cæleſtis illius magiſtri Chriſti Lutherus aberrarit, qui Dæmonem, id quod in fide noſtra præcipuum eſt, confitentem Chriſtum, videlicet non ſolùm ſanctum, ſed ſanctum illum Dei, id eſt, natura ſanctum, increpauit, & obmuteſcere iuſſit. Neque enim etiam vera à Dæmone diſcenda ſunt, vel quòd totius mendacij ſit parens, vel quod ne vera quidem, cùm ſit atrociſſimus noſter hoſtis, proferat, niſi inſidiandi, circumueniendique animo, veritatem ad tempus quaſi eſcam, qua nos reti ſuo incautos implicet, fraudulenter obiiciens. At nouus iſte tam diu deperditi & obruti Euangelij inſtaurator, adeo Dæmonem non repellit, vt palàm ſe perquàm illi familiarem, & tam ſolida argumenta non pro veritate, ſed contra veritatem, contra ſacroſanctam Miſſam, & tremendum altaris ſacrificium accepiſſe iactet, vt ea refellere nullo modo valuerit: atque ita mox à tanto præceptore edoctus, tamque ſancto Spiritu afflatus, ad priuatam Miſſam abrogandam totum ſe contulerit. Quæ eius tanta cum Dæmone ſocietas (vt omittam atrociſſimas, quas ab eo hauſit, hæreſes) veram aut proximam certè idololatriæ ſpeciem obtinet. Quemadmodum enim in republica omnis ſocietas cum communi eius hoſte, læſæ maieſtatis reo; ita multò magis cum Dæmone ſummopere fugienda eſt: niſi velimus grauiſſimum in diuinam maieſtatem crimen admittere. Ac veluti qui in hac mortali vita ſummo Dei beneficio, ſummoque ſuo ſolatio, Angelorum aut aliorum Diuorum apparentium conſpectu iucundiſſimè fruuntur, cæleſtis illius vitæ; ita qui Dæmones ſibi familiares hìc habent, æternæ ſuæ damnationis quaſi primitias hic deguſtant, ad maximam non animæ ſolùm, ſed & corporis ſæpe perniciem. Quod & Luthero accidiſſe quidam putant: qui, cùm lectum hilaris & bene potus petiſſet, mane in eodem exanimis repertus eſt. Ipſe certè Lutherus huiuſmodi repentinos exitus iis, qui Dæmoni familiares ſunt, ſæpe accidere fatetur. Hæc cùm ita ſint, repertus tamen eſt tali præceptore dignus diſcipulus, qui noua quadam Rhetorica præ-

ceptoris

Lutheri fides in conſtans & mobilis.

Cuiuſmodi ſpiritus Lutherus viderit.

Lutherus Diabolo familiaris & domeſticus.

Lib. de angular. Miſſa.

Lutherus quàm diuerſus à Chriſto.

In ſerm. quodam.

Marc. 1.

Lutheri repentinus exitus qualis ſolet eſſe eorũ qui cum Dæmone ſocietatẽ ineunt.

In lib. de angul. Miſſa.

Andr. Smidelin. contra Hoſium pro Brentio.
Cochl. de act. Luth.

Andreas Smidelinus pertinax Lutheri defenſor.

ceptoris ſui defenſionem propter nocturnam hanc cum Dæmone collocutionem ſuſceperit. Traditur præterea aliquando inter ſacra audienda, dum Euangelium de Dæmonio è muto ac ſurdo profligato recitaretur, concidiſſe, atque exclamaſſe: *Non ſum, non ſum*. Qua voce is, qui eum inhabitabat, ſe prodidiſſe creditur. Nec Dæmonem illum per totam poſtea eius vitam eiectum, atto- cia atque horrenda illius contra omnem religionem Chriſtianam ſcripta ſatis teſtantur: quæ illum contentionis, æmulationis, honoris, gloriæ, ac ſuperbiæ ſpiritu totum tumentem enomuiſſe cõſtat. *Hæc cauſſa*, inquit, *non propter Deum incepta eſt, neque propter Deum finietur*. Quod ipſi in Lipſica illa diſputatione aliquando excidit, & ei ita poſtea præſenti obiectum eſt, vt, quamuis eſſet ore duriſſimo, tacendo fateri cogeretur; & ferocientis, atque impotentis hominis ſpiritus ita infringerentur, vt totos viginti menſes præter morem deinde conticuerit. Idem fatetur, ſe diligentem anxiamque operam præſtitiſſe, ſi fortè ex Scripturis probare poſſet, verum & naturale Chriſti corpus in Euchariſtia non ſubeſſe: neque eam quidem veritatis ſtudio, ſed quia id Papæ graue ac inuidioſum fore exiſtimauit. Simile fundamentum iecit & Caroloſtadij noua ſchola. Quem æmulatio atque inuidia erga Lutherum ad infauſtum illud de Euchariſtia certamen perduxit, quod Melanchthon planè fatetur: Vt immeritò Catholicis Apologetici iraſcantur, qui affirmant, omnem hãc nouam Theologiam nullius religionis aut pietatis, ſed ſolius cõtentionis cauſſa importatam. Quare neceſſe eſt præclaram quandam huius Euangelij exædificationem ſequi, quod tali fundamento nititur. Atque ideo neminem Lutheri illa iactatio mouere debet, qua tam firmè aſſeuerat, certò ſe ſcire, *doctrinam ſuam cæleſtem eſſe*; aut Apologeticorum, *certos ſe eſſe de voluntate Dei*; ac propterea nefas eſſe, nimium ſolicitos eſſe aut anxios de ſententiis hominum, *nec poſſe amplius cum carne & ſanguine deliberare*. Iam enim oſtendimus, aut Lutheri, aut Apologeticorum ſpiritum vanum, mendacem, ac fallacem eſſe. Lutherus enim Zuinglianis omnibus magno cum anathemate Chriſtianam omnem amicitiam renuntiat.

Dæmonium Lutheri non erat mutum.

Digna Luthero ſententia.

Cura & ſolicitudo Lutheri de tollendo Chriſti corpore ex Euchariſtia in odiũ Pontificis Romani.

Epiſtola ad Argentinenſes.

Caroloſtadium quid induxerit ad ſuum de Euchariſtia paradoxum.

Quintum Euangelium ex diſſentiendi libidine ' natum.

Apol. Angl.

Apologeticorum de Euangelio ſuo confidens & glorioſa iactatio.

Bucer. in præfat in 4. tom. Luth. & comment in Matthæum.

Meminiſſe præterea debent Apologetici, Bucerum, cùm ab initio fuiſſet merus Lutheranus, ab eo ad Zuinglium defeciſſe, & vociferatum, *ſe certum, ſe diuinitus edoctum in doctrina Euchariſtiæ*: nec ita multò pòſt, contemto Zuinglio, ad Lutheri diſciplinam, quam ſcriptis acerbè oppugnauerat, reuerſum. Eſt enim hic omnis Euangelicus ſpiritus valde inconſtans, & repente in nouum curriculum deſultorius. Iſtam verò Apologeticorum tuorum ſubtilem Theologiam ego homo tardus, ac hebes non ſatis aſſequor: qua repentè tam ſpiritales facti ſint, vt nihil iam habeãt cum ſentẽtiis hominum, cum carne, & ſanguine commercij. Qui

Bucerus licet in fide ſua noua ſemel vacillauerit ſe tamen diuinitus edoctum iactitabat.

Euangelicorum ſpiritus lubricus & mobilis.

potius viderint, ne pro ſententiis ac oraculis ipſius Dei beluinam aliquam mentem induerint. Niſi fortè ſpiritales erunt nobis Sacerdotes, Monachi, Epiſcopi, qui ſexagenarij, aut ſeptuagenarij non quærunt aliquam Sunamitidem, qua frigidum & effœtum corpus incaleſcat; ſed in fœdam, ac omni diuino iure vetitam libidinem, & inceſtas nuptias proruunt.

Hieronymus.

Quibus rectiſſimè illud ex Hieronymo occinam: *Dicam, inquit, & ego nuptiatoribus meis, ſi poſt caſtitatem & diuturnam continentiam ſubant ad coitum, & pecudum more laſciuiant; ſic inſipientes eſtis, vt cum cœperitis ſpiritu, carne conſummemini?*

Hieron. aduerſ. Iouinianum tom. 2. ſub verſus fin. Gal. 3.

Lutheri licentioſa vox.

Sed iſtis fortè & Lutherus ſpiritalis erit, dum ſcribit; *Si nolit vxor, veniat ancilla: nec magis nos muliere, quàm cibo, potu, ſomno, carere poſſe.*

In concion. de coniugal. vita.

Spiritus libidinis & immunditiæ in Euangelicis.

Cochl. de act. Luth. anno 1527.

Quam doctrinam multi horribiles turpitudinis euentus ſequuti ſunt cùm alibi, tùm potiſſimum apud Apocellam Heluetiorum: cùm trecenti promiſcui ſexus editum montem adſcenderent, quaſi inde rectà cælum cum ipſo corpore ac anima petituri, poſtquàm in nefarias, & inauditas libidines effuſi fœdè corpora commiſcuiſſent. Neque tamen aliud eſt hodie hominum genus, quod magis ſuas prædictionum dotes, ſuos ſpiritus, viſiones, afflatus ac mirabilia oſtentat.

Frater Euangelicus fratrem occidit instinctu ſpiritus.

Gilbert. Cognat. in narration. tragic.

Et Sangalli quidem, quod eſt Heluetiorum oppidum, quidam eius generis fratri ſuo germano ceruices atque caput abſcidit, præſente patre & matre, quibus perſuaſerat à ſpiritu ſibi eſſe iniunctum, vt id faceret. Atque inter iſtos cùm ſpiritalis ſemel homo effrenatam iſtam ſuam libidinem cohibere amplius non poteſt, exclamat: *concupiſcit ſpiritus meus carnem tuam; veni itaque, faciamus mirabilia.*

Spiritus concupiſcentia.

Vides igitur noui huius Euangelij mirabilia. Habent enim Anabaptiſtæ, habet Lutherus, habent & reliquæ ſectæ ſua mirabilia, ſua prodigia.

Miracula quædã Lutheranorum.

Ita Lutherus miraculi inſtar factum Leonardi Coppeni ſuſpicit, qui eo tempore, quo Chriſtiani homines Chriſti paſſioni ac reſurrectioni meditandæ toti vacant, nouem virgines Deo conſecratas vna nocte è Monaſterio abduxit.

Lutheri inceſta nuptia.

E quibus vnam, quæ Catharina dicta eſt, poſtquàm toto biennio inter diſcipulos eius Vuittenbergæ vagata fuiſſet, lecti ſociam (credo propter lemures meticuloſus) inexpiabili turpitudine adſciuit. Neque miraculo apud Lutherum caret, quòd laſciua quædam virgo Florentina, ipſius diſcipula, apertis foribus, quas nemo obſeruauit, è monaſterio aufugerit.

Herculis impotẽs libido.

Quo in genere miraculorum Herculis quoq; impotentem libidinem ponant, qui vna nocte quinquaginta puellas deuirginauit. Quare etſi ne vnum quidem ſolidum, ac Chriſtianum miraculum ab omni hac hæreticorum colluuie ſit vnquam editum: non poſſum tamen negare, totam illorum & vitam, & doctrinam admirabilem eſſe, ſtupendam & planè prodigioſam.

Lutheranorum vita & doctrina mirabilis atque prodigioſa.

Et quoniam nec Caroli Cæſaris edicto, quod ſummo ampliſſimorum imperij ordinum conſenſu ſancitum eſt,

quod-

quodque palàm admonuit, Lutherum non tam hominem, quàm ſub humana forma Diabolum fuiſſe; nec piorum vlla admonitione, aut ſcriptis; nec Eccleſiæ totius auctoritate inſani homines à Luthero præceptore abduci potuerunt: Deus ipſe poſt biennium ab eo edicto, quem, & quàm prodigioſum præceptorem ſequeretur, ex vacca, quæ ad fines Vuittenbergæ vitulum caluo capite & cucullatum, admirando, ſed accommodatiſſimo oſtento enixa eſt, palàm demonſtrauit.

Quale monſtrū Lutherus eſſet, monſtroſo vaccæ partu diuinitus patefactum eſt.

De inſigni Sleidani fraude, & in Deum ingratitudine, qui in ſua noſtri temporis hiſtoria nullam noui orbis fecerit mentionem. Cuius tam perfidioſi ſilentij cauſſa oſtenditur.

CAP. XXXIIII. IRENÆVS.

QVARE nihil ego iam iraſcor Sleidano, qui id egregiè obſeruandum putauit, religionis conuerſionem in Caroli potiſſimum ætatem incidiſſe: vt cum à tanto illo orbis Monarcha, & reliquis Imperij proceribus (vt nihil hîc dicam de Romani Pontificis anathemate in illam dictato) ſit damnata, omnes illam pij magis exſecrentur. Illa verò Sleidani tui partim inſignia de Euangelio diuinitus per Lutherum renato mendacia, partim improbum & perfidioſum de vero, atque inæſtimabili Dei beneficio in Chriſtiana fide noſtris temporibus admirabiliter propagata ſilentium, iam à me aperienda ſunt, & iuſtiſſima reprehenſione conuellenda. Atque mendacia quidem illius in eo potiſſimum conſpiciuntur, quòd recentem hanc in Europa religionis mutationem omnium maximam, ad ſingularem Dei gloriam non ſine admirabili ipſius beneficio accidiſſe exiſtimet. Latius enim multis partibus ea patuit, quæ auctore Arrio (vt alias iam hæreſes omittam) olim per totam Aſiam, Africã, & Europam diſſeminata eſt. *Ingemuit*, inquit Hieronymus, *totus orbis, & Arrianum ſe eſſe, miratus eſt.* Et ne longè à noſtra memoria abeamus, ampliſſimæ illæ omnes nationes in Perſide, quæ Mahometis ſuperſtitionem ſequuntur, recentibus ſectis ſciſſæ ſunt ab eo ritu religionis, quem in tota prius Aſia, & Africa Mahometani tenuerunt. Quam factionem egregiè promouebat Techellis quidam, quem vt Prophetam adorabant. Quod ſi indignentur Euangelici, me aut Arrianos, aut Techellem cum Luthero conferre; ego quoque me temerè id feciſſe confitebor, ſi ipſi ſemel probarint, aut intercidiſſe in Europa veram ac putam religionem, aut, ſi interciderit (quo nihil ſtultius, aut magis impium dici poteſt) non acceſſiſſe potius grauiorem quandam à Luthero

Sleidani mendacia.

Arriana hæreſis latius propagata quã Lutherana.

Aduerſ. Luciſ.

Hieronymus.

Paul. Iouius lib. 13.

Noua ſectæ & ſchiſmata inter Mahometanos.

corruptelam, quàm ſalutarem aliquam reparationem. Iam de illo
Sleidani perfidioſum ſilentium. Sleidani ſilentio quid dicam? qui, cùm Caroli natalitia & ditio- *Lib. 1.*
nes, quæ ei in Europa præſertim ex morte Ferdinandi Regis (qui
primus nouum orbem in Occidente aperuit) & ipſius tum in Eu
ropa, tum contra Barbaros in Africa victorias recenſeat, de illo
altero nouo orbe & victoriis illis, quæ longè celebriores ſunt o-
mnibus Alexandri, Iulij Cæſaris, veterumque heroum trophæis,
ne voculam quidem, quantum animaduerti, admiſcet, cùm tamen
Selymi, qui, Sultano victo, Syriam, Ægyptumque in ſuam ditio-
nem redegerat, meminerit. Qui ſi nihil de auibus, piſcibus, de a-
nimalibus terreſtribus, de herbis & arboribus, de quibus neque
Ariſtoteles, neque Plinius, neque quiſquam veterum mētionem
facit (in quarum rerum, & ſummæ, quæ in eiſdem elucet, Dei Sa-
pientiæ, potentiæ, & bonitatis conſideratione ac contemplatione
iucundiſſimum fuiſſet acquieſcere; & non tam Ariſtotelicum, quā
Chriſtianum Philoſophum agere) ſi nihil de inſigni illa naui
Nauis [*Victoria*] *totum mundum circuiuit.* [VICTORIA] quæ prima, vt veriſimile eſt, à mundo condito
mundum totum circuiuit; ſi nihil de tot populis noſtra & patrum
memoria ad noſtram notitiam, & ſub Caroli, atque Luſitanorum
Imperium redactis, hac ſua hiſtoria, in qua alioqui multa, minu-
ta illa quidem, ne quid grauius dicam, prodidit, dignum putauit:
at cur, quod his omnibus præponderat, ne attingere quidem di-
gnatus fuerit, id ego ſatis mirari nequeo. Sed quid illud eſt, in-
quies? Incredibili videlicet Dei benignitate alterum quendam
Nouus orbis. orbem, de quo nihil à Ptolemæo, nihil à veteribus Coſmogra-
phis, nihil ab aliis vel fando quidem prius accepimus, intra ho-
minum memoriam repente emerſiſſe: præſertim cum ille Caroli
Imperio, de quo tota iſtius narratio inſtituitur, potiſſimum accre-
uerit. Quare inter reliqua illa clariſſima atque ornatiſſima Caroli
trophæa, quæ in honoratiſſimis illis Bruxellēſibus exſequiis me-
moriæ eius poſita ſunt, meritò primum omnium locum illud ob-
tinuit; quòd nouum orbi noſtro orbem patefecerit, exteris genti-
bus Chriſtiano nomini additis, & multis regis prouinciiſque au-
cto Hiſpano Imperio. Sed Sleidanus tuus, qua de cauſſa exſe-
Cauſſa cur Sleidanus de nouo orbe ſiluerit. quias omnes Chriſtianorum exſecratur, ob eandem ſanè hanc
tantam Caroli atque noſtri ſæculi gloriam, id eſt, Catholicæ reli-
gionis odio, quantumcunque ſingularem ſuam in hac hiſtoria fi-
dem iactet, malignè ſuppreſſit. CRIT. Nihil ſanè habeo, quo
hoc ſilentiū excuſem, niſi fortè illud, quod Sleidanus ipſe affert; *In epiſtola dedicatoria.*
eum nimirū res bellicas & politicas non ſibi ſumſiſſe ex profeſſo
tractandas: quippe qui cauſſæ religionis hunc omnem laborem
potiſſimum dedicarit. IREN. Non accipio hanc excuſationem vt
iuſtam & idoneam, qua eum adeo à culpa non eximis, vt multo
maiori oneres. Nam vt nihil dicam, titulum ipſum libri de ſtatu
religio-

religionis & reipublicę inſcribi, ſi omnis eius labór rebus religionis explicandis inſudarit; quo modo eam religionis immutationem tam perpetuo ſilentio pertranſiit, qua nouus iſte orbis, abiectis idolis, rectam & ſinceram Chriſti fidem, de quo nihil prius audierat, ineffabili Dei bonitate recens amplexus eſt? Huius verò in orbe nouo detegendo, & ad rectam fidem traducendo diuini beneficij magnitudo cùm tanta ſit, vt ſecundum illud, quo mundi opifex atque ædificator Deus hunc condidit, & incarnati Chriſti beneficium, nullum vel profanæ vel ſacræ litteræ illuſtrius complecti videantur; cumque noſtris potiſſimum temporibus, quorum hiſtoriam Sleidanus purè & candidè ſe explicare profitetur, hoc ipſum ſit repræſentatum; quis vnquam Sleidanũ vel tam ſtupidum, vt non intelligeret, vel tã obliuioſum, vt dum hanc hiſtoriam concinnaret, non recordaretur; vel tam perfidum, vt tam nefario ſilentio præterire vellet, exiſtimaret? Neceſſe certè eſt, ſubeſſe cauſſam aliquam, quæ non ſatis ſit omnibus obuia.

Magnitudo diuini beneficij in nouo orbe ad fidem orthodoxam traducendo.

CRIT. De qua ego ſanè vt nihil certi pronuntiare, ita nec iam Sleidanum de hoc ſilentio purgare poſſum: quod mihi planè admirationem mouet. IREN. Et merito quidem. Ego verò hanc omnem cauſſam expeditè dicere poſſum: quæ non alia eſt ab ea, quam de fraudulento Magdeburgenſium hactenus ſilentio in veris Eccleſiæ hiſtoriis recenſendis toties explicaui. Eodem omnia artificio ſtructa ſunt. Cùm enim totus ſit in ornando & amplificando Lutheri Euangelio, & imperitis hominibus perſuadere cupiat, totum orbem à vera hactenus religione abalienatum, & ad eam rurſus amplectendam per Lutherum egregia & inſigni rerum commutatione, adque ſummam Dei gloriam facta, excitatum, à noui orbis mentione non fortuitò, ſed ſtudioſè abſtinet. Ne, ſi eam narrationem fideliter & candidè contexuiſſet, Lutherum mendacem prophetam facile argueret, & omnes iſtas noui Euangelij laudes nimium ea narratione deformaret. Quare conſultius putauit, tam ingens Dei beneficium inexpiabili ſilentio prorſus obruere, & totum ſe ad Lutherum magnificis & ſpecioſis verbis amplificandũ cõuertere; vt verè de eo dici poſſit; paruo eum pedi magnos induiſſe calceos. Et hic ſubit animum, quod Diogenes aliquando lepidè dixit, cùm vidiſſet exiguam ciuitatem ſpatioſis & amplis portis. *Viri*, inquit, *Myndij, claudite portas, ne ciuitas veſtra egrediatur.* Et ego ſanè veritum Sleidanum puto, ne, ſi non amplis verbis Lutheri iſtud medicum Euangelium (ſi modicum dici poteſt, quod reuera nullum eſt) extuliſſet, omne propediem euaneſceret. Atque vtinam non eſſet grauior iſta cauſſa, quàm in qua iocis liceret indulgere. Sed res iſta commiſeratione ac lacrymis potius in Sleidano digna eſt, qui non ſolum tam incomparabile Dei beneficium noſtris temporibus colla-

Sleidanum de induſtria ſiluiſſe de religione in nouo orbe propagata.

Diogenis apophthegma.

collatum inuido ſilentio prætermiſerit; verùm etiam letalem Chriſtianæ reipublicæ peſtem, pro peccatis noſtris auerſo & irato Deo, in Catholicam fidem ita graſſantem tantopere deprædicarit. In quo tamen tanto malo maxima diuinitus conſolatione non deſtituimur, quòd videmus ipſam veritatem illuſtriorem redditam: vel excitatis ad accuratiorem illius iudagationem multorum ingeniis (quæ alioqui forſan ignobili otio torpuiſſent) vel ex hac ipſa excellenti Dei bonitate, qua factum eſt, vt non tantum Chriſtianæ fidei in Europa deceſſerit, quantum etiam apud illos (quos an extitiſſent omnino, nunquàm prius nouimus) recens acceſſerit. Atque ideo non, vt Sleidanus, ingrati ſupprimimus, ſed alacres præ nobis ferimus, & grati ſuſpicimus admirabilem Dei prouidentiam, qui, vt nihil vnquam mali condidit, & quæ mala videntur, ad totius vniuerſitatis decorem & perfectionem tolerat (*vidit enim vniuerſa, quæ condidit, & erant valde bona*) ita cùm homines liberi arbitrij viribus abuti ſinit (ne inuitos ad bonum cogat) eorum vel maximam malitiam (quæ, quàm ſit in hæreticis, grauior eſſe non poteſt) ad ſuam laudem, & aliorum bonum conuertere nouit. Qua admirabili Dei prouidentia quemadmodum in rebus naturalibus nihil interit, vt non aliud generetur, ſic in Chriſtiana religione iam inde à felici ipſius ortu vſu veniſſe ſemper incredibili Dei benignitate oſtendimus, vt nunquam alicubi interuerſa ſit Catholica fides, vt non alibi feliciter ſuccreuerit, quod illam deceſſionem reſarciret. Atque hoc quidem cum ſæpe aliàs, vt diximus, admirabiliter; tum certè nunquam poſt Apoſtolorum tempora maiore admirabilitate, quàm hac noſtra ætate accidiſſe auſim affirmare. Quod cùm nec Sleidanus ipſe ignoraret, non tam aſtuta, quàm impia taciturnitate omnia diſſimulat; ne Lutherus alioqui non multo melior Techelle propheta haberetur. Cuius vt alias arrogantes ſui venditationes, & vaniſſimas prædictiones prætercam, ille aliquando, dum ambitioſè ſuum Euangelium efferret, vatem ſe haberi voluit, dum vaniſſimè prædiceret, fore, vt Mahometanis aliquando perſuaderet, vt non tam Chriſtiani, quàm Lutherani efficerentur. Sed non memini me hactenus nouiſſe vel vnum Mahometanum, qui ſe ad Lutherum contulerat. Quod ſi aliquando contigerit, id auſim affirmare, miſero illi miſerè impoſitum: qui non Chriſti, ſed Lutheri Euangelio ſit initiatus; & non tam abiecerit, quàm errorem mutarit. At ecce tibi, vt dixi, per Catholicos nouum quendam orbem Chriſtum, & Chriſtianã religionem, eandemque omnino religionem, quam tum antiqua tenuit, tum Catholica hodie Eccleſia tenet, profitentem. Nam quòd Conſtantinum Magnum, Carolum Magnum, & Ottones nominat, illud te mouere non debet: quod iam te ſatis perſpicere arbitror ex iis, quæ

Conſolatio quæ in his hæreſeon fluctibus.

Catholica religio iam inde ab ipſius ortu nunquã alicubi defecit, quin alibi ſuccreſceret.

Lutherus in præfat. in Alcoranum.

Mendax Lutheri vaticinium.

Nouus orbis Catholicam amplectitur religionem.

quæ hactenus narrauimus. Eandem enim illi conſtantiſſimè religionem tenuerunt, quam Carolus quintus, & quam iſte acerba ſuggillatione paſſim exagitat, atque ſub Carolo quinto tam longè lateque propagatam dolet: & proinde inuidè ac nefariè prætermitrit. Cuius alias multiplices fraudes atque mendacia cum primò Fontanus, deinde Pontanus, & poſt virumque vir doctiſſimus & diſertiſſimus Bartholomæus Latomus, qui hiſtoriam, vt fertur, de vndecim millibus mendaciorum Sleidani conſcripſit; quæ ſi nondum ſit edita, vt quàm primùm edatur, omnes boni exoptant, luculentiſſimè indicarit: ego hoc tam iniquum eius ſilentium, neſcio an à Latomo, ſed à Fontano & Pontano prætermiſſum, hic animaduerſione dignum putaui. Poſſem hîc inſigne illud Sleidani de Oſiandro mendacium, quod, viuo Luthero, nō ſit auſus ei in cauſſa iuſtificationis contradicere (à ſolo, quod ſciā, Staphylo hactenus proditum.) Poſſem multas alias veteratoris huius artes & commenta, quæ nemo, quem legi, adhuc notauit, in medium proferre; niſi non nullæ tuorum Euangelicorum iam confutanda miracula me ad ſe reuocarent.

Qui Sleidani mendacia & fraudes detexerunt.

Fontanus.

Pontanus.

Latomus de 11. millibus mendaciorum Sleidani.

De inſigni Sleidani mendacio, quo fingit Oſiandrum viuo Luthero non auſum contradicere in cauſſa iuſtificationis.

Cap. xxxv. Critobvlvs.

Sed illud, te quæſo, prius de Oſiandro explica. Iren. Scis, etſi implacabiles ſint hodie inter omnes ſectas de dogmatis diſſenſiones; omnes tamen hîc conuenire, vt ſolam fidem iuſtificare exiſtiment. Crit. Scio; & id ſæpe mecum ſum admiratus, & diuinitus factum ſum arbitratus, vt in eo dogmate, quaſi omnium expeditiſſimo ac exploratiſſimo, tanta animorū propenſione conſentiāt. Iren. Multùm tu quidem falleris. Eſt enim hoc dogmà non à Chriſti, & Apoſtolorum, ſed Simonis Magi ſchola profectum, & omnium hæreſeôn, quæ hodie graſſantur, ſeminarium, & quaſi noua Pandoræ pixis, è qua omnia in orbem mala euolarint. Hinc enim illos, Sacramentis & pænitentia hominē non iuſtificari; ipſoſque infantes fidei motus, qua iuſtificentur, habere; Miſſam non eſſe ſacrificium propitiatorium; nullam bonorum operum mercedem exſpectandam; alioſq; plurimos & grauiſſimos fidei errores natos apparet. Quod dogma omnes ſectę complectuntur, quia populo id eſſe plauſibile, & laxè atque diſſolutè viuendi, remiſſa omni grauiore ſeueriotis vitę diſciplina, occaſionem præbere videt. Quibus & ſimilibus illecebris remotis, facile omnem noui huius Euangelij gratiam, quā apud populum Euangelici collegerūt, interituram non obſcurè intelligunt. In quo

Dogma de ſola fide iuſtificante omniū hæreſeon noſtri temporis ſeminarium.

dogmate

dogmate omnium peſtilentiſſimo licet omnes conſentiant, in eo

Diſſenſio Euangelicorum inter ſe de ſua ſola fide iuſtificante.

tamen explicando adeo inuicem diſiunguntur, vt iam tibi oſtenderim, tuos Euãgelicos in viginti diuerſas interpretationes, quarum tamen nulla ſit vera, diuulſos. Et cum ea ſententia vnam, eamque commodam, atque idoneam interpretationem habere poſſit, qua profitemur non Gentilium, non Iudæorum, non Saracenorum, non hæreticorum, ſed ſolam Chriſtiani & Catholici

Fides quænam ſit illa, quæ iuſtificat.

hominis fidem (*quæ per caritatem*, vt Paulus ait, *operatur*) iuſtificare; ab ea tamẽ omnes tui Euangelici maximè abhorrẽt; propterea quòd nullam iuſtificationis partẽ operibus tribuere velint. Quã doctrinam tam certam, atque Apoſtolicam ſtatuit Lutherus, totius huius Euangelij Apoſtolus, vt cum Smalcaldicum illud fœdus non tam contra Principem & Imperatorem Carolum, quàm

Fœderis Smalcaldici quod fundamentum iaciendum iuſſerit Lutherus.

aduerſus Dominum & Chriſtum eius, feriendum foret; Lutherus illa Ioannis verba, *Chriſtus in carnem venit*, coram ampliſſimis totius Euangelicæ ſectæ ordinibus explicans, fœdus illud ſuper illo ſolo fundamento iaciendum affirmarit, *quòd ſola fide iuſtificemur*; nec noſtra aliqua, ſed ea tantummodo, quã Deus nobis im-

Oſiandri à Luthero de iuſtificatione diſſenſio.

putat, iuſtitia. Atenim diſcipuli eius, præſertim Oſiãder, licet Lutherus totius ſui Euangelij fundamentum ac firmamẽtum in hoc collocarit, &, ſi hoc dogma ſequerentur, felicem contra ducem

Sleidani de Oſiandro mendacium.

Brunſuicenſem, & reliquos Catholicos ſucceſſum polliceretur, in aliam ſententiam abierunt, vt non *imputatiua, ſed eſſentiali Chriſti iuſtitia nos iuſtificatos aſſererent*. CRIT. Id quidem ita eſt, ſed, ſuperſtite Luthero, ne hiſcere quidem Oſiander auſus fuit. Quare tu iam Sleidani illud de Oſiandro mendacium, ſi potes, expe- *Sleid. lib. 22.*

Diſcipuli Lutheri quinam magiſtrum ſuum oppugnauerint.

di. IREN. Cur nõ Oſiander hiſceret aduerſus Lutherum, quem, eiuſque doctrinam Caroloſtadius, Zuinglius, Oecolampadius, Bucerus, aliique eius diſcipuli tantis conuiciis proſcindunt? Atque iſta Zuinglianorum à Luthero diſceſſio, vt, ſuperſtite Luthero, latè propagata eſt, ita certè ab eius funere adeo ſe per Europam diffudit, vt iam à Lutheri diſcipulis ipſa Auguſtana Confeſ- *In victoria veritatis.*

ſio, vt nouum & vanum Euangelium, irrideatur. Inter quos il-

Clebitius.

le, de quo diximus, Clebitius affecta iam ætate delirantem cum *1561.*

Caluino Philippum Melãchthonem potiſſimum ſuſpicit & adorat. Et aboliiis veteribus Lutheranorum conciliabulis, nouam Synodum æquiſſima hac, vt putat, moderatione poſtulat, ne (quod Lutherani & Zuingliani Tridentinis patribus obiiciunt) *Lutherani ſint actores ſimul & iudices: Vt ſuperattendentibus & docto-*

Quatuor noua Euangelia Lutheranorum.

ribus iuſiurandum remittatur, quo tam religioſè ſe adſtrinxerunt ad ſuſcipienda *quatuor noua Euangelia*, videlicet *male intellectam Auguſtanam Confeſſionem, Apologiam, articulos Smalcaldicos, & Agendas Eccleſiaſticas*: Vt ſolum verbum Dei ſit iudex. Iam cum Vuitten-

Vuittebergenſes.

bergenſes & alij Saxonici ad Auguſtanam Cõfeſſionem conſtan-

ter reti-

ter retinendam, quæ profitetur Chriſti corpus ſubſtantialiter in Euchariſtia adeſſe, ſacroſancta ſe religione, quaſi ad ipſum Dei verbum, obligarint; & Tigurini, qui ab ea Confeſſione maximè abhorrent, iuramento quoque ſe adſtringant, ad Euangelium iuxta verbum Dei & Catholicum ſenſum annunciandum; ſit prorſus; vt alterutri verbo Dei exciderint; quanquam conſtat vtroſq; pariter excidiſſe. Cùm itaque Zuingliani nō ſolùm cum mortuo, ſed & viuo Luthero manum conſerere auſi ſint, & illius dogmata magno cōtemtu repudiare: putabimus alios, & Oſiandrum præſertim maieſtatem illius ita coluiſſe, vt cum eo adhuc ſuperſtite congredi non auſus ſit? Qua quidem in re probanda nō eſt opus multa diſſerere, aut ab ipſo Smalcaldico conuentu recedere: cùm Oſiander non modò ſuperſtite Luthero, ſed eodem ipſe tempore, & in eodem, tamque celebri principum conuentu, eadem, quę Lutherus, verba ſibi præ concione explicanda deſumens, in eam, quam diximus, ſententiam, deuenerit: Vt iam videas Sleidani tui toties à ſe deprædicatam fidem, & fragilem nobilis illius fœderis ædificationem ſuper fundamento leuiſſimarum, & vtrinque falſarum ſententiarum conſtructam; & Apologeticorum tuorum prudentiam, qui auſi ſunt affirmare, Euangelicos ſuos de ratione iuſtificandi nihil diſſentire.

Vide lib. de ritibus Tigurinæ Eccleſiæ 1559.

Tigurini.

Smalcaldici fœderis quàm debile fundamentum.

Staphyl. de Lutheran. inter ſe concord.

Apologeticorum in Anglia mendacium.

De viſionibus & donis Samuelis, atque Tindalli. De naue, quam Foxus combuſtam ait ad incendium Gardineri, & admirandis Luſitanorum nauigationibus, atque infinito populo per eos recenti memoria ad Chriſti fidem conuerſo.

CAP. XXXVI. CRITOBVLVS.

ISTA quidem tua narratio Sleidani noſtri fidem, & auctoritatem non ſine cauſſa, quantum adhuc video, multum apud me debilitauit. Quare tu narrationem de noſtrorum miraculis inceptam pertexe. IREN. Recenſui iam tibi miracula, quæ Zuinglianorum, Lutheranorum, & Anabaptiſtarum ſchola hactenus nobis effudit; quæ, ad quem modum in reliquis tuis Pſeudomartyribus accipienda ſint; nunc videamus. Quid igitur tibi admirandum videtur in illa Samuelis auditione & viſione? niſi fortè admireris hominem mortuum, aut mox moriturū, amplius nec ſitire, nec eſurire. Quo beneficio, ſi modò ſit beneficium, Dęmones ipſi potiſſimum vtuntur. Nec multum laboro de Gemoniis illis ſcalis, quibus Samuelem digniſſimum fuiſſe Lutherus planè fatebitur. Aut quid mihi ſcalam Iacobi, quæ Chriſti Crucis myſterium fuit (vt antea oſtendi) quid altare, quid gemmas illas nominas; cùm Pſeudomartyres iſti Crucem atque altare Dei ſummo

In Samuelis viſione nihil admirandum.

ſummo odio proſequantur? Atque iſtud gemmarum miraculum ad conſtibiliendam Catholicorum de beata Trinitate fidem contigiſſe, certum eſt. Illa verò cæleſtis gemma in aurea cruce collocata eſt, ad quam admiranda ſigna oſtenſa ſunt. Sed Crux, & hæc omnia Pſeudomartyribus, atque Illyrico tuo ſuperſtitionem olent. Quare cum priori hæc ſæculo ante Gregorij Turonenſis tempora contigerint, atque ab eodem conſcripta ſint; Illyricus, vt ſui ſemper ſit ſimilis, diſſimulato Gregorio, ex Sigeberto, recentiore longè ſcriptore, & cui parum fidei tribuit, iſta, omiſſis rei circumſtantiis, recenſet. Nihil itaque commune hiſtoria Samuelis cum ſcala Iacobi, aut Cruce habet. Quæ de Tindallo referuntur, vt non nego potuiſſe eſſe vera (quorum tamen fides à neſcio quo mercatore pendet) ita, ſi hæc res tanti ſit momenti, Catholicum quendam huic opponere poſſum: qui in conuiuio, cui multi, qui ſuperſunt, interfuerunt, ſimili planè ratione obſtitit præſtigiatori, vt nullo modo artis ſuæ ſpecimen, quod cogitabat, edere potuerit. Atqui certè Tindallus ipſe impoſtorem illum longè ſuperat. Ille enim ſolis oculis ridiculè inani quadam rerum viſione ac ſpecie; iſte animis hominum perniculosè falſa veritatis Imagine illuſit, atque impoſuit. Sed huius præſtigias Latomus verè, & eleganter diſſipauit. Neque ego pro magno miraculo habeo, quòd Nicolaus Euzinas, cùm repetiſſet ianuas carceris apertas, poſt quindecim menſes aufugerit, cùm alibi poſtea pœnas perfidiæ dederit; aut quòd alij aliis rationibus erepti ſint; aut quòd flamma in proximum portum vento prouecta vnam ex Regiis nauibus incenderit; aut quòd Regis mors inſequuta ſit: quãtumuis ea Foxus accuratè obſeruarit. Illud verò magis miraculi ſpeciem habet, quòd ex tot nauibus vna tantùm abſumta ſit; neque incendium, vt fit, ad vicinas proſerpſerit. Nec ego iam valdè ægrè fero, ſi nauim combuſtam (ſi quid tale contigit) Regiſque mortem inter Pſeudomartyrum ſuorum miracula Foxus, cùm meliora non habet, accumulet. Id verò interim à tam pio & prudente iſto interprete quærerem, ſi hæc ita ſint, quare Deus Luſitanorum potiſſimùm nauibus ſtupendam & inauditam fortè hactenus ad extremum vſque Orientem itineris rationem oſtenderit? Quare Luſitaniæ Regi titulum omnium quidem meo iudicio ſplendidiſſimum, quo non ab vllis Chriſtianorum, ſed infidelium regionibus expugnatis, & à totius nauigationis, expeditionis, & maritimi commercij ab Oceano Occidentali ad Indicum latiſſimè patenti dominio amplificatur, glorioſè conceſſerit? Cur paſſus eſt Luſitanos hanc ipſam fidem, quam oppugnans Gardinerus, Pſeudomartyr incredibili obſtinatione factus eſt, ad extremum Orientem tot felicibus & inauditis ad omnẽ memoriã nauigationibus propagare? Quare nemo dubitet, illum

Illyrici fraus.

Tindalli miracula cuiuſmodi fuerit, expenditur.

Tindallus impoſtor.

Latomus.

Nicolaus Euzinas Pſeudomartyr quàm miraculosè è carcere aufugerit.

Criſpi. lib. 5.

Miraculis, quæ ad incendium Gardineri edita fuiſſe Foxus comminiſcitur, quid tribuendum.

Singularia Dei in Regem Portugaliæ beneficia.

De titul. Regis Portugal. Vide Ioan. de Barr decad. 1. lib. 6. c. 1.

illum mendacem & impudentem coniectorem fuiſſe, dum iuſtiſſimam perditiſſimi hominis mortem vel nauis incendio, vel Regis interitu expiatam aſſeruit. Ego verò quanto magis, attentiusque de inæſtimabili Dei beneficio, quod noſtra memoria Deus in Hiſpanos & Luſitanos contulit, cogito; eo ardentius, & religioſius Catholicam religionem amplector, & impiam iſtam Foxi fatuitatem, qui ſe bellè & acutè conijcere putat, quique ad diuini conſilij abditas rationes penetrare, & ſe vt nouum Danielem ingerere audet, deteſtari cogor. Quis enim ſatis vel Dei in eos bonitatem, vel admirabilem eorum in Chriſtiana fide conſtantiam commendare poterit? Qui, tota pæne Hiſpania ante octingentos annos per Mauros occupata, non ſolùm Chriſti fidem labefactatam conſeruarint, ſed & Mauros tandem prorſus tota Hiſpania fortiſſimè exegerint. Quod egregium trophæum circiter octoginta hinc annos Ferdinandi Caſtiliæ Regis auſpiciis, profligatis è Granato regno Mauris, vbi fæx illa conſederat, conſummatum eſt. Qui glorioſus finis initium fuit noui orbis peruestigandi: ita vt in eos noua Deus indies beneficia veteribus accumularit, & in perfidos Mauros licet ſeram, iuſtiſſimam tamen, vindictam rependerit. Quemadmodū enim Mauri in Hiſpania poſtea conſederunt, cùm ab Oriente in Africæ primùm oras veniſſent; ita præter nouum illum in Occidente orbem regno Luſitaniæ alicubi adiectum, præter celeberrimas Hiſpanorum in Africa cōtra Mauros victorias, Luſitani non ſolùm multos clariſſimos portus, & oppida in proximis Africæ oris occuparunt, verùm multa Maurorum in remotiſſimis Africæ, atque adeo Aſiæ (ex qua, vt dixi, illi olim ad vaſtandam Hiſpaniam profecti ſunt) regionibus regna armis ſubegerunt. Quod quidem vt eſt per ſe ad Luſitaniæ laudem amplum & magnificum, ita mihi illud omnium ampliſſimum videtur, quòd eorum opera, ac pio ſtudio tot natiónes, quæ à Chriſto prius abhorrebant, iam eum vt Deum, euerſis idolis aut Mahometicá ſuperſtitione, religioſè adorant, & Chriſtianam religionem ſtudioſè complectuntur: religionem inquam eam, quam Romana profitetur Eccleſia, non Lutheranicam. Quantumuis enim Lutherus, vt diximus, iactabundè ſperare ſe ſcripſerit, fore aliquando, vt Turcæ ac Mauri ipſius Euangelium amplecterentur; & Apologetici de multitudine ſuæ ſectæ glorientur: noluit tamen Deus per Lutheranos aut Caluinianos, ſed per Catholicos Hiſpanos, atque Luſitanos Euangelium in tam diſtinctas nationes propagari. Atque iſte in nouo orbe Euangelij tantus ſucceſſus adeo vrebat animum tui Sleidani, vt in nobili iſta ſua hiſtoria ne mentionem quidem vllam, niſi memoria me fallit, tanti boni præ inuidia iniecerit.

Foxus coniector eiuſmodi.

Maurorum ex Hiſpania eiectio.

Hiſpanorum & Luſitanorum res præclaræ in Africa & in nouo orbe geſtæ.

Conuerſio multarum nationum ad Chriſtum per Luſitanos.

In præfat. in librum Alchoran.

Refelluntur ea, quibus Foxus Middeltonum & Cobhamum vates fuiſſe colligit. Quàm inepte idem Cobhami incendium cum Eliæ curru compararit. Mendacium Philippi Melanchthonis de Cheremone exploditur.

CAP. XXXVII. IRENÆVS.

Foxus.

IAM cùm hæc ita ſint, indignetur, quantum velit, Foxus, quòd Luſitani Gardinerum vt Apoſtolum nõ adorarint, & glorioſè ſe de nauis incendio, ac morte Regis, & ſimilibus Pſeudomartyrum miraculis venditet: & ſe quoque, ſi velit, cùm Middeltono, & Cobhamo vatem mirificum iactet. Neque enim aut ipſum, aut illos inter Prophetas recenſebimus. Cùm enim tuni temporis ex deplorato morbo Rex Edouardus decumberet, facile fuit, Maria auitæ & Catholicæ religionis conſtantiſſima cultrice rempublicam iure regni & hereditatis adminiſtrante, vaticinari, quid de pertinacibus quinti Euangelij profeſſoribus futurum eſſet. Et quod ad Cobhamum pertinet, an putas rem admiratione dignam eſſe, quòd incendij ſui vates non falſus exſtiterit, cùm prius ſecũ ſtatuiſſet, hæreſes ſuas, quas non alio quàm ignis ſupplicio expiari nouerat, pertinaciter tueri, & potius, quàm eas desereret, Regiam etiam maieſtatem lædere. Sic Foxo iam ipſi, ſi velit, vel cuiuis alteri licet de ſua ipſius morte, ſiue per ſuſpendium, ſiue per deattuationem, ſiue per incendium vaticinari; ſi deliberatũ illi ante fuerit, aliquod facinus perpetrare, cui huiuſmodi pœna ex præſcripto legis deberur. Cùm igitur Cobhamus vtroque ſcelere ſe contaminaſſet, & in turrim Londinenſem coniectus ex ea in Cambriam aufugiſſet: non potuit tamen, quia non reſipuit, vindictam diuinam effugere. Quare ibi iterum captus eſt opera Domini Poiſi, ſed ita vulneratus, cùm vi ſe defenderet, vt equo commodè non poſſet, & proinde curru Londinum vectus eſt; vbi hæreſeos & læſæ maieſtatis conuictus, vtriuſque criminis nomine (vt annales noſtri paſſim teſtantur) in campo D. Egidij, in quo, aut non longè ab eo loco Actonus & ſocij eius coierant, meritas ex legum preſcripto, tam ſuſpẽdij quàm incendij pœnas ſubijt. Hic præclarus eſt ille, quem Foxus tantopere prædicat, Eliæ currus. Quod ſi Gregorius hodie viueret, clamaret attocẽ ſibi ac ſancto Prophetæ Eliæ iniuriam per te eſſe factam: verſumque illum iratus tibi extorqueret, atq; ad verum dominum transferret. Neque enim Eliæ igneus currus ad Cobhamum Dei, Regis, & Eccleſiæ hoſtem, aut Pſeudomartyres iſtos, qui iuſtis ignibus conflagrarunt, vlla ratione; non certè magis, quàm ad principes illos quinquagenarios, quos ad Eliæ imprecationẽ cœleſtis ignis deuorauit, aut ad ipſos Dæmones perpetuis

Middeltoni. cuiuſmodi fuerit vaticinium.

Cobhamus qualis vates.

Cobhamus quia hæreſeos & læſæ maieſtatis reus, ideo ſupplicio incendij & ſuſpendij fuit affectus.

Igneus Eliæ currus ineptè ad Cobhamum accommodatus.

petuis flammis ardentes pertinet. Neque vllum omnino totius veteris Scripturæ exſtat teſtimonium, quo magis, quàm ab hoc Eliæ curru, iſti tui Zuingliani Martyres conterantur. Vnde os illud aureum Chryſoſtomus, veritatem corporis Christi in Euchariſtia, ſcita & eleganti, ſed diſſimili contentione oſtendit. Neque enim potuit Elias pallium, quod Eliſæo reliquit, ſecum auferre: Chriſtus verò pallium ſuum, id eſt, carnem ſuam & ſuſtulit ſecum, & eandem nobis in Euchariſtia reliquit. Chryſoſtomi verba hæc ſunt: *Tanquam maximam hereditatem Heliſæus meloten ſuſcepit: etenim verè maxima fuit hereditas omni auro pretioſior. Et erat poſthac duplex Helias ille, & erat ſurſum Helias, & deorſum Helias. Noui quòd iuſtum illum beatum putatis, & velletis quiſque eſſe, vt ille. Quid igitur, ſi vobis demonſtrauero quid aliud, quod illo multo maius omnes ſacris myſteriis imbuti recepimus? Helias nempe meloten diſcipulo reliquit. Filius autem Dei adſcendens, ſuam nobis carnem dimiſit: ſed Helias quidem exutus; Chriſtus autem & nobis reliquit, & ipſam habens adſcendit. Ne igitur animo concidamus, neque lamentemur, neque temporum difficultatem timeamus. Qui enim ſanguinem ſuum pro omnibus effundere non recuſauit, & carnem ſuam, & rurſus ipſum ſanguinem nobis communicauit, nihil pro ſalute noſtra recuſabit.* Hanc Chryſoſtomi tam claram & perſpicuam ſententiam Petrus Martyr ex illis verbis; *ſurſum Helias, & deorſum Helias*; tenebris obducere, alioque auertere, ſed fruſtra conatur. Eò enim torquet, vt Chriſtus carne ſua non aliter nunc eſſe præſens, quàm fuerat Helias, intelligatur. Quæ interpretatio totam vim comparationis labefactat atque ſubuertit. Nam ea in hoc ponitur, vt, licet Helias præſens per meloten, magnumque per eum beneficium Heliſæus accepiſſe videri potuerit: magis tamen nobiſcum ſit præſen Chriſtus, per ipſam videlicet carnem, quam aſſumſit in cælum (quod Helias præſtare non potuit) maiusque nos in myſterijs propter eam, quam ſumimus, carnem beneficium accipiamus, quàm per meloten Heliſæus. Et vanam eſſe hanc Petri interpretationem illa Chryſoſtomi verba; *ipſam habens adſcendit*, &; *ipſum ſanguinem, quem effudit, communicauit*; apertiſſimè arguunt. Ad hæc ſi ad ſolam ſpiritus & virtutis Chriſti præſentiam (vt argutatur Petrus iſte) Chryſoſtomus verba ſua retulit, non video ſanè, quo modo Chriſtus per ipſam carnem magis ſit præſens, quàm fuit Helias. Hic enim & per meloten ſignum, Heliſæo Iordanem ea feriente, admirandũ edidit; & per ſpiritũ quoque ſuum in Heliſæum transfuſum præſens ei fuiſſe videtur. Adde quod ex iſta Petri ſententia conſequatur, nos nihil maius in myſteriis accipere, quàm accepit Heliſæus, & alij patres Iudæorum: quos non minus, quàm nos, Chriſti carnem comediſſe Zuingliani confidenter aſſerunt. Quæ omnia huic Chryſoſtomi

Chryſoſtomus.

Homil. 2. ad Popul. Antioch. in fine Tom. 5.

Veritas corporis Chriſti in Euchariſtia.

Ineptum Petri Martyris in Chryſoſtomi verba gloſſema refellitur.

ſententiæ prorſus aduerſantur. Rurſus eadem hiſtoria Petri Pſeudomartyris, & aliorum mendacia confringit, qui contra Scripturæ & Eccleſiæ auctoritatem, eum morte ſublatum contendunt. Viuit, viuit enim olim rediturus, & Antichriſtum atque has, quæ hodie in multis locis dominantur, vbique ſub eo liberè graſſaturas hæreſes, præſertim cõtra Euchariſtiæ ſacrificium, aboliturus. Eſt enim hæc tota Lutheri & Zuinglij doctrina preluſio & præcurſio Antichriſti. Atque priora illa Eliæ tẽpora, futura iſta Antichriſti, quaſi in tabula ſub oculos nobis proponunt. Non pluit in Iudæa ad tres annos & dimidiatũ: vnde luridos, atq; ſqualidos homines inaudita fames inuaſerat. Quam omnem calamitatem depulit Elias, & Pſeudoprophetas ſuſtulit. Tantundem ſanè temporis ex Scripturæ, patrũ, & Eccleſiæ auctoritate ad aduentum Antichriſti ceſſabit per Eccleſiam iuge noſtrũ ſacrificiũ: quam Elias, & ipſos quoque Iudæos ad officium ac ſinceram fidem reuocabit. Quem tamen cum Enoch viuere, & olim in orbem rediturum Petrus Martyr, ac Magdeburgenſes nullo modo confitentur. Et Magdeburgenſes vt cetera, ita & hîc Scripturæ & patrum auctoritatem ſolita fide aut deprauant, aut inficiantur. Apage igitur mihi iſtos Pſeudomartyres à curru Eliæ, quos ille vt olim glorioſè conſiciat, diuinitus à Deo conſetuatur. Quare, quantum cælum à terra, aut pótius ab ipſis Luciferi tenebris diſtat, tantum ſanè inter Eliæ & Cobhami currũ, qui deſiit in furcam, intereſt. Neq; quicquam commune habet Cheremon, pius ille Confeſſor, cum Cobhamo, aut aliis Euangelicis. In qua hiſtoria tradenda Philippum tuum inſigniter mentitum ne dubites, tam egregiæ fabulæ auctorem, in qua neminem ſibi præeuntem habet. Dionyſius enim Alexãdrinus, qui eam hiſtoriam primus conſcripſit, & quem eadem perſecutionis cum Cheremone procella inuoluit, tradit Cheremonẽ cum vxore atque alios immanitate perſequutionis deterritos in deſerta loca aufugiſſe; atque ibi fame, frigore, & à beſtiis, aliiſque caſibus interiiſſe. Neque apparet, Cheremonem poſt initiationem vxorem ſibi adſciuiſſe, aut aliter poſtea cum ea quàm cum ſorore habitaſſe. Atqui certè belliſſimi ſunt iſti homines, qui hanc glorioſi corporis prærogatiuam, quam contra Eccleſiæ auctoritatem beatæ Mariæ virgini, ac matri Chriſti ſceleratè inuidẽt, ad Cheremonem ob nullam aliam cauſſam, niſi vt rudi atque indocto populo nefarias Monachorum nuptias cõmendent, vltro atq; impudenter transfundunt.

Petri Martyris de Eliæ morte mendacium.

Contra Tunſtallum.

Aduentus Eliæ.

Hieron aduerſ. Ioan. Hieroſol.
Tertull. de anima.
Ambroſ. 2. ad Corinth. cap. 4.
Auguſtin. contra Pelag. & Creſcent. lib. 2. cap. 13. tom. 7. de geneſ. ad litter. lib. 9. cap. 6.

Antichriſti præcurſores Lutherus & Zuinglius.

Eliæ tempora.

Reg. 3. cap. 17. & 18.

Sacrificium Eccleſiæ quandiu ceſſabit.

Proſper. de diuinis promiſ. et predict. part. 2.
Primaſ. in Apoc. lib. 3. cap. 11.
Gregor. in Iob. lib. 32. cap. 14.
Hieron. in Daniel cap. 12.
Aug. de ciuit. Dei lib. 20. ca. 8. 21. & 30.
Quæſt. Euang. lib. 1. cap. 21. tom. 4.

Magdeburgenſes.

Cent. 4. ca. 4. pag. 306.

Petrus Martyr.

Philippi Melãchthonis mendacium de Cheremone exploditur.

Euſeb. lib. 6. cap. 42.

fundunt. Quæ tamen ſi vera eſſet narratio, nihil inceſtas hodie Sacerdotum & Monachorum nuptias commendaret, cùm non appareat, Cheremonem (vt dixi) vxorem ſibi poſt Sacerdotium adſciuiſſe, aut cum ea, quam ante Sacerdotium duxit, rem poſt Sacerdotij inaugurationem habuiſſe.

Confutantur mendacia Criſpini de Pſeudomartyribus, quos exſectis linguis eſſe loquutos fingit. De qua re inſignis veterum & Catholicæ Eccleſiæ Martyrum hiſtoria narratur; & Magdeburgenſium in eadem recenſenda fraus detegitur.

CAP. XXXVIII. IRENÆVS.

Prudent in Rom.
Niceph. lib. 16. cap. 36.
Romanus Martyr Antiochenus & alij linguis exciſis loquuti.
Magdeburgenſium fraus.
Euagrius.
Gregorius.
Victor.
Procopius.
Iuſtinianus.
Sigebertus.

ILLVD verò, reciſis linguis, ſermonis miraculum vt nunquam tuis, aut vllis aliquando Pſeudomartyribus; ita non ſolùm Orthodoxis illis in Africa, vt tu exiſtimas, ſed & aliis ſæpe Martyribus accidit. Nam & de Romano Martyte Antiocheno, & de aliis Martyribus in Perſide idem traditur. Illud autem ego lubens ſcirem, quandoquidem hæ Centuriæ à tot, & tam doctis viris communi multorum opera & ſtudio, non tamen gratuito ſed carè redemto, conficiantur; cur (cum iſta Africanorum hiſtoria ab [1] Euagrio, qui eo ſæculo vixit; à [2] Gregorio, qui accepit ab Epiſcopo, oculato teſte; à [3] Victore, qui eiuſdem perſecutionis cum aliis calicem bibit; à [4] Procopio, qui eos videtur Conſtantinopoli vidiſſe; ab ipſo denique Iuſtiniano Imperatore, qui ſe eos vidiſſe ſcribit, perſcripta ſit) Sigeberti potiſſimum, quem ipſi inter optimos hiſtoricos non ponunt; quique quingentis poſtea annis ſcripſit, auctoritatem nobis obtrudant. CRIT. Cauſſam ego nullam ſanè, aut dicere aut cogitare poſſum; niſi fortè id humano quodam errore, vix tamen in tali hiſtoria, & tot, & talibus viris tolerabili, contigerit. IREN. At ego cauſſam expeditius dicere poſſum: *Latet anguis in herba*. Nolim te exiſtimare, iſta ab errore, ſed à malitia, & dolo malo proficiſci. Si enim primos auctores, veramque cauſſam prodidiſſent; valde hoc nouum Euangelium deformaſſent. Etſi enim potuerit eſſe vera Sigeberti narratio, quendam inſolentia ſua hoc dono caruiſſe; Euagrius tamen, atque Procopius recenſent duos ex his (Gregorius verò disertè de Epiſcopo mentionẽ facit) poſt tã nobile certamẽ atq; donum, quum extraordinario iſto loquendi honore ad miſcendos impudicos cum mulieribus ſermones abuſi fuiſſent; tanto mox dono excidiſſe, & tam mutos eſſe deinceps factos, quàm piſces. Vnde ſtultiſſimi ac dementiſſimi ſanè hominis eſſet, exiſtimare, voluiſſe Deum, Pſeudomartyribus iſtis, qui fœdiſſima omnium

Miraculoſum ſermonis donum cuidam Epiſcopo cur ablatum.

1 *Euagr. lib. 4. cap. 14.*
2 *Gregor. lib 3. Dial. cap. 32.*
3 *Victor de perſequut. Vuandal lib. 3.*
4 *Procop. de bello Goth & Vuand.*
5 *Iuſtinian. de offic præf. prætor. li. 1. Cod.*

Cur non ſit veriſimile, Pſeudomartyres, linguis exſectis, fuiſſe loquutos.

omnium adulteria Monachorum cum Monachis voce, concionibus, libris, ac morte ſua defendunt, loquelam extra ordinem indulgere; qua Monachorum proſtibula tuerentur, ac horrendis contumeliis in ſe, in Eccleſiam ſuam, in Catholicam fidem graſſarentur. Quis igitur tam ſpurca ora iuſtis ſuppliciis obſtructa, diuinitus ad ea loquendum patefacta crederet, quæ nemo pius niſi cum dolore, & obſtructis auribus excipere ſoleat?

Aſina Balaam.

Quid? exiſtimabimus ne Deum, qui vocem olim aſinæ immiſit, qua Balaam domini ſui impietatem ad maledicendum filiis Iſraël profecti caſtigaret, eam iſtis propter blaſphemiarum magnitudinem, quibus Chriſtum ac ſanctam & Catholicam eius

Filiolij & Leuelhæi Pſeudomartyrum doctrina vt repugnet fidei Romani & aliorum in Africa atque Perſide veterum Martyrum.

Eccleſiam petulanter inceſſebant, ſumma ratione, ac iuſtitia ademtam, vt ipſum & ſponſam eius maioribus & grauioribus contumeliis ac iniuriis cumularent, reddere vnquam voluiſſe? Noli, noli iſta ſtolidè & impiè in animum inducere. Ex diametro certè pugnat Pſeudomartyrum tuorum Filiolij, & Leuelhæi doctrina cum illorum in Africa & Perſide Martyrum, ac Romani fide. Romanus enim & Africani Diuorum inuocationem probabant: atq; ideo cum quidam puer multis tormentis cum Romano

Inuocatio Sanctorum.

affligeretur; ei morienti mater oſculum impreſſit, &;

Vale, ait, dulciſſime,
Et, cum beatus regna Chriſti intraueris, — *Prudentius.*
Memento matris, iam patrone ex filio.

Victor. — *Victor lib. 3.*

Victor itidem Diuos palam inuocat: Filiolius, & Leuelhæus hunc omnem honorem deteſtantur. Iam illi Martyres in Perſi-

Signum Crucis.

de ſigno Crucis Dæmones abigebant, cui multam vim omnes Catholici tribuunt: in quam noua impietate ac crudelitate etiam dentibus iſti ſæuiebunt. Et nos tam ſtolidi erimus, vt exiſtimemus extraordinarium quoddam loquendi beneficium tam impiis hominibus Deum vnquam dare voluiſſe? C R I T. Veriſimilis ſanè hæc omnis tua narratio. Sed ita tamen accidiſſe, Cri-

Criſpinus.

ſpinus conſtanter & admirabiliter refert. I R E N. An ſtatim inter oracula ponendum, quicquid iſti homines ſcripſerint? nec adhuc ſatis aduerſus iſtorum calliditatem armatus es? Quos mihi expedire cuperem, an veritas rei geſtæ tam accuratè inueſtigata eſt, atque in Romano & Africanis. C R I T. Neſcio quid velis.

Romani & Africani Martyres an linguis tenus exſectis loquuti ſint, quam diligenter & anxie ſit inquiſitum.

I R E N. Cùm tyrannus Romanum, lingua ablata, claro, prompto, atque expedito ſermone, non aliter quàm ſi nihil paſſus fuiſſet, loquentem audiret; obſtupuit, medicumque, qui linguam abſciderat, accerſit; & vehementi terrore totum replet, daturum mox pœnas, quaſi cum Romano colluſiſſet, & quaſi fuiſſet

Arte quadam vulnus illatum breue,
Quod, ſauciata parte, linguam læderet, — *Prudentius.*
Neruos nec omnes vſquequaque abſcinderet.

Medicus

Medicus vero ſe purgans oſtendit ſe linguam eius radicitus abſcidiſſe. De Africanis itidem Iuſtinianus Imperator ſcribit: *Vidimus venerabiles viros, qui, abſciſſis radicitus linguis, pœnas ſuas miſerabiliter loquebantur.* Et poſt eum Gregorius Pontifex; *Videbatur,* inquit, *à reſpicientibus, quia abſciſſis radicitus linguis, quaſi quoddam barathrum patebat in gutture, & tamen ore vacuo, plenè ad integrum verba formabantur.* Quod ſi tu in tuis mihi ſimiliter Pſeudomartyribus probaris, quod nunquam facies, tum mihi aliquid dixiſſe videberis. Alioqui ſi blæſa lingua, nec omnibus loquendi inſtrumentis prorſus deſtituta, vnam aut alteram inconditam vocem non ſatis articulatim balbutiat, nihil magis miraculi inerit, quàm in illo pſittaco, qui Cæſari olim dixerat; *Cæſar aue.* *Gregorius Pontifex.* *Pſittacus.*

De Georgio Bainamo, qui iactabat ſe nullos in igne dolores ſenſiſſe: & alio quodam anonymo, Pſeudomartyribus: de miraculoſo Ioannis Marbeci Pſaltis, qui hodie viuit, apud Foxum Martyrio: deq́ue Trigaleti & aliorum falſis viſionibus; & quo modo veræ viſiones à falſis diſcernantur.

CAP. XXXIX. IRENÆVS.

QVOD ſi ab iſtis nullo modo obtinere poſſimus, quin & Pſeudomartyres ſua miracula habeant, vt, radicitus linguis exciſis, loquantur (id quidem per me credat, qui velit) hoc tamen à me pro conſtanti & certo audiat; non aliter, nec alia eos vnquam lingua loqui, quàm loquutus eſt olim ſerpens; qui cùm nullam haberet linguam, inſidioſè tamen atque pernicioſè, ad primorum parentū & totius humani generis exitium, illa potiſſimum, quæ noſtri hodie Pſeudomartyres, loquutus eſt. *Eritis,* inquit, *ſicut dij ſcientes bonum & malum.* Quid enim agit aliud tota hæc Pſeudomartyrum Theologia, quàm vt Euangelici inani quadam doctrinæ opinione inflati ſe quaſi Deos quoſdam putent, & reliquam præ ſe Eccleſiam, mira quadam ſuperbia ſubnixi, omni interim caritate vacui, contemnant? In quo Luciferum illū totius arrogantiæ principem imitantur. A cuius ſuperbo & arroganti ſpiritu linguas (quas tamen à Deo ad veritatis tantū, & rectæ fidei cōfeſſionem habent) doctorum noui Euangelij moueri, nemini Chriſtiano in dubium venire debet. Illa vero Georgij Bainami Pſeudomartyris tui ſemiuſtulati, quaſi glorioſi cuiuſdam Thraſonis venditatio, atque non minus infelix quàm vana oſtentatio, aliquid tamen apud te vt ponderis haberet, facile paterer; ſi quicquam illi tale accidiſſet, quale Maximæ, Iulianæ, Luciæ, Catharinæ, Theodoro, Cypriano, Polycarpo, Iulittæ & aliis Martyribus accidiſſe iam oſtendimus. Quorum alios ignes, alios beſtiæ, alios aquæ conficere nōn potuerunt. Aliorum corpora, *Geneſ. 3.*

animabus iam ad cælum euocatis, quantumuis ignes in ea graſſarentur, integra, illæſa,& inuiolata permanebant. Tu vero cum non ignores perfidum hunc hominem, totum flammis combuſtum (quas tamen infelix anima per omnes temporum æternitates horrēdi ſupplicij perpetuitate horribilius paſſura eſt) dubitabis hunc propter deſperatam illam extremæ pertinaciæ vocem inter homines ſui loci, id eſt, Pſeudomartyres collocare? Qualem etſi forſan non edant latrones, & alij grauiſſimorum criminum rei; ſæpe tamen tanta tolerantia, tanta animi alacritate pœnas inuicem coaceruatas, immaniaque ſupplicia ſubeunt, vt plurimi ſpectatores, qui adſtant, nullū eos aut leuem cruciatū ſentire exiſtiment. Neque mirum tibi videri debet, quòd ſe glorioſus iſte miles adeo in mediis ignibus iactarit, Martyris gloriam aucupaturus, miſeroſque homines vaniſſima iſta iactatione, idque ad ſupplicij ſui maiorem cumulum illuſurus. Sic enim ſolent iſti homines; in quo caput ſuum, Diabolum egregiè æmulantur: qui licet, quo plures grauiuſque fallat & circumueniat, atque à Deo abducat; eo quoque grauiores pœnas ſit daturus, & ſua ſecum ſemper ſupplicia ignemque, licet nobis non ſatis conſpicuum, circumferat; adeo tamen nec præſentibus, nec futuris pœnis aliquid à miſeris hominibus imponendis deterretur, vt non tam de eo ſit ſolicitus (quod iſti maximè ambiunt) vt pro Martyre, quàm vt pro Deo ipſo habeatur & adoretur. Sed vt ut Pſeudomartyr iſte glorioſè hîc ſe venditarit; mihi certè nullo modo credibile eſt, eum, qui ignis vi ad cineres redactus eſt, omni doloris ſenſu caruiſſe. Cuius gloriatio multo fuiſſet ad fidem probabilior, ſi ipſum ignem (quod naturali quodam ſuo frigore Salamandra facit) extinxiſſet; aut extraordinaria quadam Dei bonitate (quod tribus pueris, Polycarpo, & aliis ſæpe Catholicæ Eccleſiæ Martyribus contigit) nulla flammarum violentia conſumi potuiſſet. Imo ſi dolore non mediocri affectus, in flammis tamen præter communem hominum conſuetudinem vixiſſet; aliquod in eo fuiſſe à Deo editum miraculum exiſtimare poſſemus. Nam *mirabile eſt*, inquit D. Auguſtinus, *dolere in ignibus, & tamen viuere, ſed mirabilius viuere in ignibus, nec dolere*. Sed cum nihil horum in iſto Pſeudomartyre compertum fuerit; an ei glorioſè de ſe iactanti, cuius nullum extrinſecus indicium extitit, in re præſertim tanti momenti fidem adhibebimus? Deus miracula editurus, ea occultare non ſolet: nobis enim, non ſibi edit. Hoc verò eiuſmodi eſt (ſi modò aliquid ſit) vt nemini, qui rei geſtæ interfuit, niſi ex nuda Pſeudomartyris voce innotuerit; quem tamen in cauſſa propria mentitū fuiſſe, eſt veriſimile. Quod in hoc hominum genere non eſt rarum aut inſolens, præſertim cùm Diabolus, cui in his ſuppliciis ſuum ipſorum

In latronibus quan loque incredibilis cruciatuum & tormentorum tolerantia,

Inanis Bainami gloriatio.

Cur credibile nō ſit Bainamum Pſeudomartyrem nullos in mediis flammis ſenſiſſe dolores.

Auguſtinus.

De ciuit. Dei lib. 21. ca. 2. tom. 5.

ipſorum ſanguinem litant, ipſe mendax mentiri & mendaciis delectari ſoleat. Sed vt donemus eum fortè doloris expertem fuiſſe, non tamen ilico conſequitur, id diuinitus factum: cùm potuerit Magicis artibus effici. His enim technis cùm alia multa admiranda fiunt, tum hoc, ne quis ſentiat in tormentis dolores, quemadmodum quidam memoriæ tradiderunt. Sed ego potius exiſtimo hunc Pſeudomartyrem diſſimulaſſe dolorem ſuum, quàm nullum ſenſiſſe. Et iam mihi occurrit ſimilis alterius cuiuſdam, qui nuper combuſtus eſt, Pſeudomartyris apud nos iactatio, qui palam pro tribunali in conferta hominum multitudine nunquam fore iactabat, vt ab vllo igne læderetur. Quod ita eſſe plurimi, qui vanum hominem ipſi audierant, teſtantur. Et non minus, ni fallor, vana eſt illa Foxi de Pſeudomartyre quodam, qui Brandfordiæ ſupplicio affectus eſt, narratio. Nam quis vnquam crederet fore, vt Deus Pſeudomartyres iſtos, qui Sacroſanctam Crucem, omneſque imagines Chriſti, & Sanctorum deteſtantur; hoc potiſſimum ſigno ornaret? Sed lubet paullulum excutere, quanta iſta narratio fide nitatur. Sex quidem ille nominatim recenſet, qui tum obierunt: at vbi ad hoc ingens miraculum venitur, narrat quidem ita vni accidiſſe; ſed nomen eius neutiquam edit. Iam ſi quæras ab eo, vnde hoc nouit: *Narrauit*, inquit, *hoc mihi, qui præſens vidit*. Rectè. Sed quis ille tandem? Referam noſtris, quoniam ea intelligis, verbis: * Maſter Deane aforſayde dyd ſee yt wythe hys eyes. Verumenimuero cum apud nos hæc vox [Deane] duplicem, vt noſti, habeat, hominis videlicet ex familiæ atque ſtirpis nomine certi, itemque officij, qua Decanum notamus, ſignificationem; neque vel in iſta, vel in priori illa, vbi de aliis horum Pſeudomartyrum collegis agit, narratione quenquam notet vel nomine *Deanum* vel officio *Decanum*; vides quàm ſolida probatione nouum hoc Pſeudomartyrij miraculum muniatur: Vt iam cogendus ſit lector, qui ſibi de hac re ſatisfacere velit, mille ſexcentas ſeptuaginta paginas ſurſum deorſumque, hoc eſt, ad ipſam pæne Pſeudomartyrologij cataſtrophen, immenſo atque ſuperuacaneo labore voluere. Neque enim cùm hoc omne deuorauerit tædium, quicquam (quantum adhuc video) futurus eſt certior. Sed ne tu me in Pſeudomartyres iniquum putes, & eorum præclara ſigna peruerſo affectu, aut deprauare, aut extenuare; id certè diffiteri non poſſum, ſi verum ſit, quod Foxus ſcribit, nouum nobis nuper Polycarpum inter iſtos Pſeudomartyres in Anglia emerſiſſe; in quem aut ignis nihil potuit, aut qui, toto corpore in cineres redacto, admirabilius, quàm Lazarus reuixerit. En tibi enim Ioannem Marbecum pſaltem Vindileſoriæ anno Domini 1543. & 28. Iulij, *Martyrium in igne, alacri* (vt Foxi verbis vtar) *conſtantia*

Vide Paulum Grilandum de quæſt.

Vana & falſa cuiuſdam Pſeudomartyris de ſe iactatio.

Vide Foxum Anglic. pag. 1670.

Foxi fabula de quodam Pſeudomartyre Brandfordiæ exuſto.

Id eſt, Dominus Deanus, ſiue Decanus antedictus ſuis oculis hoc ipſum vidit.

Sunt enim niſi 1741. paginæ.

Ioannis Marbeci nouum, inauditum, & valde miraculoſum ex Foxo Martyrium.

Fox. Latin. pag. 183.

ſubeuntem. At ille adhuc* viuit, & Vindeleſoriæ eleganter, vt ſolet, pſallit & organa pulſat. CRIT. Torus ad hanc narrationem obſtupeſco. Etiam habes, vel te ipſo iudice, ſaltem vnum Martyrum noſtrorum miraculum, quod cum præſtantiſſimo, quod vnquam vel à Chriſto, vel ab Apoſtolis editum eſt, contendat. IREN. Hoc ego tibi non inuitus concederem, ſi modò exuſtus fuiſſet: ſed neque exuſtus, neque igni vnquam admotus fuit. CRIT. Doleo tantum tam cito euanuiſſe miraculum. At nunc de Hauxo quid tibi videtur? IREN. Quod de eo Foxus tradidit, ſiue verum ſit, ſiue falſum, non multum laboro. Nam quo maiorem in tam mala cauſſa patientiam & alacritatem præ ſe tulit, eo non fortior, ſed deſperatior, & proinde grauius apud ſummum Dei tribunal ſubüſſe iudicium credendus eſt. Quod verò Foxus hoc inſtar miraculi cuiuſdam recenſeat; in eo antiquum obtinet: in quo tamen nemo, opinor, prudens aut pius eſt, qui fidem ei facile ſit habiturus, aut ſaltem ita habiturus, vt Hauxi cauſſam inde meliorem putet; præſertim cùm præter alios, qui hodie paſſim graſſantur, errores, in eum quoque incidiſſe hunc conſtet, vt baptiſmum pueris neceſſarium ad ſalutem negaret. Quæ vt eſt exſecranda hæreſis à tota Eccleſia iam ante mille annos damnata; ita veriſſimam Eccleſiæ de neceſſitate baptiſmi in pueris fidem diui Auguſtini ſæculo Deum inſigni miraculo confirmaſſe, iam ante biduum oſtendi. Ac iam propemodum nobilem hunc Pſeudomartyrum Catalogum, & diuinas illorũ dotes exhauſiſſe mihi videor; niſi quòd Trigaletum quaſi alterum Stephanum reſtare cernam. Cuius ego de ſe teſtimonium, vt iuſtæ ſuſpicioni obnoxium, ſi repudiarem; nihil haberet, quod mihi iraſceretur Criſpinus. Sin ita omnino factum clamitet; mirum, ſi mortalis Trigaleti oculus per tot locorum, & corporum interualla obiecta, ad Chriſti corpus potuerit penetrare; Pſeudomartyres iſtos, glorioſo Chriſti corpori tam iniquos, vt non poſſe ſimul cælum & terras occupare aſſerant. Atqui ſi eo non contentus, ſpiritu nos omnem hanc viſionem metiri oportere contendat; hic ſi ego cum Ioanne, *non omni ſpiritui credendum, & probandos ſpiritus, ſi ex Deo ſint*, clamarem: &, Diabolum ſe ſæpe in Angelum lucis transformare, & ſe hæreticis atque in fide inconſtantibus, vanis, ac gloriæ nimium appetentibus, fucóq; conſilio ac ſapientiæ nimium tribuentibus tanquam Chriſtum viſendum, atq; adorandum præbuiſſe; & multis, miſerabiliter vt ſibi mortem conſciſcerent; aut alia nefaria peragerent (vt Heroni & Monacho cuidam Meſopotamiæ) perſuaſiſſe; ac Luciferum ſuperbiæ totius principem Trigaleto, qui in tota Eccleſia contemnenda valde eum imitaretur, cum glorioſo quodã ac magnifico vanitatis ſuæ apparatu ad Chriſti gloriæ arrogã-

tem,

Margin notes: * *Anno videlicet 1566.* — *Hauxus.* — *Fox. Anglic. pag. 1162.* — *Hauxi hæreſis.* — *Fox. Latin. 451. Anglic. 1151.* — *Trigaleti viſio expenditur.* — *Non omni ſpiritui credendum.* — *1. Ioan. 4.* — *Diabolus transformans ſe in Angelum lucis, quibus ſolet hominibus imponere.* — *Heron.* — *Caſſian. collat. 2. cap. 5. 7. 8.*

2.Cor.11. tem, vt ſolet, imitationē apparuiſſe; ac Paulum ſcribere *Satanam ſe transfigurare in Angelū lucis*; & alia id genus dicerem: nihil credo à vero alienum de hac omni (ſi quæ fuit) viſione dicerem. Cuius generis cùm multa apud antiquos ſcriptores exempla ſuppeditent; nolo ea anxius inquirere, cùm domi nobis naſcantur. Audiui enim nuper ab eo, qui rem omnem ſe certò ſcire dicebat, cui facile fidem non abrogares, non ante multos annos Euangelicum quendam miro quodam ſplendore noctu totum fuiſſe illuſtratum, ac vocem audiſſe, quæ iuberet eum eſſe macte animo, ac conſtanter tueri fidem ſuam: rectam enim eſſe & ſalutarem, ac fore, vt in magni nominis & clarum virum olim euaderet. Qui tandem exuſtus eſt, errore tamen prius (licet ſerò ad corporis ſalutem) reuocato. Quo tempore omnes illas Dæmonis præſtigias, quibus captus erat, ſponte aperuit. Alius vero, qui hæreſibus ſuis bene ſemel renuntiarat, & fidem Catholicam ſe tum ampleсti, & in poſterum ſemper amplexurum chirographo ſuo teſtatus fuerat; à Diabolo, qui ei noctu apparuit, illuſus, palinodiam ſuam reuocauit, & chirographū ea de re ſibi à notario cùm poſtulaſſet, allatū reſcidit, atq; lacerauit. Cuius mentionē etiam

Angelus Satanas transfigurat ſe in Angelum lucis.

Quidam vero nocturni ſplendoris ludibrio vt fuerit à Dæmone illuſus.

Sacerdos veterus & Euangelicus nocturna Diaboli illuſione circumuentus.

Anglic pag. 1392. facit Foxus tuus; ſed ita, vt de iſta Dæmonis apparitione ne verbum quidem. Quam cur prætermiſerit, nihil habeo, quod dicam; niſi forte, vel quia non audierit; vel, quod veriſimilius eſt, quia non in rem ſuā & noui iſtius Euangelij, vt ea in litteras mitteretur, quicquam futurum putarit. At id ita fuiſſe retulit vir doctus & pius, qui nō ſolùm à notario id auditu acceperat, ſed ipſe etiam alloquutus hominem hunc miſerè deluſum fuerat, qui chirographum ſuum retexuit (fuit autem is Sacerdos vxorius) & cum eo ſeriò & vehementer egerat, vt quo magis Diabolus ipſum à Catholicæ religionis, & Orthodoxæ fidei profeſſione abducere ſuis ludibriis niteretur, eo magis eidem adhæreſceret. Sed homini pertinaci, quem Diabolus ſui iuris videtur feciſſe, hoc illius ſtudium nihil profuit. Id ipſe iam tibi certius affirmo, feminā quandam eodē planè modo illuſam, ac nocturno huiuſmodi ſplendore ac inani luce perſtrictam. Qua cum ſæpe actum eſt, ſed fruſtra, vt ab iſto noui Euāgelij errore, & illo altero, quo putabat Angelum ſibi diuinitus oblatum, abduceretur: quam alioqui crederes grauem & honeſtam matronam. De Cuthberti verò Simpſoni nocturno ludibrio iam ante diximus. CRIT. Sed quæ auxilij, aut conſilij ratio in his difficultatibus, aut qua nota diſcernam angelum illuſtrantem à Diabolo ludificante? IREN. Si quis vitam, & fidem ſuam diligenter ad Dei & Catholicæ Eccleſiæ præcepta formet; ſi ſe, ſuosque ſenſus ad veram humilitatem deiiciat, nunquam huiuſmodi captionibus circumuenietur. Solet alioqui hominibus, qui accuratiſſimam quandam

Foxi ſuſpectum ſilentium.

Femina nocturno ſplendore illuſa.

Cuthbertus Simpſonus.

Vana Dæmonis illuſiones vt dignoſcantur à veris viſionibus.

quandam vitæ rationem tenent, huiuſmodi periculum non deeſſe: vt in Herone, & illo alio contigit. Quod tamen facile propulſare potuiſſent, ſi aliorum conſiliis temerariam ſuam credendi facilitatem cohibere voluiſſent. Quanquam quoties quid contra bonos mores, contra præcepta Dei, contra fidem Catholicam mandetur; hoc à malo angelo proficiſci, vtcumque ſe ad pietatis vanam oſtentationem diſſimulet, ne dubitemus. Quo nomine illi, de quibus ſuprà diximus, nulla ratione excuſari potuerunt: neque certè magis, Caroloſtadius, Zuinglius, Lutherus, aut vlli in hoc genere alij. Hæc enim hìc cum primis obſeruatio tenenda eſt; ne à Catholica fide propter vlla huiuſmodi ſpectacula recedatur. Illud certè conſtat, piis etiam viris, iisque, qui ſummos in pietate, & totius virtutis Chriſtianæ abſolutione progreſſus fecerunt; Dæmonem ſe viſendum atque adorandum quodam adumbrati ſplendoris ac gloriæ fuco quaſi angelum, ſæpe obtuliſſe: quem illi facile cognouerunt, repreſſerunt, atque abegerunt. Efficaciſſimum denique ad omnes Dæmonum præſtigias diſſipandas eſt ſignum Crucis. Quod & antiquitatis (vt ex Athanaſio prius docui) & certa ætatis noſtræ documẽta oſtendũt. Cuius ſacroſancti ſigni vſum cum noſtri Pſeudomartyres deteſtentur; facillimè in omnem Dæmonis captionem ac fraudem incidunt; & imaginatiis iſtis cum Samuele & Trigaleto viſionibus miſerè circumueniuntur. Quas vt olim Donatiſtæ, ita hodie noui noſtri Donatiſtæ, id eſt, Anabaptiſtæ potiſſimum ſibi vindicant. De quibus, & omni hoc in Pſeudomartyribus miraculorum genere, id in ſumma, quod olim de Donatiſtis Auguſtinus, dixerim: *Nemo vobis fabulas vendat*, & quod de Apoſtolorum & hæreticorum virtutibus Tertullianus. *Illi mortuos*, inquit, *ſuſcitabant, iſti de viuis mortuos faciunt*. Quod veriſſimum eſſe in quibuſdam noſtri temporis Euangelicis, vt audiſti, euentus apertè comprobauit. Sed vt tandem orationem hac de re meam abſoluam; id tibi in ſumma dixerim; quicquid Foxus vel alius quiſpiam de iſtis Euangelicorum viſionibus & miraculis comminiſcitur, ea, qualiacunque fuerint, cedere debere tot veterum Sanctorum Martyrum viſionibus & miraculis, cum quibus ſi conferantur, ſiue magnitudinem ſpectes, erunt in ſpeciem minuta, ſiue multitudinem, quaſi nulla. Vetera denique illa vera ſunt & certa; hæc recentiora, vel conficta & falſa, vel certè dubia.

Dæmon nonnunquam pios viros ſplendore fucato ludificare conatur.

Athanaſ. in vita Antonij.

Sulpitius in vita Martini.

Signum Crucis ad Dæmonum præſtigias diſſipandas efficaciſſimum.

Vide Athanaſ. vt ſupra et Alphonſum de iuſta hæretic. punit. lib. 1. cap. 16.

Cur Pſeudomartyres ludibrio nocturno ſæpe illudantur.

Donatiſtæ.

Anabaptiſtæ.

Auguſtinus.

Tract. 13. in Ioan.

Tertullianus.

Tom. 2. de præſcript.

Comparatio

Comparatio Foxi, qua Pſeudomartyres ſuos cum veteribus Catholicæ Eccleſiæ Martyribus confert, quàm iniqua & falſa ſit, oſtenditur.

CAP. XL. IRENÆVS.

EX HIS, quæ hactenus dicta ſunt, etiam ſi nihil aliud adiicerem, rectè, ni fallor, percipis, quàm inepta & abſurda ſit illa contentio Pſeudomartyrum, cum inſignibus illis veteris Eccleſiæ heroibus: quæ tibi heri tantopere in Foxo tuo arriſit, vt eam commemoratione digniſſimam iudicares.

Veterum Eccleſiæ Martyrum & Pſeudomartyrũ diſcrimen.

Quam tamen vel paucis non erit alienum adhuc amplius euertere. In qua illud te primum animaduertere volo; cùm nullæ ſint Pſeudomartyrũ tuorum reliquiæ miraculis, quaſi diuini iudicij certis teſtimoniis commendatæ, quæ in Catholica Eccleſia celeberrima ſunt; non ſine cauſſa fraudulentam iſtam tuam vulpem negare, cineres, catenas, gladios Pſeudomartyrum apud Euangelicos pro reliquiis haberi.

Reliquiæ nullæ Pſeudomartyrũ.

Atque hoc ſit tibi, vel ipſo Foxo iam iudice, aliud inter veros Eccleſiæ Martyres & iſtos diſcrimen: & vel ex eo omnem iſtam collationem corruere intelliges.

Martyrum, & Pſeudomartyrũ diſcrimen.

His igitur deſtitutus, aliò ſe proripit Rhetor tuus: cuperetque ſuos, ſi non miſeram mortem, & perfidam alacritatem; vitæ ſaltem innocentiam, quæ fuit in Pſeudomartyribus; ſtrenuè æmulari. At nos iam ſatis oſtendimus, à vera Martyrum ſanctimonia quàm immane diſtet vita Pſeudomartyrum: quippe quæ tota lauta, delicata, mollis, & remiſſa ſit, nihilque inſigne habeat, vnde ſe venditent iſti, niſi deploratam quandã in moriendo deſperationem.

Vita Pſeudomartyrum longè abfuit à ſanctimonia veterum Eccleſiæ Martyrũ.

Adhibuimus ad id probandum firmiſſimos teſtes, Lutherũ & Eraſmum, illuſtres in Foxi catalogo confeſſores.

Lutherus. Eraſmus.

Reliqua quoque contentionis capita quàm nugatoria & infirma ſint, ſatis expoſuimus; & apertiſſimum eſſe huius mendacium, quo iſtos illis morientium numero, ſuppliciorum atrocitate, animi conſtantia, mortiſque fructu æquat. Fructus quinti huius Euangelij Eraſmus, & ſectæ architectus ſatis demonſtrarunt, vt ſuo loco diximus; & quales ſint, nos quoque abundè docuimus. At veterem Eccleſię fidem & diſciplinam, quam antiqui Martyres moriendo conſtituerunt & fundarunt; iſti multis ſæculis collapſam & iacentem; ſuppoſita gladio ceruice, iam tandem inſtaurarunt, & ſemina bona ab illis iacta, & in Euangelico agro bene poſita, ſed ab inimico hactenus ſuppreſſa, ad maturitatem perduxerunt.

Noui Pſeudomartyres quàm iniqui & contumelioſi in veros & veteres Eccleſiæ Martyres.

Quaſi vero Euangelici iſti Martyres Dionyſio Areopagitæ, Iuſtino, Cypriano, Irenæo, & aliis naſcentis Eccleſiæ Martyribus, illis præſertim Romanæ vrbis Pontificibus, qui ad tria ſecula vniuerſi ferè præclaro Martyrio functi ſunt, medium digitum non oſtendant. Quaſi eorum doctrinam & fidem non conuellant &

lacerent;

Splendidum euangelicorum de maturitate Euangelij mendaciũ coarguitur.

lacerent; eosque planè erroris, ſuperſtitionis & idololatriæ non palam arguant: quod nos iam ſatis probaſſe confidimus. Aut quaſi iſti non ſplendidè mentiantur, cùm nunc tandem poſt mille trecentos annos Euangelium maturuiſſe clamitant: quid? an velut in herba Chriſti bonum ſemen ſuffocatum eſt? Hactenúſne Euangelium, quaſi pomum in arbore crudum fuit, vt per iſtos iam tandem maturum & coctum reddatur? Ego iam tibi de his rebus, quæ à te in controuerſiam his paucis diebus vocata ſunt, patrum & martyrum ad ſexcentos & amplius annos ampliſſima teſtimonia protuli. Quid dicemus? an hoc omni tempore adhuc maturitatẽ ſuam fides nõ eſt aſſequuta? Poſt ſexcenta à Chriſto paſſo ſæcula Angli, poſtea Germani, imperante præſertim Carolo illo verè Magno, ab idolis ad Chriſtum ſe conuerterunt. Quibus temporibus vſurpatiſſimam fuiſſe eam, quam iſti labefactant, doctrinam, ne ipſi quidem inficias ire poſſunt. Atque mediis illis, quæ ad noſtra tempora intercurrunt, ſæculis, multæ nationes Chriſti religionẽ, abiectis idolis, exoſculatæ ſunt. Quæ omnes Lutheri & Caluini Euangelium aut nunquam audiuerunt, aut, ſi quæ illius pars aliquos homines, quaſi nouo quodam & mortifero veneno, infecit, ſtatim illi, niſi reſipuiſſent, tanquam piacula quædam Chriſtianæ reipublicæ, ab Eccleſia reſecti ſunt. Sed neque adhuc Euangelium, ſi iſtos ſequamur, maturuit. Ergo vbi primũ Lutherus, Zuinglius, Oecolampadius cùm alia Catholicæ Eccleſiæ dogmata labefactarunt, tum præclaros quoſdam inter Monachos & Nonnas Hymenæos inſtituerunt, & tam caſtæ religionis, inceſtusque ipſi fuerunt non verbis modò, ſed turpiſſimis factis principes; vbi altaria ſunt euerſa, Chriſti pretioſum corpus in Euchariſtia non modò impiè negatũ, ſed magis impiè pedibus nefariis conculcatum, omniaque tam diuina, quàm humana iura peſſum ierunt; noſtris demum miſerrimis temporibus ad maturitatem Euangelium perueniſſe exiſtimabimus? Quod ſi aliqua commoda interpretatione noſtris temporibus Euangelium maturuiſſe dici poterit, non illa quidem vlla ratione maturitas ad tetras hæreſes, quæ hodie graſſantur, & quæ Euangelium, Eccleſiamque obruunt & extinguunt, ſed ad ſummũ Catholicorum Hiſpaniæ, Portugalliæque Regum ornamentum, egregiamque laudem referenda eſt, per quos noſtra Deus memoria, nouum quendam orbem oſtenderit, non tam fœlicem gemmarum & auri, quibus abundat, copia, quàm quod, idolis excuſſis, verum Chriſti Euangelium, magna ex parte ſuſceperit; eoque beatiorem, quo longius maximo maris & terrarum tractu ab iſtis ſectis diuulſus eſt. Iſta tot & tantarum ad Chriſtum nationum acceſſio incomprehẽſibili Dei prouidentia noſtris temporibus conceſſa, quæ non Lutherana, non

Origo Chriſtianæ fidei in Angliis & Germanis.

Lutheri & Caluini Euangelium nullibi ante noſtra tempora receptum & approbatum.

An Euangelium noſtro ſæculo maturuit.

Catholicæ fidei in nouo orbe propagatio.

Caluiniana,

Caluiniana, ſed Catholica planè Chriſti fide imbuuntur, multò rectius Euangelij maturitas appellabitur, quàm exſecrabilis iſta Pſeudomartyrum perfidia. Vbi Chriſtus etiamſi tota (quod abſit) Europa, Lutheri aut Zuinglij idôla coleret, celebrem & copioſam Eccleſiam habiturus eſt. Quare iſta oratione, qua per iſtos Pſeudomartyres, qui Eccleſiam prorſus peſſundant, maturuiſſe iam poſt mille quingentos annos Euangelium tam temerè affirmatur, vt nihil ineptius; ita ſanè nihil turpius. Cuius mihi adulta & quaſi virilis ætas, Conſtantino iam & reliquis Imperatoribus noſtram religionem profitentibus, Euangelioque per orbem vniuerſum eorum opera propagato, fuiſſe videtur: iſta verò hodie decurſa, extrema, & affecta.

Aetas Eccleſiæ virilis quæ.

Aetas Eccleſiæ hodie affecta.

Cuius ſuæ amantiſſimæ matris, quam venerari deberent, canitiem, quaſi ſenectute deſipientis, impiiſſimi iſti filij irrident, omnibusque conuiciis contumelioſè exagitant, eamque prorſus opprimere cogitant, vt degeneres & perditi filij. Qui, quod tam piæ atque amantiſſimæ matri omnium eſt acerbiſſimum, ſanguinem ſuum, ſuamque vitam tam ad matris, quàm ad ſuam ipſorum contumeliam, probrum, & dedecus profundunt. Qui inceſto ore optimam & caſtiſſimam matrem lacerant, quaſi ream nefarij inceſtus; atque ita ſeipſos, vt nothos & ſpurios, palam traducunt.

Euangelicorum Pſeudomartyrū in Catholicam Eccleſiam impietas & ἀχαρισία.

Per quos tamen Foxus tuus poſt tanta temporum curricula collapſam Eccleſiæ fidem, reſtitutam ſomniat. Nullam ergo hactenus Eccleſiam habuit Chriſtus? aut neſcio quibus angulis clauſam? Quo modo igitur *ciuitas illa ſupra montem poſita* tam diu ſe abſcondit? Mirum ſi tot ſæculis non potuit, niſi iam tandem per iugula iſtorū emergere, & conſpici.

Euangelici ſpurij & nothi non legitimi Eccleſiæ filij.

Eccleſia abſcondi nequit, cum ſit ciuitas ſupra montem poſita.

Sed cur non explicat nobis Rhetor iſte, quando, quare, & quo principe lapſa eſt? Cur non profert certa tempora, Synodos, patres, aut certè Scripturas, à quibus vſitata Eccleſiæ fides anathemate confoſſa eſt? Nos expeditè oſtendere poſſumus patres, Synodos, & manifeſtas Scripturas, à quibus iſtorum hæreſes iugulantur. Cur non profert vel vnum ex omnibus antiquis Martyribus, qui propter vllam ex his cauſſis mortem ſubierit, ob quas iſti tam deſperanter moriuntur? Certè nunquam proferet.

Nullus antiquus Martyr obiit propter aliquod noui Euangelij dogma.

Illi pro Chriſto & Eccleſia mortui ſunt: iſti contra Chriſtum & Eccleſiam moriuntur. Illi naſcentem Chriſti fidem ſuo ſanguine conſignarunt: quam his mille iam quingentis annis per orbem propagatam, potius quàm velint iſti agnoſcere, Dæmoni ſuum ſanguinem, vitamque dedicant. In cuius exercitu non inuitus iſtos lectiſſimos eſſe, &, ſi velit, triarios milites profitebor. Quorum tam perdita deſperatio ſeneſcentis mūdi, & accelerantis Antichriſti nō leue nobis argumentum eſſe poterit. Vt enim Chriſtus, ita & Diabolus ſuam Eccleſiam habet, ſuos quoque Martyres, & aduentanti Antichriſto expeditiſſimam iſti viam

Diabolus ſuam habet Eccleſiā, milites, & Martyres.

Pſeudomartyres viam præſtruūt Antichriſto.

viam præſtruunt: vt per illos ad æmulationem triumphantis Martyrum Eccleſiæ inſolitam quandam, longeque, quam hactenus, maiorem auctoritatem atque maieſtatem ſibi concilięt. Quo enim propius ad occaſum mundus vergit, eo Diabolus auidius ad humanam perniciem incumbit, vt ſolet morientis aſpidis morſus eſſe acerrimus. Quare, quod hactenus efficere non potuit, iam præſtitit. Nam cùm vix ſingulis ſæculis ſingulos ſuos Martyres habuerit; ita iam his paucis annis, idque ſub obtentu verbi Dei, regnum ſuum amplificauit, ita graſſatus eſt, vt plures illius Eccleſia Martyres his quadraginta annis acquiſierit, quàm mille quingentis, qui anteceſſerunt. Ex tot enim, & tam diſſectis ſectis quam mihi dabis, quæ non ſit ad mortem pro ſecta aſſerenda parata? quæ non Martyres ſuos iactet? Quare nihil miri, ſi tanta ſequuta ſit Pſeudomartyrum meſſis, qui Diabolo, non Chriſto ſanguinem ſuum conſecrarunt; quantumuis eos Foxus & Criſpinus tuus celebrent atq; ornēt. Sed nihilo iuſtius quàm Cataphryges olim ſuos Martyres: apud quos moris erat, infantem aliquem anniculum creberrimis per totum corpus punctionibus lancinare & perfodere, ſanguinemque ex corpore haurire, *vt eo Euchariſtiam ſuam conficerent*. Quem, ſi mortem inde oppetebat, pro Martyre, ſi forte ſuperuixiſſet, pro ſanctiſſimo poſtea Sacerdote colebant. Neque certè iſti magis Deo ſuum ſanguinem litant: cùm nemo ex omnibus Euangelicis rectè dicere poruerit cum Paulo: *Ego vinctus Ieſu Chriſti*: aut illud; *Stigmata Domini noſtri Ieſu Chriſti in corpore meo porto*; ſed potius ſtigmata, & perfidiæ meæ cauteria. Quos rectius ſtultæ philoſophiæ Martyres appellaueris, quàm Zenonem, Cleombrotum, Catonem, aliosque, qui manus ſibi ipſis intulerunt; neq; iſtorum paſſio Dei triumphus eſt, quod de veris Martyribus ſcribitur, ſed glorioſus potius Diaboli triumphus. Quid enim aut homini Chriſtiano deteſtabilius, aut Diabolo iucundius accidere poterit, quàm in hæreſi & pro hæreſi ad mortem quidem ſempiternam, & pœnas, in igne æterno ſemper victuros, tam miſerè mori? Neque enim in quenquam iſtorum illud competit: *Calicem ſalutaris accipiam*: aut illud; *pretioſa in conſpectu Domini mors Sanctorum eius*: ſed illud multo potius: *ignis & ſulphur & ſpiritus procellarū pars calicis eorum*. Quamobrem grauiſſimè lapſus es, cùm aut iſtos veros eſſe Martyres, aut vera per eos miracula narrari exiſtimabas. Si ſigna, quæ nulla habēt hæretici, admireris, habes ex ſuperiore noſtra oratione, vnde illa abundè haurias. Cuiuſmodi alia infinita, nō ex prætcritis tantùm tēporibus, ſed noſtra memoria, præſertim in nouo illo orbe recēſere poſſem. Quæ ego aut aliàs à nobis narranda, aut tuæ potius diligentiæ peruestiganda relinquo. Conſpiciuntur enim plurima id genus apud Thomam Fazellū in Siciliæ, apud

Noſtra ætas eſt ferociſſima Pſeudomartyrum.

Cataphrygum Martyres.

Pſeudomartyres noſtri temporis ſanguinē ſuum Deo litant, vt olim Cataphryges.

Aug. de hæreſ. ad quoduult Deū tom. 6.

Ad Philemon. Ad Galat. 6.

Hieronym. ad Hebidiam quæſt. 11. tom. 3. & de obitu Bleſillæ.

Multa apud Catholicos noſtro ſæculo edita miracula.

Thomas Fazellus.

apud Bernardinum Scardeonium in Patauina,& potiſſimū apud patres Societatis Ieſu, apud Ioannem Barrenſem, Aluarum, Frāciſcum Lopem, Petrum Martyrem, & alios in Africæ atque Indiæ recenti hiſtoria. Quæ vt & à me recenſeantur, & à te cognoſcantur, ad reprimendam vanam atque arrogantem Euangelicorum de falſis & ridiculis Pſeudomartyrum miraculis gloriationem dignißima exiſtimo. Illud iam vnum pro omnibus (cùm ſit omnium maximum & idem certiſſimum) dixiſſe ſufficerit: ſexcenta & amplius hominum millia in nouo illo orbe recens à morte ad vitam excitata. CRIT. Tu egregium quendam Rhetorem, ne quid acerbius dicam, agis. Chriſtus tres tantummodo ad vitam mortuos reuocauit; & tu iam mihi ſexcenta millia occinis? IREN. Sed neque iſti vlla alia quàm Chriſti virtute ac poteſtate, ſeruorum ſuorum miniſterio, reuixerunt. Quod tamen non de vita corpori ſed animæ mortuæ (vt nationibus ad fidem Chriſti, idolorum cultu profligato, conuerſis) reddita accipi volo: vt, quo anima corpore ſit dignior, eo plus habeat hoc miraculum admirabilitatis, quàm totidem Lazaros mortuos vitæ reſtituiſſe: cùm in Pſeudomartyribus tuis nullum tu maius miraculum reperias, quàm quòd pernicioſa iſta doctrina, aliorum, & perfida moriendi obſtinacia tam corpora, quàm animas ſuas in horrendam & ſempiternam cladem proiiciant. Huc enim, cùm omnia diſſerueris, tota Foxi tui Theologia redit; vt ideo vel ſolū, vel maximè iſti habeantur Martyres, quia deſperanter obierint.

Scardeonius. Ioannes Barrenſis. Aluarus. Franciſcus Lopes.

Lop part 2. cap. 34. 46. 51. 122.

Maximum miraculum.

Euangelici cur à ſuis dicantur Martyres.

Neminem poſſe Martyrem eſſe, eius ſiue fidei ſiue perfidiæ quam abnegat; etiamſi propterea occidatur, quod ei addictus aliquando fuerat. Imo vero neque eum qui eandem retinet, ſi modo inuitus ad ſupplicium mortu rapiatur. Quibus nominibus aliquot è Pſeudomartyrologio Foxi ſubducuntur, & nonnulla de Chriſtophoro Fabricio ſiue Fabro huc ſpectantia commemorantur, qui Antuerpiæ Anno 1564. quarto die Octobris fuit combuſtus.

CAP. XLI. IRENÆVS.

HIC placet ad ea, quæ de Martyrio hactenus inter nos agitata ſunt, alia quædam dum memoriæ occurrunt, apponere; ex quibus amplius conſtare tibi poterit, non modò difficilius eſſe ad veram ſacri Martyrij gloriam adſpirare, quàm Foxo, & aliis quibuſdam iſtius genij hominibus videtur; ſed non nullos etiam in ampliſſimum Martyrum Eccleſiæ ordinem ab iſtis per vim intruſos, qui inde ſunt iure optimo ſubmouendi. Etenim tam longè abſunt ab omni Martyrio, vt non ſolum in Eccleſia Chriſti, ſed ne in Synagoga quidem Satanæ vllū inter Martyres eiuſdem locum

dem locum vindicare ſibi queant; etiamſi alia ratione ad vnam vel alteram ipſarum pertineant:quia vtriuſq; ſui ſunt vt Martyres ita Confeſſores;quibus addi etiam poſſunt,qui neq; ad hos,neq; ad illos propriè ſunt referendi. Quorum in numero eos repono, qui religioni vel impietati,quam ſemel profeſſi ſunt, renunciant; & tamen lege vel magiſtratu iubēte occiduntur, quos nemo eſt, qui aut Martyres, aut Confeſſores verè dixerit, ſed vt cum Tertulliano loquar, Negatores: quippe qui à negatione religionis vel impietatis, cui antè fuerunt addicti,magis nobilitantur,quàm ab vlla Confeſſione, vel ſanguinis ſui profuſione. At cum illis quidem, impietatem ſuam qui ex animo eiurant, bene agitur: quòd inde aditus ipſis pateſiat ad aliquem in cæleſti regno locū, licet inferiorem eo, qui præclaris Confeſſoribus, & glorioſis Martyribus deſtinatur, obtinendum: vt contrà,cum illis malè, qui à vera Dei religione deficiunt; quòd inde mancipia diaboli efficiuntur,pœnas in Tartaro, ſi non tantas, quantæ debentur iis qui mercedem impiæ perpetuo Confeſſionis, vel ſcelerati pertinaciter Pſeudomartyrij meruerunt, at æternas tamen luituri. CRIT. Huiuſmodi ego Negatores, quos eoſdem appellare licet Græcè, *Ἀποστάτας*, id eſt, Latinè, *Deſertores*, vel, vt Suetonius loquitur, *Defectores*, in catalogo Foxi non opinor vllos inſeri ad ſocietatem ſaltem Martyrum aggregatos. IREN. Nec ego quidem opinor. CRIT. Quorſum igitur hic mentionem eorum iniecisti? IREN. Non certè quòd opiner, ſed quòd ſciam iſtiuſmodi nonnullos à Foxo in ſcenam hanc inductos, vt fabulam præter decorum agant ab ipſorum perſona alienam. De quibus prius quam dico, illud obiter admonendum cenſeo, nomina hæc [*Apoſtata*, *Deſertor*, aut *Defector*,atq; etiam *Negator*,] cum in malam partem vel ſemper, vel plerunque ſumantur, propriè in cauſſa religionis conuenire in eos, non qui reiectis erroribus pernicioſis Orthodoxam fidem toto pectore amplectuntur, ſed qui ab Orthodoxa fide ſe auertentes,impiis opinionibus nefariè aſſentiuntur. Nam ſimul atque aliquod horum nominum in auribus noſtris inſonuerit, ſtatim de perſona, cui id tribuitur, minus bene exiſtimare ſolemus, niſi fortè aliqua additione ſignificatio verbi leniatur: vt cùm dicimus aliquem Deſertorē eſſe inſaniæ Mahometicæ, vel defeciſſe, atque transfugiſſe ſiue à Iudæis ſiue ab Ethnicis ad Chriſtianos veræ religionis ſtudio atque amore. Atque hoc quidem apud nos laudi ducitur, licet apud illos, à quibus diſceſſerunt, dedecori habeatur: quemadmodum nos contrà vitio vertimus Defectionem à fide Chriſtiana ad quamcunque aliam; at eandem illi magnopere laudant,ad quorum religionem, vel potius ſuperſtitionem,atque impietatem tranſitur. Martyris verò nomen atque Confeſſo-

Confeſſoris, ſi abſolutè & ſimpliciter efferatur, in laude ſemper ponitur, & proinde neutrum eorum poteſt ad alios commodè tranſferri, quàm ad eos, qui in Eccleſiaſtica vnitate Chriſtum coram hominibus confitentur, atq;, ſi res popoſcerit, longius progreſſi mortem eo nomine ſubeunt. Quòd ſi quibuſdam in reprobum ſenſum datis interdum accommodetur, id non fit niſi καταχρηστικῶς vel cum adiectione: vt cùm dicimus Lutherum fuiſſe Confeſſorem atque præconem Antichriſti, vel Huſſum Satanæ ſatellitem, atque Martyrem. Verum vt nunc orationem ad eos referam, quos dixi à tuis tamquam Martyres celebrari, cùm vel Confeſſoris quidem, quamcunque in partem ſumatur, nomen tueri vix aliquo modo poſſint: miror ſanè te nullum iſtiuſmodi in Foxi, Criſpini, & aliorum panegyricis decantatum agnoſcere. An excidit tibi, quod dudum de Bilnæo diximus, quem conſtat palinodiam impietatis duplicem ceciniſſe; alteram qua primæ, alteram, qua ſecundæ in primis vitæ conſuluiſſe fertur, in qua etiam mortuus eſt, non ſine deteſtatione iſtius Pſeudoeuangelij veſtri; cuius tamen Martyrem Foxus eum reluctantem priuata quadam auctoritate conſtituere non eſt veritus. CRIT. Cur vereretur? cùm, quæ efficiunt Martyrem, in eo concurriſſe cernātur omnia; pœna videlicet & cauſa. Nam propter Euangelij iam tum renaſcentis profeſſionem exuſtus eſt. Quibus addo illum non ſubiiſſe tam atrox ignis ſupplicium gloriæ captandæ ſtudio, quo ex Hieronymi, vt dictum eſt, ſententia præmio Martyrij non parum derogatur. His igitur ita conſtitutis, quid quæſo obſtat, quo minus Martyr & ſit, & habeatur? IREN. Quid? an non iam dixi? ſed quia hoc exigis, dicam adhuc apertius. Si Martyr fuit, certè alicuius fidei Martyr fuit. Cuius ergo? CRIT. Euangelicæ, quam nos profitemur. IREN. Minimè gentium. Qui enim fieri poteſt, vt quis eius fidei & religionis teſtis habeatur, quam deſerit, eiurat, modis omnibus deteſtatur? Vt illud interim taceam, veſtræ, quam iactatis, Euangelicæ fidei non modò nullos omnino Martyres eſſe, ſed ne poſſe quidem: quandoquidem ij propriè ſunt veritatis teſtes, à qua vos abeſtis lõgiſſime, vtpote qui cum Eccleſia Catholica, quę eſt columna & firmamentum veritatis, bellum perpetuum nefariè geritis. At neq; Orthodoxæ fidei Martyr dici meretur, cùm non propter eam, licet in ea, mortem fuerit perpeſſus. Sed nũc ſic tecum agam, quaſi in vnaquaq; religione ſiue vera, ſiue falſa Martyr quis eſſe poſſit. Ad conſtituendum igitur Martyrem & ſacratum cuiuſcunque religionis teſtem duo in primis concurrant oportet, quorum alterutrum ſi defuerit, Martyr conſiſtere nullo modo poteſt. Vnum eſt, vt illius religionis nomine, cuius Martyr

haberi debet, extrema patiatur: alterum, vt eandem ad ſupremum vſque ſpiritum conſtanter retineat. Aliud quippe eſt hominem propter fidem, quam præ ſe tulit, capitis damnari, aliud eam in ipſo mortis agone profiteri. Debet enim, qui Martyr cenſendus eſt, vtrumque præſtare, hoc eſt, vt non ſolum pro fide ſua, ſed in eadem etiam moriatur. Multi ſiquidem moriuntur in fide non propter fidem, vt Latrones, homicidæ, & alij malefici, qui tamen longè abſunt à Martyrio. Sunt etiam, qui propter fidem moriuntur, ſed non in fide, vtpote quam abnegarunt: & proinde neque vllum inter Martyres locum obtinere poſſunt. Quare Bilnæo neque veri Martyrij prærogatiua eſt tribuenda, quia propter inſana ſcholæ veſtræ dogmata flammis fuit abſumtus; neque Pſeudomartyrij veſtri nota inurenda, quia in fide orthodoxa occubuit. Cuiuſmodi fuiſſe nonnullos alios, quos veſtri falſo Martyrij nomine ad augendum ſuorum numerum ornant, tam eſt credibile, quàm quod maximè. Cuius rei fidem certiſſimam eos facturos ſpero, qui veſtrorum omnium mendacia retexẽtes, veras his de rebus hiſtorias, cuiuſcũq; gentis & nationis ſunt, poſteris prodituri. Nam Foxus popularis noſter in id ſolum videtur incubuiſſe, vt omnia vndique corraderet, ſiue vera, ſiue falſa, ſiue probabilia, ſiue abſurda, ea ſpe fretus, multitudine ſuorum hiſtrionum in ſcenam perſonata facie prodeuntium ſe nos obruiturum, & farraginis ſuæ mole oppreſſurum. Sed in tam multis claudicate deprehenditur, vt ipſe omnem ſibi fidem in aliis abroget. CRIT. Aſſentior tibi de Bilnæo, quoniam huc vrges. Sed exiſtimo non ſupereſſe alios eodem loco habendos. IREN. Experiamur. Hoc igitur primum mihi expedi; quid tibi videatur de illis, qui religionis alicuius nomine, ſed inuiti tamen & reluctantes mortem obeunt, an exiſtimas eos Martyribus adnumerandos? CRIT. Quid ni? Nam innocentes pueruli, quos impius Herodes interfecit, nónne Martyres fuerunt? At occiſi ſunt non modò præter, ſed etiam contra ipſorum voluntatem. IREN. Non iam quæritur de iis qui per ætatis infirmitatem ſui impotes ſunt, ſed de adultis. CRIT. Et quid prohibet etiam inter hos aliquem ad Martyrij vſque dignitatem promoueri neceſſitate potius quadam coactum, quàm ſponte ſua incitatum? IREN. Non ignoro inter Martyres diſcrimina eſſe & gradus, nec in hoc genere fortitudinis exigi, vt quis, vbi neceſſe non eſt, vltro ſe mactandum offerat. Hoc enim vt ſingularis cuiuſdam eſt perfectionis, ita omnibus non conuenit, quia cùm locus periculoſus ſit, & valde lubricus, difficile eſt in eo aliquid vel propter inconſiderantiam, vel propter confidentiam non offendere. Sed vt hic ſummus perfectionis gradus prætermittatur, ita ſtatuo, nullo modo inter Martyres haberi quenquam poſſe,

qui cum

qui cum eo impellitur, mortem pro fide non niſi inuitus ſubit. Nulla enim actio virtutis laudi ducitur, quæ nõ ex volũtate proficiſcitur. An igitur erit quiſpiã tam ineptus, vt Martyriũ, quo nihil homini præclarius, nihil glorioſius, nihil diuinius in hac vita cõtingere poteſt, exiſtimet aliquod eſſe, quod idẽ non ſit voluntarium? Aliud eſt in cauſſa fidei, morti ſe vltro non obiicere, aliud, cùm infertur, non niſi iniquo animo & reluctante perferre. Illud enim Martyrio neutiquam repugnat, at hoc nequit cum eo conſiſtere: ſiquidem excellens Martyrij virtus non tam in truculentia pœnarum quæ inferuntur, quàm in voluntaria earundem perpeſſione cernitur. Quemadmodum igitur qui pro Chriſto moriendi voluntatem habet, quam mors tamen non conſequitur, aliquam meretur Martyrij, licet non conſummati, laudem; ita qui grauibus tormentis enecatur abſque voluntatis ſuæ conſenſu, omnino nullam. Nam cum ex hiſce tribus quaſi partibus, voluntate moriendi, mortis perpeſſione, & cauſſa fidei ſiue religionis omne in adultis Martyrium conſletur, quarum ſi vlla abfuerit, illud conſtare non poteſt; in primam tamen tamquàm fundamentum inniti potiſſimum videtur. Quocirca quærenti à me breuẽ aliquam Martyrij deſcriptionem, quę ipſius vim & notionem repræſentet quaſi oculis ſpectandam, certè nihil aliud eſſe reſponderem, quàm in vnitate Eccleſiæ Catholicæ voluntariam mortis tolerantiam propter fidem Chriſti, vel aliam virtutis actionem, quæ ad Deum refertur. Quæ deſcriptio licet propria ſit eius Martyrij, quod vnum vt verum quidem eſt, ita ad illos, qui orthodoxam fidem profitentur, ſolos pertinet; eam tamen propter euidentem ipſius veritatem quilibet etiam falſi dogmatis magiſter, atq; impiæ hæreſeωs aſſecla, vt hodie Euangelici conãtur pro virili ad ſuum Pſeudomartyrium, cuius fallaci ſpecie miſerandum in modum ſeducuntur, accommodare. In quo tametſi fruſtra laborant; planè tamen & apertè indicant ſe agnoſcere eiuſmodi per omnia oportere quoduis Martyrium eſſe, eoque nomine, vt ipſorum tale ab omnibus habeatur, vehementer contendere. Vnde conſequitur non eſſe cuiquam Martyris nomen non modò apud Catholicos, ſed ne apud Euangelicos quidem tribuendum, qui contra voluntatem ſuam occiditur, etiamſi in eadem religione, propter quam ad internecionem vſque cruciatur, ſe contineat. Nam qui eiuſmodi eſt, licet ob fidem, quam præ ſe tulit, & cui adhæret, neci tradatur, eam tamen abnegare palam non recuſaret, potius quàm capitali pœna plecteretur, ſi ſupplicij inde euadendi ſpes aliqua ſupereſſet. CRIT. Iam tandem perſuaſiſti, adeo neceſſariam eſſe in Martyre voluntariam mortis perpeſſionem, vt cui hæc defuerit, etiam ſi millies moriatur, inter Martyres eum non exiſti-

mem reponendum. At hic tamen ſcrupulus quidam reſtat eximendus, quem iniiciunt ſubtilioris illius veſtræ Theologiæ, quam ſcholaſticam vocant, magiſtri. Quorum nonnulli, vt audio, eos Martyribus annumerandos cenſent, qui ſomno ſepulti, propterea quod Chriſtiani ſunt, interficiuntur. Quibus licet mors inferri videatur non inuitis nec reluctantibus, at quomodo tamen volentibus dicatur afferri, nondum video: præſertim cùm non modò neſcientes, ſed ne de morte quidem cogitantes occidantur. IREN. Non eſt quòd hic ſcrupulus te diu remoretur: Nam qui illos iudicant ad Martyrum numerum aggregandos, quibus Chriſtianæ Fidei nomine vita adimitur dormientibus, non alios ſanè intelligunt, quàm qui antequam dormirent, ita erant animo affecti, vt vellent pro Chriſto mortem oppetere: A qua voluntate cum inter dormiendum non reſiluerint, quid obſtat, quo minus dicantur volentes pro Chriſto mori? CRIT. Rectè tu quidem; nec mihi occurrit, quod his opponam. Quare nunc tibi planè aſſentior, eos qui inuiti mortem ſubeunt, quacunque de cauſſa, & quantacunque ſuppliciorum atrocitate interimantur, Martyrum catalogo non eſſe vllo modo inſerendos. Neque vero exiſtimo, aut Foxum, aut Criſpinũ, aut aliam quempiam Martyrum noſtrorum præconem adeo inſipuiſſe, vt tales ſuis ſcriptis celebrarent, & pro Martyribus venditarent. IREN. Quid igitur tibi videtur de Cranmero? An non ille lacrymis, eiulatu, planctu hæreſim ſuam eſt deteſtatus? an non palinodia à ſe contexta, & ſua ipſius manu conſcripta teſtatus & proteſtatus eſt, ſe, reiectis pernicioſis erroribus, quorum pertinax fuerat defenſor, Catholicæ fidei per omnia conſentire? an non multa ad viros nobiles & generoſos eiuſdem palinodiæ exemplaria ex ipſius autographo deſcripta, & chirographo ſuo confirmata vltro hinc inde dimiſit? At ficto & ſimulato animo hæc ſe omnia feciſſe poſtea declarauit, fateor. Sed non obſcurè tamen præ ſe tulit, ſi vitæ inde ſuæ conſulere potuiſſet, ſe vel nunquam perfidiam iſtam ſuam, vel non ante fuiſſe proditurum, quàm ab omni metu mortis ei inferendæ liber & ſecurus foret. Itaq; cùm videret rem eò deductam, vt nulla ſpes vitæ ſupereſſet, non potuit ſe continere, quin in eas voces erumperet, quæ iudicarent eum ſcelus ſceleri, id eſt hæreſi perfidiam addidiſſe, & timore mortis, quam vel ſexcentis palinodiis ſi potuiſſet, videtur voluiſſe declinare, extra ſe fuiſſe poſitum, ob eamque cauſſam ad locum ſupplicij inſtar hominis potius furore correpti, quàm ad Martyrium quo decet animo ſubeundum bene animati, procurriſſe? Nam cùm iam iam moriturus ad reſipiſcendum etiam in breui illa vitæ vſura vrgeretur, ab vno aut altero adſtantium, an non in hæc ferè verba animo mirum

quàm perturbato reſpondit? Quid vis vt faciam? Si Regina vitæ meæ pepercerit, ego legibus regni parebo, & ad eas vt quiſquam alius, ita me accommodabo. An non hæc demonſtrant illum nihil minus quàm ad Martyrium anhelaſſe? an non arguunt illum mente fuiſſe à Martyrio alieniſſima? & voluiſſe vitæ ſuæ poſthabere, quamcunque profeſſus eſt, religionem? In Martyre præter cetera hæc duo requiruntur; conſtantia & patientia. At iſte ab vtraque abfuit longiſſimè. Nam cùm vir duplex animo eſſet, inconſtans fuit (vt Iacobi Apoſtoli verbis vtar) in omnibus viis ſuis: Deinde cùm in caſtris Veneris diutius militaſſet, adeo mollis & effeminatus euaſerat, vt præ metu mortis, impos ſui factus fuerit. Mortem vt effugeret, quid non tentauit? & quid intentatum relinqueret, qui poſt deteſtationem hæreſum ſuarum voluntariam, poſt diſertam fidei Orthodoxæ profeſſionem, poſt flebilem criminum ſuorum confeſſionem in aurem Sacerdotis peractam, auſus eſt ſe ingerere ad panem illum viuum, qui de cælo deſcendit, ſumendum, Catholico quidem ritu ſub ſola panis ſpecie, ſed inſtar Iudæ proditoris, ſimulatione plus quàm ſacrilega, & perfidia ſupra quàm dici aut cogitari poteſt, horrenda, quemadmodum ipſe poſtea faſſus eſt, & euentus comprobauit. Sed qualis eius vita, talis fuit exitus. Cetera autem illius facinora prætermittam, quæ ab amantiſſimo mei, Nicolao Sandero, viro religioſiſſimo atque doctiſſimo, & præclariſſimis ingenij ſui monumentis non modò de Anglia noſtra, ſed de toto etiam orbe Chriſtiano optimè merito, commemorantur: vnum duntaxat attingam, quod & inſigne eſt, & ad rem præſentem accommodatum; & eiuſmodi, in quo Cranmerus ipſe quodammodo gloriari ſolebat. Vnde an talis fuerit confeſſor in vita, qualem ſe declarauit Martyrem in morte, diiudicari poteſt. Cùm præter alia crimina, quæ nec pauca, nec leuia in publico iudicio ei obiiciebantur, periurij etiam reus argueretur, quòd ſedi Apoſtolicæ rebellis iam diu fuiſſet, & adhuc eſſet, in cuius obedientia ſe permanſurum, quo tempore Cantuarienſis Archiepiſcopus eiuſdem Sedis auctoritate crearetur, iureiurando affirmaſſet: non puduit id in defenſionem ſui afferre, in quo præter manifeſtam confeſſionem iuriſiurandi turpiter violati, ſumma etiam malitia euidenter apparuit. Reſpondit enim ſe pridie eius diei, quàm fidem ſuam Romano Pontifici adſtrinxiſſet, tabellionem neſcio quem ad ſe accerſiuiſſe, eoque præſente & audiente diſertis verbis fuiſſe proteſtatum, iureiurandi etiam religione interpoſita, ſe, quamcunque in rem poſtero die iuraret, nullo modo velle ad eam exſequendam obligari: & hanc ſuam periuratoriam, vt

Iacob.1.

Ioan.6.

In libello de vita Cranmeri nondum edito.

ita dicam, cautionem tabellioni mandauiſſe, vt in ſcripta referret. Horrenda ſanè, ſed non indigna tamen tali confeſſore, periurij tum præcauendi ratio, tum intentati depulſio. vide quæſo quàm bellè iſta conueniunt cum illis, quæ moriturus geſſit. Nam quemadmodum vt Archiepiſcopi & primatis Angliæ honorem conſequeretur, contra animi ſui ſententiam ſciens & prudens iurauit, ita vt breuem huius lucis vſuram redimeret, quæ veriſſima fidei ſuæ dogmata cenſuit, ea voce & ſcriptis exſecratus eſt; imo quod horribilius eſt dictu, ſimulata ſanctitate non modò confeſſionis, ſed Euchariſtiæ etiam auguſtiſſimo Sacramento abuti non reformidauit. Et cùm illi iam moriendum eſſet, ne tum quidem recuſauit ſecundum leges regni à Maria felicis memoriæ regina in Catholicæ fidei confirmationem, & hæreſum exſtirpationem latas viuere, ſi modò viuere ei permitteretur? Ecce quomodo illi immodica honoris ambitione ad periurium, hic nimio ſui amore vel mortis timore, ad religionis, quam ſibi finxerat, contemtum; vtrinque ad ſceleratam & omnibus modis deteſtandam perfidiam proruerit. Sed has omnes maculas neſcio quo fuco Foxus oblinire conatur, quas tamen eluere nulla arte poteſt, ne in Cranmero ad ſempiternam eius infamiam hæreant. Quem ſi nihilominus Martyrem ſuum habere volunt Pſeudoeuangelici, eum illis non inuidebo, etiamſi videre nequeam, quo iure ipſum inter Martyres reponant. Certè huius Martyrij, qualecunque fuit, omnis gratia illis debetur qui intulerunt, nulla ei qui pertulit. Illi enim licet non ſponte, non inuitè tamen hic munere ſuo functi ſunt; iſte vero, quod omni modo voluit, nullo autem vitare potuit, id contra voluntatem ſuam perpeſſus eſt; vt vt in extremo iſtius tragœdiæ actu neſcio quam fortitudinis ſpeciem fallaciter imitari voluiſſe, quemadmodum diximus, videbatur; dum rogo impoſitus manum flammis iam iam vna cum vniuerſo corpore abſumendam igni admouit; ſi modò ſic admouiſſe ſit verum. Sed quantum quidem ex his, quæ ſine dubio geſſit, voluntatem eius metiri licet, in cauſſa fidei nolens planè & inuitus occubuit: Id quod ipſe videri poteſt ſibi præſignificaſſe profana quadam, & Archiepiſcopo minimè digna, ſententia; quam cum primum cuſtodiæ traderetur, ſcripſit in cubiculi ſui ſiue pariete, ſiue feneſtra. Ea autem fuit; *Quo fata trahunt*; quaſi diceret, malè de ſe ominans, quo contra voluntatem meam vi & fatali quadam neceſſitate coactus rapior. Sed nihil erat, cur quicquam harum rerum fato adſcriberet, non modò quia Chriſtianus fatum in rebus humanis dominari non debet agnoſcere, ſed etiam quia quicquid paſſus eſt, ſua culpa, & merito ſuo

rito ſuo eſt paſſus. Malæ enim menti ſuæ, & malo animo tribuendum eſt, quod eas in anguſtias vltro ſe coniecerat, è quibus poſtea ſe extricare, etiamſi maximè voluerit, nullo tamen modo potuit. Ne vero exiſtimes vnicum inter omnes Cranmerum in hac impietatis cauſſa animum habuiſſe ab omni Martyrij ſpecie alienum, ſunt plures alij, de quibus eodem modo iudicandum eſt. Ac in his numerare licet Barneſium, qui cùm ſemel atque iterum in publica concione errores ſuos mente vafra & ſubdola damnaſſet, eo imprudens præter exſpectationem deſcendit, vnde reuocare gradum, & in integrum poſtea reſtitui non potuit. Nam præterquam quod bis in eundem lapidem offenderat, cui impietati pœna mortis ipſo iure ſtatim debetur, ita palinodias ſuas, poſteriorem præſertim, fraudulenter contexuit: vt in ea, quemadmodum in ſcorpionum cauda non nihil veneni lateret, & videretur altera manu cicatricem vulneri obducere, & altera eandem refricare. Sed dum in re non ludicra alios ludificare ſtuduit, ipſi ſibi miſer illuſit, & lugubres ad ſui ipſius incendium faces, quas poſtea extinguere non potuit, præter opinionem accendit. Nam cùm compertum fuiſſet, in illorum numero eum eſſe, quos his verbis deſcribit Rex ſapientiſſimus, Qui relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebroſas: qui lætantur, cùm malè fecerint, & exultant in rebus peſſimis: quorumque oris verba iniquitas & dolus, vt loquitur Regius vates, perfidiæ tam ſceleratæ, quas commeruerat, pœnas luit. Huc autem factionis iſtius ergô nunquam ſe demiſiſſet, niſi fretus patrocinio Cromuelli, qui hæreticorum illis temporibus in Anglia columen exſtitit, & maxima apud regem auctoritate fuit, ſibi perſuaſiſſet, rem eiuſmodi exitum numquam habituram. Itaq; cùm Cromuellus ipſe in foueam quam Mardochæo cuidam Amanus inſtar, & alijs bonis fecerat, iuſto Dei iudicio incidiſſet, Barneſius ſpem ſuam eluſam videns, animo planè concidit, & ſero tum nimis intellexit, ſe fragili innixum fuiſſe ſcipioni. Supplicium igitur impietati ſuæ debitum, quod nulla iam palinodia, quam ipſe ſpe vitæ fuiſſet libentiſſimè iterum atque iterum cantaturus, effugere potuit, inuitus pertulit. Sed vt hæc ita non eſſent, quæ ſanè ſunt veriſſima, aliud tamen in Barneſio occurrit, cur is è numero Martyrum etiam veſtrorum eximendus videatur. Nemo enim eorum, qui exceſſerunt ex ephebis, ne ſecundum ſcholæ quidem veſtræ placita, opinor, Martyr effici poteſt imprudens & neſciens. E quidem exiſtimo vos de Pſeudomartyrio etiam veſtro magnificentius ſentire, quàm vt concedatis id poſſe cuipiam vigilanti, ſed cauſſam eius ne aduertenti quidem, vel

Prouerb. 2.

Pſalm. 36.

certè de ea dubitanti tamquam aliud agenti obrepere. At Barneſium vel ignoraſſe cauſſam Martyrij ſui, qualecumque id fuit, vel ſaltem incertum de ea fuiſſe, Foxus ipſe non reticet: cùm ſcribat illum à magiſtratu, qui eius comburendi curam principis mandato ſuſceperat, quæſiuiſſe, quamobrem neci dederetur. Verùm ne Foxus ſolus veſtrarum partium in eiuſmodi conſtituendis Martyribus & prædicandis turpiter erraſſe putetur, placet aliud vnum eiuſdem farinæ exemplum, & illud quidem recens ac memorabile huc accerſere, in quo factionis veſtræ mirificam vanitatem & impudentiam tamquam in ſpeculo licet intueri. Non te fugit, cuiuſmodi ſcripta Teutonica circumferantur in manibus multorum de Martyrio cuiuſdam Chriſtophori ſiue Fabricij ſiue Fabri, certè apoſtatæ, qui fuit Antuerpiæ anno Domini 564. ſupra milleſimum 4. Non. Octobris combuſtus. Hic ordinis Carmelitani cùm fuiſſet, ruptis profeſſionis ſuæ & religioſæ vitæ repagulis, in omnem ſe impietatem & viuendi licentiam effudit. Vnde tandem à magiſtratu captus, tantum abfuit ab hæreſibus ſuis præpoſtero Pſeudomartyrij zelo pertinaciter defendendis, vt eas ſtatim exſecratus, ac ſuam impietatem confeſſus, veniam ſibi dari verbis ſupplicibus petierit: Cuius cùm videret nullam vel perexiguam ſpem ſibi iniectam, aliorum ſubſidium ad eam conſequendam ſedulo implorauit, pollicitus ſe in poſterum ex religioſi ordinis ſui præſcripto vitam acturum, & contra Synagogam iſtam tuorum, cuius arcana nouit, futurum acrem Eccleſiæ Chriſti propugnatorem. Ne autem videretur animo ſimulato hæc feciſſe, magiſtratui patefecit nonnullos iſta contagione infectos. Hunc igitur cùm tamquam Martyrem non plebeum vos multis laudibus extollitis, an non iudicatis, cuiuſmodi ſit Martyrium veſtrum, ſanè non indignum tali Euangelio. Ceterum ne putes me quicquam à vero alienum ad gloriam iſtius Pſeudomartyris veſtri minuendam, tibi commemoraſſe, en hic in promtu ſint eiuſdem epiſtolæ; quas ex ipſius autographo, quod à magiſtratu cõſeruatur, bona fide deſcriptas, & typis Ioannis Vuithagij Antuerpiæ impreſſas, ſi volueris legere, periculum facies, num tuì circumueniendi gratia quippiam vel addiderim vel detraxerim. CRIT. Etſi non dubito, quin qua decet fide, rem omnem expoſueris, tamen vt plenius mihi ſatisfaciam, & alijs, ſi quando his de rebus ſermo inciderit, ipſius Fabricij epiſtolas aueo videre. IREN. Et ego vt id facias in primis cupio. Accipe igitur eas, inſpice, & lege. CRIT. Tu interea legenti auſculta, & ſi quid me forte fugerit, ſuggere. Iam ergo exordior.

CHRISTOPHORVS FABRICIVS Antverpiæ captvs.

Ego fateor, *quod ſi ſciuiſſem contra dicta ac mandata Magiſtratus me tam grauiter peccaturum (nam nulla, aut certè non tam grauia putaueram Regum ac Principum meorum edicta) non id attentaſſem, quod attentaui hactenus. Quocirca ego bono ac piorum virorum vti iam cupio conſilio: ac pænitet voti fracti & ceterorum per me actorum. Cupio quemadmodum hactenus, ita & nunc Primoribus meis parere, & potiſſimum me ſubmittere obedientiæ ordinis. Faciam quæ erunt Catholici ac obedientiſſimi Chriſtiani. Et patres meos precor, vt apud Dominum Marchionem atque alios Magiſtratus pro me intercedant. Teſtis eſt mihi Deus, ac filius eius vnicus Ieſus Chriſtus: quem precor vt ſpiritu ſuo intellectum meum illuſtret ſuo dogmate cæleſti. Ac rogate indeſinenter pro me apud Dominum Deum.*

4. Iulij. 1564.

In vinculis, animo liber.

ERVDITIONE AC PIETATE OBSERVANDO VIRO PATRI SVO, Priori Carmelitanorum Yperenſium.

Etsi *neceſſitas me iam cogat venerandiſſime pater Prior, ad tuam paternitatem ſcribere, eſt tamen verū & cor ſincerū, ex quo huiuſmodi proueniunt litteræ. Eſt igitur quod in meis anguſtiis ad te recurram, tamquam ad patrem ſuum filius. Erraui, fateor, nec ſum dignus, qui te patrem meum interpellem. Attamen filius tuus ſum, ne denegato obuiam venire afflicto; iam te patrem eſſe oſtendas; iam tempus eſt, vt affectiones illas tuas induas paternas: ſin minus, perire debeo. Si animam meā ſalutem ames (vt te amare ſcio) ne perire me patiare. Placuit hactenus vita irreligioſa; ac multi me ad huiuſmodi inſaniam adduxere: ſed multa vexatio iam ſenſum & intellectum aperit. Iam multæ meæ infirmitates ac dura vincula ad viam me reducunt: verum niſi ſedulus mihi adfueris interceſſor, hic moriendum maximo ordinis ſcandalo. peccaui, fateor: ſed nondum ſum Eccleſiam Dei perſecutus, quemadmodum ille: eſt tamen miſericordiam conſecutus, ac factus eſt fortiſſimus verbi Dei declamator. Qui non eſt expertus quid ſit. Iam ſcio qualis cuiuſmodiq́; ſit hæreticorum Synagoga. Sed ſi vitæ aliqua ſpes per tuam mihi ſuperfuerit (vt ſpero) curam paternam, habiturus es ſedulum Eccleſiæ Chriſti defenſorem. Iam ſecundo Iulij Antuerpiæ à Marchione ſum comprehenſus: ac nihil niſi mors me manet, niſi ſuccurreris. Pater, agnoſce filium deſolatum, ac*

tum, ac multis iam miſerijs expoſitum. Si nihil aliud, hoc ſaltem mihi adhibito ſolatij, vt me ſemel iam vinctum inuiſas. Iam mihi adſuit venerabilis Prior Brugenſis, ac ſæpius à Priore Antuerpienſi conſolationem accipio; ac promiſit vterque omnem adhibiturus tecum operam in meam cauſſam. Si modo tu filio tuo adſueris, ſumma diligentia, omnia reſarcientur.

Antuerpiano ex ergaſtulo 18. Iulij. 1564.

Tuus F. Chriſtophorus
Faber vinctus.

S V B M I T T E N S *me in omnibus clementiæ Dominorum, vellem ſi eſſet mihi poßibile, vniuerſum Eccleſiæ ſtatum ita declarare, vt nihil maneret abditum, quo ſemel eiuſmodi hæc ciuitas liberaretur hominibus. Verum loca & plateas maiori ex parte, multo magis perſonas & illarum habitationes ignoro. De facie quidem plures noui. Attamen quorum nomina vllo modo ſcio, eos, quantum de ijs manifeſtandum, & quantum mihi conſtat, non celabo, &c.*

Nunquam profecto, Irenæe, exiſtimaſſem Fabricium tam inconſtanti & abiecto animo fuiſſe, vt huc prolaberetur. Sed alium, opinor, ſe virum oſtendit, priuſquam ad Martyrium adduceretur, & fortiter in euangelij cauſſa moriendo has maculas deterſit. I R E N. Imo ſi, vt canis, ad vomitum eſt reuerſus, multo ſe magis inquinauit. Quod autem ad mortem attinet, ſi ad eam ſubeundam viſus eſt accedere animoſior, id certè non fecit, quia in Martyrium propenderet, ſed quia vel deſperatione obrutus fuit, cùm pœnam abs ſeſe deprecari nullo modo poſſet, vel à perditis hominibus Pſeudoeuangelici iſtius Epicureiſmi amore inſanientibus vana vitæ ſpe lactatus, qui confidenter ei ſunt polliciti, ſe per vim erepturos ipſum è manibus magiſtratuum, cùm ad ſupplicium duceretur. Quod etſi non ſunt conſecuti, ſceleratè tamen aggreſſi, lapidibus in præfectum vrbis & ſatellites eius coniectis, fuerunt. Quo nomine vnus in terrorem aliorum capite plexus eſt, quem fortè ad Martyrum ſuorum catalogum Foxus pro ſua in ſectam pietate eſt appoſiturus; quemadmodum & illos, qui poſtea Catilinaria coniuratione, & Turcico zelo in templa per vim nefariè irruperunt, Imagines ſacras I E S V Chriſti, beatæ Mariæ virginis, & Sanctorum ſceleratè confregerunt, altaria altiſſimi demoliti ſunt, omnia Eccleſiarum ornamenta ſacrilego auſu vel deſtruxerunt, vel

prædæ

prædæ inhiantes abripuerunt. Hîc velim diligenter attendas, cuius ſpiritus afflatu talia, tam flagitioſa, nec vllis ſupplicijs expiabilia, vt perpetrarent, ſunt concitati. Hic ſiue Lutheranicus, ſiue Caluinicus, ſiue Memnonicus, ſpiritus certè fuit erroris non veritatis, rebellionis non obedientiæ, ſacrilegij non pietatis, furoris non patientiæ, latrocinij non iuſtitiæ, blaſphemiæ denique non religionis; & perinde fuit non Dei ſed Diaboli, non Christi ſed Antichriſti. Quis vnquam putaret mentes hominum Chriſtianorum adeo occæcari aut faſcinari potuiſſe, vt talibus tamque apertè malignis crederent & ſe deuouerent ſpiritibus? qui licet Euangelium ſemper in ore habeant; & verbum Domini, verbum Domini, ad rauim vſque vociferentur, cum Euangelio tamen Chriſti, & oraculis Dei ex diametro repugnãt. In aliena enim inuadunt, bibliothecas comburunt, templa expilant, magiſtratus contemnunt, edicta principum reſcindunt, tumultus cient, ſanguinem fundunt, contra reges conſpirant, reſpublicas euertunt, omnia ſurſum & deorſum miſcentes, ſine rege, ſine lege, ſine religione. Sed vt ad Fabricium reuertar, an hunc Martyribus Euangelij veſtri adnumerandum cenſes, qui ab eo tam cito reſiliit, & à Martyrij difficultatibus & moleſtiis patienter atque fortiter ſuſtinendis, tantum abfuit, quantum qui maxime? Illos vero qui Fabricium legitimè condemnatum è manibus magiſtratuum, quibus qui reſiſtit, diuinę ordinationi reſiſtit, extorquere conati ſunt, quis negare poteſt nõ ferẽdum commiſiſſe facinus? At Fabricius videtur nõ propius acceſſiſſe ad Martyrij cuiuſquã meritũ, quàm iſti magiſtratui vim inferẽtes, ad ciuis boni & hominis Chriſtiani officiũ. Certè nouũ genus Martyrij eſt, & veteribus inauditum, quod imprudenti obrepit, vel inuito obtruditur, & vt gloria ſequitur fugientem: ſed non alienum tamen à nouo iſto Euangelio, quod ſemper vti de Africa dici ſolet, aliquid parit noui, ſed nihil omnino boni. Cuius generis, id eſt falſi nominis Martyres, veriſimile eſt, plures in veſtris Martyrologiis contineri. Id quod in poſterum magis, vt ſpero, innoteſcet, vbi homines veritatis amantes in ſua quiſque patria cauſſas, cur ſinguli iſtorum capitali pœna fuerunt affecti, & quomodo in ea ſe geſſerunt, in litteras bona fide miſerint. Ad quam rem perficiendam optimus quiſque quantum poteſt, tantum debet adiumenti afferre, quia turpe eſt, videre Hæreticos obſcurandæ hiſtoriarum veritati in multorum perniciem tanto ſtudio tenebras offundere, & Catholicos eiſdem diſpellendis manus vix admouere.

Rom. 13.

De Mar-

De Martyrio Catholicorum tam in Bohemia, quo tempore Huſſitarum ibi ſecta cœpit virus ſuum diffundere, quàm noſtra memoria in nouo orbe.

CAP. XLII. IRENÆVS.

Omnes veteris Eccleſiæ Martyres eandem, quã hodie Romana profitetur Eccleſia, tenuerunt fidem.

AB iſtis te Martyribus iam oculos, animumque ad veteris Eccleſiæ, quos recenſui, Martyres, qui nullam aliam fidem tenuere, quàm quæ hodie à Romana Eccleſia tenetur, deflectere cupio. Qui quid ſenſerint de his rebus, quas toto hoc quatriduo in controuerſiam vocauimus, partim ex ipſorum libris, qui hodie exſtant, partim ex iis patribus, qui intra ſexcentos primæ Eccleſiæ annos vixere, quorum ego tibi ſententias recitaui, perſpicuè intelligis: Vt nimis vel ſtolidum, vel impium foret, exiſtimare aliam fuiſſe reliquorum omnium his ſexcentis annis Martyrum fidem ab ea, quam patres, de quibus diximus, amplexi ſunt, & in ſcriptis ipſi ſuis expreſſam memoriæ poſteritatis reliquerunt. Quare nihil iam opus eſt vel ad poſteriores Gregorio primo ſcriptores, vel ad Martyres, qui ſub Ethnicis, Saracenis, aut falſis Chriſtianis nobili Martyrio defuncti ſunt, quique & viui & mortui miraculis edendis enituerunt, decurrere. Quos vt nec ipſi fere Euangelici negant, nec negare iure queunt, eadem per omnia de Chriſtiana religione ſenſiſſe, quæ Romana hodie ſentit Eccleſia; ita ſanè nec Martyrij eis coronam poſſunt vlla iuſta de cauſſa adimere: cùm non contra Chriſtum & Catholicam Eccleſiam, vt tui Pſeudomartyres, ſed propter Chriſtum & Catholicæ fidei conſtantem profeſſionem obierint. Horum itaque, præſertim Albani, Amphibali, Aatonis, Iulij, & aliorum veteris Britanniæ Martyrum; Bonifacij deinde, Angli quidem, ſed Germaniæ Apoſtoli, duorum fratrum Heuualdorum Eduuini & Oſuualdi Regum, Thomæ denique Cantuarienſis Archiepiſcopi atque Martyris, clariſſima atque eadem domeſtica trophæa aduerſus tenebricoſos iſtos & perfidos Apologeticorũ tuorum Pſeudomartyres tibi ob oculos propono. Quæ licet cum inſtitutæ diſputationis noſtræ rationibus arctiſſimè cohæreant; quia tamen tempore ſunt remotiora, iam ſeponamus. Quare ad ea potius, à quibus tu iſtam tuam de Pſeudomartyribus narrationem inſtituiſti, & ad noſtra deinde tempora decurramus. Et quoniam apud Apologeticos tuos tanti valet Æneæ Pij auctoritas, vt illam (licet inde potius euertantur, vt diximus, quam adiuuentur) pro impuri Sacerdotum matrimonij defenſione adferant; ab eo potiſſimum audiant, quàm illuſtres athletas contra Huſſicos illos furores Bohemia nobis dederit. *Ziſcha igitur*, inquit, *Ciaccho & Praſco, quos felices Bohemi credidere tot præliorum victores,*

Veteres Angliæ Martyres.

Bed. in hiſt. Anglic.

Æneas Pius.

tanto

tanto imperio præditos; Coranda quoque & Iacobellus, quibus vt Apoſtolis Chriſti aut Angelis è cælo miſsis populorum aures patuere, cum Procopiis pugna cæſis, cum Ioanne ac Hieronymo Conſtantiæ in magna Synodo igni damnatis, apud inferos pœnas dant temeratæ religionis, in æternumq́ dabunt. Eosq́ proculdubio Rachizana ſequetur, & qui ei auſcultant, diuinæ legis temeratores: niſi ante finem vitæ ſuæ reſipuerint. Viri conſtantes, qui vel exſilium, vel carcerem, vel cædem pro teſtamento Chriſti fortiter pertulere, cum rege ſuo in cælo regnant, ex aliena victoria triumphantes, quorum multa millia Bohemia tulit. Nam ſicut Huſsitarum inſania Bohemicum nomen labefactauit, ita & fortium virorum conſtantia illuſtrauit. Nec prouincia eſt, quæ tempore noſtro plures Chriſti Martyres, quàm Bohemia produxerit. Inter quos Equitem fuiſſe non eſt ambiguum, nobilibus parentibus ortum, captum ab Huſsitis, admotum ignibus, pedes primum, deinde tibias, mox genua, coxasq́, poſtremo reliquas corporis partes exuri paſſum, quàm illorum inſaniæ conſentiret. Atque hæc de Bohemia. Ad ea etiam tempora cùm Iſidorus Rutenorum Metropolitanus Epiſcopus Kiouienſis ſub ditione Moſchouitarũ Florentino Concilio interfuiſſet, in quo non Latini tantùm, ſed & Græci atque Armenij maximo aſſenſu Romanum Pontificem reliquorum omnium Epiſcoporum primum ac principem profeſſi ſunt; & domum reuerſus eandem fidem priuatim ac publicis concionibus conſtantiſſimè defendiſſet; nefariè cæſus eſt. Quos omnes, atque adeo noſtri temporis Martyres, qui maximo numero, quia fidem Chriſtianam noluerunt prodere, à Paganis, Turcis, & Mauris crudeliter occiſi ſunt; Pſeudomartyribus tuis oppono. Inter quos Goncalus de Silueira Luſitanus, vir cum primis nobilis, vnus ex viris Societatis Ieſu eminet: qui flagrantiſſima caritate & Euangelij propagandi zelo accēſus, Manamotapam ciuitatem adiit, vbi Regem & ipſius matrem cum quadringentis ex primoribus regni fide Catholica imbuit, & ſacro lauacro expiauit. Sed Rex poſtea nefariis Maurorum quorundam conſiliis ſeductus, religioni Chriſtianæ renunciauit, & virum ſanctiſſimum, qui Martyrij palmam ſumma cum alacritate præſtolabatur, ſtrangulari, & in fluuiũ coniici iuſſit. Huic duos alios Luſitanos adiungo, qui exquiſitis per Mauros tormentis, vt Chriſtum Deum negarent, cruciati ſunt. Quorum alter captus eſt cum puero recens baptizato; quem puer immanibus cruciatibus excarnificatum mirificè cohortatus eſt, ne generoſi animi propoſitum remitteret, & ad Mahometem à Chriſto deficeret. Nec potuit vllis minis puer ille à fide per Mauros auerti. Inter hos Martyres elucet Alfonſus de Caſtro vnus ex viris Societatis Ieſu, qui cum tribus comitibus, poſtquam nullis ſuppliciis à conſtantia Chriſtianæ fidei ad Mahometicam ſuperſtitionẽ deiici potuit, nobili Martyrij corona redimitus eſt. Celebris eſt in hac

pala ſtra

Æneas Pius in præfa. hiſt. de orig. Bohem.

Martyres Bohemiæ.

Inſigne Martyrium Equitis Bohemici.

Iſidori Rutenorum Metropolitani Martyriũ.

Matthias à Mecho. de Sarmatia Europiana ca. 1.

Iacobus Payua orthodoxæ fidei lib. 1.

Duo alij Luſitani.

Vide epiſt. patrum ſocietatis nominis Ieſu.

Franc. Lopes 2 parte cap. 85.

Alfonſus de Caſtro, cum tribus comitibus.

Antonius & Ludouicus ex ſocietate nominis Ieſu.
Ludouicus Cancellus.
Sex ordinis Prædicatorum.

palęſtra Antonius ex ea ſocietate cum Ludouico: celebris eſt Ludouicus Cancellus cum ſociis: qui dũ in terra florida de Chriſto concionari meditaretur, cæſus eſt, & deinde ab Anthropophagis comeſtus. Celebres denique ſunt illi in Anglia Martyres: qui iam ex omni illo Pſeudomartyrum Foxi Catalogo nobis relicti ſunt. Vt enim vera miracula, ita nec vera Martyria alibi, quàm in Eccleſia Catholica ſuum lumen accendunt: quod antea ex Auguſtino & Cypriano oſtendimus. CRIT. Neſcio quo iam modo elapſa, & in tenues auras euanuiſſe omnium noſtrorum Martyrum & Confeſſorum miracula videntur. Ac doleo tantas mihi hactenus tenebras offuſas, è quibus per te primum in lucem vocor. Et vt negare non poſſum illos, quos modò recenſuiſti, veros Martyres, qui ne Chriſtum ipſum negarent, vitam hanc mortalem depoſuere, ita ſanè Anglos tuos Martyres haberi non vult Foxus, quia non pro Chriſto, ſed *pro homunciane vix vita digno* mortui ſunt. IREN. Facit planè Foxus tuus ad Ethnicorum morem. Nam quemadmodum illi Mutij, Empedoclis, Reguli, Leænæ meretricis, Zenonis, & aliorum huiuſmodi tolerantiam, fortitudinemque animi ad deprimendam noſtrorum Martyrum gloriam plurimùm extollebant; veram autem Chriſtianorum doctrinam inſaniam; & nobile eorum Martyrium deſperatam præſumtionem appellabant: ita iſte, contemtis & contumelioſè habitis recentibus Catholicæ Eccleſiæ Martyribus, veteribusque ex albo diſpunctis, ſacroſanctum ſuum (ſi diis placet) Kalendarium nobili Lutheranorum, Zuinglianorum & Anabaptiſtarum nomenclatione repleuit.

Anglie Martyres.

Veros eſſe Martyres, qui pro Romanæ Eccleſiæ primatu aſſerendo obeunt, eiq́ Britanniam cum primis debere.

CAP. XLIII. IRENÆVS.

SED quem iſte homunculus homuncionem nominat, eius mihi nomen dicito. CRIT. Arbitror eum non de vno aliquo certo homine, ſed Romanis Pontificibus ſenſiſſe: ad quorum auctoritatem amplificandam iſti obire voluerunt. IREN. Ergo huic homunculo Petrus, Clemens, Anacletus, & reliqui Romani Pontifices, qui ad tria ſæcula præter vnum aut alterum Martyrij pro Chriſto gloria nobilitati ſunt, vt de reliquis omnibus taceam, homunciones ſunt vix vita digni? Imo in ipſum Chriſtum hæc contumelia vulpina cadit. Affirmo enim Chriſtum illis verbis, *paſce oues meas*, *paſce agnos meos*, Petro totius gregis ſui curam, ac præfecturam pro ſe in cælum iam adſcenſuro credidiſſe. Quam à Chriſto acceptam Petrus in ſucceſſores transfudit:

Foxi contumelia in ſummos Sacerdotes.

Chryſoſt. homil. vlt. in Ioan. tom. 3.

transfudit: Vt iam perditiſſimus iſte homunculus eleganti iſta Rhetorica Chriſtum ipſum inter iſtos homuncіones reiecerit. Neque volo iam ſpatioſum illum de Romani Pontificis amplitudine differendi campum ingredi: De qua diſſeruimus. Hoc tantum iam adiecero contra Foxum & ingratiſſimos Apologeticos; eos, quòd ſint Chriſtiani, iſtis, quos tantopere faſtidiunt, homuncionibus omnino debere. Nō enim dubium eſt, quin & nos Angli ſub Gregorio, & Britanni iam inde ab eo tempore, quo primũ in hac inſula Euangelium eſt ſuſceptum, vnà cum ipſis fidei Chriſtianæ rudimentis hoc de Romani Pōtificis amplitudine dogma imbiberimus. *Cunctis*, inquit Gregorius, Angliæ noſtræ Apoſtolus, *Euãgelium ſcientibus liquet, quòd voce Dominica, Sancto, & omnium Apoſtolorum principi, Petro totius Eccleſiæ cura commiſſa eſt. Ipſi quippe dicitur: Petre amas me? paſce oues meas. Ipſi dicitur: Ecce Satanas expetiit cribrare vos ſicut triticum; & ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus, confirma fratres tuos. Ipſi dicitur: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & porta inferi non praualebunt aduerſus eam. Et tibi dabo claues regni cælorum, & quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cælis, & quodcunq; ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis. Ecce claues regni cæleſtis accipit, poteſtas ei ligandi & ſoluendi tribuitur.* Et alibi; *Certè Petrus Apoſtolus primum membrum Sãctæ & vniuerſalis Eccleſiæ; Paulus, Andreas, Ioannes quid aliud quàm ſingularum ſunt plebium capita?* Et pro qua alia demum re, precor, vitam ſuam profuderunt Sanctiſſimi noſtri Martyres, Roffenſis, Morus, Carthuſiani cum aliis, quàm vt ab hac Apoſtoli noſtri ſententia, ne latum quidem vnguem diſcederent? Vt aut hos veros & glorioſos Chriſti Martyres (atque ita Foxianos iſtos omnes Pſeudomartyres) aut nullam his mille pæne annis fuiſſe in Anglia, aut toto potius orbe veram Eccleſiam, fateri cogamur. Quòd ſi tanti temporis decurſus, totius Eccleſiæ tam longus conſenſus nihil valeat; age altius rem adhuc repetamus. Expediat igitur mihi, an in Britannia Romani Pontificis auctoritas nulla fuerit, cùm is potiſſimum (Celeſtinum intelligo) ad annum Chriſti 434. Palladium Scotis in Chriſtum credentibus primum ordinauit Epiſcopum? Cùm idem eodem ferè tempore B. Germanum Antiſidorenſem Epiſcopum in Britanniam delegauit, qui eam à Pelagianorum hæreſi, quæ ibi tum inualuerat, ad Catholicam fidem, auctoritate Apoſtolica reuocaret. Quod & feliciter perfecit, magnis ad Catholicæ fidei corroborationem ſignis editis. Quibus quomodo Magdeburgenſes detraxerint, iam dixi; qui nec hîc celeberrimi illius ſcriptoris Proſperi vocem de Germano ad Britannos per Celeſtinum miſſo æquis auribus excipiunt; & proinde ei recentius poſt tot ſæcula Iuonis Chronicon, qui eum à Gallis miſſum ſcribit, opponunt.

Lib. 4. Epiſt. 32.

Ioan. 21.

Luca 22.

Matth. 16.

Lib. 4. Epiſt. 38.

Proſper in chronic. Beda lib. 1. cap. 13. hiſt. Eccleſ.

Proſper & Sig. in chronic. Beda lib. 1. cap. 17. cum ſequent.

Apologeticorum in Romanum Pōtificem ingratitudo, cui acceptũ referre debent, quòd Chriſtiani ſint.

Gregorij teſtimonium de primatu Petri.

Petrus caput vniuerſalis Eccleſiæ.

Martyrij Catholicorum in Angliа quæ cauſſa.

Romani Pontificis auctoritas apud Britannos quanta fuerit.

Palladius.

Germanus Antiſidorenſis Epiſcopus Romani Pontificis in Britanniam legatus.

Magdeburgenſes.

Romana Eccleſia maxima & antiquiſſima.

hoc tali volumine omnium Eccleſiarum enumerare ſucceſſiones, maximæ & antiquiſſimæ, & omnibus cognitæ à glorioſiſſimis duobus Apoſtolis Petro & Paulo Romæ fundatæ & conſtitutæ Eccleſiæ eam, quam habet ab Apoſtolis traditionem, & annuntiatam hominibus fidem, per ſucceſſiones Epiſcoporum peruenientem vſque ad nos, indicantes confundimus omnes eos, qui quoquo modo, vel per ſui placentiam malam, vel vanam gloriam,

Omnes aliæ Eccleſiæ in eandem cum Romana fidem conſentire debent.

vel per cæcitatem & malam ſententiam, præterquàm oportet, colligunt. Ad hanc enim Eccleſiam propter potentiorem principalitatem, neceſſe eſt omnem conuenire Eccleſiam, hoc eſt, eos qui ſunt vndique fideles, in qua ſemper ab his qui ſunt vndique, conſeruata eſt ea, quæ eſt ab Apoſtolis traditio. Hæc Irenæus. Quæ eius ſententia & dubitationem illam, quã de Cypriani & Hieronymi verbis concipere videris, eximere facile poterit.

Inde potiſſimum oriri hæreſes, quòd Romano Pontifici nõ obtemperetur.

Si enim, quod ait Irenæus, omnes aliæ Eccleſiæ in eandem cum Romana ſede fidem conſpirare debent; conſequitur, inde potiſſimum hæreſes proficiſci, quòd homines ſe ab huius ſedis fide & conſortio diſſociant. Et vt verum ſit, Cyprianum

Cypriani et Hieronymi ſententia de Romana ſedis principatu.

atque Hieronymum promiſcuè de omnibus Epiſcopis loqui, quibus ni pareatur, ſchiſmata & hæreſes exoriri ſolẽt; Romanum præcipuè Epiſcopum illorum verba reſpiciunt, cùm Romana, vt diximus ex Cypriano, ſedes ſit Eccleſia principalis, ſit *matrix* & *radix* Catholicæ Eccleſiæ; vt quicquid ſingulis Epiſcopis, hoc ſingulariter Romano Epiſcopo debeatur. Sed nõ eſt neceſſe, credo, de Cypriano plura adiicere: cùm plurimam operam ea in re poſuerimus. *Lib. 4. Epiſt. 8.* *Lib. 1. Epiſt. 3.*

Obiicitur.

At Hieronymum, ais, nõ nominare Romanum Epiſcopum, cùm ait, *eminentem ſummi Sacerdotis debere eſſe poteſtatem*; neque de eo ſolo ſentire.

Refutatur.

Fateor, non de eo ſolo, ſed de eo præcipuè id eum ſenſiſſe. Atque huc Euangelicos ratio ipſa vel inuitos adiget. Si enim ad deuitanda ſchiſmata, quælibet diœceſis ſuum habeat Epiſcopum, & Epiſcopi omnes, vt iſti aiunt, ſint æquales;

Metropolitani & Patriarchæ cur conſtituti.

quis Epiſcopos ipſos diſſentientes pacificabit? Ob hanc cauſſam Eccleſia Metropolitanos & Patriarchas inſtituit (inter quos Alexandrinus mille olim Epiſcopis præfuiſſe creditur) Vt quemadmodum Sacerdotes Epiſcopis, Epiſcopi Metropolitanis, ita & Metropolitani Patriarchis parerent, Patriarchæ verò Romano Epiſcopo, ille (vt qui ſuperiorem in terris non agnoſcat) Chriſto.

Ordo vnitatis Eccleſiaſticæ.

Ignatius.

Ita enim mihi videor Ignatij ſententiam, quam ante quatuor dies recitaui, rectè ex Eccleſiæ conſuetudine interpretari poſſe. Quare vt de Epiſcopi ſuper Sacerdotem, ita & de Epiſcopi ſuper Epiſcopum auctoritate illam, quam recenſui, Hieronymi ſententiam de eminenti ſummi Sacerdotis poteſtate vſurpari poſſe exiſtimo.

Hieronymi manifeſta de Romani Pontificis auctoritate teſtimonia.

Qua in re ſi contentioſius digladiari velis, neque acquieſcere, niſi Hieronymi expreſſam de Romanæ ſedis dignitate ſententiam audias: age & in eo quoque tuæ voluntati morem geramus. Quo igitur illa ad Damaſum ſpectant? *Nõ noui Vitalem, Meletium reſpuo,* *Hierony. ad Damaſum.*

ignoro

ignoro Paulinum; quicunque tecum non colligit, ſpargit, hoc eſt, qui Chriſti non eſt, Antichriſti eſt. Et poſtea rogat, cui debeat apud Antiochiam communicare. Alibi verò: *At dicis, ſuper Petrum fundatur Eccleſia: licet idipſum in alio loco ſuper omnes Apoſtolos fiat, & cuncti claues regni cælorum accipiant, & ex æquo ſuper eos Eccleſia fortitudo ſolidetur. tamen propterea inter duodecim vnus eligitur, vt capite conſtituto ſchiſmatis tollatur occaſio.* Habes igitur iam expreſſam Hieronymi ſentētiam, Petrum caput totius Eccleſiæ fuiſſe: habes & cauſſam, tollendi ſcilicet ſchiſmatis gratia. Nec cum nec diœceſi ſuus Epiſcopus, nec prouinciæ Metropolitanus, nec Metropolitano ſuus deſit Patriarcha; toti Eccleſiæ, quæ vna eſt, ſuū deſit caput: quod ſi deeſſet, ſchiſmata & hæreſes vbique (quod noſtra miſeranda ætas teſtatur) per omnem Eccleſiam graſſārentur. Habes denique illam Cypriani ſententiam: *Hoc erant vtique & cæteri Apoſtoli, quod fuit Petrus, pari conſortio præditi & honoris & poteſtatis*, & quæ ſequuntur, ab Hieronymo, ſed aliis verbis, expreſſam. Vterque enim Petrum totius Eccleſiæ caput, vt vnitas vbique conſeruetur, conſtitutum aſſerit. Atque huc pertinent, quæ ante ex Auguſtino* recenſuimus; *Eccleſiam in ſedis Apoſtolicæ per ſucceſſiones Epiſcoporum radice conſtitutam: & omnes magiſterij cauſſas in Petro contineri.* Quippe quem Chriſtus caput & paſtorem Dominici gregis cōſtituerit. Atqui vt maximè verum eſſet, quod Apologetici tam importunè & improbè vrgent, Romani Pontificis auctoritatem nulla habere in diuinis Scripturis præſidia (cùm tamen certiſſima in illis habeat) neque primis Eccleſiæ temporibus fuiſſe eam apud omnem orbem ſacroſanctam: parum certè ad cauſſam ſuam firmamenti inde conſequerentur. Quatuor enim fuiſſe Patriarchas, nec ipſi Euangelici negare audent, quorum per omnem orbem auctoritas diffundebatur, neque licuiſſe vllam prouinciam de fide & aliis grauioribus cauſſis quicquam ſtatuere, niſi Patriarchæ auctoritate interpoſita. Britanniam verò noſtram & reliquum Occidentem, nullum vnquam alium à Romano Patriarcham habuiſſe ſatis conſtat: neque licere aut Anglis noſtris, aut vlli alij Occidentis nationi ſine ſummo ſacrilegij aut ſchiſmatis ſcelere vel ob hanc cauſſam illi ſe opponere, religionemque vſitatam peruertere. Quæ nota non minus quoq; in eos cadit, etiamſi non diuina, ſed humana primum auctoritate, totiusq; poſt Chriſti & Apoſtolorum tempora Eccleſiæ conſenſu, hæc ei prærogatiua delata eſſet. Quid enim aliud, quàm ſchiſma dicendum eſt, quando priuata vnius gentis coitione, quæ communi Chriſtiani orbis conſenſu decreta ſunt, reſcinduntur & conuelluntur? Gregorij certè ſæculo apud Chriſtianos & Catholicos, nihil magis conſtabat, quàm vnum & fuiſſe & debuiſſe omnino totius eſſe Eccleſiæ præſidem: cui tum præfuerat Gregorius. Cuius hac de re

Petrus cur caput Apoſtolorum & totius Eccleſiæ fuerit conſtitutus.

Lib. 1. cōtra Iouinianum.

Cyprianus.

Auguſtinus.

** Dialog. 1. cap. 13. pag. 84.*

mem reponendum. At hic tamen ſcrupulus quidam reſtat eximendus, quem iniiciunt ſubtilioris illius veſtræ Theologiæ, quam ſcholaſticam vocant, magiſtri. Quorum nonnulli, vt audio, eos Martyribus annumerandos cenſent, qui ſomno ſepulti, propterea quod Chriſtiani ſunt, interficiuntur. Quibus licet mors inferri videatur non inuitis nec reluctantibus, at quomodo tamen volentibus dicatur afferri, nondum video: præſertim cùm non modò neſcientes, ſed ne de morte quidem cogitantes occidantur. IREN. Non eſt quòd hic ſcrupulus te diu remoretur: Nam qui illos iudicant ad Martyrum numerum aggregandos, quibus Chriſtianæ fidei nomine vita adimitur dormientibus, non alios ſanè intelligunt, quàm qui antequam dormirent, ita erant animo affecti, vt vellent pro Chriſto mortem oppetere: A qua voluntate cum inter dormiendum non reſiluerint, quid obſtat, quo minus dicantur volentes pro Chriſto mori? CRIT. Rectè tu quidem; nec mihi occurrit, quod his opponam. Quare nunc tibi planè aſſentior, eos qui inuiti mortem ſubeunt, quacunque de cauſſa, & quantacunque ſuppliciorum atrocitate interimantur, Martyrum catalogo non eſſe vllo modo inſerendos. Neque vero exiſtimo, aut Foxum, aut Criſpinū, aut aliam quempiam Martyrum noſtrorum præconem adeo inſipuiſſe, vt tales ſuis ſcriptis celebrarent, & pro Martyribus venditarent. IREN. Quid igitur tibi videtur de Cranmero? An non ille lacrymis, eiulatu, planctu hæreſim ſuam eſt deteſtatus? an non palinodia à ſe contexta, & ſua ipſius manu conſcripta teſtatus & proteſtatus eſt, ſe, reiectis pernicioſis erroribus, quorum pertinax fuerat defenſor, Catholicæ fidei per omnia conſentire? an non multa ad viros nobiles & generoſos eiuſdem palinodiæ exemplaria ex ipſius autographo deſcripta, & chirographo ſuo confirmata vltro hinc inde dimiſit? At ficto & ſimulato animo hæc ſe omnia feciſſe poſtea declarauit, fateor. Sed non obſcurè tamen præ ſe tulit, ſi vitæ inde ſuæ conſulere potuiſſet, ſe vel nunquam perfidiam iſtam ſuam, vel non ante fuiſſe proditurum, quàm ab omni metu mortis ei inferendæ liber & ſecurus foret. Itaq; cùm videret rem eò deductam, vt nulla ſpes vitæ supereſſet, non potuit ſe continere, quin in eas voces erumperet, quæ iudicarent eum ſcelus ſceleri, id eſt hæreſi perfidiam addidiſſe, & timore mortis, quam vel ſexcentis palinodiis ſi potuiſſet, videtur voluiſſe declinare, extra ſe fuiſſe poſitum, ob eamque cauſſam ad locum ſupplicij inſtar hominis potius furore correpti, quàm ad Martyrium quo decet animo ſubeundum bene animati, procurriſſe? Nam cùm iam iam moriturus ad reſipiſcendum etiam in breui illa vitæ vſura vrgeretur, ab vno aut altero adſtantium, an non in hæc ferè verba animo mirum

quàm perturbato reſpondit? Quid vis vt faciam? Si Regina vitæ meæ pepercerit, ego legibus regni parebo, & ad eas vt quiſquam alius, ita me accommodabo. An non hæc demonſtrant illum nihil minus quàm ad Martyrium anhelaſſe? an non arguunt illum mente fuiſſe à Martyrio alieniſſima? & voluiſſe vitæ ſuæ poſthabere, quamcunque profeſſus eſt, religionem? In Martyre præter cetera hæc duo requiruntur; conſtantia & patientia. At iſte ab vtraque abfuit longiſſimè. Nam *Iacob.1.* cùm vir duplex animo eſſet, inconſtans fuit (vt Iacobi Apoſtoli verbis vtar) in omnibus viis ſuis: Deinde cùm in caſtris Veneris diutius militaſſet, adeo mollis & effeminatus euaſerat, vt præ metu mortis, impos ſui factus fuerit. Mortem vt effugeret, quid non tentauit? & quid intentatum relinqueret, qui poſt deteſtationem hæreſum ſuarum voluntariam, poſt diſertam fidei Orthodoxæ profeſſionem, poſt flebilem criminum ſuorum confeſſionem in aurem Sacerdotis per- *Ioan.6.* actam, auſus eſt ſe ingerere ad panem illum viuum, qui de cælo deſcendit, ſumendum, Catholico quidem ritu ſub ſola panis ſpecie, ſed inſtar Iudæ proditoris, ſimulatione plus quàm ſacrilega, & perfidia ſupra quàm dici aut cogitari poteſt, horrenda, quemadmodum ipſe poſtea faſſus eſt, & euentus comprobauit. Sed qualis eius vita, talis fuit exitus. Cetera autem illius facinora prætermittam, quæ ab amantiſſimo mei, Nicolao Sandero, viro religioſiſſimo atque doctiſſimo, & præclariſſimis ingenij ſui monumentis non modò de Anglia noſtra, ſed de toto etiam orbe Chriſtiano optimè merito, commemorantur: vnum duntaxat attingam, quod & inſigne eſt, & ad rem præſentem accommodatum; & eiuſmodi, in quo Cranmerus ipſe quodammodo gloriari ſolebat. Vnde an talis fuerit confeſſor in vita, qualem ſe declarauit Martyrem in morte, diiudicari poteſt. Cùm præter alia crimina, quæ nec pauca, nec leuia in publico iudicio ei obiiciebantur, periurij etiam reus argueretur, quòd ſedi Apoſtolicæ rebellis iam diu fuiſſet, & adhuc eſſet, in cuius obedientia ſe permanſurum, quo tempore Cantuarienſis Archiepiſcopus eiuſdem Sedis auctoritate crearetur, iureiurando affirmaſſet: non puduit id in defenſionem ſui afferre, in quo præter manifeſtam confeſſionem iuriſiurandi turpiter violati, ſumma etiam malitia euidenter apparuit. Reſpondit enim ſe pridie eius diei, quàm fidem ſuam Romano Pontifici adſtrinxiſſet, tabellionem neſcio quem ad ſe accerſiuiſſe, eoque præſente & audiente diſertis verbis fuiſſe proteſtatum, iureiurandi etiam religione interpoſita, ſe, quamcunque in rem poſtero die iuraret, nullo modo velle ad eam exſequendam obligari: & hanc ſuam periuratoriam, vt

In libello de vita Cranmeri nondum edito.

ita dicam, cautionem tabellioni mandauiſſe, vt in ſcripta referret. Horrenda ſanè, ſed non indigna tamen tali confeſſore, periurij tum præcauendi ratio, tum intentati depulſio. vide quæſo quàm bellè iſta conueniunt cum illis, quæ moriturus geſſit. Nam quemadmodum vt Archiepiſcopi & primatis Angliæ honorem conſequeretur, contra animi ſui ſententiam ſciens & prudens iurauit, ita vt breuem huius lucis vſuram redimeret, quæ veriſſima fidei ſuæ dogmata cenſuit, ea voce & ſcriptis exſecratus eſt; imo quod horribilius eſt dictu, ſimulata ſanctitate non modò confeſſionis, ſed Euchariſtiæ etiam auguſtiſſimo Sacramento abuti non reformidauit. Et cùm illi iam moriendum eſſet, ne tum quidem recuſauit ſecundum leges regni à Maria felicis memoriæ regina in Catholicæ fidei confirmationem, & hæreſum exſtirpationem latas viuere, ſi modò viuere ei permitteretur? Ecce quomodo illi immodica honoris ambitione ad periurium, hic nimio ſui amore vel mortis timore, ad religionis, quam ſibi finxerat, contemtum; vtrinque ad ſceleratam & omnibus modis deteſtandam perfidiam proruerit. Sed has omnes maculas neſcio quo fuco Foxus oblinire conatur, quas tamen eluere nulla arte poteſt, ne in Cranmero ad ſempiternam eius infamiam hæreant. Quem ſi nihilominus Martyrem ſuum habere volunt Pſeudoeuangelici, eum illis non inuidebo, etiamſi videre nequeam, quo iure ipſum inter Martyres reponant. Certè huius Martyrij, qualecunque fuit, omnis gratia illis debetur qui intulerunt, nulla ei qui pertulit. Illi enim licet non ſponte, non inuitè tamen hic munere ſuo functi ſunt; iſte vero, quod omni modo voluit, nullo autem vitare potuit, id contra voluntatem ſuam perpeſſus eſt; vt vt in extremo iſtius tragœdiæ actu neſcio quam fortitudinis ſpeciem fallaciter imitari voluiſſe, quemadmodum diximus, videbatur; dum rogo impoſitus manum flammis iam iam vna cum vniuerſo corpore abſumendam igni admouit; ſi modò ſic admouiſſe ſit verum. Sed quantum quidem ex his, quæ ſine dubio geſſit, voluntatem eius metiri licet, in cauſſa fidei nolens planè & inuitus occubuit: Id quod ipſe videri poteſt ſibi præſignificaſſe profana quadam, & Archiepiſcopo minimè digna, ſententia; quam cum primum cuſtodiæ traderetur, ſcripſit in cubiculi ſui ſiue pariete, ſiue feneſtra. Ea autem fuit; *Quo fata trahunt*; quaſi diceret, malè de ſe ominans, quo contra voluntatem meam vi & fatali quadam neceſſitate coactus rapior. Sed nihil erat, cur quicquam harum rerum fato adſcriberet, non modò quia Chriſtianus fatum in rebus humanis dominari non debet agnoſcere, ſed etiam quia quicquid paſſus eſt, ſua culpa, & merito ſuo

rito ſuo eſt paſſus. Malæ enim menti ſuæ, & malo animo tribuendum eſt, quod eas in anguſtias vltro ſe coniecerat, è quibus poſtea ſe extricare, etiamſi maximè voluerit, nullo tamen modo potuit. Ne vero exiſtimes vnicum inter omnes Cranmerum in hac impietatis cauſſa animum habuiſſe ab omni Martyrij ſpecie alienum, ſunt plures alij, de quibus eodem modo iudicandum eſt. Ac in his numerare licet Barneſium, qui cùm ſemel atque iterum in publica concione errores ſuos mente vafra & ſubdola damnaſſet, eo imprudens præter exſpectationem deſcendit, vnde reuocare gradum, & in integrum poſtea reſtitui non potuit. Nam prærerquam quod bis in eundem lapidem offenderat, cui impietati pœna mortis ipſo iure ſtatim debetur, ita palinodias ſuas, poſteriorem præſertim, fraudulenter contexuit: vt in ea, quemadmodum in ſcorpionum cauda non nihil veneni lateret, & videretur altera manu cicatricem vulneri obducere, & altera eandem refricare. Sed dum in re non ludicra alios ludificare ſtuduit, ipſi ſibi miſer illuſit, & lugubres ad ſui ipſius incendium faces, quas poſtea extinguere non potuit, præter opinionem accendit. Nam cùm compertum fuiſſet, in illorum numero eum

Prouerb. 2. eſſe, quos his verbis deſcribit Rex ſapientiſſimus, Qui relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebroſas: qui læ-

Pſalm. 36. tantur, cùm malè fecerint, & exultant in rebus peſſimis: quorumque oris verba iniquitas & dolus, vt loquitur Regius vates, perfidiæ tam ſceleratæ, quas commeruerat, pœnas luit. Huc autem factionis iſtius ergô nunquam ſe demiſiſſet, niſi fretus patrocinio Cromuelli, qui hæreticorum illis temporibus in Anglia columen exſtitit, & maxima apud regem auctoritate fuit, ſibi perſuaſiſſet, rem eiuſmodi exitum numquam habituram. Itaq; cùm Cromuellus ipſe in foueam quam Mardochæo cuidam Amanis inſtar, & aliis bonis fecerat, iuſto Dei iudicio incidiſſet, Barneſius ſpem ſuam eluſam videns, animo planè concidit, & ſero tum nimis intellexit, ſe fragili innixum fuiſſe ſcipioni. Supplicium igitur impietati ſuæ debitum, quod nulla iam palinodia, quam ipſe ſpe vitæ fuiſſet libentiſſimè iterum atque iterum cantaturus, effugere potuit, inuitus pertulit. Sed vt hæc ita non eſſent, quæ ſanè ſunt veriſſima, aliud tamen in Barneſio occurrit, cur is è numero Martyrum etiam veſtrorum eximendus videatur. Nemo enim eorum, qui exceſſerunt ex ephebis, ne ſecundum ſcholæ quidem veſtræ placita, opinor, Martyr effici poteſt imprudens & neſciens. E quidem exiſtimo vos de Pſeudomartyrio etiam veſtro magnificentius ſentire, quàm vt concedatis id poſſe cuipiam vigilanti, ſed cauſſam eius ne aduertenti quidem, vel

certè de ea dubitanti tamquam aliud agenti obrepere. At Barneſium vel ignoraſſe cauſſam Martyrij ſui, qualecumque id fuit, vel ſaltem incertum de ea fuiſſe, Foxus ipſe non reticet: cùm ſcribat illum à magiſtratu, qui eius comburendi curam principis mandato ſuſceperat, quæſiuiſſe, quamobrem neci dederetur. Verùm ne Foxus ſolus veſtrarum partium in eiuſmodi conſtituendis Martyribus & prædicandis turpiter erraſſe putetur, placet aliud vnum eiuſdem farinæ exemplum, & illud quidem recens ac memorabile huc accerſere, in quo factionis veſtræ mirificam vanitatem & impudentiam tamquam in ſpeculo licet intueri. Non te fugit, cuiuſmodi ſcripta Teutonica circumferantur in manibus multorum de Martyrio cuiuſdam Chriſtophori ſiue Fabricij ſiue Fabii, certè apoſtatæ, qui fuit Antuerpiæ anno Domini 564. ſupra milleſimum 4. Non. Octobris combuſtus. Hic ordinis Carmelitani cùm fuiſſet, ruptis profeſſionis ſuæ & religioſæ vitæ repagulis, in omnem ſe impietatem & viuendi licentiam effudit. Vnde tandem à magiſtratu captus, tantum abfuit ab hæreſibus ſuis præpoſtero Pſeudomartyrij zelo pertinaciter defendendis, vt eas ſtatim exſecratus, ac ſuam impietatem confeſſus, veniam ſibi dari verbis ſupplicibus petierit: Cuius cùm videret nullam vel perexiguam ſpem ſibi iniectam, aliorum ſubſidium ad eam conſequendam ſedulo implorauit, pollicitus ſe in poſterum ex religioſi ordinis ſui præſcripto vitam acturum, & contra Synagogam iſtam tuorum, cuius arcana nouit, futurum acrem Eccleſiæ Chriſti propugnatorem. Ne autem videretur animo ſimulato hæc feciſſe, magiſtratui patefecit nonnullos iſta contagione infectos. Hunc igitur cùm tamquam Martyrem non plebeum vos multis laudibus extollitis, an non iudicatis, cuiuſmodi ſit Martyrium veſtrum, ſanè non indignum tali Euangelio. Ceterum ne putes me quicquam à vero alienum ad gloriam iſtius Pſeudomartyris veſtri minuendam, tibi commemoraſſe, en hic in promtu ſunt eiuſdem epiſtolæ; quas ex ipſius autographo, quod à magiſtratu cõſeruatur, bona fide deſcriptas, & typis Ioannis Vuithagij Antuerpiæ impreſſas, ſi volueris legere, periculum facies, num tuì circumueniendi gratia quippiam vel addiderim vel detraxerim. CRIT. Etſi non dubito, quin qua decet fide, rem omnem expoſueris, tamen vt plenius mihi ſatisfaciam, & alijs, ſi quando his de rebus ſermo inciderit, ipſius Fabricij epiſtolas aueo videre. IREN. Et ego vt id facias in primis cupio. Accipe igitur eas, inſpice, & lege. CRIT. Tu interea legenti auſculta, & ſi quid me forte fugerit, ſuggere. Iam ergo exordior.

CHRI-

CHRISTOPHORVS FABRICIVS ANTVERPIÆ CAPTVS.

EGO FATEOR, *quod ſi ſciuiſſem contra dicta ac mandata Magiſtratus me tam grauiter peccaturum (nam nulla, aut certè non tam grauia putaueram Regum ac Principum meorum edicta) non id attentaſſem, quod attentaui hactenus. Quocirca ego bono ac piorum virorum vti iam cupio conſilio: ac pœnitet voti fracti & ceterorum per me actorum. Cupio quemadmodum hactenus, ita & nunc Primoribus meis parere, & potiſſimum me ſubmittere obedientiæ ordinis. Faciam quæ erunt Catholici ac obedientiſſimi Chriſtiani. Et patres meos precor, vt apud Dominum Marchionem atque alios Magiſtratus pro me intercedant. Teſtis eſt mihi Deus, ac filius eius vnicus Ieſus Chriſtus: quem precor vt ſpiritu ſuo intellectum meum illuſtret ſuo dogmate cæleſti. Ac rogate indeſinenter pro me apud Dominum Deum.*

4. Iulij. 1564.

In vinculis, animo liber.

ERVDITIONE AC PIETATE OBSERVANDO VIRO PATRI SVO, Priori Carmelitanorum Yperenſium.

ETSI *neceſſitas me iam cogat venerandiſſime pater Prior, ad tuam paternitatem ſcribere, eſt tamen verũ & cor ſincerũ, ex quo huiuſmodi proueniunt litteræ. Eſt igitur quod in meis anguſtiis ad te recurram, tamquam ad patrem ſuum filius. Erraui, fateor, nec ſum dignus, qui te patrem meum interpellem. Attamen filius tuus ſum, ne denegato obuiam venire afflicto; iam te patrem eſſe oſtendas; iam tempus eſt, vt affectiones illas tuas induas paternas: ſin minus, perire debeo. Si animæ meæ ſalutem ames (vt te amare ſcio) ne perire me patiare. Placuit hactenus vita irreligioſa; ac multi me ad huiuſmodi inſaniam adduxere: ſed multa vexatio iam ſenſum & intellectum aperuit. Iam multæ meæ infirmitates ac dura vincula ad viam me reducunt: verum niſi ſedulus mihi adfueris interceſſor, hic moriendum maximo ordinis ſcandalo. peccaui, fateor: ſed nondum ſum Eccleſiam Dei perſecutus, quemadmodum ille: eſt tamen miſericordiam conſecutus, ac factus eſt fortiſſimus verbi Dei declamator. Qui non eſt expertus quid ſit. Iam ſcio qualis cuiuſmodiq́; ſit hæreticorum Synagoga. Sed ſi vitæ aliqua ſpes per tuam mihi ſuperfuerit (vt ſpero) curam paternam, habiturus es ſedulum Eccleſiæ Chriſti defenſorem. Iam ſecundo Iulij Antuerpiæ à Marchione ſum comprehenſus: ac nihil niſi mors me manet, niſi ſuccurreris. Pater, agnoſce filium deſolatum, ac*

tum, ac multis iam miſerijs expoſitum. Si nihil aliud, hoc ſaltem mihi adhibito ſolatij, vt me ſemel iam vinctum inuiſas. Iam mihi adſuit venerabilis Prior Brugenſis, ac ſæpius à Priore Antuerpienſi conſolationem accipio; ac prouiſit vterque omnem adhibiturus tecum operam in meam cauſſam. Si modo tu filio tuo adſueris, ſumma diligentia, omnia reſarcientur.

Antuerpiano ex ergaſtulo 18. Iulij. 1564.

Tuus F. Chriſtophorus
Faber vinctus.

SVBMITTENS *me in omnibus clementiæ Dominorum, vellem ſi eſſet mihi poſſibile, vniuerſum Eccleſiæ ſtatum ita declarare, vt nihil maneret abditum, quo ſemel eiuſmodi hec ciuitas liberaretur hominibus. Verum loca & plateas maiori ex parte, multo magis perſonas & illarum habitationes ignoro. De facie quidem plures noui. Attamen quorum nomina vllo modo ſcio, eos, quantum de ijs manifeſtandum, & quantum mihi conſtat, non celabo, &c.*

Nunquam profecto, Irenæe, exiſtimaſſem Fabricium tam inconſtanti & abiecto animo fuiſſe, vt huc prolaberetur. Sed alium, opinor, ſe virum oſtendit, priuſquam ad Martyrium adduceretur, & fortiter in euangelij cauſſa moriendo has maculas deterſit. IREN. Imo ſi, vt canis ad vomitum eſt reuerſus, multo ſe magis inquinauit. Quod autem ad mortem attinet, ſi ad eam ſubeundam viſus eſt accedere animoſior, id certè non fecit, quia in Martyrium propenderet, ſed quia vel deſperatione obrutus fuit, cùm pœnam abs ſeſe deprecari nullo modo poſſet, vel à perditis hominibus Pſeudoeuangelici iſtius Epicureiſmi amore inſanientibus vana vitæ ſpe lactatus, qui confidenter ei ſunt polliciti, ſe per vim erepturos ipſum è manibus magiſtratuum, cùm ad ſupplicium duceretur. Quod etſi non ſunt conſecuti, ſcelleratè tamen aggreſſi, lapidibus in præfectum vrbis & ſatellites eius coniectis, fuerunt. Quo nomine vnus in terrorem aliorum capite plexus eſt, quem fortè ad Martyrum ſuorum catalogum Foxus pro ſua in ſectam pietate eſt appoſiturus; quemadmodum & illos, qui poſtea Catilinaria coniuratione, & Turcico zelo in templa per vim nefariè irruperunt, Imagines ſacras IESV Chriſti, beatæ Mariæ virginis, & Sanctorum ſcelleratè confregerunt, altaria altiſſimi demoliti ſunt, omnia Eccleſiarum ornamenta ſacrilego auſu vel deſtruxerunt, vel prædæ

prædæ inhiantes abripuerunt. Hîc velim diligenter attendas, cuius ſpiritus afflatu talia, tam flagitioſa, nec vllis ſupplicus expiabilia, vt perpetrarent, ſunt concitati. Hic ſiue Lutheranicus, ſiue Caluinicus, ſiue Memnonicus, ſpiritus certè fuit erroris non veritatis, rebellionis non obedientiæ, ſacrilegij non pietatis, furoris non patientiæ, latrocinij non iuſtitiæ, blaſphemiæ denique non religionis; & perinde fuit non Dei ſed Diaboli, non Chriſti ſed Antichriſti. Quis vnquam putaret mentes hominum Chriſtianorum adeo occæcari aut faſcinari potuiſſe, vt talibus tamque apertè malignis crederent & ſe deuouerent ſpiritibus? qui licet Euangelium ſemper in ore habeant; & verbum Domini, verbum Domini, ad ranim vſque vociferentur, cum Euangelio tamen Chriſti, & oraculis Dei ex diametro repugnãt. In aliena enim inuadunt, bibliothecas comburunt, templa expilant, magiſtratus contemnunt, edicta principum reſcindunt, tumultus cient, ſanguinem fundunt, contra reges conſpirant, reſpublicas euertunt, omnia ſurſum & deorſum miſcentes, ſine rege, ſine lege, ſine religione. Sed vt ad Fabricium reuertar, an hunc Martyribus Euangelij veſtri adnumerandum cenſes, qui ab eo tam cito reſiliit, & à Martyrij difficultatibus & moleſtiis patienter atque fortiter ſuſtinendis, tantum abfuit, quantum qui maxime? Illos vero qui Fabricium legitimè condemnatum è manibus magiſtratuum, quibus qui reſiſtit, diuinę ordinationi reſiſtit, extorquere conati ſunt, quis negare poteſt nõ ferẽdum commiſiſſe facinus? At Fabricius videtur nõ propius acceſſiſſe ad Martyrij cuiuſquã meritũ, quàm iſti magiſtratui vim inferẽtes, ad ciuis boni & hominis Chriſtiani officiũ. Certè nouũ genus Martyrij eſt, & veteribus inauditum, quod imprudenti obrepit, vel inuito obtruditur, & vt gloria ſequitur fugientem: ſed non alienum tamen à nouo iſto Euangelio, quod ſemper vti de Africa dici ſolet, aliquid parit noui, ſed nihil omnino boni. Cuius generis, id eſt falſi nominis Martyres, veriſimile eſt, plures in veſtris Martyrologiis contineri. Id quod in poſterum magis, vt ſpero, innoteſcet, vbi homines veritatis amantes in ſua quiſque patria cauſſas, cur ſinguli iſtorum capitali pœna fuerunt affecti, & quomodo in ea ſe geſſerunt, in litteras bona fide miſerint. Ad quam rem perficiendam optimus quiſque quantum poteſt, tantum debet adiumenti afferre, quia turpe eſt, videre Hæreticos obſcurandæ hiſtoriarum veritati in multorum perniciem tanto ſtudio tenebras offundere, & Catholicos eiſdem diſpellendis manus vix admouere.

Rom. 13.

De Mar-

De Martyrio Catholicorum tam in Bohemia, quo tempore Huſsitarum ibi ſecta cœpit virus ſuum diffundere, quàm noſtra memoria in nouo orbe.

CAP. XLII. IRENÆVS.

AB iſtis te Martyribus iam oculos, animumque ad veteris Eccleſiæ, quos recenſui, Martyres, qui nullam aliam fidem tenuere, quàm quæ hodie à Romana Eccleſia tenetur, deflectere cupio. Qui quid ſenſerint de his rebus, quas toto hoc quatriduo in controuerſiam vocauimus, partim ex ipſorum libris, qui hodie exſtant, partim ex iis patribus, qui intra ſexcentos primæ Eccleſiæ annos vixere, quorum ego tibi ſententias recitaui, perſpicuè intelligis: Vt nimis vel ſtolidum, vel impium foret, exiſtimare aliam fuiſſe reliquorum omnium his ſexcentis annis Martyrum fidem ab ea, quam patres, de quibus diximus, amplexi ſunt, & in ſcriptis ipſi ſuis expreſſam memoriæ poſteritatis reliquerunt. Quare nihil iam opus eſt vel ad poſteriores Gregorio primo ſcriptores, vel ad Martyres, qui ſub Ethnicis, Saracenis, aut falſis Chriſtianis nobili Martyrio defuncti ſunt, quique & viui & mortui miraculis edendis enituerunt, decurrere. Quos vt nec ipſi fere Euangelici negant, nec negare iure queunt, eadem per omnia de Chriſtiana religione ſenſiſſe, quæ Romana hodie ſentit Eccleſia; ita ſanè nec Martyrij eis coronam poſſunt vlla iuſta de cauſſa adimere: cùm non contra Chriſtum & Catholicam Eccleſiam, vt tui Pſeudomartyres, ſed propter Chriſtum & Catholicæ fidei conſtantem profeſſionem obierint. Horum itaque, præſertim Albani, Amphibali, Aaronis, Iulij, & aliorum veteris Britanniæ Martyrum; Bonifacij deinde, Angli quidem, ſed Germaniæ Apoſtoli, duorum fratrum Heuualdorum Eduuini & Oſuualdi Regum, Thomæ denique Cantuarienſis Archiepiſcopi atque Martyris, clariſſima atque eadem domeſtica trophæa aduerſus tenebricoſos iſtos & perfidos Apologeticorũ tuorum Pſeudomartyres tibi ob oculos propono. Quæ licet cum inſtitutæ diſputationis noſtræ rationibus arctiſſimè cohæreant; quia tamen tempore ſunt remotiora, iam ſeponamus. Quare ad ea potius, à quibus tu iſtam tuam de Pſeudomartyribus narrationem inſtituiſti, & ad noſtra deinde tempora decurramus. Et quoniam apud Apologeticos tuos tanti valet Æneæ Pij auctoritas, vt illam (licet inde potius euertantur, vt diximus, quam adiuuentur) pro impuri Sacerdotum matrimonij defenſione adferant; ab eo potiſſimum audiant, quàm illuſtres athletas contra Huſſicos illos furores Bohemia nobis dederit. *Ziſcha igitur*, inquit, *Ciaccho & Ptaſco, quos felices Bohemi credidere tot præliorum victores,*

Omnes veteris Eccleſiæ Martyres eandem, quã hodie Romana profitetur Eccleſia, tenuerunt fidem.

Veteres Angliæ Martyres.

Bed. in hiſt. Anglic.

Aeneas Pius.

tanto imperio præditos; Coranda quoque & Iacobellus, quibus vt Apoſtolis Chriſti aut Angelis è cælo miſſis populorum aures patuere, cum Procopius pugna cæſis, cum Ioanne ac Hieronymo Conſtantiæ in magna Synodo igni damnatis, apud inferos pœnas dant temeratæ religionis, in æternumq́; dabunt. Eoſq́; proculdubio Rachizana ſequetur, & qui ei auſcultant, diuinæ legis temeratores: niſi ante finem vitæ ſuæ reſipuerint. Viri conſtantes, qui vel exſilium, vel carcerem, vel cædem pro teſtamento Chriſti fortiter pertulere, cum rege ſuo in cælo regnant, ex aliena victoria triumphantes, quorum multa millia Bohemia tulit. Nam ſicut Huſſitarum inſania Bohemicum nomen labefactauit, ita & fortium virorum conſtantia illuſtrauit. Nec prouincia eſt, quæ tempore noſtro plures Chriſti Martyres, quàm Bohemia produxerit. Inter quos Equitem fuiſſe non eſt ambiguum, nobilibus parentibus ortum, captum ab Huſſitis, admotum ignibus, pedes primum, deinde tibias, mox genua, coxaſq́;, poſtremo reliquas corporis partes exuri paſſum, quàm illorum inſaniæ conſentiret. Atque hæc de Bohemia. Ad ea etiam tempora cùm Iſidorus Rutenorum Metropolitanus Epiſcopus Kiouienſis ſub ditione Moſchouitarũ Florentino Concilio interfuiſſet, in quo non Latini tantùm, ſed & Græci atque Armenij maximo aſſenſu Romanum Pontificem reliquorum omnium Epiſcoporum primum ac principem profeſſi ſunt; & domum reuerſus eandem fidem priuatim ac publicis concionibus conſtantiſſimè defendiſſet; nefariè cæſus eſt. Quos omnes, atque adeo noſtri temporis Martyres, qui maximo numero, quia fidem Chriſtianam noluerunt prodere, à Paganis, Turcis, & Mauris crudeliter occiſi ſunt; Pſeudomartyribus tuis oppono. Inter quos Gonçalus de Silueira Luſitanus, vir cum primis nobilis, vnus ex viris Societatis Ieſu eminet: qui flagrantiſſima caritate & Euangelij propagandi zelo accenſus, Manamotapam ciuitatem adijt, vbi Regem & ipſius matrem cum quadringentis ex primoribus regni fide Catholica imbuit, & ſacro lauacro expiauit. Sed Rex poſtea nefariis Maurorum quorundam conſiliis ſeductus, religioni Chriſtianæ renunciauit, & virum ſanctiſſimum, qui Martyrij palmam ſumma cum alacritate præſtolabatur, ſtrangulari, & in fluuiũ coniici iuſſit. Huic duos alios Luſitanos adiungo, qui exquiſitis per Mauros tormentis, vt Chriſtum Deum negarent, cruciati ſunt. Quorum alter captus eſt cum puero recens baptizato; quem puer immanibus cruciatibus excarnificatum mirificè cohortatus eſt, ne generoſi animi propoſitum remitteret, & ad Mahometem à Chriſto deficeret. Nec potuit vllis minis puer ille à fide per Mauros auerti. Inter hos Martyres elucet Alfonſus de Caſtro vnus ex viris Societatis Ieſu, qui cum tribus comitibus, poſtquam nullis ſuppliciis à conſtantia Chriſtianæ fidei ad Mahometicam ſuperſtitioné deiici potuit, nobili Martyrij corona redimitus eſt. Celebris eſt in hac

pala ſtra

Aeneas Pius in præfa. hiſt. de orig. Bohem.

Martyres Bohemia.

Inſigne Martyrium Equitis Bohemici.

Iſidori Rutenorum Metropolitani Martyriũ.

Matthias à Mechov. de Sarmatia Europiana ca. 1.

Iacobus Payua orthodoxæ fidei lib. 1.

Duo alij Luſitani.

Vide epiſt. patrum ſocietatis nominis Ieſu.

Alfonſus de Caſtro, cum tribus comitibus.

Franc. Lopes 2 parte cap. 85.

Antonius & Ludouicus ex ſocietate nominis Ieſu.
Ludouicus Cancellus.
Sex ordinis Prædicatorum.

palæſtra Antonius ex ea ſocietate cum Ludouico: celebris eſt Ludouicus Cancellus cum ſociis: qui dũ in terra florida de Chriſto concionari meditaretur, cæſus eſt, & deinde ab Anthropophagis comeſtus. Celebres denique ſunt illi in Anglia Martyres: qui iam ex omni illo Pſeudomartyrum Foxi Catalogo nobis relicti ſunt. Vt enim vera miracula, ita nec vera Martyria alibi, quàm in Eccleſia Catholica ſuum lumen accendunt: quod antea ex Auguſtino & Cypriano oſtendimus. CRIT. Neſcio quo iam modo elapſa, & in tenues auras euanuiſſe omnium noſtrorum Martyrum & Confeſſorum miracula videntur. Ac doleo tantas mihi hactenus tenebras offuſas, è quibus per te primum in lucem vocor. Et vt negare non poſſum illos, quos modò recenſuiſti, veros Martyres, qui ne Chriſtum ipſum negarent, vitam hanc mortalem depoſuere, ita ſanè Anglos tuos Martyres haberi non vult Foxus, quia non pro Chriſto, ſed *pro homuncione vix vita digno* mortui ſunt. IREN. Facit planè Foxus tuus ad Ethnicorum morem. Nam quemadmodum illi Mutij, Empedoclis, Reguli, Leænæ meretricis, Zenonis, & aliorum huiuſmodi tolerantiam, fortitudinemque animi ad deprimendam noſtrorum Martyrum gloriam plurimùm extollebant; veram autem Chriſtianorum doctrinam inſaniam; & nobile eorum Martyrium deſperatam præſumtionem appellabant: ita iſte, contemtis & contumelioſè habitis recentibus Catholicæ Eccleſiæ Martyribus, veteribusque ex albo diſpunctis, ſacroſanctum ſuum (ſi diis placet) Kalendarium nobili Lutheranorum, Zuinglianorum & Anabaptiſtarum nomenclatione repleuit.

Anglia Martyres.

Veros eſſe Martyres, qui pro Romanæ Eccleſiæ primatu aſſerendo obeunt, eiq; Britanniam cum primis debere.

CAP. XLIII. IRENÆVS.

SED quem iſte homunculus homuncionem nominat, eius mihi nomen dicito. CRIT. Arbitror eum non de vno aliquo certo homine, ſed Romanis Pontificibus ſenſiſſe: ad quorum auctoritatem amplificandam iſti obire voluerunt. IREN. Ergo huic homunculo Petrus, Clemens, Anacletus, & reliqui Romani Pontifices, qui ad tria ſæcula præter vnum aut alterum Martyrij pro Chriſto gloria nobilitati ſunt, vt de reliquis omnibus taceam, homunciones ſunt vix vita digni? Imo in ipſum Chriſtum hæc contumelia vulpina cadit. Affirmo enim Chriſtum illis verbis, *paſce oues meas, paſce agnos meos*, Petro totius gregis ſui curam, ac præfecturam pro ſe in cælum iam adſcenſuro credidiſſe. Quam à Chriſto acceptam Petrus in ſucceſſores transfudit:

Foxi contumelia in ſummos Sacerdotes.

Chryſoſt. homil. vlt. in Ioan. tom. 3.

tranſfudit: Vt iam perditiſſimus iſte homunculus eleganti iſta Rhetorica Chriſtum ipſum inter iſtos homunciones reiecerit. Neque volo iam ſpatioſum illum de Romani Pontificis amplitudine differendi campum ingredi: De qua diſſeruimus. Hoc tantum iam adiecero contra Foxum & ingratiſſimos Apologeticos; eos, quòd ſint Chriſtiani, iſtis, quos tantopere faſtidiunt, homuncionibus omnino debere. Nō enim dubium eſt, quin & nos Angli ſub Gregorio, & Britanni iam inde ab eo tempore, quo primū in hac inſula Euangelium eſt ſuſceptum, vnà cum ipſis fidei Chriſtianæ rudimentis hoc de Romani Pōtificis amplitudine dogma imbiberimus. *Cunctis*, inquit Gregorius, Angliæ noſtræ Apoſtolus, *Euāgelium ſcientibus liquet, quòd voce Dominica, Sancto, & omnium Apoſtolorum principi, Petro totius Eccleſiæ cura commiſſa eſt. Ipſi quippe dicitur: Petre amas me? paſce oues meas. Ipſi dicitur: Ecce Satanas expetiit cribrare vos ſicut triticum; & ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus, confirma fratres tuos. Ipſi dicitur: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non praualebunt aduerſus eam. Et tibi dabo claues regni cælorum, & quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cælis, & quodcunq; ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis. Ecce claues regni cæleſtis accipit, poteſtas ei ligandi & ſoluendi tribuitur.* Et alibi; *Certè Petrus Apoſtolus primum membrum Sāctæ & vniuerſalis Eccleſiæ; Paulus, Andreas, Ioannes quid aliud quàm ſingularum ſunt plebium capita?* Et pro qua alia demum re, precor, vitam ſuam profuderunt Sanctiſſimi noſtri Martyres, Roffenſis, Morus, Carthuſiani cum aliis, quàm vt ab hac Apoſtoli noſtri ſententia, ne latum quidem vnguem diſcederent? Vt aut hos veros & glorioſos Chriſti Martyres (atque ita Foxianos iſtos omnes Pſeudomartyres) aut nullam his mille pæne annis fuiſſe in Anglia, aut toto potius orbe veram Eccleſiam, fateri cogamur. Quòd ſi tanti temporis decurſus, totius Eccleſiæ tam longus conſenſus nihil valeat; age altius rem adhuc repetamus. Expediat igitur mihi, an in Britannia Romani Pontificis auctoritas nulla fuerit, cùm is potiſſimum (Celeſtinum intelligo) ad annum Chriſti 434. Palladium Scotis in Chriſtum credentibus primum ordinauit Epiſcopum? Cùm idem eodem ferè tempore B. Germanum Antiſidorenſem Epiſcopum in Britanniam delegauit, qui eam à Pelagianorum hæreſi, quæ ibi tum inualuerat, ad Catholicam fidem, auctoritate Apoſtolica reuocaret. Quod & feliciter perfecit, magnis ad Catholicæ fidei corroborationem ſignis editis. Quibus quomodo Magdeburgenſes detraxerint, iam dixi; qui nec hîc celeberrimi illius ſcriptoris Proſperi vocem de Germano ad Britannos per Celeſtinum miſſo æquis auribus excipiunt; & proinde ei recentius poſt tot ſæcula Iuonis Chronicon, qui eum à Gallis miſſum ſcribit, opponunt.

Apologeticorum in Romanum Pōtificem ingratitudo, cui acceptū referre debent, quòd Chriſtiani ſint.

Lib. 4. Epiſt. 32.

Gregorij teſtimonium de primatu Petri.

Ioan. 21.

Luca 22.

Matth. 16.

Lib. 4. Epiſt. 38.

Petrus caput vniuerſalis Eccleſiæ.

Martyrij Catholicorum in Anglia quæ cauſſa.

Proſper in chronic.

Beda lib. 1. cap. 13. hiſt. Eccleſ.

Romani Pontificis auctoritas apud Britannos quanta fuerit.

Palladius.

Germanus Antiſidorenſis Epiſcopus Romani Pontificis in Britanniam legatus.

Proſper & Sig. in chronic.

Beda lib. 1. cap. 17. cum ſequent.

Magdeburgenſes.

Romana Eccleſia maxima & antiquiſſima.

hoc tali volumine omnium Eccleſiarum enumerare ſucceſſiones, maximæ & antiquiſſimæ, & omnibus cognitæ à glorioſiſſimis duobus Apoſtolis Petro & Paulo Romæ fundatæ & conſtitutæ Eccleſiæ eam, quam habet ab Apoſtolis traditionem, & annuntiatam hominibus fidem, per ſucceſſiones Epiſcoporum peruenientem vſque ad nos, indicantes confundimus omnes eos, qui quoquo modo, vel per ſui placentiam malam, vel vanam gloriam, vel per cæcitatem & malam ſententiam, præterquàm oportet, colligunt. Ad hanc enim Eccleſiam propter potentiorem principalitatem, neceſſe eſt omnem conuenire Eccleſiam, hoc eſt, eos qui ſunt vndique fideles, in qua ſemper ab his qui ſunt vndique, conſeruata eſt ea, quæ eſt ab Apoſtolis traditio. Hæc Irenæus. Quæ eius ſententia & dubitationem illam, quã de Cypriani & Hieronymi verbis concipere videris, eximere facile poterit. Si enim, quod ait Irenæus, omnes aliæ Eccleſiæ in eandem cum Romana ſede fidem conſpirare debent; conſequitur, inde potiſſimum hæreſes proficiſci, quòd homines ſe ab huius ſedis fide & conſortio diſſociant. Et vt verum ſit, Cyprianum atque Hieronymum promiſcuè de omnibus Epiſcopis loqui, quibus ni pareatur, ſchiſmata & hæreſes exoriri ſolẽt; Romanum præcipuè Epiſcopum illorum verba reſpiciunt, cùm Romana, vt diximus ex Cypriano, ſedes ſit Eccleſia principalis, ſit *matrix & radix* Catholicæ Eccleſiæ; vt quicquid ſingulis Epiſcopis, hoc ſingulariter Romano Epiſcopo debeatur. Sed nõ eſt neceſſe, credo, de Cypriano plura adiicere: cùm plurimam operam ea in re poſuerimus. At Hieronymum, ais, nõ nominare Romanum Epiſcopum, cùm ait, *eminentem ſummi Sacerdotis debere eſſe poteſtatem*; neque de eo ſolo ſentire. Fateor, non de eo ſolo, ſed de eo præcipuè id eum ſenſiſſe. Atque huc Euangelicos ratio ipſa vel inuitos adiget. Si enim ad deuitanda ſchiſmata, quælibet diœceſis ſuum habeat Epiſcopum, & Epiſcopi omnes, vt iſti aiunt, ſint æquales; quis Epiſcopos ipſos diſſentientes pacificabit? Ob hanc cauſſam Eccleſia Metropolitanos & Patriarchas inſtituit (inter quos Alexandrinus mille olim Epiſcopis præfuiſſe creditur) Vt quemadmodum Sacerdotes Epiſcopis, Epiſcopi Metropolitanis, ita & Metropolitani Patriarchis parerent, Patriarchæ verò Romano Epiſcopo, ille (vt qui ſuperiorem in terris non agnoſcat) Chriſto. Ita enim mihi videor Ignatij ſententiam, quam ante quatuor dies recitaui, rectè ex Eccleſiæ conſuetudine interpretari poſſe. Quare vt de Epiſcopi ſuper Sacerdotem, ita & de Epiſcopi ſuper Epiſcopum auctoritate illam, quam recenſui, Hieronymi ſententiam de eminenti ſummi Sacerdotis poteſtate vſurpari poſſe exiſtimo. Qua in re ſi contentioſius digladiari velis, neque acquieſcere, niſi Hieronymi expreſſam de Romanæ ſedis dignitate ſententiam audias: age & in eo quoque tuæ voluntati morem geramus. Quo igitur illa ad Damaſum ſpectant? *Nõ noui Vitalem, Meletium reſpuo, ignoro*

Omnes aliæ Eccleſiæ in eandem cum Romana fidem conſentire debent.

Inde potiſſimum oriri hæreſes, quòd Romano Pontifici nõ obtemperetur.

Cypriani et Hieronymi ſententia de Romanæ ſedis principatu.

Lib. 4. Epiſt. 8.

Lib. 1. Epiſt. 3.

Obiicitur.

Refutatur.

Metropolitani & Patriarchæ cur conſtituti.

Ordo vnitatis Eccleſiaſticæ.

Ignatius.

Hieronymi manifeſta de Romani Pontificis auctoritate teſtimonia.

Hieron. ad Damaſum.

ignoro Paulinum; quicunque tecum non colligit, ſpargit, hoc eſt, qui Chriſti non eſt, Antichriſti eſt. Et poſtea rogat, cui debeat apud Antiochiam communicare. Alibi verò: *At dicis, ſuper Petrum fundatur Eccleſia: licet idipſum in alio loco ſuper omnes Apoſtolos fiat, & cuncti claues regni cælorum accipiant, & ex æquo ſuper eos Eccleſiæ fortitudo ſolidetur. tamen propterea inter duodecim vnus eligitur, vt capite conſtituto ſchiſmatis tollatur occaſio.* Habes igitur iam expreſſam Hieronymi ſententiam, Petrum caput totius Eccleſiæ fuiſſe: habes & cauſſam, tollendi ſcilicet ſchiſmatis gratia. Ne cum nec diœceſi ſuus Epiſcopus, nec prouinciæ Metropolitanus, nec Metropolitano ſuus deſit Patriarcha; toti Eccleſiæ, quæ vna eſt, ſuũ deſit caput: quod ſi deeſſet, ſchiſmata & hæreſes vbique (quod noſtra miſeranda ætas teſtatur) per omnem Eccleſiam graſſarentur. Habes denique illam Cypriani ſententiam: *Hoc erant vtique & ceteri Apoſtoli, quod fuit Petrus, pari conſortio prediti & honoris & poteſtatis*, & quæ ſequuntur, ab Hieronymo, ſed aliis verbis, expreſſam. Vterque enim Petrum totius Eccleſiæ caput, vt vnitas vbique conſeruetur, conſtitutum aſſerit. Atque huc pertinent, quæ ante ex Auguſtino* recenſuimus; *Eccleſiam in ſedis Apoſtolicæ per ſucceſſiones Epiſcoporum radice conſtitutam: & omnes magiſterij cauſſas in Petro contineri.* Quippe quem Chriſtus caput & paſtorem Dominici gregis cõſtituerit. Atqui vt maximè verum eſſet, quod Apologetici tam importunè & improbè vrgent, Romani Pontificis auctoritatem nulla habere in diuinis Scripturis præſidia (cùm tamen certiſſima in illis habeat) neque primis Eccleſiæ temporibus fuiſſe eam apud omnem orbem ſacroſanctam: parum certè ad cauſſam ſuam firmamenti inde conſequerentur. Quatuor enim fuiſſe Patriarchas, nec ipſi Euangelici negare audent, quorum per omnem orbem auctoritas diffundebatur, neque licuiſſe vllam prouinciam de fide & aliis grauioribus cauſſis quicquam ſtatuere, niſi Patriarchæ auctoritate interpoſita. Britanniam verò noſtram & reliquum Occidentem, nullum vnquam alium à Romano Patriarcham habuiſſe ſatis conſtat: neque licere aut Anglis noſtris, aut vlli alij Occidentis nationi ſine ſummo ſacrilegij aut ſchiſmatis ſcelere vel ob hanc cauſſam illi ſe opponere, religionemque vſitatam peruertere. Quæ nota non minus quoq; in eos cadit, etiam ſi non diuina, ſed humana primum auctoritate, totiusq; poſt Chriſti & Apoſtolorum tempora Eccleſiæ conſenſu, hæc ei prærogatiua delata eſſet. Quid enim aliud, quàm ſchiſma dicendum eſt, quando priuata vnius gentis coitione, quæ communi Chriſtiani orbis conſenſu decreta ſunt, reſcinduntur & conuelluntur? Gregorij certè ſæculo apud Chriſtianos & Catholicos, nihil magis conſtabat, quàm vnum & fuiſſe & debuiſſe omnino totius eſſe Eccleſiæ præſidem: cui tum præfuerat Gregorius. Cuius hac de

Lib. 1. cõtra Iouinianum.

Petrus cur caput Apoſtolorum & totius Eccleſiæ fuerit conſtitutus.

Cyprianus.

* Dialog. 1. cap. 13. pag. 84.

Auguſtinus.

re ſententiam cum Auguſtini, Hieronymi, Cypriani, Irenæi, & omnium denique Catholicorum iam inde ab Apoſtolorum temporibus doctrina conſentientem nunc tibi explicauimus. Hæc cũ ita ſint, ſatis tamen eſt Illyrico & ſociis, ſi clament, Gregorium de Chalcedonenſi Synodo mentiri; & Foxo, ſi Chriſtum, Petrum, Eleutherium, Celeſtinum, Gregorium, ac reliquos clamet abiectiſſimos homunciones; atque Apologeticis, in paruam Apologiam non parua, ſed atrocia contra eam ſedem, eiusque auctoritatem mendacia impudenter congeſſiſſe. Quorum omnis Rhetorica huc redit, vt, ſi vera ſint, quæ effutiunt, hactenus nũquam ante Cranmerum ab ipſis Auguſtini temporibus vera aliqua in Anglia fuerit Eccleſia. Edant enim mihi vel vnum in tanto Epiſcoporum ab ipſo Auguſtino catalogo Cantuarienſem Epiſcopum, qui tam perperam de Pontificia illa primæ ſedis auctoritate, ac de Catholica Eccleſia ſenſerit; & tum aliquid feciſſe eos dixerim. Quod ſi non poſſunt, vt nunquam certè poterunt; quis non horreat hanc nouam Theologiam, quæ omnes Angliæ noſtræ Reges, Pontifices, totumq; populum à Gregorij ipſius temporibus ad inferos, vt idololatras, detrudat. Huc enim recident, cùm omnia egerint, præclara iſta ἐπιχειρήματα: niſi quod nonnunquam pro ſua prudentia Vualdenſes aliquot, Vuicleuum, & neſcio quos Pſeudomartyres, quaſi phœnices oſtentent. CRIT. Horribile profectò eſt; aliquid huiuſmodi de maioribus noſtris vel dicere, vel ſentire. Sed non videntur interim illi, quorũ mentionem feciſti, Angliæ Martyres pro Chriſto Martyrium obiiſſe magis, quàm quos tu Pſeudomartyres appellas. IREN. Inſcitè, imperitè, & iniuſtè facis, qui iſtos in mortis genere ſimiles facias. Iſti enim in hæreſi, & pro hæreſi obſtinatè; illi, cùm nullo prorſus errore implicarentur, pro fide Catholica glorioſè defuncti ſunt. Illi vt Eccleſiam diſſipatam, ac diuulſam colligerent, erigerent, ac confirmarẽt, glorioſum triumphum meruere: iſti, quia Eccleſiam rectè conſentientem, ac coniunctiſſimam nefariè diuellerent, turpiter vitam cum morte commutauerunt. Ac quamuis propriè Martyres dicantur, qui, ne Chriſtum negarent, obiere; in quo genere infinitus quidam eſt veterum Martyrum numerus: qui tamen fidei Catholicæ, & veritatis aſſerendæ cauſſa morti ſe obiiciunt, cùm Chriſtus ſit *via, veritas, & vita*: pro Chriſto ipſo legatione ac Martyrio funguntur. Quare non dubito Anglicos illos heroas ſplendidiſſimo quodam inter Martyres loco conſtituere. Certè non poteſt aliud eſſe toti Eccleſiæ vtilius Martyrium, quàm illud, quod ſubitur, ne ipſa Eccleſię vnitas ſcindatur. Cuius rei habemus grauiſſimum teſtimonium Dionyſij, Alexandrini illius, & celeberrimi Epiſcopi ac Confeſſoris. Is ad Nouatum, Nouatianæ hæreſis coryphæum ſcripſit, vt cum ad Eccleſiã, id eſt

Magdeburgẽſes.

Foxus.

Apologetici.

Nullus fuit Cantuarienſis Epiſcopus ante Cranmerum, qui de Eccleſia fide & Romani Pontifi cis primatu impiè ſenſerit.

Noua Apologeticorum & funeſta Theologia.

Catholicorum et Euangelicorum in Anglia Martyrum quàm diſſimilis & diſpar fuerit conditio.

Nullum eſſe vtilius Eccleſiæ Martyrium quã quod ſchiſmatis in Eccleſia tollẽdi, vel auertẽdi gratia ſubitur.

Dionyſius Alexandrinus.

Aut vitioſa ſunt, optime lector, Græca hoc loco, & alibi in Euſebio exemplaria, aut falſus eſt Euſebius, vt & alij Græci, quidamque etiam Latini, cõfundentes Nouatum Africanum cum Nouatiano Romano presbytero. Qui error inde natus eſt, quod exiſtimauerint, Nouatũ Romanæ Eccleſiæ presbyterum fuiſſe cõtra Cornelium Epiſcopum creatum, cum id ad Nouatianum tantummodo ſit referendum. Ad quem hæc etiã Dionyſij epiſtola ſcripta eſt. Nos hîc Latina & Græca exemplaria Euſebij ſequuti ſumus. Sed tamen quid ipſi ea de re ſentiamus, admonitum te voluimus.

Socrat. lib. 4. cap. 18. Niceph. lib. 6. cap. 3. & 4. Epiph. in anaceph hæreſi. 80.

Hieronym. de illuſt. ſcript. in Dionyſio & Nouatiano.

id eſt Chriſti ouile, reduceret. Cui, cùm is inter alia fingeret, ſe quorundam importunitate, vt in hoc ſchiſma ſe demitteret, fuiſſe coactum; Dionyſius reſpondit: *Si inuitus, inquit, impulſus es, ſicut dicis; declarabis hoc, ſi voluntarius redieris. Oportebat quidem nihil non ferre, ne Eccleſiam Dei ſcinderes. Nec eſt Martyrium hoc Eccleſiæ non ſcindendæ gratia toleratum minoris gloriæ, quàm quod fertur propter idololatriæ recuſationem. Imo meo iudicio maioris etiam gloriæ eſt. Nam illic pro vna quidem anima Martyrium toleratur; hîc verò pro vniuerſa Eccleſia.* Hæc Dionyſius. Certè hæreticus, aut ſchiſmaticus maiorem Eccleſiæ perniciem importat, quàm qui, relicto Chriſto, idola colit. Hunc enim omnes quaſi apertum hoſtem, & perfugam ſtatim auerſantur, atque exſecrantur. Illi ſub Chriſtiani nominis & Scripturarũ, quibus callidè ſua ſacrilegia quaſi quodam pallio tegunt, inconſtantes atque indoctos homines miſerè circumueniunt, atque in eandem animæ corporiſque ſecum perniciem deuoluunt. Longè certè grauius eſſe hæretici aut ſchiſmatici peccatum, quàm eius, qui idolis ſacrificat, Cyprianus his verbis oſtendit. *Peius hoc crimen eſt, quàm quod admiſiſſe lapſi videntur, qui tamen in pænitentia criminis conſtituti, Deum plenis ſatisfactionibus deprecantur. Hîc Eccleſia quæritur & rogatur; illic Eccleſia repugnatur. Hîc poteſt neceſſitas fuiſſe; illic voluntas tenetur in ſcelere. Hîc qui lapſus eſt, ſibi tantum nocuit; illic, qui hæreſim vel ſchiſma facere conatus eſt, multos ſecum trahendo decepit. Hîc animæ vnius eſt damnum, illic periculum plurimorum. Certè peccaſſe ſe hic & intelligit & lamentatur & plangit: ille tumens in peccato ſuo, & in ipſis ſuis delictis placens, à matre filios ſegregat, oues à paſtore ſollicitat, Dei Sacramenta diſturbat. Et cum lapſus ſemel peccauerit; ille quotidie peccat. Poſtremò lapſus Martyrium poſtmodum conſequutus, poteſt regni promiſſa percipere; ille, ſi extra Eccleſiam fuerit occiſus, ad Eccleſiæ nõ poteſt præmia peruenire.* Cõſtabit igitur ſua Anglis noſtris Martyrij eximia quædã gloria, & hanc ſingularem quandam Foxi fatuitatem, non tam Eccleſiæ Catholicæ auctoritate, quàm fratrum ſuorum ſuffragiis iam refutabo. Etſi enim reliqui Euangelici in Romanũ Pontificem iniqui ſint, propter eos, quos fingunt Romanam Eccleſiam errores & genuiſſe, & hodie cum primis defendere: fatentur tamen præcipui eorum, ac inter alios Andreas Modreuius Euangelicorum omniũ ferè acutiſſimus, ac doctiſſimus, ſummam Eccleſiæ ac rerum Eccleſiaſticarũ præfecturam ad vnum eſſe deferendam. Ne-

Euſebius lib. 6. cap. 45. Muſcul. interprete.

Hæreticus & ſchiſmaticus pernicioſior idololatra.

Cyprianus.

De vnitate Eccleſiæ ex edit. Morelij.

Vnum eſſe debere totius Eccleſiæ præſidem.

Lib. 2. cap. 9. de Eccleſ.

Andreas Modreuius.

Zz 4 que

ita dicam, cautionem tabellioni mandauiſſe, vt in ſcripta referret. Horrenda ſanè, ſed non indigna tamen tali confeſſore, periurij tum præcauendi ratio, tum intentati depulſio. vide quæſo quàm bellè iſta conueniunt cum illis, quæ moriturus geſſit. Nam quemadmodum vt Archiepiſcopi & primatis Angliæ honorem conſequeretur, contra animi ſui ſententiam ſciens & prudens iurauit, ita vt breuem huius lucis vſuram redimeret, quæ veriſſima fidei ſuæ dogmata cenſuit, ea voce & ſcriptis exſecratus eſt; imo quod horribilius eſt dictu, ſimulata ſanctitate non modò confeſſionis, ſed Euchariſtiæ etiam auguſtiſſimo Sacramento abuti non reformidauit. Et cùm illi iam moriendum eſſet, ne tum quidem recuſauit ſecundum leges regni à Maria felicis memoriæ regina in Catholicæ fidei confirmationem, & hæreſum exſtirpationem latas viuere, ſi modò viuere ei permitteretur? Ecce quomodo illi immodica honoris ambitione ad periurium, hic nimio ſui amore vel mortis timore, ad religionis, quam ſibi finxerat, contemtum; vtrinque ad ſceleratam & omnibus modis deteſtandam perfidiam proruerit. Sed has omnes maculas neſcio quo fuco Foxus oblinire conatur, quas tamen eluere nulla arte poteſt, ne in Cranmero ad ſempiternam eius infamiam hæreant. Quem ſi nihilominus Martyrem ſuum habere volunt Pſeudoeuangelici, eum illis non inuidebo, etiamſi videre nequeam, quo iure ipſum inter Martyres reponant. Certè huius Martyrij, qualecunque fuit, omnis gratia illis debetur qui intulerunt, nulla ei qui pertulit. Illi enim licet non ſponte, non inuitè tamen hic munere ſuo functi ſunt; iſte vero, quod omni modo voluit, nullo autem vitare potuit, id contra voluntatem ſuam perpeſſus eſt; vt vt in extremo iſtius tragœdiæ actu neſcio quam fortitudinis ſpeciem fallaciter imitari voluiſſe, quemadmodum diximus, videbatur; dum rogo impoſitus manum flammis iam iam vna cum vniuerſo corpore abſumendam igni admouit; ſi modò ſic admouiſſe ſit verum. Sed quantum quidem ex his, quæ ſine dubio geſſit, voluntatem eius metiri licet, in cauſſa fidei nolens planè & inuitus occubuit: Id quod ipſe videri poteſt ſibi præſignificaſſe profana quadam, & Archiepiſcopo minimè digna, ſententia; quam cum primum cuſtodiæ traderetur, ſcripſit in cubiculi ſui ſiue pariete, ſiue feneſtra. Ea autem fuit; *Quo fata trahunt*; quaſi diceret, malè de ſe ominans, quo contra voluntatem meam vi & fatali quadam neceſſitate coactus rapior. Sed nihil erat, cur quicquam harum rerum fato adſcriberet, non modò quia Chriſtianus fatum in rebus humanis dominari non debet agnoſcere, ſed etiam quia quicquid paſſus eſt, ſua culpa, & merito ſuo

rito ſuo eſt paſſus. Malæ enim menti ſuæ, & malo animo tribuendum eſt, quod eas in anguſtias vltro ſe coniecerat, è quibus poſtea ſe extricare, etiamſi maximè voluerit, nullo tamen modo potuit. Ne vero exiſtimes vnicum inter omnes Cranmerum in hac impietatis cauſſa animum habuiſſe ab omni Martyrij ſpecie alienum, ſunt plures alij, de quibus eodem modo iudicandum eſt. Ac in his numerare licet Barneſium, qui cùm ſemel atque iterum in publica concione errores ſuos mente vafra & ſubdola damnaſſet, eo imprudens præter exſpectationem deſcendit, vnde reuocare gradum, & in integrum poſtea reſtitui non potuit. Nam præterquam quod bis in eundem lapidem offenderat, cui impietati pœna mortis ipſo iure ſtatim debetur, ita palinodias ſuas, poſteriorem præſertim, fraudulenter contexuit: vt in ea, quemadmodum in ſcorpionum cauda non nihil veneni lateret, & videretur altera manu cicatricem vulneri obducere, & altera eandem refricare. Sed dum in re non ludicra alios ludificare ſtuduit, ipſi ſibi miſer illuſit, & lugubres ad ſui ipſius incendium faces, quas poſtea extinguere non potuit, præter opinionem accendit. Nam cùm compertum fuiſſet, in illorum numero eum *Prouerb. 2.* eſſe, quos his verbis deſcribit Rex ſapientiſſimus, Qui relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebroſas: qui læ- *Pſalm. 36.* tantur, cùm malè fecerint, & exultant in rebus peſſimis: quorumque oris verba iniquitas & dolus, vt loquitur Regius vates, perfidiæ tam ſceleratæ, quas commeruerat, pœnas luit. Huc autem factionis iſtius ergô nunquam ſe demiſiſſet, niſi fretus patrocinio Cromuelli, qui hæreticorum illis temporibus in Anglia columen exſtitit, & maxima apud regem auctoritate fuit, ſibi perſuaſiſſet, rem eiuſmodi exitum numquam habituram. Itaq; cùm Cromuellus ipſe in foueam quam Mardochæo cuidam Amanis inſtar, & aliis bonis fecerat, iuſto Dei iudicio incidiſſet, Barneſius ſpem ſuam eluſam videns, animo planè concidit, & ſero tum nimis intellexit, ſe fragili innixum fuiſſe ſcipioni. Supplicium igitur impietati ſuæ debitum, quod nulla iam palinodia, quam ipſe ſpe vitæ fuiſſet libentiſſimè iterum atque iterum cantaturus, effugere potuit, inuitus pertulit. Sed vt hæc ita non eſſent, quæ ſanè ſunt veriſſima, aliud tamen in Barneſio occurrit, cur is è numero Martyrum etiam veſtrorum eximendus videatur. Nemo enim eorum, qui exceſſerunt ex ephebis, ne ſecundum ſcholæ quidem veſtræ placita, opinor, Martyr effici poteſt imprudens & neſciens. E quidem exiſtimo vos de Pſeudomartyrio etiam veſtro magnificentius ſentire, quàm vt concedatis id poſſe cuipiam vigilanti, ſed cauſſam eius ne aduertenti quidem, vel

certè de ea dubitanti tamquam aliud agenti obrepere. At Barneſium vel ignoraſſe cauſſam Martyrij ſui, qualecumque id fuit, vel ſaltem incertum de ea fuiſſe, Foxus ipſe non reiicet: cùm ſcribat illum à magiſtratu, qui eius comburendi curam principis mandato ſuſceperat, quæſiuiſſe, quamobrem neci dederetur. Verùm ne Foxus ſolus veſtrarum partium in eiuſmodi conſtituendis Martyribus & prædicandis turpiter erraſſe putetur, placet aliud vnum eiuſdem farinæ exemplum, & illud quidem recens ac memorabile huc accerſere, in quo factionis veſtræ mirificam vanitatem & impudentiam tamquam in ſpeculo licet intueri. Non te fugit, cuiuſmodi ſcripta Teutonica circumferantur in manibus multorum de Martyrio cuiuſdam Chriſtophori ſiue Fabricij ſiue Fabri, certè apoſtatæ, qui fuit Antuerpiæ anno Domini 564. ſupra milleſimum 4. Non. Octobris combuſtus. Hic ordinis Carmelitani cùm fuiſſet, ruptis profeſſionis ſuæ & religioſæ vitæ repagulis, in omnem ſe impietatem & viuendi licentiam effudit. Vnde tandem à magiſtratu captus, tantum abfuit ab hæreſibus ſuis præpoſtero Pſeudomartyrij zelo pertinaciter defendendis, vt eas ſtatim exſecratus, ac ſuam impietatem confeſſus, veniam ſibi dari verbis ſupplicibus petierit: Cuius cùm videret nullam vel perexiguam ſpem ſibi iniectam, aliorum ſubſidium ad eam conſequendam ſedulo implorauit, pollicitus ſe in poſterum ex religioſi ordinis ſui præſcripto vitam acturum, & contra Synagogam iſtam tuorum, cuius arcana nouit, futurum acrem Eccleſiæ Chriſti propugnatorem. Ne autem videretur animo ſimulato hæc feciſſe, magiſtratui patefecit nonnullos iſta contagione infectos. Hunc igitur cùm tamquam Martyrem non plebeum vos multis laudibus extollitis, an non iudicatis, cuiuſmodi ſit Martyrium veſtrum, ſanè non indignum tali Euangelio. Ceterum ne putes me quicquam à vero alienum ad gloriam iſtius Pſeudomartyris veſtri minuendam, tibi commemoraſſe, en hic in promtu ſint eiuſdem epiſtolæ; quas ex ipſius autographo, quod à magiſtratu cõſeruatur, bona fide deſcriptas, & typis Ioannis Vuithagij Antuerpiæ impreſſas, ſi volueris legere, periculum facies, num tuì circumueniendi gratia quippiam vel addiderim vel detraxerim. CRIT. Etſi non dubito, quin qua decet fide, rem omnem expoſueris, tamen vt plenius mihi ſatisfaciam, & alijs, ſi quando his de rebus ſermo inciderit, ipſius Fabricij epiſtolas aueo videre. IREN. Et ego vt id facias in primis cupio. Accipe igitur eas, inſpice, & lege. CRIT. Tu interea legenti auſculta, & ſi quid me forte fugerit, ſuggere. Iam ergo exordior.

CHRISTOPHORVS FABRICIVS ANTVERPIÆ CAPTVS.

EGO FATEOR, *quod ſi ſciuiſſem contra dicta ac mandata Magiſtratus me tam grauiter peccaturum (nam nulla, aut certè non tam grauia putaueram Regum ac Principum meorum edicta) non id attentaſſem, quod attentaui hactenus. Quocirca ego bono ac piorum virorum vti tam cupio conſilio: ac pænitet voti fracti & ceterorum per me actorum. Cupio quemadmodum hactenus, ita & nunc Primoribus meis parere, & potiſſimum me ſubmittere obedientia ordinis. Faciam quæ erunt Catholici ac obedientiſſimi Chriſtiani. Et patres meos precor, vt apud Dominum Marchionem atque alios Magiſtratus pro me intercedant. Teſtis eſt mihi Deus, ac filius eius vnicus Ieſus Chriſtus: quem precor vt ſpiritu ſuo intellectum meum illuſtret ſuo dogmate cæleſti. Ac rogate indeſinenter pro me apud Dominum Deum.*

4. Iulij. 1564.

In vinculis, animo liber.

ERVDITIONE AC PIETATE OBSERVANDO VIRO PATRI SVO, Priori Carmelitanorum Yperenſium.

ETSI *neceßitas me iam cogat venerandiſſime pater Prior, ad tuam paternitatem ſcribere, eſt tamen verũ & cor ſincerũ, ex quo huiuſmodi proueniunt litteræ. Eſt igitur quod in meis anguſtiis ad te recurram, tamquam ad patrem ſuum filius. Erraui, fateor, nec ſum dignus, qui te patrem meum interpellem. Attamen filius tuus ſum, ne denegato obuiam venire afflicto; iam te patrem eſſe oſtendas; iam tempus eſt, vt affectiones illas tuas induas paternas: ſin minus, perire debeo. Si anima mea ſalutem ames (vt te amare ſcio) ne perire me patiare. Placuit hactenus vita irreligioſa; ac multi me ad huiuſmodi inſaniam adduxere: ſed multa vexatio iam ſenſum & intellectum aperit. Iam multa mea infirmitates ac dura vincula ad viam me reducunt: virum niſi ſedulus mihi adfueris intercesſor, hic moriendum maximo ordinis ſcandalo. peccaui, fateor: ſed nondum ſum Eccleſiam Dei perſecutus, quemadmodum ille: eſt tamen miſericordiam conſecutus, ac factus eſt fortiſſimus verbi Dei declamator. Qui non eſt expertus quid ſit. Iam ſcio qualis cuiuſmodiq́; ſit hæreticorum Synagoga. Sed ſi vita aliqua ſpes per tuam mihi ſuperfuerit (vt ſpero) curam paternam, habiturus es ſedulum Eccleſiæ Chriſti defenſorem. Iam ſecundo Iulij Antuerpiæ à Marchione ſum comprehenſus: ac nihil niſi mors me manet, niſi ſuccurreris. Pater, agnoſce filium deſolatum, ac*

tum, ac multis iam miſerijs expoſitum. Si nihil aliud, hoc ſaltem mihi adhibito ſolatij, vt me ſemel iam vinctum inuiſas. Iam mihi adſuit venerabilis Prior Brugenſis, ac ſepius à Priore Antuerpienſi conſolationem accipio; ac promiſit vterque omnem adhibiturus tecum operam in meam cauſſam. Si modo tu filio tuo adſueris, ſumma diligentia, omnia reſarcientur.

Antuerpiano ex ergaſtulo 18. Iulij. 1564.

Tuus F. Chriſtophorus
Faber vinctus.

SVBMITTENS *me in omnibus clementiæ Dominorum, vellem ſi eſſet mihi poſſibile, vniuerſum Eccleſiæ ſtatum ita declarare, vt nihil maneret abditum, quo ſemel eiuſmodi hæc ciuitas liberaretur hominibus. Verum loca & plateas maiori ex parte, multo magis perſonas & illarum habitationes ignoro. De facie quidem plures noui. Attamen quorum nomina vllo modo ſcio, eos, quantum de ijs manifeſtandum, & quantum mihi conſtat, non celabo, &c.*

Nunquam profectò, Irenæe, exiſtimaſſem Fabricium tam inconſtanti & abiecto animo fuiſſe, vt huc prolaberetur. Sed alium, opinor, ſe virum oſtendit, priuſquam ad Martyrium adduceretur, & fortiter in euangelij cauſſa moriendo has maculas deterſit. IREN. Imo ſi, vt canis, ad vomitum eſt reuerſus, multo ſe magis inquinauit. Quod autem ad mortem attinet, ſi ad eam ſubeundam viſus eſt accedere animoſior, id certè non fecit, quia in Martyrium propenderet, ſed quia vel deſperatione obrutus fuit, cùm pœnam abs ſeſe deprecari nullo modo poſſet, vel à perditis hominibus Pſeudoeuangelici iſtius Epicureiſmi amore inſanientibus vana vitæ ſpe lactatus, qui confidenter ei ſunt polliciti, ſe per vim erepturos ipſum è manibus magiſtratuum, cùm ad ſupplicium duceretur. Quod etſi non ſunt conſecuti, ſcelerate tamen aggreſſi, lapidibus in præfectum vrbis & ſatellites eius coniectis, fuerunt. Quo nomine vnus in terrorem aliorum capite plexus eſt, quem fortè ad Martyrum ſuorum catalogum Foxus pro ſua in ſectam pietate eſt appoſiturus; quemadmodum & illos, qui poſtea Catilinaria coniuratione, & Turcico zelo in templa per vim nefariè irruperunt, Imagines ſacras IESV Chriſti, beatæ Mariæ virginis, & Sanctorum ſcelerate confregerunt, altaria altiſſimi demoliti ſunt, omnia Eccleſiarum ornamenta ſacrilego auſu vel deſtruxerunt, vel

prædæ

prædæ inhiantes abripuerunt. Hîc velim diligenter attendas, cuius ſpiritus afflatu talia, tam flagitioſa, nec vllis ſupplicus expiabilia, vt perpetrarent, ſunt concitati. Hic ſiue Lutheranicus, ſiue Caluinicus, ſiue Memnonicus, ſpiritus certè fuit erroris non veritatis, rebellionis non obedientiæ, ſacrilegij non pietatis, furoris non patientiæ, latrocinij non iuſtitiæ, blaſphemiæ denique non religionis; & perinde fuit non Dei ſed Diaboli, non Chriſti ſed Antichriſti. Quis vnquam putaret mentes hominum Chriſtianorum adeo occæcari aut faſcinari potuiſſe, vt talibus tamque apertè malignis crederent & ſe deuouerent ſpiritibus? qui licet Euangelium ſemper in ore habeant; & verbum Domini, verbum Domini, ad rauim vſque vociferentur, cum Euangelio tamen Chriſti, & oraculis Dei ex diametro repugnãt. In aliena enim inuadunt, bibliothecas comburunt, templa expilant, magiſtratus contemnunt, edicta principum reſcindunt, tumultus cient, ſanguinem fundunt, contra reges conſpirant, reſpublicas euertunt, omnia ſurſum & deorſum miſcentes, ſine rege, ſine lege, ſine religione. Sed vt ad Fabricium reuertar, an hunc Martyribus Euangelij veſtri adnumerandum cenſes, qui ab eo tam cito reſiliit, & à Martyrij difficultatibus & moleſtiis patienter atque fortiter ſuſtinendis, tantum abfuit, quantum qui maxime? Illos vero qui Fabricium legitimè condemnatum è manibus magiſtratuum, quibus qui reſiſtit, diuinę ordinationi reſiſtit, extorquere conati ſunt, quis negare poteſt nõ ferẽdum commiſiſſe facinus? At Fabricius videtur nõ propius acceſſiſſe ad Martyrij cuiuſquã meritũ, quàm iſti magiſtratui vim inferẽtes, ad ciuis boni & hominis Chriſtiani officiũ. Certè nouũ genus Martyrij eſt, & veteribus inauditum, quod imprudenti obrepit, vel inuito obtruditur, & vt gloria ſequitur fugientem: ſed non alienum tamen à nouo iſto Euangelio, quod ſemper vti de Africa dici ſolet, aliquid parit noui, ſed nihil omnino boni. Cuius generis, id eſt falſi nominis Martyres, veriſimile eſt, plures in veſtris Martyrologiis contineri. Id quod in poſterum magis, vt ſpero, innoteſcet, vbi homines veritatis amantes in ſua quiſque patria cauſſas, cur ſinguli iſtorum capitali pœna fuerunt affecti, & quomodo in ea ſe geſſerunt, in litteras bona fide miſerint. Ad quam rem perficiendam optimus quiſque quantum poteſt, tantum debet adiumenti afferre, quia turpe eſt, videre Hæreticos obſcurandæ hiſtoriarum veritati in multorum perniciem tanto ſtudio tenebras offundere, & Catholicos eiſdem diſpellendis manus vix admouere.

Rom. 13.

De Mar-

De Martyrio Catholicorum tam in Bohemia, quo tempore Huſsitarum ibi ſecta cœpit virus ſuum diffundere, quàm noſtra memoria in nouo orbe.

CAP. XLII. IRENÆVS.

AB iſtis te Martyribus iam oculos, animumque ad veteris Eccleſiæ, quos recenſui, Martyres, qui nullam aliam fidem tenuere, quàm quæ hodie à Romana Eccleſia tenetur, deflectere cupio. Qui quid ſenſerint de his rebus, quas toto hoc quatriduo in controuerſiam vocauimus, partim ex ipſorum libris, qui hodie extant, partim ex iis patribus, qui intra ſexcentos primæ Eccleſiæ annos vixere, quorum ego tibi ſententias recitaui, perſpicuè intelligis: Vt nimis vel ſtolidum, vel impium foret, exiſtimare aliam fuiſſe reliquorum omnium his ſexcentis annis Martyrum fidem ab ea, quam patres, de quibus diximus, amplexi ſunt, & in ſcriptis ipſi ſuis expreſſam memoriæ poſteritatis reliquerunt. Quare nihil iam opus eſt vel ad poſteriores Gregorio primo ſcriptores, vel ad Martyres, qui ſub Ethnicis, Saracenis, aut falſis Chriſtianis nobili Martyrio defuncti ſunt, quique & viui & mortui miraculis edendis enituerunt, decurrere. Quos vt nec ipſi fere Euangelici negant, nec negare iure queunt, eadem per omnia de Chriſtiana religione ſenſiſſe, quæ Romana hodie ſentit Eccleſia; ita ſanè nec Martyrij eis coronam poſſunt vlla iuſta de cauſſa adimere: cùm non contra Chriſtum & Catholicam Eccleſiam, vt tui Pſeudomartyres, ſed propter Chriſtum & Catholicæ fidei conſtantem profeſſionem obierint. Horum itaque, præſertim Albani, Amphibali, Aaronis, Iulij, & aliorum veteris Britanniæ Martyrum; Bonifacij deinde, Angli quidem, ſed Germaniæ Apoſtoli, duorum fratrum Heuualdorum Eduuini & Oſuualdi Regum, Thomæ denique Cantuarienſis Archiepiſcopi atque Martyris, clariſſima atque eadem domeſtica trophæa aduerſus tenebricoſos iſtos & perfidos Apologeticorũ tuorum Pſeudomartyres tibi ob oculos propono. Quæ licet cum inſtitutæ diſputationis noſtræ rationibus arctiſſimè cohæreant; quia tamen tempore ſunt remotiora, iam ſeponamus. Quare ad ea potius, à quibus tu iſtam tuam de Pſeudomartyribus narrationem inſtituiſti, & ad noſtra deinde tempora decurramus. Et quoniam apud Apologeticos tuos tanti valet Æneæ Pij auctoritas, vt illam (licet inde potius euertantur, vt diximus, quam adiuuentur) pro impuri Sacerdotum matrimonij defenſione adferant; ab eo potiſſimum audiant, quàm illuſtres athletas contra Huſſicos illos furores Bohemia nobis dederit. *Ziſcha igitur*, inquit, *Ciaccho & Ptaſco, quos felices Bohemi credidere tot præliorum victores,*

Omnes veteris Eccleſiæ Martyres eandem, quã hodie Romana profitetur Eccleſia, tenuerunt fidem.

Veteres Angliæ Martyres.

Bed. in hiſt. Anglic.

Aeneas Pius.

tanto imperio præditos; Coranda quoque & Iacobellus, quibus vt Apoſtolis Chriſti aut Angelis è cælo miſſis populorum aures patuere, cum Procopius pugna cæſis, cum Ioanne ac Hieronymo Conſtantiæ in magna Synodo igni damnatis, apud inferos pœnas dant temeratæ religionis, in æternumq́ dabunt. Eosq́ proculdubio Rachi Zana ſequetur, & qui ei auſcultant, diuinæ legis temeratores: niſi ante finem vitæ ſuæ reſipuerint. Viri conſtantes, qui vel exſilium, vel carcerem, vel cædem pro teſtamento Chriſti fortiter pertulere, cum rege ſuo in cælo regnant, ex aliena victoria triumphantes, quorum multa millia Bohemia tulit. Nam ſicut Huſſitarum inſania Bohemicum nomen labefactauit, ita & fortium virorum conſtantia illuſtrauit. Nec prouincia eſt, quæ tempore noſtro plures Chriſti Martyres, quàm Bohemia produxerit. Inter quos Equitem fuiſſe non eſt ambiguum, nobilibus parentibus ortum, captum ab Huſſitis, admotum ignibus, pedes primum, deinde tibias, mox genua, coxasq́, poſtremo reliquas corporis partes exuri paſſum, quàm illorum inſaniæ conſentiret. Atque hæc de Bohemia. Ad ea etiam tempora cùm Iſidorus Rutenorum Metropolitanus Epiſcopus Kiouienſis ſub ditione Moſchouitarũ Florentino Concilio interfuiſſet, in quo non Latini tantùm, ſed & Græci atque Armenij maximo aſſenſu Romanum Pontificem reliquorum omnium Epiſcoporum primum ac principem profeſſi ſunt; & domum reuerſus eandem fidem priuatim ac publicis concionibus conſtantiſſimè defendiſſet; nefariè cæſus eſt. Quos omnes, atque adeo noſtri temporis Martyres, qui maximo numero, quia fidem Chriſtianam noluerunt prodere, à Paganis, Turcis, & Mauris crudeliter occiſi ſunt; Pſeudomartyribus tuis oppono. Inter quos Goncalus de Silueira Luſitanus, vir cum primis nobilis, vnus ex viris Societatis Ieſu eminet: qui flagrantiſſima caritate & Euangelij propagandi zelo accẽſus, Manamotapam ciuitatem adiit, vbi Regem & ipſius matrem cum quadringentis ex primoribus regni fide Catholica imbuit, & ſacro lauacro expiauit. Sed Rex poſtea nefariis Maurorum quorundam conſiliis ſeductus, religioni Chriſtianæ renunciauit, & virum ſanctiſſimum, qui Martyrij palmam ſumma cum alacritate præſtolabatur, ſtrangulari, & in fluuiũ coniici iuſſit. Huic duos alios Luſitanos adiungo, qui exquiſitis per Mauros tormentis, vt Chriſtum Deum negarent, cruciati ſunt. Quorum alter captus eſt cum puero recens baptizato; quem puer immanibus cruciatibus excarnificatum mirificè cohortatus eſt, ne generoſi animi propoſitum remitteret, & ad Mahometem à Chriſto deficeret. Nec potuit vllis minis puer ille à fide per Mauros auerti. Inter hos Martyres elucet Alfonſus de Caſtro vnus ex viris Societatis Ieſu, qui cum tribus comitibus, poſtquam nullis ſuppliciis à conſtantia Chriſtianæ fidei ad Mahometicam ſuperſtitioné deiici potuit, nobili Martyrij corona redimitus eſt. Celebris eſt in hac

Aeneas Pius in præfa. hiſt. de orig. Bohem.

Martyres Bohemia.

Inſigne Martyrium Equitis Bohemici.

Iſidori Rutenorum Metropolitani Martyriũ.

Matthias à Mecho. de Sarmatia Europiana ca. 1.

Iacobus Payua orthodoxæ fidei lib. 1.

Duo alij Luſitani.

Vide epiſt. patrum ſocietatis nominis Ieſu.

Alfonſus de Caſtro, cum tribus comitibus.

Franc. Lopes 2. parte cap. 85.

Antonius & Ludouicus ex ſocietate nominis Ieſu.

Ludouicus Cancellus.

Sex ordinis Prædicatorum.

palęſtra Antonius ex ea ſocietate cum Ludouico: celebris eſt Ludouicus Cancellus cum ſociis: qui dū in terra florida de Chriſto concionari meditaretur, cæſus eſt, & deinde ab Anthropophagis comeſtus. Celebres denique ſunt illi in Anglia Martyres: qui iam ex omni illo Pſeudomartyrum Foxi Catalogo nobis relicti ſunt. Vt enim vera miracula, ita nec vera Martyria alibi, quàm in Eccleſia Catholica ſuum lumen accendunt: quod antea ex Auguſtino & Cypriano oſtendimus. CRIT. Neſcio quo iam modo elapſa, & in tenues auras euanuiſſe omnium noſtrorum Martyrum & Confeſſorum miracula videntur. Ac doleo tantas mihi hactenus tenebras offuſas, è quibus per te primum in lucem vocor. Et vt negare non poſſum illos, quos modò recenſuiſti, veros Martyres, qui ne Chriſtum ipſum negarent, vitam hanc mortalem depoſuere, ita ſanè Anglos tuos Martyres haberi non vult Foxus, quia non pro Chriſto, ſed *pro homunciene vix vita digno* mortui ſunt. IREN. Facit planè Foxus tuus ad Ethnicorum morem. Nam quemadmodum illi Mutij, Empedoclis, Reguli, Leænæ meretricis, Zenonis, & aliorum huiuſmodi tolerantiam, fortitudinemque animi ad deprimendam noſtrorum Martyrum gloriam plurimùm extollebant; veram autem Chriſtianorum doctrinam inſaniam; & nobile eorum Martyrium deſperatam præſumptionem appellabant: ita iſte, contemtis & contumelioſè habitis recentibus Catholicæ Eccleſiæ Martyribus, veteribusque ex albo diſpunctis, ſacroſanctum ſuum (ſi diis placet) Kalendarium nobili Lutheranorum, Zuinglianorum & Anabaptiſtarum nomenclatione repleuit.

Anglia Martyres.

Veros eſſe Martyres, qui pro Romanæ Eccleſiæ primatu aſſerendo obeunt, eiq; Britanniam cum primis debere.

CAP. XLIII. IRENÆVS.

SED quem iſte homunculus homuncionem nominat, eius mihi nomen dicito. CRIT. Arbitror eum non de vno aliquo certo homine, ſed Romanis Pontificibus ſenſiſſe: ad quorum auctoritatem amplificandam iſti obire volnerunt. IREN. Ergo huic homunculo Petrus, Clemens, Anacletus, & reliqui Romani Pontifices, qui ad tria ſæcula præter vnum aut alterum Martyrij pro Chriſto gloria nobilitati ſunt, vt de reliquis omnibus taceam, homunciones ſunt vix vita digni? Imo in ipſum Chriſtum hæc contumelia vulpina cadit. Affirmo enim Chriſtum illis verbis, *paſce oues meas, paſce agnos meos*, Petro totius gregis ſui curam, ac præfecturam pro ſe in cælum iam adſcenſuro credidiſſe. Quam à Chriſto acceptam Petrus in ſucceſſores transfudit:

Foxi contumelia in ſummos Sacerdotes.

Chryſoſt. homil. vlt. in Ioan. tom. 3.

tranſfudit: Vt iam perditiſſimus iſte homunculus eleganti iſta Rhetorica Chriſtum ipſum inter iſtos homunciones reiecerit. Neque volo iam ſpatioſum illum de Romani Pontificis amplitudine differendi campum ingredi: De qua diſſeruimus. Hoc tantum iam adiecero contra Foxum & ingratiſſimos Apologeticos; eos, quòd ſint Chriſtiani, iſtis, quos tantopere faſtidiunt, homuncionibus omnino debere. Nō enim dubium eſt, quin & nos Angli ſub Gregorio, & Britanni iam inde ab eo tempore, quo primū in hac inſula Euangelium eſt ſuſceptum, vnà cum ipſis fidei Chriſtianæ rudimentis hoc de Romani Pōtificis amplitudine dogma imbiberimus. *Cunctis*, inquit Gregorius, Angliæ noſtræ Apoſtolus, *Euāgelium ſcientibus liquet, quòd voce Dominica, Sancto, & omnium Apoſtolorum principi, Petro totius Eccleſiæ cura commiſſa eſt. Ipſi quippe dicitur: Petre amas me? paſce oues meas. Ipſi dicitur: Ecce Satanas expetiit cribrare vos ſicut triticum; & ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus, confirma fratres tuos. Ipſi dicitur: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non praualebunt aduerſus eam. Et tibi dabo claues regni cælorum, & quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cælis, & quodcunq; ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis. Ecce claues regni cæleſtis accipit, poteſtas ei ligandi & ſoluendi tribuitur.* Et alibi; *Certè Petrus Apoſtolus primum membrum Sāctæ & vniuerſalis Eccleſiæ; Paulus, Andreas, Ioannes quid aliud quàm ſingularum ſunt plebium capita?* Et pro qua alia demum re, precor, vitam ſuam profuderunt Sanctiſſimi noſtri Martyres, Roffenſis, Morus, Carthuſiani cum aliis, quàm vt ab hac Apoſtoli noſtri ſententia, ne latum quidem vnguem diſcederent? Vt aut hos veros & glorioſos Chriſti Martyres (atque ita Foxianos iſtos omnes Pſeudomartyres) aut nullam his mille pæne annis fuiſſe in Anglia, aut toto potius orbe veram Eccleſiam, fateri cogamur. Quòd ſi tanti temporis decurſus, totius Eccleſiæ tam longus conſenſus nihil valeat; age altius rem adhuc repetamus. Expediat igitur mihi, an in Britannia Romani Pontificis auctoritas nulla fuerit, cùm is potiſſimum (Celeſtinum intelligo) ad annum Chriſti 434. Palladium Scotis in Chriſtum credentibus primum ordinauit Epiſcopum? Cùm idem eodem ferè tempore B. Germanum Antiſidorenſem Epiſcopum in Britanniam delegauit, qui eam à Pelagianorum hæreſi, quæ ibi tum inualuerat, ad Catholicam fidem, auctoritate Apoſtolica reuocaret. Quod & feliciter perfecit, magnis ad Catholicæ fidei corroborationem ſignis editis. Quibus quomodo Magdeburgenſes detraxerint, iam dixi; qui nec hìc celeberrimi illius ſcriptoris Proſperi vocem de Germano ad Britannos per Celeſtinum miſſo æquis auribus excipiunt; & proinde ei recentius poſt tot ſæcula Iuonis Chronicon, qui eum à Gallis miſſum ſcribit, opponunt.

Apologeticorum in Romanum Pōtificem ingratitudo, cui acceptū referre debent, quod Chriſtiani ſint.

Lib.4.Epiſt. 32. — *Ioan.21.* — *Luca 22.* — *Matth.16.*

Gregorij teſtimonium de primatu Petri.

Lib.4.Epiſt. 38.

Petrus caput vniuerſalis Eccleſiæ.

Martyrij Catholicorum in Anglia quæ cauſſa.

Proſper in chronic. — *Beda lib.1. cap.13. hiſt. Eccleſ.*

Romani Pontificis auctoritas apud Britannos quanta fuerit.

Palladius.

Proſper & Sig. in chronic. — *Beda lib.1. cap.17. cum ſequent.*

Germanus Antiſidorenſis Epiſcopus Romani Pontificis in Britanniam legatus.

Magdeburgenſes.

Quaſi aut Iuo, aut quiſquam à Celeſtino miſſum neget: aut quaſi hæc non cohæreant, eum à Gallis, ſed Apoſtolica Celeſtini auctoritate præeunte tranſmiſſum, hanc legationem obiiſſe: Vt quod Proſper de Neſtorio, nos de Pelagianis dicere poſſimus, illorum videlicet in Britannia errores Germani induſtria, ſed Celeſtini auctoritate fractos. Hæreſes enim omnes in Eccleſia huius potiſſimum ſedis cura & auctoritate euerſæ ſunt. Ad quas ſanè extinguendas eidem egregia præ ceteris poteſtas diuinitus tributa eſt. Neque certè alibi ferè hæreſes & ſchiſmata aut naſcuntur, aut durant, quàm vbi huic poteſtati non paretur. Quod iam abundè ex Cypriano, Hieronymo, & aliis demonſtrauimus. Quod ſi iſtis antiquariis nec Celeſtini tempora ſatis antiqua videantur, propius ad Apoſtolorum ætatem, nempe B. Eleutherij Romani Pontificis ſæculum accedamus. Lucius igitur primus in Britannia Rex Chriſtianus, cùm Chriſto initiari vellet, non in vicinam Galliam, licet clariſſimis Epiſcopis & Martyribus, Photino, Irenæo, aliiſque florentem, ſed Romam vſque, per tantos terrarum tractus ad Eleutherium miſit; vt inde Chriſtianæ fidei doctores & magiſtri accerſerentur: nulla certè alia de cauſſa, quàm quòd certò intelligeret in Romana potiſſimum cathedra & doctrinæ integritatem, & ſummi Pôtificatus faſtigium reſidere. CRIT. At Apologetici aiunt, ne Gregorium quidem ipſum hanc eminentem illius Eccleſiæ in vniuerſum orbem poteſtatem agnouiſſe; imo ſummopere deteſtatum, & eo nomine Ioannis Conſtantinopolitani Epiſcopi ambitionem acerbiſſimè reprehédiſſe, quòd Oecumenici ſibi titulum inſolenter arrogaſſet. Iam quòd hæreſes inde naſci dixeris, quòd vni Epiſcopo non obtemperetur; nihil videtur magis facere ad aſſerendam Romani, quàm cuiuſuis alterius Epiſcopi amplitudinem. Nam Hieronymus nullam Romani Pontificis mentionem facit, & Cyprianus promiſcuè de Rogatiano, de ſe, & aliis Epiſcopis loquitur: vt fruſtra hinc Romani Epiſcopi ſingularem dignitatem adſtruere coneris. IREN. Sed hæc facile amoliemur. Quod itaque ad Gregorium attinet; an arbitraris tantam & tam claram verborum lucem ſiniſtræ alicuius interpretationis fumo obſcurari poſſe? certè non poteſt. Neque vel vocula in Gregorio eſt, quæ Romanæ ſedis dignitati detrahit. Imo Euangelici eorundem locorum auctoritate, vnde ſe per Gregorium iam munire cogitant, prorſus euertuntur. Ibi enim cùm illa, quam modò citauimus, ipſius ſententia, tum multa alia ad noſtram cauſſam confirmandam appoſitè dicta conſpiciuntur. In quibus & illud eſt, quod ait, omnia acta Synodi Côſtantinopolitanæ, quæ Oecumenici titulum Ioanni Conſtantinopolitano detulit, ex auctoritate Petri, contradicente Apoſtolica ſede Romana, ſoluta fuiſſe & reiecta. Primatum

Marginal notes: *Cent. 5. cap. 10. pag. 1408.* — *Hæreſes cũ alibi tum in Anglia Romani Pontificis auctoritate potiſſimum ſublata.* — *Lucius primus in Britãnia Chriſtianus Rex fidei doctores non ab alio quã Eleutherio Romano Pontifice petiit.* — *Bed. lib. 1. c. 4 Eccleſiaſt. hiſtor.* — *Obiicitur.* — *Lib. 4. Epiſt. 32.* — *Contra Lucif.* — *Refutatur.* — *Gregorij ſenſus explicatur de primatu & vniuerſalis Epiſcopi titulo.* — *Lib. 4. Epiſt. 34. & 36.*

matum non Romanæ, ſed Conſtantinopolitanæ, cui non debe- *Ioannes Patriarcha Conſtantinopolitanus, & Mauritius Imperator primæ ſedis auctoritatem Conſtantinopolim tranſferre cum fuerint conati.*
batur, ſedi eripit Gregorius. Voluit fortè Ioannes primæ ſedis au-
ctoritatem Conſtantinopolim transferre; cuius in eam rem ſtu-
dia Mauritius etiam Imperator, quantum potuit promouere, i-
deo forſan conatus eſt, vt, quia Italiam atq; ipſam Romam Lon-
gobardi tum pæne oppreſſiſſe videbantur; ipſe iam ſummi Pon-
tificatus cathedram, quemadmodum ante 300. annos Conſtan-
tinus Magnus Imperij ſedem ibi conſtitueret. Atque hac, vt vi-
detur, de cauſſa Ioannes Conſtantinopolitanus hunc ſibi titulum *Ioannis Conſtantinopolitani ambitio a Gregorio reprehenſa.*
inſolenter arrogauit. Cuius ambitioni, quanta ſe potuit interceſ-
ſione, Gregorius oppoſuit; & quo ille ſe glorioſius atque ambi-
tioſius, eo hic ſe humilius atque demiſſius geſſit, & ſe *ſeruum ſer-*
uorum; quaſi, vt canonum iuriſconſultis loquar, *ordinarij ſerui vicarium* *Seruus ſeruorū.*
appellauit; vt cùm Petrus eſſet Chriſti, ſed ordinarius ſeruus, ipſe
non tantum Chriſti, ſed & Petri & aliorum Chriſti ſeruorum ſer-
Epiſt. 107. uum ſe diceret (quo etiam humilitatis titulo quantumuis Euan- *Auguſtinus.*
gelici eum irrideant, vſus eſt ante eum Auguſtinus) & Oecume-
Lib. 4. Epiſt. 32. nici appellati nomen tacet, vt ipſe ſcribit, à Chalcedonenſi Synodo
Romanæ ſedi delatum, quam Ioannes inſolenter ſibi adſciuerat, *Nomen vniuerſalis Epiſcopi à Chalcedonenſi Synodo Romano Pontifici delatū.*
pro ſumma modeſtia recuſarit; & neſcio quam peſtem vel in hoc
nomine, vel in hac importuna Ioannis ambitione ſubeſſe crede-
Lib. 4. Epiſt. 34. ret. Quod his verbis expreſſit: *Triſte*, inquit, *valde eſt, vt pa-*
tienter feramus, quatenus, deſpectis aliis, prædictus frater & Coepi- *Ioannes voluit vniuerſalis, id eſt, ſolus appellari Epiſcopus.*
ſcopus meus ſolus conetur appellari Epiſcopus. Et ruſus: *Qui indignum*
Epiſt. 38. *te eſſe fatebaris, vt Epiſcopus dici debuiſſes, ad hoc quandoque perductus,*
vt, deſpectis fratribus, Epiſcopus appetas ſolus vocari. Præterea; *Si vnus,*
Lib. 7. Epiſt. 69. *vt putat, vniuerſalis eſt; reſtat vt vos Epiſcopi non ſitis.* Adhæc. *Vniuer-*
Lib. 4. Epiſt. 32. *ſa*, inquit, *Eccleſia, quod abſit, à ſuo ſtatu corruit, quando is, qui appella-*
tur vniuerſalis, cadit. Propter has igitur cauſſas Ioannis conatibus
Gregorius reſtitit, eiusque ambitionem retundendam putauit.
Nihil autem de Romani Epiſcopi in vniuerſas Eccleſias, quam
apertè, vt audiſti, aſſeruit, auctoritate imminuit. Imo nec vniuer-
ſalis Epiſcopi nomen, niſi in eum, quem audiſti, ſenſum, id eſt, vt *Epiſcopi vniuerſalis nomen quo in ſenſu auerſatus ſit Gregorius.*
qui vniuerſalis Epiſcopus appelletur, ſolus ſit, nec quiſquā alius
præter eum Epiſcopus, defugere videtur. De qua re ſi plura ſcire
deſideres, remitto te ad virum longè doctiſſimum Remundum *Remundus Rufus.*
Rufum, qui in Molinæum pro Pontifice maximo luculentam
defenſionem edidit, in qua omnes veterani illius iuriſcōſulti no-
dos diſſoluit, omnia ſophiſmata & argutias cōtriuit & diſſipauit.
Hanc vero Romanæ ſedis amplitudinem antiquiſſimus ille Ec- *Irenæi de Romani Pontificis primatu luculentum teſtimonium.*
Lib. 3. cap. 3. cleſiæ doctor, & Chriſti Martyr Irenæus Lugdunenſis Epiſcopus,
cum primis confirmat; & illa in confutandis hæreticis, tanquam
egregia quadam, nititur, dum ſub Eleutherio, de quo dudū dixi-
mus, Pontifice ad hunc modū ſcribit. *Sed quoniam valde longū eſt in*

Romana Eccleſia maxima & antiquiſſima.

hoc tali volumine omnium Eccleſiarum enumerare ſucceſſiones, maximæ & antiquiſſimæ, & omnibus cognitæ à glorioſiſſimis duobus Apoſtolis Petro & Paulo Romæ fundatæ & conſtitutæ Eccleſiæ eam, quam habet ab Apoſtolis traditionem, & annuntiatam hominibus fidem, per ſucceſſiones Epiſcoporum peruenientem vſque ad nos, indicantes confundimus omnes eos, qui quoquo modo, vel per ſui placentiam malam, vel vanam gloriam,

Omnes aliæ Eccleſiæ in eandem cum Romana fidem conſentire debent.

vel per cæcitatem & malam ſententiam, præterquàm oportet, colligunt. Ad hanc enim Eccleſiam propter potentiorem principalitatem, neceſſe eſt omnem conuenire Eccleſiam, hoc eſt, eos qui ſunt vndique fideles, in qua ſemper ab his qui ſunt vndique, conſeruata eſt ea, quæ eſt ab Apoſtolis traditio. Hæc Irenæus. Quæ eius ſententia & dubitationem illam, quã

Inde potiſſimum oriri hæreſes, quòd Romano Pontifici nõ obtemperetur.

de Cypriani & Hieronymi verbis concipere videris, eximere facile poterit. Si enim, quod ait Irenæus, omnes aliæ Eccleſiæ in eandem cum Romana ſede fidem conſpirare debent; conſequitur, inde potiſſimum hæreſes proficiſci, quòd homines ſe ab huius ſedis fide & conſortio diſſociant. Et vt verum ſit, Cyprianum

Cypriani et Hieronymi ſententia de Romana ſedis principatu.

atque Hieronymum promiſcuè de omnibus Epiſcopis loqui, quibus ni pareatur, ſchiſmata & hæreſes exoriri ſolẽt; Romanum præcipuè Epiſcopum illorum verba reſpiciunt, cùm Romana, vt diximus ex Cypriano, ſedes ſit Eccleſia principalis, ſit *matrix* & *radix* Catholicæ Eccleſiæ; vt quicquid ſingulis Epiſcopis, hoc ſingulariter Romano Epiſcopo debeatur. Sed nõ eſt neceſſe, credo,

Lib. 4. Epiſt. 8.

Lib. 1. Epiſt. 3.

Obiicitur.

de Cypriano plura adiicere: cùm plurimam operam ea in re poſuerimus. At Hieronymum, ais, nõ nominare Romanum Epiſcopum, cùm ait, *eminentem ſummi Sacerdotis debere eſſe poteſtatem*; ne-

Refutatur.

que de eo ſolo ſentire. Fateor, non de eo ſolo, ſed de eo præcipuè id eum ſenſiſſe. Atque huc Euangelicos ratio ipſa vel inuitos adiget. Si enim ad deuitanda ſchiſmata, quælibet diœceſis ſuum habeat Epiſcopum, & Epiſcopi omnes, vt iſti aiunt, ſint æquales;

Metropolitani & Patriarchæ cur conſtituti.

quis Epiſcopos ipſos diſſentientes pacificabit? Ob hanc cauſſam Eccleſia Metropolitanos & Patriarchas inſtituit (inter quos Alexandrinus mille olim Epiſcopis præfuiſſe creditur) Vt quemadmodum Sacerdotes Epiſcopis, Epiſcopi Metropolitanis, ita &

Ordo vnitatis Eccleſiaſticæ.

Metropolitani Patriarchis parerent, Patriarchæ verò Romano Epiſcopo, ille (vt qui ſuperiorem in terris non agnoſcat) Chriſto. Ita enim mihi videor Ignatij ſententiam, quam ante quatuor dies

Ignatius.

recitaui, rectè ex Eccleſiæ conſuetudine interpretari poſſe. Quare vt de Epiſcopi ſuper Sacerdotem, ita & de Epiſcopi ſuper Epiſcopum auctoritate illam, quam recenſui, Hieronymi ſententiam de eminenti ſummi Sacerdotis poteſtate vſurpari poſſe exiſtimo.

Hieronymi manifeſta de Romani Pontificis auctoritate teſtimonia.

Qua in re ſi contentioſius digladiari velis, neque acquieſcere, niſi Hieronymi expreſſam de Romanæ ſedis dignitate ſententiam audias: age & in eo quoque tuæ voluntati morem geramus. Quo igitur illa ad Damaſum ſpectant? *Nõ noui Vitalem, Meletium reſpuo, ignoro*

Hieron. ad Damaſum.

ignoro Paulinum, quicunque tecum non colligit, ſpargit, hoc eſt, qui Chriſti non eſt, Antichriſti eſt. Et poſtea rogat, cui debeat apud Antiochiam communicare. Alibi verò: *At dicis, ſuper Petrum fundatur* Petrus cur caput Apoſtolorum & totius Eccleſiæ fuerit conſtitutum.
Lib. 1. cötra Iouinianum. *Eccleſia: licet idipſum in alio loco ſuper omnes Apoſtolos fiat, & cuncti claues regni cœlorum accipiant, & ex æquo ſuper eos Eccleſiæ fortitudo ſolidetur. tamen propterea inter duodecim vnus eligitur, vt capite conſtituto ſchiſmatis tollatur occaſio.* Habes igitur iam expreſſam Hieronymi ſententiam, Petrum caput totius Eccleſiæ fuiſſe: habes & cauſſam, tollendi ſcilicet ſchiſmatis gratia. Ne cum nec diœceſi ſuus Epiſcopus, nec prouinciæ Metropolitanus, nec Metropolitano ſuus deſit Patriarcha; toti Eccleſiæ, quæ vna eſt, ſuũ deſit caput: quod ſi deeſſet, ſchiſmata & hæreſes vbique (quod noſtra miſeranda ætas teſtatur) per omnem Eccleſiam graſſarentur. Habes denique illam Cypriani ſententiam: *Hoc erant vtique & ceteri Apoſtoli, quod* Cyprianus. *fuit Petrus, pari conſortio præditi & honoris & poteſtatis*, & quæ ſequuntur, ab Hieronymo, ſed aliis verbis, expreſſam. Vterque enim Petrum totius Eccleſiæ caput, vt vnitas vbique conſeruetur, conſtitutum aſſerit. Atque huc pertinent, quæ ante ex Augusti- Auguſtinus.
* Dialog. 1. cap. 13. pag. 84. no* recenſuimus; *Eccleſiam in ſedis Apoſtolicæ per ſucceſſiones Epiſcoporum radice conſtitutam: & omnes magiſterij cauſſas in Petro contineri.* Quippe quem Chriſtus caput & paſtorem Dominici gregis cõſtituerit. Atqui vt maximè verum eſſet, quod Apologetici tam importunè & improbè vrgent, Romani Pontificis auctoritatem nulla habere in diuinis Scripturis præſidia (cùm tamen certiſſima in illis habeat) neque primis Eccleſiæ temporibus fuiſſe eam apud omnem orbem ſacroſanctam: parum certè ad cauſſam ſuam firmamenti inde conſequerentur. Quatuor enim fuiſſe Patriarchas, nec ipſi Euangelici negare audent, quorum per omnem orbem auctoritas diffundebatur, neque licuiſſe vllam prouinciam de fide & aliis grauioribus cauſſis quicquam ſtatuere, niſi Patriarchæ auctoritate interpoſita. Britanniam verò noſtram & reliquum Occidentem, nullum vnquam alium à Romano Patriarcham habuiſſe ſatis conſtat: neque licere aut Anglis noſtris, aut vlli alij Occidentis nationi ſine ſummo ſacrilegij aut ſchiſmatis ſcelere vel ob hanc cauſſam illi ſe opponere, religionemq́ue vſitatam peruertere. Quæ nota non minus quoq; in eos cadit, etiam ſi non diuina, ſed humana primum auctoritate, totiusq; poſt Chriſti & Apoſtolorum tempora Eccleſiæ conſenſu, hæc ei prærogatiua delata eſſet. Quid enim aliud, quàm ſchiſma dicendum eſt, quando priuata vnius gentis coitione, quæ communi Chriſtiani orbis conſenſu decreta ſunt, reſcinduntur & conuelluntur? Gregorij certè ſæculo apud Chriſtianos & Catholicos, nihil magis conſtabat, quàm vnum & fuiſſe & debuiſſe omnino totius eſſe Eccleſiæ præſidem: cui tum præfuerat Gregorius. Cuius hac de

re ſententiam cum Auguſtini, Hieronymi, Cypriani, Irenæi, & omnium denique Catholicorum iam inde ab Apoſtolorum temporibus doctrina conſentientem nunc tibi explicauimus. Hæc cũ ita ſint, ſatis tamen eſt Illyrico & ſociis, ſi clament, Gregorium de Chalcedonenſi Synodo mentiri; & Foxo, ſi Chriſtum, Petrum, Eleutherium, Celeſtinum, Gregorium, ac reliquos clamet abiectiſſimos homunciones; atque Apologeticis, in paruam Apologiam non parua, ſed atrocia contra eam ſedem, eiuſque auctoritatem mendacia impudenter congeſſiſſe. Quorum omnis Rhetorica huc redit, vt, ſi vera ſint, quæ effutiunt, hactenus nũquam ante Cranmerum ab ipſis Auguſtini temporibus vera aliqua in Anglia fuerit Eccleſia. Edant enim mihi vel vnum in tanto Epiſcoporum ab ipſo Auguſtino catalogo Cantuarienſem Epiſcopum, qui tam perperam de Pontificia illa primæ ſedis auctoritate, ac de Catholica Eccleſia ſenſerit; & tum aliquid feciſſe eos dixerim. Quod ſi non poſſunt, vt nunquam certè poterunt; quis non horreat hanc nouam Theologiam, quæ omnes Angliæ noſtræ Reges, Pontifices, totumq; populum à Gregorij ipſius temporibus ad inferos, vt idololatras, detrudat. Huc enim recident, cùm omnia egerint, præclara iſta ἐπιχειρήματα: niſi quod nonnunquam pro ſua prudentia Vualdenſes aliquot, Vuicleuum, & neſcio quos Pſeudomartyres, quaſi phœnices oſtentent. CRIT. Horribile profectò eſt; aliquid huiuſmodi de maioribus noſtris vel dicere, vel ſentire. Sed non videntur interim illi, quorũ mentionem feciſti, Angliæ Martyres pro Chriſto Martyrium obiiſſe magis, quàm quos tu Pſeudomartyres appellas. IREN. Inſcitè, imperitè, & iniuſtè facis, qui iſtos in mortis genere ſimiles facias. Iſti enim in hæreſi, & pro hæreſi obſtinatè; illi, cùm nullo prorſus errore implicarentur, pro fide Catholica glorioſè defuncti ſunt. Illi vt Eccleſiam diſſipatam, ac diuulſam colligerent, erigerent, ac confirmarẽt, glorioſum triumphum meruere: iſti, quia Eccleſiam rectè conſentientem, ac coniunctiſſimam nefariè diuellerent, turpiter vitam cum morte commutauerunt. Ac quamuis propriè Martyres dicantur, qui, ne Chriſtum negarent, obiere; in quo genere infinitus quidam eſt veterum Martyrum numerus: qui tamen fidei Catholicæ, & veritatis aſſerendæ cauſſa morti ſe obiiciunt, cùm Chriſtus ſit *via, veritas, & vita*; pro Chriſto ipſo legatione ac Martyrio funguntur. Quare non dubito Anglicos illos heroas ſplendidiſſimo quodam inter Martyres loco conſtituere. Certè non poteſt aliud eſſe toti Eccleſiæ vtilius Martyrium, quàm illud, quod ſubitur, ne ipſa Eccleſię vnitas ſcindatur. Cuius rei habemus grauiſſimum teſtimonium Dionyſij, Alexandrini illius, & celeberrimi Epiſcopi ac Confeſſoris. Is ad Nouatum, Nouatianæ hæreſis coryphæum ſcripſit, vt cum ad Eccleſiã, id eſt

Magdeburgẽſes.

Foxus.

Apologetici.

Nullus fuit Cantuarienſis Epiſcopus ante Cranmerum, qui de Eccleſia fide & Romani Pontificis primatu impiè ſenſerit.

Noua Apologeticorum & funeſta Theologia.

Catholicorum et Euangelicorum in Anglia Martyrum quàm diſſimilis & diſpar fuerit conditio.

Nullum eſſe vtilius Eccleſiæ Martyrium quã quod ſchiſmatis in Eccleſia tollẽdi, vel auertẽdi gratia ſubitur.

Dionyſius Alexandrinus.

Socrat lib. 4. cap. 18. Niceph lib. 6. cap. 3. & 4. Epiph. in anaceph hæreſi. 80.

Aut vitioſa ſunt, optime lector, Græca hoc loco, & alibi in Euſebio exemplaria, aut falſus eſt Euſebius, vt & alij Græci, quidamque etiam Latini, cōfundentes Nouatum Africanum cum Nouatiano Romano presbytero. Qui error inde natus eſt, quod exiſtimauerint, Nouatū Romanæ Eccleſiæ presbyterum fuiſſe cōtra Cornelium Epiſcopum creatum, cum id ad Nouatianum tantummodo ſit referendum. Ad quem hæc etiā Dionyſij epiſtola ſcripta eſt. Nos hic Latina & Græca exemplaria Euſebij ſequuti ſumus. Sed tamen quid ipſi ea de re ſentiamus, admonitum te volumus.

Hieronym. de illuſt. ſcript. in Dionyſio & Nouatiano.

id eſt Chriſti ouile, reduceret. Cui, cùm is inter alia fingeret, ſe quorundam importunitate, vt in hoc ſchiſma ſe demitteret, fuiſſe coactum; Dionyſius reſpondit: *Si inuitus, inquit, impulſus es, ſicut dicis; declarabis hoc, ſi voluntarius redieris. Oportebat quidem nihil non ferre, ne Eccleſiam Dei ſcinderes. Nec eſt Martyrium hoc Eccleſiæ non ſcindendæ gratia toleratum minoris gloriæ, quàm quod fertur propter idololatriæ recuſationem. Imo meo iudicio maioris etiam gloriæ eſt. Nam illic pro vna quidem anima Martyrium toleratur; hic verò pro vniuerſa Eccleſia.* Hæc Dionyſius. Certè hæreticus, aut ſchiſmaticus maiorem Eccleſiæ perniciem importat, quàm qui, relicto Chriſto, idola colit. Hunc enim omnes quaſi apertum hoſtem, & perfugam ſtatim auerſantur, atque exſecrantur. Illi ſub Chriſtiani nominis & Scripturarū, quibus callidè ſua ſacrilegia quaſi quodam pallio tegunt, inconſtantes atque indoctos homines miſerè circumueniunt, atque in eandem animæ corporiſque ſecum perniciem deuoluunt. Longè certè grauius eſſe hæretici aut ſchiſmatici peccatum, quàm eius, qui idolis ſacrificat, Cyprianus his verbis oſtendit. *Peius hoc crimen eſt, quàm quod admiſiſſe lapſi videntur, qui tamen in pœnitentia criminis conſtituti, Deum plenis ſatisfactionibus deprecantur. Hic Eccleſia quæritur & rogatur; illic Eccleſia repugnatur. Hic poteſt neceſſitas fuiſſe; illic voluntas tenetur in ſcelere. Hîc qui lapſus eſt, ſibi tantum nocuit; illic, qui hæreſim vel ſchiſma facere conatus eſt, multos ſecum trahendo decepit. Hîc animæ vnius eſt damnum, illic periculum plurimorum. Certè peccaſſe ſe hic & intelligit & lamentatur & plangit: ille tumens in peccato ſuo, & in ipſis ſuis delictis placens, à matre filios ſegregat, oues à paſtore ſollicitat, Dei Sacramenta diſturbat. Et cum lapſus ſemel peccauerit; ille quotidie peccat. Poſtremò lapſus Martyrium poſtmodum conſequutus, poteſt regni promiſſa percipere; ille, ſi extra Eccleſiam fuerit occiſus, ad Eccleſiæ nō poteſt præmia peruenire.*

Euſebius lib. 6. cap. 45. Muſcul. interprete.

Hæreticus & ſchiſmaticus pernicioſior idololatra.

Cyprianus.

De vnitate Eccleſiæ ex edit. Morelij.

Cōſtabit igitur ſua Anglis noſtris Martyrij eximia quædā gloria, & hanc ſingularem quandam Foxi fatuitatem, non tam Eccleſiæ Catholicæ auctoritate, quàm fratrum ſuorum ſuffragiis iam refutabo. Etſi enim reliqui Euangelici in Romanū Pontificem iniqui ſint, propter eos, quos fingunt Romanam Eccleſiam errores & genuiſſe, & hodie cum primis defendere: fatentur tamen præcipui eorum, ac inter alios Andreas Modreuius Euangelicorum omniū ferè acutiſſimus, ac doctiſſimus, ſummam Eccleſiæ ac rerum Eccleſiaſticarū præfecturam ad vnum eſſe deferendam. Neque

Vnum eſſe debere totius Eccleſiæ præſidem.

Lib. 2. cap. 9. de Eccleſ.

Andreas Modreuius.

que valde dubito, quin, ſi ſoli, Catholicis ſublatis, regnarent, vni ac fortaſſe etiam huic ipſi Romano Pontifici, ſi ſectæ aſſenſorem (quod abſit) haberent, potiſſimum deferrent. Sed iſtud in medio relinquamus. Illud certius affirmo, noſtros veros & præclaros fuiſſe Martyres, qui pro Petri dignitate, Eccleſiæque vnitate aſſerenda ſanguinem, vitamque ſuam profudere; & vniuerſos, quos hoc nobili Catalogo Foxus recenſet, ſi nulla alia interueniſſet hęreſis, vel hoc ſolo nomine Pſeudomartyres non iniuria cenſeri; quòd tam ſcelerata ſeditione ad lacerandam & conuellendam Petri dignitatem diuinitus ei tributam coierint, & ad extremum vitæ halitum eoſdem tam rebelles animos præfractè retinuerint: quantumuis nouus iſte Rhetor aut noſtros pro homunculis vix vita digno mortuos, aut vix tres ſuorum Pſeudomartyrum extitiſſe garriat, qui palàm de Deo impiè ſenſerint. Qua præclara excuſatione Chore olim cum ſociis non minus ſe purgare potuiſſet. Et Nouatiani, teſte Cypriano, ſimili fuco apud imperitos ſuã hæreſim tegere & extenuare conati ſunt. Quare quod Nouatianis, qui & ſuos, vt dixi, Martyres iactabant, Cyprianus; id ego Foxo, & omnibus in vniuerſum tam egregiis ipſius Confeſſoribus & Pſeudomartyribus reſponderim. *Quod verò*, inquit, *eundem, quẽ & nos, Deum patrem, eundem filium Chriſtum, eundem Spiritum Sanctum noſſe dicuntur; nec hoc adiuuare tales poteſt. Nam & Chore, & Dathan & Abyron cum Sacerdote Aaron & Moyſe eundem Deum nouerant; pari lege & religione viuentes, vnum & verum Deum, qui colendus atq; inuocandus fuerat, inuocabant; tamen, quia loci ſui miniſterium tranſgreſſi contra Aaron Sacerdotem, qui Sacerdotium legitimum dignatione Dei, atque ordinatione perceperat, ſacrificandi licentiam vindicarunt, diuinitus percuſſi, pœnas ſtatim pro illicitis conatibus rependerunt: nec potuerunt rata eſſe & proficere ſacrificia, irreligioſè & illicitè contra ius diuinæ diſpoſitionis oblata. Thuribula quoque ipſa, in quibus incenſum illicitè fuerat oblatum, ne in vſu de cetero eſſent Sacerdotibus, ſed potius indignationis & vltionis diuinæ memoriam corrigendis poſteris exhiberent, iuſſu Domini conflata, atq; igne purgata, in laminas ductiles producuntur, & affiguntur altari, ſecundùm quod loquitur Scriptura diuina: Memoriale, inquit, filiis Iſrael, vt non accedat quiſquam alienigena, qui non eſt ex ſemine Aaron, imponere incenſum ante Dominum, vt non ſit ſicut Chore. Et tamen illi ſchiſma non fecerant, nec foras egreſſi contra Dei Sacerdotes impudenter atq; hoſtiliter rebellauerant: quod nunc hi Eccleſiam ſcindentes, & contra pacem atq; vnitatem Chriſti rebelles, cathedram ſibi conſtituere, & primatum aſſumere, & baptiſandi atq; offerendi licentiã vindicare conantur.* Atq; iſta quidem Cyprianus non tam contra Nouatianos, quàm contra noſtros hodie Euangelicos accommodatiſſimè dixiſſe videtur. Neq; enim minor eſt iſtorum hodie Pſeudomartyrum ſeditio, ſed potius longè grauior atque atrocior illa Nouatia-

Chore.

Nouatiani.

Cypriani in Nouatianos ſententiam, in noſtros hodie Pſeudomartyres & Euangelicos confeſſores conuenire.

Lib. 1. Epiſt. 6. ex edit. Morel.

Exod. 28.

Nouatianorum, & quam Chore contra Moſen excitauit. Quod facile ab eo, qui ſingulorum crimina diſcutere atque ponderare nouerit, intelligetur; quantumuis eos nobis Foxus adorandos, vt nobiles Chriſti athletas, obtrudat.

Nullos Euangelicos præter Foxum & Apologeticos in Anglia agnoſcere ciuilem magiſtratum pro capite Eccleſiæ: imo Lutherum, Caluinum, & Magdeburgenſes eidem maximè aduerſari.

CAP. XLIIII. IRENÆVS.

IAM contra Foxum illud ego affirmarim, nullos Euangelicæ ſcholæ profeſſores præter Apologeticos intèro Laico hos ſummos faſces deferre. Iſte tam craſſus error illis ſolis inhæret. Ex quo quid conſequutum ſit, vides; nimirùm ab Henrico octauo, qui primus omnium Regum eos ſibi arrogauit, ad puerum, & à puero tandem ad feminam; quæ licet alioqui magnis Dei donis ſit illuſtrata, propter ſexum tamen nullo modo Eccleſiaſticæ alicuius auctoritatis capax eſt, faſces illos recidiſſe. Quanquam hîc, qua ſum ingenij tarditate, aſſequi non poſſum, quid ſit, quòd Apologetici Reginæ noſtræ Sereniſſimæ non ſupremi capitis, vt olim aliis, ſed ſupremæ gubernatricis nomen aſſentatoriè magno fuco obtruſerint: niſi fortè, qua ſunt perſpicacia, alicui, quod obuenire poſſit, incōmodo voluerint inde proſpicere: Videlicet, ne, cùm ex ſacrarum litterarum præſcripto vir ſit mulieris caput, ſi Regina aliquando ſibi maritum adſciſceret, Anglia tum duo ſimul ſuprema capita, quod monſtri eſſet ſimile, haberet. Sed futilis eſt omnis iſta prudentia, ac ridicula religio; manentibus rebus ipſis, vel potius, propter eam quam dixi cauſſam, in deterius lapſis, nomina fruſtra immutare. Quare prudentes, ac beati noſtri Martyres, ne quod euenire poſſe videbant, ad puerum in cunis vagientem, aut feminam ſummum rerum & quæſtionum Eccleſiaſticarum arbitrium deferrent; tam indignum in Chriſti mo regno ſpectaculum morte ſua cum magna pietate anteuertebant. Auſim itaque, vel reliquis per orbem Euangelicis iudicibus, cum Foxo contendere, hos Angliæ noſtræ Martyres pro ipſa Euangelica veritate mortem obiiſſe. Ex quo conſequitur, omnes illos Foxianos è verorum Martyrum albo explodendos eſſe; qui contra hanc Euangelicam veritatem Regem & Politicum magiſtratum vt fori Eccleſiaſtici ſupremum iudicem agnouerint, & in eodem errore ad mortem vſque perſeuerarint. Atque ideo hîc quidem ſic irretiti tenētur Apologetici & Foxus, vt nunquam honeſtè, non dicam, à Catholica Eccleſia, ſed neque ſuis quidem noui iſtius Euangelij magiſtris ſe explicare poſſint.

Proprius error Apologeticorum de capite Eccleſiæ.

Quid abſurdi ſit conſequutum ex eodem errore.

1. Cor. 11.

Cauſſa Martyrij Catholicorum in Anglia.

Euangelicorum ſententia contra Foxum & Apologeticos de capite Eccleſiæ.

Caluinus. Zuinglianicæ enim ſectæ Caluinus, à quo ſolo iam omnis Apologeticorum religio, ſepoſito iſto tam ridiculo errore, dependet, non minus, vt dixi, acerbè in Henricum octauum, quia hanc ſibi contra Scripturas auctoritatem inſolenter arrogauerat, quàm in Romanum Pontificem inuehitur. Lutherus. Lutherus verò quantum ab Apologeticis & Foxo hac in re diſſentiat, his verbis facile declarat: *Non eſt*, inquit, *Regum aut principum etiam veram doctrinam confirmare, ſed ei ſubiici & ſeruire.* Contra Antiscul. Louanieſes tom. 2. Quam Lutheri ſententiam Magdeburgenſes, rigidi ipſius ſatellites, & genuini, vt haberi ſe volunt, diſcipuli, mordicus ſe retinere non obſcurè indicant, dum contra politicos magiſtratus acerbiſſimè conqueruntur, quòd leges Eccleſiaſticas Clero obtrudant. Vbi inter alia his verbis vtuntur: Magdeburgẽſes. *Sint ſanè & ipſi magiſtratus membra & partes, & ciues Eccleſiæ Dei:* In præfation. Cent. 7. *imo vt ex toto corde ſint, omnes precari decet: flagrent ipſi quoque Zelo pietatis: ſed non ſint capita Eccleſiæ, quia ipſis non competit iſte primatus.* Quale eſt igitur iſtud Apologeticorum Euangelium, quod in re tanti momenti tam à Catholicis, quàm Lutheranis atque Henricus 8. Angliæ Rex bis reconciliare ſe voluit Romano Pontifici. Zuinglianis adeo diſſentiat? Certè Henricus ipſe octauus atrocitate facti ſui (in quo neminem alibi ex omnibus Chriſtianis Regibus, aut præeuntem ſibi, aut ſequentem habet) conturbatus & conterritus ſæpe eſt, conſcientia eum intus mordente; adeo vt bis tentauerit redire in gratiam cum Romano Pontifice, vt intelligitur ex concione quadam Stephani Gardineri Vuintonienſis Epiſcopi Londini habita: quanquam ille conatus non ſucceſſerit. Sed iſta de Caluino, & alia id genus diſſimulat Foxus, & propter Lambertus. ſolum Lambertum Regi iraſcitur (quem, cùm eſſet Zuinglianus, comburendum curauit) grauemque olim, ſedente pro tribunali ipſo Lamberto, ac dictante ſentẽtiam, Regi damnationem minatur. Ita vera Regis ornamenta, veramque laudem deprimit, atque vera eius crimina perfidè in laudem conuertit.

De Ioanne Fiſchero Epiſcopo Roffenſi, Thoma Moro, Carthuſianis, & aliis ſanctiſſimis viris, qui pro Catholica fide recens in Anglia morte occubuerunt: quiq; omnibus Pſeudomartyribus non opponendi modò, ſed præponendi etiam ſunt: quippe quibus ſi non numero, quem Foxus data opera verbis extenuat, certè bonitate cauſſa & meritò longè preponderant.

CAP. XLV. IRENÆVS.

NIHIL habet Henricus Rex octauus, quod ſibi à Lamberto timeat: vtinam, vtinam, nihil eſſet grauius, quod cauſſam Roffenſis. Regis apud Dei tribunal oneraret: ſed Roffenſem habet, ſed Morũ Morus. habet, ſed Carthuſianos habet, & alios ſanctiſſimos Martyres Carthuſiani.

contra ſe; quorum innocens ſanguis vereor ne vindictam apud Deum clamet. Quem illi non ſolùm vt natum, & educatum in Catholica fide, ſed proprio chirographo, eoque libro, quo ipſe præclarè prius Romani Pontificis auctoritatem vltro defenderat, ita conſtrictum atque irretitum tenent; vt nullam niſi iuſtæ pænitentiæ (quæ vtinam interueniſſet) defenſionẽ illi relinquant.

Henrici octaui liber contra Lutherum.

Neque exiſtimet Foxus ſe iſtorum poſſe Martyrium extenuare, quòd illis tam paucis opponat tot Centurias Pſeudomartyrum. Quas ita iam debilitauimus, vt ne vnus quidem ex omnibus ſectis verus Martyr relictus ſit. Nos non tam numero, quàm pondere, nec tam morte, quàm cauſſa mortis contra Foxum pugnamus. Alioqui ſi numeramus potius capita, quàm cauſſam appendimus, Anabaptiſtæ clamabunt, ſe non longè à tergo relinqui ab ipſis Zuinglianis, ac fortè, vt rationem ſuam inibunt, illos à ſe ſuperari. Verum ſi iſta ratione veram à falſa religione diſcernamus, Turcarum ſuperſtitio Chriſtianæ veritati præualebit. Plures enim, idque infinitis partibus, ex Chriſtianis ad Turcarum ſuperſtitionem, quàm ex Turcis ad noſtram religionem profugere: niſi quòd dudum opera ſanctiſſimorum virorum ſocietatis Ieſu multi Turcæ & Mahometani in numerum Chriſtianorum cooptati ſint. Vnde magna acceſſio fidei Chriſtianæ facta eſt, & maiorem indies futuram ſperamus. Sed id tamen diſſimulare non poſſumus, noſtra ætate Turcas vita potius, quàm religione ſua excidere (quemadmodum ante diximus) voluiſſe. At noſtri ſæpe extra omne mortis periculum à fide perfidè deſciuerunt, & vltro eorum religionem amplexi ſunt. Ac iam, poſtquam Lutherus Turcam decies noſtris principibus meliorem docuit, ſordeſcere cœperunt multis Chriſtiani præ eo principes. Et præ veteri Chriſtianorum ardore iam multorum animi ad Chriſtianæ religionis, & patriæ contra Turcas defenſionem planè langueſcunt. Quod faxit Deus optimus Maximus, ne, vt ſæpe aliàs, ita nunc nimis verum eſſe comprobetur, dum impiiſſimus Turca Melitenſem inſulam oppugnat, ſi nondum (quod abſit) expugnauerit. Noſtrarum certè partium eſt, quotquot hodie Chriſtiani ſumus, his, qui pro Chriſtianiſmo contra Turcam pugnant, opem, quam poſſumus, adferre: & pro eorum ſalute & incolumitate tum publicè, tum priuatim preces ſine intermiſſione ardentes fundere. Non enim tam illorum, quàm noſtra, & communis omniũ Chriſtianorũ cauſſa agitur. Sed ſi quorundã Chriſtianorum animi in hac Dei cauſſa langueſcant, id eo minus mirũ videri debet, quòd Pſeudomartyres inuicti ſint, qui præceptorem Lutherũ egregiè æmulati, nulla Chriſtianorũ arma Turcis nobis imminẽtibus opponenda; qui Rhodienſes milites, & omnia Chriſtianorum contra Turcarũ vim propugnacula, nihil aliud eſſe, quã

Martyres Catholici in Anglia ſi non numero, at pondere; ſi non morte, at mortis cauſſa omnibus Pſeudomartyrũ Foxianorum Centuriis præponderant.

Anabaptiſtæ plures numero Pſeudomartyres quã Zuingliani.

Turcæ tenaciores ſunt ſuperſtitionis ſuæ, quàm Chriſtiani ſuæ religionis.

Chriſtiani principes cur nuper cœperint Chriſtianis quibuſdã præ Turca ſordeſcere.

Melitenſis inſulæ per Turcam oppugnatio.

plantam,

Euangelici in Turcas quàm Chriſtianos propenſiores.

Criſp. lib. 5. in Claudio Moneto.

plantam, quam non plantauit cæleſtis pater, atque ideo conuellendam exiſtiment: imo Turcam plus humanitatis, quã Chriſtianos principes habere; nec debere nos in noſtris orationibus illius eſſe immemores. Atque vt ad Foxum redeam, qui numerat, non ponderat Martyres: etſi frigus noſtrorũ omni ex parte excuſare nõ poſſum; id tamẽ profiteor, cùm illi nullos habeant, nos multos habere vel in ſola Anglia Martyres. Quorum paucitatem opponimus Pſeudomartyrum illorum Centuriis; in quos illud tritũ multorũ ſermone prouerbium videtur cõuenire, *magnus malus, nullus piſcis:* opponimus, inquam, vt totidẽ gemmas, quas non quantitate, ſed præſtantia metimur. Illud etiam aſſero, Foxum in præclara iſta arithmetica à ſeipſo mendacij planè euidenter conuinci. *Vix octo*, inquit, *ex omni colluuie ita factioni ſuæ addicti, vt eius gratia mori (ſi opus ſit) ſuſtineant.* Sed ego iam ab iſto lubens diſcerem, cũ ipſe vndecim enumeret, Roffenſem videlicet, Morũ, tres Carthuſianos, Exmenium inquã, Midelmoiũ, & Nudigatũ, Forcſtũ, Pouellũ, Fetherſtonũ, Abelum, Gardinerũ, & Larkum, qui in cauſſa ſummi Pontificatus ſe morti obiecerint; cur hũc numerum manifeſta calumnia extenuet. Illud etiam quæro, cur ipſe Anglus cùm ſit, & in tali præſertim hiſtoria, quæ tota huic narrationi deſtinata eſt, principes atq; anteſignanos totius huius pro Eccleſię vnitate glorioſi certaminis, Ioannem inquam Houghtonium Londinenſis Carthuſiæ, Robertum Laurentium Carthuſiæ bellæ vallis, atque Auguſtinum Vuebſterum alterius Carthuſiæ præfectum, cũ Reginaldo ordinis Brigittani, & pio illo ſacerdote Ioanne Hailo, ſilentio penitus prætermiſerit. Hi enim omnem hunc nobilem exercitum ductant: hos alij, quos recitauimus, ſequuti ſunt. Atqui cùm Ioannem illum Houghtonium cogito, non tam hominem, quàm Angelum in humana forma intueri mihi videor: cuius eminentes virtutes, diuinas dotes, & heroicam animi magnitudinem nemo vnquàm poterit ſatis pro dignitate explicare. Ille ille hunc ſacrum chorum ducit, Ioannis illius Baptiſtæ, tum vitæ ſolitariæ, tum Martyrij laude egregius æmulator. Reginaldus non ſolùm omnibus virtutibus, ſed & trium linguarum, & rerum omnium diuinarum cognitione inſtructiſſimus fuit: vt non ſine cauſſa Deus eum in triumphalis huius exercitus ducem ſelegerit. Verum ne putes nobilium noſtrorum Carthuſianorum aciem in hoc ſolo numero conſtitiſſe. Nouem enim alij huius inſtituti, ſanctiſſimi viri (qui Londinenſem Carthuſiam incolebant) Richardus videlicet Bererus, Thomas Ionſonus, Thomas Greneus, Ioannes Danius, Gulielmus Grenuodius, Thomas Stribenius, Robertus Salreus, Gualterus Perſonus, Thomas Redingus, longo tetri carceris pædore, ſituq; toti confecti, in vinculis propter eandem cauſſam ex hac vita ad Deum migrarunt. At

Foxus.

Foxus ipſe mendacij ſe arguit.

Quot Catholicos Martyres numeret Foxus.

Catholici martyres à Foxo prætermiſſi.

Ioannes Hailus.

Ioannes Houghtonius.

Reginaldus Brigittanus.

Nouem Carthuſiani.

Guliel-

Gulielmus Herneus cum toto quadriennio in fœda illa carceris illunie ſuperſtes manſiſſet, neque quicquam de generoſa animi conſtantia remittere voluiſſet, hortendo ſupplicio affectus, Martyrij nobilem coronam promeritus eſt. Atque hi omnes, quos hactenus nominaui, præclari athletæ Londini gloriſum hoc certamen obierunt. Reliquos iam, qui paſſim per Britanniam ſtrenuè pro hac cauſſa decertarunt, non erit neceſſe curioſius inquirere. E quibus duo alij, etiam Carthuſiani, ſtatim ſe nobis offerunt, Ioannes Rocheſterus, & Iacobus Vuannerius. De ceteris duos tantum iam tibi recenſebo, Ioannem Trauerſium Theologiæ doctorem, & Ioannem Stoneum Auguſtinianum. Hic Cantuariæ martyrij corona redimitus eſt. Sed priuſquam eò peruenirer, cùm in carcere preces ad Deum fudiſſet, & triduo ſine intermiſſione ieiunaſſet, audiuit vocem, cùm neminem videret, quæ eum nominatim compellauit, & admonuit, vt forti eſſet animo, atque conſtanter mortem pro ea, quam profeſſus fuerat, ſententia ſubire ne dubitaret. Vnde ille tantum poſtea alacritatis & roboris ſumſit, vt nulla perſuaſione, terroréve à ſententia deduci ſe paſſus fuerit. Hæc ego à viro graui, & fide digno accepi, qui etiam nunc viuit, cui Stoneus ipſe ea patefecerat. Sed me iam ad ſe ipſa Hibernia vocat, quæ inter alios dedit nobis Martyrem Ioannem Trauerſium. Is quædam ſcriptis mandarat, quibus ſummi Pontificis dignitas aſſerebatur. Abreptus itaque ad tribunal, & ea de re interpellatus, nihil negauit, ſed protenſa manu intrepidè reſpondens; His, inquit, digitis iſta à me ſcripta ſunt, quorum nulla vnquam in tam bona cauſſa pœnitudo me cepit, aut capiet. Mirum dictu (ſed verum tamen eſt, ſi modò illis credendum ſit, qui ſe rei geſtæ interfuiſſe dicunt) cùm atrocia de more ſupplicia exſolueret, manuſque illa à tortore abſciſſa, & in ignem, ſpectante populo, conjecta fuiſſet, reliquam quidem manum abſumſit, ſed pollicem cum proximis duobus digitis, quorum ad ſcribendum officio vtimur, ignis, quantumuis ſæpius data opera accenſus, abſumere nunquam potuit: vt nihil iam dubitem, veriſſimam eſſe illam Bedæ de Rege & Martyre Oſuualdo narrationem. Cuius dexteram (quæ ſemper erat parata, & expoſita ad pauperum ſubſidium) integram ad ſua tempora perduraſſe tradit. Huius etiam incorruptas & ſolidas carnes ad noſtram vſque ætatem eodem tenore perſeuerantes multi, qui hodie viuunt, ſe vidiſſe conſtanter aſſerunt. Et quoniam in huiuſmodi narrationem incidi, admonendum te putaui, exſtare librum de admirandis ſignis noſtrorum Carthuſianorum, in quo multa & magna ad Catholicæ fidei & Chriſti Martyrum commendationem edita reperies. Ad eum te librum, cui hæc, quæ recenſui, adiicere poteris, iam remitto; vt

commen-

Gulielmus Herneus.

Duo Carthuſiani.

Ioannes Stoneus Auguſtinianus.

Ioannes Trauerſius Hibernus.

Miraculum de pollice et duobus digitis Trauerſi.

Lib. 3 ca. 6. hiſt. Anglic.

Miraculum de Oſuualdi Regis & Martyris dextera.

Impreſſ. Moguntiæ anno 1550. in 4.

Liber de miraculis Catholicorū in Anglia Martyrum.

commenticiis & ridiculis illis Pſeudomartyrum ſignis (quæ tantopere exoſculatur Foxus) habeas, quod opponas. Verum nihil erit opus ad miracula recurrere, ſi reliquas noſtrorum Martyrum dotes, præſertim Carthuſianorum, Mori, & Roffenſis accuratius perpendas. Erant enim certè noſtri Carthuſiani bis Martyres. Tota enim illorum vita, tanta ſeueritate tranſacta nihil aliud erat, quàm quotidianum Martyrium. Iam Roffenſis & Morus fuere duo non tam Angliæ, quàm totius Europæ lumina; alter Cleri, alter Laicorum, dignitate, doctrina, ac virtute facile princeps. Neſcio, ſi Deus poteſtatem atque optionem cuipiam feciſſet, vt ex omni Europa duos, quaſi præ ceteris egregios, qui hac pro Chriſto legatione fungerentur, eligeret; vtrum potuiſſet ſimile, ac tam nobile par reperire. Mihi verò iam, dum de his noſtris Martyribus diligentius cogito, ſingularis cuiuſdam Dei in noſtram præ ceteris nationibus Britanniam beneficij iucundiſſima ſanè quædam recordatio in animo occurrit. Quam vt præ reliquis Romani orbis prouinciis inſigni illa, quòd Chriſti fidem prima ex omnibus publicè profeſſa ſit, prærogatiua olim donauit; ita iam & alterâ hanc cumulauit; vt prima omnium celebres nobis athletas dederit, qui ſplendido ac illuſtri Martyrio Eccleſiæ in ſuo poſt Chriſtum capite vnitatem nobiliſſimè vindicarint. Neminem enim alium his antiquiorem memini me legiſſe; niſi fortè Iſidorum illum, de quo ante nonnihil dixi. Sed videtur illius cauſſa habuiſſe & alias quoque religionis noſtræ quæſtiones implicitas. Vides iam, ni fallor, præclaram illam Foxi tui de noſtrorum Martyrum numero Rhetoricam, & mendacem planè Arithmeticam. Imo hic addo, ſepoſitis his omnibus, quos nominaui, Foxum tuum facile apertiſſimi mendacij conuictum iri. Nihil hîc ego dicam de ſanctiſſimis illis ordinis minorum viris, qui religioſi ſui inſtituti obſeruantiores quàm plerique alij habentur: quos conſtat ad vnum omnes male fuiſſe tractatos, & in carcerem coniectos, quod regi Eccleſiaſticam Hierarchiam ſibi vindicanti conſentire nollent. Tu verò dum Pouellum, Fetherſtonum, & Abelum audis; admirandum quoddam illius temporis ſpectaculum in mentem reuoca. Eodem enim tempore & loco tres Lutherani, Barneſius, Garardus, ac Hieronymus propter hæreſim ignibus abſumti ſunt. Sic noua quædam & media religio inuenta eſt inter Lutheranam perfidiam, & Catholicam veritatem; quæ tum Lutheranos, tum Catholicos ex æquo perſequeretur. Sola enim Catholica fides Martyrij mater. Hæc de Martyribus noſtris veritatis tibi patefaciendæ, & Foxi redarguendi gratia diximus. Quos ſanè pro ipſa veritate, quatenus quidem ciuili magiſtratui hunc primatum deferendum negabant, mortem oppetiiſſe, ſi non Foxus & Apologetici, reli-

Carthuſiani bis Martyres.

Roffenſis & Morus duo non modo Angliæ ſed totius etiam Europæ lumina.

Singulare Dei in Britanniam beneficium.

Vide Sabellicum.

Iſidorus Martyr.

Huius Dialogi cap. 42. pag. 719.

Ordinis minorũ fratres obſeruantes.

Reginaldus Polus de vnitate Eccleſ.

Eodem loco & tempore in Anglia tres Lutherani combuſti, et tres Catholici ſuſpenſi & decollati.

qui

qui certè, tam Zuinglianici quàm Luthetanici, doctores, vt dictum eſt, non inficias iuerint. Quod ſi in illo tamen falſos fuiſſe eoſdem clamarint, quod hanc Romano Pontifici prærogatiuam tribuerint; ipſorum ora facile obturabuntur, non ſolum Catholicæ Eccleſiæ, ſed & Eraſmi, atque Pici Mirandulæ; atque adeo totius Græciæ non modò veteris, ſed & recentioris (quã iſti nobis tantopere obiiciunt) teſtimonio. Hoc dico non propter Lugdunenſem illam, de qua aliquid iam delibaui, ſed multo magis propter ampliſſimam illam Lateranenſem, atque omnium poſtremam, Florentinam Synodum. Quæ quidem concilia hanc omnem Romani Pontificis amplitudinem agnoſcunt & amplectuntur: nec non omnes Lutheri diſcipulos, quotquot peruerſæ ſententiæ obſtinatione tranſſubſtantiationem repudiarunt, Pſeudomartyrum loco habent. CRIT. Commodùm tu mihi Synodum Florentinam in memoriam vocas: qua Euangelici vnicè nituntur ad tranſſubſtantiationem ex Græcorum ſententia euertendam. Qua de re cùm de tranſſubſtantiatione ageres, interpellare te cogitabam: ſed neſcio quo modo id mihi excidit. Nunc igitur te rogo, vt hunc mihi ſcrupulum, ſi modò queas, velis eximere. IREN. Facile eum quidem exemerim: quandoquidem nulla ſit vel probabilis cauſſa, cur hac de re tibi ſcrupulus aliquis iniiceretur, aut de Græcorum hac ex parte ſententia vllus dubitandi locus exiſteret. Nam in Liturgiis Baſilij, Chryſoſtomi, atque adeo Iacobi Apoſtoli, & in ſcriptis aliorum Græcorum, præſertim Gregorij Nyſſeni, Heſychij, Cyrilli, Procli & Germani Conſtantinopolitanæ vrbis Epiſcoporum, Ioannis Damaſceni, Theophylacti, Enthymij Zigabeni, Samonæ Gazenſis, Nicolai Methonenſis Epiſcopi manifeſta in promtu ſunt huius veritatis teſtimonia. In Lateranenſi autem Synodo hæc res tanta perſpicuitate explicatur, vt nulla tergiuerſatione eludi poſſit. Huic enim Synodo Conſtantinopolitanus & Hieroſolymitanus per ſe, Alexandrinus & Antiochenus Patriarchæ, atque adeo ipſe Imperator per legatos ſuos interfuerunt. Quare communem hanc fuiſſe totius Eccleſiæ tam Latinæ, quàm Grææ fidem, nemo vnquam, niſi impudentiſſimus, inficiari poterit. Vnde minus iam de Græcis in Florentina Synodo laborandum eſt, ſiue conſenſerint, ſiue diſſenſerint. Sed quis eos à tanto præeuntis Eccleſiæ conſenſu receſſiſſe vnquam crederet? aut, ſi receſſerint, non deplorandos potius, quàm imitandos arbitraretur? Atqui illi minimè certè receſſerunt. Nam præterquam quòd Ioſephus Cõſtantinopolitanus Patriarcha moriturus, ſcripto complexus ſit fidem ſuam, quam dicebat per omnia cum Romana fide congruere; præterquam quòd in eadem Synodo fidei Catholicæ capita quædam tradita ſint Armeniis, in quibus de hac re

Græcorum de tranſſubſtantiatione ſententia.

Heſychius in Leuit lib. 2. cap. 8. Cyril. ad Caloſyriũ. Damaſcenus lib 4. ca. 14. de orthodox. fide Theophylact. in Matt. & Marc. Euthymius in Matth. cap. 64.

De ceteris vide Liturgias nuper editas.

Synodus Lateranenſis.

Synodus Florentina.

Tom. 3. concil. pa. 474. & 506.

hac re aperta fit mentio, Marci Epheſini, Beſſarionis, & aliorum Græciæ Epiſcoporum, qui Synodo interfuerant, clara & perſpicua ſententia cùm in ipſorum libris, *tum in actis Synodi conſpicitur. Neque vlla quidem fuit inter Latinos & Græcos de veritate tranſſubſtantiationis, ſed quibus illa verbis efficeretur, quæſtio. Quam non ſolis Chriſti verbis, ſed orationibus quoque Sacerdotis effici, Marcus Epheſinus cum aliis recentioribus contra Latinos contendebat. Quos Beſſarion & ipſe Græcus confutat: & ait, omnes doctores tam Græcos quàm Latinos in hoc conuenire, vt ſacroſanctis Domini verbis myſterium conficiatur. Sed de hac quidem Græci nihil cum Latinis (cum quibus & de præſentia corporis Chriſti in Euchariſtia, & de tranſſubſtantiatione conueniebant) diſceptare voluerunt; prætexentes, quòd eius rei nullum à ſuis mandatum accepiſſent. C R I T. Si vera ſunt, quæ mihi de Græcorum in concilio Florentino ſententia & conſenſu commemoraſti, miror ſanè, qua frõte auſi fuerint, qui profeſſionis Euangelicæ patroni ſunt & defenſores, cum de tranſſubſtantiatione agitur, vllam Synodi Florentinæ mentionẽ iniicere; qua tantum abeſt, vt Romanæ Eccleſiæ de tranſſubſtantiatione dogma aliquo modo ſubuertatur, vt multo magis inde confirmetur. I R E N. Sunt profectò veriſſima. C R I T. Sed quæſo, ſi non ſit tibi moleſtum, audiam concilij Florẽtini hac de re verba. I R E N. Non poteſt eſſe mihi moleſtum, quod tibi ſit vlla ratione gratum & vtile. Verba concilij Florentini hæc ſunt: *Tertiũ eſt Euchariſtia Sacramentum, cuius materia eſt panis triticeus, & vinum de vite, cui ante cõſecrationem aqua modiciſſima admiſceri debet. Forma huius Sacramenti, ſunt verba Saluatoris, quibus hoc conficitur Sacramentum. Nam ipſorum verborum virtute, ſubſtãtia panis in corpus Chriſti, & ſubſtantia vini in ſanguinẽ conuertuntur. Ita tamen, quod totus Chriſtus continetur ſub ſpecie panis, & totus ſub ſpecie vini. Huius Sacramẽti effectus, quem in anima operatur dignè ſumentis, eſt adunatio hominis ad Chriſtũ.* An hæc verba non videntur tibi ſatis aperta? At hęc eadẽ illa ſunt, in quæ Armeni cõſenſerunt. C R I T. Neſcio quibus verbis manifeſtioribus res iſta explicari poſſit. Cauebo igitur mihi in poſterũ ab iſtiuſmodi hominibus, qui tã mala fide res religionis tractant; nec illis fidẽ adhibebo, niſi cõperta mihi narrauerint. Sũ toties ab eis deceptus, vt iã tandẽ, queadmodũ ictus piſcator, incipiã ſapere. Verũ nũc tẽpus eſt, vt eò vnde mea cauſſa digreſſus es, redeas: & quod dicturus eras, ſiue de Euãgelicis, ſiue de veſtris Martyribus dicas. I R E N. De Pſeudomartyribus Euangelicorũ iam mihi videor ſatis, & fortaſſe nonnullis videbor nimis multa dixiſſe; de noſtris verò etiamſi pauca dixerim, ea tamẽ pro præſenti inſtituti ratione abundè ſufficere poſſunt, tam ad inſignẽ Foxi vanitatem redarguendam, quã ad veram Martyrij laudem ipſis aſſerendam.

Vide Liturgias nuper à Morelio editas.

**Vide prædictam. pag. 474.*

Beſſarion.

Ibidem.

Seſſion. 15.

Nam

Nam ex iis, quæ diſſeruimus, te fugere non poteſt, Foxianos illos, ſiue quoſcunque alios eiuſdem farinæ, qui ſiue quòd à Romano Pontifice militantis hic Eccleſię capite deſciuerint, & ſummam eius in rebus Eccleſiaſticis auctoritatem agnoſcere nullo modo voluerint, ſiue quòd Orthodoxam Catholicæ religionis de tranſſubſtantiatione in Euchariſtiæ Sacramento fidem retinere præfracto animo abnuerint, vitam cum morte commutarunt; totius tam Græcæ, quàm Latinæ Eccleſiæ teſtimonio inter Pſeudomartyres eſſe reiiciendos. Vnde etiam conſequitur, eos, qui potius quàm ab vnitate capitis Eccleſiæ diuelli ſe paterētur, capitis ſupplicium ſubire, & crudeliter mactari maluerunt, ad eorum numerum iure optimo aggregandos eſſe, qui, quòd fidem omnino Chriſtianam ore confeſſi fuerint, & ſchiſmati ad ſanguinis vſque ſui effuſionem reſtiterint; ab Eccleſia Catholica pro veris martyribus celebrantur. Noſtrorum igitur nobilium Martyrum tam generoſum pro tota Chriſti Eccleſia, cuius ſalus in præſidis ac Pontificis ſui dignitate pendet, certamen ego cum optimo quoque vnicè, vt par eſt, admiror & ſuſpicio. Quorum pro patria ſua ardentibus ac continuis precibus, præſagit mihi animus, futurum, vt Deus miſericordiæ ſuæ oculis Angliam noſtram (vt nihil grauius dicam) degenerem, & heu quantum à priſtina pietate mutatam, aliquando reſpicere, & ad Catholicæ Eccleſiæ vnitatem reuocare velit, acri pœnitentia, quicquid admiſſum eſt, expiaturam.

Duo teſtimonia Gregorij primi, quibus demonſtratur veros Martyres eſſe in ſola Catholica Eccleſia. Peruerſa Magdeburgenſium interpretatio alterius teſtimonij.

CAP. XLVI. IRENÆVS.

IAM mihi videor de tota hac Pſeudomartyrij cauſſa abunde tuo deſiderio ſatisfeciſſe. Ad quam abſoluendam, vnum aut alterum Gregorij, cuius præ ceteris apud Anglos meos auctoritas grauis eſſe debet, teſtimonium adiiciam. Is ſententiam illam

Iob cap. 28. & lib. mor. 18. beati Iob; *Auro locus eſt; in quo conflatur*; eleganter, & ad cauſſam hanc omnem accommodatè explicat. *Quo in loco* (inquit Gregorius) *poteſt conuenienter intelligi, vt de ſua haeretici increpari ſtulta paſſione videantur. Nam ſæpe pro Ieſu Chriſti Domini, ac redemtoris noſtri nomine multa patiuntur, ſeſeq́; eiſdem paſſionibus eius fieri Martyres ſperant. Quibus ſancti viri voce nunc dicitur: Auro locus eſt, in quo conflatur. Nam iuxta hoc, quod iam & ante nos dictum eſt, quiſquis extra vnitatem Eccleſiæ patitur, pœnas pati poteſt, Martyr fieri non poteſt; quia auro locus eſt, in quo conflatur. Quid itaque ad hæc haeretici dicitis?* Con-

Auro locus eſt in quo conflatur.

Hæretici pœnas pati poſſunt, Martyres eſſe nequeunt, quia extra vnitatem Eccleſiæ ſunt.

 flari per

flari per afflictionem carnis, vel etiam per Martyrium vultis, ſed locum,in Sola Eccleſia lo cus eſt, in quo aurum cõflatur. *quo debeatis conflari, neſcitis. Audite, quid ſancti prædicatoris voce dicitur; Auro locus eſt, in quo conflatur. Hunc ergo conflationis locum quærite, hanc fornacem, qua aurum aptè purgari valeat, inuenite: vna eſt Eccleſia, in qua qui conflari voluerit, ab omni etiam poterit ſorde peccatorum purgari. Si quid pro Deo amaritudinis, ſi quid tribulationis extra hanc Eccleſiam ſuſtinetis, incendi tantummodò poteſtis, non purgari. Huius autem conflationis ignis, qui extra Catholicam toleratur Eccleſiam, quàm nullius virtutis ſit, Paulus Apoſtolus inſinuat: ſi tradidero* Caritas. *corpus meum, ita vt ardeam, caritatem autem non habeam, nihil mihi prodeſt.* Hæc Gregorius. Et alia quædam alibi in eandem planè 1. Cor. 13. ſententiam, ad Epiſcopos quoſdam Hiberniæ, à fide aberrantes, & perſecutiones tamen ſuas iactantes, olim reſpondit: *Prima,* inquit, *epiſtolæ veſtræ frons grauem vos pati perſequutionem innotuit. Quæ quidem perſequutio dum non rationabiliter ſuſtinetur, nequaquam* Gregor lib. 2. Epiſt. 36. *proficit ad ſalutem. Nam nulli fas eſt, retributionem præmiorum exſpe-* Cyprianus. *ctare pro culpa. Debetis enim ſcire, ſicut beatus Cyprianus dixit, quia Martyrem non facit pœna, ſed cauſſa. Dum igitur ita ſit, incongruum nimis eſt, de ea, quam dicitis, perſequutione gloriari, per quam vos conſtat ad æterna præmia minime prouehi. Reducat ergo caritatem veſtram tandem integritas fidei ad matrem, quæ vos generauit, Eccleſiam; nulla vos animorũ intentio à cõcordia vnitate diſſociet, nulla perſuaſio repetendo vos* Magdeburgenſes quàm peruerſè Gregorij teſtimonium torqueant contra primatum. *à recto itinere defatiget.* Hæc Gregorius. Atque iſta non tam maioribus ſuis, quàm ſibi hodie Hiberni, atque etiam Apologetici à Gregorio Angliæ Apoſtolo dicta exiſtiment. Hunc vero Gre- Cent 6. ca. 7. pag 440. gorij locum Magdeburgenſes, quo ſolent acumine, & qua fidei integritate, ad Romani Pontificis poteſtatem oppugnandam arripiunt. Quaſi eo ſæculo Hiberni eum non agnouerint, quòd eos, cũ eſſent Acephali & Chalcedonenſis Synodi contemtores, conatus ſit ab hoc errore abducere. Atqui vt vera Martyria, ita ſanè & vera miracula in ſola Eccleſia contingunt. Cuius generis vt omnes ſectæ ne vnum quidem edere poſſunt; ita Catholica ſemper Eccleſia ad noſtra vſque tempora eiuſmodi abundauit: imo ne nunc quidem eiſdem deſtituitur. Quæ te ſatis ex priore noſtra oratione ſcire exiſtimo.

Explicatur qualis ſit Euangelicæ Eccleſiæ forma. Teſtimonia quædam D. Auguſtini, quibus mentes infirmiorum & nutantium in periculoſis ſchiſmatum temporibus corroborentur. Orationibus magis quàm diſceptationibus contra hæreticos agendum.

CAP. XLVII. CRITOBVLVS.

ABEANT, atque faceſſant iam mihi Lutheranorum, Zuinglianorum,

glianorum, & omnium ſectarum, atque adeo glorioſa iſta Pſeudomartyrum nomina: inter quos nihil video ordine, conſtanter, aut rectè fieri. Accuratius igitur hodiernam iſtam tuam apud me orationem perpendenti videtur mihi omnis iſta Euangelica Eccleſia inſtar nauis, quæ mari validis ventis ac turbulentis agitato huc & illuc iactatur, tetra quadam caligine cælum obducente, illis interim, qui in eadem nauigant, atrociter inter ſe tumultuantibus, & horrendis clamoribus ac perturbationibus omnia replentibus; ita vt nec quiſquam ſit magiſtro nauis dicto audiens; nec officio atque muneri, cui addictus eſt, animum intendat. Aut vt verius dicam, videre mihi videor, non, vt in fabulis eſt, exercitum è ſerpentum dentibus repente natum, qui mox ſe mutuis vulneribus confecerit; ſed, quod in ſacris litteris eſt, Madianitas, Amalachitas, & Philiſtæos, dum Iſraëlem, id eſt, Catholicam Eccleſiam, oppugnare cogitant, arma in ſeipſos conuertere, mutuiſque inter ſe vulneribus concidere: vt quod olim de Gedeone dictum eſt, *gladius Domini & Gedeonis*, iam de Catholica Eccleſia dicatur: *gladius Domini & Catholicæ Eccleſiæ.* Videor mihi videre Babylonicam hanc turrim per Euangelicos arroganter conſtructam, propediem, diſperſis vanis & inſolentibus ædificatoribus, collapſuram. Quorum Deus linguas ita iam confudit, vt nemo ſocium hodie intelligat. Hæc cum ego quaſi præſentia videre mihi videar: vix credas, quàm ab hac diſſidij ſchola abhorreſcam: à qua eo ſum animo alieniore, quo magis hoc paucorum dierum colloquio effeciſti, vt mihi perſuaderem, hanc veſtram eſſe Catholicam, eſſe veram, & Apoſtolicam Eccleſiam, quæ ſola omnes hactenus ſectas confecit, & iſtas hodie aliquando conficiet. Quare ego iſtos Euangelicos deinceps non pro Martyribus, ſed pro Pſeudomartyribus potius habiturus ſum; quantumuis eos Criſpinus & Foxus totis libris ornent, & Adrianus veteribus eos Martyribus coniungere conetur; aut ipſi ingenti clamore vociferentur, ſe nihil affirmare, quod non hauſerint ex veterum Martyrum libris, ac dicta & teſtimonia eorum aceruatim proferant; atq; ideo iniquo iudicio ſanguinem ſuum exſorberi clamitent. Quare felicem & ter beatum me planè confiteor, cui his paucis diebus clariſſimam Catholicæ veritatis lucem prætuliſti, ignorantiæque meæ tenebras diſpuliſti; quibus ego te totum prius circumfuſum exiſtimabam. Quod ſi quæ forte adhuc in poſterũ difficultates ſiue in Scripturis ſiue Patribus occurrerint, de iis te conſulam. Interea vero temporis, Deo primum, deinde tibi, quantas mens mea complecti poteſt, gratias maximas ago, quòd me longius aberrantẽ in viam reuocaris, & ad illa antiqua tua in me ſemper beneficia hoc tantũ, omniumq;, quod mihi vnquam contingere poterat, maximum adieceris.

Forma Euangelica Eccleſia.

Iud.7.
1.Reg.14.

Turris Babylonica Euangelicorum.

IREN. Neq; ſanè mihi his multis annis iucundius accidit quicquam, quàm quòd te hodie Catholicæ fidei reſtitutum videam. Nec dubito, quin ex hac animi tui ad Orthodoxam fidem conuerſione maiorem indies voluptatem ſis capturus: cui mea, ſi qua in re vſui eſſe, aut ſanctas iſtas tuas cogitationes prouehere poterit, opera nunquam defutura eſt. Quare ſi quid poſthac emerſerit, quod ſcrupulum tibi quoquam modo iniiciat; dabo operam, vt is quam primum eximatur. Nunc vero priuſquam diſcedo aduerſus omnes, quæ incurrere, negotiumq; tibi aliquod faceſſere, & animum tuum conturbare poſſint, hoſtiles incurſiones quodã quaſi ſatellitio, nõ alio certè quàm quo vſus eſt ſanctiſſimus & doctiſſimus pater Auguſtinus, te præmuniam. *Ego,* inquit ille, *etſi refellere iſtorum argumenta non valeam: video tamen inhærendum eſſe his, quæ in Scripturis ſanctis ſunt apertiſſima.* De quibus dicit *plura ſe neſcire quàm ſcire*; quantumuis noui noſtri Euangelici, neſcio quibus Lynceis oculis in abditiſſima quæque ſe penetrare poſſe putent; nihilque eſſe in illis, quod legenti ſtatim non ſit obuium, & expoſitum ad intelligendum. Idem alibi: *Id,* inquit, *ſit cura ſecura vocis aſſerere, quod in gubernatione Domini Dei noſtri, & Saluatoris Ieſu Chriſti vniuerſalis Eccleſia conſenſu roboratum eſt.* Ac rurſus; *hunc,* inquit, *ſermonem videant, quàm ſecurus aggrediar, ſi aſſequi & oſtendere non potuero, quo modo refellantur ea, quæ de Concilio Cypriani vel Epiſtolis eius affirmant, Chriſti baptiſmum per hæreticos dari non poſſe; in Eccleſia manebo ſecurus, in cuius communione cum eis, qui ſibi non conſenſerant, manſit ipſe Cyprianus.* Sed vt tandem finem dicendi faciam, ſi his vnum aliud Auguſtini teſtimonium adiecero, te dimittam. *Quamuis,* inquit, *huius rei certè de Scripturis Canonicis non proferatur exemplum: earundem tamen Scripturarum etiam in hac re à nobis tenetur veritas, cum hoc facimus, quod vniuerſæ iam placuit Eccleſiæ, quam ipſarum Scripturarum commendat auctoritas: vt quoniam ſancta Scriptura fallere non poteſt; quiſquis falli metuit huius obſcuritate quæſtionis, eandem Eccleſiam conſulat, quam ſine vlla ambiguitate ſancta Scriptura demonſtrat.* Non debemus itaque à Catholicæ Eccleſiæ fide ideo diſcedere, quòd in Scripturis aut patribus aliquid aliquando ſe offerat, quod nodum difficiliorem habere videatur, quàm vt nos commodè poſſimus eum diſſoluere: aut quòd palam cernamus Euangelicorum pertinaciam nullis aut libris, aut diſputationibus, imo nec vllis, quamuis acerbiſſimis, ſuppliciis frangi poſſe. Contra quos ego *Orationibus* magis, quàm *diſputationibus* pugnandum cenſeo: quemadmodum olim de Pelagianis ſcripſit Auguſtinus. CRIT. Opportunè tu quidem hac de re me admonuiſti. Video enim hanc tuam admonitionem cum aliis hodie, tunc mihi maximè neceſſariam, &, cui in omnibus accuratè pa-

Auguſtini teſtimonia, quibus confirmentur eorum animi, qui in fide Catholica vacillant.

De peccat. merit. & remiſſione lib. 3. cap. 4. tom. 7.

Epiſtola ad Ianuarium 119. tom. 2.

Auguſtini & Euangelicorum diſsimilitudo.

De baptiſ. contra Donatiſt. lib. 7. ca. 53. tom. 7.

Adhærendum ſemper Catholicæ, Eccleſiæ, & ad eam tanquã ad ſacram anchoram confugiendum.

Lib. 3. cap 2. de baptiſm. contra Donatiſt. tom. 7.

Lib. contra Creſcen. 1. ca. 33. tom. 7.

Cum hæreticis non tam diſputationibus quam orationibus agendum.

De natura & gratia ca. 25. tom. 7.

reatur,

reatur, digniſſimam. Quare pro virili enitar, ne ſurdo cecinisſe fabulam videare. IREN. Id ſi feceris, erit & tibi vtiliſſimum, & mihi longè gratiſſimum. Nunc, quia aliò me negotia vocant, te miſſum faciam mi Critobule. In Catholicæ igitur Eccleſiæ vnitate viue, vale, flore. CRIT. Et tu etiam, optime Irenæe.

FINIS DIALOGI SEXTI ET VLTIMI.

GRATIAS TIBI DOMINE IESV.

PERFICE GRESSVS MEOS IN SEMITIS TVIS, VT NON MOVEANTVR VESTIGIA MEA.

A. H. L. N. H. E. V. E. A. C.

INDEX EORVM, QVAE HISCE DIALOGIS CONTINENTVR.

A.

ABbas Vrſpergenſis pag. 296. quid de Synodo Francofordienſi ſcripſerit. 403. Abbatis verba de illa Synodo expenduntur, & à quodam impoſtore corrupta oſtenduntur. 408.
Abdiæ hiſtoria. 127.
Abel, Eſaias, & alii in veteri teſtamēto quo modo dicendi Martyres. 586.
Acepſemas cur Epiſcopatum non recuſarit. 201.
Acclamatio populi Romani ad Caroli Magni inaugurationem. 471.
Accuſatio Magdeburgenſium in Theodoretum. 279.
Acta Chalcedonenſis Synodi ſingularem quandam Romanæ ſedis auctoritatem præ aliis oſtendunt. 17.
Actonus cur duplici ſupplicio affectus. 611. idem perduellionis & hæreſeos reus. 612, 613.
Adam ab imperio Dei recedens, ſui ipſius imperium amiſit. 652.
Adamitæ in Bohemia nudi incedebant. 553. & noſtro tēpore in Hollandia. ibi.
Ado Viennenſis quid de Ludouico Caroli Magni filio ſcripſerit. 407. idem quid de imaginibus. 420.
Adonis ſcripta corrupta, & varia in collectio. eius verba de Pſeudoſynodo expenduntur. ibid.
Adonidis apud Ethnicos cultum, exemplum fuiſſe ſollennis celebritatis in feſto Reſurrectionis Chriſti, impiè aiunt Magdeburgenſes. 336, 358.
Adoratio duplex. 390. eiuſdem varia genera. 454.
Adorate in monte quid ſit ex Auguſtino. 459.
Adorate ſcabellum pedum eius: & adorate in monte ſancto eius, explicantur. 458.
Adrianus Imperator templa ſine ſimulacris fieri iuſſit. 322.
Adriani templa nihil adiuuare cauſſam Iconomachorum, & cur ea ſine ſimulacris fieri iuſſerit. 324.
Adrianus à Quadrato, Ariſtide & Serenio perſuaſus, Chriſtianos perſequi deſiit. ibid. Idem Iudæis infeſtus. ibid. eius modeſtia. 456.
Adrianus Papa Pſeudocaroli librum confutauit, & Nicænam Secundam Synodum confirmauit. 405, 406. eius teſtimonium de ineptiis illius libri. 457.
Adriani ſepulcrum à Carolo Magno epitaphio ornatum. 443.
Adriani pro imaginibus argumentum à Caluini calumniis aſſeritur. 445.
Adriani ſolius verba Caluinus pluribus falsò attribuit. 446.
Adriani Epiſtola pro imaginibus, quorum patrum auctoritate ſit fulta. 447.
Adrianus Germanus Pſeudomartyrologii cōſarcinator. 584. eius methodus in ſcribendo & verſutia. ibidem. eius cōmenta refelluntur. 585.
Adumbratio Monaſticæ vitæ in veteri teſtamento. 137.
Aegyptiorum litteræ Hieroglyphicæ. 448
Aegrotorum ſanatio ad ſepulcra Martyrum. 257.
Aërius primus omnium docuit oblationes & preces viuorum pro defunctis vanas eſſe. 226.
Aeneæ Siluii opera nuper Baſileæ parum integra fide edita. 107.
Aeneæ Siluii manifeſtus error. ibid. eius ſententia de coniugio Sacerdotum. ibi.
Aeneæ verba reuocantis ea quę minus cōſideratè contra ſedem Apoſtolicam olim ſcripſerat. ibid.
Aetas Eccleſiæ virilis quæ, & affecta. 703.
Aethiopia primatum Romani Pontificis agnoſcit. 199. 677.
Africana Synodus vniuerſalis Epiſcopi nomen Romano Pontifici non ademit. 24.
Africani patres, omnes grauiores cauſſas ad Romanum Pontificem referendas cenſuerunt. 30.
Africanorum Anathema in eos, qui negant baptiſmi neceſſitatem. 67.
Africanorum canones ab Apologeticis deprauati. ibid.
Agathonis Epiſtolā aduerſus Monothelitas ſexta Oecumenica Synodus vtebatur. 21.
Albanus Protomartyr Angliæ. 503.
Alcibiadis Martyris ieiunium expēditur. 585.
Aleonora ob Magicas artes in exſilium deportata. 610.
Alexandri Pontificis decretum de calice aqua temperando. 75.
Alexander Epiſcopus Cæſareæ Hieroſolymā religionis ergō proficiſcitur. 331.
Alexander Seuerus Chriſti Imaginem in
larario

lirario habuit. 324.
Alexij h ſtoria. 129,130,171.
Alexij & Malchi hiſtoriā nemo ante Magdeburgenſes calumniatus eſt. 167.
Alias eſſe Epiſcoporum, alias ciuilis magiſtratus partes in Concilio. 21.
Aliquod eſſe opus bonum, quod non ſit à Deo mandatum. 144.
Alius honor Chriſto, alius Sanctis tribuitur. 235.
Alphonſi Congorum Regis miraculoſa victoria. 398.
Altaria ante Chryſoſtomi tempora in Britannia fuerunt. 300.
Ambitio noſtri ſæculi. 200.
Ambroſius eiuſdem criminis cum Cornelio ab hæreticis inſimulatur. 74. defenditur. 75.
Ambroſii teſtimonium pro continentia Sacerdotum. 118. pro inuocatione Sanctorum. 224. de miraculis Geruaſii & Protaſii. 261.
Ambroſii apparitio à Paulo Oroſio conſcripta. 250.
Ambroſii oratio de obitu Theodoſii Magdeburgenſibus ſuppoſititia, & cur. 328.
Ambroſii ſententia de adoratione Crucis explicatur. 415.
Amon Aegyptius continentiæ laude inſignis. 163.
Amonij factum in Epiſcopatu recuſando ponderatur. 200.
Amplitudo Romani Pontificis in Synodo Chalcedonenſi. 20.
Anabaptiſtæ Bernardi ſæculo magna obſtinatione ad mortem currebant. 553, 554.
Anathema Lutheri in Apologeticos & Caluiniſtas. 600.
Anathemata à Nicæna ſecunda Synodo Iconomachis dicta. 393 411.
Anatolius Conſtantinopolitanus Epiſcopus Leoni Pontifici Rom. cedit, & culpam immoderatæ ambitionis fatetur, ac deprecatur, quod proximum Romanæ ſedi locum ſibi vindicabat. 20.
Anatolius Burdegalenſis. 134.
Anconæ duo miraculoſè ſanati. 306.
Annuli à regibus Angliæ conſecrati valent contra comitialem morbum. 311.
Andreas Coloſſenſis Epiſcopus Concilio Florentino interfuit. 63.
Angelus cur ſe adorari à Ioanne prohibuerit. 238.
Angelorum varia munera. 244.
Angli cuiuſdam inepta interpretatio in illa verba D. Petri, *Regem honorificate*. 98.
Angli quando ad fidem conuerſi. 363.
Angliæ Regina Crucem in aulæ ſuæ Baſilica, quantumuis reclamantibus Euangelicis, retinet. 363, 417.
Angliæ regina Græcè & Latinè docta. 525. eius lenitas & clementia. 729.
Animi interior affectus in ipſum ſæpe corpus redundat. 1.
Annam viduam Monachi æmulantur. 179.
Anſelmus Ryddus. 413.
Antichriſti præcurſores Lutherus & Zuinglius. 692.
Antiochenus Patriarcha Romanæ ſedis eminentem auctoritatem agnoſcit. 677.
Antiquiora Sigeberti exemplaria nullam de Ioanne fœmina narrationem complectuntur. 36.
Antonius Eremita. 132. eius miracula. 173. inedia & vigiliæ. 180.
Antonius etiā in ſolitudine viuens quàm notus & illuſtris fuerit. 182. à Dæmone cæſus. 180.
Antonij fama per totum orbem diſſipata. 181.
Antonij Perſoni Angli de verbis Chriſti, *Hoc eſt corpus meum*, interpretatio. 591.
Apelles Monachus, & eius miraculum. 128.
Apologia Eccleſiæ Anglicanæ. 2.
Apologia Anglicana venenum melle tinctum. 2.
Apologiæ Anglicanæ elogium. 617.
Apologiæ Anglicanæ falſa dogmata enumerantur. 521.
Apologeticorum ad confirmationem erroris ſui ementitum ex Socrate teſtimonium. 10.
Apologetici nullis teſtimoniis cōfirmant, quæ de Ioanne fœmina exprobrant. 35.
Apologetici in eo turpiſſimè offenderunt, quod Romanæ Eccleſiæ vitio vertunt. 39.
Apologetici legem de cælibatu doctrinam Dæmoniorum appellant. 105.
Apologetici ſcientes & prudentes ſummam rerum Eccleſiaſticarum fœminæ obtruſerunt. 38, 334.
Apologeticorum cantio de indictione Cōciliorum callida & iniuſta. 54.
Apologeticorum odium in ſedem Apoſtolicam. 55.
Apologetici Regum etiam iura tacitè cōuellunt. ibid.
Apologetici quid moliantur, dum Cæſari & aliis Regibus ius Concilij indicendi deferunt. ibid.
Apologetici ſomniant ſe vetuſtatis ſtudioſos, cum eam maximè oppugnant. 66.
Apologetici quibus Cypriani verbis Romanum Pontificem oppugnent, & eum officij

officij ſui vt graues cenſores admonere videri velint. 81. ſuis ex Cypriano telis cuſtodiuntur 96. nullas poſſunt oſtendere radices & origines legitimæ ſucceſſionis in Eccleſiis ſuis. 102. ad Sacerdotum ſcortationes ſtabiliendas teſtimoniis, quę non exſtāt, abutuntur. 107. Bernardum fraudulenter citant nullo ipſius nominato libro. 245.
Apologetici verbis Hieremiæ de Idolis & diis Gentium aduerſus honorem Sanctorum impudenter abutuntur. 242. & Catholicos tam ſtupidos fingunt, vt præ multitudine Sanctorū neſciant, ad quē ſe potiſſimum conuertere debeant. ibidem.
Apologetici quàm integram Cōfeſſionem fidei ſuæ reddiderint. 439
Apologeticorum nouum de Carolo Martello ad imperium euecto commentum. 470.
Apologeticorum de immutatione religionis in Anglia inſigne mendacium. 485. Iidem Pſeudoſynodi Francofordienſis exemplo abutuntur ad oſtendēdum parem eſſe auctoritatem Oecumenicæ & priuatę Synodi. 473. iniqua eorum querela & mendacium de paucitate patrum Tridentinorum. 487.
Apologetici auctoritate Epiphanij abutuntur contra Imagines, & quàm bellè conueniant cum Epiphanio in dogmatis ſuis ſtatuendis. 488, 489.
Apologetici in Reginam contumelioſi. 524. eorum inanis gloriatio de numero Pſeudomartyrum ſuorum. 535. refellitur. 573. eorum ridicula oratio de baptiſmo infantium. 577.
Apologetici Lutheranos & Zuinglianos amicos & fratres inter ſe fingunt. 589. media via inter Tigurinos & Caluinum incedunt. 594. cur non ſint auſi rem illam vnam nominare, de qua altercantur Zuingliani & Lutherani. ibid. fraudes Arrianorum imitantur. 595. de Euchariſtia loquuntur in eum ſenſum, quem Lutherus damnat. 600.
Apologeticorum mendacia ſplendida. 26, 27, 40, 67, 242, 439, 483, 487, 588, 589, 628, 631. & alibi paſſim.
Apologeticorum impudens calumnia in Staniſlaum Hoſium. 627, 628. retunditur in ſequentibus. Quàm inſulsè & malitioſè ei obiiciant, quòd in perſona aliorum eſt loquutus. ibid. eorum calumnia in Lutherum appoſitè quadrat. 630. alia calumnia de exuſtis ſacris libris refellitur. ibid. patrum ſcripta perfidè & truncatim citant. 642.
Apologeticorum calumnia in Catholicos de Origene corrupto refellitur. 644. eorum veſtis candida à Luthero denigrata. 656. glorioſa de ſuo Euangelio iactatio. 679.
Apologeticorum proprius error de capite Eccleſiæ. 729.
Apoſtatarum noſtri temporis grauius crimen, quàm Ananiæ & Saphiræ. 143. eorum impudica vita. 144.
Apparitio Chriſti, Martyrio, Gregorio, Petro, & Martino. 182.
Apparitiones Sanctorum contra Magdeburgenſes defenduntur. 248. non ſemper priuatas fuiſſe. 254.
Apparitio Coſmæ & Damiani. 302. & B. Mariæ ad Regem Cubæ. 313.
Apparitio Ambroſij à Paulo Oroſio conſcripta. 250.
Appellatio ad Romanum Pontificem cur ſemper habita ſit æquiſſima. 46.
Appellationes ad Romanum Pontificem cuiuſmodi improbauerit Cyprian⁹. 86.
Aquam conſecrandi ritum Magdeburgenſes non Alexandro, ſed Ethnico alicui Pontifici tribuendum exiſtimāt. 11. 12.
Aquæ luſtralis vis admiranda. 13.
Aqua efficax aduerſus ægritudines è tumulo Euſtochiæ profluens. 317.
Aquileienſem Synodum, & Ambroſium, quibus Apologetici ſe muniunt, maximè eis aduerſari. 474.
Arcadio Imperatori ſacris interdixit Innocentius. 42.
Archebij pietas in matrem. 193.
Architecti Expoſitionis Catholicæ. 464.
Ardens cuiuſdam ad Confeſſionem zelus. 215.
Arelatenſis Synodus ſecunda. 118.
Argumenta Magdeburgenſium ex Cypriano contra Romani Pontificis auctoritatem. 80.
Argumenta Magdeburgenſium & Apologeticorum contra inuocationem Sanctorum. 220, 221.
Arrianorum in Catholicos & Nicænos canones ingens odium. 34.
Arriana hæreſis latius propagata quàm Lutheranica. 631.
Ariſtides luculentam orationem pro Chriſtianis ad Imperatorem habuit. 324.
Armeni Patriarchæ ſui confirmationem à Romano Pontifice petunt. 677.
Arnobius Petrum Epiſcopum Epiſcoporum appellat. 99.
Arnobij ſeu potius Minutij Felicis ſententia de Cruce explicatur. 349.
Arthurus Rex Britanniæ, & quæ mendacia de eo ſcriptis mandentur, quæ Magdeburgenſes

burgenſes vt oracula colunt. 497.
Aſpidem miræ magnitudinis puer 12. annorum in via apprehendit, & domum illæſus portauit. 175.
Aſſertio Catholicorum de primatu Petri. 84.
Aſſyriorum Patriarcha Abdiſu Romam ipſe venit, vt à Pio quarto Pontifice cōfirmaretur. 677.
Athanaſij præclara in principes ſententia, qui rebus Eccleſiaſticis ſe immiſcent, & ius ſibi Conciliis præſidendi arrogant. 24.
Athanaſij & aliorum patrum ſcripta Liberium à fide non deflexiſſe oſtendunt. 40.
Athanaſius legitima Iulij auctoritate in Epiſcopatum reſtituitur. 43.
Athanaſium auctorem hiſtorię de vita Antonij Magdeburgenſes nolunt agnoſcere. 163. eius ſententia de Monachis explicatur. 197.
Auctoris Homiliarum in Anglia vel cæcitas vel peruerſitas. 269. Idem Chryſoſtomum fraudulenter citat. 270. edictum Theodoſij effert. 323. falſi conuincitur. 367, 368, 372, 377, 415. ſecum ipſe diſſidet. 368. & à Magdeburgenſibus. 416. Carolum Magnum in qualem Proteum transformet. 419.
Auctores quarti, quinti, & ſexti ſæculi qui nam de Monaſtico inſtituto & vita honorificè ſcripſerint. 152.
Auctores, qui in ſcriptis ſuis de inuentione Crucis mentionem fecerint. 329.
Auditus & aſpectus efficax coniunctio. 446.
Auguſta ſiue Auſpurgum. 108.
Auguſtanam Confeſſionem Caluinus ad Zuinglianos transferre conatur. 592.
Auguſtini de Innocētio teſtimonium. 60. de Romanæ ſedis auctoritate. 64, 65. de cœlibatu Sacerdotum. 69 de perpetua continentia coniugum. 166.
Auguſtinus Eremitas & Cœnobitas tanquam perfectos Chriſtianos Manichæis opponit. 138. Magdeburgenſium calumnias contra Monachos reprimit. 191.
Auguſtini opera corrupta aut ſuppoſiticia Magdeburgenſes calumniantur. 223.
Auguſtinus hæreſim dicit eſſe, ſi quis neget pro mortuis orandum vel offerendum. 226.
Auguſtini ſententia de inuocatione Sanctorum. 236. de animis mortuorum non ſentientibus res viuentium. 140. de miraculis ad Reliquias S. Stephani editis. 262. de feminis, quæ ſe in flumen præcipitarunt. 263. de his, quæ Chriſtianis cum Ethnicis ſunt communia. 277.
Auguſtini teſtimonium contra Mirabilarios, quod pro ſe citat Caluinus, maximè ei aduerſari. 287.
Auguſtini teſtimonium de ſigno Crucis fronti imprimendo. 350. de differentia Duliæ & Latriæ. 466.
Auguſtini teſtimoniis refelluntur Caluini calumniæ contra Imagines 444.
Auguſtini ſententia de imaginibus contra Petrum Martyrem explicatur. 529.
Auguſtinus nouem annis Manichæorum hæreſi infectus. 582.
Auguſtini quædam documenta infirmis in fide valde neceſſaria. 740.
Auguſtinus Anconitanus 63.
Auguſtinum Angliæ Apoſtolum Balæus impiè traducit. 491, 492. eius vaticinium de clade Monachorum in Britannia. 493.
Auguſtini miracula Magicis artibus fuiſſe effecta Balæus & Magdeburgenſes calumniantur. ibid.
Auitus Presbyter Hiſpanus. 196.
Aurelianus Imperator licet à religione Chriſtiana abhorrens, Romani Pontificis prærogatiuam agnouit. 41.

B.

Babylæ triumphus de Magdeburgenſibus. 264, 268.
Babylas Numerianum Imperatorem ob paricidium ab ingreſſu templi prohibuit. 264. eius Martyrium & Tranſlatio. ibidem.
Babylas præſentia corporis ſui Dæmonios obturauit. ibid. precibus ſuis templum Apollinis euertit. 266. eius & aliorum miracula. ibid.
Bainami Pſeudomartyris inanis gloriatio. 696, 697.
Balæi commentum de inauguratione Ludouici Imperatoris ab Ioanne femina. 37.
Balæus nouus Cham, & mendaciſſimus ſycophanta. 334. Auguſtinum Angliæ Apoſtolum traducit. 491. eius de antiqua religione Britanniæ figmenta. ibidem.
Balæus in hiſtoriis corrumpendis Illyrico impudentior. 492. de Anglia male meritus. ibidem. Auguſtino homicidium impingit. ibid. mendacij conuincitur. ibid. in hiſtoriis quantum ei tribuunt Magdeburgenſes. 494.
Balæi & Magdeburgenſium figmenta de

 cæde

cæde Monachorum, Bedæ teſtimonio exploduntur. 495.
Balæus è clauſtro ad inceſtum prorupit. 313. Veneris myſtes, homo impurus. 301, 502. eius diſſenſio à Magdeburgenſibus. 334, 496.
Balſamonis interpretatio taxatur. 68.
Balſamoni quid tribuendum. 124. eius ambitio. ibidem. eius ars alia arte deluditur. ibid.
Bannachoreſes Monachi in Britãnia. 492. eoſdem Apoſtolicos fuiſſe Balæus & Magdeburgenſes confitentur. 496.
Baptiſmi in infante neceſſitas miraculo demonſtrata. 297. 576.
Baptiſmi neceſſitatem in paruulis non agnoſcunt Euangelici. 577.
Barneſius quem locum occupet in Calendario Foxi. 811.
Bartholomæus Ferrarius. 644.
Baſilius Imperator verbis & factis publicè in Concilio, Romani & aliorum Epiſcoporum prærogatiuam confirmauit. 22. non fuit Iconomachus. 373.
Baſilij Magni de præſidio Sanctorum luculentum teſtimonium. 143, 255. quid de ſigno Crucis ſcribat. 340. quid de Imaginum cultu. 387.
Batthæi & aliorum mira abſtinentia. 133.
Beatam Dei genitricem Mariam virginitatem vouiſſe. 144. cum Ioſepho conueniſſe, vt eam inuiolatam cuſtodiret. 145.
Beatiora coniugia, quæ iudicanda ex Auguſtino 123.
Beatis in cælo preces noſtras innoteſcere, ratione pia & probabili oſtenditur. 241.
Beatitudo noſtra in quo conſiſtat. 191.
Becus Patriarcha Græcus qua ratione ſententiam mutarit, & errorem agnouerit. 375.
Bedæ teſtimonium de differentia inter Duliam & Latriam. 466.
Beda quid de Ioanne Euangeliſta ſcribat. 167. quid de Auguſtino Angliæ Apoſtolo. 494. Balæum mendacij conuincit. 492.
Bellum gerunt cum Chriſto & Sanctis, qui Imagines eorum oppugnant. 411.
Benedictus Monachus & Abbas. 131.
Benedictus cur Antichriſti regnum multum auxiſſe à Magdeburgenſibus dicatur. 206. eius cum Moſe & aliis collatio. ibid. eius miracula. ibid.
Bernardinus Ochinus vt diſſenſiones inter Lutheranos & Zuinglianos conciliet. 591.
Bernardus à Magdeburgenſibus nunc vapulat, nunc in pretio habetur. 245.
Bernardum Apologetici fraudulenter citant, nullo ipſius nominato libro. ibid.
Berthegundis præpoſtera continentia. 165.
Beſeleel ſculpendi & fundẽdi artem à Deo edoctus. 384.
Beſſarion Cõcilio Florẽtino interfuit. 60.
Beuerlius Pſeudomartyr quem locum in Calendario habeat. 614.
Bezæ inconſtantia in cauſſa Euchariſtica. 594.
Beza Heshuſio beſtia & Cyclops. 598.
Beza poſtquam Eccleſiæ ampliſſimos prouentus abligurierat, Geneuam confugit. 647. eius nefandum facinus. ibid. eius nefaria in Regem coitio. 652.
Biblia Anglicana publicè in templis legenda proponuntur. 612.
Bibliotheca Romana multos libros, tum ſuppoſititios, tum improbatæ lectionis habet. 405.
Bilnæus, qui bis palinodiam cecinit, & in Catholica fide obiit, à Foxo tamen pro Martyre celebratur. 604.
Blaſphemia quorundam Euangelicorum in Germania de Trinitate. 555.
Bogomilorum hæreſes. 291.
Bohemiæ Martyres inſignes. 719.
Bonifacius Germaniæ Apoſtolus. 307. nefariè traducitur. 491. defenditur. 505.
Bonorum Monachorum ingens numerus in optimis auctoribus. 197.
Boquinus Auguſtanam Cõfeſſionem cum Zuinglio in gratiam reducere conatur. 591.
Bradfordus in cuius locum ſuffectus in Foxi Calendario. 603.
Braſeiia, quę vulgo dicitur, prouincia Sanctæ Crucis appellatur. 397.
Brendanus Monachus Congelli diſcipulus. 496.
Brentius Nicænos patres, quaſi legitimam militiam damnarent, falſò notat. 51. inimicus Crucis Chriſti. 345. aſinum potius, quàm Crucem, adorandum cenſet. 516.
Brentius quibus verbis Bullingeri ferociam de Zuinglianiſmo multiplicato compeſcat. 580. quàm fraternè Bullingerum exoſculetur. 597.
Brigida Magdeburgenſibus Maga, & cur. 200.
Britanni religionis ergò Hieroſolymam profecti. 331. per quos primum ad fidem conuerſi. 563.
Britanni an à Ioſepho & Aſianis fidem acceperint. 499.
Britanni antiqui eandem coluerunt religionem, quam Auguſtinus poſtea inuexit. 500.

Britannos veteres non celebraſſe Paſcha cum Iudæis, contra Balæum oſtenditur. 503.
Britannia prima omnium prouinciarum fidem ſuſcepit. ibid.
Brounus Pſeudomartyr in Calēdario Foxi. 614.
Bucerus omnia matrimonij repagula rumpit. 160.
Bucerus & Fagius poſt mortem combuſti. 537, 551.
Bucerus licet ſæpius in fide vacillauerit, ſe tamen diuinitus edoctum iactitabat. 679.
Bullingerus quàm fraternè à Brentio diſſentiat. 596. a Luthero furioſo prouocat. ibid.

C.

CAecum in furto occultando Pſeudocarolus imitatur. 442.
Cæcitas Euangelicorum & præpoſterum de Catholicis iudicium. 2.
Cæcus ſanatus in Tranſlatione Geruaſij & Protaſij. 260.
Cædes Monachorum in Anglia, in Auguſtinum impiè reiicitur. 495.
Cælibatus Sacerdotum optimè congruit cum decretis Nicæni Concilij. 115.
Cælibatus olim vbique fere in Oriente receptus. 121.
Cælibatum Apoſtolos docuiſſe, Africani patres tradunt. ibid.
Calēdarium Foxi quos diuos habeat. 602. 603.
Caluinus in Henricum Angliæ Regem acriter inuehitur, propter eum quem ſibi vindicauerat Eccleſiæ Anglicanæ principatum. 39. eius leuitas & inconſtantia. 72. eius calumniæ contra priuatam Confeſſionem. 210.
Caluini quidam diſcipuli ſic patrem inuocandum docent, vt Chriſtum inuocare nefas putent. 238.
Caluini calumniæ contra miracula Ieremiæ prophetæ 285. eius argumenta contra Nicænam Synodum. 434. 435, 436 eius ſomnia de lucerna ſub modio. 440. eius mendacia in patres Nicænos. 441. 462.
Caluinus Auguſtini teſtimonio, quod pro ſe citat, iugulatur. 287. Sanctorum miracula ad Magiam refert. 289. non virtute ſed dolo rem gerit. 436. Carolinum librum ſuſpicit. 433.
Caluinus & Pſeudocarolus quàm iniquè patrum ſententias diſcerpant 442, 445. eorum calumniæ de titulo Iacob conuelluntur. 443, 444. eorum inter ſe diſſidium. 446. eorum mendacia in patres Nicænos. 462.
Caluinus mendax in eo offendit, quod alijs obijcit. 443. duplicis mendacij conuincitur. 449. patres Eccleſiæ contemnit. 468.
Caluini calumniæ in Catholicos retunduntur. 445, 446.
Caluini calumniæ de lupanaribus, & cur inde inuidiam Ioanni legato conflare voluerit. 451. falſo vni attribuit, quod alius dixit. 452.
Caluini de adoratione commenta à Leontio ante mille annos exploſa. 455.
Caluini calumniæ in Theodoſium & Conſtantinum Epiſcopos repelluntur. 455, 461.
Caluini in Carolum & Romanos Pontifices ob tranſlationem imperij criminatio. 470.
Caluini calumniæ à Magdeburgenſibus deteguntur. 482.
Caluinianæ Theologiæ fundamentum à Pſeudocarolo ſubuertitur. 458.
Caluiniani nominis ratio. 469.
Caluiniſtarum error de ſtatu infantium ſine baptiſmo hinc decedentium. 577, 587.
Caluini interpretatio verborum Chriſti in cæna. 592. Idem reconciliare conatur quæ ex diametro pugnant. ibid.
Caluinus in Lutheranorum gratiam ſe inſinuat. ibid. eius in Vueſtphalum, Magdeburgenſes, & alios fraternus animus. 597.
Caluini blaſphemia de anima Chriſti. 605.
Caluini impium dogma de iuſta Dei in peccatores animaduerſione. 665.
Caluini inſtitutiones quanti fiant ab Euangelicis in Anglia. 605.
Calumniæ Magdeburgenſium in Monachos diſſipantur. 177, 201, 203.
Calumniæ Apologeticorum contra inuocationem Sanctorum. 221.
Calumniæ Magdeburgenſium contra miracula Sanctorum poſt mortem. 295.
Cambria ea pars Angliæ, quæ hodie Vuallia appellatur. 360.
Campani interpretatio de verbis Chriſti, [Hoc eſt corpus meum.] 590.
Candor noui Euangelij. 436.
Canibali Antropophagi. 588.
Canon Nicænæ Synodi de dedicatione Eccleſiarum. 15.
Canones ſextæ Synodi contra Dalilas Euangelicorum. 25.
Canones recenſentur multi partim ex patribus, partim ex concilio, qui in exemplaribus è Græcia in Africam tranſmiſ-

ſis non apparent. 31.
Canones qui ſextæ Synodi perhibentur, quo tempore, & qua auctoritate fuerint editi. 25. neque cum Nicænis neque ſecum cohærent. ibid.
Canon Nicænus de appellationibus. 42.
Canon Nicænus. 25. Zuuglianos ſimul & Lutheranos erroris conuincit. 51.
Canon. 33. Nicæni concilij de Romani Pontificis principatu. 56.
Canon contra appellationes in Magdeburgenſium officina cuſus. 87.
Canon Apoſtolorum de vxore Presbyteris non abiicienda hodie non violatur. 123.
Canon Elibertinus, quòd Ethnicorum Idola confringentes, ſi deprehenſi occidantur, non ſint dicendi Martyres. 616.
Canoniſtis, quòd doceant ſimplicem fornicationem non eſſe peccatum, falsò adſcribunt Apologetici. 643.
Cantia Angliæ prouincia. 360.
Caritas virtutum perfectio & forma, huis etiam noſtrarum actionum. 559.
Caritas illud vnum eſt, in quo ſi quis offenderit, eſt omnium reus. 561.
Caro Chriſti in Euchariſtia adoranda. 379.
Carolus Philippi Catholici Regis filius magno miraculo à morte liberatus. 312.
Caroli Magni nomine liber contra Imagines primum excuſus. Anno Domini M. D. XLIX. 400.
Carolinus liber quàm ſuſpicioſè editus ſine nomine vel Typographi, vel eius qui præfatur, vel loci vbi aut inuentus ſit, aut excuſus. 404. quando ſcriptus videatur, & ad quē. 405. ab Adriano Papa confutatur. ibid.
Carolum Magnum Imaginum fuiſſe oppugnatorem cur non ſit credibile. 399. 475. Idem Epiſcopos 12. mittit ad Synodum Lateranenſem contra Iconomachos. 406. populo Romano quàm carus fuerit. 413.
Carolini libri auctor, vbi Conſtantinopolis ſit ſita, ignorat. 438. eius commentum. 432.
Carolus Magnus Græcæ linguæ peritus, Pſeudocarolus omnino rudis. 438. quâtum Romanæ ſedi tribuerit 442, 478. Adriani Pontificis ſepulcrum cuiuſmodi Epitaphio ornarit. 443.
Carolus Magnus cum Euangelicis nihil commune habuit. 477. monaſteriorum ædificator. ibid. eius verba in dotando Augiæ monaſterio 477. eius memoria cur Germanis ſacroſancti eſſe debeat. 471. eius religio cum Apologeticorum contraria. 477.
Caroli Martelli de Saracenis victoria. 470.
Caroli quinti pietas inſignis. 480.
Caroloſtadius quid ſibi patefactum ſcripſerit in his verbis, *Accipite & manducate, hoc eſt corpus meum.* 539, 540. eius interpretatio ab Euangelicis reiecta. 674.
Caroloſtadius ab Archidiaconatu ad aratrum deiicitur. ibid. cuiuſmodi ſpiritus ei apparuerit. 675.
Carthaginenſis Synodus ſexta. 14. eius reuocatio quoad interdictionem trāſmarinarum appellationum. 46. quantum ei tribuendum. 59.
Carthuſiani in Anglia Martyres. 732.
Caſſianus à quo Monachos viuendi normam ſuſcepiſſe ſcribat. 142.
Caſtitas ſchola Lutheranæ. 164.
Catalogus Foxi exinanitus. 662.
Catechumeni quo ritu ſanctificati. 351.
Catholicæ doctrinę radios Euangelici ferre non poſſunt. 2.
Catholicæ fidei regula omnia metienda. ibid.
Catholici Eccleſiaſticarum hiſtoriarū ſcriptores iniuſtè ab Euangelicis ſuggillantur. 5. quid potiſſimum ab Euangelicis poſtulant Catholici. 45.
Catholici qui ſemper ſint habiti, & qui hæretici. 98.
Catholica Eccleſia ciuitas in monte poſita. 150. eius miracula quo modo ab aliis diſcernantur. 287, 288.
Catholica religio ſi alicubi deficiat, alibi ſuccreſcit. 684. eius in nouo orbe propagatio. 702.
Catholicorum vita mala non ex doctrinæ genere prouenit. 654.
Cauſſarum Eccleſiaſticarum iudicium ad ſolos Epiſcopos pertinere. 22.
Cauſſa cur exemplaria Nicænæ Synodi ſint hodie mutilata & decurtata. 34.
Cauſſa propagationis quinti Euangelij. 580, 581.
Cauſſa cur ſeuerius in hæreticos animaduerſum ſub Henrico quinto. 613.
Centuriæ Magdeburgenſium Idolis ſcatent. 278.
Centuriæ Magdeburgenſium, Centuriæ mendaciorum. 358.
Celeſtini Epiſtolam, quam Vincentius Lyrinenſis agnoſcit, Magdeburgenſes fictiam haberi volunt. 66.
Chalcedonenſis Synodus Romanam Eccleſiam omnium Eccleſiarum caput appellat. 17, 18.
Chalcedonenſis Synodus Romano Pontifici ſub vniuerſalis Epiſcopi nomine acclamat.

clamat. 15. huic Concilio Martianus Imperator interfuit, & quomodo. 19.

Chalcedonēſem Synodum, Leone Romano Pontifice auctore, coiiſſe, ex litteris Valentiniani & Martiani oſtēditur. 53.

Chalcedonēſis Synodi exemplo Sancti inuocandi. 233.

Chalcondylæ flagitioſum & inſolens de Britannia & vicinis regionibus mendacium. 37.

Chamus Tartarorum Rex cur Mahometicam ſuperſtitionem Chriſtianæ religioni prætulerit. 580.

Cherubin Imagines noſtras præſignificarunt. 458.

Chriſmate vas plenum in baptiſmo Clodouei Regis à columba allatum. 417.

Chryſoſtomi de Romani Pontificis prærogatiua teſtimonia. 61.

Chryſoſtomi ſæculo non alij in Epiſcoporum ordinem allegabantur, quàm qui vxore carerent. 118.

Chryſoſtomus in monaſterio & ſolitudine verſatus eſt. 150. eius ſententia de Confeſſione explicatur. 213.

Chryſoſtomo ſuam Miſſam quibus rationibus Magdeburgenſes adimant. 223. eius in Liturgico Myſterio de commemoratione Sanctorum certa teſtimonia. 225. de inuocatione. ibid.

Chryſoſtomus corpora SS. Petri & Pauli Romæ videndi cupidus. 267, 269. eius de cruce elogia. 345, 350.

Chriſtus quibus verbis Petro primatum promiſerit, & promiſſum dederit. 45.

Chriſtus dux & exemplar Monaſticæ vitæ. 143. quo modo ſolus mediator. 242.

Chriſti ſententia de *Lucerna ſub modio* à Conſtantino aptè ad rem accōmodata. 441.

Chriſt⁹ ſingulari modo Imago patris. 447.

Chriſtum Deum non ſolùm auditu cognoſcimus. 448.

Chriſtus vt Deus & homo adorādus. 527. corporeis oculis patrem non videt. 450.

Chriſtiani cum Ethnicis multa habent cōmunia. 275.

Chriſtianos habuiſſe Imagines ante Theodoſij vel Adriani tēpora oſtēditur. 325.

Chriſtiani vnde dicti. 341.

Chriſtiani olim cum Chriſto Idola coluerunt. 352.

Chriſtiani idem faciunt ad Crucem Chriſti, quod olim Iacob ad ſcalam. 445.

Chriſtiana fides vnde & per quos in Britanniam venerit ex ſentētia Balæi. 491.

Chriſtianocategori Iconomachis contrarij. 513.

Chriſtophorus Fabricius Antuerpiæ captus. 715. & poſtea combuſtus. 716.

Cilicium & cinis habitus pænitentiū. 217.

Ciuilis magiſtratus in concilio quæ ſint partes. 19, 21.

Ciuis Hipponenſis ad Dei tribunal raptus & grauiſſimè cæſus. 299.

Circumcelliones hæretici quàm importunè Martyrij laudem ambierint. 556.

Circumciſionis ad tēpus intermiſſio. 239.

Cirolæ Arriani ad confirmationem ſuæ doctrinæ vanus & ridiculus ad edēdum miraculum conatus. 666.

Claudij Taurinenſis impia ſcripta quis redarguerit. 406.

Claues aliter promiſſæ Petro quàm ceteris Apoſtolis. 92.

Clauſula illa in decretis, *vniuerſalis autem nec etiam Romanus Pontifex appelletur*, in ipſis canonibus nō modò apud Latinos, ſed & Græcos deſideratur. 24.

Clebitius vt Heshuſio inſultet. 598.

Clementis conſtitutiones 232. eius teſtimonium de oratione pro defunctis. ibidem. eius Epiſtolam cur Magdeburgenſes reiiciant. 341.

Cobhamus Eques Anglus in furca ſuſpenſus. 539. Idem cur ſimul ſuſpenſus & combuſtus. 611, 690. eius locus in Calendario. 614. nouus fit vates. 690.

Collinzij horrenda in Euchariſtiam impietas. 551. quo nomine apud Foxum Martyr celebretur. 624.

Commentum Magdeburgenſium de morte Sozimi. 67.

Commentum Euangelicorum de ficta D. Vldalrici Epiſtola contra cælibatum Sacerdotum refellitur. 108.

Concilij indicendi poteſtatem hodie penes Romanum Pontificem eſſe ſine vlla Cæſaris iniuria 55.

Concilium Florentinum. 60, 63, 375.

Cōcordia Græcæ & Latinæ Eccleſiæ. 375.

Confeſſionis priuatæ vſus nunquam in Eccleſia interruptus. 211.

Confeſſio publica non priuata à Nectario abolita. 212.

Confeſſionē priuatā quanti faciant noui in India Chriſtiani. 215. eius vtilitas. ibid.

Confeſſio cur in nouo orbe tam frequens, & eius mirabiles effectus. ibid.

Confeſſores in Calendario Foxi malè conuenientes. 624.

Congellus Monachus Britannus. 496.

Coniectura probabilis, cur Deus Martyres ſuos gladio & non alio mortis genere interfici voluerit. 148.

Coniugij & cælibatus collatio. 140.

Conſtantinopolitana Synodus prima Romanum Pontificem ſuperiorem Conſtantinopolitano agnouit. 17.

Con-

Conſtantinopolitana Synodus ſecũda, œcumenica quinta. 20. tertia, œcumenica ſexta. 21.

Conſtantinopolitana & Alexandrina Nicænorum canonum exemplaria fuiſſe mutila oſtenditur. 60.

Conſtantinopolitanum conciliabulũ contra Imagines quo prætextu coactum. 378.

Conſtantinopolitana clades, & eius cauſſa. 374. 376.

Conſtantini Magni vox in Synodo Nicæna prima. 18.

Conſtantinus Imperator Agathonem Petri vniuerſalis paſtorum principis ſucceſſorem agnoſcit, & eius litteras vt Petri vocem amplectitur. 21.

Conſtantini factum in iudicio Miltiadis contra Donatiſtas expenditur. 101.

Conſtantinus Magnus cur templum magnificum Apoſtolis erexerit. 301. quantũ Crucem fecerit. 328, 347. eius magnificum de inuenta Cruce elogium. 329.

Conſtantini Romani Pontificis in Philippicum Imperatorem Iconomachum acta. 370.

Conſtantinus Imperator Iconomachus. 369. eius miſerabilis exitus. 381.

Conſtãtinus Copronymus, & eius exitus. 371, 372.

Conſtantinus Conſtantiæ Cypri Epiſcopus. 435.

Conſuetudo Eccleſiæ, eiuſdem eſt cum lege ſcripta auctoritatis, & optima illius interpres. 45.

Conſuetudo antiqua Eccleſiæ de calice aqua miſcendo 75.

Contemtus ſummi Sacerdotis hæreſes & ſchiſmata parit. 83.

Conuerſio multarum nationum ad fidem Chriſti per Hiſpanos & Luſitanos. 689.

Conuicia Magdeburgenſium in homines continẽtiæ laude inſignes. 162. in patres Eccleſiæ. 341.

Cornelius Papa à Magdeburgenſium calumnia vindicatur. 75. à Cypriano laudatur. Ibidem. eius decretalem Epiſtolam cur Magdeburgenſes reiiciant. 234.

Coubrigius hæreticus Chriſti nomen ferre non potuit. eius locus in Calendario. 604. eius hæreſes. 619, 623. eius accuſatio & pertinacia. 621. eius incendium. 622.

Cranmerus Pſeudomartyr Angliæ, eius leuitas & inconſtantia in religione. 547. in quorum Martyrum locum à Foxo ſuffectus. 603.

Credulitas nimia in quibus rebus eſſe poſſit. 493.

Crimina Malcho à Magdeburgẽſibus obiecta. 132.

Cromuuellus Euãgelicorum propugnator. eius auctoritas etiam in rebus Eccleſiaſticis. 622. Conbrigium primo defendit; eius cauſſam poſtea cognoſcit, & igni adiudicat. ibidem.

Crucis ſignum aduerſus Dæmones tutiſſimum munimentum. 181, 183.

Crux Conſtantino diuinitus in cælo oſtẽſa. 327, 348. eius inuentio. 328. in cælo apparitio. 481. à Magdeburgenſibus ignominioſè tractatur. 329. eius mira vis & efficacia. 336, 337. 339. 342. 343, 344.

Crucis ſupplicium à Conſtantino in honorem Crucis Chriſti ſublatum. 328.

Crucis portio in ſtatua Conſtantini. 336.

Crucis fruſtum Regi Gothorum inſtar magni muneris tranſmiſſum. 337.

Crucis particulæ minimæ quantum à veteribus tributum. 346.

Crucis ſigno omnia ſanctificantur, & abſque eo nullum Sacramentum perficitur. 336, 350. cur in fronte portetur. ibid.

Cruces ſanguineæ veſtibus hominum aſperſæ. 359.

Crucis ſignum in Anglia miraculosè in arbore repertum. 360.

Crucem in baſilica ſua Regina Angliæ inuitis Euangelicis retinet. 353.

Crucis forma monetæ impreſſa iuſſu Arcadii. 364. in vexillis & inſignibus principum. 365.

Crux alba pro Inſignibus in præmium Meſſanæ ciuitati ab Arcadio data. ibid.

Crux Chriſti humi non fingenda nec ſculpenda. 367.

Cruces argenteę ad ſupplicationes à Chryſoſtomo adhibitæ. 336.

Crux aurea Turcis Rhodum obſidentibus in aëre apparuit, & maximos terrores incuſſit. 398.

Crux Chriſti vt adoretur. 412, 416.

Crux littera Hieroglyphica quid ſignificet. 448.

Crucigerus quidam impoſtor. 337, 357.

Cuſani ſententia de iure indicendi concilii expenditur. 24.

S. Cuthberti corpus in Anglia ante paucos annos integrum repertum. 314.

Cyprianus duo Euangelicæ ſectæ fundamenta euertit. 77. eius ſententia de Romanæ ſedis principatu. 82, 83. & ſequẽtib. item! 724.

Cypriani exemplo docemur, ne quis vnus Epiſcopus, aut vlla quantumuis ampla prouincia, plus ſibi in Scripturis intelligendis arroget, quàm reliqua Eccleſia Ca-

ſia Catholica. 78.
Cyprianus Romani non Pontificis ſed Cleri Pontifice deſtituti iudicio minus fidendum putauit. 86. viginibus poſt votum matrimonium nō permiſit. 195. eius ſententia de inuocatione Sanctorum. 223.
Cypriani teſtimonio oſtenditur hæreticos non poſſe eſſe Martyres. 561. & licet ipſe grauiter errarit hæreticus tamen nō fuit. 85, 570, 571. eius diſcipuli cur hæretici. ibidem.
Cypriani in Nouatianos ſententia in noſtros Euangelicos optimè quadrat 728.
Cyrilli & Attici litteræ ad Africanos patres. 14. eius de Romani Pontificis primatu teſtimonia. 62. de inuocatione Sāctorum. 232. eius libri ab hæreticis mutilati 65.
Cyrilli Theſaurorum liber trigeſimus ſecundus in ſexta Synodo citatus. ibid.

D.

DAemonum eiectio, per aſpectionem aquæ ſigno Crucis conſecratæ. 12. ad ſepulcra Martyrum. 257. ad corpora SS. Geruaſii & Protaſii. 189.
Dæmon Hilarionem circumuenire conatur. 183.
Dæmones à Martyribus torti. 261. Sāctorum Reliquias reformidant. 266, 271.
Dæmon oracula reddere ſolitus, præſentia corporis Babylæ obmutuit. 264.
Dæmon virum pium ab adoratione Imaginis B. Mariæ prohibuit. 452.
Dæmoniaci ad templum D Philippi in Sicilia quotannis die illi ſacro curantur. 309.
Damaſcenus quanta pertulerit ab Iconomachis, & de manu ipſius abſciſſā & reſtituta 533 quo tempore vixerit. 534.
Damaſi Epiſtolæ à Magdeburgenſium calumnia vindicantur. 30. Idem Concilio Romano præſidet. 53.
Damianus & Fugatius in Britanniam ab Eleutherio amandati. 504.
Danielis & Simeonis egregiæ & diuinæ virtutes. 185.
Daniel ſucceſſor Simeonis quibus dotibus exornatus 187 Leoni Imperatori quàm carus. ibid. eius columna à Rege adorata. Ibidem. Idem Catholicæ fidei acerrimus propugnator. 188
Darheni Caluini diſcipuli cæcitas 446.
Dauidis verſiculus, *Signatum eſt ſuper nos lumen*, ab Hieronymo ad ſignandi nos Cruce morem refertur. 450.
Debnamus Pſeudomartyr ſacrilegij pœnas exſoluit. 661.
Decalogi præcepta & articulos fidei nemo adultus ignorare poteſt impunè. 568.
Decretalium Epiſtolarum fidem & auctoritatem quibus verbis Magdeburgenſes infirmare conentur. 81.
Decretales Epiſtolæ cum doctrina patrum conſentiunt. 104.
Decreta Catholicæ Eccleſiæ, vt Spiritus Sancti oracula accipienda. 569.
Dedicatio Eccleſiarum. 47.
Dedicationis Eccleſiarū & vnctionis Chriſtianæ myſterium, factum Iacob adumbrauit. 445.
Defenſores Carolini libri ſuis ipſorum teſtimoniis ſuccumbunt. 404.
Definitio vniuerſalis Synodi Nicænæ ſecundæ contra Iconomachos. 392.
Deo ſoli Latriæ cultus debetur. 282.
Deus per creaturas miracula operatur. 349.
Deus creauit hominem ad imaginem ſuam, quàm variè patres interpretentur. 447.
Deus in humana forma hominibus apparuit. ibid.
Deus cur & quomodo forma corporea repræſentetur. 450.
Dei ſingularia beneficia in Hiſpanos & Luſitanos. 689.
Dei voluntatem in rebus ambiguis ex probatis Sanctorum hominum exemplis colligimus. 167.
Diabolus ſuam Eccleſiam & ſuos Martyres habet. 557, 586 705.
Dialectica quinti Euangelij. 50, 146, 168.
Diogenis Apophthegma. 685.
Dionyſii Areopagitę de Monaſtica conſecratione teſtimonium. 128.
Dionyſii Areopagitæ libri quorum teſtimoniis ipſius eſſe probentur. 145. à Magdeburgenſibus repudiantur. 128.
Dioſcorus in Synodo Chalcedonenſi exauctoratus. 18.
Diſcrimen inter Pontificiam & Ciuilem auctoritatem. 104.
Diſſenſiones Euangelicorum in libri Carolini cauſſa. 534 556. & de verbis Chriſti in Euchariſtia. 590 & ſequētibus. De Sacramentis. 589, 591, 592, 593, 594, 595. de iuſtificatione 625, 665, 686.
Diſſidium auctoris Hominarum in Anglia, & Magdeburgenſium. 416.
Diuinam poteſtatem Magdeburgenſes ad calculos reuocant. 247.
Diuina natura ſub nullum ſenſum cadit. 450.
Di unis litteris innutriti nullam earum ſyllabam in diſcrimen venire patiuntur. 639.

Diuorum

Diuorum miracula Caluino Dæmonum præſtigiæ ſunt. 214.
Diuos tutelares, ſingulas nationes habere. 307,308.
Doctrinam Dæmoniorũ eſſe volunt Magdeburgenſes, præferre Monaſticam caſtitatem matrimonio. 171.
Dolus malus Magdeburgenſium in Eccleſiaſticis hiſtoriis vel diſſimulandis vel deprauandis. 11,12,85,117,155,182,184, 203,225,230,250,256,267. & alibi paſſim.
Dominum Deum tuum adorabis, quo modo intelligendum. 138.
Donatiſtarum cauſſam Conſtantinus bis à ſe ad Epiſcopos reiecit. 101. eorum impietas in Euchariſtiam. 551.
Donatiſtarum eadem, quæ hodie Euangelicorum, de numero Pſeudomartyrum ſuorum gloriatio. 562.
Draco ſigno Crucis interemtus. 345.
Duliæ & Latriæ diſtinctio contra calumniam Laurentij Humfredi defenditur. 463,464,465.
Duplices fuiſſe ſubſignationes Epiſcoporum in Concilio ſexto, & quare. 21.

E.

Ecce hic eſt Chriſtus, ecce illic, ex Origene explicatur. 151.
Eccleſiarum dedicatio. 47.
Eccleſia Catholica eſt, ad cuius normam expendendum, ſi quid in patrum ſcriptis durius aut perplexius occurrat. 88.
Eccleſia ſuper vnum Petrum ædificata, 91. vna eſt & vnus Epiſcopatus. Ibid. abſcondi nequit. 703. eius Martyrum & Pſeudomartyrum diſcrimen. 701.
Eccleſiæ vnum præſidem eſſe debere, aliqui Euangelicorum fatentur. 727.
Eccleſiæ ſemper adhærendum, & ad eam tanquam ad ſacram anchoram confugiendum. 740.
Eccleſiæ aliæ cur cum Romana coniunctę. 103.714.
Eccleſiam omnem iam inde à Chriſto ad noſtram vſque ætatem, Magdeburgenſes Idololatriæ inſimulant. 223.
Eccleſia tum vincit, cùm læditur; tum intelligitur, cùm arguitur; tum obtinet, cùm deſeritur. 313.
Eccleſiaſticam Magdeburgenſium hiſtoriam quanti faciant Euangelici. 5.
Eccleſiaſticarum rerum iudicium ad profanos principes non pertinet. 474.
Eccleſiaſticæ vnitatis ordo. 95,724.
Eccleſiaſtes in Anglia ſuo ipſius gladio iugulatur. 270,271,367. Carolũ Magnum in Proteum quendam transformat. 419.
Eckius Germanus Theologus. 402.
Edictum illud de non fingenda vel ſculpenda Cruce an Theodoſii fuerit. 323, 335. non fuiſſe conuincitur. 366. adulteratum oſtenditur, & à quo deſumtum, 365,366. verum ſubſtituitur. 367.
Edicti Theodoſiani optimus interpres Tiberius Imperator. ibid.
Edouardo Rege Angliæ mortuo, Maria Regina Catholicam religionem inſtaurat. 483.
Effigies Crucis nuper in Anglia repertæ. 361.
Eli Phili poſt multa ſæcula librum Pſeudocaroli in lucem produxit. 400. quàm ſuſpicioſè ediderit. 404. eius figmenta exploduntur. 405.
Eli Phili præfatio in librum Carolinum. 401. quibus argumentis probet eſſe Caroli Magni librum. 402. quàm bellè cõueniat cum Illyrico in defenſione illius libri. 432.
Eliæ currus quàm ineptè à Foxo ad Cobhamum accommodatus. 690.
Eliam morte ſublatum Petrus Martyr cõtendit. 692. eius pallio Iordanis diuiſus. 295,349.
Elibertini Concilii canon de continentia Sacerdotum. 118.
Elibertinos patres non potuiſſe canones edere contra Imagines eo tempore, quo hoc illis tribuit Eccleſiaſtes Anglicus. 419. quo tempore habitum Concilium Elibertinum. ibid.
Elibertinum canonem Apologetici contra Imagines proferunt. 484,485. oſtenditur nihil pro eis facere. ibid.
Elibertini patres quid de illis ſtatuant, qui deſtruentes Idola occiduntur. 558.
Eliſæi oſſium contactu mortuus reuixit. 294.
Encratitarum hæreſes. 511.
Epheſina Synodus. 17. Celeſtinum ſuum præſidem agnoſcit. ibidem.
Epiphanii teſtimonium de Cælibatu Clericorum. 117. de Monaſtico inſtituto. 141,155. de Ioſepho Confeſſore. 11.
Epiphanium Apologetici contra Imagines proferunt. 488. quantopere aduerſetur Apologeticorum dogmatis. 489.
Epiphanii Epiſtola, qua Euangelici contra Imagines abutuntur, an ſit ipſius genuina. 510. eius factum in velo diſcindendo expenditur. 517. eius cadauer, curioſum nimis ſpectatorem pede repulit. 520.
Epiſcopi ab Arriana Synodo loco moti, Iulium Romanum Pontificem appellant,

lant, & ab eodem reſtituuntur. 42.
Epiſcopum de Epiſcopo cognitionem habere non poſſe, in quibus ſit verum. 84.
Epiſcopi Iconomachi in Nicæna ſecunda Synodo hæreſim ſuam abiurarunt. 382.
Epiſcoporum Angliæ in Catholicæ fidei confeſſione conſtantia. 483.
Epiſcopi Lincolnienſis in Coubrigium paternus affectus. 621. eius preces & lacrymæ pro eodem. ibid.
Epiſtola Martiani ad Leonem primum de Synodo conuocanda. 53.
Epiſtola Innocentij ad Africanos à Magdeburgenſium calumnia vindicatur. 66.
Epiſtolam Cypriani ad Cæcilium, Magdeburgenſes contra omnium exemplarium fidem ad Cornelium inuertunt. 76.
Epitaphium Adriani ſepulcro à Carolo Magno inſcriptum. 443.
Eraſmi iniquum de S. Hieronymo iudicium. 273. quid de cultu Reliquiarum ſenſerit. 274. ætate prouectus in Eccleſiæ auctoritate acquieuit. ibid.
Eraſmum dum viueret, quantumuis reclamantem, ſuum eſſe volebant Zuingliani. 645. eius de Euangelicorum moribus teſtimonium. 654, 655. in Foxi Calendario ponitur. ibidem. quantus apud Apologeticos. 657.
Eraſmus à factione Euãgelicorum ſe alieniſſimum profitetur. ibid. quid de ſede Romana ſentiat. ibid. & 658. quid de Pſeudomartyribus. ibid.
Eremitarum & Monachorum origo, quãdo & vnde nata, Magdeburgẽſium ſententia. 127.
Errores mille & amplius in tranſlatione Bibliorum Lutheranica. 646.
Ethelfredus Rex Northumbrorum magnam ſtragem Scotis intulit, nõ Britannis, vt fingunt Magdeburgenſes, quo Auguſtino inuidiam conflent. 496.
Euagrij auctoritatem Magdeburgenſes in eodem folio nihili & magni faciunt. 292.
Euangelici Phreneticorum ſimiles. 2. eorum odium in Imagines. 3, 332, 333, 456. Frigidæ eorum calumniæ in Synodum Tridentinam. 3. teſtimonio Cuſani, quem pro ſe citant, iugulantur. 23.
Euangelicorum inceſtæ nuptiæ. 25. eas fruſtra defendunt ficta D. Vldarici epiſtola. 108. & Paphnutij auctoritate. 115. de matrimonio inter ſe diſſentiunt. 163.
Euangelici nulla vera miracula edũt. 209, 287. ficta ſua efferunt. 667. eius rei triſte exemplum. ibid.
Euangelici canonem quendam Nicænum proferunt contra Catholicos, qui non reperitur inter viginti illos quos pro veris Nicænis recipiendos aſſerunt. 31.
Euangelicorum inter ſe diſſidiũ. 234, 404, 589, 590, 592, 593, 594, 595, 596, 597. eorum in Græcos ob hæreſim propenſio. 471. cuiuſmodi ſcripturas, & patres habeant. 632. eorum mores & veterum hæreticorum quàm bellè conueniant. 634, 642, 647. ad Laicos prouocant in cauſſa religionis. 647. vt ſcripturas interpretentur. 650, 651.
Euangelicorum ridiculæ prædictiones de die iudicij. 677. de ſedis Apoſtolicæ ruina. ibid. quàm inconſtans & mobilis ſpiritus eorum. 679. ſpiritus lubricus & immunditiæ. 680. errores eorum de baptiſmo. 577, 590.
Euangelici olim de paucitate ſuorum gloriabantur, nunc de numero exultant. 574. ſed grandiores natu cauſſæ ſuæ diffidere incipiunt. 582.
Euãgelium quintum molle ac delicatum. 580. cur adeo creſcat. 581. eiuſdem inchoatio. 582.
Euchariſtiæ in carnem conuerſę miracula. 208. eius adoratio. 458, 657. corpus Chriſti à patribus appellatur. 385. qua arte Diabolus eam cœperit oppugnare. 658.
Euſemiæ miracula Magdeburgenſes quare tacuerint. 292, 293.
Eugenia & Melania de ſexu diſſimulando excuſantur. 172.
Euphraſia cuidam iuueni deſponſata monaſterium ingreditur. 132, 167.
Euſebius an mentionẽ de Gregorio Neocæſarienſi fecerit. 9. eius de Potamiænæ elogium. 254.
Euſebij de Martyribus libri deſiderantur. 256. Idem an fuerit Arrianus. 391.
Ex fructibus eorum cognoſcetis eos, quomodo intelligendum. 650.
Exempla Monaſticæ vitæ in nouo Teſtamento. 143. & in vtroque de Inuocatione Sanctorum. 239, 240.

F.

FAbiolam an Hieronymus defenderit, quæ viuente viro nouum matrimoniũ contraxerat. 161, 162.
Fabiolæ factum adeo Melanchthonem nihil iuuat, vt ipſum condemnet. ibid.
Fabulæ de Ioanne femina Martinus Polonus primus auctor fuiſſe creditur. 37.
Fabula de cęde inſanium ex Vldarico tam abſurda, vt ipſa ſibi fidem abroget. 113.

Factiones in Europa quid mali pepererint. 376.
Factum extraordinarium non eſt trahendum ad exemplum. 101.
Fœdus Smalcaldicum & eius fundamentum. 686, 687.
Fagius poſt mortem combuſtus. 537. 551.
Farrarius quem locum in Calendario Foxi ſortiatur. 603.
Feliciana hæreſis quæ fuerit. 479.
Felicitatis duo gradus. 624.
Feminæ ſanctæ quandoque iuſtis de cauſſis virili veſte ſexum diſſimularunt. 171.
Feminæ ſummam rerum Eccleſiaſticarũ ſcienter obtrudere, multo turpius eſt, quàm per ignorantiam deferre. 39.
Feminarum Martyria quæ ſe in flumen præcipitarunt, Eccleſia celebrat. 263.
Feminæ in hęreſi Adamitarum ad mortem vſque pertinaces. 553.
Feſtum pręſentationis B. Mariæ. 145.
Feſtum corporis Chriſti à quo & cur inſtitutum. 208.
Feſta Sanctorum vnde & quando Magdeburgenſibus orta. 258.
Feſto exaltationis Crucis, quotannis Romæ crux adoratur, teſtimonio Adonis. 410.
Feſtorum dierum contemtus apud Euangelicos. 651.
Ficta de Carolo Magno & Synodo Francofordienſi fabula. 400. & deinceps vſque ad finem Dialogi.
Fidei totius vna & ſimplex eſt veritas, licet multa credantur. 567.
Fides in vno maior quàm altero quomodo dicatur. ibid. qui vnum articulum negat, reliquos omnes negat. 566, 567, 569.
Fidem ſolam iuſtificare docent Euangelici. 653. fides quæ iuſtificet. 686.
Fide quæ apprehenduntur, certiora ſunt quàm quæ ſenſibus percipiuntur. 639.
Filia Rogeri Vuenιuuorthi Equitis Angli à Dęmone correpta, ad Imaginem B. Mariæ miraculoſè liberatur. 345.
Filia cuiuſdam Mauri Regis inuitis parentibus ad fidem Chriſti conuerſa & baptizata. 576.
Fixa & immota volũtas virtutis opus perficit. 179.
Flacci Illyrici exſecrãda in ſummos Pontifices maledicentia. 28. Carolinum librum quibus encomiis efferat. 402. diffidet ab eo qui in eum librum pręfatur. 404 eius mendacium. ibid. miſerè ſeipſum implicat. 432.
Florentij inopia viginti Martyrum beneficio mirificè ſubleuatur. 305.
Fontis origo miraculoſa. 313, 443.
Forma Crucis, non natura ligni adoratur. 391.
Forma iuſiurandi per Euangelium & Sanctos defenditur. 528.
Fortitudo in quo ſit ſita, & quis dicendus fortis. 543, 546. eius ſunt multæ falſæ ſpecies. 557.
Fortuita ſine culpa ignorari poſſunt. 568.
Foxus quã iniquè comparet Pſeudomartyres cum veris Martyribus. 541. eius vulpina fraus. 549. & noua doctrina tam à Catholica quàm Euangelica diſſentiens. 551. iniuſtè indignatur de quorundam cadaueribus cõbuſtis. ibid. mendacij conuincitur. 554, 609, 611, 612, 613, 620, 636.
Foxi Calendarium. 600. quos diuos habeat. 602. nouos faſtos excogitat. 601. eius Martyrologium. ibid. molles ac degeneres animos Catholicis exprobrat. 587. inter Euangelicos ſyncretiſmum optat. 591. hiſtorias deprauat. 608. pugnantia ſcribit. 612. 615. nec ſibi conſtat in temporum ratione 620. eius fabula de Rogero Onlæo & ſocijs ventilatur. 609 de Cobhamo & Actono. 611. de cauſſa necis Coubrigianæ. 617. & ſequentibus de teſtimonio Academiæ Oxonienſis pro Vuicleuo. 668.
Foxus cur Picum Mirandulam in Catalogum retulerit. 661.
Franciſcus Xauierus ſocietatis Ieſu, eius præclara facta dũ viueret, & poſt mortem miracula. 317. & ſequentibus.
Francofordienſem Synodum cur tanti faciant Apologetici. 472, 473.
Francofordienſis Synodus Romani Pontificis auctoritatem agnouit. 478. quid in ea actum. ibidem. cur plenaria appellata. ibid.
Friderici Staphyli verba de ficta D. Vldarici epiſtola contra cælibatum. 109.
Frithus Pſeudomartyr Anglus. 591. in Calendario Foxi Martyr celebris. 603.
Fructuoſus & ſocij Martyres. 648.
Furca ab Euangelicis erecta pro Cruce Chriſti. 282.
Futura & occulta ſcire, an, & quomodo ſit ſolius Dei. 240.

G.

GAlfridus Monumetenſis. 492. eius hiſtoria quãtæ ſit fidei. 497. an Bedæ æqualis tempore. ibid. eius & Bedæ hiſtoriæ conferuntur. ibid. eius fabulæ

vnde deſumptæ. ibid.
Galliæ Reges olim nudum nomen, magiſtri Equitum regni adminiſtrationem habebant. 470.
Galli & Iuliani Imperatorum in extruendo Mamæ templo contentio. 264.
Gardinerus Anglus Pſeudomartyr. 540. eius horrenda in Euchariſtiam flagitia. 551, 616. eius in eodrum quibus miraculis ornet Foxus. 540, 688.
Gardineri & Bertrandi in Euchariſtiá exſecranda facinora. 647.
Generalia Concilia Romani Pōtificis primarum agnouerunt. 17.
Generalis Concilij quàm ineptam deſcriptionem Apologetici adferant. 487.
Gelaſius iniuſtè à Magdeburgenſibus reprehenſus. 53. multa eorum mendacia iugulat. 54. eius verba peruertunt Apologetici. 643.
Gennadius Scholarius Patriarcha Conſtantinopolitanus in opere, quod contra Græcos pro Latinis Græcè ſcripſit, Romani Pontificis primatum aſſerit. 63.
Gens Tzanorum ad Chriſti fidem conuerſa. 300.
Georgius Pachymerius Græcus hiſtoriç ſcriptor. 374.
Georgius Bainamus, & eius deplorata audacia. 541.
Georgius quidam ob Arrianiſmū in Angliacombuſtus. 555.
Germani Altiſiodorenſis ſigna. 250. quid de Britannis referat. 501.
Germani ante fidem ſuſceptam, Deum humana forma exprimere noluerunt. 323.
Gildas Britannus quid ſenſerit & ſcripſerit de altaribus & Reliquiis Sāctorum. 501.
Globulis precatoriis ſanantur ægroti, 577.
Gloſſema Magdeburgenſium in verba Cypriani de primatu Petri. 89. item de Ioannis deſerto. 148. exploditur. 149.
Gloria morte quæſita. 544, 556.
Gordianus Benedicti diſcipulus. 131. à Magdeburgēſibus falſò accuſatur. 207.
Grçcia nō tam nobis reſpicienda in cauſſa religionis quàm Roma & Occidens. 112.
Grçcia antiqua & noua quàm diſſimiles inter ſe. 123.
Grçca fides ſuſpecta ſuper crimine falſi in hiſtoria Carthaginenſis Concilij deſcribenda. 59.
Græci ſenſum canoni ſecundo Carthaginenſis Concilij ſecundi affinxerunt, verbis canonis repugnantem. 70.
Græci hiſtoriographi ab octaua Synodo quid de Imaginibus prodiderint. 373.
Græcorum, qui Concilio Florentino interfuerunt, de Nicæna ſecunda Synodo ſententia. 412.
Græcorum leuitas & inconſtantia, & vindicta Dei in eorum perfidiam. 375, 376.
Gregorius Neocæſarienſis cur ſit appellatus Thaumaturgus: & eius miracula. 9. cum Moſe propter admiranda ſigna confertur. ibid. cruces ligneas adorandas erexit. 516.
Gregorius Romanus an legem tulerit de cælibatu, & ſemel latam abrogauerit. 112. mirabilia quædam de Monachis recenſet. 130. ab ambitione alienus. 181. eius de Imaginibus ſententia explicatur, & quam adorationem Imaginum improbet. 414.
Gregorij de primatu Petri teſtimonium. 721. & quo in ſenſu auerſatus ſit vniuerſalis Epiſcopi nomen. 722, 723. eius de Auguſtino Angliæ Apoſtolo elogium. 493, 494. eiuſdem de regulis patrum cautio. 485.
Gregorij Nazianzeni verba de Baſilio iā mortuo, tanquam de patrono & defenſore ſuæ ciuitatis. 243. eius verba in Iulianum Apoſtatam quàm verè in Magdeburgenſes conueniant. 293.
Gregorius Nyſſenus an Hieroſolymitanas peregrinationes damnarit, vt volūt Magdeburgenſes. 331. ipſius verba aduerſus Arrianos, contra Imagines Iconomachi detorquent. 383. eius vita & doctrina Pſeudocarolo vilis habetur. 439.
Guinæthus Anglus vernacula lingua contra hæreticos doctiſſimè ſcripſit. 568.

H.

HAereſes vnde ſint ortæ, & nata ſchiſmata. 83, 95, 97, 104. & cur hodie plures ſimul quàm vnquam antea fuerint. 554.
Hæreſis omnium malorum maximum, & cur difficulter aut nunquā curetur. 566.
Hæreſis de Trinitate nuper in Germania pullulare cœpit. 555.
Hæreſeos mater plerunque inanis gloria. 544.
Hæretici à caritate longiſſimi. 559. cur nō ſint capaces Martyrij. 558, 561, 562, 664. cur ſuo iudicio damnati dicantur. 565. negant Chriſtum in carne veniſſe. 637. rerum publicarum labes. 546 an ſint dicendi Chriſtiani. 548. non ſunt dicendi fortes. 543, 546.

Hæreticorum coniuratio eſt Catholicorũ probatio. 579. eorum technæ ex Auguſtino. 230 iuſtè puniuntur, ex eodem. 663. in monte ſancto non adorant. 459. omnes idololatræ. 278.
Hæreticus cur cenſetur, qui in vno articulo fidei pertinaciter errat, etiamſi reliquos omnes credat. 566, 567, 569.
Hæreticorum veterum mores & noſtrorum hodie Euangelicorum quàm ſint ſimiles. 634, 642, 647.
Haleſius hæreticus mortem ſibi conſciuit 549. eius impium facinus Foxus iniquè comparat cum actis virginum, quas vt Chriſti Martyres Eccleſia colit. 550.
Haſſelius Theologus Louanienſis de hiſtoria Nectarij ſcripſit. 214.
Haullus hiſtoriæ Anglicanæ ſcriptor. 609.
Hauxi hæreſis. 698.
Helena Hieroſolymam peregrinata Crucem Chriſti inuenit 328. ob virtutem & pietatem à patribus laudatur, à Magdeburgenſibus conuiciis impetitur. 328, 330, 331.
Hellenis miracula. 199.
Henrici quinti edictum in Vuicleuianos. 607.
Henrici octaui liber contra Lutherum. 731.
Herculanus Epiſcopus Peruſinus, & eius miraculum. 316.
Hermaphroditi. 36.
Heshuſius & Vueſtphalus Caluinum cum aliis quàm blandè excipiant. 598. quid tribuat Luthero Heshuſius. 537.
Hibernia nihil peſtiferi aut venenati alit. 309.
Hieroglyphicæ litteræ apud Aegyptios. 448.
Hieroglyphicæ litteræ formam Crucis referentes. 335.
Hieronymi ſentētia ab Apologeticis peruerſa 519 eius ſententia de continentia Sacerdotum. 118. de Reliquiis, earumq; cultu. 272. eius de Philone teſtimonium. 141. de Hieroſolymitana peregrinatione. 331. de Eremitis ſui temporis. 178. de Romanæ ſedis dignitate 724. de Cruce adoranda. 515.
Hieronymus Pauli Eremitæ vitam ſeriò ſcripſit. 173, 174. & non ingenij exercitandi gratia, vt volunt Magdeburgenſes. 128. Monaſticæ diſciplinæ æmulator. 184.
Hieronymum Malchi vitā ſeriò ſcripſiſſe, etiamſi alibi negent, Magdeburgenſes videntur agnoſcere. 164.
Hieronymus Oſorius. 656.
Hieronymi Olgiati inuicta tormentorum tolerantia. 545.
Hieronymi Pragenſis digna tanto Pſeudomartyre gloriatio. 672.
Hieroſolymitani templi celebris ex Conſtantini Magni voluntate dedicatio. 51.
Hieroſolymitanum excidium ad ſacram Paſchæ ſolemnitatem. 376.
Hilarius Pictauienſis Epiſcopus à calumnia Balęi & Magdeburg. ſaluatur. 506, 507. An fuerit Luciferianus. ibid. an vxorem habuerit. ibid.
Hilarij ſentētia de vita Monaſtica à Magdeburgenſibus mutilata explicatur. 155.
Hilarionis abſtinentia, & quas illuſiones ſuſtinuerit. 133, 134. defenditur. 182.
Hincmarus Remorum Epiſcopus. 403, 417.
Hincmari teſtimoniũ, quo nituntur Magdeburgenſes, nihil eis prodeſſe. 482.
Hincmari verba, quæ Illyricus citat, de Nicæna ſecunda Synodo non poſſe intelligi. 418.
Hincmarus quantum Eccleſiæ Rom. tribuat, & quo tempore vixerit. ibid.
Hiſpani & Luſitani de Religione Chriſtiana optimè meriti. 689.
Hiſtoria Alexij. 129.
Hiſtoria Eugeniæ multis ante Vincētium natum ſęculis ab vniuerſa Eccleſia probata. 142
Hiſtoria Eccleſiaſtica deprauata imperitæ multitudini cauſſa erroris. 384.
Hiſtoria de Paphnutio cur meritò ſuſpecta habeatur. 116.
Hiſtoria de Imagine Chriſti à Iudæo confoſſa aſſeritur. 356.
Hiſtoria de miſerabili cæde infantum, ex Vldarico falſa conuincitur. 110.
Hiſtoria & miracula Mamæ & Babylæ Martyrum defenduntur. 164.
Hiſtoria faceta, quomodo Imperator Balſamonis artem alia arte illuſerit. 124.
Hiſtoria ipſa Magdeburgenſium apertè oſtendit, patres prioris Eccleſiæ idem ſenſiſſe de Inuocatione & Intercessione Sanctorum, quod Catholica hodie ſentit Eccleſia. 221.
Hiſtoria inſignis ex Ioanne Climaco de publica Confeſſione. 216.
Hiſtoria Lauſiaca à Palladio ſcripta. 198.
Hiſtoria lepida de præfecto Monaſterij ſordido & auaro. 674.
Hiſtoria Galfridi Monumetenſis quanæ ſit fidei. 497. & ſequentibus.
Hiſtorias Geruaſij, Protaſij, & aliorum vt ementitas & ſuperſtitioſas Magdeburgenſes reiiciunt 257.
Hiſtoria Magdeburgenſium mendaciorũ officina. 283.

Hiſtoria Sapritij Nicephori memorabilis. 561.
Hiſtoria Socratis & Sozomeni ſuſpectæ fidei, & quare. 116.
Hiſtoria Mariæ Aegyptiacæ, contra Magdeburgenſes defenditur. 175.
Hiſtoriæ inſignes de mutatione ſexus 36.
Hiſtorias veras ab ipſis naſcentis Eccleſiæ & in ipſis principiis conſcriptas, Magdeburgenſes ſumma malitia in meras fabulas conuertunt. 11. & alibi paſſim.
Homiliæ in Anglia publica auctoritate è ſuggeſtu ad populum perleguntur, & quales. 269.
Homiliarum auctor Chryſoſtomum fraudulenter & veteratoriè citat, eiusq; auctoritate impiè aduerſus Reliquias abutitur. 270.
Hominem ad Imaginem Dei ſecundum corpus creati impropriè dicitur. 447.
Hominibus quandoque nota, quæ vel longè diſſita ſunt, vel futura. 240.
Honor qui tribuitur Imagini, ad Archetypum refertur. 385.
Honorij & Theodoſij edictum de feminis à Sacerdote remouendis. 119.
Hopero quem locū tribuat Foxus in Calendario. 603.
Hoſium quàm ridiculè in Suencfeldianū transformare conētur Apologetici. 617. ab Apologeticorum calumnia vindicatur. ibid.
Hugonis Tigurini Epiſcopi liber de Imaginibus.. 469.
Humfredi Angli calumnia contra diſtinctionem Duliæ & Latriæ diſſipatur. 463, 466.
Humfredus Middeltonus. 539.
Hunericus Vandalorum Rex Arrianus Manichæos perſequitur, & multos incendio abſumſit. 552.
Hunni cauſſa à Rege & Conſiliariis cognoſcitur. 615, 616.
Hunni hiſtoriam Thomas Morus deſcripſit. ibid.
Hunnus non ob aliam cauſſam, quàm ob hæreſim in carcerem coniectus. ibid.
Huſſi quos errores notet Lutherus. 606.
Huſſo nullam iniuriam patres Conſtantienſis Concilij fecerunt, nec fidem illi datam fregerunt. 673.
Huſſus in Calendario Foxi D. Athanaſij locum occupat. 603. hæreſeôs damnatus, à ſuis tamen magni fit. 456 iure ſalui conductus ſua culpa excidit. 673. cū quantumuis Zuingliani & Lutherani ad ſe rapiant, tranſſubſtantiationem in Euchariſtia agnouit. 672. quā carus Bohemis fuerit, & eius vaticinium. 537.
Hyenę catulus cæcus à Macario viſum accepit. 173.
Hypodiaconis cælibatus indictus à Gregorio. 112.

I.

D. IAcobi in Hiſpanos beneficia. 313.
Ibas in Concilio Chalcedonenſi inter Catholicos recenſetur. 18.
Iconomachi cuiuſdam fraus detegitur. 666.
Iconomachi quidam Pſeudomartyres recenſentur. 526. quantum detrimenti Græciæ & Orienti intulerint. 461. deteriores Samaritanis. 460. eorum fraudes & impoſturæ in deprauanda Synodo Francofordienſi. 407. eorum ſpiritus qualis ſit teſtimonio Lutheri. 449.
Idola deſtruentes ſi occidantur, non ſunt dicendi Martyres. 558.
Ieiunia Monachorum. 133, 140.
Ieremiæ miracula. 285.
Ieſus quid Hebræis ſit. 141.
Ieſu nomen ſub maxilla S. Euſtochiæ defunctæ inſcriptum. 317.
Ignatij liber de traditionibus Apoſtolicis. 585.
Illyrici apertum mendacium. 404. 407. eius cōtradictio & turpis error de tempore Francofordienſis Synodi. 418. eius commentum refutatur de Synodi Francofordienſis contra Nicænam Synodum decreto 407. eius exſecranda in ſummos Pontifices maledicentia. 28. librum Carolinum quanti faciat. 402.
Illyrici, & eius, qui præfatur in Caroli librum contra Imagines, diſſidium. 404.
Illyrico quid Vuittenbergenſes obiiciant. 555. Idem Hincmarum nunc recipit, nunc reiicit pro ſuo arbitratu. 417. inſignis ſycophanta. 619. quàm ſit ineptus Carolini libri defenſor. 432, 433.
Imago B. Mariæ à ſancto Luca depicta. 351.
Imago B. Mariæ Virginis; & miracula ad eam edita. 374.
Imago B. Mariæ Ipſunichii in Anglia: & miraculum ibidem editum. 396.
Imago Chriſti ab hæmorrhoiſſa erecta. 386. à Iudæo transfoſſa ſanguinem emiſit. 337, 399. Edeſſam ciuitatem miraculoſè liberat. 337.
Imagini Regis honor tributus, honorem Regis non minuit, ſed auget, 385.
Imaginum vſus in Eccleſia temporibus Apoſtolorum inoleuit. ibid. & 438.
Imagines Auguſtini ſæculo in templis fuiſſe. 351.

Imagines Chriſti & Sanctorum quandoque multo magis ad pietatem excitandam conferre, quàm lectionem aut ſermonem. 388. in Anglia quàm contumelioſè ab Euangelicis conculcentur. 362. quemadmodum adorandæ, 393, 412. 454. non eſſe Idola oſtenditur. 457, 518 in Eccleſiis, tribus de cauſſis, retentæ. 449 vt ornamenta templorum & ad rerum memoriam amplectitur Pſeudocarolus. 446.
Imaginū quāta vis ex Hippocrate & Galeno. 449.
Imperatores Cōſtantinus Magnus, Theodoſius, & Iuſtinianus quid de Monachis ſenſerint. 190.
Imperatores Conſtantinopolitani ab octaua Synodo non fuerunt Iconomachi. 373.
Imperatores cur olim interpoſuerint ſuā in Concilio auctoritatem. 54.
Imperatores Iconomachi qui & quales fuerint. 369, 370.
Imperatores quo in ſenſu Concilia cogiſſe ac eis præfuiſſe dicantur. 23. eorum in Concilio officium. ibid. eorum teſtimonia, ex quibus conſtat principatum in rebus Eccleſiaſticis penes Romanum Pontificem ſemper fuiſſe. 18.
Impoſtura Magdeburgenſium qua pro Eraſmo Gregorium ſupponunt. 273.
Impudentia Magdeburgenſium & Apologeticorum in Anglia, qui Imperatoribus ſummam rerum definiendarum in Concilio auctoritatem contra omnia Concilia tribuunt. 22.
Inceſtæ Apoſtatarum nuptiæ. 163.
Indi à SS. Thoma, & Ioanne Apoſtolis fidem edocti. 313.
Indorum pueri quàm multos Chriſto miraculoſè lucrifecerint: & de eorum ſingulari pietate. 575, 576.
Infans à puero in mortis articulo baptizatus. 577.
Ingreſſum Chriſti ad diſcipulos, oſtiis clauſis, quem ſacramentarij negant, Auguſtinus aſſerit. 289.
Innocentes pro Chriſto ab Herode occiſi cur fuerint Martyres. 587.
Innocentij reſponſum ad Africanos à Magdeburgenſium calumnia vindicatur. 65.
Innocentius Arcadio Imperatori ſacra interdixit. 42.
Inuentio Crucis. 327.
Inuentionem corporis S. Stephani Lucianus Presbyter Hieroſolymitanus Græcè deſcripſit, eamque Auitus Preſbyter in linguam tráſtulit Latinā. 296
Inuocare Sanctos non eſt diuinum honorem eis tribuere. 240, 658. cur in ſcripturis non apertè præcipiatur. 239.
Inuocatio Sanctorum à Magdeburgenſibus oppugnatur. 220.
Inuocatione S. Michaelis Dæmon eiectus. 313.
Ioachimus Perionius Origenis interpres. 644.
Ioannes Auētinus quid de Synodo Francofordienſi in cauſſa Imaginum ſcripſerit. 403, 413.
Ioannes à Laſco. 591. eius & aliorum querela. 598.
Ioannes Baptiſta, vbi & quomodo vixerit. 127, 148.
Ioannes Baptiſta princeps Monachorum. 147.
Ioſephi Confeſſoris hiſtoriam cur Magdeburgenſes diſſimulariut. 11.
Ioannes Chriſtophorſonus Epiſcopus Ciceſtrienſis Euſebij Eccleſiaſticam hiſtoriam in linguam Latinam cōuertit. 49.
Ioannes Cobnamus Pſeudomartyr. 539.
Ioannes Damaſcenus quanta pertulerit ab Iconomachis. 533. quo tempore vixerit. 534.
Ioannis feminæ hiſtoria ſeu potius fabula. 35. & ſequentibus.
Ioannes Fritnus Pſeudomartyr Anglus. 591.
Ioannes Guinæthus Anglus patrio idiomate contra hæreticos doctiſſimè ſcripſit. 568.
Ioannes Haſſelius Theologus de hiſtoria Nectarij ex Socrate & Sozomeno ſcripſit. 214.
Ioannes Huſſus. 537.
Ioanni Huſſo hæreſeôs condemnato quātum ſui tribuant. 456.
Ioannes Langus Nicephori interpres. 49.
Ioannis Monachi obedientia in arido ligno irrigando. 201.
Ioannes Orientalium legatus. 435. qui à Pſeudocarolo & Caluino calumniis impetitus, defenditur, eiuſque ſententia explicatur. 443.
Ioannes Trigaletus Pſeudomartyr. 540.
Ioannes de Turre Cremata. 63.
Ioannis Veſſellani hæreſis de Spiritu Sancto. 555.
Ionas Aurelianenſis Epiſcopus, Claudij Taurinenſis impia ſcripta confutauit. 406.
Ioſephus ab Arimathia. 504.
Ioſephi & B. Mariæ perpetua, ex conſenſu vtriuſque, continentia, & Magdeburgenſium ea de re ſententia. 165.
Ioſias Pſeudoprophetas occidit, & mortuorum

tuorum oſſa igni abſumſit. 551.
Iouiniani Imperatoris lex capitalis in violatores ſacrarum virginum ſub ſpecie matrimonij. 25.
Irenæi ſententiam de Romanæ ſedis dignitate Magdeburgenſium variis modis eludunt potius, quàm interpretantur. 98.
Irenæus & Dionyſius Alexandrinus quid Romanis Pontificibus vitio verterint. 85.
Irenes Martyris templum magnificentiſſimum à Iuſtiniano extructum. 302.
Iſidori Peluſioræ de Imaginibus ſententia. 386.
Iſidorus Sabinenſis Epiſcopus. 574.
Iudæi & Iconomachi in quibus conueniant 455.
Iudæorum exſecranda impietas in ſacratiſſimam Euchariſtiam. 208.
Iudæi in templo Imagines habebant ex præcepto. 390.
Iudex idoneus in cauſſa Eccleſiaſtica non eſt, qui non ſit ſacris initiatus. 101.
Iudicium rerum Eccleſiaſticarum Apologetici fœminæ obtrudunt. 39,334.
Iulij Cæſar. Scaligeri carmina ad beatam virginem Mariam. 246.
Iulij Cæſaris Scaligeri de Eraſmo iudicium. 274.
Iulij & 306. in Synodo Romana Epiſcoporum ex Athanaſio Epiſtola, quæ docet Nicæno Concilio fuiſſe cautum, ne Epiſcopus præter ſententiam Romani Pontificis ſede ſua exigatur. 43.
Iuliani Apoſtatæ & Galli contentio in ædificando Mamæ templo. 264.
Iulianus Apoſtata propter Martyrum cultum negabat Chriſtianos vnum Deum adorare. 281.
Iuonis teſtimonium de cultu Imaginum, & canonis Elibertini interpretatio. 486.
Iuris ciuilis cognitio quem fructum adferat. 366.
Iuſtiniani ieiunantis cibus & potus cuiuſmodi fuerit. 303. eius de primatu Romani Pontificis teſtimonia. 27. eius licet ægrotâtis quadtageſimale ieiunium exquiſitum. 302,303.
Iuſtiniani pietas in templis ædificandis quàm grata Deo fuerit, miraculo oſtenditur. ibid. Idem ad Reliquias Sanctorum ſanatur. ibid.
Iuſtinus Martyr cur in Apologia ad Antoninum Pium de baptiſmo agens, crucis & chriſmatis mentionem non fecerit. 340.
Iuſtitia quàm latè pateat, 567. & quis ſit iuſtus. ibid.
Iuuenis qui princeps latronum fuerat, à D. Ioanne Euangeliſta Eccleſiis præfectus. 177.

L.

Labarum Romanum à Conſtantino in Crucem conuerſum. 327.
Lacedæmoniorum mos illaudatus. 545.
Lacedæmoniorum prudentia imitanda in conſilio capiendo. 649.
Lactantij ſententia, quomodo contra Ethnicos diſputandum. 280. eius teſtimonium de ligno Crucis Chriſti, & eius veneratione. 368.
Leænæ meretricis inuictum animi robur. 545.
Laicos & principes nihil vnquam definiuiſſe in Concilio. 23.
Lampridius de quibus ſimulacris loquatur, Chriſtianorum an Gentilium. 322,324.
Laonicus Chalcondyla ſolus ex Græcis mẽtionem facit de Ioanne femina. 37.
Lapides è ſpecu D. Pauli valent aduerſus ſcorpiones & ſerpentes. 109.
Lata porta Euangelicorum. 651,654.
Lateranenſis Synodus, ad quam Carolus M. Epiſcopos miſit, Iconomachorum hæreſim damnauit. 406.
Latimerus cuius Martyris locum in Calendario Foxi occupet. 603. eius exſecranda aſſertio. 605.
Latria propriè debita diuinitati ſeruitus. 282,461.
Latriam ſoli Deo deberi Nicænos patres adſeruiſſe vel Magdeburgenſium teſtimonio. 482.
Latriæ & Duliæ diſtinctio contra Laurentium Humfredum defenditur. 463,464, 465.
Latro conuerſus Eccleſiis præficitur. 177.
Laurentij Humfredi Angli calumnia contra Duliæ & Latriæ diſtinctionem diſſipatur. 463,464,465.
Laus eximia ſolitudinis Aegyptiacæ ex Chryſoſtomo. 148.
Lauſiaca hiſtoria Palladio aſſeritur. 198.
Lazari Monachi manus, quibus Chriſti Imaginem pinxerat, ignitis laminis adustæ. 534.
Leander quid Veneris cauſſa fecerit. 543.
Lectio & picturæ cognitioni rerum inſeruiunt. 446.
Legati Romani Pontificis in Synodo Chalcedonenſi primi omnium ſubſcribunt. 18.
Leges hiſtoriæ à Magdeburgenſibus violatæ. 234.
Leges Moſaicæ non aduerſantur conſuetudini Eccleſiaſticę in Imaginibus pingendis aut fingendis. 389.

Leo Imperator Copronymi filius, & eius exitus. 372.
Leo Iſaurus Imperator Iconomachus. 371. eius impium & crudele facinus. 532. eiuſdem fraus in Damaſcenum. ibidem.
Leonis primi Romani Pontificis auctoritas in Concilio Chalcedonenſi 17, 18, 53. eius teſtimonio canon Nicęnus de appellationibus comprobatur. 44.
Leonis noni teſtimonium contra Pſeudoſynodum Iconomachorum. 410.
Leobardus promiſſione facta de cõiugio, contra voluntatem parentum Monaſterium ingreditur. 132.
Leonardus Chienſis Mitylenæus Archiepiſcopus. 374.
Leonardus Coppenus. 680.
Leontij ſententia de honore, quem Chriſtiani Imaginibus tribuunt. 390. eius cum Iudæo de Imaginibus adorandis diſputatio. 438, 454, 458.
Liber contra Imagines Carolo Magno falſò adſcriptus. 394. barbarus & ineptus. 437. quàm ſuſpitioſè editus. 404. quo tempore primùm excuſus. 400. vbi primùm repertus. 402. quando videatur ſcriptus, & ad quem. 405. ab Adriano Papa confutatur. ibid.
Liber trigeſimus ſecundus Theſaurorum Cyrilli in ſexta Synodo citatus. 63.
Liber ſeditioſus contra regimen feminarũ ab Euangelica ſchola profectus. 549.
Libri Chriſtianorum & Monachorũ Sanctorum. 140.
ex Liberato inſigne de Romani Pontificis amplitudine teſtimonium. 104.
Liberius Papa ab hæreſeôs nota aſſeritur. 40.
Liberum arbitrium in homine negant Lutherani. 655.
Licinius Ethnicus Crucis vim inuictam agnouit. 347.
Ligni & oſſis ſubſtantiam nõ veneramur, ſed diuinam vim & virtutem in illis. 349.
Litteram longam apud Plautum non eſſe L. ſed T. 364.
Litteræ Auguſtini & Africanorum ad Innocentium 65.
Litteræ Hieroglyphicæ formam Crucis referentes. 335.
Litteræ Cyrilli & Attici ad Africanos patres. 14.
Litteræ in laudem Vuicleui nomine Oxonienſis Academiæ confictæ nuper in concione Oxonij publica pro re competta recitatæ. 669.
Liturgiæ Iacobi Apoſtoli, & Baſilij cum Miſſa Chryſoſtomi conueniunt. 224.
Loca in ſcriptis patrum enumerantur, quæ Sanctorum cultum, Reliquiarum honorem & miracula comprobant. 283.
Loci Sanctitas. 305.
Londinum olim Angliæ Metropolis. 491.
Longæua Pauli & aliorum vita in eremo. 177, 193.
Lucernæ cur accendantur in templis ſole lucente. 277.
Lucernis & Chriſtiani & Ethnici in Eccleſiis vtuntur. ibid.
Ludibria Dæmonum quot & quæ Antonius pertulerit. 180.
Ludouicum filium Caroli Magni, librum contra Imagines edidiſſe, fingũt Euangelici. 402. Idem Synodum contra Iconomachos coëgit. 406.
Lugdunenſes Martyres. 531.
Lugdunenſis Eccleſię præſtantia Bernardi teſtimonio. ibid.
Luſitanorum felix ad Aethiopiam appulſio, Cruce viam præmonſtrante. 399.
Lutherani liberum arbitrium tollunt, & peccata noſtra Deo auctori adſcribunt. 633, 653. capita fidei in diſputationem trahunt. 597. Imagines multi eorum retinent. 475. Zuinglianis erroris fuit in Euchariſtia occaſionem dederunt. 589 in Chriſti Crucem impij. 480. in ſacramẽtis, à Zuinglianis diſſentiũt 589. Caluiniſtas caſtigandos clamitant. 598. paucos Martyres habent. 625. ſed quatuor noua Euangelia. 686. de iuſtificatione quàm contraria ſentiant. 625.
Lutherus à Diabolo edoctus, priuatam Miſſam abrogat. 249, 678. primus omnium aditum ad Euchariſtiam abſque confeſſione patefecit. 213. quàm ſibi contrarius. 625. quàm impiè Scripturas deprauet. 645. ſeditionis occaſionem præbuit 631, 652. vocem *Catholicam* è ſymbolo Apoſtolico ſuſtulit. 641. veteres hæreſes ſuſcitauit, & nouas peperit. 626. 633, 634. neſcio quid veneni in voce *ὁμούσιος* ſubeſſe adfirmat. 52.
Lutheri cura & ſolicitudo de tollendo Chriſti corpore ex Euchariſtia in odium Romani Pontificis. 679. in Chriſti Crucem impietas. 330. mira arrogantia & inſignis ſtultitia. 671, 672. ipſius ſcholæ caſtitas. 164 eius viſiones & prædictiones. 670, 676, 684. miracula. 667, 680. de ſuo Euangelio teſtimonium. 655. 656.
Lutherus quale monſtrum eſſet futurus, monſtroſo vaccæ partu diuinitus patefactum. 681. eius propago multiplex, diſcors

diſcors & deformis Zuinglium & Caroloſtadiũ pro fratribus agnoſcere noluit. 599. eius Anathema in Apologeticos & Caluiniſtas. 600. eius repentina mors. 678. in Calendario Foxi Confeſſor rubricatus emiuet 603. quorum Martyrum locum inuaſerit. ibidem.

Lutherus, Vigilantius, & Eunomius doctores & magiſtri Magdeburgenſium. 232.

M.

MAcarius celebrato nuptiarum coniuio eremum petiit. 166. defunctum à morte excitat. 668.

Magdeburgenſium hiſtoria cur aurea appelletur 6. eorum impudentes in Leonem, Gelaſium, & alios Romanos Pontifices calumniæ. 44. deplorata malitia. 47. Africanorum canones corrumpunt. 67. de Cornelio mentiuntur. 74. fraudis & perfidię ſuo ipſorum teſtimonio conuincuntur. 76. verba Cypriani de ſacrificio Euchariſtię malitioſè interpretantur. 79. & in eo fingunt, quæ nuſquam reperiuntur. 88. & quę ipſe contra ſchiſmaticos in Africa Epiſcopos ſcripſit, iſti ad minuendam Romani Pontificis auctoritatem torquent. ibidem & 97. eorum calumnię in Cyprianum diſſipantur. 103, 340. verba Epiphanij non plenè recitant. 117, 155.

Magdeburgenſes grauiſſimis cõuiciis patres proſcindunt, qui inſtituta Monaſtica probant. 154, 184. noui fiunt Iouiniani. 159. Scripturas peruerſè interpretantur. 188. patres contra ſe citant. 222, 340. iniquè de Hieronymo iudicant. 257. eorum puerilia argumenta contra Romani Pontificis auctoritatem. 29.

Magdeburgenſes vnde dicti. 278. eorum idola. ibid. quæ contra Sanctos oblatrant, ab Ethnicis ſumunt. 281. ſibi in eadem Centuria contrarij. 328, 330, 340. de Sozomeno mentiuntur. 326.

Magdeburgenſium in D. Auguſtinum conuicia. 350. de Conſtantino Magno iudicium. 336. de Galfrido Monumetenſi fabulæ. 49?, 499. De perfidia Geneuenſium querelę. 584. in Iouinianum, Vigilantium & Aërium propenſio. 614.

Magdeburgenſium aut fraudes, aut mendacia, aut perfidum ſilentium. 12, 50, 67, 76, 83, 85, 88, 97, 155, 181, 202, 203, 225, 231, 247, 250, 256, 262, 272, 273, 275, 284, 292, 310, 316, 325, 326, 328, 348, 356.

Magdeburgum per quem Metropolis dignitatem ſit conſequutum. 307.

Magi Pharaonis cur minus reprehendendi quàm Magdeburgenſes. 288.

Magiſtratus, quoſdam alioqui bonos aut prorſus corrupit, aut aliquid ſaltẽ prioris vitæ laudi detraxit. 201.

Malachias, & eius miracula. 502.

Malchi vitam quo animo ſcripſerit Hieronymus, vt volunt Magdeburgenſes, 132. quæ crimina ei obiecta. ibidem. an furti reus fuerit. 170. eius fuga expenditur. ibidem. è manu heri miraculoſè eripitur. ibidem. cur eum Magdeburgenſes conuiciis inſectentur. ibidem. de cogitatione homicidij excuſatur. 176.

Marbeci Angli inauditum Martyrium. 697.

Marcellinus licet paganus, Romanæ ſedis prærogatiuam non reticuit. 41.

Marcus Monachus, & eius miraculum. 129.

Marcus Euangeliſta, in Aegypto & Alexandria vitæ Monaſticę fundamenta iecit. 138.

Margareta Iordemana Maga Aienſis læſę maieſtatis rea vltimo ſupplicio afficitur. 610.

Maria Aegyptiaca. 129, 175.

Maria Virgo virginitatem vouit. 144. & cum Ioſepho conuenit vt eam inuiolatam cuſtodiret. 145.

Maria Anglię Regina Catholicę religionis inſtauratrix. 483.

Maris tempeſtas ſigno Crucis ſędata. 345.

Marshius, Kyngus, & Debnamus Foxi Martyres ſacrilegij pęnas exoluerunt. 616.

Martianus Imperator quomodo & quare Concilio Chalcedonenſi interfuerit. 19. Romanum Pontificem rogat vt decreta Concilij confirmet. ibidem. eius pręclara vox de Concilio. 55.

Martinus Epiſcopus Magdeburgenſibus Necromanticus, & cur. 199.

Martinus Polonus primus auctor illius fabulę de Ioanne femina fuiſſe creditur. 37.

Martyrius Monachus, & quid de eo Gregorius ſcripſerit. 131.

Martyrij factum panes Cruce conſignandi defenditur. 356.

Martius Monachus à Magdeburgenſibus cur Antichriſti miles dicatur. 205.

Martyres quomodo adorandi. 135, 236, 282
Martyres qui nullo alio quàm gladij ſupplicio interfici potuerunt, enumerantur. 147.
Martyres vt medici & auxiliares à nobis colendi. 280. eorum feſti dies an quinto primum ſæculo introducti. 281.
Martyres quadraginta patroni Cappadocum. 307.
Martyres & Confeſſores qui ſe Iconomachorum conatibus oppoſuerunt. 532, 533.
Martyrem cauſſa facit, non pæna. 547. & qui propriè dicendi Martyres. 586. qui veri Martyres ſunt ne in morte quidem cum Pſeudomartyribus aliquid commune habere voluerunt. 558.
Martyr eſſe non poteſt qui in Eccleſia Dei non eſt. 562. Catholicæ Eccleſię ferè infiniti Martyres. 583. aliquot à Canibalis deuorati. 588. omnes ab Apoſtolis ad nos eandem quam Romana hodie profitetur Eccleſia, tenuerunt fidem. 718.
Martyres Foxi qui vel mortem ſibi conſciuerunt, vel furti, vel ſacrilegij, vel magiæ, vel læſę maieſtatis cauſſa capitis pænas luerunt. 606.
Martyrij falſa ſpecie Euangelici capiuntur. 7. inutile Martyrium quod & quando. 544.
Martyrium in Eccleſia triplex. 587. ex perfecta caritate naſcitur. 559. & eſt alter baptiſmus. ibidem. cur hæretici nō ſint eius capaces. 664 ex malo optimum facit, vt Pſeudomartyrium ex malo peſſimum. 664.
Martyrologium Foxi Angliçè ſcriptum, cuiuſmodi. 601.
Matrimonium interdictum Presbyteris & diaconis. 112.
Matrimonium ſi non fuerit conſummatum, per votum ſollemne caſtitatis, vtriuſque vel alterius coniugum, dirimi poteſt. 161.
Matriani & Maximæ vxoris inſignis cōtinentia. 163. eius poſt mortem miracula. 283, 284.
Mauri ex Hiſpania eiecti. 689.
Mauritius Martyr cum ſociis. 583.
Melanchthon Nicænos patres vt imperitos & parum cautos notat. 51. eius abſurda Theologia & futile argumentum contra Monaſticæ vitæ auſteritatem. 144. eius ſententia de nono poſt diuortium Matrimonio repetendo. 161. canones veteris Eccleſiæ de ſatiſfactione vnde deſumtos putet. 171. mendacij notatur. 234. verba Vrſpergenſis ineptè interpretatur. 408. inconſtans & leuis. 592. de Euchariſtia aliter quàm reliqui Euangelici ſentit. 595.
Menas ex auctoritate Romani Pontificis Anthimum hæreticorum ducem dignitate exegit. 21.
Mendacium dicere & mentiri differunt. 476.
Mens pia in ſacrorum operum lectione cęleſti numinis afflatu affici ſolet. 1.
Metaphraſtes de vitis Sanctorum diligentiſſimè ſcripſit. 314, 315.
Methodius Patriarcha Conſtantinopolitanus ab Iconomachis dignitate pulſus. 534.
Michael Balbus, Iconomachus. 372.
Michael Curolopates falſò Iconomachis adſcribitur. 373.
Middeltoni Pſeudomartyris cuiuſmodi fuerit vaticinium. 690.
Mileuitani Concilij canon quo Clerici prohibentur extra Africam appellare. 46.
Milites duo poſt ſponſalia inita continentiam vouent, quorum tam pulcrum exemplum eorum ſponſæ æmulantur. 168.
Milites Arriani ad Ambroſium è Baſilica detrubandum miſſi, ad fidem Catholicam conuertuntur. 261.
Miniſtrorum Euangelicorum deſcriptio. 628.
Mirabilarij qui, & quomodo ab illis cauendum. 287, 288.
Miracula Sanctorum defenduntur. 172. ad reliquias Antonij & Hilarionis eduntur. 183. quibus temporibus frequentiſſima. 209.
Miracula Euchariſtiæ in carnem conuerſę contra Magdeburgenſes defenduntur. 208. & cur eiuſmodi Chriſtianis & Iudæis ſępe edita. ibid.
Miracula vera ab aliquo Sancto poſt mortem edita primis 500. à Chriſto annis non reperiunt Magdeburgenſes. 260. vnde pendeant. 266. ab Euangelicis fruſtra exiguntur. 209, 287. ſcripturis non aduerſantur. 294. cur à Magdeburgenſibus reiiciantur. 298. cur in vno loco potius edita quàm alibi. 306. ad Imaginem Chriſti. 325, 356. ad Crucem Chriſti. 345, 346. ad Imagines Sanctorum. 387, 395. & ſequentibus in Martyrio Fructuoſi & ſociorum eius. 649.

Miracula Lutheri & ſuorum. 667, 680. ad incendium Gardineri, vt fingit Foxus. 540, 688.

Miſſam, quæ Chryſoſtomi dicitur, quibus rationibus Magdeburgenſes ipſius non eſſe probent. 223. eam Eccleſia Græca & Latina ſemper agnouit. 224. eius nomen quinto ſæculo Magdeburgenſibus inauditum. 257. ab Ambroſio, Auguſtino, & Mileuitani Concilij patribus vſurpatum oſtenditur. 275. eius ſacrificium pro defunctis Carolus Magnus approbauit. 477.

Monachorum origo, vt Magdeburgenſes volunt. 127. eorum religio in quibus potiſſimum conſiſtat. 137. eorum veſtitus. 148. tonſura. 217. eorum miracula Magdeburgēſes extenuant. 157. iidem non ita fuere eremo addicti, vt Reipublicæ Chriſtianæ, aut parentibus operam ſuam negarint. 193. è Monaſteriis deturbati. 199. in Monte Sina quales fuerint. 300. poſt mortem canentes. 130. Monachi quinti & ſexti ſæculi. 134, 135. Euangelicus, olim Monachus, eodem tempore trigamus. 655.

Monaſteria virginū, quæ voto non aſtringuntur ſollemni. 195. eorum demolitio quid portendat. 478.

Monaſtica vita Chriſti & Apoſtolorum temporibus. 138. à Philone deſcripta. ibidem. eius dignitas. 146. eius vitæ profeſſio etiam inuitis parentibus licita. 159. an ſit cultus Dei, & eius perfectio in quo conſiſtat. 178. eam ex quorundam vitiis damnant Magdeburgenſes. 195. nemo probatus ſcriptor quarti, quinti & ſexti ſæculi improbauit. 153.

Monicæ matris D. Auguſtini pia de filio ſolicitudo. 582.

Mons oratione Monachi loco motus. 172.

Montaniſtæ Alexandrum latronem pro Martyre habuerunt. 552.

Mors ab hæretico pro Chriſto ſuſcepta pœnam æternam non tollit. 566. eam quandoque ſcelerati homines intrepido animo tolerant. 545. Martyrij & inanis gloriæ cauſſa ſponte ſuſcipitur. 556.

Mortui viuentibus apparuerunt, & ſepulturæ ſuæ curam mandarunt. 298.

Mortuos viuis opem ferre maximum eſt miraculum. 260.

Mos forma Crucis ſignandi, longè ante Conſtantini tempora in Eccleſia receptus. 339.

Mores veterum Martyrum & noſtrorum hodie Pſeudomartyrum quàm diſſimiles. 648. & veterum hæreticorum & noſtrorum hodie Euangelicorum omnino iidem. 634, 642, 647.

Moſes eremita dux olim latronum. 177.

Moſis eremitæ mira abſtinentia & vigilia. 133.

Muſculus in peruerſa ſua Socratis & Sozomeni tranſlatione architectus eſt canonis ſuppoſititij de conſecratione Eccleſiarum. 47. eiuſdem perfidia in alio Sozomeni loco. 212.

Mutij factum expenditur. 200.

N.

NAbuchodonoſoris impietas. 460.

Nequi quorundam magni alioqui nominis auctorum. 153.

Narratio illa ex Cyrillo & Attico de integris canonibus Nicænis non vſquequaque vera videtur. 33.

Narratio de Imagine in foribus templi ab Epiphanio in velo diſciſſa. 514.

Natalius Cōfeſſor ab Angelo cęſus, quòd ſe hæreticæ factioni adiunxiſſet. 299.

Nationes ſingulæ diuos ſuos tutelares habent. 307.

Nationes non paucæ Imaginibus pro litteris ſunt vſæ. 448.

Nauis [*victoria*] totum mundum circuiuit. 682.

Nauis combuſta ad incendium Gardineri, ſi Foxo credimus. 540, 688.

Nazaræi, Rechabitæ, & Prophetarum filij noſtros Monachos præfigurabant. 137.

Nazarij & Celſi hiſtoria ab Ambroſio deſcripta. 261.

Nectarij hiſtoria de abrogatione publicæ pœnitentiæ. 210.

Nectarius non priuatam Confeſſionem, ſed publicam ei ſuperadditam ſuſtulit. 212. eiuſdem narratio de Theodoro; qua quædam capita iſtius doctrinæ Euangelicæ amputantur. 214.

Nicænos canones à Romanis Pontificibus deprauatos Magdeburgenſes & Apologetici calumniantur. 14, 15. eos nullus vnquam fide dignus ſcriptor à Romano Pontifice corruptos tradidit. 60.

Nicæni canones qui extant, nullam, neque de celebratione Paſchæ, neque de condemnatione hæreſeôs Arrianæ mētionem faciunt, cùm tamen his de cauſſis Synodus fuerit coacta. 33. canon. 32. Catholicam de Euchariſtia fidem confirmat. ibid.

Nicæ-

Nicænam Synodum non abſque Romani Pontificis conſenſu fuiſſe coactam. 52. eius Synodi canones Arabicè conſcripti, nuper ſunt reperti. 56.
Nicænum Symbolum Caluino carmen battologicum. 468.
Nicæna Synodus ſecunda, de adorandis imaginibus. 3, 382. eius anathema in Iconomachos. 393, 411. eam tam Græci quàm Latini pro œcumenica agnoſcũt. 410, 482.
Nicænorum patrum oratio Pſeudocarolo barbara videtur. 438. Iidem à calumniis Pſeudocaroli vindicantur. 438.
Nicephorus Magdeburgenſibus quando ſatis idoneus teſtis, quando non. 249. temere ab eis reprehenditur. 351.
Nicephorus Blemmida Græcus, ad confirmandam Latinorum contra Græcos ſentẽtiam, multa perdoctè collegit. 375.
Nicephorus Conſtantinopolitanus Epiſcopus ab Iconomachis in exſilium actus. 534. Eius de Nicæna Synodo contra Iconomachos illuſtre teſtimonium. 410.
Nicodemus Chriſti Imaginẽ habuit, quæ à Iudæis telo violata ſanguine manauit. 386.
D. Nicolaus cuidam in ſomnis apparens ex imagine cognoſcitur. 453.
Nicolaus Cuſanus. 22. eius ſententia de Iure Cõcilij indicendi expenditur. ibid.
Nicolai Diaconi impia dogmata. 117.
Nicolaus Amſdorfius Zuinglianis & Oſiandrinis quàm infenſus. 598.
Nicolaus Euzinas Pſeudomartyr quàm miraculoſè è carcere aufugerit. 688.
Nilammonis mors repẽtina, poſt Epiſcopatum recuſatum à Magdeburgenſium calumniis vindicatur. 200.
Non ſpectandum quid fæx Chriſtianorũ, ſed quid perfecti Chriſtiani faciãt. 530.
Nouatianus in quo hæreticus, & in quo ſchiſmaticus. 103.
Nouati hæreſis de certa reconciliandi peccatoris in Eccleſia ratione, quam nullam eſſe putabat, ſed Deo relinquendam. 211.
Nouitas omnis meritò ſuſpecta maximè in dogmatis fidei. 185.
Nouum Teſtamentum, veteris expoſitio. 140.
Nouus orbis per quos inuentus. 682. Chriſtianam religionem amplectitur. 684. quorum opera. 689.
Numiſma iuſſu Conſtantini, figura Crucis ſignatum. 328.
Nuptiæ quæ vocantur Monachorũ, peiores adulterio, ex Chryſoſtomo. 196.

O.

Obedientia cur pæne nulla erga magiſtratus in populo Euangelico. 651.
Occidentis potius quàm Orientis in cælibatu Clericorum conſuetudo attendenda. 121.
Occidentis Imperium ſine iniuria Græcorum Imperatorum à Romano Pontifice conſtitutum. 471. eiuſdem Imperij inclinatio. ibid.
Occulta & futura ſcire quomodo ſit ſolius Dei. 240.
Octaua Synodus Oecumenica. 21.
Octaua Magdeburgenſium Centuria recens edita. 481.
Octo expoſitiones horum verborum, *Hoc eſt corpus meum*, à Zuinglianis excogitatæ. 590, 591.
Oculum ſimplicem vt quis habeat quæ requirantur. 560.
Odium peccati ad pænitentiam non requiri, Lutherani adfirmant. 636.
Oecolampadius in Græcorũ ſcriptis transferendis non ſemper bona fide eſt verſatus. 62, 268. Idẽ Romanæ ſedis odio, in Theophylacto aliquid prætermiſiſſe videtur. 62. eius perfidia in Chryſoſtomo vertendo. 268. horum verborum, *Hoc eſt corpus meum*, quam interpretationem adferat. 590. eiuſdem aduerſus Melanchthonem grauis querela. 593. eius repentina mors. 676.
Oecumenicæ Synodi quid de interceſſione & Inuocatione Sãctorum ſenſerint. 235.
Oecumenicam Synodum priuatæ cedere debere qua ratione probent Apologetici. 473.
Oleum ad Reliquias Sanctorum mirificè profluens. 305. oleum benedictum. 345.
Oldenus læſæ maieſtatis reus, Foxi Martyr. 609.
Optati de principatu Petri teſtimonia. 610. Idem quæ in Donatiſtas obiicit, in Euangelicos maximè quadrant. 100.
Optimus vir priuatus, non ſemper optimus magiſtratus. 201.
Opus ex voto excellentius quàm ſine voto. 179. opus bonum quod ſolum dicẽdum. 560. quo perficiatur. 653. an omne opus bonum, à Deo mandatum. 144. nullum eſſe mercede dignum docent Euangelici. 653.
Oratio ex Clemente Romano, pro aqua ad dæmones abigendos conſecranda 12.
Oratio Dominica alias pias preces nõ excludit. 239.
Oratio Eccleſiæ de Crucis adoratione

Gregorij primi ſæculo recepta. 516.
Ordo diſputationis in hiſce Dialogis. 4.
Ordo vnitatis Eccleſiaſticæ. 95. 724. & præpoſterus ordo Euangelicorum. 483.
Origenis ſententia de continentia Sacerdotum. 119. de Inuocatione Sanctorū. 227, 237. eius libri cur Magdeburgenſibus ſuſpecti. 223. eundem à Catholicis corruptum mentiuntur Apologetici. 644. eius interpretes à calumnia vindicantur. 644.
Origo ſchiſmatum & hæreſeōn vnde. 83, 95, 97, 724. huius ſæculi hæreſum radix Lutherus. 626.
Origo diſſimilis Pontificiæ & ciuilis auctoritatis. 104. origo fontis miraculoſa. 313.
Orthodoxorum patrum ſcripta tum veteres, tum noſtri hodie Euangelici corruperunt, & deprauarunt. 642.
Oſiandri de Imagine Dei abſurda opinio. 450. Idem à Luthero diſſentit in cauſſa iuſtificationis. 686.
Oſtienſis Epiſc. Romani Pontificis Legatus in octaua Synodo primus ſubſcripſit. 22.
Oxonienſis Academiæ teſtimonium de hæreſibus Vuicleui ad Concilium Conſtantienſe. 669.

P.

Pœnæ in hac vita cur à Deo hominibus irrogentur. 665.
Palladius Monachus an Monachos hæreticos laudet. 198 Lauſiaca hiſtoria ei aſſeritur. ibid.
Panis azymus ad conficiendam Euchariſtiam. 12.
Panis ſacer qui hodie benedictus appellatur, olim Catechumenis dabatur. 351, 545.
Pantaleonis Euangelici de edicto Theodoſij teſtimoniū 369. eius inſigne mendacium de Sigeberto & Chryſoſtomo. 372, 373. fides in hiſtoria. ibid. & 533. Idem quos Foxus præter rem ſit Martyres, ad reliquorum numerum aggregat. 606.
Paphnutij ſententiæ de cælibatu commoda interpretatio. 321. hiſtoriæ de Paphnutio quantum tribuendum. 120.
Pappula excuſatur de mutatione veſtis. 171.
Parentibus, in quibus non obſequendum. 159.
Patres quinti ſæculi quid de Romani Pontificis auctoritate ſenſerint. 61. & ſequentibus, qui patres Eccleſiæ, Monachi fuerint. 154. eorum conſenſus de dignitate vitæ Monaſticæ, de intercesſione & inuocatione Sanctorum. 211. de eorum apparitione. 251. de dimittenda vxore propter fornicationem. 161. de Reliquiarum honore & miraculis. 283. de Cruce. 342. de adorandis Imaginibus. 386, 387.
Patres enumerantur quorum doctrinam de libera hominis voluntate, Magdeburgenſes in ſex prioribus Centuriis impie conuellunt & oppugnant. 321. ſimiliter de Iuſtificatione noſtra per fidem & opera. ibid.
Patres ſocietatis Ieſu: eorum labor & induſtria in religione Chriſtiana propaganda. 13, 215, 313, 317. miracula, 318, 319. & alibi ſæpius.
Patriarchæ Armeniæ, Antiochiæ & Aſſyriorum, Romanæ ſedis auctoritatem eminentem hodie agnoſcunt. 677.
Patriarchæ & Metropolitani cur in Eccleſia conſtituti. 724.
Patritius Hiberniæ Apoſtolus commentarios rerum in Britannia à Damiano & Fugatio geſtarum inuenit. 504.
Patroclus ſanctitate & miraculis clarus, Magdeburgenſibus Antichriſti diſcipulus. 205.
Paſchatis obſeruatio miraculo confirmatur. 504. eam Magdeburgenſes & Balæus frigidam hypocritarum obſeruationem appellant. 491. eorum inſania refellitur. 503.
Paulinus Nolæ Epiſcopus, perpetuam coniugum continentiam laudat. 124. eius teſtimonium de peregrinatione Hieroſolymitana. 331.
Paulinus Aquileiēſis Epiſcopus librum aduerſus Felicem hæreticum ſcripſit. 479. in Synodo Francofordienſi recitatur. ibid. quando & à quo editus. 479.
Pauli Eremitæ vitam non ſeriò ſcripſiſſe Hieronymum volunt Magdeburg. 128. Idem nemini à 16. ætatis anno niſi D. Antonio viſus. 177. quo ſæculo vixerit. 178.
Paulus & Barnabas cur ſacrificium ſibi offerri vetuerint. 238. ſudario Pauli, morbi curantur. 149. eius verba: *Etſi cognouimus Chriſtum ſecundum carnem, iam non cognoſcimus:* quomodo intelligenda. 388.
Pauli Diaconi auctoritatem extenuant Magdeburg. 250.
Pauli Iouij hiſtoria ab Euangelicis corrupta. 595.
Paulus Oroſius Ambroſij apparitionem conſcripſit. 250.
Peccatum in Spiritum Sanctum quod ſit. 564, 664.

Peki horrenda impietas in Euchariſtiam. 551.
Peregrinationes Hieroſolymitanas damnant Magdeburgenſes. 331. defenduntur in ſequentibus.
Petronia clariſſima femina mirificè ſanata. 289.
Petrum Romæ fuiſſe negant Euangelici. 16. confutantur. 71, 490. eum primum Chriſtus elegit. 84. primatum ei dedit. 91. caput Eccleſiæ conſtituit. 721. ei ſoli oues & agnos paſcendi curam demandauit. 92. eius & aliorum Apoſtolorum diſſimilis conditio. ibid. cur à Cornelio adorari noluerit. 138 eum eſſe primum Apoſtolorum, Magdeburgenſ. ad ipſius perſonale beneficium reſtringunt. 99.
Petrus & Paulus Romanæ vrbis patroni. 307. eorum Imagines. 325, 352, 386.
Petrus Crabbus Conciliorum collector, à Magdeburgenſium calumnia vindicatur. 24.
Petri Martyris de Stephano Romano Pótifice mendacium. 74. refellitur 77. eius teſtimonium contra Pſeudocarolum & Calninum. 463. contra Apologeticos. 596. eius inconſtantia. ibid. Idem diuinæ poteſtati terminos præſcribit. 595. Idem negat Chriſtum depiecatorem noſtrum eſſe. 239. eius in Ambroſium calumnia. 209. contra præſentiam corporis Chriſti in Euchariſtia ſophiſma. 237.
Petrus Martyr Anglerius. 396.
Petrus de Natalibus in Sanctis recenſendis parcus potius quàm profuſus. 314. excuſatur. 315.
Petrus Crinitus Theodoſij edictum adulteratum protulit. 366.
Petrus Aluarus prouinciæ S. Crucis nomen indidit. 397.
Petri Lombardi cum coryphęis pſeudoeuangelicorum collatio. 598.
Petrus quidam Germanus qui Chriſtum nihil carnis ex Maria ſumpſiſſe aſſerit, à Foxo pro Martyre celebratur. 604.
Peuceri contra Illyricum teſtimonium. 413.
Philippus Siciliæ Apoſtolus, & eius miracula. 309.
Philippus Melanchthon. vide Melanchthon.
Philonis cum Petro colloquium. 138. eius ſcripta. 141.
Photium Conſtantinopolitanū Romani Pontificis legati Epiſcopatu mouēt 21.
Piammon Monachus. 129.
Pictura, pictor, pingendi ars. 384, 449, 517.
Picus Mirandula in Foxi Calendarium relatus. 659. ei naſcenti circulus igneus cubiculum illuſtrauit. ibid. Is, ſi vita ſuppetiiſſet, contra hæreſes ſcripſiſſet. 660. Eidem neque in vita neq; in morte quippiam cum hæreticis commune fuit. ibi. & ni mors interueniſſet, ordini D. Dominici ſe addixiſſet. ibid. in morte vt ſe geſſerit. ibid. eius fides de Euchariſtia. 661. de Imaginibus & Romana ſede. ibid.
Pior contra Magdeburgenſes defenditur. 192. eius grauitas, conſtantia, & prudentia. 193.
Pipinus Caroli Magni pater vir prudentiſſimus. 471. hunc Eli Phili Iconomachum vult eſſe. 401. Imaginum potius propugnator quā oppugnator fuit. 405.
Pius ſecundus. vide Aeneas Siluius.
Pius quartus Crucem fingi aut ſculpi humi prohibuit. 367. lux in eius natiuitate diutinitus miſſa quid portenderit. 660.
Placillæ imperatricis ſtatua à populo euerſa. 335.
Plato quid de ſtatuis ſcribat. 349.
Plato Martyr ex cōſpectu Imaginis ipius agnitus. 453.
Polemon Zenocratis diſcipulus. 164.
Polychronius Monothelita vt mortuum vitæ reddere fruſtra tentauerit. 666.
Polydorus Virgilius. 311.
Polironius ducis Guiſiani parricida. 550.
Pontificatus maximus Gregorio promiſſus. 181.
Pōtificiæ & ciuilis auctoritatis origo diſſimilis. 104.
Portæ inferorum hæreſes. 92.
Poſſiacus conuentus in Gallia. 103.
Potamiænæ apparitio. 252, 254.
Potentius à Leone ad cauſſas audiendas in Africam miſſus. 46.
Prædictiones ridiculæ Euangelicorum. 676, 677.
Præparatio ad Miſſam Ambroſij. 214.
Preces quantū efficiant apud Deum. 190. pro defunctis vanas eſſe quis primus docuerit. 226.
Precatoriis globulis ægroti ſanantur. 576.
Prætextatæ hiſtoria. 184.
Principatus vnius omnia in rerum vniuerſitate nos admonent. 94.
Priuilegia Apoſtolicæ ſedis quàm firma olim habita fuerint. 57.
Procopij liber de ædificiis Iuſtiniani cur nunquam in ſex Centuriis Magdeburgenſium citetur. 300.
Proprietas mirifica eorum, qui nati ſunt in die conuerſionis S. Pauli. 309.
Protaſij & Geruaſij hiſtoria. 261.

Pſaphon quomodo in numerum diuorum relatus. 670.
Pſeudocarolus. vide Carolus. Liber Eli Phili.
Pſeudomartyres cur noſtra ætate plures quàm vlla alia. 554. cur pro Martyribus habeantur. 557. peiores ſunt Iudæis. 638. eorum mores & verorum Martyrum quàm diſſimiles. 648. iactantia quorundam intolerabilis. 564. Eorum aliqui Chriſtum in Cruce exſpiraſſe negarunt. 554.
Pſeudomartyrum nullus eam, quam Picus & Eraſmus, pr. feſſus eſt fidem. 661.
Pſeudoſynodus Conſtantinopolitana contra Imagines. 378.
Pſeudoſynodi nomine in cauſſa Imaginũ quæ intelligatur. 410.
Publicatio peccatorum. 212, 217.
Publica non priuata Confeſſio à Nectario abolita. 212
Publicæ diſputationes cum hæreticis cur fugiendæ. 327. orationibus contra eos agendum. 740.
Puer mutus ſignis baptiſmum petiit & obtinuit. 448.
Pueri in India quàm multos Chriſto lucrifecerint. 575.
Puluis ad ſepulcrum Ieremiæ contra ſerpentes ſalutaris. 309.

Q.

QVadrageſimæ ieiunium quàm religioſè à Iuſtiniano licet ægrotante, obſeruatum. 302.
Quadrageſimale ieiunium Simeonis. 286.
Quadratus Apologiam ad Imperatorem pro Chriſtianis ſcripſit. 324.
Quę res Euangelicos maximè pungant. 102.
Quæſtionum in rebus ambiguis definiendarum duplex ratio. 167.
Qui offenderit in vno, omnium reus efficitur, quomodo intelligatur. 567.

R.

RAndallum qui ſibi mortem conſciuit, Foxus ferè vt Martyrem ſuſpicit. 549 eius necis culpam in Catholicos transfert. 550.
Ratio indicendi Concilij cur ſit immutata. 54.
Ratio temporis & anni Pontificum non patiuntur, vt vera ſint, quæ de Ioanne femina dicuntur. 36.
Rebelles in Eccleſiã raro ciuili magiſtratui morigeri. 652.
Redualdus Rex in eodem fano altare ad Chriſti ſacrificium ad arulam ad victimas dæmoniorum habuit. 512.
Regina Angliæ Græcè & Latinè docta. 525. Crucem inuitis Euangelicis in ſua Baſilica retinet. 363, 417. eius lenitas & clementia. ibid.
Reginaldum Polum Cardinalem Foxus impiè traducit. 551.
Regino quid de Imaginibus ſenſerit. 413. quid de Synodo Frãcofordienſi ſcripſerit. 410. eius verba corrupta quomodo reſtituenda. 413.
Regni adminiſtratio in Gallia olim non penes Reges, ſed magiſtros Equitũ. 470.
Regula Auguſtini de Imaginum & ſimilium rerum veneratione. 352.
Rei læſę maieſtatis à Foxo pro Martyribus celebrantur. 549.
Religio Catholica in Anglia per Mariam reginam inſtaurata. 483. poſt eius mortem reclamantibus Epiſcopis mutata. ibid. eius mutatio quã periculoſa. 546.
Reliquiæ Sanctorum cur nobis à Deo relictæ. 166. dæmones fugant. ibid. & 271. teſtimonium Ambroſij de earundem veneratione. 262. ab antiquis Britannis cultæ. 501. S. Thomæ in India hodie cernũtur. 313. earum cultum qua auctoritate oppugnent Magdeburgenſes. 257. Reliquiæ S. Stephani & miracula ad eas edita. 306.
Reſpondetur ad argumenta hæreticorum contra Inuocationem Sanctorum. 237. 241. contra eorum apparitiones & miracula. 249, 298. contra imagines. 383, 388, 391. contra Romanum Pontificem. 84, 85. contra priuatam Confeſſionem. 211.
Reſponſum cuiuſdam Epiſcopi ad matrem D. Auguſtini de filij conuerſione. 582.
Reſtitutus Londinenſis Epiſcopus à Balæi & Magdeburgenſ. calumnia vindicatur. 506, 507.
Reſurrectionis Chriſti cæremoniam irridens Magdeburgenſes. 336, 358, 359.
Rex Aethiopiæ Crucis cultor ſtudioſus. 399.
Rex Luſitaniæ & ſingularia Dei in eum beneficia. 688.
Regis Pagani ad Chriſtum conuerſio per apparitionem infantis Crucem gerentis. 398.
Reges Angliæ & etiam Galliæ ſtrumoſos miraculoſè ſanant. 311.
Reges & pręſides Sanctorum ſepulcra olim quanti fecerint. 269.

Regum

Regũ & Reginarũ maxima laus, vt dicantur ſimiles Conſtantini & Helenæ. 331.
Ridlæus quàm illuſtris apud Foxum Martyr. 603.
Roffenſis Epiſcopus ſcripſit contra Velenum, Petrum fuiſſe Romæ. 72.
Roffenſis & Morus Angliæ Martyres, & duo totius Europæ lumina. 730, 734.
Rogerus Onlæus aliâs Bolingbrokus læſæ maieſtatis reus, vnus è Foxi Martyribus. 609, 610.
Roma orbis caput. 17.
Romana Cathedra vnica, ſingularis, prima. 100.
Romana Eccleſia matrix & radix Catholicæ Eccleſiæ. 82. omnium Eccleſiarum caput in Chalcedonenſi Concilio appellatur. 18. eius ſedis prærogatiua & felicitas ſingularis, nulla hęreſeos labe vnquam fuiſſe infectam. 40. eius auctoritati quãtum tribuat Pſeudocaroli liber. 476. eius auctoritatem in Africa poſt ſextam Carthaginenſem Synodum, abolitam fuiſſe, Magdeburgenſes mentiũtur. 53. eius Legati Photium Conſtantinopolitano Epiſcopatu mouent. 22 eius beneficio imperium in Germaniã peruenit. 56.
Romano Pontifici ſub vniuerſalis Epiſcopi nomine in concilio Chalcedonenſi acclamatum eſt. 18.
ad Romanos perfidia acceſſum habere nequit. 83.
Romanum Pontificem à nemine iudicandum. 480.
Romana Bibliotheca multos libros tum ſuppoſititios, tum improbatæ lectionis habet. 405.
Romanus Martyr & alij linguis exſectis loquuti. 693.
Ruardus Tapperus Theologus. 213.
Ruffinus à calumnia vindicatur. 8.
Ruffinus non audet affirmare Liberiũ Arrianiſmo ſubſcripſiſſe. 40.
Ruffinus Paraphraſtes potius quàm interpres Euſebij. 8.
Ruina cuiuſdam ob imperitiam diſcretionis. 200.
Ruina & conflagratio tẽpli Apollinis. 265.
Ruſticis tumultus in Germania occaſionem dedit Lutherus. 631, 651.

S.

SAbbati contemtus apud Euangelicos. 651.
Sacerdotium Chriſtianum apud Euangelicos nullum. 629. à ciuili magiſtratu pendet. ibid.
Sacramenta ſine ſigno Crucis nõ rite perficiuntur. 336.
Sacrificia à Pontificibus oblata ſuper oſſa Petri & Pauli. 274.
Sacrificia non offeruntur Martyribus. 290.
Sacrificia Iudęorum & Gentium eadem, ſed ratio ſacrificiorum diſſimilis. 390.
Sacrificium Deo virginitas ex Tertulliano. 179.
Sacrificium Eccleſiæ quandiu ceſſabit. 692.
Sacrilegi à Foxo pro Martyribus celebrantur. 616.
Sacrorum librorum tranſlationes quæ olim prohibitæ. 612.
Samaritani colebant Deum, & idolis ſeruiebant. 353. cis cur peiores Iconomachi. 460. eorundem in Imaginem Chriſti & B. Virginis impietas. 460.
Samuelis viſiones. 539. expenduntur. 687.
Sancti conciues Angelorum, domeſtici Dei, & noſtra poſt Chriſtum pręſidia ſunt, non fidei Chriſtianæ ſcopuli, vt calumniantur hęretici. 5. non pro mortuis habendi. 202. quid & pro quibus poſtulent. 253. & cur vnius magis quàm alterius, & vno potius quàm alio loco opem imploremus, & Auguſtini ea de re teſtimonium. 244, 305.
Sancti recẽſentur qui patroni ſunt & propugnatores ſingularum regionum & ciuitatum Germaniæ. 307.
Sanctorum apparitionibus cur hęretici adeo infeſti. 253.
Sanctorum corpora trecentos iam & amplius annos integra Patauij conſeruantur. 316. & alibi poſt multa ſęcula, integra diuinitus reperta. 314.
Sancti enumerantur, quos Petrus de Natalibus, ſatis alioqui diligens, omiſit, de quibus alij meminerunt. 314, 315.
Sanctis in cęlo preces noſtras innoteſcere ratione pia & probabili oſtenditur. 241.
Sanctorum inuocationem; miracula, Reliquias, tranſlationes, apparitiones & huiuſmodi, vide ſuis locis: vide etiam Magdeburgenſes & Apologetici.
Sanctos Monachos Chriſtiano populo multum profuiſſe. 189.
Sapritij hiſtoria memorabilis de neceſſitate caritatis. 561.
Sarantapeches Hebręus dignum ſuæ impietatis in Imagines ſupplicium pertulit. 383.
Sardicenſis Concilij canonibus Romam prouocandi facultas Epiſcopis data. 19
Scabellum pedum, pro propiciatorio accipi 458.

Scala Iacob figura fuit Crucis. 444.
Scaligeri carmina de B. Virgine. 246.
Scire occulta & futura quomodo ſolius Dei ſit. 241.
Schiſmatum & hæreſeôn origo. 85, 95, 97, 104.
Schiſmaticus Martyr eſſe non poteſt. 562.
Scorpiones innoxij D. Pauli beneficio in Melita inſula. 308.
Scortum imagine Polemonis Philoſophi conſpecta, ab impudico propoſito deſtitit. 388.
Scripturæ à Luthero deprauatæ. 645, 646. à Magdeburgenſibus citatæ contra apparitiones Sanctorum. 252. contra Monaſticam vitam. 188. contra Imagines. 379. cõtra Inuocationẽ Sanctorũ. 240.
Scripturas Apologetici Lesbiam regulam faciunt. 645.
Scripturas vt Euangelici interpretentur. 650.
Sebaſtianus Francus hiſtoriæ Eccleſiaſticę corruptor. 584.
Sectæ & ſchiſmata inter Mahometanos. 681.
Secundæ nuptiæ impedimentum Clericatus. 12.
Seditiones. Euangelicorum in Anglia & Scotia. 651, 652.
Sensus ſcripturarum prohibentium matrimonium contractum dirimi, declaratur. 168.
Sententia patrũ de dimittenda vxore propter fornicationem. 161.
Sepulchrum Domini quãto in honore habitum. 332.
Serenus Maſſilienſis Epiſcopus ob violatas Imagines è Gregorio reprehenſus. 515.
Serennius Granianus litteras ad Imperatorem in gratiam Chriſtianorum ſcripſit. 324.
Serpentem æneum ab Ezechia fractũ nihil facere contra Imagines. 485.
Seruitus Domini quod eſt Hieronymo, Magdeburgenſibus eſt ſuperſtitio. 183.
Sicilia miraculorum promptuarium 310.
Sigeberti de Conſtantino Iconomacho elogia. 372. eius hiſtoria corrupta. 36.
Signifer Conſtantini mirificè conſeruatus. 328.
Simeonis Stelitæ teſtimonia de Samaritanorum impietate. 460.
Simeonis & Danielis egregiæ & diuinæ virtutes. 185, 186, 203.
Simeonis humilitas & caritas defenditur contra Magdeburgenſ. 203. eius Imagines in omnium officinarum veſtibulis & porticibus Romę. 187. eius modeſtia, doctrina, & cura Eccleſiarum. 186.
Simeones orbis miraculum. 187. quid ſingulis diei partibus egerit. 186. eius res geſtas qui litteris mandarint. 103. eius quadrageſimale ieiunium quale 186.
Simeonis Magi Diabolicæ præſtigiæ, & infelix exitus. 665, 666.
Simpliciores, id eſt, rudes & imperiti, qui nam Magdeburgenſibus cenſeantur. 339.
Simplicitas res laudabilis, & homines ſimplices Crucis Chriſti amici. 338.
Simpſoni Pſeudomartyris viſio. 676.
Siricius, Auguſtinus, & alij Eccleſię patres Magdeburgenſibus ferè hæretici. 100.
Siricij & Innocentij decreta de continentia Sacerdotum, quæ & à Magdeburgẽſium calumniis vindicantur. 119.
Sleidani fraudes & mendacia qui detexerint. 685. Summa in Deum ingratitudo. 681. Idem in hiſtoria nullam noui orbis mentionem facit. 682. cauſſa eius rei redditur. ibid & 683. quid de mutatione religionis ſcripſerit. 538. ipſius teſtimonio Apologetici mendaces conuincuntur. 487.
Smalcaldici fœderis quod fundamentum iaciendum ſuaſerit Lutherus. 686, 687.
Smidelinus, Apologetici, & Magdeburgẽſes litteras Cyrilli, & Attici ad Africanos patres mirificè amplectuntur. 14.
Smidelinus de ſacramentariis quàm amicè ſentiat. 598. pertinax Lutheri defenſor. 679.
Socrates à Magdeburgenſium calumnia vindicatur. 347. Idem auctor hiſtorię de Paphnutio. 120.
Socrates & Sozomenus ſuſpectæ in hiſtoria fidei. 116.
Sophronij cur nulla mentio in ſex prioribus Centuriis Magdeburgenſium. 300.
Sophronij in ſeptima Centuria cuiuſmodi mentionem fecerint. ibid.
Sophronius Hieroſolymitanus Epiſcopus 299, 451. eius de adoranda Cruce homilia. 345.
Sozimus & alij Põtifices liberantur à falſi crimine, quod illis imponitur ob ementitos canones Nicænos. 28, 34.
Spiritus Iconomachorum cuiuſmodi ſit teſtimonio Lutheri. 449.
Stancarus Petro Martyri, Bullingero, Tigurinis, & Geneuenſibus quot & quales hæreſes obijciat. 598.
Staphylus Epiſtolam illam contra cælibatum, quæ D. Vldarici nomine circumfertur, fictam & commentitiam eſſe oſtendit. 110.
Stephani Boſtrorum Epiſcopi de Imaginibus

nibus ſententia. 386.
Stephani Protomartyris miracula. 289. 296. eius Reliquias quis primus Occidenti intulerit. 296.
Stephanus Gardinerus Epiſcopus Vuintonienſis. 911.
Stephanus Manginus, Ioannes Filiolius & Iulianus Leuelbęus Pſeudomartyres. 540.
Studium ſacrarum literarum olim apud Monachos quale fuerit. 139.
Subdiaconis cælibatus indictus à Gregorio. 112.
Subſignationes Epiſcoporum in Concilio ſexto, duplices fuiſſe, & quare. 21.
Suenefeldianorum hęreſis de ſcripturis. 628.
Superſtitio Indorum & aliorum Gentilium. 354.
Surdi à natura ſignis & Imaginibus docentur. 448.
Syllogiſmi Magdeburgenſium. 268, 269, 291, 328.
Symbolum Nicęnum, carmen battologicum appellat Caluinus. 408.
Syncretiſmus Euangelicorum à Foxo deſideratus. 591.
Synodi Mopſueſtenæ verba ad Vigilium Romanum Pontificem. 21.
Synodo Apologeticorum in Anglia quid tribuendum. 483, 484.
Synodos quas Apologetici pro ſe citant, maximè eis aduerſari. 474.
Synodum Nicęnam ſecundam tam Gręci quàm Latini pro œcumenica agnoſcũt. 410.
Synodum Tridẽtinam Apologetici quàm impiè recuſent. 475.
Synodus Carolina de abolendis Imaginibus, Francofordiæ habita, figmentum eſt Apologeticorum. 476.
Synodus Chalcedonenſis primę Eccleſiæ morem de Sanctis inuocandis expreſſit. 233.
Synodus Conſtantinopolitana prima. 17.
Synodus Elibertina quando habita. 485.
Synodus Epheſina Cęleſtinum abſentem conſeſſus ſui pręſidem agnouit. 17.
Synodus Francofordienſis Rom. Pontificis auctoritatem agnouit. 478. in ea lẽ Synodo quid actum. ibid.
Synodus Septima duplex. 413.
Synodus Septima, Pſeudoſynodum illam Iconomachorum, quòd nulla Roman. Pontificis auctoritate munita eſſet, reiecit. 21, 381.
Synodus Sexta nullos tulit canones. 25.
Synodus tota Chalcedonenſ. Leonem licet abſentem, per vicarios tamen & adfuiſſe, & vt caput membris præſediſſe, ingenuè profitetur. 18.

T.

T Literam Crucis figuram exprimere, quomodo intelligendum. 364.
Templa Sanctis extructa antiquitùs in Britannia. 501.
Templa cur ſine ſimulacris Adrianus extrui iuſſerit. 314.
Templi dedicatio ex voluntate Conſtantini Magni. 51.
Templum SS. Coſmæ & Damiani curà Iuſtiniano inſtauratum & exornatum. 302.
Terra Hibernica in alias regiones exportata, beſtias venenatas interimit. 309.
Terra Sancta Hieroſolymis allata, contra terrores Dæmonum efficax. 349.
Tertullianus quæ ſcripſit de Tranſlationibus Sanctorum, non è Montani fæcibus hauſit, vt Magdeburgenſes nugantur. 276. eius de Romani Pontificis primatu teſtimonia. 82. de traditionibus non ſcriptis 276.
Tertullianum non induxiſſe ſignum Crucis in Eccleſiam à Montaniſtis mutuatum, vt impiè mentiuntur Magdeburgenſes. 340.
Tertulliani dicta in Marcionitas & Valẽtinianos, in Lutheranos & Zuinglianos maximè quadrant. 663.
Thaboritæ Sanctorum Reliquiis conculcatis, hæreticorum magni fecerũt. 456.
Thecla à nobiliſſimo ſponſo per Paulum ad virginitatem auocata. 167.
Theclæ hiſtoria quàm graues auctores habeat. ibid.
Theodorum à Iuliano truculenter tortum Angelus conſolatur. 267.
Theodora Imperatrix cum filio impubere Imagines templis reſtituit. 373.
Theodorus AcHota Abbas. 451.
Theodorus Epiſcopus, eiuſque ſententia de adorandis Imaginibus. 435.
Theodorus Laſcaris non interfuit Concilio Lugdunenſi, vt nugatur Vueſthemerus. 375.
Theodorus & Theophanes contra Iconomachos, egregij confeſſores. 544.
Theodori Martyris apparitio à Nectario litteris prodita. 230.
Theodelinam reginam feminam ſanctiſſimam Magdeburgenſes ſtolidam & ſuperſtitiotam appellant. 330.
Theodoreti teſtimonium de ſingulari ope & præſidio ad ſepulcra Martyrum. 243.
Theodoreti de feſtis Sanctorum ſententiã

calum-

calumniantur Magdeburgenſes. 279. defend tur. 280. eius de primatu Romani Pontificis teſtimonia. 50. eius teſtimonio Romana ſedes ſemper fuit hęretici fætoris expers. 41.
Theodoreti de Simeone elogium. 185.
Theodoſius Imperator ob Sanctorum inuocationem à Magdeburgenſibus Idololatriæ notatur. 231,326.
Theodoſius an Crucem fingi aut pingi vetuerit. 344,365,366.
Theodoſius Candidianum Comitem ad Synodum Epheſinam miſſum ſeriò admonet, ne ſe quæſtionibus de rebus religionis interponeret. 18.
Theodoſij duo, alter Mirenſis, alter Amorij Epiſcopus. 435.
Thomas Apameenſis Epiſcopus. 337,355.
Thomas Apocryſarius, & eius miraculū. 299.
Thomas Aquinas quædam ex Cyrillo citat, quæ hodie non extant. 63.
Thomas Aquinas à calumnia Laurentij Humfredi vindicatur. 463.464.
Thomæ Cantuarienſis Archiepiſcopi Reliquię ab Euangelicis contumelioſè diſſipatæ. 552.
Thomas Crāmerus quomodo ſe in morte geſſerit. 541.
Thomas Hauxus Pſeudomartyr quid in mediis ignibus fecerit. ibid.
Thomæ Mori laus. 395.
Thomæ Mori teſtimonium de Palinodia Bilnæi contra Foxum. 604.
Thomas Morus Martyr pro fide Catholica obiit. 730, 732,734.
Thomę Viati aduerſus Reginam Mariam nefaria coitio. 651.
Thyrſi Martyris appatitio. 251.
Tiberius Imperator optimus interpres edicti Theodoſiani. 367.
Tigurini Auguſtanam Confeſſionem palam damnant. 595.
Timotheus tibicen. 325.
Tindallus Anglus Pſeudomartyr. 540. in Calendario Foxi Martyr non ignobilis. 603. eius miraculum & impoſtura. 618.
Tolerantia Simeonis. 186.
Tonſura Monachi. 217.
Traditionum Eccleſiaſticarum contemtores anathemate percelluntur. 394.
Tranſlatio imperij diuinitus facta. 471.
Tranſlatio Babylæ. 264.
Tranſlationem imperij à Græcis ad Latinos Romanis Pontificibus vitio vertūt Euangelici. 470.
Tranſlationes Sanctorum Magdeburgēſes Dæmonibus adſcribunt. 267.
Tranſlationes Sanctorum non ex Ethnica ſuperſtitione natas, vt volunt Magdeburgenſes. 275.
Tranſlationes Sanctorum quarto & quinto ſeculo frequētes fuiſſe vel ipſa Magdeburgenſium hiſtoria docet. 272.
Tranſſubſtantiationis dogma Foxo res leuis videtur. 639.
Tria hominum genera, qui nunquam, vel ægrè curantur. 519.
Tridentinæ Synodi de inuocatione Sanctorum, & Imaginum cultu ſententia. 522, 523. Eam Synodum cur declinarent, cauſſam nullam iuſtam Euangelicos habuiſſe. 475,673.
Tridentinum Concilium œcumenicum fuiſſe, & de numero patrum, qui interfuerunt. 487.
Trigalctus Pſeudomartyr. 540. eius viſio expenditur. 698.
Trinouantum Angliæ Metropolis, hodie Londinum dicitur. 2.
Triplex in Eccleſia Martyrium. 587.
Tropica interpretatio Euangelicorum de verbis Euchariſtiæ quàm varia. 595.
Tumultus Gallicus à quibus concitatus. 652.
Tumultus ruſticorum in Germania quis occaſionem dederit. 631,651.
Turcæ in ſuperſtitione ſua pertinaces. 548.
Turcas Martyres eſſe, ſi Imaginum violatio ſit cauſſa Martyrij. 528.
Turcis Rhodum obſidentibus crux aurea in aëre maximos terrores incuſſit. 398.
Tutiſſima munimenta aduerſus Dæmones quæ. 181.
Tzanorum Gentis ad Christi fidem conuerſæ nulla in Centuriis mentio. 300.

V.

VAE his, qui Monaſticen profeſſi ad mundana regrediuntur opera, ex Theophylacto. 191.
Valefridus Strabo Lodouicum Caroli filium Synodum coēgiſſe contra Iconomachos ſcribit. 406.
Valentinus Gentilis Serueti aſſecla. 555.
Valerius Anſelmus Ryddus. 413.
Varietas lectionis in ſcriptis Adonis. 410.
Velum D. Agathæ incendiis Aetnęis reſiſtit. 310.
Venenum ſigno Crucis innoxium. 345.
Verba illa Pauli, *coluerunt quæ condita ſunt*, non Chriſtianos, ſed Ethnicos & Idololatras denotant. 238.
Verba illa, *quoniam virum non cognoſco*, explicantur. 145.

Veneratio Imaginum inter Chriſtianos cuiuſmodi ſit. 444.
Veritates à Propheta cur multæ dicantur. 569.
Veritas rerum omnium vna, non tamen æquè periculoſa cuiuſcunque veritatis negatio. 568.
Vetus ſenſus Canonis ſextæ Synodi de exæquatione Romani & Conſtantinopolitani Pontificis declaratur. 27.
Verſiculum illum Dauidis (*ſignatum eſt ſuper nos*) Hieronymus ad quid referat. 450.
Veteris teſtamenti Monachi. 132.
Vettius Epagathus Martyr. 531.
Victor Romanus Pontifex. 41.
Victoris Romani Pontificis & Martyris hiſtoria contra Euangelicos explicatur. 42.
In Victorem Magdeburgẽſium calumniæ. 104
Vigiliæ Iuſtiniani Imperatoris. 302.
Vigilantium doctorem ſequuntur Magdeburgenſes in traducẽdis Reliquiis. 277. ei quantum tribuant Magdeburgenſes. 257, 275, 634.
Vincentius Lyrinẽſis Stephanum Romanum Pontificem præ ceteris, Cypriani Synodo restitiſſe, oſtendit. 17.
Vincentij Lyrinenſis teſtimonium de Africana Synodo, cui interfuit Cyprianus. 71.
Vindicta diuina in contemtores vel dilatores Confeſſionis. 215.
Vindicta diuina in impium Malchi herũ. 170.
Vindicta diuina in Imaginum violatores. 387, 388.
Vir fortis & magnanimus quis. 543, 546.
Viri cuiuſdam perpetua cum vxore caſtitas. 132.
Viri egregiè docti qui ad Eccleſiam Catholicam à ſecta redierint. 581.
Virginitas Deo ſacrificium. 179.
Virginum diſſoluti mores à Chryſoſtomo reprehenſi. 135.
Vis & efficacia Crucis. 336, 337, 339.
Vis hæreſeôs cur tanta ſit, ex Tertulliano. 579.
Viſio Simpſoni Pſeudomartyris. 675.
Vita Antonij ab Athanaſio cõſcripta. 163, 168.
Vita mala Catholicorum non ex doctrinæ genere prouenit. 654.
Vita Monaſtica an ſit cultus Dei. 178.
Vitia Monachorum nemo Catholicus defendit. 197.
Vitia virtutum ſimilitudine homines fallunt. 557.
Viti Martyris & Bellini miracula. 310.
Vldarico Epiſtóla falſò adſcripta cõtra cælibatum Sacerdotum. 109.
Vldarici Epiſtola, & præcipua quædam Euangelicorum placita ex diametro pugnant. 113.
Vltima Hilarionis morituri verba. 183.
Vnitas in doctrinæ conſenſu & litteris communicatoriis, quomodo Eccleſiam Catholicam conſtituat. 97.
Vnitatis origo ab vno Petro incipiens Chriſti auctoritate inſtituta. 92.
Vnus cur in tota Eccleſia Epiſcopatus. 94.
Vociferatio Apologeticorũ in Anglia aduerſus Pium quartum Pontificem Maximum, de indictione Concilij Tridentini. 16.
Vota minora, in grauiora, & hæc in religionis votum conuerti poſſunt. 169.
Vota quæ vtilia. 156.
Votum, actionis meritum auget. 179.
Votum priuatum. 195.
Votum paupertatis & caſtitatis. 139.
Votum quod omnium præſtantiſſimum. 143.
Vox nulla inter homines, naturã & eſſentiam diuinitatis explicare poteſt. 447.
Vocẽ [*Catholicam*] hæretici ferre nequeunt. 641.
Vocis *Iſraël* interpretatio contra Pſeudocarolum defenditur. 454.
Vrſpergenſis Abbas. 296.
Vrſpergenſis Abbas quid de Synodo Francofordienſi ſcripſerit. 403. ipſius verba expenduntur, & à quodam impoſtore corrupta fuiſſe oſtenduntur, qui tamen ſe ſuo indicio prodit. 408.
Vſus Crucis & Imaginis Chriſti iam inde ab initio fidei in Anglia. 333.
Vſum Imaginum in Eccleſia temporibus Apoſtolorum inoleuiſſe. 385.
Vſus miraculorum. 287.
Vſus priuatæ Confeſſionis in Eccleſia nũquam interruptus. 211.
Vſus priuatæ Confeſſionis freqũẽs in nouo orbe. 215.
Vualdenſis quidam hæreſeôs cauſſa quantos labores ſubierit. 543.
Vueſelianus qui Spiritum Sanctum à patre filioque procedere negauit, in Foxi tamen Calendario locum habet. 604.
Vueſthemerus Adriani factum cõtra Imagines ineptè torquet. 324.
Vueſthemeri conciliatio Scripturæ; & c. cella quædam penaria Euangelicæ doctrinæ. 369.
Vueſthemeri impudens mendacium. 373.
Vueſtphalus & Heshuſius quàm amicè tractent Caluinũ, Bezam & alios. 597.
Vueſtphalus Caluino pertinax hæreticus. ibid.

Vui-

Vuicleui contra Caluinum & alios Euangelicos teſtimonium. 466.
Vuicleuus Martyr rubricatus, qui tamen morte naturali obiit, quem locũ habeat in calendario Foxi. 603.
Vuiclenus princeps noui Euangelij quadraginta poſt mortem annis combuſtus. 537.
Vuicleuus qualis Melanchthoni fuerit. 605.
Vuilfridus Archiepiſcopus Eboracenſis in Anglia, Concilio ſexto œcumenico interfuit. 21.
Vultus indicat animi affectum. 1.

X.

XEnocratis ſchola. 164.

Z.

ZIſcha ſceleratiſſimus latro & hæreticus inſignis à Foxo pro Martyre celebratur. 614.
Ziſchę nebuloni ſceleratiſſimo à Thaboritis poſt mortem Imagines erectæ. 456.
Zuinglius quid ſibi reuelatum ſcripſerit de illis verbis [*Hoc eſt corpus meum.*] 539, 675.
Zuinglius à Foxo inter Martyres non numeratur. 606.
Zuinglius qualem vitæ exitum habuerit. 676.
Zuinglij bellatoris tituli & ſtratagemata heroica. 580.
Zuinglij celebre dictum, *Euangelium vult ſanguinem*. 655. Zuinglius occiſus. ibid.
Zuingliani Eraſmum dum viueret, inuitum ad ſe trahere volebant. 645.
Zuingliani quo potiſſimũ argumento Lutheranorum ſententiam de Euchariſtia conuellant. 641.
Zuingliani oẽs Heshuſio nebulones. 598.
Zuinglianorum plures quàm Lutheranorum in Foxi Catalogo. 588.
Zuingliani Lutheranis ſunt Pſeudomartyres. 589.
Zuinglianorum & Lutheranorum de Sacramentis diſſenſio. 589, 593.
Zuinglianorum inter ſe de verbis Chriſti in Euchariſtia diſſenſiones. 590.
Zuinglianorum interpretationes Iudaicę, ad negandum Chriſtum, aditum patefaciunt. 597.

FINIS INDICIS.

Pauca hæc,

Benigne lector, in Indice colligendo, nimia operarum feſtinatione prætermiſſa fuere, quæ, ne tibi deeſſent, hoc in loco ponenda duximus.

A.

Albinus ſiue Alcuinus an fuerit Iconomachus, pag. 421. vitam Monaſticam coluit, alioſque ad eam colendam incendit. 422. de Eccleſiaſticis officiis librum ſcripſit. 423. eiuſdem de Miſſa, de Tranſſubſtantiatione, & Sacrificio corporis Chriſti, de intercesſione Sanctorum, de precibus pro defunctis, deq; Romanæ ſedis auctoritate apertiſſima teſtimonia extant. ibid.

Amalarius Archiepiſcopus Treuerenſis Alcuini diſcipulus, idē de Crucis & Imaginum adoratione cum præceptore ſenſit. 424.

Athelardus Cantuariēſis pallium à Romana ſede accepit, quem honorem gratulatur ei Alcuinus. 428.

B.

Balæus Alcuinum Iconomachum facit. 421. eiuſdem de Reſtituto Londinenſi & Hilario Pictauienſi Epiſcopis, inſigne mēdacium. 506.

Barneſij palinodia fraudulenta nihil ei profuit. 713. is cùm cauſam mortis ſuæ neſciret, à Foxo tamen in numerum Martyrum eſt relatus. 714.

C.

Chriſtophorus Fabricius ſiue Faber, Apoſtata, Antuerpiæ combuſtus. 714. eiuſdē palinodia, & Epiſtola ad Priorem Carmelitarum Ipetenſium. 715. & 716.

Cranmeri fraus & periurium. 711. & 712. quomodo in morte ſe geſſerit. ibid.

D.

Decalogi præcepta quæ & quot ſint. 429. eundem à Catholicis mutilatum, falſò conqueruntur hæretici. ibid.

Decalogi præceptum; *Non facies tibi ſculptile*: an & cur in Saxonicis legibus omiſſum fuerit. 429. & ſequentib.

E.

Eanbaldus Archiepiſcopus Eboracenſis pallium à Romana ſede quo anno acceperit. 424.

H.

Hilarium Pictauienſem Epiſcopū, Balæus & Magdeburgēſes in Hilarium Diaconum Luciferianum mirabiliter transformant. 506. & ſequentib. multa alia de eo impudenter confingunt. ibid. an Arelatenſi Synodo interfuerit. 507. an vxorem in Epiſcopatu habuerit, vt fingunt Balæus & Magdeburg. ibid.

L.

Liberium Romanum Pontificem, fuiſſe Arrianum, & ab Hilario in Ariminenſi Synodo grauiſſimè correptum, quàm ineptè colligat Balæus. 506. 507.

Lichfeldenſem ſedem in Anglia Adrianus Pontifex Romanus Metropolitanæ honore ornauit. 425.

M.

Martyr nemo poteſt eſſe eius ſiue fidei, ſiue perfidiæ quā abnegat, etiāſi propterea occidatur, quòd ei aliquando addictus fuerat; neque is qui eandem retinet, ſi modò inuitus ad mortem rapiatur. 705. & ſequētibus, vbi multa ea de re fuſius explicantur.

O.

Offa Merciorum Rex in Anglia, Monaſterium in honorem Protomartyris Albani erexit, cui vt priuilegia impetraret, Romam ipſemet profectus eſt. 425.

R.

Rabanus Moguntinus Archiepiſcopus, Alcuini diſcipulus, vt in cæteris omnibus, ita & in Crucis & Imaginum cultu, à ſui præceptoris ſententia nunquam receſſit. 424.

Reſtitutus Londinēſis Epiſcopus an ad Synodū Arelatenſem à Conſtantino, Magni Conſtantini filio, miſſus fuerit. 506.

S.

Synodus Arelatenſis multiplex. 506. vbi inſignis Balæi & Magdeburgenſium aut ſtupiditas aut impudentia in temporum ratione notatur.

ERRATA QVAEDAM, PARTIM IN CONtextu, partim in margine interiore, in hunc modum emendanda.

Pagina, 13. *verſu* 11. *dicimus.*
pag 21. *verſ.* 24. *ſubſcribendi locum.*
pag 50. *verſ.* 28. *dele hæc quæ ſequuntur,* eamque multis prærogatiuis & priuilegiis amplificatam ait.
pag. 57. *verſ* 9. *annos tranſlata.*
pag. 76. *verſ.* 21 *non autem eo, ne ipſi.*
pag. 114. *verſ.* 14. *veſtiaribus.*
pag. 119. *verſ.* 15. *aduerſus vxores quæ.*
pag. 149 *verſ.* 18. *appellare, montoſam'que parentum regionem deſertum paſſe forſan appellarit, ita affirmamus, &c.*
pag. 152. *verſ.* 2. *vel ab aliis qui audiere ab his, qui interfuerant.*
pag. 172. *verſ.* 40. *monstrat.*
pag. 275. *verſ.* 42. *ferè annos.*
pag. 282. *verſ.* 12. *ſcro literis proditum.*
pag. 286. *verſ.* 22. *Sanctis ad eorum ſepulchra.*
pag. 292. *verſ. penultimo.* Tharaſio.
pag. 333. *verſ.* 41. *præ reliquis omnibus.*
pag. 341. *verſ.* 6 *genuinos.*
pag. 344. *verſ.* 19. *Christo non renatum.*
pag. 348. in marg. 4. *Reg.* 6. & 349. 4. *Reg.* 2.
pag 407. *verſ.* 26. *quam Deo tribuimus.*
pag. 422. *verſ.* 14. *Anno ab.* & *verſ* 26. *dele* anno.
pag. 423. *verſ* 29. *exenti amplitudine.*
pag. 425. *verſ.* 2. *inducenda.*
pag. 432. *verſ.* 25. *Ne iſta quidem.*
pag eadem *verſ.* 28. *protulit.*
pag. 441. *verſ.* 7. *non fortè à patribus.*
pag. 507. in marg. *dialog.* 1. *pag.* 118.
pag. 513. *verſ.* 37. *non nego.*
pag. 531. *verſ.* 1. *quem iſti imitantur.*
pag. 532. *verſ.* 18. *nobis adoratione.*
pag. 583. in marg. *Vuandelbertus Prumienſis.*
pag. 594. *verſ.* 12. *cautum eſt anno* 1555.
pag. 603. *verſ.* 38. *vt cum Arnobio loquar.*
pag. 607. *verſ.* 21. *eſt Onlans cum.*
pag. 625. *verſ.* 34. *ſibi ipſi diſſentiat.*
pag. 638. *verſ. vltimo. Sacramento acceſſiſſe.*
pag. 718. *verſ.* 10. *ſeſquiquatriduo.*
pag. 725. in marg. *cap.* 13. *pag.* 64. & 65.
pag. 720. in marg. *exteriori dele,* ſex ordinis prædicatorum.

ANTVERPIAE

EXCVDEBAT CHRISTOPHORVS PLANTINVS, PROTOTYPOGRAPHVS REGIVS, ANNO MILLESIMO QVINGENTESIMO SEPTVAGESIMO TERTIO.

vigebunt:
caput.